

libro de Jeseo Granada 1559

ACOBIMENOCHII

IVRISCONSULTI

EXCELLENTISSIMI

ET IN ACADEMIA PATAVINA PROFESSORIS
DIGNISSIMI,

DE ARBITRARIIS IUDICVM

QUAESTIONIBVS ET CAVSIS

Libri duo.

Nunc denuò in lucem edita, recondita, perfectaq; eruditione referti: & omni-
bus, iudicia praesentim exercentibus, oppido quàm necessarij.

Denique etiam hic adiecta est Quinta Centuria.

*Adiecta sunt Summae, Indicesq; duo, Argumentorum vnus: alter Rerum,
Sententiarumq; insignium.*

ere habentur, versa pagina clarè docet.

PRIVILEGIO.



VENETIIS,

Ex Officina Ioannis Baptistae Somaschi, 1583.

No añade nada en Copuzg

Vide esse libro 202^o m.
sua de iis sententia
dora y es confusio on
44 organo de los de 16
Augustin & Quira
congruo confusio on
gabrio meñde 1672
P. de medrana

del Colegio de San Pablo de Granada R/7657

IACOBI MENOCHII

IVRISCONSULTI

EXCELLENTISSIMI.

ET IN ACADEMIA PATAVINA PROFESSORIS
DIGNISSIMI,

DE ARBITRARIIS IUDICIUM

QVAESTIONIBVS ET CAVSIS.

Libri duo.

Nunc denuò in lucem editi, varia, recondita, perfecta; eruditione referti: & omnibus, iudicia praesertim exercentibus, oppido quam necessarij.

Denuò etiam hic adiecta est Quinta Centuria.

Adiecta sunt Summaria, Indicesq; duo, Argumentorum vnus: alter Rerum, Sententiarumq; insignium.

Quae in opere habentur, versa pagina clarè docet.

CUM PRIVILEGIO.



No añade nada en Copuz de...



*Vide esse libro go...
sion de los reinos...
dora y esta conf...
4º organo de...
Augusta...
corregido conforme a...
gabinete de 1692...
R.º de medrano*

VENETIIS,

Ex Officina Ioannis Baptistae Somaschi, 1583.

CLARISSIMIS ATQVE
 AMPLISSIMIS VIRIS
 PETRO IUSTINIANO,
 IACOBO FUSCARENO
 ET IACOBO SVRIANO
 EQVITI,

Celeberima Academia Patavina Moderatoribus.

Jacobus Menochius

S. D.

Duo hi libri, qui De Arbitrarijs Iudicum Questionibus & Causis, inscripti sunt, uniuersam iuris tractationem, quæ à Iudicum arbitrio atque potestate pendet, complectuntur. In his innumere propè leges municipales, quæ statuta appellant, insignium Ciuitatum, Mediolani scilicet, Papiæ, Patavij, Veronæ, Brixig, Ferrariæ, ac uniuersæ Regionis Subalpinae explicantur.
Liber Primus, qui centum propositis iuris questionibus enarrat quanta sit Iudicij facultas in rebus arbitrarijs diffiniendis, Clarissimis Patavinae Academic Moderatoribus dedicatus est.
Liber Secundus, qui quadringentos casus Iudicibus arbitrarios habet, in quatuor Centurias sectus est.
Prima Centuria ad Illustrissimum Vincentium Gonzagam Baroli Priorem.
Secunda Centuria ad amplissimum Io. Thomam Languscum Sabaudie supremum Cancellarium.
Tertia Centuria ad perillustrem Polictonium Mediobardum Senatorem Mediolanensem.
Quarta Centuria ad Clarissimum Jacobum Chiziolam Iurisconsultum Brixiensem, & Diui Marci Equitem.



VM Commentarios hos, quos nunc in lucem emittere, & uestræ amplitudini dicare constitui; multis ab hinc annis cum Ticini, tum in Mōteregali, ubi aliquot annos Pontificium, Cæsareumq; ius, qua potui in genij mei mediocritate interpretatus sum, non paruo studio ac diuigētia confecissem, atque ex varijs Imperatorum constitutionibus, Iurifconsultorum responsis, nostrorumq; Doctorum traditionibus, in iustum penè, quod spectatis volumen redegissem: cœpi, cum primùm in uestram hanc totius orbis terrarum florentissimam Academiã me contuli, de illorum editione cogitare, quod antea permultis uiris doctissimis, in quorum manus hæc aliquando uenerunt: flagitantibus, facere recusaueram: atque ijs, qui ipsius Academiæ in quam honorificentissimè pro mea tenuitate accitus sum, hoc tempore moderatores existerant, deuouere atque dicare. Quod & muneris mei ratio, ac ipsius operis tractatio ita postularet, ut ijs officij atque qualiscunq; diligentia meæ rationes redderem, quibus clauum arbitriumq; ipsius Academiæ, ac eorum, qui in eam ad docendum inuitati sunt, demandatum est. Ut enim in bene instituta Republica qualis est Veneta hæc uestra diuinitus constabilita, vel in bene composita domo, quam vnusquisque uestrum splendidissimam atque ornatissimam habet, nihil spectari potest decentius uel utilius, quam Lex illa sancta atque æterno nomine digna, qua ijs, quibus Reipublicæ uel domus commissa est administratio, suæ uillicationis rationes reddunt. ita nos, quibus Pontificium, Cæsareumq; ius omni diligentia & assiduitate ab amplissimo atq; excelso hoc uestro Imperio Veneto interpretandum traditum est, officij nostri esse intelligimus, ut nobis, qui Reipub amplissimæ personam magna cum dignitate sustinetis, nostræ diligentia, laborum, uigiliarum, atq; ingenij qualicumq; ratione, atq; rei bene gestæ testimonium reddamus. Verùm quod duos ab hinc annos animo constitueram, pluribus de causis efficere non potui, ob eam in primis causam, quod elaborandum mihi fuit cum primùm huc ueni, ut sepositis his laboribus, quos accuratiore lima adhuc indigere intelligebam, omnibus uiribus muneri meo, cuius causa è remota regione uocatus ueneram, inuicem; ab eoq; ne latum quidem (quod aiunt) unguem, me dimouerem. quod sanè munus cum primo ipso anno, qua diligentia licuit, absoluissem, aliquantulum; otij, quo iam mihi defatigato opus erat, uactus essem, in manus hæc sumpsi, atq; recognoscere cœpi, quod uerè factu facillimum opinabar; sed aliter ac falso credebam inueni. Siquidem tractationis ordo, qui aliquando placuit, displicere cœpit: res pertrectatas maiore atq; accuratiore explanatione indigere cognoui: ac tandem maio

rem locorum copiam, hac praesertim aetate requiri intellexi, atque ex hoc ut omnibus aliqua saltem ex parte, quantum ingenio possem, satisfacerem, praeter bonorum auctorum locos, atque sententias, quas ad legalem, nostram philosophiam illustrandam summopere aduersus imperitos quosdam conducere semper existimaui. è re mea mihi visum deinde fuit, si diligenti aliquo studio atque peruigili cura interpretarer atque explicarem multarum insignium ciuitatum singulares praecipuasque leges, & sanctiones, quae cum his, quae scripserat conuenire, ab illisque lumen aliquod accipere poterant. Efecerunt haec, quae non parum laboris & diligentiae postulabant, ut editionem hanc in hunc usque diem distulerim. quod, & si aliis rationibus illa praesertim, quod doctissimis, iisdemque amicissimis editionem hanc efflagitantibus, tam serò paruerim, dolendum mihi foret: attamen hac vna mirum in modum laetari iure meo possum, quod paulò diligentius elucubrata in lucem prodeant hoc tempore, quo vos viri sapientissimi atque amplissimi florētissima huic Patauinæ Academiae praestis diligentissimi Moderatores: apud quos nihil mihi in vita iucundius atque ex animi sententia melius euenire potuit, quam meorum studiorum rationem reddere. Pro certo enim habeo, quod si quid, quod praecipuum nostrum munus est, ex nostris Iureconsultis bene explanauero, me merita laude non ini fraudatum, cum vestrum vnus consultissimus vir sit, qui Papinianum, Paulum ac Scauolam nobis ab inferis restitutum referat. Si verò ex Oratoribus bonarumque literarum auctoribus, quod secundas apud nos tenet, ad legum duos atque perdifficiles nodos dissolucendos, vel ad aliquam nostram de his, quae disputare contingit, sententiam aduocauero, scio paratum esse Oratorem eloquentissimum, historiarumque scriptorem luculentissimum, qui, ut Ciceronem, Caesarem, vel Liuium refert, ita aequissimus in me Iudex, quid praestiterim iudicare poterit. Si verò ex ipsis Philosophis, quod aliquando facere necesse mihi fuit, aliqua citauero, adesse cerno acutissimum Philosophum qui Diuinum Platonem, sapientissimum Socratem, & ingenio praestantissimum Aristotelem, religione, doctrina atque ingenij acumine aequat. Ecce ergo viri clarissimi, atque sapientissimi, suscepti negotij vestri aduersaria, codices, ac tabulas accepti atque expensi profero, vos diligentissime & aequissime, ut consueuistis, rationes inite, conficite; quid expenderim, quid egerim, quid praetermiserim in pergraua administratione a quo iura, ut certò spero, iudicate. Si malè, quod nollem, demandatum munus absolui, me vestra dignum censura iudicate, atque, ut par est, castigatè libenter. n. hac patiar. Si verò suscepta à me prouincia non ingratis vobis rationes reddo, atque ex his laudem aliquam, quod utinam consecutus sim, vos etiam Deos meos tutelares voco atque appello, ut contra impios meos accusatores, quos scio non defuturos, me defendatis atque sospitem reddatis. vestra certè tutela carendum mihi non est. Scio equidem quàm prompti, quàm audaces, quàmque impij hodie viuunt in alieno opere damnando accusatores, iudices, immo Zoili, qui, cum in alienis, non in suis, quae vel ignauia, vel ignorantia praestare non possunt, vel si praestant, in illa quantum opus est, non descendunt; ingeniosi atque acuti videri velint, audent omni cum lolligine, denteque viperino, modò sermonis puritatem, quam mediocriter pro rei qualitate seruare studemus, modò locorum cogerem, quae nostra hac aetate necessaria maxima est, modò bonorum auctorum sententias, quae ad ius civile illustrandum maximè conferunt, mordere, damnare, atque irridere. Hanc meam si vos, ut spero, pro bono & aequo suscipietis tutelam pestiferos horum morsus non pertimescam, sed clauè armatus Herculeæ, vel ense & face contra Erymanteum Draconem, Hydramque; Ierneam audacter pugnabo, victoriamque certò consequar. Ego equidem scio, me non alios quàm vos ipsos idoneos magis magisque iustos defensores inuenire potuisse: nam, si quaerendū mihi erant, qui auctoritate, doctrina, prudentia, & generis claritate praestarent, quos maiores vobis ipsis inuenire poteram? tanta siquidem haec, & in Diuina hac propè vestra Rep. & apud exterarum nationes sunt, ut nullae aliae maiores, atque excellentiores dici aut excogitari possint. Si etiam in celebri loco parandi mihi erant defensores & Dij tutelares, ut in multorum oculis, & ore esse ac versari cum laude & tuto possem, quem locum magis celebrem, quem magis excelsum hac vestra Diuina propè vrbe diligere valebam? In hac tot viuunt Demosthenes, tot Cicerones, Catones, tot denique Scipiones, & Metelli, quot vel vnquam

quam Graecorum, vel Romanorum imperia uiderunt, ut mirum minimè sit, si in aeterno hoc imperio tanta grauitate, modestia, facundia, conciones, iudicia, Senatusconsulta à vobis viris sapientissimis pertractantur. Vos vestrique maiores incredibili prudentia atque acurato studio, quae apud Graecos & Romanos digna & laudabilia fuerunt exhaustis, & vestra opera sine vlla dubitatione meliora atque tutiora reddidistis. Ego certè cum primum ad vos veni, permulta quidem in amplissima ac non humana, sed Diuina manu posita vrbe admiratus sum; urbis si tum inter medias maris (dictu incredibile) vndas sacras aedes, regias domos, turres caelo aequatas; ita pariter rerum omnium affluentiam in ea vrbe, in qua cum nihil ferè nascatur, rerum tamen copia exuberat, non mediocriter admiratus sum. Sed leuissima haec mihi visa sunt posteaquam tam bene institutam Rempu. qua nec Diuinus ipse Plato meliorem fingere, nec instituire potuisset, contemplari coepi. In hac cum viros primarios & Patricio ordine natos ad iura dicenda administrandaque pulchro ordine delectos viderem, obseruatam cognoui prudentissimorum Philosophorum sententiam, qui nobilitatem in pretio habitam propterea scripserunt, quod ex melioribus nati semper cogniti sunt meliores. In hac cum amplissimum Patriciorum numerum Senatorumque grauitatem & dignitatem, quos togatos omnes cernebam, suspicerem atque admirarer, vos uerè rerum dominos iudicavi. In hac, quod omnium maximum uisum mihi est, cum ex amplissimo horum patrum ordine Principem vnum sanctissimum, prudentissimum, humanissimumque, totius Imperij moderatorem non ambitu, non precibus, non pretio, sed sola animi virtute ac meritis deligi atque assumi viderem, hoc foelicissimum atque aeternum fore Imperium iudicavi, quod longè prius meretur, quàm deseratur, quod prius dicitur quàm administratur. His equidem factum est, Clarissimi moderatores, ut iam supra millesimum centesimum annum, quod nec Graecis, nec bene fortunatis Romanis contingit, liberi semper florueritis, & ita florueritis, ut morum sanctimoniam, atque Imperij diuturnitate, nulla gens sanctior, nulla prudentior, nulla foelicior fuisse cognoscatur. Quis ergo iustus in me erit reprehensor, quod primam partem hanc laborum meorum, quos primos in hac uestra Academia apparere uolui, uobis deuouerim, dicauerimque? an non id postulabat ratio, ut has primitias uobis offerrem, quod sub gloriosissimae Reipub. uestrae uexillo militem, quod uestra sub fidelissima atque tutissima tutela sim, quod demum uos grauissimos Iurisconsultos, acutissimos Philosophos, eloquentissimosque Oratores nactus fuerim. Vobis ergo Clarissimi, atque Amplissimi uiri, librum hunc primum mearum uigiliarum do, dedico, atque sacro. Sunt haec, quae testificentur meam erga uos obseruantiam uobis uiris grauissimis, in grauissimisque excelsae Reipu. uestrae negotiis prudentissimè tractandis occupatissimis reuerenter dicata atque consecrata. Vos hilari atque serena fronte haec accipite. Leuiora haec esse opinor, quàm ut uestrae amplitudini offerantur; sed quia tanta est uestra humanitas, & animi candor, ut boni ac aequi consulatis, quae uel ab infimis fortuna hominibus oblata sunt, non erubui illa uestro sub amplissimo nomine emittere. Si itaque haec quaecumque elucubrata numini uestro non displicuisse intellexero, praclare mecum actum putabo: & tanto beneficio abunde cumulatus ad maiora ingredi non extimescam. Valete, ex vrbe Patauio, VIII. Idus Ianuar. M D LXIX.

COHORTATIO AD IVDICES SUMPTA EX CONSTANTINO HARMENOPVLO, PAVCIS ADMODVM IMMVTATIS.



P I sortito, iudicandi facultas ac munus nomenque obtigit, si quidem in eo studium et
ramque collocare voluerit, ut pulcherrimam hanc, quam nec Deus ipse repudiat, appel-
lationem non dehoneflet, utque verum illum iudicem, qui et incorruptus est, nec per-
sonarum habet delectum nec falli unquam aut eludi potest, solum adeo iustum, ac iuste cui-
que pro vita acta dignitate premia daturum, formidando et horrendo illo iudicij die
propitium clementemque experiat. is ante omnia illud animo reputet, se nullam ob-
rem aliam praesidere, nisi ut iustitiam colat, iusque suum unicuique tribuat: iniuriam
propellat, et ab hominum consortio ableget quam longissime, et quotquot huic per-
tinaciter addicti sunt, de his quoad eius fieri poterit, penas sumat tanquam Deum Opt. Max. nequaquam cela-
turus sine hac sine alia quapiam ratione Remp. gesserit. Deum nanque celare homo non potest, non iniuriam
solum inferens, sed ne cogitans quidem. Est autem iustitia, quam Deus, qui sanus iustus est, maxime amplecti-
tur, quaque, si vlla alia re apprimè conciliatur et colitur. Quae etiam à caelo prospicere, et ante Dei con-
spectum velut pronuntia quaedam procedere dicitur. Quae vel totas gentes artuli et celebrari cum audimus
tum uerò indubitato credimus. Quo circa, ut eam nunquam non exerceamus crebris Euangelij monitis interpel-
lamur, ut quae et sublime euehat, et salutaris sit, Deoque gratissima. Deinde hanc quoque perpendat, ac assi-
duis cogitationibus secum ipse reuoluat, quae a Domino et seruatore nostro uero Deo, atque omnium equissimo
iudice dicta sunt: Nolite ex facie iudicare, sed iustum iudicate iudicium. Et felices illi quotquot iustitiam esu-
riunt et sitiunt: ipsi enim satiabuntur sine terreste caducumque; ac corruptioni obnoxii: quo hic nobis est uti-
dum alimentum, sine futuris potius deliciis quam nutrimentum uelis intelligi delicias inquit: et iucundissi-
mas et gratuitas, quibus etiam nunc sese in caelis oblectant omnes illae uirtutes potestatesque caeli sitis. His nunc
modum a seruatore dictis, quae iudicem et assiduum meminisse et diligentius animo noluerit par est, rerum huius-
modi sacrarum princeps praefectusque, quantum equidem sentio, spectatissimus, magnus inquam Basilus hanc se-
quens sic ferè et ipse commentatur. Qui ueram germaniamque iustitiam non habet in animo repositam, ac uelut ex
prauiam quadam meditatione reconditam, sed aut pecunijs corrumpitur, aut amicis obsequitur, aut etiam inimi-
cos uisciscitur, aut alienam reformidat potentiam rectè eius dicere, iudiciaque exercere non potest. Nec deest
ex antiquis qui ita hortetur. Si uis, inquit, aequam sententiam ferre nemine eorum, qui iudicio assistent cognos-
ce, sed nudam ipsam simplicemque ueritatem. Quin et mirandus Salomon ab immodica balendi cupiditate nos de-
terrens aequae forasido parumque liberali quaerit, potior est, inquit, exigua peremptio cum iustitia coniuncta, quam
copiosi fructus cum iniustitia. Propterea quod impiotum sceleratorumque; ut praclare Iesus filius Sirach scriptum
reliquit hominum opes arcescent, non secus ac torrens, resonabuntque; ut tonitruum cum pluuia editum. Sed quamc-
brem quare? Quoniam quisquis, inquit Cyrillus nobilis sanè per celebrisque; Theologus iniuria afficitur, cum do-
lore quidem conficiatur et incendatur, ulcisci uerò aut parem referre gratiam nequeat, interdum quod se uideat
tanta aduersarij manu inferiorè ac imbecilliozem, superna illius, quam nihil quicquam fingi potest istius, uindict-
e stimulus in auxilium uocat. Quid uerò tum accidat, seruatorem rursum audire obere pretium est, cuius
illa sunt uerba: Quae mensura mensi fueritis, eadem remetitur uobis. Sed et his subscribit Nysaeus ille
Gregorius, inquit, Dei iudicium nos ferè affectus refert ac imitatur. Cuiusmodi enim ea quae apud
nos aut a nobis fiunt, esse solent, talia etiam nobis paeneque similia praestat, praebetque; Deus. Verum enim uerò ne-
que is ab omnibus a quibus offenditur penas in hac uita reposit, ut aureus ille cui non ab re nomè est inditum
Ioannes inquit Chrysostomus, ut ne scilicet de futura resurrectione, iudicioque; desperes, ut potè omnibus hic gesto-
rum rationem reddentibus, neque; itè omnes ubi scelus petrarint, impune obire sint, ne rursum temere ac fortuito regi-
ferri que omnia existimes. Sed hanc quidem ita ex nostre religionis testibus sint comprobata. Transamus ad
externos etiam scriptore, et Platonem imprimis Philosophum ita loquentem audiamus. Et quidem est bonos ha-
bendos qui nemini iniurius est. Is uerò qui alios a faciendâ iniuria cohibet, plus quam duplum, si hunc cum illo
conferas, honorè meretur. Ille siquidè uni duntaxat, hic plurimis alijs est equiparandus. Atque; hec tantus Philo-
sophus de potentibus, ijsque qui aliquam habent in Republica auctoritatè, sine principes sint, sine iudices, dicit
ac statuit. His et illud Demosthenis est consonum, eos qui maxime laudandos esse homines qui nullam iniuriam dic-
di sibi ut litatem emolumentum uerè proponant. Opes enim ac nummos possidere licet et comparare, gloriam uerò
nummis redimi, nec honestum est nec contentanum. Porro, cum ita affectus sit qui hisce uerbis acquiescit, ita-
que prescripta ratione Republica administrat, considerat is quidè non secus ac leo fortis; atque infra factum sit ani-
mo illud autè uerò, quemadmodum recta statera neque; a falsa et parum aequa damnari potest, ac uelut in disquisi-
tionem uocari, sic et iustum iudicem, neque a iustis, neque; ab iniustis, ut scilicet admonet Epictetus, argui. Quis
enim ita est a sensu communi alienus, qui non satius esse existimet iudicem aequa iuri; consone sententia lata ab eo
quem damnarit iniuria culpam quam ubi iniquè iudicari iure ab eo qui damnatus sit reprehendi? Tunc enim
et a ser-

a iudicium enim Dei nec fallit nec fallit ueritati; semper in- nititur, c. a nobis. 2. de sent. exc. 6. c. Deus qui 24. q. 3. ca. panem, de c. 6. sec. d. 2. c. spiritus sanctus: 1. q. 1. b Deo. n. omnia cer- ta. sit. sed & si. 6. vl. de iud. ubi nature no- mine Desi- ptum in- telligit cer- tum est. c. P. ou. 24 Deuter. 1. Ioan. 7. d Matth. 5 e τρυφή μωδον τρυφή lati- nus hanc uo- cum allu- sionem no- allequitur f Prou. 16 g Eccl. 40 h Matth. 7 Luc. 6. i Fratres Basilii Ma- gni. k Neque; n. zterni tri- bunal Iu- dices illi- resu habet, que iniu- ste iudex cōdemnat c. 1. de sēt. & re iudi. 16. neque; is iudex est dicendus. c. 1. q. 2.

Et a seruatore nostro beabitur, et de regno calorū consequendo certissimam accipiet promissionem. Beati
quippe, inquit, qui iustitiae nomine affliguntur: ipsorum enim est regnum calorū. Quae nam igitur praemia
consequetur, ac tanquam hereditario iure obtinebit qui iustus est, omnesque cogitationes habet in exercen-
da colendaque iustitia difixas? Ipse quidem se nunquam non facilem ac beneficium, ut egregie monet Psaltes,
in omne genus homines exhibet. Eius uerò semen benedictione, hoc est, larga rerum omnium copia ac felicitate
prosequetur Dominus. Efflorescet ut palma, atque in modum cedri accrescet. Huius insuper neque euane-
scet spes, neque posteris, panis laborantes penuria unquam conspicientur. Quin et terram firmissimo iure
tanquam haeres possidebit: nec eam modo, sed quod longè est obtabilius ac praestantius, ea tandem assequetur,
quae multis ante saeculis temporumque periodis preparauit Deus ijs, qui se unice diligenter: idque non aliam
ob causam, quam quia iustitiam ac equitatem ceteris rebus praetulit. Ea uerò tante sunt dignitatis et splen-
doris ut nec quisquam uiderit, nec audierit, nec mente quidem ac cogitatione sit complexus, longè his om-
nibus, quae sensui subiacent inferioribus, eminentiora et clariora. Iudex itaque cum omnia haec et singula dili-
gentius expendat, crebrisque meditationibus altius animo insculpserit, quae quidem tantam mihi uim habe-
re uidentur, ut uel inhumanam ferinamque mentem (sic enim iniuria amaricem haud piguerit nominare),
ad iustitiam impellant ac pertrahant, duobus uis tota iudicandi facultatem contineri intelligat, ut et nomen
imploret diuinum, et leges assiduum meditetur. Nec his earum uerè ratione se omnino solutum opinetur, quan-
quam ex nostris commentarijs satis intelligat magnam, ac penè incredibilem sibi fuisse datam in non iure disti-
nitis potestatem, ob oculos itaque; habeat Diuina humanaque iura, quae iudicem admonent, ne quid plus de alio
statuat quam de seipso uellet iudicari. Quo circa illum hortamur, ut in his quae legibus terminata atque con-
stabilita non sunt, quod aequum bonum uerè est, sequatur. In definitis uerò iuri scripto haereat, nec ab eo uelut
quidem (quod aiunt) unquam discedat. legat etiam sententiam illam, quae a religiosissimis Principibus Leone
et Alexandro in iudices lata est: nam et hanc nosse par est, quisquis is est qui alios est iudicaturus. Quae quidem le-
ctae, ne solus unquam iudicium de quoquam ferre audeat, etià si de re leuissima fuerit actio instituta. Vnde enim
soli inquit ille: cum etenim lapsus fuerit, quis eum eriget? Sed simul tiam cum alijs, qui tum consilio et
prudencia, tum legum peritia spectatissimi sint et clarissimi. Hac si quidem ratione tum apud superiores, tum
apud homines, quin et multo magis apud Deum Opt. Max. culpam omnem ac et reprehensionem af-
fugere poterit.

CONDEMNATORIA SENTENTIA IN IVDICES A PIIS ORTODOXISQUE IMPERATORIBVS LEONE ET ALEXANDRO PRONVTIATA.

EXISTIMO equidem eorum neminem, qui iudicario fungitur munere, eò unquam stuporis aut
inscitiae prorupturum, ut aliter quam ex praescripto legum iudicium sententiam uerè ferre audeat
Quod si quis in tantam euaserit dementia, reus peractus, eas dependet penas, quae legibus sunt
irrogata. Sin forte nos effugerit, peruigilem tamen, atque insomnem oculum cui nihil non
quantumlibet occultum sit, patere potest, effugere non poterit. Tamen si id ipsum imprecationi-
bus quoque, dirisque, execrationibus si abire ac firmare, non ab re alienum censuimus. Inueniat itaque iste, et
Deum, et caelestes omnes atque incorporeas potestates sibi unquam non aduersantes. Immatuere ex hac uita
excidat potius quam excedat. Incommodis insuper afficiatur perpetuis. Ipsius adium fundamenta ignis tandem
deuoret, et postcritas eò redigatur inopie, ut panem ostiatim quaeritet. Atque hec iure sanè optimo, propterea
quod leges quas liberimas esse oportuit, seruas quodam modo atque captiuas effecit, factorum, prauorum-
que iudiciorum.

e. l. f. c. de
pa. n. iud.
male iudi.
c. u. de sent.
& re iud. 1
o. Adde q
not per gl.
ult. in cau.
hoc et 2.
quattro. 6.
Huc facit.
Nouel. Iuf
iurandum
quod p. f.
sub. fi. col. 2

FRANCISCI MORANDI CYNTII IO. BAPTISTAE

Syrenæ Veronenfis Iurif-
confulti

LEx est, & ipsos, vbi ita causa postulet,
Quandoque legum limites preteruchi.
S. d. cum vagari & flectere a recto nimis
Quicumque possidet arbitrandi, ius queat,
Quod liceat vsque progredi, & qua sistere,
Mira es docere aggressus elegantia
Legum MENOCHI candidissime arbiter,
Quare tibi omnis litigantium cohors
Tibi omnis ordo iudicum vno pectore
Ingentem habent, & vsque habebunt gratiam.
Hi nempe, quod ratione prorsus cognita
Sua potestatis, ea abuti desinent.
Illi, quod eius damna summæ iniuriæ,
Quæ a iure summo fertur, effugient magis.

NICOLAI ANTONII
Grauatij, Iurifconfulti
Calabri.

Hic iam verè animum perite iuris,
Hos voluas celebres, precor, libellos.
Nam illis (mibi crede) doctiores,
Mille haud deinde alijs erunt in annis.
Quales Papiniani, & Ulpiani,
Celsi sunt, Labeonis & Casellij.
Iudex quæ arbitrio queat peritus
Monstrant lucidius die corusco:
Excusis tenebris nihil verendum est.
Quis nam hic egregius, politus atque
Scriptor doctiloquus, catusque & altus?
Ille est MENOCHIVS potentis ingens
Splendor Ausoniae, decusque summum.
Cui vindex dubij profecto iuris,
Tutoresque rei trepidi tenentur,
Scyllam quod fugiant Duce hoc latrantem,
Excelsa & superent Acroceramia,
Hunc ergo meritò putato doctos
Multùm interque viros quidem beatum.
O felix ter & amplius, cui omne
Vitam viuere, suppetat per æuum.

CYNTII IO. BAPTISTAE

Cyraldi Nobilis Ferrariensis.

Nihil est iudice tetrus maligno,
Nil illo melius bono, & fideli,
Qui ura vigili sequatur æquum.
Verùm cum lateat tenebricosa.
In caligine veritas sepulta,
Est lapsus facilis viro, strepentis
Qui sit arbitrijs fori dicatus,
Illis gratia maxima est habenda,
Clarolumine, qui fugent tenebras
Quo Iudex valeat videre verum, &
Causas pendere lancibus peræquis,
Vt nomen fugiat mali & nefandi,
Dat suo hoc studio pereleganter.
Ille MENOCHIVS disertus ille
Totius pater eruditionis,
Nulli in iudicijs fori secundus,
Ille, qui est decus vtriusque iuris,
Dignas perpetuo nitere honore.

Hoc quit Arbitrator explicare nodos
Litis per dubia, & modis sat æquis,
Finem imponere garrulis querelis,
Clamosum quibus est forum refertum.
Ergo gratia maxima est habenda
Curæ MENOCHII, & pio labori,
Is quando tenebras fugauit omnes,
Verùm quis latuit diu sepultum
Istoc aureolo suo libello,
Et graui, & facili eruditione,

AVGVSTINI BOTTAE
Nobilis Ticinensis.

Quid reus implicito possit se iure tueri,
Quid causa ancipiti prouidat actor agat,
Quas dirimat Iudex alta ad subsellia lites,
Cum lex iudicio propria nulla datur.
Hæc tibi prestabunt docti monumenta Iacobi,
Quem studijs ortum gloria ad astra refert.
Nulla forum extinguunt, legumvè forense tribunal
Secula, nulla atas hæc documenta teret.
Hæc docti clarique Duces, hæc fortia cingunt
Agmina, vt incastrum Zoi us arma paret.

E L E N C V S
A R G V M E N T O R V M,
Q V A E I N H I S C E Q V A E S T I O N I B V S,
E T C E N T V R I I S C O N T I N E N T V R.



ARGVMENTA QVÆSTIONVM.



ACTIONES arbitrarie enume-
rantur, & de earum nominis veri-
tate disputatur. q. 5 fo. 4
Agitur quomodo in dubio verba con-
ferant liberum, vel regulatum arbi-
trium, quid in pecuniarijs, quid in
capitalibus causis, & nonnulla sta-
tuta Veronæ, & Ferrariæ exposita.
q. 9. fo. 11
An citatio partium necessaria omnino sit cum pro sui arbi-
trio iudex causam cognoscere & diffinire potest, & docto-
rum magna controuersia explicatur. q. 17 fo. 15
An iudex arbitrium habens iniqua æquis præferre possit.
quæst. 65 fo. 40
An in arbitrijs iudicijs necessaria sit testium publicatio, &
quando sententia nulla reddatur ex non publicatione ip-
sorum testium. q. 33 fo. 21
An iudex, qui in causis capitalibus arbitrium habet, reo pœ-
næ electionem tribuere valeat, diligenter declaratum. qua-
estione 87 fo. 66
Arbitrium per modum ordinariæ, vel delegatæ iurisdic-
tionis quando concessum censetur, & quis sit ordinarius, ac
delegatus causæ, paucis, sed dilucidè explicatur, quæstio-
ne 12 fo. 13
Arbitrium condemnandi habens, an & absoluendi habeat, &
an qui non potest condemnare, possit absolute: plenè ex-
plicatum, & noua præter ceteros exposita. q. 43 fo. 28
Arbitrium habens vices suas alteri mādare an possit, & quid
in Delegato Principis, an causas meri ac mixti imperij
subdelegare possit, lacillimè disputatum, & per multa iu-
ris loca explicata, multorum reiectis interpretationibus.
quæst. 54 fo. 35
Arbitrium datum in cognoscendo & diffiniendo, an etiam da-
tum censetur in exequendo, & late explicatum tam ex iu-
re Pontificio, quam Ciuili in Delegatis inferiorum, & su-
periorum. q. 74 fo. 50
Arbitrium quale intelligatur in causis capitalibus. quæstio-
ne 77 fo. 54
Arbitrandi facultas an in successorem, vel iudicis ordinarij,
vel delegati, vel arbitri extrajudicialiter electi transeat, &
plura in foro quotidiana multorum auctoritatibus expli-
cata. q. 68 fo. 43
Arbitraria actio quæ sit, ex multorum opinionibus diffusè
explicatur, ac inibi de natura, & differentia actionum bo-
næ fidei & stricti iuris. q. 3 fo. 2
Arbitrariam actionem nomen propriū non habere, sed qua-
litatem potius, dilucidè exponitur. q. 4 fo. 3
BANNITVM restituere quando iudex possit, qui arbi-
trium in causis capitalibus obtinet, explicatur. quæstio-
ne 92 fo. 71
Bonam fidem agnoscere an debeat iudex, qui arbitrium in
procedendo obtinet, & quando naturale, debitum exigij,
ac persolui debeat, explanatum. q. 57 fo. 38
Bonorum publicationem quando valeat indicere iudex, qui
in causis capitalibus finiendis arbitrium habet. quæstio-
ne 93 fo. 72
Breuibus exponitur, vtrum libellus in arbitrarijs iudicijs ne-

cessarius sit, aut qualis qualis petitio. q. 18 fo. 16
CAVSÆ cognitionis requisita enumerantur, & quando
necessaria illa sit in iudice, qui arbitrium, vel liberum, vel
regulatum habet. q. 19 fo. 16
DE appellacione, & recursu ad superiorem cum iudex pro
suo arbitrio sententiam fert, & plura iuris loca explicata.
q. 70 fo. 46
DE arbitrii speciebus & earum diuisione, breuiter, sed con-
tinuè agitur. q. 6 fo. 5
DE arbitrio iudicis, quod circa decem prædicamenta verfa-
tur, agitur: & breuis ipsorum prædicamentorum declara-
tio. q. 11 fo. 12
DE arbitrio dato super causa conuentionali quomodo ad re-
compensationem extendatur. q. 44 fo. 30
DE carceris perpetui pœna indicenda, actum. q. 39 fo. 68
DECLARATUM diffusè quando ex causa non deducta, sed proba-
ta, sententia fieri possit, & ibi multis declarationibus illu-
strata. l. habebat. ff. de instit. actio. q. 31 fo. 21
DECLARATUM, quas probationes iudex arbitrarius spernere
possit. q. 24 fo. 16
DE contumacia, quæ a iudicio repellit, & plura ibidè de his
non indigna notatu relata. q. 36 fo. 24
DE exceptione respiciente altiore indaginem & disquisi-
tionem quando ab habente arbitrium iudicandi reijci pos-
sit. q. 5 fo. 34
DE horum verborum, plus & minus, effectu & significatione.
q. 95 fo. 72
DE inimici testimonio repellendo agitur, ac inibi plenè ex-
plicatum de inimico præsumpto, & reconciliato. quæstio-
ne 28 fo. 19
DE inuitanti obseruatione in causis arbitrarijs, tã super con-
tractibus, quam vltimis dispositionibus, non ineleganter
differitur. q. 22 fo. 17
DE pœnæ arbitri cum iam vna statuto indicta est, disputa-
tur. q. 97 fo. 73
DE repulsatione testium quando admittatur, declaratum.
q. 32 fo. 21
DE securitate reo criminoso concedenda, vtilis & subtilis iu-
ris quæstio explicata. q. 81 fo. 63
DE sententia breui tempore atq; ex abrupto lata, differitur.
q. 42 fo. 28
DIFFUSÈ explicatur quando didicitis testificatis recipi testes
possunt. q. 34 fo. 23
DIUIDERE causam in medio, & vtrique partium partem assi-
gnare, quando iudex arbitrarius possit. q. 56 fo. 38
EMERGENS, incidens, dependens, & connexa quæstio que
dicatur, & quomodo tributum arbitrium super principali
ad illa probatur. q. 45 fo. 30
EXAMINATUR insignis differentia arbitrii, & iudicij, & apud
quos olim fuerit iudiciorum potestas, & an olim Prætor
iudicaret, exponitur. q. 2 fo. 1
EXAMINATUR singula verba quibus arbitrium liberum confer-
ri iudici solet, & doctorum variæ extricantur disputatio-
nes. q. 7 fo. 6
EXCEPTIONEM spolij, excussionis, quæ ante fideiussorem princi-
pali conueniatur, quando iudex arbitrium habens reijce-
re possit, disputatum. q. 51 fo. 33

INDEX

Excessus quomodo detegatur in sententia iudicis arbitrarij, de vi consuetudinis plura allata, q. 71 47
Ex duabus poenis a lege pro crimine impositis, cuius sit electio iudicis vel delinquentis traditur, q. 94 72
Expositum quomodo arbitrium concessum in definiendo, & exequendo ad cognoscendum extendatur, & inibi plena manu explicatum, quando datus executor de causa cognoscere possit, q. 38 26
Explicata questio an iudex arbitrium in causis habens possit punire testes, qui coram eo falsum testimonium dixerunt, q. 91 71
Explicatur quomodo agentem sine actione iudex hic admittere possit, & de iudicio, ex supervenienti iure convalidato, q. 16 15
Explicatur quando sapientis consilium in arbitrariis iudicis necessarium sit, & quando in illiterato iudice, & de statu illud consilium requirentibus, q. 23 18
F E R I A R V M quae sit observatio in causis arbitrariis cognoscendis, & non nulla iuris loca de feriis declarata, q. 30 20
Fufissime declaratur quando conclusio in causa vltiores probationes impediatur, & quando illis non aduerfetur, quaestione 35 23
HABENS arbitrium vel regulatum, vel liberum, ius qualesum quando auferre possit, ac de Principis potestate disputatum, q. 48 32
I N D I C I I S non praecedentibus quando torqueri possit iudex arbitrium in causis capitalibus habens, quaestione 84 64
Infamia notatos testimonio perhibendo interdum recipi, factis plena manu explicatum, q. 27 19
Inquisitionem praecedentibus iudicis formandam a iudice esse, explicatum & declaratum, q. 78 54
Iudex is, qui pro suo arbitrio iudicare potest, vtrum ne sedendo, vel stando, sententiam ferre queat, quaestione 61 39
Iudex an possit in sui magistratus initio poenas in singulis casibus declarare, q. 83 64
Iudicem in causis arbitrariis sententiam cogi ferre, quaestione 41 28
Iurandum in sui arbitrii prolatione praestare, an debeat iudex, & aliqua iuris loca explicata, q. 58 38
Iuramenti vim ac exceptionem quando auferre possit iudex, qui arbitrium habet, explicatum, q. 50 33
MULTIPLICEM esse significationem huius vocis Arbitrium pacis exponitur, q. 1 1
P A V C I S exponitur circa quae iudicis arbitrium versetur, q. 10 12
Peremptoriam citationem non requiri necessario in causis arbitrariis, q. 59 39
Poenam ex duabus, quam eligeere debeat iudex arbitrium in causis capitalibus habens, q. 85 64
Poenam remittere, mutare, vel minuere an iudex possit, plene examinatum, q. 96 73
Prescriptionis ius & exceptionem quando ac quomodo iudex arbitrium habens reicere possit, & an in causa, quae ex bono & aequo tractatur, admitti conveniat, quaestione 49 32
Probationibus novis, an antiquis, quando utatur is, quia appellavit a sententia iudicis arbitrium habentis, explicatum, q. 72 48
Probationibus minimè concludentibus non credi in iudiciis arbitrariis, & explicatum quid ex legis municipalis, vel consuetudinis in illis concedi possit, q. 25 19
QVA forma examinari testes debeant, & datum consilium cum in arduis interrogantur, q. 29 20
Quam normam in arbitrio libero, & in regulato observare iudex habeat, declaratur, & quando dolus malus in omnibus abesse debeat, q. 13 13
Quam poenam indicare valeat iudex qui in causis capitalibus arbitrium habet, late & subtiliter explicatum, quaest. 86 65
Quando iam constituta & firmata tollere ac immutare iudex possit, declaratur, q. 15 14
Quando iudex arbitrium habens, cause instantiam prorogare valeat, enucleatum, ac Bartoli, Socini, & nonnullorum interpretum loca expensa, & declarata, q. 11 17

Quando iudex cause criminalis cognoscere valeat super civili, & e contra, explanatum, q. 82 64
Quando iudex arbitrium habens rei iudicate, exceptionem reicere possit, & de virtute clausulae commissionis, Videatur & iustitiam faciat, subtili disputatione explicatum, quaest. 52 33
Quando assertioni iudicis credatur, explicatum, q. 76 53
Quando datum arbitrium pro delictis in civitate commissis extendatur ad perpetrata in suburbis vicis, & comitatu, plene disputatum, q. 99 74
Quando procurator accusatoris nomine possit in iudicio intervenire, diligenter explicatum, q. 79 55
Quando iudex ex arbitrio, quod in capitalibus causis habet, possit viros, & mulieres, vel ob debitum pecuniarium, vel ob crimen prehendi iubere, & incarcerationem conicere, & de meretricum custodia, pleno calamo scriptum & explicatum, q. 88 67
Quando iudex ferre possit testimonium super sententia a se prolata, plena manu declaratum, q. 73 49
Quando iudex arbitrium in causis capitalibus habens punire possit occidentem bannitum, fufissime explicatum, quaestio. 90 68
Quando procurator pro reo criminoso accusato, vel inquisito intervenire possit, & quando reiciatur, plene sine explicatum, q. 80 57
Quando prolata sententia sit valida, vel nulla ob errorem, vel ignorantiam arbitrii & potestatis, quam habet ordinarius, vel delegatus, q. 75 53
Quando arbitrium ad loca confederata protrahatur, & de antiquo multiplici Romanorum foedere, eorumque forma & solennitate enarratum, & de intellectu, l. & non dubito, ff. de cap. & postlim. reuerf. q. 100 75
Quando sententiae executionem suspendere aut differre iudex possit, explicatum, q. 98 74
Quanta sit fides testimonium sine iuramento, & quo iure iuramentum a testibus prestandum, sit inuentum, q. 26 19
Quod iuramentum calumniae in arbitrariis iudicis necessarium sit, & quid ceteris in causis, ac inibi legem municipalem Brixensem explicatum, q. 20 16
Quomodo iudex iurum arbitrium exercere possit in ea causa si sit certa sub forma a Principe mandata, & de virtute clausulae, omni meliori modo, q. 47 31
Quomodo ac quando ordinarius, vel delegatus arbitrii habens possit iterum iudicare, si semel iudicavit, sed nulliter q. 67 41
Quomodo arbitrium iudicis sua morte extinguatur, vel ruocetur, & de Principis beneplacito, plura explicata, quaestio. 69 45
Quomodo iudex pro suo arbitrio possit aliquem suo loco, & magistratu, officioque amovere, explanatum, q. 53 38
Quomodo datum arbitrium pro vna summa pro altera etiam concessum censetur, q. 40 27
Quomodo arbitrium ad actiones presentes tantum pertinet, q. 39 27
Quo iure suum arbitrium regulare debeat iure communi vel consuetudine terminatum, explicatur, q. 14 14
Quo in loco sententiam proferre possit iudex arbitrium in causa habens, q. 64 40
RECENSENTVR verba & clausulae, quibus arbitrium regulatum ac viri boni censetur, & plura, quae in foro & iudiciis quotidiana sunt, explicantur, q. 8 9
SALARIA constituere & donare quando possit administrator arbitrium habens, q. 46 31
Sententia inscriptis proferre an teneatur iudex qui arbitrii procedendi habet, q. 60 39
Sententia intimare necesse an habeat iudex, qui suo arbitrio in causa procedere potest, q. 66 41
Sententia tempore noctis proferri an possit a iudice, qui arbitrium procedendi in causa habet, q. 62 39
Sententiae prolationem in diem sequentem differre quando possit iudex arbitrium in causis habens, declaratum, q. 63 40
Subtili disputatione enucleatur, an datum arbitrium in cognoscendo, datum etiam censetur in definiendo, quaestio. 37 24

INDEX

ARGUMENTA CENTVRIAE

PRIMAE.



ACTORIS vel rei testibus, & probationibus quando plus cre datur, casus 98 f. 133
Aetates hominis, quae de infante proximo infantiae, puero & proximo puertati, accurata disputatio, plura iuris loca enucleata, & multa Doctorum opiniones explicatae, cas. 57 99
C O N N E X A & separata quae dicantur, & in ibide capitulo lorum connexitate & separatione plura scitu non indigna, enarrata, cas. 95 131
Contractum esse domicilium in loco, ex quibus cognoscatur, cas. 86 115
Cum retractus constitutio octo dies, puta, a die confecti instrumenti agnatis conceditur, an illud idem tempus concessum censetur cum adhibitis testibus sit venditio, cas. 63 103
D E C R E T V M primum, & secundum quod, & intra quod tempus ad illud secundum decretum denegatur, & de multiplici Doctorum ea de re opinione, cas. 6 80
De commodati & precarii reuocatione, ac de ratione differentiae inter illa, cas. 23 85
De debitore, vel criminoso acceptante litteras, quibus faceri debitum, vel crimen videatur, & de tempore ei concedendo, vt peritiores consulere & protestari valeat, cas. 21 85
De dilationum prorogatione & coarctatione iudicis arbitraria, cas. 52 97
De exceptione peremptoria & illius effectu ad litis ingressum impediendum si statim probetur, cas. 19 84
De executione instrumentorum, & quando per exceptionem statim probandam impediatur, cas. 17 84
De fide libri rationum Argentariorum, Banqueriorum, & Mercatorum nostri temporis, multa scitu non indigna explicata, & ibi qui olim essent Argentarii, & qui Numularii, cas. 91 116
De fide & probatione libri rationum societatis, clara & dilucida explanatio, cas. 92 127
De fide libri rationum tam pro auctore illius producente, quam contra se, copiosa & dilucida explicatio, cas. 93 118
Deliberandi tempus heredi datum ad hereditatem adeundum tam iure Praetorio, quam civili, & de illius prorogatione & coarctatione explicatum simul disputatum, cas. 1 77
De tempore concessio condemnato vt soluat, cas. 28 86
De tempore, quo de bonis conferendis stipulatio committitur, cas. 29 86
De tempore electionum non praestituto, a iudice statuendo, cas. 35 87
De tempore concessio interpellato, vt compareat, ne morosus reddatur, cas. 36 87
De tempore concessio delinquenti dum sponte confirmat confessionem a se in tormentis factam, cas. 38 88
Disputatio accurata quando credatur testimonio singulari illius, qui de gestis a seipso deposuit, cas. 99 133
E G R E G I E persona quae sint, cas. 70 109
I V D I C I S arbitrio terminos esse distinguendos, cum quis tribus dare promissit, cas. 53 97
P E N S I O N I S remissio ob sterilitatem qualis esse debet, declaratum, cas. 77 111
Persona miserabilis quae sit, cas. 66 106
Personae illustres quae, & ibi qua dignitate fulgeant Praefecti vrbis, Quaestores, Consules, Seruatores, Consilii Principis, & Doctores qui vicem iam publicè docuerunt, cas. 68 106
Plena manu examinatur, quando dies in vno instrumento ad scripta, in altero censetur repetita, cas. 64 104
Possesse diu quando quis dicatur, cum rei vendicatione ex peritur, cas. 42 89
Probatio quando incontinenti fieri ducatur, vt executio iuramentum impediatur, cas. 9 82
Professionis tempus, quod sit, cas. 56 98
QVA aetate senex quis censetur, cas. 59 101

Quae grauis, & quae honesta persona dici possit, & statuti Patrum explicatum, cas. 69 109
Quae vulgaris persona iure dicatur, cas. 71 109
Quae causa parua, magna, vel leuis dicatur, cas. 72 110
Quae laeso enormis censetur in laudo arbitri, cas. 73 110
Quae enormis laeso dicatur, vt ecclesia in integrum restituatur, cas. 74 111
Quae laeso enormis dicatur, vt minor, 25. annis in integrum restituatur, cas. 75 111
Quae verisimilia & non verisimilia dicantur, cas. 85 115
Quae sterilitas grauis, & digna remissione pensionis sit, casus 76 111
Quae res ab egrede distrahi debuerunt, ne, si pereant, is fidei commissario teneatur, & cur paruis ancillarum in fructu non sint, diligens & egregia explanatio cas. 49 92
Quae absentia diuturna conductoris dici potest vt, rem locatam valeat locator apud se retrahere, cas. 79 112
Quae consuetudo irrationabilis iure censetur, cas. 82 113
Quam probationem faciat epistola pro scribente contra scribentem & contra tertiam, enucleatum, cas. 94 130
Quando probanda sit molestia ab appellante illata, vt appellationis commodo is appellans careat, cas. 15 84
Quando exceptio altiore in indaginem requirere dicatur, vt ea non impediatur spoliati restituti, cas. 20 84
Quando ob diuturnam absentiam examinari possunt testes ad aeternam rei memoriam, cas. 62 103
Quando iter facturus terra, vel mari in mortis periculo versetur, cas. 61 102
Quando fides adhibenda sit testimonio illius qui in extremis laborat, & de testamento conicito ad alterius interrogationem, cas. 97 132
Quando ex temporis diuturnitate bona fides praesumatur, cas. 43 89
Quando quis alterum iudicio fistere promissit, & tempus non est adiectum, iudicis arbitrio illud terminari, cas. 54 98
Quando & quomodo debitoris fugitiui suspicio probetur, & quo ordine contra eum procedatur, & plura insignia ciuitatum explicata statuta, cas. 87 117
Quando ob causam paupertatis fides testibus non adhibetur, dilucide explicatur, cas. 96 132
Quando transactio & sententia per noua instrumenta annulatur, & de tempore quo statim falsitatis exceptio probetur, cas. 15 83
Quando tertius pro suo interesse audiatur, & de tempore intra quod de suo interesse perobare debet, cas. 28 84

EX CENTVRIA PRIMA.

Quando ad evitandum interdictum vnde videtur incontinenti recuperata possessio, & inibi quale arbitrium iudicis esse debeat, cas. 11 82
Quando murum reuocari non possit, & de tempore destituti usus in mutuo, cas. 22 85
Quando conductor, vasallus, emphyteota, fructuarius & inquilinus in re possessa male versari dicantur, cas. 78 112
Quando actor expectandus est ad iudicium debito tempore non veniens, cas. 45 90
Quando ex iudicis arbitrio & potestate interrogatoria admittantur, de conclusione in causa plura ad usum forensis pertinentia explicata, cas. 51 95
Quando diu in obligatione pro principali fideiusor stetit dicatur, paucis, sed clare explicatur, cas. 41 89
Quando vnum rescriptum alteri praefertur vel ratione datae vel ob prerogatiuum concedentis, vel prius adeptae possessionis, vel ob horam in vno eorum adscriptam, accurata & subtilis disputatio, cas. 48 91
Quanto tpe introducta consuetudo obfirmatur, cas. 83. 114
Qui casus dicatur insolitus, & minime cogitatus, vt ex illius euentu conductores gabellarum vel praediorum a pensionis praestatione excusentur, cas. 80 112
Qui casus dicantur similes, vt inde argumentum a simili deducatur, cas. 84 114
Quis censetur ad generandum impotens, & quomodo cognoscatur, cas. 58 101
Quis diues, quis pauper, & quis inops censetur, late explanatum, cas. 65 105

INDEX

Quis nobilis dicatur. cas. 67 106
Quibus casibus donatio presumatur, & de multiplicitate earum conjectura, fufius quam hactenus factum, agitur. casus 88 118
Quibus probationibus filiatione probetur, & de partium tempore, plura hactenus non explicata, enucleantur. casus 89 121
Quod longum tempus dicatur in locationibus bonorum ecclesie multorum relata & confutata opinio. & de iudicis arbitrio in his. cas. 5 80
Quod tempus, in continenti dicatur cum heres offert se probaturum, nullum a testatore factum esse fideicommissum ad evitandam satisfactionem fideicommissario prestandam. cas. 10 82
Quod tempus sit prestitum in casibus, l. i. §. si ita, ff. ad l. fal. cid. & l. si domus. §. in pecunia. de leg. i. cas. 30 86
Quod modicum tempus dicatur, cum superficies ad illud modicum tempus conducitur. cas. 31 87
Quod modicum tempus dicatur illud concessum reuerso, vt componat sarcinulas, & Aduocatum quærat, vt agere incipiat contra prescribentem. cas. 33 87
Quod tempus prescribatur volenti proponere querelam ad libertatis actionem impediendam, & quia in cæteris actionibus & exceptionibus. cas. 34 87
Quod tempus concedatur vxori, vt rem viri commodato datam recuperare possit, & viro vel eius heredibus restituere. cas. 25 85
Quod sit tempus infra quod possidens rem alienam contractum simulatum presumere faciat. cas. 39 88
Quod tempus debitori concedatur, vt solutionem præparet. cas. 27 86
Quod tempus prescribendum sit fideiussori, vt debitorem principalem præsentet, ne eius loco ipse fideiussor contineatur. cas. 40 88
Quod tempus significet illa dictio, vel circa, cundictur, aliquem possidisse per decem annos vel circa, & statutum vnum Mediolani declaratum. cas. 46 90
Quo tempore finitur arbitrandi facultas, & quæ facultas erit in dicantur, explanatum. cas. 44 89
Quomodo probationes in iudicis arbitrio positæ sint. casus 90 125
Quot dies constet mensis, multa præter alios diligenter declarata. cas. 50 93
Quot ritibus consuetudo iuncta censeatur. cas. 81 113
SIMVLATIO contractus quando ex pacto de reuocando incontinenti, vel ex intervallo apposito derogatur. cas. 13 83
TEMPVS quod statuendum sit promissori, vt, quod in loco dare promissit, perfoluat. & ibi de militaribus peragen. de, multaque iuris loca conciliata. cas. 2 78
Tempus antiquum quod censeatur in sententia iudicis, & ibi de presumptione ipsius sententia. cas. 4 79
Tempus quod incontinenti dicatur, cum agitur de probanda exceptione, qua impediatur missio in possessionem ex edicto Diui Adriani. cas. 12 82
Tempus antiquum quod esse dicatur in probationum materiis, & ibi multorum opinio. relata. cas. 3 79
Tempus quod sit, quo causatur obliuio, & quid in re a iudice obseruandum sit. cas. 26 86
Tempus quod sit prestitum cum conceditur moram purgari incontinenti posse. & ibidem variæ Doctorem opiniones explicata. cas. 7 81
Tempus cessantis solutionis pensionum, vt bona ipsius cessantis subhastari possint. cas. 55 98
Tempus statuendum condemnato ex laudo arbitratoris, vt sub pœna aliquid det, quod sit. cas. 8 81
Tempus quod sit, cum dicitur per decennium & plus, & quando testis per eam dictionem, & plus, deponens probet. cas. 47 90
Tempus quod concedatur ad deliberandum ei, qui potest, si vult emere, ne res alteri vendatur. cas. 37 87
Tempus quod sit datum domino ratificanti solutionem falso procuratori factam, & ibidem de ratificante sentiam. cas. 32 87
Tempus quod sit datum ad præcarij reuocationem, ne ciuili possessio amittatur. cas. 24 85
Tempus quod concedi dicatur ad creditum liquidandum, vt

ARGUMENTA CENTVRIAE SECVNDÆ.



Acquisita per clericum è quibus bonis acquisita censeatur, vel è propriis, vel ex illis ecclesie, clara & dilucida explicatio. cas. 195. fol. 194
Aemulationis causa quando quis aliquid facere credatur, & quæ ob id fieri impediatur. cas. 156 164
Alimenta quomodo sint prestanda pupillo, filij dotata, spurio, pauperi, seruo, & clerico. cas. 169 170
Antiquum feudum esse vel non, quando presumatur, & cui iuramentum ad probationis supplementum deferatur afferenti esse nouum vel antiquum feudum. cas. 191 190
Apud quos educari pupillus debeat ac possit, plena, & diligens explicatio. cas. 168 169
Testimonium vnius coniugum non credi, si is querit sponsalia dissolui, *ca. 103. nu. 3* 136
Testimonium amborum coniugum asserentium, se adiuuicē matrimonium contraxisse, creditur, *ibid. nu. 4*
Testimonium venale, nō esse testimonium veritatis, *ca. 310. num. 3* 262
Testimonium prolatum in iudicio nullo, posse in alio iudicio a iudice ratum haberi, *ca. 109. nu. 4* 142
Testimonium prolatum in iudicio summario, in plenario esse repetendum, ad hoc vt probet, *ibid. nu. 6*
Testimonium diuitis praeferrī testimonio pauperis, casus 96 numero 9 132
Testimonium quis potest contra se ferre, non autem pro se, *ca. 93. nu. 30* 129
Testimonium iudiciale praeferrī extraiudiciali, etiā in mortis articulo probato, *ca. 108. nu. 20* 141
Testimonium secundum iudiciale praeferrī primo extraiudiciali, *ca. 108. nu. 22* 141
Testimonium primum extraiudiciale praeferrī secundo iudiciali, *ibid. nu. 23*
Testimonium extraiudiciale cum aliis coniecturis & praesumptionibus praeferrī iudiciali, *ibid. nu. 24* 142
Testimonium extraiudiciale scriptura factum, praeferrī secundo iudiciali, *ibid. nu. 25*

Testi-

INDEX

Testimonium primum parte presente dictum praeferrī secundo iudiciali, *ibid. nu. 26*
Testimonium secundum iudiciale cum primo extraiudiciali praefertur, integrā tñ & plenam fidem non facit, *ibid. nu. 27*
Testimonium iudiciale receptum apud iudicē incompetētē, nō proferri alteri iudiciali apud iudicē cōpetētē, *ibid. nu. 29*
Testimonio contrario & si aliquando credatur, non tamen plenē, *ibid. nu. 31* 141
Testimonio primo esse credendum, cum testis animo se non corrigendi contraria deposuit, *ca. 108. num. 10* 141
Testimonio primo credi, etiam si illud primum iudicium esset summarium, *ibid. num. 11*
Testimonio contrario animo etiam se corrigendi, non credi ad commodum ipsiusmet testis *ibid. nu. 12*
Testimonio contrario credi cum haeresis detegitur, *ibid. nu. 13*
Testimonio primo verisimiliori credi, reiecto primo, *ca. 108. numero 17* 141
Testimonio primo spontē prolato credi, & si cum secundo concurrant tormenta, *ibid. nu. 18*
Testimonio primo prolato in iudicio credi, cum secundo, non est in forma iudicii, *ibid. nu. 19*
Testimonio singulari ratione sui officii creditur de gestis a se ipso, *ca. 99. nu. 2* 133
Testimonio singulari ob excelsum dignitatem credi, *ibid. nu. 5*
Testimonio singulari personae honestae non credi, cum de eius interesse tractatur, *ibid. nu. 6*
Testimonio illius magnis creditur, qui de gestis a se ipso testificatur, *ca. 99. num. 11* 134
Testimonio singulari an credatur de gestis a se ipso, & infra *ibid. nu. 12*
Testimonio Abbatis & monachorum credi contra monasteriū sibi esse solutum legatum monasterio relicto, *ibid. nu. 13*
Testimonio contrahentis credi de gestis in contractu, *ibid. nu. 14*
Testimonio mulieris, quae partum suppositum credi, *ibid. nu. 15*
Testimonia antiquitus prolata non nocere, *ca. 111. nu. 5. 143*
Tolerantia superioris quomodo excuset, *q. 90. nu. 57* 71
Tortura repetenda an sit, *ca. 272. nu. 3* 244
Tortura locum non esse, non praecedentibus iudiciis, etiam in crimine lae & maiestatis, *q. 84. nu. 3* 64
Torturam esse difficilius probationis, *ca. 116. nu. 19* 138
Torturam damnū irreparabile adferre, *q. 84. nu. 2* 64
Tortura leuiter torqueri iterum potest, *ca. 272. nu. 6* 244
Tortureri iterum potest delinquens, ex notis iudiciis, *ibid. nu. 7*
Tortura. Vide Quæstionibus. 225
Tractatoria quae *ca. 229. nu. 4*
Tractatur de homicidio difficilis est probationis casus 116 numero 15 148
Transactio super alimentis cum Praetoris decreto sit, casus 170. nu. 1 170
Transactio de alimentis ex contractu acquisitis sine decreto Praetoris fieri potest, *ibid. nu. 2*
Transactio de alimentis facta ad habitationem & vestiariū non pertinet, *ca. 170. nu. 27* 171
Transactio de alimentis Praetoris decretum nō requirit cū conditio alimentarii melior efficitur, *ibid. nu. 31*
Transactio de alimentis a testatore permissa sine decreto celebrari potest, *ibid. nu. 32*
Transactionem ipso iure annullari eius falsitate detecta, *ca. 15. nu. 6* 83
Transactionem precipitanter latam, esse nullam, *q. 42. nu. 3. 28*
Transigi de alimentis praeterea potest sine decreto Praetoris, *ca. 170. nu. 33* 171
Transigi potest super priuato crimine cum est statuto poena sanguinis indicenda est, *82. nu. 6* 64
Transigi de alimentis potest cum praesentis pecuniae omnino opus est, *ca. 170. nu. 20* 171
Transigi de alimentis potest cū relicta sunt a pluribus, quos conuenire difficile est, *ibid. nu. 21*
Transigi de alimentis sine decreto potest, cum ita testator cauit, *ca. 171. nu. 68* 174
Transigi de alimentis causa est domicilii mutatio, *ca. 170. numero 7* 170
Trebellianica quibus de reb. detrahenda sit, *ca. 164. nu. 1. 167*
Tribunos ararii in causis diffiniendis Senatui addidit Aurelius Coctus, *q. 2. nu. 3* 2
Tributū, quod Principi praestari solet, vel illius Prouinciae, vel vicine Quaestori perfoluendum esse, *ca. 222. nu. 3. 222*

Tributa iure Diuino Principibus praestari, *ca. 397. nu. 3. 330*
Trophima, quid, *ca. 93. nu. 17* 129
Tutor suscepta tutela inuentarium quamprimum facere debet, *ca. 174. nu. 1* 175
Tutor suspectus quomodo dici possit quando multum differt inuentarium conficere, *ibid. nu. 3*
Tutor administratae tutelae rationes reddere tenetur, casus, 209. nu. 2 213
Tutor cum aliis datus, tutela non priuatur, si se datum negauit, *ca. 276. nu. 7* 245
Tutor qui palam a pupillo pecunia mutuo accepit, excusatur, *ca. 244. nu. 4* 232
Tutoris auctoritatem ex abrupto interpositam, nihil prodest, *q. 42. nu. 5* 28
Tutoris mandatum excusat operarium agrum colentem, *ca. 354. nu. 39* 293
Tutoris negligentia quomodo probetur, quod non emerit praedia pupilli nomine, sed reliquerit pecunias otiosas in arca, *ca. 49. nu. 6* 93
Tutorem pupilli nomine accusare posse, *q. 79. nu. 15* 55
Tutorem cum eius pupilla matrimonium contrahere cur prohiberi, *ca. 194. nu. 12* 192
Tutorem cum eius pupilla matrimonium contrahere posse de iure canonico, *ibid. nu. 13*
Tutorem & curatorem valide obligare posse bona propria pro euictione bonorum minoris sine solennitate alienatorum, *ca. 171. nu. 77* 174
Tutorem a matre secundo nubente nominatum, dandum esse filio pupillo cum inquisitione, *ca. 151. nu. 4* 162
Tutorem pro suo pupillo accusato posse interuenire, *q. 80. nu. 66* 60
Tutores excusari si causam pupilli non per agunt, cum illa plus damni quā lucri habet, *ca. 72. nu. 7* 110
Tutores si in loco haberi non possunt idonei, e loco vicino vocandi sunt, *ca. 222. nu. 1* 222
Tutela quibus potest decerni, eidem & cura, *ca. 150. nu. 35* 162
Tutela remotus ob suam simplicitatem, infamis non efficitur, *ca. 193. nu. 7* 191
Tutela actio vt vniuersalis tamquam vnum continens corā vno solo iudice tractari debet, *ca. 371. nu. 10* 308

V

Vacationis modo vno expresso, alter nō continetur, *ca. 201. nu. 103* 202
Vacationis modum ex communi voce & fama narrare sufficit, *ibid. nu. 104*
Vacationis modo vno expresso, alter continetur ex mente ipsius impetrantis, *ibid. nu. 105*
Vacationis modum vnum in gratiis expectatiuis narrare sufficit, *ibid. nu. 106*
Vacationis modum exprimere sufficit, cum clausula, quouis modo vacet, *ibid. nu. 107*
Vacationis modo vno narrato, alter continetur in vno odio sis, *ibid. nu. 108*
Vacationis modo vno expresso alter cōtinetur, cum iam diu beneficium vacauit, *ibid. nu. 109*
Vacationis nullo modo expresso, omnis vacandi modus continetur, *ca. 201. nu. 110*
Vacationis modo expresso ex vna persona, non venit ex persona alterius, etiam ob clausulam, quouis modo, casus 201 nu. 122 203
Vacaturum primam impetrans in ciuitate, non obtinet vacantem in suburbis, *q. 99. nu. 9* 74
Valerii Max. locus, *ca. 269. nu. 5* 243
Valerii Plicole lex aduersus vim publicam inferentes, casus 394. nu. 10 325
Valisa vbi eo modo, quo deposita est, restituitur, contra depositarium in litem non iuratur, *ca. 208. nu. 30* 213
Valisa aperta cum restituitur, & constat non depositarium, sed alterum distigillasse, cessat iudicium in litem contra depositarium, *ibid. nu. 31*
Valisa cum restituitur aperta & distigillata, & constat depositarium esse in dolo, contra eum in litem iuratur, *ibid. nu. 32*
Valisa cum distigillata restituitur, & ignoratur a quo an iudicium in litem detur contra depositarium, variae referuntur Doctorum opiniones, *ibid. nu. 33*
Valisa distigillata apud depositarium virum probum reperita, 23

INDEX

M urarium restitutio non impedit ius fisci, ibid. nu. 21	
M iras esse fructus inducibiles, cas. 210. nu. 27	215
M iras cum quis debet, quomodo offerendo liberetur, 220.	221
36	
M is communis, loquendi, require communiloquendi.	
M isfructuarium privari usufructu cum eo male vitur, casus	
78. nu. 11	112
M isurans auctoritatem Principis, & ob id falso quid agens	
falsi poena punitur, cas. 320. nu. 6	271
M ilitiam publicam ceteris rebus anteferri, q. 81. nu. 5	63
M ilitaria testatoria qua, cas. 71. nu. 8	110
M ilium lethale illatum ab vno ex pluribus, illum solum ci-	
uilitate obligat ex actione legi Aquiliae, casus 362. nume-	
ro 2	304
M ilium lethale illatum ab vno ex pluribus, illi solum vul-	
nerantem ad poenam corporalem obligat, ibid. nu. 4	
M ilium lethale, si quis primo intulit, & alii deinde alia non	
lethalia, quomodo omnes teneantur ciuilitate & crimina-	
liter, ibid. nu. 7	
M ilium inferens in rixa & casu, quomodo teneatur, si alter	
deinde in totum exanimauit, ibid. nu. 11	
M ilium non omnino certum ad mortem inferens, si alter in	
totum exanimauit, quomodo teneatur ex actione ciuili,	
& criminali, ibid. nu. 12	
M ilium lethale ab vno illatum in rixa, si ignoratur quis in-	
tulerit, solus rixa auctor punitur, cas. 362. nu. 23	305
M ilium magnitudo & profunditas arguit illum vulnerati	
ex eo vulnere esse mortuum, cas. 275. nu. 5	244
M ilium accidentia vbi cessarunt, non praesumitur vulnera-	
tus ex illo vulnere mortuus, ibid. nu. 9	
M ilium plura lethalia a pluribus illata, si ignoratur quis	
primus vulnerauerit, quomodo omnes teneatur, cas. 382.	
numero 17	304
M ilium simul inferentes de ope & auxilio inuicem praesti-	
to inquiri possunt, ibid. nu. 6	
M ilium si intra modicum tempus moritur, ex illo vulne-	
re mortuus creditur, cas. 275. nu. 2	244
M ilium ex eo vulnere mortuus praesumitur ex armorum	
qualitate, ibid. nu. 6	
M ilium praesumitur mortuus ex illo vulnere ob conti-	
num dolorem, ibid. nu. 7	
M ilium ex illo vulnere non praesumitur mortuus si post	
longum tempus is mortuus est, ibid. nu. 8	
M ilium non praesumitur ex vulnere mortuus, cum culpa	
& negligentia mali victus ei imputari potest, ibi. nu. 1. 245	
M ilium non praesumitur ex illo vulnere mortuus, quod	
medici iudicarunt non fuisse mortale, ibid. nu. 11	
M ilium praesumitur mortuum ex illo vulnere, si vomitus	
perferat, ibid. nu. 4	244
M ilium non praesumitur ex vulnere mortuum ex qualita-	
te loci, in quo illatum est vulnus, ibid. nu. 12	245
M ilium, credi ab eo, qui domum cum gladio sanguino-	
lento egreditur, cas. 270. nu. 18	243
M ilium solo credi cum in extremis laborat, si deficient	
aliae probationes a quo is sit vulneratus, cas. 99. nu. 16. 134	
M ilium se ipsum aut tentans, iudicis arbitrio punitur, ca-	
sus 284. nu. 25	248
M ilium vulnerantes vulneribus, non lethalibus quaeruntur simul	
mortem tulerunt, quomodo puniatur, cas. 362. nu. 14. 304	
M ilium inter fructus naturales poni, cas. 210. nu. 22	215
M ilium dicitur persona plebeia, cas. 71. nu. 2	109
M ilium vxor qua, ibid. nu. 3	
M ilium conciliae conspirationis factae in maritum debet eam de-	
tegere, cas. 355. nu. 18	194
M ilium esse vnum & idem cum eius viro, cas. 379. nu. 5. 314	
M ilium tetatam de sodomia a viro, ab eo posse separari, cas.	
286. nu. 14	250
M ilium separari posse a viro, si vir cum masculis concubuit,	
ibid. nu. 15	
M ilium rem mariti commodato dare posse, cas. 25. nu. 1	85
M ilium esse viro subiectam, cas. 364. nu. 9	306
M ilium alterius sollicitans tantum, punitur de illo conatu,	
casus 360. nu. 49	298
M ilium defunctis crimine expilatae hereditatis conueniri	
non posse, cas. 390. nu. 6	255

Z

Z Enonis factum risu & miseratione dignum, casus 286. num. 27 250
 Zoticus apud Hellogabalum fumi venditor, casus 344. numero 3 285

F I N I S.



IACOBI MENOCHII

IURISCONSULTI

ELOQUENTISSIMI

DE ARBITRARIIS IUDICIUM

Liber Primus.

SUMMARIVM.

- 1 Iudicis arbitrio pauca esse relinquenda.
- 2 Legem scriptam de omnibus non esse.
- 3 Arbitrio iudicis, quæ commissa.
- 4 Legem diffinire non potuisse, quæ ex facto eueniunt.
- 5 Iudicis arbitrio commissa esse, quæ certa sub regula claudi non possunt.
- 6 Iudicem uirum bonum esse oportere.
- 7 Vir bonus quis.
- 8 Homo civilis quis.
- 9 Iudicem à uiro bono nõ differre, aduersus Io. Corasium.
- 10 Sed si unius. s. Prætor ait. ff. de iniurijs, nouo sensu exponitur.
- 11 Diuisio operis.
- 12 Ordinem esse modum euentium.
- 13 Diuisionis uirtus, quæ.

PROOEMIUM.



Aristoteles Peripateticæ, ac omnisenique philosophiæ princeps, Rhetoricorum primo scriptum reliquit: illas leges optimè constitutas esse, quæ in omnibus, qui incidere possunt casibus sanctæ sunt: quæque quàm paucissima iudicis arbitrio reliquerunt. quoniam, (ut idem Polit. 3. capit. ult. author est) qui legem imperare iubet, is Deum & leges iubet imperare, qui uerò hominem, belluam adiungit, cum utriusque communis cupiditas & ira, magistratus optimos alioqui uariè peruertat. Est autem lex mens affectu & appetentia carens. Verum, quia omnia lege comprehendendi non potuerunt, rectè factum est, dum prudenti illius iudicio multa commissa sunt. Quod & diuinus ille Plato libro nono de legibus, his testatus est: Cuique enim facile est singula huiusmodi rectè comprehendere; utrum uidelicet quis uulnerauerit, an non; quem, qua in parte, quo pacto. Hæc singula in numerabilia penè sunt, & inter se maximè differunt. Hæc autem iudicio cuncta, uel nihil horum committere;

sed magna, paruaque, omnia lege determinare, impossibile est. Platoni præceptori sapientissimus discipulus Aristoteles subscripsit, dū Rhetoricorum primo in hæc uerba locutus est: Id uerò sit, ne factum, an nõ futurum ne sit, an non; ei dijudicandum relinqui, eius quæ arbitrio committi necesse est; cum hæc nulla ratione à legum conditoribus præuideri, ac præfiniri queant. Hinc à Iuliano in l. non possunt. ff. de legib. scriptum est: non potuisse omnia lege comprehendendi, quæ enim ratione fieri potuit, ut ea, quæ in facto consistunt, & quæ ob magnam uarietatem commode diffiniri non possunt, in l. continantur? id quod rectè admonui Franciscus Duarenus in l. in actionibus, in uerbo licuit. ff. de iureiuran. quibus accedit, quod à Baldo ac Iacobo Beluisio, referente Tom. Parpalea in l. i. nu. 4. ff. sol. matr. scriptum est. iudicis arbitrio illa relinqui, quæ certa sub regula claudi non possunt, hinc fit, ut iudex iure ac merito legis auxiliū ab Eguinario Barone de diuiduis & in diuiduis cap. 4. num. 11. appelletur. Nec iudicem illum nos esse intelligimus, qui, tam quàm bellua, sensu, & cupiditate ducitur: sed qui, ut uir bonus est, quæ admodum Venuleius noster ait in l. continuus. s. cū ita. de uerb. obl. ita, quæ propria uiri boni, quæque legibus consentanea sunt, agit. Cum (ut in Minoe, uel de lege scribit diuinus Plato) sit uir bonus Deo similis, & sacratissimus omnium: quemadmodum è contrario profanissimus omnium uir malus. cui adstipulatur Horatij sententia lib. 1. Epist. ad Quintium.

Vir bonus est quis?
Qui consulta patrum, qui leges, iuraque seruat:
Quo multa magnæque, secantur iudice lites.
Virum bonum hæc decent, authore Alexandro ab Alex. in lib. 6. Dierum genialium, cap. 1. ut ubique sanctus, ubique castus, honesti cultor, pius & integer sit, cuius ne erratum quidem minimum fuerit, ne dicam uitium; qui nullo modo perterritus, nulla calamitate uictus fortunæ cedat, qui nihil experat, nihil dicat, nihil faciat in uita, nisi summa cum laude & dignitate, qui in nulla re delinquat, quem nullius rei peniteat, quiq; seruet fœdera humani generis ita inuiolata in magnis minimisque reb. ut ne minima quæ conscientia labe detineatur. Civilis uerò, inquit ille

idem Alexander, dixere hominem, qui legū iudiciorumque metuens, quantum moribus legibusque tributum est, id tanto temperamento agit, ut quod ad fieri possit nihil perperam, aut incōsultē admissurus sit, qui sua prouidentia, religione, fide quantumcumque ratione prouideri potuit, Reipu. & ciuium salutem consulat, legibus pareat, patriam tueatur, proximos amet, refrānet libidines, & indomitas cupiditates, atque etiā si in aliquo delinquit, id tamen agit, ut ciuilibus officia, humanique generis fœdera quam minimū lædat: quippè eum nos optimum dicimus, cui pauciora defunt. hæc ille. Et licet in homine, nostra præsertim ætate, hæc unā esse uix possint, nihilominus iudicem uirum bonum dicimus, cum in iudicando præstare debeat, quæ à uiro bono præstari cōuenit. Non melatet tamen Ioannē Corasium lib. 4. Miscella. iuris ca. 22. aduersus receptā omnium sententiā scripsisse, iudicem à uiro bono differre. cuius opinionē uerè non adiuuat Venuleij responsum. d. l. continuus. §. cum ita. de uerb. oblig. cum in meo manu scripto codice, ac omnibus antiquis, quos uideri hæc tenus contingit, non legatur, ut totam eā rē ad iudicē, aut uirum bonum; sed ad iudicem, id est, ad uirum bonū, nec mihi probabilis uidetur illa Corasij cōsideratio ex l. sed si unius. §. Prætor ait. ff. de iniur. quāquam in ea legatur: Prætor ait, arbitratu iudicis, utique quasi uiri boni, quasi Ulpianus illius responsi author ostendere uideatur, iudicem esse uiro bono simile, non autem idē cum eo, quoniam alius mihi sensus probatur: nempe sensisse Ulpianum eo casu iudicem, nō ut iudicē, sed ut uirum priuatum, bonū tamen, uerborum modum imponere: non negat tamē iudicē uirum bonum esse. id quod clarius ostendit idem Ulpianus in l. cæteræ. §. i. ff. fam. erciscun. iudex itaque uir bonus est, & si non omnis uir bonus hoc munere carens, iudex sit, atque ita intelligi possunt nostrorū interpretationes, nempe Bartoli & aliorum in l. continuus. §. cum ita. de uerborū oblig. in l. uir bonus. ff. iud. solui. Signorol. consilio 245. nume. 16. Alexand. consi. 3. num. 8. lib. 1. Rui. consil. 63. nume. 1. lib. 4. Paris. consilio 168. nume. 8. lib. 4. & Socin. Iuni. consi. 7. nume. 23. & consil. 121. num. 33. libr. 1. dum uno ore scripserunt, iudicem uirum bonum dici. Explicatur itaque plura, quæ huic iudici, huic uiro bono commissa sunt; ordinem hunc obseruare nobis proposuimus, ut priore obseruanda iudici sunt Posteriore uerò libro, casus illos iudicis arbitrio demandatos referemus, quos hæc tenus in unum colligere potuimus. sic fiet, ut ordo, qui entium modus à Baldo in proœmio digestorū appellatur, clariora hæc, quæ scribimus reddere possit. Cum ex illo breuis insurgat rerum omnium diuisio, quæ solet rem clarā & apertam reddere. cap. super litteris. de rescip. & pulchrè apud Accursium in proœ. institutio. §. eadem. & Aymonem Crauetnam in proœ. tractatus de antiq. temp. Nec illud etiam tacitus præteribo, quod post Philosophū scribunt Negusa, in proœmio tract. De pignoribus, & Neuiza, in proœmio Syluæ nupti. num. 8. ordinem esse ipsa inuentione difficiliorē, hæc tamen quæ nostræ ferent uires, præstabimus.

SYMMARIUM:

- 1 Arbitrium rei propriae dispositionem significare.
- 2 Arbitrium uocem ostendere.
- 3 Arbitrium iudicium ordinarium significare.
- 4 Arbitrium intellectū ac animi iudicium importare.

QVÆSTIO PRIMA.

MULTIPLICEM ESSE SIGNIFICATIONEM huius uocis arbitrium, paucis exponitur.

QVæro ex ordine primò, quæ sit significatio huius uocis, arbitrium? & multiplicem esse scripsit. Io. Baptista Perusinus tract. De arbitris lib. 1. c. 6. & arbitrium esse rei propriae dispositionem ostendit l. in remandata, ubi gl. C. mand. sic & arbitriū pro sola uoce disponētis sumitur in l. i. C. de sacrosanc. eccl. sic arbitrium pro ipso iudicio ordinario accipitur in l. quid enim. ff. pro socio. & arbitrium quoque pro iudicio & intellectu sumitur. l. quod principis. §. ult. ff. de aqua plu. arc. & hoc in sensu accipitur in nostra hac tractatione. nā dicimus suo arbitrio iudicē rem diffinire, hoc est pro suo animi iudicio. & intellectu controuersiam terminare.

SYMMARIUM.

- 1 Iudicandi munus penes Senatum olim.
- 2 Equestrē ordinē in causis iudicandis Senatui adiecit. C. Gracchus.
- 3 Tribunos ærarij in causis diffiniendis Senatui addidit Aurelius Cotta.
- 4 Iudices olim sorte eligebantur.
- 5 Prætores iudicibus selectis, ut iudicarent, imperare consueuissent.
- 6 Iudices à Regibus primum, deinde à Coss. tandem à Prætoribus datos.
- 7 Iurisdictionem ad Prætores tandem translata.
- 8 Publicorum iudiciorum cognitio apud quos olim.
- 9 Prætores non iudicasse, sed iudices dedisse.
- 10 Eguinarij Baronis, nec non Charondæ, & Roberti Aurelianensis explose interpretatio.
- 11 Prætores certis casibus iudicasse.
- 12 L. uoluit ff. de inter. act. & l. quidam, & l. Paulus. ff. de re iud. expositio.
- 13 Ciceronis locus de legibus explicatus.
- 14 Prætores certam iudicandi formulam iudicibus à se datis præscribere solitos.
- 15 Arbitri qui olim.
- 16 Arbitri & iudicij differentia.
- 17 Arbitriū olim totius rei diffiniendæ arbitriū habuisse.
- 18 Arbitrorum duo genera.
- 19 Arbitrum ex compromisso solam habere notionem.
- 20 Arbitri qua ratione iudices non dicantur.
- 21 Iudicare, munus publicum esse.
- 22 Iudicandi munus priuatos mandare non posse, ut nec magistratus, nisi speciatim eis permissum sit.
- 23 Arbitris cur olim obtemperandum esset.
- 24 Arbitros delegatam iurisdictionem olim habuisse.
- 25 Arbitrium pro iudicio sumi.
- 26 Ciceronis locus declaratur.

QVÆ-

QVÆSTIO II.

EXAMINATVR IN SIGNIS DIFFERENTIA arbitrij & iudicij & apud quos olim fuerit iudiciorum potestas: & an olim Prætor iudicaret, exponitur.

QVæro secūdo quid differat arbitrium à iudicio. ed altius repetēda res ē, quò dilucidius quoniam hanc absoluiamus. Sciendum est, apud antiquos illos Romanos obseruatum ac legibus constitutum fuisse, ut iudicandi munus penes Senatum esset, cuius potentiam dum imminuere conaretur C. & Gracchus, equestrē ordinem ei adiecit ut una simul iudicarent. quod Plutarchus in uita C. Gracchi, his uerbis ostendit: Leges tulit populares aduersus Senatus potentiam; inter quas unam tulit de iudicibus. Nam, cum antea soli Senatores iudicarent, ob eamque causam a plebe timerentur: trecentos ex equestri ordine adiecit, quos totidem Senatoribus miscuit ut una iudicarent. his Aurelius Cotta & Tribunos ærarij adiecit, id quod Asconius in diuinationem M. Tul. his annorauit: Gracchus legem tulerat, ut Equites Romani iudicarent: iudicauerunt per annos triginta sine infamia: postea uictō Sylla legem tulerat, ut Senatorius ordo iudicaret: & iudicauit per annos decem turpiter. nunc Aurelius Cotta legem fert, ut Senatores & Equites Romani ac Tribuni ærarij simul iudicent. idem Asconius in enarratione orationis in Pisonem: legem (inquit) iudicariam ante aliquot annos, quibus temporibus Verres accusatus est à Cicerone, tulit Aurelius Cotta prætor: qua communicata sunt iudicia Senatui & Equitibus Romanis, & Tribunis ærarijs. Ex singulis his ordinibus forte seligebantur à Prætoribus, coniectis in urnam tabularijs suffragijs ac iudicium nominibus, qui iudicarent. Senatores ergo, uel Equites isti in decurias distinctas distributi, & (ut diximus) sortitione selecti à Prætoribus iudicare cogebantur. Et hæc Prætoris potestas, ut certum illum numerum, cum res iudicium poscebat, seligeret, & iudicare imperaret. Hæc fufius explicat eruditus Gulielmus Budæus in posterioribus annotationibus in Pandectas ad titulum de muneribus & honoribus. Carolus Sigonius uir impensè doctus libro secundo, de antiquo iure ciuium Roman. capitulo decimo octauo, scribit, quod iudices primum à Regibus, deinde à Coss. postremò à Prætoribus fuisse datos, & quod iurisdictione, quæ iudicis est dandi potestas, l. imperium, in fine de iurisdictione omnium iudicium, à Regibus ad Coss. & à Consulibus ad Prætores translata fuit. qui sanè mos in priuatis solum negotijs, non in publicis obtinuit. & publicorum enim iudiciorum cognitio, apud certos iudices pro tempore fuit, ut apud Duumuiros, apud Populum, apud Quæstros, quod latius explicat Sigonius in eodem capitulo decimo octauo. Prætor ergo iudices hos priuatorum iudiciorum dabit, atque ita per seipsum non iudicabat. id, quod placuit Francisco Duareno libro primo, disput. anni uers. capitulo 53. & in Apologia aduersus Eguinarij Baronem, & in l. iurisdictionem, in principio, in uerbo actione, de pactis. Idem scriptum

reliquit Antonius Goueanus uir doctus mihi aliquando per familiaris in l. eum qui, de iurisdictione omnium iudicium. idem scribit Ioannes Corasius in l. secunda, §. sed cum placuisset, numero 9. de orig. iuris. & in l. 1. numero 3. de iurisdictione omnium iud. & lib. 3. miscella. iuris. capitulo 18. numero 2. & Franciscus Hortomanus de Magistratibus, ubi agit de Prætoribus urbano. quibus accedo ob illum Ciceronis locum ad Q. fratrem. Quid? Prætor solet iudicare pecuniam deberi? & sit Eguinarij, quem statim referam, locum hunc malè interpretetur de Præfide prouinciæ. iuuat & hanc sententiam text. l. ul. ff. de offic. prætor. quamquam Robertus Aur. quem nunc referam, intelligat, prætor non potuisse se ipsum iudicem dare, non animaduertens, Prætorē iudicem dare consueuisset, non autem per se iudicare, nec se iudicem dare potuisse. Ex quibus illud sequitur, falsam esse aliorum opinionem, nempe Prætores iudicare consueuisset. quæ sanè opinio fuit Eguinarij Baronis de iurisdictione, pagina 43. Ludouici Charondæ de iurisd. & imperio numero 6. ac Roberti Aureliani libro quarto, senten. iuris, capitulo uigesimo tertio, quorum opinio uera certis casibus esse potest, non regulariter: nam regulariter non iudicabat Prætor, sed certis casibus tantum fauore causæ, & personarum, ut in extraordinarijs, l. prima, ff. de rei uendic. l. minor. de euictio. & toto illo titulo de extraordin. cogn. ut quoque in actionibus popularibus, & causa status, l. non distinguemus, §. Iulianus, de arbit. ut in transactione alimentorum, l. cum ij. §. nec mandare, ff. de transact. ut fauore minoris, l. Æmilius, ff. de minor. quare, rectè aliquando in iure scriptum reperitur, Prætorē iudicasse, relatis, l. in casibus, ut intelligi potest, & l. uoluit, de interrog. act. l. quidam, & l. Paulus, prima, de re iudic. sic interpretari solet locus Ciceronis de legibus, Iuris disceptator, qui priuata iudicet, iudicari uel iubeat, Prætor esto, sed ut cumque res se in his habuerit, illud certum est, Prætores & datis iudicibus aliquando præscripsisse formulam, secundum quam iudicare necesse habebant: nec enim ab ea recedere, ne latum quidem unguem, poterant. & ij proprie iudices appellabatur, ut contra arbitri dicebantur, quibus certa iudicandi formula data non erat, sed poterant ex bono & æquo rē diffinire, secundum cuiusque rei, de qua agebatur, naturam: sic etenim à iudicio arbitrium differre probat locus M. Tul. pro Q. Roscio, his uerbis: aliud est iudicium, aliud est arbitrium; iudicium est pecuniæ certæ, arbitrium incertæ. ad iudicium hoc modo uenimus, ut totam litem, aut obtineamus, aut amittamus; ad arbitrium hoc animo adimus, ut neque nihil, neque tantum, quantum postulauimus, consequamur. eius rei ipsa uerba formulæ testimonio sunt. Quid est in iudicio? asperum, directum, simplex: si PETERET HS 1000. dari hic, nisi planum facit HS 1000 ad libellam, sibi deberi, causam perdit. Quid est in arbitrio? mite, moderatum, quantum æquius & melius sit dari. His constat, quod arbitrium totius rei habuisse arbitrium & facultatem, iudicem uerò certam Prætoris formulam adstrictam fuisse. & Arbitrorum.

batur, sed libera eis iudicandi potestas concedebatur, additis his uerbis; Ex bonafide iudicato, quod Cicerone in Topicis significat, in omnibus ijs iudicijs (inquit) in quibus ex bonafide est additum, plurimus est causarum usus, quem locum in hanc sententiam annotauit Carolus Sigonius d. lib. 2. cap. 18. de antiq. iure ciuim Rom. sic est interpretatus Boetius, quonia iudices in ijs ita dantur, ut non ex stricta iuris ratione, & scrupulosa uerborum proprietate, sed ex bono & æquo iudicent; de illo etiam quod a partibus nominatim comprehensum non est, d. l. 2. in fi. de actio. & obligat. atque ita solum illud, cum quis iudex datur, exprimebatur, ut in his actionibus ex fide bona pronunciarer, quod idem M. Tul. in 3. officiorum ostendit in hæc uerba: Q. Scæuola Pontifex Max. summam uim esse dicebat in ijs arbitrijs omnibus, in quibus adderetur ex bonafide, fideiq; bonæ nomen existima bat manere latissimè, idque uersari in tutelis, societatis, fiducijs, mandatis, rebus emptis, uenditis, conductis, locatis, quibus nita societates contineretur, ita apud Val. Max. lib. 8. c. 2. dum de M. Porcio Catone Claudij, ac Calphurnij Lanarij arbitro electo agit, legitur in hæc uerba: M. Porcium Catonem in clyti Catonis patrem cum Claudio adduxit, ut formulam daret, quid sibi de ea re facere oporteret ex fide bona, formula, sic a Prætoribus ut Eguinarius. §. actionum aut; in insti. de actio. scribit, et cõpriebatur. Si patet, Titum ex uendito Scio cõtum dare oportere, Caius ex bona fide condemnato. Actiones autem stricti iuris sic dictæ sunt, quod in iis iudices liberum non habeant, ut in bonafidei, ex bono & æquo statuendi arbitrium; neque enim iudicare possunt, nisi ex legis præscripto, & de ijs, quæ nominatim sunt in contractum ducta, l. quia tantumdem, de negoc. gest. l. ultima. C. de compens. ut in actione ex stipulatu, quæ cum stricti iuris sit, l. unica. §. sed & si nõ ignoramus. C. de rei ux. actio. ab iis quæ inter partes cõuentum fuit, recedere non licet. l. quidquid astringendæ. l. si ita stipulatus. §. Chryfogonus, de uer. obl. hinc in iam relata proxima quõne admonui, hos, qui ex præscripta formula iudicabant, iudices olim dictos fuisse, & cõtra, eos arbitros uocari solitos, qui ex bono & æquo pronunciant.

S V M M A R I V M.

- 1 Arbitrariam actionem non esse proprium actionis nomen.
- 2 Actionem de peculio, non esse proprium actionis nomen.
- 3 Qualitas nominis & adiectio, quomodo a nomine differat.
- 4 Substitutionem reciprocam proprium substitutionis nomen non habere.
- 5 Ioannis Corasii opinio de nomine actionis arbitrariæ.
- 6 Nominis proprietatem uide sumatur.

QVÆSTIO QVARTA.

ARBITRARIAM ACTIONEM NOMEN proprium non habere, sed qualitatem potius, dilucidè exponitur.

QVÆRO quartò, an arbitraria actio proprium sit actionis nomen. Et non esse proprium nomen, sed adiectam quandam qualitatem, cen-

sent omnes in l. in actionibus, ibi Corasius, numero duodecimo, uersicu. postremò, de in litem iura. & gl. in l. in bonafidei, de eo quod certo loco, ubi Bart. ita etiam Zalius §. præterea, numero tertio. de actio. per eam enim qualitatem demonstratur iudici arbitrium esse, quo pacto contumacem, & suam contemnentem auctoritatem puniat, cogatque parere sententiæ. Sic dicimus, et actionem de peculio, tributoriam & exercitoriam actiones, per se actiones non esse, sed actionum adiectiones. ita glo. l. tertia. §. cui congruit, de pecul. & in l. si tamen plures. §. primo, de exercito. in §. actionum autem, inst. de actio. & tradunt ibi omnes, & Gom. in §. actiones, num. 23. inst. de actio. quomodo autem et adiectio a uero & proprio nomine discernatur, docet Bal. in l. reos, num. 14. C. de accusa.

4 Sic dicimus in reciproca substitutione, quæ cum in diuersas suas species resoluitur, non propria substitutione, sed substitutionis adiectio quædam dicitur, Barto. & ceteri in l. lucius, de uulga.

5 Scribit tamen Corasius, et aliquibus rationibus uideri posse defendi, arbitrariam actionem esse proprium actionis nomen. Nam et proprietas sumitur a speciali natura, a diffinitione, & ab auctoritate l. prima. C. de iure emphyteu. clarè Barto, in l. omnes populi, numero quinquagesimo tertio. de iustitia & iure. At hic speciale nomen concurret cum auctoritate, cum passim actio hæc arbitraria ab Imperatoribus & Iureconsultis appelletur, in l. secunda. in princ. l. tertia. §. ultimo. l. si hæres. l. centum Capuæ, de eo quod certo loco. l. unica. C. ubi conue. qui certo loco dare promissus. §. præterea, insti. de actionibus. Verum responderi potest, uerè specialem naturam actiones has arbitrarias non habere, cum, (ut in iam explicatis questionibus diximus) hoc nomen, hæc inquam natura superueniat ex illo accidenti, dum ille debitor a iudice iussus non parat; & tamen si natura propria hæc esset a principio, ut in ceteris in esset. Non etiam quod de auctoritate dicitur, aduersatur; quando quidem & lex actionem de peculio eo sub nomine appellat, & tamen uerè actionis nomen non est. accedit, legem in actionum diuisione hanc arbitrariam inter ceteras non recensere, quod autem de diffinitione dicitur, uerum non est, cum nusquam a iureconsulto, uel legumlatore diffiniatur, & ubi diffiniretur, esset diffinitio quatenus est accidens, non substantia & natura.

S V M M A R I V M.

- 1 Arbitrarijs in actionibus, quæ actiones enumerantur.
- 2 Actionem quod metus causa, arbitrariam.
- 3 Actionem De dolo, arbitrariam.
- 4 Actionem Ad exhibendum, arbitrariam.
- 5 Actionem De eo quod certo loco, arbitrariam.
- 6 Actionem Publicianam, arbitrariam.
- 7 Actionem Seruianam, arbitrariam.
- 8 Actionem Rerum amotarum, arbitrariam.
- 9 Actionem In factum contra Publicanos, arbitrariam.
- 10 Actiones Vi bonorum raptorum, arbitrarias.
- 11 Actionem Rei uendicationis, arbitrariam.
- 12 Petri Lorioi opinio de actione rei uendicationis nõ arbitraria, euerfa.
- 13 Actionem noxalem, arbitrariam.

- 14 Ioannis Corasii opinio actione noxali non arbitraria, confutata.
- 15 Atheniensium iudicium mos in iudicando super actione arbitraria.
- 16 Actionem noxalem, actionis nomine proprie non habere.
- 17 Edicta duo in actione noxali considerari.
- 18 Eguinarij Baronis, Duarenis, & Corasii noua de actione noxali declaratio explosa.
- 19 Actionem Aquilianam arbitrariam non effici.
- 20 §. Præterea. inst. de actio. in illis uerbis, uel soluat, uel ex noxali causa seruum dedat, declaratur.
- 21 Actionem Confessoriam & negatoriam, arbitrariam.
- 22 Actionem Fauianam, seu Clausianam, arbitrariam.
- 23 Actionem Paulianam esse arbitrariam.
- 24 Actionem Finium regundorum, arbitrariam.
- 25 Actionem Rhabditoriam, arbitrariam.
- 26 Actionem in factum, ob rem alienatam causa mutandi iudicium, arbitrariam esse.
- 27 Arbitrariæ actiones cur arbitrariæ dictæ ex Petri Lorioi opinione.

QVÆSTIO QVINTA.

ACTIONES ARBITRARIÆ ENUME- rantur, & de earum nominis ueritate disputatur.

QVÆRO quintò, quæ inter arbitrarias actiones enumerantur? Iustitia. §. præterea, inst. de actio. aliquas recenset, alias adferunt nostri interpretes in actionibus, de in lit. iur. Prima est ordine, et actio quod metus causa, quæ cum personalis sit, uel (ut alijs placet) personalis in rem scripta, uerè arbitraria dicitur, ut probat l. si cõ exceptione. §. i. & §. in hac, & §. quatenus, ff. quod metus causa. nam si rem per uim ablatam is, cū quo agitur, ad iudicis arbitrium non restituar, quadrupli pœnam sustinebit: quod si restituerit, eam cõdemnationem euitabit. hoc nõ euenit in his, quæ certam in quadruplum cõdemnationem habent; in quibus siue is restituar, siue non, ad quadruplum cõdemnatur, ut in actione furti manifesti uel bonorum raptorum. §. item actio. inst. de actio. nam etiam restituendo pœnam non euitat, l. pen. ff. ui bono. rap. l. qui ea mente, de furtis, cuius rei est ratio, quia non arbitraria, sed certa indicta pœna est. ita hanc actionem arbitrariam esse docuit Eguinarius d. §. præterea. Corasius d. l. in actionibus, nu. 13. & ante eum ibi Duare. in uerbo Planè interdum & c. imo arbitraria etiam est, cum nomine serui, qui metum adhibuit, noxaliter intentatur iudicium. l. quod diximus, §. i. ff. quod metus caus.

3 Secunda actio et arbitraria est illa de dolo, quam Cicerone in 3. de Natura Deorum, euericulum omnium malitiarum appellat, hæc aduersus eum datur, qui per dolum ab altero rem consecutus est. Nam si is iudicis arbitrio non restituar, sequetur cõdemnatio quanti ea res erit, infamiaq; notabitur. l. non debet, & l. arbitrio. ff. de dolo. Si uerò ante cõdemnationem restituar, pœnam euitat. Ita Baro, Duarenus & Corasius locis iam citatis, quod procedere eo casu etiam intelligimus, cum nomine seruorum, qui dolum commiserunt, noxaliter agatur. l. si oleum, §. pe. & l. si quis affirmauerit, §. pe. ff. de dolo. Hoc tamen arbitrium eo ca-

su cessat, cum certum est, rem restitui non posse, quia seruus dolo malo traditus, defunctus sit; ac perinde tunc reus, quanti actoris interest, protinus cõdemnatus erit, d. l. arbitrio, §. i. in fi. de dolo.

4 Tertia actio arbitraria est illa, qua ad exhibendum agimus, l. 3. §. ibidem, ff. ad exhiben. d. §. Præterea, si ergo quis rem exhibendam occultauerit, cõdemnabitur quanti actoris interest, iudicis arbitrio, l. tigni, §. ult. & l. Iulianus, §. ult. ad exhib. si uerò exhibeat, non cõdemnabitur, sic Baro, Duarenus & Corasius, quos iam citauim.

5 Quarta arbitraria est actio, de eo quod certo loco, qua agimus, ut consequamur in loco, quod ibi solum promissum fuit, l. 2. in princ. l. 3. §. ult. & l. si hæres, ff. de eo quod certo loco, l. unica, C. ubi conue. qui certo loco. da. pro. d. §. Præterea, habet enim iudex facultatem æstimandi quanti actoris interest. l. ideo, de eo quod certo loco, habet & potestatem absoluendi debitorem, exacta ab eo cautione de soluendo, l. quod si Ephesi, §. interdum, de eo quod certo loco, ita Eguinarius Baro, Corasius & Duarenus, non semper tamen iudicis arbitrio uersatur, sed silet interdum, ut eo casu cùm mora iam contracta est, uel itaque actor, qui sua forte interesse putat, non amplius loco conuenio pecuniæ solui expectari directò poterit ad id, quod sua interest, pecuniæ destinato loco solutam non esse, tunc nullo arbitrio iudicis precedente, reus quanti actoris interest; danabitur, d. l. si hæres, l. in bonafidei, l. 3. §. ult. de eo quod certo loco, & quanquam hoc casu non precedat illud iudicis arbitrium, non tamen definit sui natura esse arbitraria, cùm ex accidenti, & necessitate quadam hoc cõtingat, l. arbitrio, §. i. in fi. de dolo.

6 Quinta est actio arbitraria in rem, quæ dicitur Publiciana, d. §. præterea, inst. de actio, per hanc enim petimus quod, ex iusta causa a non domino acquisuimus, & quia medio tempore amissum nondum usucapimus, l. prima, ff. de publicia, in rem actionem, habet ergo in hac actione iudex rem restitui actori, quæ si restituitur absoluetur reus, l. ultima, §. si a socero, ff. quæ in fraudem creditor, si uerò non restituitur, manu militari quemadmodum in rei uendicatione, res ab eo auferetur, si uerò dolo possidere deserit, sequetur grauis illa cõdemnatio, quanti in litem actor iurauerit, in quantumque iudex æstimauerit, sicut in rei uendicatione, l. qui restituere, de rei uendica. & si enim huius arbitrii nulla prorsus mentio fiat in tractatu publicianæ, non tamen dubitandum est, quin tale iussum interuenire oporteat, prius quam nanciscatur iudex liberam illam potestatem æstimandi, quanti actoris intersit, dicto §. præterea, de actionibus, Nam in Publiciana, ea omnia obseruari debent, quæ in rei uendicatione constituta sunt, l. eum qui, §. sed & si posses fori, ff. de public.

7 Sexta arbitraria actio est, Seruiana & quasi Seruiana, quæ hypothecaria dicitur, dicto §. præterea, hæc, n. conceditur creditori, pignora hypothecæ sue contra quemcunque possessorem persequenti, l. si cum uenditor, ff. de euctio, l. secunda, C. si unus ex pluribus & c. Iudex ergo in hac actione præcipiet primum possessori, ut creditori rem pignoratam restituat; cui arbitrio si pareat, aut pecuniæ creditori soluat, reus absoluetur: alioqui, cùm hæc actio in rem sit, lege pignoris, ff. de pignoribus, manu militari res ab eo aufe-

aufferetur. l. qui restituere, de rei uendicatione. quod si dolo desijt possidere; uel ambagibus deluserit præceptum iudicis, tanti condemnabitur, quanti in litem ab actore iuratum fuerit. l. si fundus. §. in uendicatione. ff. de pignoris, moderado in omnibus, arbitrio iudicis, iure iurando; ne hac arrepta occasione in immentum iutetur. l. uideamus. §. ult. de in litem iura.

8 Septima arbitraria ꝛ actio creditur illa, Reu amotarum, quæ stricti iuris est, §. actionum, de actio. Hac ergo contra uxorem res uiri amouetem agi solet, æstimateque iudex quanti iurasset uir, nisi rem amotam restituat mulier, l. si cum dos. §. mulier. ff. rerum amotarum, atque ita clarè scriptum reliquit Petrus Lorio- tus tract. actionum, Axiom. 69.

9 Octaua arbitraria ꝛ actio est illa in factum, qua aduersus publicanos ob subrepta agitur, quæ si non restituant, in duplum condemnantur. l. prima, in principio, & §. dixerit, & l. hoc edicto, in principio. ff. de publica. ita censuit Corasius dict. l. in actionibus, numero decimotertio, uersiculo. & in primis &c. reiecta glo. quæ aliter sentit. Corasio assentitur Petrus Lorio- tus tract. actionum, Axiom. sexagesimo nono. imò arbitrarie ceteræ actiões ui bonorum raptorum sunt,

10 ut annotauit glo. l. penultima, ff. ui bonorum raptorum, quæ ideo, inquit, ex restitutione & pœnitentiã raptorem ipsum pœnam non euitare, quod supra in primo casu dixi, & tradit Afflictus in commentarijs ad cõstitutiones Neapolitanas, lib. primo, rub. 24. De uolentis circa possessiones in fine.

11 Nona arbitraria ꝛ actio est Rei uendicatio, in qua rem restituens, liberatur: iussus uerò restituere, & iudici non parens, quantum actoris interest, damnatur. l. fundus. §. in uendicatione, de rei uend. quod clarè & perspicuè post Placentinum, quem citat, probat Corasius dict. l. in actionibus, numero decimotertio, uersiculo, tertio rei uedicatione, nam cum hac multum similis publicianæ sit, ut potè quod ad eius similitudinem inuenta sit. §. namque si cui. inst. de actionibus, quoniam, in ea uoluerunt leges ea omnia obseruari, quæ & in rei uendicatione. l. eum qui. §. si parenti. tertio responso. ff. de publicia. in rem actio. euenit tamn ali quado ut iudicis arbitrium minimè necessarium sit, ut cum manu militari res aufertur. l. qui restituere. de rei uendica. quod ea ratione fit, quia iam arbitrium præcessit, ut rectè Corasius, quem iam citauimus, docuit. Verum ꝛ Petrus Lorio- tus in tracta. actionum.

12 Axiom. 65. 66. 67. scriptum reliquit, rei uendicationem arbitrariam non esse, cum uerisimile non sit eam a Iustiniãno prætermissam fuisse in dicto §. præterea. ubi cum alijs arbitraria fuisset, uerum non animaduertit Lorio- tus, eo loci Iustiniãnum omnes arbitrarias actiões non referre, sed illas tantum causa exempli, ut ex illis ceteras cognoscere possimus: ait enim, in his actionibus & ceteris similibus, &c. rursus inquit Lorio- tus in eo Axiom. sexagesimo septimo, rei uedicationem nõ esse actionem arbitrariam, quoniam tantum consequitur actor quantum petit, si se dominum probat. l. & an eandem. §. actiones, de exceptio. rei iudica- te, nec quid aliud. lege ultima, C. de fideicommissari. liberta. nisi magna subsit necessitas; quo casu rei æstimationem restitui iubebit. l. item si uerberatum. §. primo, de rei uendicatione, id quod ego cõcedo ante iussum factum a iudice de restituendo, at man-

dato spreto, iudicis arbitrio condemnatur, ut in ceteris.

13 Decima arbitraria actio est illa, ꝛ quam noxalem appellamus, quemadmodum probat textus dicto §. præterea, ibi, ex noxali causa seruum dedat. Nam, si a iudice interrogatus is, qui damnum dedit, an litis æstimationem, uel seruum noxæ dare malit, & seruũ se dediturum respondeat, nec iussus a iudice dedat, quanti actor in litem iurauerit, damnandus est, Barr. l. hoc edicto, in principio, ff. de publica. quod sanè arbitrium actori permittitur propter dolum & menda- cium conuenti. l. si seruus depositus. §. ultimo, ff. de noxali, quæ sententia ex eo adiuuatur, quod in hoc iudicio iudicis arbitrio quandoque reus absoluitur. l. si quis a multis. §. sed & si statuliber. ff. de noxali. aut in tantum condemnatur, in quantum iudex æstimaue- rit. l. ult. de interd. qua ratione arbitrarias actiões ap- pellatas esse dixit Iustiniãnus d. §. præterea, instit. de actio. atque ita omnes sentiunt.

14 Verum ꝛ Ioannes Corasius in lege in actionibus, numero decimotertio, uersiculo, sed uera non est, de in litem iurando, receptam hanc opinionem ea ratione improbauit, quod falsum inter cetera sit suppositum illud; in noxali hac actiõne ante sententiã cogi reũ a iudice interrogatum respondere, utrum litis æstima- tionem, uel seruum pro noxa dare malit. nam hæc in- terrogatio non conceditur hoc casu, cum a lege ipsa eam facultatem habeat contentus, ut etiam post sen- tentiam, & exequutionis tempore, litis æstimationem uel seruum dedat. litem ueniunt. §. idem. rectè, ubi gl. ff. de petito. hæredita. lege miles. §. decem, de re iudi- cata. & si enim in quacunque iudicij parte fieri possit interrogatio, cum æquitas iudicem mouet. l. ubi que. ff. de interrogatio. actio. non tamen illis casibus fit, cum lex refragatur, ut in l. cogi. C. de petito. hære- dita. Non placet hæc Corasij ratio, quoniam, & si ab initio litis necessaria non sit, imò nec fieri possit in- terrogatio, cum cognoscendum prius sit, an dam- num per eum datum sit uel non, attamen ea senten- tia secuta, cum executionis, seu uerius satisfactionis iudicium inchoatur, interrogationi locus esse potest. Est enim certum, esse in domini facultate positum, uel litis æstimationem præstare, uel seruum pro noxa dare: cum solutio facienda erit, interrogari poterit, quorum alterum præstare uoluerit. Seruari certè in his solet antiquus iudicandi mos, quem ueteres illos Athenienses obseruasse scribit Cicero in primo, de oratore, & refert Duarenus dicta lege in actionibus,

15 in uerbo, planè interdum, ꝛ Athenis iudices primis sententijs statuebant, duntaxat damnarent reum, uel absoluerent, deinde in interrogato eo, si fraus capitalis non esset, quam quasi æstimationem commeruisset se maximè fateretur, pœnam siue multam irroga- bant. Verior itaque uidetur illa aduersus receptam hanc opinionem argumentatio, quam Duarenus in dicto uersiculo planè interdum, in fine considerauit,

16 & post eum Corasius præcitato statim loco. ꝛ Noxalem scilicet actionem non esse proprium actionis no- men, ut speciem unam constituat, sed esse quarun- dam actionum causam & qualitatem, ut sunt actiões in rem, in personam, perpetua, temporalis, pœ- nalis, rei persecutoria, & aliæ id genus qualitates plerisque iudicij inhærentes, quod significat aperte Iusti-

Iustiniãnus in §. sunt autem, insti. de noxa, dum no- xales actiões quasdam ciuiles dicit, quasdam, ut furri non manifesti, & Aquiliæ; quasdam præto- rias, ut iniuriarum, & in bonorum raptorum. Ver- um ex declaratione Eguinarij Baronis. d. §. sunt autem, euitari potest hæc consideratio, quoniam

17 ꝛ in noxali actiõne duo edicta considerari possunt, generale & speciale. Generale, quo punitur arbi- trario iudicis is, qui per mendacium dixit se seruum noxium non possidere, ut probat l. si seruus depo- situs. §. ultimo, de noxa: quod edictum his uerbis fuisse conceptum, ait: Si seruus alienus noxiam, &c. speciale uerò, quod in singulis edictis de maleficijs, uel quasi, erat, cuius uestigia aliqua adhuc ex- tant aliquibus in locis in l. prima. & l. si uerò, de ijs qui deiece. & effude. l. 2. ui bon. rapto. l. prima, de incen. ruin. &c. Hac explosa communi sententia, nouam attulit declarationem & egregiam satis

18 ꝛ Duarenus, & eo tacito clariùs Corasius in paulò ante citatis locis. idem placuit Eguinario Baroni in §. præterea, inst. de acti. aiunt illi noxalem hanc cau- sam in actiõne intentata consideratam, non effice- re eam arbitriam, nec quicquam ex proposita actio- nis natura immutare. Vnde, si ea arbitraria sui natu- ra erit, manebit eadem; sin contra, non fiet actio propter qualitatem noxalem arbitraria, ueluti actio quod metus causa, de dolo arbitraria sunt sui natu- ra, ut iam suo loco diximus. Cum dupliciter contra aliquem intendi possint, uel suo nomine, quia uim intulit ipse, aut metum, dolum uel adhibuit, uel noxaliter, sicque ex dolo serui, aut metu per seruũ illato. l. quod diximus. §. primo, quod metus cau- l. si oleum. §. hæc de dolo. ff. de dolo. utroque casu ar- bitrarie sunt. ꝛ Actio uerò Aquiliæ, iniuriarum,

19 furri, ui bonorum raptorum, aut alia quæuis ex ser- ui delicto contra dominum proposita, quia eius natura spectata, arbitraria non est, propter qua- litatem noxalem arbitraria minimè fiet.

20 Nec huic sententiæ aduersatur ꝛ text. in d. §. præ- terea, dum in uerbis illis: uel soluat, uel ex noxali causa seruum dedat, innuit Iustiniãnus hanc esse actiões speciem, & arbitriam: quoniam respon- dent Duarenus, Corasius & Eguinarij, dationem serui pro noxa, solutionis loco esse: nam, cum satisfactiõnis non habet, ut alternatiua ostendit, perinde condemnationem effugiet dominus ac si satisfecisset.

Horum opinionem tantisper secutus sum: dum à ueritate eam plurimum abesse intellexi, mouit me, ut ab illis dissentirem, quod Iustiniãnus in eo §. præterea, eam inter arbitrarias actiões enume- rat. Nam posteaquam dixit, ueluti rem restituat, exhibeat: quibus uerbis ostendit quidem satisfac- tiõnis modum esse, sed iudicis arbitrio: subdit, uel soluat; uel ex noxali causa seruum dedat: sunt quidem hi satisfactiõnis modi: sed ostendunt etiam actiõnem, per quam ad eam satisfactiõnem de- uenitur, arbitrariam esse, ut probant illa uerba, uel exhibeat. actio enim ad exhibendum arbitra- ria est, & exhibitio ipsa satisfactiõnis loco est: do- minus ergo ferti, qui noxam fecit, æstimationem damni dare inbetur, reseruata sibi facultate deder- di seruum pro noxa. d. l. miles. §. decem. de re iud.

& §. primo. in fin. inst. de off. iud. Huic sententiæ si paritum non sit, dam stabitur in quantum iudex æstimate sit damni dati & impendiorum nomine. quod probat l. ulti. ff. de interd. l. is quem. §. quod ait prætor. ff. quod ui aut clam. Nec me mouet quod indicia furri, & ui bonorum raptorum arbitraria non sint. §. item actio. institu. de actio. quoniam fa- teor ubi proprio nomine contra aliquem intendun- tur, non autem, si seruorum nomine ex noxali causa. d. l. ulti. de interd. & dic. l. miles. §. de- cem. de re iudic. alia etiam ratione reprehenditur Duarenus à Petro Lorio- tus in tracta. actionum, axio- ma. 70. non hic illius uerba adscribam, quoniam scio illius commentaria iam in omnium manibus uersari.

21 Vndecima arbitraria actio est Confessoria & ne- gatoria, quæ pro seruitutibus competunt. iubetur enim in primis a iudice restituere uel cauere, quod si fecerit, absoluetur: sin contra, quanti actor in litem iurauerit, condemnabitur. l. harum. si seruit. uendi.

22 Duodecima est etiam ꝛ arbitraria actio Pauliana seu Calpurniana, quæ conceditur patrono ad reuo- candum alienata per libertum in sui fraudem. l. pri- ma. ff. si quid in fraudem patron. hæc ergo & si sui natura stricti iuris sit. §. actio. de actio. si tamen ius- sus reus restituere, & restituat, absoluetur, sin contra; quanti iudex æstimaue- rit, condemnabi- tur. lege tenetur, in fine. si quid in fraudem pa- troni.

23 Decimatertia actio arbitraria ꝛ est Pauliana, per quam alienata in fraudem creditorum reuo- cantur; reus ergo iussus à iudice restituere, absol- uitur, si arbitrio pareat; sin contra inobediens sit, condemnabitur quanti actoris interest. l. ait præ- tor, §. per hanc. l. ulti. §. si à focero. ff. quæ in fraud. cred.

24 Decimaquarta arbitraria ꝛ quoque est actio Finitium regundorum, si uicinus occupator resti- tuere nolit, quod ex fundo uicini occupauit, con- tra eum in litem iuratur ex iudicis arbitrio. leg. secunda, finium regundorum, sic Zasius d. §. præte- rea. num. 10.

25 Decimaquinta arbitraria ꝛ est etiam actio Re- dhibitoria, ut docuit Zasius dic. §. præterea. nume- ro undecimo, & Petrus Lorio- tus tract. actionum, axiom. 69, nam si uenditor rei morbosa iussus non restituat pretium & accessiones; iuratur contra eum in litem ex iudicis arbitrio. l. redhibitoria, de edil. edic.

26 Decimasexta ꝛ actio arbitraria est, actio illa, quæ ob alienationem iudicij mutandi causa factam, introducta est. l. quinta, in fine. ff. de alienatione iudic. Lorio- tus d. axiom. 69. sunt hæc arbitrariae ac- tiões, quas partim ex aliorum, partim ex nostris interpretationibus collegimus: ceteras, si quæ su- persunt, hæc diligens lector referre poterit. Cur autem actiões commemoratae arbitrariae potius sint, quam ceteræ, ignoratur, nec enim ut Cora- sius sentit, certa ratio reddi potest. Petrus tamen Lorio- tus in tractat. actionum, axiom. 68. do- cuit, actiões a Iustiniãno inter ꝛ arbitrarias re- latus ita fuisse dictas, quoniam ius petitoris adeo firmum.

firmum non est, quominus remoueri possit; l. Paulus, in fin. quib. mod. pig. uel. hypoth. sol. nam actoris huius intentione omni exceptione maior non est, cum aliquam patiatur: nam qui de dolo agit, uel quod metus causa, ex suo consensu obligatus est, l. si mulier. §. pe. quod met. cau. licet deceptus sit. l. penul. C. de inuti. stipu. sic alia adfert is exempla, sed (mea sententia) uera non est ratio hæc, si eam Baronis & aliorum declarationem sequemur: quia hæc exceptiones iure improbantur, ac perinde est ac si nulla penitus extarent. l. quoties. ubi Ias. ff. qui factis d. cog. dum dicimus, paria esse quid non esse, uel esse, sed inutiliter.

S V M M A R I V M.

- 1 Arbitrii species quot.
- 2 Arbitrium regulatum quid.
- 3 Arbitrium plenum & liberum quid.
- 4 Arbitrium plenum quis habeat.
- 5 Liberum arbitrium solemnitate non requirit.
- 6 Arbitrium liberum a regulato quomodo diuidatur ex Zafii sententia.

QVÆSTIO SEXTA.

DE ARBITRII SPECIEBUS ET EARVM diuisione, breuiter, sed concinnè agitur.

- 1 **Q**uæro sexto quot sint huius arbitrii species, & duas esse, non ineleganter scriptum reliquit Accursus in l. fideicommissa. §. quamquam, in uerbo arbitrium, de lega. 3. Primum quod plenum & liberum appellatur. Secundum, quod iure, ratione, ac æquitate regulatum dicitur. Sic enim huius arbitrium regulatum posse diffiniri, seu describi saltem opinor, ut sit concessio a lege uel homine facta, qua possit is iudex qui sentiat iure, ratione, ac æquitate animi sui proferre sententiam: quique nec in alium statuatur, quod sibi statui negare possit. h. Plenum autem arbitrium, arbitror sic intelligi, ut sit concessio a lege uel homine facta, qua possit is iudex semoto iure, ratione, ac æquitate, sed proprio ductus appetitu, à dolo tamen alieno, quod placuerit statuere: quantum uerò unum ab altero distet, uerba ipsa ostendunt, & latius statim aperiemus. Interim non omittam, arbitrium hoc plenum & absolutum, quatuor dici modis; ut ex Baldo quandoque didici in tracta. statutorum, in uerbo, arbitrium, in uersicu. statutum concedit liberum arbitrium, quod idem Bald. sentire uidetur in l. penultima, in fin. ff. de arbitr. a quo & si eius non meminerit, non dissentit Curt. Senior. in l. si quis maior, numero uigesimo quinto, C. de transactio. Arbitrium enim h. plenum is primo habere dicitur, qui potestatem habet preferendi iniquum æquo. iuxta l. fideicommissa. §. quamquam, de lega. tertio, quod (ut ait Bal.) in rerum suarum dispositionem, non in aliarum dispensationem, regulariter contingit, iuxta l. creditor. §. Lucius, ff. man. l. impubes. §. final. ff. de administratione tutorum, l. ex facto, post princip.

de uulgar. & pupill. in fraudem, de milit. testamen. & confert l. cum quidam, de lega. 3. quam in hanc sententiam citauit iam relatus Curt. Sen. d. l. si quis maior, numero 25. Dicitur & secundò arbitrium hoc liberum, quod nullo iure communi est subnixum, ex l. ante litem. ff. de procur. ibi, libera potestas. Tertio dicitur liberum arbitrium, quod nullo cogente imperio pro libero arbitrio & sola uoluntate fit. l. si quis maior, ubi Ias. numero septimo, & iam citatus Curt. Sen. numero uigesimo quinto, C. de transactio. l. i. C. de sacrosan. eccles. l. omnium, C. de testamen. Quarto modo dicitur h. liberum arbitrium quod legis non exigit solemnitate. l. i. ff. de mili. testamen. & l. i. C. de sacrosan. eccles. ex Baldi presertim sensu ibi, ut præcitatus Curt. Sen. creditur. Vldaricus uerò Zafius in §. præterea, nu. 6. inst. de ac. docuit, h. liberum arbitrium, a regulato sic pariter, ut liberum sit, quod merum est, consistens in sola iudicis uoluntate. Arbitrium uerò regulatum, quod ab iniquitate, & iure pendet, quaquam & in unius iudicis uoluntate positum sit.

S V M M A R I V M.

- 1 Arbitrium liberum, quibus uerbis iudici collatum dicatur.
- 2 Volo uerbum, liberum arbitrium tribuere.
- 3 Volo uerbum ad iudicem directum, quod arbitrium significet datum.
- 4 Libera uoluntas qualis dicatur in compromissis.
- 5 Statutum, quod stetur iudicis uoluntati, quam uoluntatem significet.
- 6 Committens se uoluntati sui aduersarij, quod arbitrium sit ei collatum.
- 7 Committere se manibus uulnerati non potest uulnerans.
- 8 Membrorum suorum neminem dominum esse.
- 9 Reum delinquentem proprijs defensionibus non posse renuntiare.
- 10 Iudicum quorundam imperitia taxatur.
- 11 Inimici manibus se se committere, interdum licere.
- 12 Penę corporali se se subijcere quis potest lege & moribus dictantibus.
- 13 Reos contumaces posse & censei suis defensionibus renuntiare.
- 14 Volo uerbum, cum uerbis tuo arbitrio, iunctum, quid operetur ac significet.
- 15 Verba in dubio arbitrium potius regulatum quam liberum significare.
- 16 Statutum, quod stetur uoluntati & arbitrio iudicis, quod arbitrium significet.
- 17 Verbum maioris uirtutis & potentie cum uerbo minoris potentie iunctum, illius significationem inflectere & ad se trahere.
- 18 Interpretationem, quę æquitatem magis sapit, esse amplectendam.
- 19 Interpretationem magis probari, cum iuri communi conuenit.
- 20 Interpretationem ex uerborum cortice desumptam, reijci.
- 21 Interpretationem benigniorem probari.
- 22 Interpretationem illam probari quę a sapientibus reprehendi minimè potest.

- 23 L. non solum. §. uli. ff. de usucapio. noua declaratione exponitur.
- 24 Effectum rei potentiosem esse sola ipsa significatione uerbi.
- 25 Testamentum coram septem testibus sub contractus nomine celebratum, testamentum esse.
- 26 Locationis contractum esse, cum pensio fructibus correspondet.
- 27 L. i. ff. de solu. exponitur.
- 28 Ex actoribus censuum Principis, quod censeatur datum arbitrium his uerbis, compellant debitores ut eis uisum erit.
- 29 Baldus in l. i. C. si propter publ. pensita declaratur.
- 30 Volo uerbum, uerbo executiuo iunctum, quid significet.
- 31 L. 3. C. de dot. promiss. declaratur.
- 32 Libet uerbum arbitrium liberum significare.
- 33 Verba facies ad tui libitum, quid operentur.
- 34 Liberè aduerbium, quid significet.
- 35 Libera uoluntas est, quę legi non alligatur.
- 36 Liberè aduerbium in extraiudicialibus quid significet.
- 37 Principem uoluisse leges subuertere non presumitur.
- 38 Iudici datam facultatem liberè procedendi, intelligi ordine iuris seruato.
- 39 Testandi facultatem datam alias impedito, intelligi iuris solemnitatibus obseruatis.
- 40 L. si quando, in principio, C. de inofficio. testamen. exponitur.
- 41 Clausulam, procedas altè & basè, arbitrium liberum tribuere.
- 42 Clausulam facias secundum cor tuum, liberum conferre arbitrium.
- 43 Mens quid significet.
- 44 Cor bonum & malum quandoque.
- 45 Clausulam, facias secundum sensum tuum, conferre liberum arbitrium.
- 46 Sensus multiplex significatio.
- 47 Sensus homini statim nato inesse.
- 48 Sensus apud Iureconsultos quid significet.
- 49 Sensus, terminum esse indifferentem ad bonum & ad malum.
- 50 Homines ad malum procliuiores.
- 51 Sensus suo cū quis iudicare debet, quomodo iudicabit.
- 52 Sensus tuo facias, in rescripto quid operetur.
- 53 L. uli. C. de legib. declaratur.
- 54 Cap. i. de constit. ibi, sensu suo exponitur.
- 55 Sensus pro consuetudine sumi.
- 56 Sensus pro intellectu accipi.
- 57 Sensus pro regulato arbitrio intelligi.
- 58 Clausulam, secundum tuum appetitum facias, liberum arbitrium tribuere.
- 59 Appetitum rationi repugnare.
- 60 Appetitum immoderatam cupiditatem esse.
- 61 Voluntatem ad bonum, appetitum ad malum esse.
- 62 Clausulam, concedimus ut possit ea, quę nos possumus, liberum arbitrium concedere.
- 63 L. creditor. §. Lucius ff. mand. explicatur.
- 64 Princeps quidquid uult, potest.
- 65 Clausulam, procedas secundum carnem tuam, liberum arbitrium tribuere.
- 66 Caro pro humanitate sumitur.
- 67 Cap. licet. de regula exponitur.

- 68 Pontificem promouentem consanguineum ad dignitates, presumi non zelo spiritus, sed carnis affectu promouere.
- 69 Clausulam, procedas de facto, liberum arbitrium conferre.
- 70 Principem in dubio mandare, ut secundum leges iudex procedat.
- 71 Principi non licere ius etiam posituum, æquitate tamen naturali corroboratum, infirmare.
- 72 Principem presumi uelle actum geri sine dolo & malitia.
- 73 Principem tria habere debere, potentiam, sapientiã, & religionis cultum.
- 74 Spoliatum de facto, esse de facto restituendum.
- 75 Verba esse cordis nuntia.
- 76 Conciliatio dissidentium doctorum super clausula, procedas de facto.
- 77 Potestate ampla concessa, non censei concessa, quę illicita sunt.
- 78 Intellectum absurdum fugiendum esse.
- 79 Verba, procedas de facto ad iudicem directã, quid operentur.

QVÆSTIO VII.

EXAMINANTVR SINGVLA VERBA, quibus arbitrium liberum conferri iudici solet: & Doctorum uarię extricantur disputationes.

- 1 **Q**uæro septimò, quibus uerbis censeatur iudici liberum collatum arbitrium? inter plura, quę olim enumerauit, animaduerti uerbum uolo, id præferre, ex text. l. cum quidam, de lega. 2. & ex l. fideicommissaria libertas, ff. de fideicommiss. liber. quibus sic censuerunt Bart. in extrauagan. ad reprim. in uerbo uidebitur, numero tertio, Aretin. §. in bonæ fidei, columna sexta, uersiculo ultimo, instit. de actio. Georg. Natta in clement. sæpe §. non sic tamen, columna decima, uersicu. uerbum uolo. & ibi Zabarel. columna secunda, uersicu. 2. quæro, de uerbo. signifi. Afflic. decil. 371, numero 8. Felin. cap. 1. numero 51. uersicu. Et si dicatur, committimus uoluntati tuę. & ibi Andreas ab Exea numero 396. extra de constitut. Paris Puteus de syndi. in titu. De arbitrarijs, numero 10. in fi. & Oria. tract. De arbitr. in princip. numero 26. quibus nec inuiti accedunt Ias. in l. si sic legatum, numero 27. de leg. 1. Dec. in l. captatorias, numero 6. 7. C. de testam. mil. & Paris. consilio 111, numero 13. lib. 1. & si de libera uoluntate ille loquatur idem tamen censuit in consilio 71. numero 16. lib. 3. & consilio 26. numero 27. lib. 4. Verum, non parum difficultatis facere uidentur, quę post Hostien. & Imolam in c. significauerunt. in fi. de testib. scribit Dec. in l. in actionibus, nume. 11. in fin. ff. de in litem iuran. & quorum ante Decium meminit Georg. Natta in d. clementi. sæpe §. non sic tamen, columna decima, in uerbo uolo. dum affirmant, quod & si sui natura, uerbum uolo, liberam tribuat potestatem, non tamen sic intelligi, cum ad iudicis personam uerba diriguntur (quod quando contingat, aliquibus apertè Decius in l. si soror. C. de colla.) tunc enim uerbum

uerbum uolo regulatum iure & ratione arbitrium concedere dicitur, quod si de arbitrio iudicis, quae scribimus, intelligantur, non liberum arbitrium hoc uerbo demonstrabitur. Verum, ut animaduertit & recte Natta praecitato loco, & subtilis Aretin. in d. capitu. significauerunt, is textus haud satis Hostiensis & Imolae sententiam probat, quam tamen Natta opinatur Bald. autoritate fulciri, dum in cap. quintaualis, in fin. de iureiuran. inquit quod licet libera uoluntas nullis claudatur finibus, incompromissis tamen pro iusto arbitrio & discretionem intelligi, ex l. penulti. ff. de arbit. & l. 3. C. de dot. promiss. & ex illo text. cap. quintaualis. Bald. secutus est Decius in capitu. 1. prima lectu. nume. 21. uersicu. Secundo in quaestione, de constit. qui hoc ea de re intelligit, quia in compromisso de tertij praedicio agitur, ob quod uerba liberi arbitrij, regulatum significant, sic & Decius consilio 11. nume. 5. uerum Baldi sententia, ut Decius intelligit, procedit in casu illo compromissis ob tertij praedictum, qua de re infra in quaestio. 10. dicemus. Non quoque Baldi dictum in rubr. C. de his quae poene nomine: quod in hanc sententiam retulit iam citatus Natta satis confert: si quidem dum Bal. ait, statutum, quod stetur in dicis arbitrio & uoluntati, intelligi de sana uoluntate, loquitur ex ui adiuncti uerbi arbitrio, quod sic solet operari, ut statim dicemus. Quamobrem, paulo rectius forte sensisse uidentur Ioan. Andr. Anto. Butrius ac ipse Imola, quos retulit & simul probauit Felin. in capitu. 1. nume. 50. uersicu. Fallit octauo, de const. quibus magis placuit, uerba significantia liberam & absolutam uoluntatem, ad iudicem directa, efficere, iudicem ad iuris obseruantiam minimè teneri: quod uerius arbitror, dum modò dolo careat, ut suo loco latius exponam.

Declarantur praedicta non procedere, primo, cum quis in sui aduersarij uoluntate, & (ut aiunt) manibus se se confert, tunc enim non liberum ceterum collatum arbitrium, sed iure ac ratione collatum, ut recte censuit glos. l. penulti. in fin. ff. de arbit. quo loco Bartol. & Bald. in l. 3. C. de dot. promiss. cum alijs in hanc, quam sequitur sententiam, a Ias. citatis in l. si sic legatum. nume. 30. de leg. 1. quibus addo eiusdem sententiae Bart. in l. sed & si unius, §. praetor ait, in ff. de iniurijs. horum tamen traditiones intelligere ego in his, quae rerum respiciunt controuersiam, non cum sanguinis quaestio est: quandoquidem, nec iure, nec moribus sit concessum, ut qui alterum uulneribus affecit, in illius se ponat manibus & uoluntate, qua sit liberum uulneris iudicium sumere, quod docet Bartol. in l. prima, §. usque adeo, in fin. ff. de iniurijs. & Decius in l. pacta quae contra numero 5. C. de pactis, & in l. nemo fraudare. numero 9. de reg. iur. & egregie Boer. q. 262. numero quarto, qui multos huius opinionis refert doctores, qui ea uulgari, ad rem tamen notabili utuntur ratione, qua dicunt, neminem membrorum suorum esse dominum, ex l. liber homo. 1. ff. ad l. Aquil. quae ratio si potens est, ut nec delinquenti liceat proprijs renuntiare defensionibus, ut auctores sunt Bartol. & Bald. in l. iubemus, C. de sacrosan. eccles. Ange. de maleficijs in uerbo. Qui iudex statuit terminum ad faciendum suas defensiones, in ult. uer. & plura scribit Marfil. consil. 16. nu-

mero 25. 26. quo loci inuehitur aduersus imperitos iudices, qui cogunt reos proprijs defensionibus, dum latari sunt in eos sententiam, renuntiare, affirmatque & ibi fideiuberi non posse pro illo, qui corporali esset plectendus poena: quod, ut singulare scribit idem Marfil. singul. 651. Puteo te idem sensisse uideretur Didacus Coua. Hisp. uir. profecto eruditus lib. uaria. resolut. 2. capitu. 8. numero 8. Felinum praefertim secutus erit ergo & fortior hac ratio hoc nostro casu, ut minimè liceat se se inimico fidere, quod sane intelligit Felin. in cap. contingit. el. 1. 1. notab. de sent. excommun. cum maximum subesse posset corporis periculum, non cum leuis sola immineret castigatio, intelligerem & ego, non habere hoc locum, cum lege uel moribus probatum hoc esset; ut sensisse uideretur Boer. quaestio. 262. numero quarto: nam i. lege uel moribus effici potest, ut corporali se quis alliget poenae, ex gloss. in c. cum homo. 23. quaestio. 5. quam probauit Roma. consil. 15. Felin. cap. 2. colum. 2. de consti. & late Didacus praecitato capitu. 8. numero 8. ad finem, addo Decium l. nec ex praetorio, numero 6. de reg. iur. quod fortius procederet, cum i. aduersus reos contumaces statueretur, qui tacite (quod possunt) proprijs renuntiasse dicuntur defensionibus, ut egregie admodum regulam d. l. liber homo, declarat Dec. in l. 1. 2. lectura num. 48. C. qui ad mitti. sentit Ias. l. penulti. numero 18. C. de pactis, & Gramm. uoto 7. numero 6. 7. sic etenim tacite multa, quae non expresse, constitui fierique possunt.

14 Declaratur nunc secundò uerbum i uolo, eam non habere significationem, cum alteri uerbo arbitrium ostendens regulatum est iunctum: ut cum dicitur, pro tua uoluntatis arbitrio. ita scribit Bartol. in extrauag. ad reprim. in uerbo uidebitur, num. 11. quem reprobat Ias. in d. l. si sic legatum. numero 31. de lega. 1. nec dissentit Dec. in c. dilecti filij. numero 6. de iudi. & ante eum Natta in sepius citata cle. saepe. §. non sic tamen. col. 33. in fin. & ibi Zabarel. colum. 3. uer. tertio quaro. & Soci. in l. cum quid nume. 3. ff. si cer. per. in l. utrum. §. cum quidam. nu. 11. ff. de reb. du. & Ias. consil. 4. Dominus Baptista. colum. 3. uersu. Nec obstant illa uerba. lib. 3. Parisius c. cum uenerabilis, nume. 14. de excep. Andreas ad Exea in cap. 1. numero 437. de consti. & ad rem maxime confert, quae passim citatus Bart. in l. cum filius. §. fin. de leg. 2. inquit, quod si extent uerba, quae sapientiam liberam uoluntatem, & arbitrium simul boni uiri, demonstrare potius uiri boni arbitrium esse concessum. summè commendauit Bartol. Alexand. consil. 58. num. 12. lib. 3. His accedit Bal. in rubr. C. de poena iud. qui male iud. numero 2. quem secutus est Sali. in l. ult. col. 1. uersicu. Secundo an index. C. eo. si statutum dicat quod stetur iudicis arbitrio & uoluntati, uoluntas debet esse bona, quia in ratione inest uoluntas, secundum Aristotelem in 3. de anima. Verum quia nil nisi iure nostro controuersum reperitur, sic hoc casu aliter censuit Bartol. in l. alio. nume. 9. 10. de alimen. & cib. le. dum inquit, quod si uerbo sui natura uiri boni arbitrium ostendens, alterum liberam & absolutam potestatem significans adijciatur, efficere omnia liberae & absolutae potestatis ac uoluntatis, a Bar. non dissentit Ale. consil. 47. nume. 14. & consilio 65. nume. 8. lib. 2. quem citauit

citauit & Natta d. cle. saepe. §. non sic tamen, col. 33. fuerunt & alij in hac opi. quos retulit Paris. in c. cum uenerabilis, nu. 16. de excep. quib. addo eiusdem sententiae Alex. consil. 176. in fi. lib. 6. & Rui. consil. 133. nu. 4. lib. 3. Rola Valle consil. 59. nu. 3. 2. consil. 60. nu. 24. lib. j. nec dissentit Paris Puteus de syndicatu titu. de arbitrarijs eorum. nu. 10. uersu. si potestas ha-

17 bet. inter ceteros scribit Natta, cum in uno actu duo iunguntur uerba, quorum quodlibet actum diuersae naturae significat, uerbum actum magis plenum ostendens ad se trahere uerbum minoris uirtutis, & efficaciae, ex l. non solum. §. si. de usuc. si rem conducat quis, & praecario simul roget, cum locationis contractus maiorem uim ipso praecario habeat, praecarij eneruat uires solaq. de locatio. quod declarat & Bar. in l. si quis ante. nu. 3. in l. interdum. nu. 22. uersu. quaro quid si. de acqui. pos. Rom. consil. 59. Circa propositum col. 3. Alex. consil. 121. num. j. lib. 5. & D. Tiraq. de iure constituti. 3. par. limi. 2. 2. solet etiã ab alijs citari l. 1. ff. de solu. Probabilior tamen semper mihi est uisa prior illa sententia, arbitrium regulatum hac ostendere. Nam, cum nostro hoc casu uerba ipsa inter se tantum sola nominis significatio ne differant, sitq. ambigua interpretatio, illa magis erit amplectenda, quae aequitatem sapit. l. in his. ff. de cond. & dem. & interrogatus respondit Soc. sen. 19. consil. 59. col. 7. in fi. lib. 2. imò debet interpretatio iuri cõuenire. l. si stipulatus, de usuris. & rñd. Brun. consil. 35. nu. 10. imò post Bal. interrogatus 20 censuit Craue. consil. 263. col. 2. uer. itaq. si cã, i. interpretationem non ex uerborum cortice, sed ex ipsa ratione esse sumendam. Est praeterea benignis or-

21 i interpretatio probanda. l. Titius. ff. de condi. & de. l. ult. C. qui bonis ced. pos. Soci. sen. consil. 23. col. 7. uer. Decimo octauo probatur. consil. 25. col. 8. uersu. Nonò probatur. lib. j. Accedit praeterea assumenda esse i interpretacionem illã, quae a prudentibus, argui ac iuste reprehendi minimè pot. l. Saluius Aristot. ff. de leg. praestant. & pulchre scribunt Soc. sen. consil. 21. col. 2. in prin. li. 3. consil. 27. nu. 8. lib. 4. Soc. iun. cõ sil. j. nu. 128. li. j. Craue. consil. 3. nu. 23. consil. 5. nume. 14. Ex his fit, ut aequior sit interpretatio, quae uiri boni arbitrium ostendat, quam absolutam illam potestatem nulla rone, iure, ac aequitate regularã. sic et fit, ut iuri communi conueniat magis, quod iustitiam, non appetitum exigit: erit pariter & benigna magis, & aequitati consona, laudabitur & a prudentibus,

23 uti rone & iure regulata. Casus autem l. non solum. §. ult. ff. de usuc. quid plus hêt, cum ibi non solum inter se uerba repugnent, sed & ipsi instantes effectus: praecarium etenim gratuitam ostendit concessione. l. j. ff. de preca. locatio uerò & conductio onerosam obmercedem. insti. de loc. & condu. in prin. cum ergo in eodemmet actu praecarij & locationis mentio fit, si pretium intercedat, detracta praecarij denominatione, simplex erit locatio. Hoc alijs quam plurimis

24 exemplis confirmatur: uidebimus enim i iure consil. in l. iusulam. ff. de praescri. uerb. appellare contractum nominatum, & si uerbum nominatum significare uideantur; ut puta, si sit dictum: Vendo tibi hanc uillam, ut alteram reficias. sic in l. si uno. ff. locati. in l. si olei. C. eo. quo loci iure consil. locationem uenditionis nomine appellat; quare uenditionis nomi-

ne detracta, locatio remanet propria. sic docuit Dec. in l. si pascenda pecora, nume. 10. C. de pac. effectum, non denunciationem ipsam esse obseruandam, & ob id uenditionem propriam esse, uel contractum saltem innominatum: cum sub societatis nomine rei communis dominium in alterum ex socijs liberè translatum est. idem respondit ipse Dec. consil. 413. col. 2. & Rubeus consil. 103. nu. 4. consil. 136. nu. 4. & consil. 142. nu. 2. 3. sic docuit Bald. in l. 25 testamentum. C. de testa. i testamentum illud censi, quod a testatore celebratur septem adhibitis testibus, etiam si nomine contractus illud appellauerit. Baldi sententiam recipiunt omnes, ut Ias. in l. non codicillum. C. de testa. & Craue. consil. 21. nu. 5. sic Ro. Are. Alex. & ceteri in l. interdum. §. si quis

26 ex naufragio. ff. de acqui. posses. docuerunt i locationis & conductionis contractum illum esse, in quo pensio fructibus correspondens constituta est, etsi emphyteusim contahentes appellauerint, quod respondit & Rubeus consil. 95. nu. 3. plura alia adferrem nisi rem esse claram ac omnibus apertam intelligerem: illa ergo apud Tiraq. requiras in tracta. de retractu. consil. 32. glo. j. nu. 35. illi addo Dec. consil. 164. Are. consil. 148. nume. j. Afflic. dec. 72. in fi. & dec. 80. in fi. Bellon. consil. 21. num. 6. 7. Paris. consil. 82. nu. 44. lib. 3. Crauet. consil. 186. nu. 5. consil. 214. nu. 2. 3. consil. 231. nu. 15. & consil. 293. nu. 9. est ergo quod idem nostro hoc casu concludamus.

27 Non pariter aduersatur i l. j. ff. de sol. quoniam respondet Paris. d. c. cum uenerabilis. num. 16.

Declaratur tertio conclusio hac ipsa principalis, ut locum sibi non uendicet, cum Princeps i proprijs suorum censuum exactoribus concedit ac mandat, ut debitores per omnem coercionem ad soluendum compellant, prout ipsis exactoribus fuerit uisum. hoc etenim casu iuris regulas seruare ij debent: imò nec a locorum consuetudinibus recedere possunt: ita Bal. in l. j. col. 2. C. si propter publici. quem secutus est Ias. in l. si sic legatum, nu. 33. de leg. j. idem respondit Bern. de Bongiolamis in subscriptione ad cõs. 152. lib. 2. Soc. sen. Veru est,

29 quod animaduertamus, i Baldum fundamentum non constituere in hoc uerbo, uolo, sed in illis uerbis concessioni additis, ut tibi uidebitur expedire. quae boni uiri arbitrium sui natura ostendunt, ut suo loco statim demonstrabimus.

30 Declaratur quarto non procedere, quando i uerbum, uolo, est executiuo uerbo adiunctum, tunc non liberam potestatem, sed uiri boni arbitrium significare uideretur: ita Bal. in l. uoluntas, colum. j. uersu. item ubicunque sunt examinanda. C. de fideicom. Verum censeo hac in re, non parum esse animaduertendum, quoniam Bal. in eam sententiam descendit ex tex. i l. 3. de dotis promiss. qui non in uerbo, uolo, sed in illis, arbitratus fuerit, loquitur, quae sui natura uiri boni arbitrium significant, ut suo loco infra dicemus. sic eo loci d. l. 3. intellexit Bal. & post eum Ias. in l. si donatarius. §. ult. nu. 15. ff. de condi. cau. data. Soc. iun. consil. 35. nu. 18. lib. j. & Rola Valle tract. de lucro dotis. q. 88. 89.

32 Secundo loco liberam & absolutam arbitrij potestatem, facultatemq. tribuit i uerbis, liber, sic Bar. in l. alio. nu. 9. ff. de alimen. & ciba. leg. & in repet. l. j. nu.

1. nu. 50. C. de sacrosan. eccl. Feli. in c. 1. num. 51. de cōst. Soc. in l. utrum. §. cum quidam nu. 11. ff. de reb. du. Ias. in l. si sic legatum. nu. 34. de leg. 1. Georgius Natta in clem. saepe. §. non sic tamen, col. 10. uersic. uerbum licet, de uerb. signi. Mathæsi. notab. 15. Nota q̄ uerbum placet. Ang. Aret. in §. in bonafidei, col. 6. uersic. ult. Insti. de actio. Dec. in l. in actionibus, nu. 11. ff. de in litē iuran. sic in clausula illa adiecta commissioni pro libito tuæ uoluntatis, consulti Ruin. consil. 27. nu. 5. lib. 1. quod sensit & Ias. d. l. si sic legatum. nu. 35. & Feli. in d. c. 1. col. antepen. propē princip. de cōst. & Natta, qui statim col. 16. & sequenti, dum de libera facultate concessa

33 † uerba facit. sic in commissione facta cū illis uerbis, ad tui libitum, respondit Parisius consil. 26. nu. 26. lib. 4. ita pulchrē consuluit Soc. sen. consil. 170. col. 5. in prin. lib. 2. facultatem liberē tributam de ea intelligi, quæ nec iure, nec equitate, nec ratione aliqua regulatur, sed in absoluta illius residet potestate. quod sensit & Ruinus consil. 219. nu. 3. lib. 2. & Dec. consil. 335. nu. 4. uers. secundō ad hoc &c. Est enim maxima uis dictionis † li bere, cum potestate tribuat faciendi actū sua sponte, alterius uoluntate non requisita. quod multis probant Areti. consil. 76. nu. 3. Soc. sen. consil. 13. in fi. lib. 1. Barb. consil. 59. in fi. lib. 3. Dec. consil. 360. nu. 5. Cur. iun. consil. 2. nu. 3. Gozad. consil. 58. nu. 2. consil. 91. nu. 9. & consil. 100. nu. 11. Accedit quod † libera uoluntas intelligitur et pro uoluntate nulli legi alligata, ut apud M. Tull. libro De fato. Qui introducunt causam sempiternā, hi mentē hominum uoluntate libera spoliata nec cessitate fati deuinciunt. Accedit quoque, quod dictio illa, liberē, idem significat quod dictio, plenē. Natta, qui paulō ante, Ruinus consil. 100. nu. 4. lib. 1. consil. 121. nu. 2. consil. 133. & consil. 128. nu. 2. quare sine contradictione facere pōt, qui liberē potest. sic Gozad. cōsi. 47. nu. 9. nec dissentit Cur. cōsi. 48. Super controuersia, col. 1. Calc. consil. 3. num. 8. imō respondit Ruinus consil. 18. nu. 6. cōsi. 84. nu. 9. lib. 1. dictionem, liberē, importare præcisam libertatem, imō totalitatem significare respondit Craue. consil. 122. nume. 5. Animaduerti tamen aliquando And. Barb. consil. 59. col. 2. in fi. lib. 3. affirmasse, uerbum † liberē, in extraiudicialibus legis ac iuris dispositioni derogare; quod in iudicialibus nō contingere credidit: in quibus & si iudici libera facultas data sit, non tamē iuris communis dispositio sublatā uidetur. c. irrefragabili. de offic. ordina. quo loci Butrius rationem, quā etiam Barb. probauit, attulit: quoniam in actibus iudicialibus non præsumitur,

37 † Principem iuris communis dispositionem uoluisse subuerrere. quod latius probauit idem Barb. consil. 47. col. 5. in fi. & col. seq. lib. 1. dum inquit, q̄

38 sit iudici est data libera ac absoluta procedendi facultas, intelligendū esse iuris ordine ac forma seruatis. Verūm Barb. responsum 59. non satis iure defenditur: nam ex quo iudicis est proprium procedere iuris ordine seruato, sequitur quod si a Principe māderur, ut liberē procedere possit, esse intelligendū absolutē, nulloq̄; seruato ordine, ne frustra Princeps rescripisse uideatur, argum. l. si quando, in princ. de leg. j. confert, quia uidemus, quod si testari impedito libera testandi facultas † concedatur, intelligitur

iuris forma obseruata. l. si quādo, in princ. C. de inof. sic. testa. & nihilominus, si ei, qui alias testari potest, fiat illa concessio, poterit is testari, nulla iuris solennitate seruata: ita Bartol. in reper. l. j. nume. 54. C. de sacrosan. eccl. Ias. d. l. si q̄n, in princ. nu. 3. & in l. Præles, nu. 9. C. de transf. Rui. consil. 83. nu. 9. lib. 3. Dec. consil. 512. in fir. Curt. Lun. consil. 105. nu. 3. & consil. 178. nu. 20. & clarius Ruin. consil. 100. nu. 2. lib. j. del. clarando † d. l. si quando, dicebat, eo casu cōcessionem simpliciter tantū fuisse factam, ut possēt testari, secus si duo respiceret ac cōtineret, quod testari posset, & liberē, quod hic admodum conuenit. Quæ autē a Barb. in eo consil. 47. scripta sunt, in causis criminalibus locū sibi solum uēdicāt, in quibus uerba quantumuis sui natura ampla, ad boni tamen uiri arbitrium sese restringunt: ut docuit Ias. in l. si sic legatum, num. 24. de leg. j. & Plotus in l. si quando, nume. 635. C. unde ui, qui sic in specie Barbatia responsū intellexit, sed hac de re fusius suo loco agemus.

Tertiō loco absolutam tribuit potestātē clausula † illa, Procedas altē & bassē. (quæ uerba uulgaria, non honorū authorum sunt.) sic post Ioan. Andr. in c. humilis, de maio. & obēdien. docuit Soc. in l. cum quid. nume. 2. ff. si cert. petat. & in l. utrum. §. cum quidam. nu. 2. ff. de reb. dub. nec dissentit Feli. d. c. humilis, col. 5. eiusdem sententiæ addo Castren. consilio 70. Quia frustra. col. 5. lib. j. & egregiē Georgium Nattam in ea. clem. saepe. §. non sic tamen, col. 26. Verūm hanc ipsam sententiam intelligit ac temperat Soc. nisi dictum sit, procedas altē & bassē, ut tibi uidebitur, quia tunc præcedentiū uerborum immutatur natura, ac ad uiri boni arbitrium reducitur. quod latius supra, cum de significatione uerbi, uolo, egimus, diximus.

Quartō absolutam tribuunt arbitrij facultatem † uerba illa, Facias secundum cor tuum. c. summo. pere. 11. q. 3. Feli. in d. c. j. col. 1. antepenul. uers. & si dicatur secundum cor tuum, de consil. & respondit Ruinus consil. 18. nu. 9. lib. j. credit etenim Rui. idē uerba hæc præferre, quod uerba illa, ut tibi libuerit. ex l. fideicommissaria libertas. de fideicommiss. lib. Verūm aliter sensit Georgius Natta in d. clem. saepe. §. non sic tamē. col. 16. in fi. ea adductus ratione, quæ uerba, secundū cor tuum, non differant ab illis, secundum mentē tuam, sed uerba, secundum mentē tuā, intelliguntur ut procedat cum ratione; sic Bal. in l. uolūtatem. C. de fideicom. ergo idem & in uerbis his, secundum cor tuum, sed Nattæ argumentatio dilui potest, si negabimus minorem, quam is nec iure nec ratione probauit. imō differentia non leuis

43 inesse uidetur, cum † mens illam pattem eminentem, & diuina etiā contemplantem significat, quod non dicitur de corde, cum tam bonum, quam malum respicere possit. † nisi dicamus in dubio, de bono esse accipiendum, ut supra diximus in uerbo, uolo. is uerō tex. c. summo. pere, secundum Nattam nō probat, cum negatiuē loquat̄. dicerem ego ea ratione non probare, quia ibi uenit aduersaturus ad diuinum præceptum, quod cum bonum sit, sequitur cordis significationem in malam partē accipi: erit itaque cogitandum, quia aduersus cæteros uerborum uidetur Nattæ sententia.

Quintō

Quintō absolutam ac liberā potestatem tribuit † uerba illa, Secundū † sensum tuū: ut post Gemin. in c. relatu. 37. dist. tradunt Imo. in cap. 1. de constit. ut ibi retulit Feli. col. 17. in fi. idem respondit Ruin. consil. 18. nu. 9. lib. 1. Verū quod facilius omnia intelligantur, sciendum est, † sensum aliter sumi apud nos, & aliter apud Philosophos. si quidem apud Philosophos sensus pro comprehensione ipsa sumitur: quā quidem comprehensionem Zenō sensum ipsam appellabat. & si ita comprehensionem erat, ut ratione conuelli non posset, scientiam, sin aliter, in scientiā nominabat: atq; inter scientiam & in scientiā, solum illum, seu comprehensionem collocabat. quemadmodū refert M. Tul. lib. 1. Academ. q̄. ad fi. hunc sensum Stoici auctore Plutarcho lib. 4. de placitis Philosoph. c. 11. † homini statim nato inesse dicebant: quoniam postquā natus est homo, principālē animę partem habet, uelut chartā paratā ad annotādū: in hancq; unāquamq; rōnem inscribit. Et primus annotāci modus est per sensus: ubi. n. aliquid per sensus percipiunt, uelut (uerbi causa) albedinem, ea dilapsā, ipsius memoriā habēt. alia per plura et de sensus huius origine, ac de illius cū intellectu differentia scribit post Arist. & cæteros Cassius Rodheg. lib. 2. lectio. antiqu. c. 28. 29. de hac sensus significatio

48 ne nostra non est disputatio. † Sensus uerō apud nostros Iureconsultos ac apud Oratores & Grammaticos pro ipso affectu & motu sumitur. estq; hic sensus cōmunis hominibus ac bestijs, imō bestijs magis tribuere uidetur Aristoteles, dum lib. 6. Ethicorū, cap. 3. ait: tria esse in animo, quæ rei gerendæ ueritatq; dominantur, sensus, intellectus, & appetitus. est sensus nullius rei gerendæ principium, cum & bestię sensum habeant, non agant tamen. Aristote li subscribit M. Tul. officiorū primo, dum inquit: Sed inter hominē & belluā hoc maximē interest, quod hæc tantū, quantum sensu mouetur, ad id solum quod adest, quodq; præsens est, se accommodat, paulum admodum sentiens præteritū aut futurū. homo autē, qui rationis est particeps, &c. Idem M. Tull. de amicitia. Quid enim (inquit) potest esse tā flexibile, tam deuū, quā animus eius, qui ad alterius nō modō sensum, ac uoluntatem, sed etiam,

49 uultum atq; nutum conuertitur. hic ergo † sensus de quo uerba facimus, sui natura & origine est quid indifferens, cum & ad malum & ad bonum applicetur: quemadmodū & de dolo dicimus. l. 1. ff. de dolo. est enim dolus bonus, est & malus. & sensus quatenus in homine est, in malum potius, quā in bonum sonare uidetur, posteaquā † ad malum pronata est omnis ætas. Genes. 8. in fin. & ca. omnis ætas.

12. quæstio. 1. & quanquā ex legis, uel Principis mandato cum is, cui mandatum est ex suo † sensu iudicare, non debeat ferino more, sed lege omni naturali, & recto sanoq; iudicio iudicare, attamen quatenus suus sensus rectus fert, potest solenni iudiciorum forma, & lege positua posthabita, cognoscere, & de causa sententiam ferre. atque ita intelligas Geminianum, Felinum, & Ruinum iam relatos, quibus inferur declaratio ad ea quæ scribunt Abbas in capit. 1. & ibi Decius in prima lectura. 4. notab. & numero 21. de const. & Natta in clem. saepe. §. non sic tamen, columna prima, uersicul. sen-

tu tuo. de uerborum signifi. & Ias. in l. si sic legatum. nu. 16. de legat. 1. dum affirmarunt his uerbis, † Facias sensu tuo, datam esse potestatem regulatam iure & ratione. intelligo ex mente tribuentis potestatem hanc esse regulatam iure & ratione naturali; irregularatam uerō quod ad legem posituam & iudicij rigorosum ordinem: quoniam hæc sperneret index iste potest. quo circa satis intelligimus sensum esse terminum indifferentē, & regulari aut ex præsumpta mente legis, uel principis mente, aut ex adiuncto uerbo, uel subiecta materia: quemadmodum

53 in l. ult. C. de legib. dum uult Iustinianus parendū esse Imperatorū constitutionibus, aliorum reiecta subtilitate, quæ sensui aduersatur: eo loci sensus in ea significatione accipitur, ut sensum regulatum ostendat, cum ei subtilitas opponatur. Sic in cap. Abbate, de uerborum signifi. ibi, hic sensus rector est. ibi enim ex ui adiuncti uerbi, pro iudicio & intellectu seu recta & probabili interpretatione sumitur. sic & subiecta ipsa materia suadet aliquando sensum pro regulato & irregularo. animi affectu accipi; ut in † cap. 1. de constit. nam dum uult, canones obseruandos esse, & neminem suo sensu duci posse: sentit clarē scriptos canones esse obseruandos, sensu quouis reiecto hominis. quoniam ubi lex scripta est, arbitrium cessat: ut latē dicemus infra quæstione 14. omne ergo arbitrium reijcitur, atque ita sensus ibi sumitur pro utroque. Scio etiam sensus dictionem in alijs significationibus sumi: nam &

55 † consuetudinem significat. cap. certificari; de sepultur. & in cap. utinam, 76. distinctio. quæ iura sic interpretatur & Decius in dicto cap. 1. prima lectura. nu. 21. de const. reiecta opinione Abbatis & aliorum, qui aliter intelligebant. Aliquando etiam accipitur † sensus pro intellectu, qui furori & dementię opponitur. ut in l. diuus. ff. de offic. Præsid. in re igitur hac nostra concludo, uerba hæc, Facias sensu tuo, tribuere liberum & absolutum arbitrium.

Declaratur non procedere, cum de præiudicio tertij agitur. nam tunc † sensus pro arbitrio regulato intelligitur. ita Decius in d. cap. 1. lectura prima numero 21. uersicu. Secundō in quæstione. de const. & ibidem Feli. numero 51. ea ratione quia ubi agitur de præiudicio tertij, uerba, quæ alias liberam uoluntatem important, intelliguntur pro uiri boni arbitrio. quod latē infra. q. 10. comprobabimus.

58 Sextō liberam potestatem † tribuunt uerba illa; Secundum tuum appetitum, ita ex facto interrogatus respondit Ruinus consil. 18. nume. 9. lib. 1. quod ea ratione satis probatur, cum appetitus † rationi aduersetur. quod in primo officiorum probauit M. Tullius, dum ostendit, appetitum rationi parere debere. quod clarius docuit Valla lib. 5. Elegan. cap. 6. dum intelligit, † appetitum nil aliud esse quam immoderatam cupiditatem, quare appeti qualiacunque dicimus, honesta expeti, & si M. Tullius in 3. de natura Deorum dixerit, appeti quæ secundum naturam sunt, declinari cōtraria. sic Parisius in c. cum uenerabilis, num. 15. de except. do

61 cuit post Lapum alleg. 128. † uoluntatem esse ad bonum, & appetitum ad malum, ex cap. Rex pacificus, in proem. decret.

62 Septimò absolutam potestatem ostendunt illa verba, Concedimus, ut ea possis, quæ nos possumus, sic Bart. in l. creditor. §. Lucius. ff. manda. Abb. in c. intelleximus, num. 11. de iudi. in c. exposuit, de dilat. Ang. Aret. in §. in bonæ fidei. col. 6. vers. Sextò idem si dixerit. Instit. de actio. Geor. Natta d. clem. sepe. §. non sic tamen, col. 26. Afflict. decis. 305. num. 4. eo

63 textu §. Lucius, adducuntur, quem ego intelligo procedere ob amplissima illa verba: Concedo tibi de omnibus meis, ut vis negotiari, siue uedere vis, siue pacisci, siue emere, siue quodcunque operari vis, ut domino enti rerum mearum, illud magis ur

64 get q̄ cum Princeps possit quidquid uult. §. sed q̄ Principi. Insti. de iure natu. gen. & ciu. si alteri uices suas mandet Princeps, uidetur illi data facultas faciendi ea, quæ facere potest ipsemet Princeps. quæ sanè argumentatio rectè diluitur ex his quæ statim subijciam in uerbo de facto. Nam, & si speciale mandatum uerba hæc tribuere uideantur, ut relati omnes affirmât, cum tñ in dubio sit, concessio intelligitur solùm quò ad ea, quæ iure & ratione regulantur.

Octauò liberam ac absolutam potestatem tribuunt

65 uerba illa: Secundum carnem tuâ, sic scribit Natta d. clem. sepe. §. nō sic tamen, col. 16. in fi. ea adducitur ratione, quòd caro in malâ partem sumitur: ut habetur Matthæi cap. 16. Non caro & sanguis, sed

66 spiritus reuelat tibi. Verum ibi caro sumitur pro humanitate, quæ habet spiritum oppositum, & ut duo ipsa contraria, eo loci referuntur. Nam ibi de monstrat, Apostolorum Principem non esse locutū ut homo, sed ut diuina Spiritus sancti gratia afflatus. Non pariter ad rem confertur text. cap. licet, de regula. cum de carne nullum uerbum, & quòd de spiritu tradit, de diuino intelligitur, ut ipsius textus uerba sonant, ut pariter loquitur text. in c. duæ sūt, in fine, 19. q. 2. Ad rem melius conferre uidetur Bal di doctrina in l. tutor. §. quæ tutoribus ff. de excusa.

68 tuto, dum docuit quòd si summus Pontifex cōsan guineum ad dignitatem promouit, hoc ei a carne, non a spiritu reuelatum præsumi, a Baldo nō dissentiant Barb. consil. 16. colum. penul. in fi. lib. 1. Iaf. cōsi. 183. Præfens. colum. 1. lib. 2. Io. Iacobus de Leonardis inter consil. Bruni consil. 114. num. 17. Alciantus tract. præsup. præsup. 29. n. 2. uidemus. n. in malam partem sumi. nisi dicamus Bal. & aliorum auctoritatem esse quidem probabilem, non tamen necessariam. Accedit, illum esse uulgarem quendam loquendi modum, quò demonstratur, Pontificem humana affectione moueri. uerè tam en crederem sumi in malam partem, cum ei spiritus aduersatur, extat & illud, Iudicate secundum spiritum, non secundum carnem.

Nonò liberam ac absolutam potestatem tribuunt

69 uerba illa, Procedas de facto, his etenim uerbis data uidetur facultas procedendi manu regia, nulla iuris seruata solennitate. ita opinatur Bar, in extrauag. d. repri, in uerbo, uidebitur, num. 12. & in consil. 82. Punctus quæstionis, num. 2. lib. 1. Bartolum sunt secuti Aret. consil. 84. nu. 3. in fi. Ioan. de Ana. in c. pe. col. pe. de accusat. Ang. Aret. in §. in bonæ fidei, col. penul. uerf. quid autè si dicatur, Insti. de actio. Natta d. clem. sepe. §. non sic tamen, colum. 22. Alex. cōsil. 189. in fi. lib. 6. Ruinus consil. 13. nume. 6. lib. 2.

Amodeus de Castell. tract. syndica. numer. 142. Der. consil. 434. nu. 4. qui eiusdem sententiæ citat Coc. neum & Soc. & alios retulit Ripa in l. naturalitru §. nihil commune, numer. 181. de acqui. posses. georum sententiâ satis uidetur probari in l. ietus. fustiu. ff. de ijs qui not. infam. & in l. uerum. §. ex facto. ff. de mino. 25. ann.

Verum non leuem difficultatem mouent uerba Bar, in d. extrauag. d. nu. 12. & Nattæ loco paulò antecitato: inquit enim, quòd & si facultas hæc data uideatur, cum tamen soleat Princeps legibus uiuere. l. Princeps. ff. de legib. & l. digna uox. C. eo. sequitur, quòd quemadmodum leges Princeps, ipse debet seruare, sic & is, cui suas mādauit uices: quare si non licet ipsi Principi, minus illi, quòd probant uerba Theodosij & Vallen. in d. digna uox. in fine. ibi, & oraculo præsentis edicti, quòd nobis licere non patimur, alijs indicamus. & is text. l. Princeps, intelligitur solùm in solemnitatibus rigorosis, quæ nō substantiam, & in terminandis litis æquitatē, sed solū illū rigorosum modū procedēdi recipiūt. quòd doctè declarauit Io. Corasius li. 2. miscella. iuris, cap. ult. quare, nec licere Principi ius positiuum, quòd naturalē æquitatē sapit, immutare, post multos scripsit Craue. trac. de antiq. tempo. prima parte principali, in principio, nu. 45. & egregiè Didacus Couar.

72 lib. 2. uaria. resol. cap. 1. nu. 8. Quamobrè, cum præsumatur, Principē uelle, quòd actus suus sit omnimodum alienus, §. illud, in auth. constituit. quæ de digni. & tradit Craue. qui statim num. 13. quò etiā loci

73 nu. 19. subdit, in uero Principe tria esse debere, potētia, sapientiā, ac diuinum cultum, dicendum est q̄ & si mādēt de facto posse procedi, intelligi æquitate ac ratione naturali seruata, spreta quidē stricta illa iuris communis solennitate, quò suo loco fufius aperiā. illud interim non præmittam, uerba hæc, de facto, in malâ partē sonare, ut docuit Bart. in l. stipulatio ista, in fin. prin. de uerb. obli. ubi recentiores omnes, & clarè post Bal. & alios quos citat, respōdit Barb. cōsi. 4. col. 1. lib. 3. sensu Ruin. cōsi. 59. nu. 13. lib. 4. & Dec. in l. non uidetur defendere. num. 6. de reg. iur. Hinc docent oēs, q̄ spoliatū de facto sua possessione, ante omnia esse restituendum, & de facto sine aliqua iuris solennitate, legeue, ipsa permittere, sic oēs in l. si pacto quo pœnā. C. de pact. Barb. consil. 51. col. 20. in fi. lib. 1. consil. 7. in fi. lib. 2. Rom. sing. 766. Possessio. Maria. Soc. sen. consil. 32. col. ult. lib. 1. Ruin. consil. 108. nu. 26. lib. 2. consil. 17. nu. 7. lib. 5. Gozad. consil. 21. nu. 3. Curt. Iun. consil. 41. na. 12. Marfil. sing. 195. Tiraquel. De legibus cōnubi. glo. 3. nu. 15. 16. n̄ ergo dicendū, Principē mandare absolutā potestatem, nec in his claris coniecturis esse opus, l. ille aut ille. §. cū in uerbis, de leg. 3. l. cōtinuus

75 §. cum ita, de uerb. oblig. §. si quidem uerba sunt n̄ cordis nuntia. l. Labeo, in fi. de suppl. leg. & egregiè tradunt Dec. l. semper in stipulationibus. nu. 4. de regu. iur. Craue. cōsi. 20. nu. 2. & consil. 290. in fi. latissimè Tiraq. in l. si unquam, in uerbo libertis, nu. 17. C. de reuo. don. & Boer. q. 1. nu. 8. qui ex nostris ac ex Philosophis plura congesserunt.

76 Conciliari hæc possunt ex egregia doctrina Lapi in alleg. 128. Factum super quo, colum. 1. uerf. nec obstat illud, què sūt secuti Amodeus de Castell. in tract.

in tract. syndicus. num. 142. & Paris de Puteo tract. synd. c. tus, in tit. de potestate iudicm. nume. 8. prope finem. quòd aut intelligimus de facto, id est, præter legis ac iuris communis dispositionem, & tunc potest hoc in casu intelligi, ac procedere Bartol. & aliorum sententiâ. Aut intelligimus de potestate procedendi contra legem, & tunc nō dicitur concessa libera hæc facultas, atque ita hoc casu procedunt, quæ contra Bart. & ceteros adferuntur. Cuius rei est ratio, quia in quauis tam ampla & absoluta potestate, intelligitur, dummodo ne quid turpe, ne quid illicitum, ne quid iure prohiberetur fiat. ff. de mili. testa. iuncta l. dotalem. l. in fraudem. & l. si a milite. §. 1. & 2. ff. eo. de mili. testa. l. 3. §. si procurator. ff. quid quisq; iur. §. absurdus etenim intellectus: siue giēdus est, etiam si uis literæ in feratur: l. scire d̄ porret. §. aliud. ff. de excusatio. tutor. Lopus, qui supra. quare docuit Bald. in d. l. de milit. testamen. uerba de facto, in iudice intelligi, iustitiam obseruandam esse, postposita iudiciorum forma.

79 Declarantur relata omnia, non procedere, cum uerba diriguntur ad personam iudicis, cui causa committitur: ita Dec. c. causam quæ, nume. 1. de testib. post Hostien. & lino. in c. significauerunt, de testib. quòd: & supra attingimus, atque explicauimus.

S V M M A R I V M.

1 Arbitrium uiri boni, quibus uerbis conferri soleat.

2 Videtur, uerbum, arbitrium regulatum significare.

3 Verbum, uidetur, idem operari, quòd uerbum, placet.

4 Clausula, tuo uidere facias, quid significet.

5 Clausula, facias ut tibi uidebitur expedire uis.

6 Clausula, facias ut tibi iustum uidebitur, effectus.

7 Clausulam, facias ut tibi placuerit, arbitrium uiri boni significare.

8 L. Thais. §. sorrore. ff. de fideicom. lib. explicatur.

9 L. Lucius. ff. de fideicom. lib. exponitur.

10 Clausula, facias ad tuum beneplacitum, uirtus.

11 Clausula, facias ut tibi placuerit et uidebitur, effectus.

12 Clausula, facias quid quid tibi placuerit, uis.

13 Dictionem, quid quid, uniuersalem esse.

14 Clausulam, facias secundum tuum iudicium, uiri boni arbitrium conferre.

15 L. Thais. §. Lucius Titius. ff. de fideicommissa. libertat. declaratur.

16 Cap. uerum, de foro compe. explanatur.

17 Iudicium discretionem significare aliquando.

18 Iudicium a iure dictum esse.

19 Cap. in causis, de re iudi. elucidatur.

20 Veritatem solam & æquitatem in Principum iudicijs spectari.

21 Principes in eorum iudicijs secundum conscientiam debere procedere.

22 Instantiam causa coram Principe non currere.

23 Clausula, libero tuo iudicio procedas, quid operetur.

24 Clausulam, discretioni tue causam definiendam committimus, arbitrium regulatum significare.

25 Discretionem esse idem, quòd iudicium.

26 Clausulam, tue prudentiæ committimus, arbitrium boni uiri, significare.

27 Prudentiæ uerbum quid significet.

28 Prudentiam a prouidendo dictam.

29 Arbitrio tuo committimus, clausula hæc uiri boni arbitrium tribuit.

30 Arbitrii uerbum bonum & equum significare.

31 L. 1. C. de cond. in publ. horreis. lib. 10. explicata.

32 Arbitrium idem aliquando esse, quòd appetitus.

33 Clausulam, pro tuo uoluntatis arbitrio, uiri boni arbitrium significare.

34 Verba libero tuo arbitrio facias, absolutum arbitriū conferre.

35 Arbitrium alteri commissum, cui alias competebat, arbitrium absolutum esse collatum.

36 Clausulam, Misericordiæ tuæ committimus, arbitriū regulatum significare.

37 Misericordiæ superioris se submittens, defectum non fatetur.

38 Decretum unum antiquum Mediolani declaratur.

39 Misericordiam uirtutem esse.

40 Clausulam, conscientie tuæ committimus, arbitrium regulatum concedere.

41 Conscientiam sanæ mentis sensum esse.

42 Virum bonum non esse, qui sine conscientia est.

43 Conscientie uim maximam esse.

44 Iudicē propriā conscientia nō debere sequi, sed publicā.

45 Clausulam, si tibi licentia & c. arbitrium regulatum significare.

46 Licentiæ dictionis, significatio.

47 Clausulam, potestati tuæ committimus, arbitrium regulatum tribuere.

48 Potestate libera concessa, liberum & absolutum arbitrium dici concessum.

49 Verba illa Promittimus stare tuo dicto, arbitrium uiri boni significare.

50 Arbitriū a partibus iudici collatū, reuocari an possit.

51 Verba illa, Facias ut cupis & desideras, arbitrium regulatum conferre.

52 Clausula rescripti, procedas de bono & equo, arbitrium regulatum conferre.

53 Clausulam, procedas cum moderamine, arbitrium regulatum tribuere.

54 Moderari, quid sit.

55 Clausulam, procedas cum honestate, arbitrium boni uiri significare.

56 Clausulam, procedas secundum iustitiam, ius & ueritatem, arbitrium regulatum concedere.

57 Clausulam, facias, secundum mentem tuam, arbitriū regulatum conferre.

QVÆSTIO OCTAUA.

RECENSENTVR VERBA, ET CLAUSULÆ, quibus arbitrium regulatum, ac uiri boni confertur: & plura, quæ in foro, & iudicijs quotidiana sunt, explicantur.



VÆRO octauò, quibus uerbis demonstratur uiri boni arbitriū tantū fuisse concessum, & inter multa solent adferri uerba, ut tibi uidebitur, quæ hæc habent significationē, ut probat l. si fidei commissaria libertas. 2. in princ. de fideicommissa. liber. ibi, si tibi uidebitur, peto ut manumittas, q̄ accipiēdū ē, ac si dictū fuisset: Si tibi, quasi uiro bono uidebitur, idē probat l. si fideicommissa. §. quanquā, de leg. 3.

& si illud tibi contingat ob dictionē, utile, in textu positam, dum inquit: Si utile tibi uisum fuerit, quæ sui natura arbitrium regulatum præbet, ut statim subijciam. Hæc conclusio uno ore ab omnibus recipitur, ut post l. si sic legatum, de lega. 1. affirmantur Gemin. cōf. 73. col. 2. in fi. Roma, cōf. 55. colum. 2. Calca. cōf. 193. num. 1. Castren. cōf. 334. Laudatio & inuestitura. col. 2. lib. 1. Alexand. cōf. 82. in fine. lib. 5. cōf. 173. numero 4. & consilio 175. nu. 4. lib. 6. Soci. Sen. cōf. 53. colum. 4. lib. 1. cōf. 49. num. 4. lib. 4. Ruinus cōf. 24. nu. 3. lib. 2. Dec. cōf. 493. nume. 19. & cōf. 562. in fine, & cōf. 632. nume. 7. Gozad. cōf. 91. nume. 9. Soc. Iun. cōf. 59. in fine, lib. 1. latius repetitum cōf. 129. nume. 54. lib. 1. Parisius cōf. 92. numero 22. lib. 1. cōf. 24. nume. 141. lib. 2. cōf. 72. numer. 17. libro 3. cōf. 8. nume. 20. cōf. 32. nume. 29. lib. 4. Carolus Molinæus in consuetud. Parisien. titulo. 2. §. 5. glo. 4. nume. 34. Andreas ab Exea. in c. 1. num. 4. 17. de const. Confirmatur, quia uerbum, uidetur idem quod uerbu placeo, significat, & pro uno ac eodem accipitur, sic apud M. Tullium lib. 14. famil. epistola 7. ad Terentiam: Si tibi uidebitur, uilis ijs utere, quæ longissimè aberunt a militibus, & lib. 7. Epistola 24. ad Fabium Gallum, cum ergo uerbum, placeo, uiri boni arbitrium ostendat, ut statim subijciam, sic uerbum, uidetur.

Hæc ipsa receptissima interpretum doctrina pro cedit etiam, cum est dictum, tuo uidere facias, quæ uerè in idem sonant: ita Natta d. clem. sæpe. §. non sic tamen, col. 16. propè finem post Bald. in l. cessante, col. 1. C. quomodo & quâdo index. Procedit & fortius conclusio hæc ipsa, si dictum fuisset, Facias quod tibi uidebitur expedire, sic respondit Signorol. Homod. cōf. 210. Quæstio præsupponitur, nu. 9. & post Baldum & alios, quos citat, respōdit Dec. consilio 493. nu. 17. Calcan. cōf. 120. nu. 7. in fin. & Parisius cōf. 95. nu. 22. lib. 1. ita fortius, si dictum fuisset, si bonum tibi uidebitur, Molinæus d. consuetud. Parisien. titulo. 2. & §. 5. glo. 4. num. 24.

Idem fortius si dictum fuisset, si iustum tibi uidebitur, ita Ludo. Bologn. in addi. ad consil. Ioan. de Anan. consil. 34. nume. 12. Verum Bald. in tit. de pace Constan. pagina pen. uerfi. in animam nostram, quem citat Ias. in d. l. si sic legatum, nume. 4. de leg. 1. inquit, quod ille qui potestatem habet faciendi quidquid sibi expedire uidebitur, habet uoluntatis arbitrium, quod nil aliud est, quàm absoluta potestas, a relata tamen sententia Signo. Calca. & aliorum, non est quod recedamus, cum sibi parum constans sit Bal. ut ex relatis patet, idem Bal. in c. 1. §. inter pares, colum. pe. de lege Corrad.

Secundo loco uiri boni arbitrium tribuunt uerba illa, tibi placuerit, Bart. in l. si quis arbitratu, nume. 7. & ibi Soci. num. 32. de uerb. obli. idem Bart. in l. 1. nu. 51. C. de sacrosan. eccle. & cōf. 166. nu. 4. lib. 1. Castren. cōf. 334. Laudatio, colum. 2. lib. 1. Roma. cōf. 55. colum. 2. Soci. Sen. cōf. 53. colum. 4. uerfi. & ad primam, & cōf. 65. colum. ult. uerficu. circa aliam, libr. 1. & cōf. 49. nume. 4. lib. 4. Ruinus cōf. 55. numero 2. lib. 1. cōf. 137. numer. 8. cōf. 24. num. 9. lib. 2. Ias. in l. si sic legatum, num. 6. de leg. 1. & in l. si quis arbitratu, num.

24. propè medium, de uerb. obli. sic intelligens l. quod si nolit, §. si quid ita, ff. de ædil. edic. Decius in l. si pa scenda, num. 6. C. de pactis, & in cōf. 493. nu. 21. & cōf. 562. in fine. Parisius cōf. 24. nu. 141. lib. 2. cōf. 71. num. 13. lib. 3. Soc. Iun. cōf. 129. nu. 54. lib. 3. Alciatus respon. 530. nu. 2. Plotus in l. si quâdo, nu. 754. C. unde ui. Andreas ab Exea in cap. 1. nu. 38. de const. adducuntur oēs ex text. l. Thais. §. sorore, & l. Lucius. 1. ff. de fideicō. lib. uerum is text. 8. §. sorore, non satis probare uidetur, cum in castigatissimis codicibus hæc litera habeatur, uolo & a te peto soror suauissima, Stichum & Damam actores meos, quos ego, quoad rationes retulerint, non manumisi, tibi esse commendatissimos: quod si ipsi tibi quoque probentur, exposui tibi meam sententiam. Hic enim constituitur fundamentum in illis uerbis, quod si ipsi tibi probentur, quæ hæredi manu mittendi potestatem adferunt secun dum quid, quare non potest solidum satis constitui fundamentum in uerbo Placeo, quod in textu illo non reperitur, sed in illis tantum uerbis, si tibi probentur, quæ uiri boni arbitrium ostendunt. l. fideicommissaria libertas, propè finem, eod. titu. quare falluntur interpretes, qui perpendunt subsequencia illa uerba, ibi, eos non placere sibi, cum illa non sint uerba testatoris instituentis hæredem, eiq; dant manumittendi potestatem, sed iure consulti producentis dubitationem natam ex hæredis responsione & controuersia. Non pariter uidetur probare, d. l. Lucius, quæ & si habeat uerbum Placeo, non tamen aperit, an uiri boni arbitrium, uel absolutam potestatem significet, ut ea responsione satisfacere possimus, l. quod si nolit §. si quod ita, de ædil. edicto, Clarius fortè hæc ipsa sententia ex eo probatur, quod uerbum placeo, idem significat, quod uerbum uidetur, ut apud M. Tullium lib. 12. famil. Epistola 1. Qui in his angustijs uersaret, placitum est mihi, ut postularem legationem liberam. Placitum id est, uisum, idem in lib. 8. fam. epist. 4. sic ergo uerbum uidetur, boni uiri arbitrium denotat. Hæc conclusio fortius locum sibi uendicat, quando fuisset dictum, Facias ad tuum beneplacitum, tunc dubio procul uiri boni arbitrium concessum censetur, sic Bal. in lult. §. 1. 4. not. C. commu. de leg. cum multis apud Ias. d. l. si sic legatum, num. 6. in fi. de leg. 1. quibus addo Nattam d. §. non sic tamen, colum. 16. Ruinum cōf. 181. nu. 7. lib. 1. Feli. in c. 1. colu. antepen. & ibi Andreas Exea nu. 391. de consti. Capicium Neap. decis. 116. nume. 4. Hanc tamen doctrinam declarat is Exea d. nu. 391. 392. non procedere quando ex communi loquendi usu hæc uerba, ad tuum beneplacitum, pro libero arbitrio sumerentur, ut apud Gallos, ita intelligit Guid. Papæ, quæst. 475. & Corneum cōf. 156. col. pen. lib. 3.

Idem fortius dicendum est, si ita esset dictum, Facias ut tibi placuerit & uidebitur, & supra dictum fuit ad uerbum, uolo, sic egregie Barb. col. 35. col. 5. lib. 2. Andreas ab Exea in cap. 1. nu. 434. de cōf. Parisi. cōf. 71. nume. 18. libr. 3. Rolan. a Valle cōf. 59. numer. 3. & cōf. 60. nume. 24. Craue, tamen cōf. 105. colum. 2. uerfi. Tertio pondero, aliter sensit, quem tueri conatur is Exea. d. nume. 434. 435.

Declaratur

Declaratur non procedere, quâdo esset dictum, Facias quidquid tibi placuerit, ita Rui. cōf. 133. num. 3. lib. 2. Andreas Exea in c. 1. num. 89. de con sit. est enim dictio, quidquid, uniuersalis, omnia comprehendens, in fideicommissi, §. cum Pollidius, ff. de usu, imò est præcisa uniuersalis, Bald. l. cum uir, 2. opp. C. de fideic. Dec. cōf. 29. nu. 3. Gozad. cōf. 8. num. 24. & cōf. 9. nu. 2. Crauet. cōf. 227. nu. 13.

Tertio loco uiri boni arbitrium tribuunt uerba illa, Facias secundum tuum iudicium, sic plures à Iasone relati in l. si sic legatum, num. 7. de lega. 1. quibus addo Ang. Aret. §. in bonæ fidei, col. 6. uerficu. Quarto uerbum iudicium, insti. de actio. Alex. cōf. 33. num. 2. lib. 1. Nattam d. clem. sæpe. §. non sic tamen, col. 11. Feli. c. 1. nu. 51. de cōstit. Orian. tracta. de arbitris. num. 26. Paridem de Puteo tract. syndi catus, tit. De arbitrarijs, num. 10. in fin. Paris. cōf. 30. nu. 3. lib. 1. Andreas ab Exea in c. 1. nu. 393. de consti. adferri solet tex. l. Thais. §. Lucius Titius, ff. de fideicommissi. liber. non probat, si spectabimus glo. expositionem, dum exponit iudicio, id est, uoluntate, & iam est absolutum, uerbum uolo, liberum arbitrium significare, ut iam docuimus: uerum, quæ eam expositionem omnes reiiciunt, alia ratione animaduerti textum illum non probare, quia illud ibi contingit ex illis adiunctis uerbis, ut habeas bonos liberos & medicos, cum uiri boni & diligentis sit habere bonos medicos & uiros probos, non imperitos, & nequam. Non pariter satis confert tex. in c. illud, de cler. excommu. depos. uel interd. & in cap. inter corporalia, de transla. Episcop. cum loquatur de illo iudicio, misericordie contrario, ob quod de linquenti ignoscendum non est, sed pœna iuxta delicti qualitatem indicenda. Adferri solet & tex. cap. 16. uerum, de foro compet. qui loquitur de iudicio, ut iurisdictionis locum & statum ostendat, ut pariter eo in casu loquitur tex. c. forus, de uerbo. signif. quem citat Alex. d. l. si sic legatum, nu. 2. de lega. 1.

Ad rem itaque melius confert, quod iudicium idem hoc casu significat, quod discretio, ut probat rex. ubi glo. in l. cum prætor. §. ult. ubi glo. in uerbo iudicio, ff. de iud. & in §. præterea, quib. nō est permissi. face. testamē, & in hac significatione sumitur apud M. Tullium lib. 7. fam. epist. ultima, scribens Volumnio, ubi summam illam cognitionem & acutum intellectum appellat politum & limatum iudicium, & lib. 2. Epist. iudicio tuo, non casu in ipsum rerum discrimen contulisti Tribunal tuum: si ergo ex uerbo discretionis, arbitrium regulatum, non autem liberum concessum dicitur, ut statim subijciam; sic & in casu isto nostro, & hac argumentatione usi sunt Bald. in l. uoluntas, C. de fideicom. Alex. cōf. 33. nu. 2. lib. 1. Natta d. §. non sic tamē, col. 11. Dec. in rub. extra de iudicijs, nu. 5. ex alio etiā hæc ipsa sententia confirmatur, quo adducitur Natta loco statim citato, iudicium à iure est dictu, & idem est quod iustitia, c. forus, §. uerum, & §. iudicium, de uerb. sign. cum ergo iudicium aduerfetur appetui, sitq; quid iustum, uiri boni arbitrium non absolutum collatum dicitur, Natta eodem loco in hanc sententiam citabat tex. c. in causis, de re iudi. dum inquit, In causis, quæ summi Pontificis iudicio deciduntur, & ordo iuris, & uigor equi

tatis est subtiliter obseruandus: regulatum ergo arbitrium demonstratur, Verum illud fortè contingit, non ob dictionis huius significationem, sed ob summi Pontificis personam, in cuius quidem, & uniuersaliq; Pontificis (ut nostri dicunt) concistorio sola rei ueritas, ac æquitas spectatur, ut docuit Bar. in l. Amilius Larginus, in fin. ff. de minorib. Cur. Sen. cōf. 66. col. 5. propè medium, Dec. c. dilecti, col. 2. de iud. & secundum solam conscientiam Pontificem maximum summusq; Principes procedere debere, affirmant Dec. cōf. 463. in fin. cōf. pen. nu. 16. Ruin. cōf. 61. num. 26. lib. 5. Brun. cōf. 81. num. 1. Paris. cōf. 118. nu. 13. lib. 1. & cōf. 5. nu. 11. lib. 4. qui sine citatione procedere posse respondit, quod tamen dubitatione nō caret, cum aliter senserit Soc. Sen. cōf. 59. col. 7. in fine. lib. 3. & plura ad rem hanc scribunt Bellon. cōf. 63. nume. 78. Grammat. decis. 19. nu. 3. & decis. 62. num. 22. 30. Crane. cōf. 318. col. 4. & coram Principe instantiam non seruari respondit Calcan. cōf. 26. num. 9. Natta ergo argumentatio non satis defenditur: Doctorum tamen hæc sententia sustinetur.

Non ignoro tamen contrariam sententiam multos defendisse, in quorū numero est sibi in hoc parum constans Barto. in d. l. si sic legatum, de leg. 1. quam uisus est sequi ibi Ang. & Benedictus à Plūbino in l. Thais. §. Lucius, de fideicom. liber. quem citat Ias. d. l. si sic legatum, nu. 8. Matthesi. not. 16. Nota quod uerum non probatur iure, cum is text. §. Lucius, quo in hanc opinionem adducti sunt, non probet, cum iam ibi de mente, ac uoluntate testatoris constet, qui in liberam ac absolutam hæredis uoluntate legatum contulerat, quod & uno uerbo sensit Natta præcitato loco, Nec is tex. §. Lucius iuncta glo. expositione, pbat, eū crebriore calculo expositio illa reiiciatur, & si aliter Bart. & Ange. crediderint.

Declaratur non procedere, quâ fuisset dictum, libero iudicio procedat, ut in simili probat tex. l. 1. ubi Bar. in repetitione nume. 49. C. de sacros. eccle.

Quarto uiri boni arbitrium ostendunt illa uerba, Discretionis tue committimus, (quamquā minus latine in hac significatione dictio hæc accipi possit, sic glo. in c. cum uirum, glo. 2. extra de reg. iur. c. non solum, uerbo rationis, de reg. in 6. Alex. cōf. 33. num. 2. lib. 1. Natta d. clem. sæpe. §. non sic tamen, col. 11. in fin. Paris. de Puteo tract. Syndicatus in tit. De arbitrarijs eorum num. 16. & tit. sequenti num. 10. Calca. cōf. 38. num. 7. 8. Ias. in l. si sic legatum, nu. 8. uerficu. quarto idem de leg. 1. Dec. c. causam quæ, num. 1. de testib. Parisius cōf. 9. nu. 67. lib. 2. Soc. Iun. cōf. 121. no. 32. lib. 2. Andreas Exea in c. 1. nu. 395. de consti. quod ego cōfirmo ex iam relatis supra, quia discretio idem est, quod iudicium, quare iudicium uiri boni arbitrium fuisse concessum ostendit, sic & dictio hæc discretio.

Quinto idem significant uerba illa, Prudentie tue committimus, ut multi relati à Iaso. in d. l. si sic legatum, num. 9. affirmant, idem placuit Natta d. §. non sic tamen, col. 15. in fi. Feli. in c. 1. col. antepen. de consti. solet adferri is tex. c. ne inuitatis, de consti. ubi prudentie uerbum in malam partem ex eo sonat, quod illa aduersabatur constitutionibus sanctorum patrum, sui ergo natura & in dubio prudentia

tia in bonam partem sumitur, quod etiam ostendit M. Tullius in 3. De natura Deorum. Prudentiam Deo tribuimus, quae constat ex scientia rerum bonarum & malarum, cui mali nihil est, nec esse potest. Hinc idem 28 M. Tullius in primo De legibus inquit, Prudentia a providendo dicta fuisse, non me laet tamen text. cap. de precarijs, 10. q. 2. qui a Iasone citatur, non probare, cum ibi non aperiatur, quid significet ac operetur clausula illa, prudentiae tuae committimus.

29 Sexto uiri boni arbitrium ostendere uidetur uerba illa, Primum Arbitrio tuo. sic credidit post multos Ias. d. l. si sic legatum, nu. 10. eiusdem sententiae fuit Aresinus. l. uideamus. §. de ferre. nu. 7. ff. de in lit. lit. in. Soc. Sen. consil. 93. colum. 6. uers. Secundo respondetur lib. 1. Felin. in d. c. 1. colum. 17. prope med. de consil. Deci. in l. in personam. §. generaliter. de reg. iur. & in l. captatorias. nume. 8. C. de testam. milit. & in consilio 494. nume. 5. Parisius consil. 38. nu. 69. lib. 3. & consil. 32. nu. 2. lib. 4. Soc. Iur. consil. 7. num. 23. lib. 2. Petrus Bencinted. d. l. si sic legatum, nu. 5. Syllua nuptia. nu. 89. post Bald. in cap. nisi cum. pridem col. ult. uers. Nota insuper, de renun. Arbitrium se per bonum ac aequum significare; aliquando tamen animaduerti iura aliqua, quae solent citari, non probare, ut in tex. fl. 1. C. de cond. in pub. horreis; libro cum illud non contingat ob uim dictionis, arbitrii; sed quia in textu dictum fuerat, iudicio tuo, & quae sequuntur, nobilis, prudens, fidelis &c. quibus demonstratur uiri boni arbitrium in rebus Principis pertractandis electum fuisse; satis tamen probatur haec ipsa sententia in l. si cum ea. C. de dot. promiss. a fortiori; cum ibi uerba illa quodcumque arbitratus fuisset, boni uiri arbitrium significant, probat & l. haec uenditio. ff. de contrah. emp. sic probat l. si libertus. ff. de ope. lib. & in l. in personam. §. generaliter. de reg. iur. alia plura citat Bal. in d. c. nisi cum pridem.

32 aliquando tamen, arbitrium apud bonos auctores in ea significatione sumitur, ut appetitum significet sic apud M. Tullium actio. 6. in Verrem; Ne mulierum nobilium & formosarum gratia, quarum iste arbitrio Praeturae per triennium gesserat. est tamen illa in propria significatio; & idem M. Tull. de Aruspiciu responsis: Sed quero ab illo, qui oes iudices, Tribunos a carcere in forum effudit, cuius arbitrio sic oes, minae atque uenena omnia tractantur.

Extenditur procedere, etiam si dictum fuisset, p 33 tuae uoluntatis arbitrio. sic Bar. in extrauag. ad repri. in uer. uidetur. nu. 11. quia de re supra. q. 4. in uerbo uolo, declaratione secunda, non repeto.

Declaratur primum non procedere, quando effertur dictum, Primum Arbitrio tuo committimus, quia tunc absolutam facultatem tribuit, sic Dec. d. l. in personam. §. generaliter, num. 2. de reg. iur. qui alios plures in hanc sententiam retulit, quod ex his confirmari potest, quae supra de uerbo liberè, diximus.

35 Declaratur secundò non procedere, quando arbitrium ei committitur, qui illud alias habebat: tunc enim libera & absoluta facultas tributa dicitur, ut uerba aliquid operentur: sic Imola, Alex. & alij relati a Iasone in d. l. si sic legatum, nume. 10. de leg. 1. Dec. d. l. in personam. §. generaliter. uersic. Secundo ista, de reg. iur. etsi nonnulli ad Decium apostillantes aliter sentiant, ut potè, quod ferendum sit,

potius uerba nihil operari, quam quòd contra subiectam materiam aliquid operentur: ut docuit multorum auctoritatibus idem Deci. in l. quoties idem sermo, nu. 3. de reg. iur. quod & alia ratione adiunari potest, hoc scilicet casu excitatam potius censeri iurisdictionem, quam iam concessam, extensam, ac amplificatam, iuxta ea, quae docuit Ias. in l. ius civile. nume. 2. de iust. & iur. nisi dicamus hoc procedere quòd ad substantiam causae; non quòd ad modum procedendi, ut docuit Ias. d. l. ius civile. num. 8. quare à communi declaratione non recedo, ex alijs praefertim supra relatis.

Septimò uiri boni arbitrii esse concessum ostendunt uerba illa, Misericordiae tuae committimus: sic Ias. in d. l. si sic legatum, nu. 11. de leg. 1. Natta d. cle. saepe. §. non sic tamen. col. 15. de uerb. signi. Andreas ab Exea in cap. 1. nu. 42. §. de constit. quibus addo Alex. consil. 70. Viso processu, nu. 10. lib. 1. qui scribit post Bart. in l. furti. §. pactus. de ijs qui not. infam. §. si submittens se misericordiae superioris, non dicitur fateri delictum, sic quando se submittit bonae gratiae. Guido Papae. q. 595. alle. qui se. Soc. sen. consil. 96. col. 6. lib. 1. & Bolk. tract. causarum cri. in tit. De remedijs ex sola clemetia Principis, nu. 29. ubi inquit §. si in dominio Mediol. extat decretum, quo ita cautum est aliqua tamen quae adferuntur, non probat, ut tex. cap. sanè, de renun. & l. cum ea. C. de dotis pro 39 mis. satis tamen ex eo probatur, quod misericordia est uirtus, ut meminit Cicero in oratione pro Ligario. Nulla de uirtutibus uis plurimis, nec gratior; nec admirabilior misericordia est. quare idem M. Tull. in 4. Tuscula. dixit: Misericordiam esse egritudinem ex miseria alterius iniuria laborantis.

Octauò uiri boni arbitrii fuisse concessum ostendunt illa uerba, Primum conscientiae tuae committimus, sic glo. in d. c. 1. in uerbo, omeramus, de iure patron. Ias. l. si quis arbitratus, num. 23. prope finem, de uerb. oblig. idem in d. l. si sic legatum, num. 12. late Natta. d. §. non sic tamen. col. 12. 13. 14. Bal. in l. ult. ante finem, C. de iure clo. m. impetra. Alex. consil. 118. nu. 2. lib. 5. Ias. §. sed ista, nu. 123. in l. de actio. Bolog. consil. 59. col. pen. in prin. idè additio ad consil. Ioan. de Ana. consil. 34. nume. 10. uers. ad idem. Barb. col. 36. col. 5. lib. 2. Curt. Sen. in l. admonendi. nu. 382. ff. de iure iur. Calcan. consil. 38. nume. 7. Felin. in c. 1. colum. 16. & ibi Andreas ab Exea num. 402. de constit. Ang. Aret. §. in bonafidei, num. 8. in fi. in l. de actio. adducuntur ex tex. cap. non solum, de regula. in 6. ibi, ut conscientiae puritati non desit iudicium 41 rationis. ac ea ratione, quia conscientia (secundum Bald. in l. ult. C. de poena iud. qui malè iud.) est sensus sanæ mentis. uel, ut idem Baldus docuit in auth. ad hæc, uersiculo sed dubitatur. C. de usuris, est conscientia sensus animæ cognoscentis bonum & malum. uel secundum Bolog. loco paulò ante citato, est conscientia, iudicium menti consonans in quodam naturali iure, aliena quodammodo a rigore & subtilitatibus iuris. cetera sunt apud relatos interpretes, Nattam praefertim & Iasonem, qui Ias. fo. d. §. sed ista. nume. 110. docuit iurum bonum non esse, qui sine conscientia est, apud bonos auctores; conscientiae uerbum in bonam partem sumi solet, ut apud M. Tullium lib. 12. ad Atticum epist.

epist. 246. Mea mihi conscientia pluris est quàm omnium 43 sermo, & egregie apud eundem pro Milone. Magna est uis conscientiae, iudices, & magna in utraq; partem, ut neq; timeant, qui nihil commiserint; & poenam semper ante oculos uersari putet, qui peccarint. Vera ergo est relatorum interpretum sententia, etsi Inno. in c. coquestus, de ferijs, quem retulit & uisus est sequi Bolog. in addi. ad Anan. d. consil. 34. nu. 14. uers. accedat ad confirmationem licet aliter seferit, & malè.

Declaratur hæc receptissima sententia intelligi, 44 ut is qui iudex non propriam postmodum sequatur conscientiam, sed comunem & publicam, ut uideretur tex. iuncta gl. in c. iudicem. 3. q. 7. sic Bal. l. 1. C. qui accus. non poss. Bolog. in d. additio, Anan. d. consil. 34. num. 20. uers. Tertio facit, Alex. consil. 218. num. 5. lib. 2. Ias. §. sed ista, num. 138. in l. de actio. & consil. 161. Placet mihi, lib. 2. Marsilius. l. quaestio, nu. 70. de quaestio. & consil. 15. nu. 17. consil. 20. nu. 15. & consil. 63. nu. 17. Io. Corasius in l. admonendi, prima parte, num. 97. de iure iuran. & Andreas ab Exea c. 1. nu. 403. de const. quo circa si affirmat iudex iste, rem ita se habere in sua conscientia, malè cõtrouersiam diffinit, ut docuit Iaso. d. §. sed ista. nume. 134. imò Bald. d. l. ult. C. de poena iud. qui malè iud. docuit, iudicem sequi debere conscientiam lege munitam: nec dissentit Ias. d. §. sed ista, num. 139.

Nonò uiri boni arbitrium fuisse concessum, ostendunt uerba illa, Primum tibi licentia &c. sic Ias. d. l. si sic legatum, num. 19. de leg. 1. Bart. l. alio, num. 8. ff. de alim. & cib. lega. Ange. Aret. §. in bonafidei, col. 7. in prin. uers. quid si diceretur, in l. de actio. Franc. Aret. l. in actionibus, nu. 2. & Curt. l. n. 7. ff. de in litem iuran. Natta d. clem. saepe. §. non sic tamen, col. 16. Afflict. decis. 307. nume. 25. 26. Plotus. l. si quando, nume. 754. C. unde ui. Andreas ab Exea in c. 1. num. 421. de consti. & rectè. nam hæc dicitio, licentia, à uerbo liceo originem trahit, quod sanè uerbum, quid honestum, iure concessum ostendit. Et dictionem tibi licentia, in bonam partem sonare ostendit M. Tullius in 3. officiorum. Nobis autem nostra Academia magnam licentiam dat, tamen si in mala partem sumi uisus sit affirmare Laurentius Vallalib. 4. elegan. c. 35. & uiri boni arbitrium fuisse concessum ex uerbis istis, probat tex. d. l. in actionibus, in uerbo, licuit, ubi Duare. ff. de in litem iuran. & in cap. magnæ, de uoto. Verum aliter uisus est sentire Bar. in repeti. l. 1. n. 48. 49. C. de sacros. eccl. & Dec. d. l. in actionibus, nu. 11. ea adducti ratione, quia non omne, quod licet, honestum est, non omne, de reg. iur. responderi tamen uno uerbo potest, ibi agi de licetia, quæ honestate opponitur; uel intelligi de stricta illa honestate, quæ exacta & stricta admodum est.

Decimò uiri boni arbitrium fuisse concessum ostendunt uerba illa, Primum potestati tuae committimus. ita Bart. in l. alio, num. 9. ff. de alimen. & ciba. lega. Ang. Aret. d. §. in bonafidei, col. 7. uersic. Quid de uerbo potestatis. in l. de actio. Ias. d. l. si sic legatum, nume. 19. de lega. 1. Gozad. consil. 100. nume. 11. ea adducti ratione, quod ea posse dicimus, quæ cum honestate possumus, l. nepos Proculi, ubi Alcia. de uerbo. sig. adfertur & tex. l. qui explicandi, cum glo. C. de accus. etsi fortè illud ibi contingat, cum de ordinarij iudicis potestate loquatur, cuius est proprium

iuris ordinè & solentatem, nedum cetera obseruante 48 Declaratur non procedere, quando libera potestas esset concessa, ut docuit Bar. in d. l. alio, nu. 9. & sensit Soc. sen. consil. 170. col. 5. in prin. lib. 2. Rui. col. 219. nu. 3. li. 1. Goza. d. consil. 100. nu. 11. multa similia supra attulimus, quæ non repeto.

Vndecimò uiri boni arbitrium ostendunt uerba illa: Primum Promittimus stare tuo dicto: quæ sanè uerba in ore uulgarij quotidie sunt, sic Bar. in l. ul. nu. 3. ff. de prete. stipul. Roma. in rub. de arbit. col. 2. Nat. d. cle. saepe. §. non sic tamen, col. 15. Soc. sen. consil. 90. nu. 12. in fi. lib. 4. affirmat relati hi interpretes reclamatio- ni locum fore, si iniquè uir his bonus arbitretur, a quorum sententia non recessit Maria. Soc. sen. in c. dilecti, col. 3. in gl. ult. de foro compet. Ias. consil. 147. in fin. li. 2. Paris. consil. 78. in fi. lib. 1. quod uerum est ex his, quæ in q. 43. 44. Non tamè illud nunc omittam in ea opinione fuisse Bart. in d. l. ul. nu. 3. licere alteri partem, quæ hæc contulit uiro bono facultatem, tamen im- re, ac eà deinde reuocare, quod à ceteris omnibus improbat, ut retulit Alex. consil. 130. in fi. lib. 1. Afflic. decis. 91. nu. 11. & Benene. Stracha tracta. de mercatura, in tit. de contractibus mercatorum, nu. 7.

Duodecimò uiri boni arbitrium tribuunt uerba illa, Primum ut cupioris & desideratioris, sic Bart. in extrauag. ad reprimen. in uerbo uidebitur, nu. 4. & Natta d. §. non sic tamen, col. 16. non adferunt tamen interpretes isti fundamentum, quo possit hæc ipsa opinio defendi, nisi dicamus in dubio, intelligendum esse de desiderio iusto & regulato.

Decimotertio uiri boni arbitrium concessum, 52 fuisse ostendunt uerba illa, De bono & æquo: nam nihil magis uiro bono conuenit, quam quod bonum est ac æquum seruare, sic Ang. Aret. in d. §. in bonafidei, col. 7. in fin. uers. quid si dicatur, in l. de actio. Natta d. §. non sic tamen, col. 22. in prin. bonum enim pro iusto & honesto in iure nostro sumitur. l. j. ff. de iust. & iure, qua de re apud Alcia. lib. 1. parerg. iuris, cap. 30. Corasium lib. 2. miscella. iuris, c. 18. Charondum lib. 1. uersum iuris, cap. 1. uersic. Secundo, in fin. Vaconium Romanum lib. 1. declar. iuris, c. 43. 44. 45. is ergo, qui bonum & æquum spectare habet, non iuris apices, sed quod iure, & equitate nititur, obseruabit, ut est apud Bartol. in l. fideiusor. §. quædam. ff. mandati, & in l. Quintus. ff. eodem, & suo loco dicemus.

Decimoquarto uiri boni arbitrium fuisse concessum, demonstrant uerba illa: Procedas cum moderamine, sic respondit Parisius consil. 9. nu. 70. lib. 2. ex tex. c. transmissa, de uerb. signi. ibi, iuxta facultates ecclesie moderantes; uerum eo loci diminutionem potius, quam quid aliud ostendunt uerba illa, quod sensit & Natta d. cle. saepe, in prin. col. 18. uers. circa primum, & Felin. in cap. ex literis, nu. 25. & ibi Dec. nu. 14. uers. Quarto non haberet, de constit. quos citauit & Parisius ipse, a cuius sententia non recederem, cum uerba hæc ipsa non nisi requitatem ac iuris obseruantiam exigere uideantur.

54 Accedit quòd moderari est cum modo & ratione regere, & rem tractare, ut apud Suetonium in Augusto: Nec successum uictoriae moderatus est, id est cum modo eam non rexit, & uisus non est: sic apud Plautum in Pœnul. Ratio uerò iubet, ne quid nimis,

mais, sed omnia cum moderamine fiant. apud M. Tullium de senectute: Noui enim moderationem animi tui & aequitatem.

Decimoquinto uiri boni tribuunt arbitrium illa uerba, Procedas cum honestate, sic credit Arch. in c. erit autem lex. 4. distin. Paris. d. conf. 9. nume. 73. 74. lib. 2. quod ea ratione confirmo, quia si per uerbum, licet, uiri boni arbitriū dicitur concessum, quanto fortius ex hoc ipso, cum quid plus contineat, ut ostendit Iureconsultus in l. non omne, de reg. iur. & citat M. Tull. in primo officiorum.

Decimo sexto uiri boni arbitrium concessum fuisse se demonstrant uerba illa: Procedas secundum iustitiam, ius, & ueritatem, ita Bal. in l. iustitia, in ff. de iusti. & iure, qui rem hanc late explicat, idem in l. nemo, in fin. C. de sent. & interlocu. omn. iud.

Decimo septimo uiri boni arbitrium fuisse concessum ostendunt uerba illa: Facias secundum mentem tuam, sic Natta d. clem. saepe. §. non sic tamen, col. 1. in fi. de re iudi. ex sententia Bal. in l. uoluntatem. C. de fideicom. nam cum mens sit & ad bonū & ad malum, iuxta adiectiuum, quod illi adiungitur, ut bona mens, mala mens, in dubio bonam potius complectitur ac demonstrat.

S V M M A R I V M.

- 1 Arbitrium liberum, uel regulatum, in dubio collatum quod censetur.
2 Clausula, procedas sine solemnitate, quid significet, et operetur.
3 Arbitrium regulatum in causis criminalibus. semper censeri collatum.
4 Iudicem, cui datum est liberum procedendi arbitriū, non posse sine indicij. aliquem tormentis subijcere.
5 Statutum Veronae lib. 3. c. 35. sub rubr. de ponendis & non ponendis ad tormenta, declaratur.
6 Statutum Veronae lib. 3. c. 115. de penis criminum non determinatis, explicatur.
7 Statutum Ferrariae, lib. 3. De arbitrio Potestatis Ferrariae in falsitatibus, declaratur.
8 Verba, quae aliis liberum arbitrium significant, uiri boni arbitrium conferre, ne tertio praedictum adferatur.
9 Bonum quem non praesumi ad tertij detrimentum.
10 Principem iustam ob causam fecisse non praesumi, cui adest tertij damnum.
11 Rescripta tertio non praedictare.
12 Clausula, non obstantibus & c. tertio non praedictare.
13 Statutum appellationem remouens, tertio non adferre detrimentum.
14 Iudicem habentem liberum arbitrium in dubio praesumi, ut uirum bonum processisse & iudicasse.

QVÆSTIO NONA.

AGITUR QVOMODO IN DVBIO VERBA conferant liberum, uel regulatum arbitrium, quid in pecuniariis, quid in capitalibus causis: & nonnulla statuta Veronae & Ferrariae exposita.

QVÆRO nono, quid dicendum est in dubio, cum uerba unum & alterum sensum habent? crebrior est sententia, uiri boni arbitrium fuisse concessum, ita affirmant Bartol. in l. cum filius, §. pater, de lega. 2. & in l. 3. nu. 2. de ann. lega.

clare Alex. conf. 58. nu. 12. lib. 3. conf. 79. num. 4. lib. 4. & conf. 82. in fi. lib. 5. Ias. l. si sic legatum, nu. 18. de leg. 1. Dec. conf. 430. nu. 4. repetitum consil. 63. idem conf. 562. in fi. Andreas ab Exea in c. 1. nu. 442. de constit. quamobrem, cum multoties contingat Principes uarijs modis causas mandare, erit animaduertendum, in dubio madatum censerit, ut uiri boni arbitrio is utatur; & ne res exemplis careat, haec subiicio.

Primo, Si dicat Princeps, Sine solemnitate procedas, iuris ciuilis, non diuina & naturalis solennitas remissa ceteris; idem n. est, ac si fuisset dictum, procedas sine iudicij figura, sic Natta d. cle. saepe. §. non sic tñ, col. 2. de uer. sig. solum igitur illud, quod bonum & equum est, spectabit. idē & secundo dicimus, si dictum fuerit, procedas sola rei ueritate inspecta. nam tunc, ut Deus cognoscere debet: sic Bal. in l. ult. col. 3. C. de iure delib. Natta d. §. non sic tñ, col. 2. 3. quare una causa deducta & altera probata, super probata iudex is ferre sententiam potest, sic Ale. in l. si ita stipulatus, §. Chryfogonus, nu. 8. de uerb. obl. Crau. conf. 198. nu. 7. conf. 210. nu. 8. & conf. 248. in fi. Tiraq. tract. de retractu conuentio, in fi. nu. 101. & ideo uirtute horum uerborum, iuris omnes apices, strictamq; illam subtilitatem esse reiectam respondit Aret. conf. 84. nu. 3. Imò Crau. conf. 265. col. 1. in fi. affirmat, hunc iudicem posse omisso stylo curia secundum nudam ueritatem iudicare, simile idē Crau. conf. 258. nu. 19. dum inquit, leues probationes his casibus sufficere, caetera sciens praetereo. idem & tertio, si foret dictū (quod fortius uidetur) procedas de iure, & de facto, sic Natta d. §. non sic tamen, col. 23. Ang. Are. §. in bonafidei, col. pen. uer. quid si iudici, insti. de act. quo loci, ambigit, an is testibus malam rationem adferentibus iuste credere possit, qua de re fusus suo loco.

Hec fortius in causis criminalibus procedunt, in quibus uiri boni arbitrium semper dicitur concessum, sic Ias. l. si sic legatum, nu. 24. de leg. 1. quāobrem (inquit ille) non poterit procedere ad torturā sine inditijs, etiam si in ea causa liberum arbitrium tributum uideatur, sic etiam Marfi. conf. 49. nu. 9. consil. 50. nu. 3. conf. 53. nu. 6. & conf. 63. nu. 4. alia plura in claris terminis Bal. in trac. statutorum, in uerbo, arbitrium, uerf. statutum dans potestati liberum arbitrium, qui affirmat hanc teneri obseruare aequitatem, & iustitiam, & si possit iuris rigorem & solennitatem omittere, idem sentit Natta d. clem. saepe. §. non sic tamen, col. 18. in fi. & alia suo loco dicemus, quod est maxime annotandum ad interpretationē statuti Veronae lib. 3. c. 35. sub rub. De ponendis & non ponendis ad tormenta, quo liberum datur arbitrium Praetori in quaestionibus adhibendis, & de lictis puniendis, & magis annotandum etiam est ad declarationem statuti eiusdem ciuitatis Veronae, lib. 3. c. 115. De penis criminum non determinatis, quo in penis non determinatis datum est liberum arbitrium Praetori: ita qd non teneatur iudicare secundum leges: intelligitur de legibus positiuis, non autem naturalibus, & secundum aequitatem: ex praedictis sic declaratur statutum Ferrariae, lib. 3. De arbitrio Potestatis Ferrariae in falsitatibus.

Hec quoque fortius procedunt, quando ageretur de pra-

de praedictio tertij, eo enim casu concessio liberi arbitrii ad arbitriū boni uiri reducitur, ita Butr. & Imo. in c. 1. de consti. ibi Dec. nu. 21. prima lectura. Lopus alleg. 61. Natta d. §. non sic tamen, col. 33. uerf. Tertium est. Bal. rubr. C. de poena iud. qui male iud. q. 1. Sali. in l. ult. col. 1. uerf. Secundo an iudex. C. eo. Feli. in c. 1. nu. 51. de constit. & ibi late factis Andreas ab Exea nu. 427. 428. idē scribit Dec. c. dilecti filij, num. 6. de iud. & conf. 355. nu. 6. Paris Puteus tract. syndicatus, titu. de arbitrarijs eorum, num. 10. uerf. si est datum. Picus in l. in quartam, num. 148. 149. ad l. falcid. Affict. decif. 91. nume. 1. Carolus Molinaeus in consuetu. Parisien. tit. 2. §. 55. gl. 4. num. 34. Brunus de constitutio. & statutis, in uerbo, arbitrium, uerf. Et si statutum dat. quod ea ratione confirmatur, quia uidemus multa, quae inter partes ipsas multum operantur, nihil tñ operari contra tertium, ut est in eo casu, quod quilibet bonus praesumatur. l. cum pater. §. rogo. de lega. 2. non tamen sic praesumitur contra tertium. Alcia. de praesump. reg. 3. praesump. 2. num. 2. sic uidemus praesumptum Principem iustam ob causam concessionem fecisse. l. relegati. C. de pen. quod tamen non procedit cum detrimentum tertij in ea uerfatur, ita Alcia. d. tract. praesump. regu. 3. praesump. 8. num. 4. sic ex lōga praestatione non praesumitur ius quaesitum. Ias. l. si certis annis, num. 16. uerf. Quinto limita. C. de pact. Sed melius ex eo confirmatur, quia uidemus rescripta uel privilegia ex certa scientia ac motu proprio concessa, nihil operari in praedictum tertij. Aret. conf. 15. num. 6. Cur. Iun. conf. 142. nu. 8. Gozad. conf. 9. nume. 42. Parisius conf. 1. num. 84. & conf. 11. nu. 12. lib. j. Soc. iun. conf. 77. nu. 26. lib. j. Gramma. decif. 104. nu. 23. Zasius consil. 10. nu. 30. lib. 2. §. sic clausula, non obstantibus, nihil operatur in praedictum tertij. Paris. conf. 81. nu. 61. lib. j. Ruin. conf. 60. nu. 5. lib. j. sic statutum, quod appellationem remouet, non remouet quod ad tertium. Rui. conf. 209. nu. 25. lib. j. Barb. conf. 43. col. 17. lib. j. qui alia similia recenset. illud etiam hoc loco annotandum est, quod etiam si uerba significant liberum arbitrium, attamen in dubio praesumitur, quod hic iudex sit arbitratus tanquam bonus uir: ita Dynus conf. 19. Tholemaeus in 2. dub. Cald. cōsi. 5. Bal. cōsi. 75. D. Thomas Afinarius. col. 2. uerf. Tertio praemittendū est, lib. 3. Ias. cōsi. 88. in fi. lib. j. & Andreas ab Exea c. 1. nu. 442. de constit.

S V M M A R I V M.

- 1 Arbitrium uiri boni circa quae uerfetur.
2 Iudicem necessaria causa discutere debere.
3 Potestatem cognoscendi de naufragio, Praesidis esse.
4 Iudicem proposita diligenter examinare oportere.

QVÆSTIO DECIMA.

PAVCIS EXPONITUR CIRCA QVÆ IUDICIS arbitrium uerfetur.

QVÆRO decimo, circa quae arbitriū uiri boni uerfetur? Paris de Puteo in tract. syndicatus, in tit. De arbitrarijs, nu. 11. in fi. scripsit uerfari circa quatuor. Primo, ne facilliter cedat;

(ut illius uerbis utar) l. tribuni, ff. de re mil. qui tex. in meo Codice nō habetur; & uerē quid hic dicere uoluerit, ignoro. Secundo, ut re quisiata discutiat, l. quoties. C. de naufr. qui sanē tex. in iudice ordinario loquitur, non in eo qui arbitrium habet; est enim ut eo loci admonuit Iacobus Cuiacius, potestas hęc cognoscendi de naufragio Praesidis, Praefecti urbis uel annonae. Tertio, ut proposita diligenter exanimet, & cum deliberatione pronūtiat l. 2. C. de sent. ex breui. recit. l. j. C. quando & quibus quarta pars, li. 10. Sed hac de re infra latius q. 35. Quarto, quae secreta habet, in timer, ita is Paris Puteus ex sententia Lucae à Penna l. 3. C. de praedijs curial. lib. 10.

S V M M A R I V M.

- 1 Arbitrium iudicis circa multa uerfari.
2 Arbitriū iudicis circa pena exaggerationē uerfari.
3 Arbitrium iudici dari ob incognitas hominum uoluntates.
4 Iudicis arbitrium uerfari circa decem praedictamenta.
5 Arbitrium iudicis uerfari circa praedictamentum substantiae.
6 Substantia quid sit, & de eius diuisione.
7 Substantia, solennitas, & natura quomodo differant.
8 Iudicis arbitrium uerfari circa praedictamentum quantitatis.
9 Quantitas, quid sit.
10 Iudicis arbitrium uerfari circa praedictamentum qualitatis.
11 Qualitas, quid sit.
12 Qualitatem pro natura interdum accipi.
13 Qualitas adueniens enti nouum ens constituit.
14 Arbitrium iudicis uerfari circa praedictamentum ad aliquid.
15 Correlatiua, quae.
16 Diuisio sociorum, an rem unam comprehendat, ex parte alterius cognoscitur.
17 Iudicis arbitriū uerfari circa praedictamentū actionis.
18 Arbitriū iudicis uerfari circa praedictamentū passionis.
19 Seruos testamenti factionem passionem habere.
20 Iudicis arbitrium uerfari circa praedictamentū ubi.
21 Arbitrium iudicis uerfari in praedictamento, quādo.
22 Iudicis arbitrium in praedictamento, situs.
23 Arbitrium iudicis in praedictamento, habitus.

QVÆSTIO VNDECIMA.

DE ARBITRIO IUDICIS, QVOD CIRCA decem praedictamenta uerfatur, agitur. & breuius ipsorum praedictamentorum declaratio.

QVÆRO undecimo, quibus in casibus a iure huic iudici arbitrium cōcedatur? & in per multis concedi scriptum reliquit Gul. Mayn. in l. nō est nouum. §. quoties. nu. 12. de reg. iur. & praecipue in casib. a iure minimē diffinitis, interdū conceditur (inquit ille) ad poenae exaggerationem, l. aut facta. §. ult. ff. de pen. Aliquā ad mitigationē. l. quid ergo. §. poena grauior. ff. de ijs qui not. infra. gl. in c. ueniamus. 35. q. 9. & scribit Bal. in c. 1. ex quib. cau. fen. amit. Aliquā uerō datur arbitriū pp incognitas hominum uoluntates; ita gl. notab. in l. neq; ff. de legib. ut, cum ignoratur an quis dolo, uel casu potius deliquerit. iuxta l. j. C. ad l. Corn. de siccar. & latius suis locis

locis dicemus. Verum rectius ac fufius scriptum reliquit Baldus in l. uoluntatis. nu. 7. C. de fideicommiss. iudicis & arbitrium in omnibus casibus decem predicamentorum considerari posse. Et primo in predicamento substantiarum. I. Caius. in ff. de leg. 2. nam uersatur iudicis arbitrium circa substantiam, cum arbitratum quod debeat, quid in legato sit comprehensum, ut in d. l. Caius, in fine. dum affirmat iureconsultum fundum seianum superiorem & inferiorem legato contineri, quo seianus fundus est legatus, si solum gratia cultura facta fuit diuisio fundi a testatore. nam iudex pronuncians totum debere, uel partem debere, circa substantiam pronunciat. & satis nos intelligimus substantiam apud nostros etiam diuidi in primam & secundam substantiam. Prima substantia illa dicitur, quae nec in subiecto est, neque de subiecto dicitur, & hanc Vltiam Graeci appellant. & meminit Vlpianus in l. in uenditionibus. in fine. ff. de contrahen. emptio. dum ait, quod prope eadem Vltia, est uini & acetii, hoc est, eadem substantia uel essentia, si modo uinum acuit: uersabitur ergo & in hac essentia diiudicanda iudicis arbitrium. Secunda uero substantia dicitur quicquid supra indiuiduum est, ut species & genera. nam homo & animal dicimus esse in secunda substantia. quomodo tamen differat substantia a solennitate & natura, explicat Baldus in l. et. C. de executio. rei iudic. & Alcia. lib. 5. Paradox. c. 16. dum affirmant substantiam ipsam rei essentiam, solennitatem modum & naturam qualitatem indicare.

Secundo arbitrium iudicis uersari circa quantitatem docuit Baldus dicta l. uoluntatis. nu. 7. C. de fideicommiss. ut in casu (inquit ille) l. quidam. de legat. 2. quando factum est legatum quantitatis ad uiam reficiendam, iudicis uersatur arbitrium in diffiniendo, re inspecta & cognita, quae quantitas haec esse debeat: ut eo loci Cellus scribit. exemplum hoc latius explicabimus infra libro secundo in casu 215. ubi agemus de intellectu dictae l. quidam. Aliud exemplum adferri potest, cum disputatur, quae congrua dotis quantitas iudicanda, cum dos incerta relicta, uel promissa est. l. cum post. §. gener. ff. de iure dotium. quo loci ait Papinianus uersari iudicis arbitrium, qua de re late dicemus infra libro secundo, in casu 180. Adferri etiam potest tertium exemplum in quantitate alimendorum non determinata, quae iudicis arbitrio diffiniri solet. l. si cui. ff. de ali. & cib. le. quod quidem exemplum fufius explicabimus infra lib. 2.

in casu 165. Quid autem sit quantitas, nostri uix explicat, excepto Bartolo, qui in tract. testimoniorum, in uerbo, quantitas declarat. rectius ex Aristotele in quinto Metaph. dicimus, quantum est illud, quod est diuisibile in ea, quae insunt: quorum quodlibet est natum esse hoc aliquid. sed de his ad Dialecticos.

Tertio uersatur iudicis arbitrium circa qualitatem. l. plenum. §. equitij. de usu & hab. quo satis probatur ex personae qualitate iudicari in quem usum quid legatum censeatur, sic in l. sed & si suscepit, §. si libertis. ff. de iudi. in l. nec semel, §. si inhabitationem. ff. quando dies leg. ced. in l. suos, de leg. 3. & in l. fundus qui. ff. de fund. instru. haec Baldus recensuit, sed clarius exemplum est in l. qui bonis. ff. de cesso. bono, quod sane exemplum late

declaramus infra lib. 2. in casu 176. ubi agemus de arbitrio iudicis, quod in bonorum cessione uersatur. & si qualitatem nos etiam dicimus, quae forma ostendit. nam bonitas, & uitium qualitates esse dicimus. l. certum. ubi glo. & Doctor. ff. si certum petatur, & in l. stipulationum, cum l. sequenti. ff. de uerbor. obli. & hanc si qualitatem, naturam aliquando nostri appellant, ut Baldus in l. etiam. C. de execut. rei iudic. Hinc dicimus, Titium natura malum, hoc est, 13. qualitate. hinc etiam dicimus, quod si qualitas adueniens enti reponit illud in diuersam naturam. cap. statutum. de elect. in 6. Bartol. Iaf. & ceteri in l. ius autem ciuile. de iustitia & iu. & alibi scriptum.

Quarto uersatur iudicis arbitrium circa predicamentum ad aliquid, quod predicamentum relatione nos dicimus, & respectu rei relationum dicimus, ut pater respectu filij, dominus respectu serui, emptor respectu uenditoris, qua de re late apud Bart. & Iaf. in l. ult. C. de ind. uidui. toll. text. in l. de ijs qui sunt sui uel alien. iuris. & in cap. Episcopus qui, & cap. ecclesiae seruos. 12. q. 2. & plura scribit Euerardus in centuria legali, in loco a correlatiuis. Iudicis autem arbitrium circa hoc predicamentum uersari scripsit Baldus d. l. uoluntatis, nu. 7. ex tex. l. 1. ff. de reb. dub. & clarum exemplum est, quod retulimus infra hoc libro, quaestio 95. numero 23. & alia exempla colligi possunt ex Doctoribus in d. l. 1. de rebus dubijs. illud unum ex Socino ibi numero 8. adferam, cum dubium est, an una res sit in parte unius sociorum, uel non, inspicitur aestimatio partis, alterius, & ex ea iudex iudicat & arbitrat, an contineatur uel non & Socinum probant Curt. iun. c. 80. numero 1. & Craue. cons. 310. numero 3. in fi. & illis addo eundem Soc. sen. cons. 98. in fine. lib. 1. qui & simile adferunt de re uendita, an pretio inspecto sub uenditione comprehendatur, ut apud eos.

Quinto sensit Baldus in d. l. uoluntatis, nu. 7. arbitrium iudicis uersari etiam circa predicamentum actionis. Est actio secundum quam id quod subijcitur, agere dicimus, ut percussus aliquem agere dicitur. nam in eo quod percussit, agit, frequens itaque est arbitrium iudicis in iudicando quis egerit. exempla per plura adferri possunt. illud unum sufficiat, cum ambigitur quis ex duobus uulnerauerit, arbitrium est iudicis ex coniecturis iudicare an unus uel alter. qua de re late infra lib. 2. in casu. 325. ubi agemus quis aggressor praesumatur, & quis uulnerasse prius. Est etiam exemplum cum arbitrat ex coniecturis iudex donationem esse factam, ut l. 1. C. de dona. & dicemus infra lib. 2. in casu 86. ubi latissime egimus quomodo donatio facta praesumatur.

Sexto uersatur iudicis arbitrium, secundum Baldus d. l. uoluntatis. numero 7. circa predicamentum passionis. ex l. testamento centurio. ff. de manumiss. testam. Est passio actio, quae in patiente est, ut percussus onere grauari. hinc dicimus, si actionem testamenti cum seruo passiuam esse, cum institui, non instituere possit. §. testamenti. in l. de haer. qualit. & differren. sic dicimus statuta recipere passiuam interpretationem a iure communi. l. 1. §. lex Falcidia. ubi Bar. & ceteri, ff. ad l. Falc. uersatur itaque & arbitrium iudicis in hoc passionis predicamento; id, quod praeter Baldus clarius probat, l. seruos. ff. de manum. testam.

Septimo

Septimo iudicis arbitrium uersatur etiam circa praedicamentum ubi. ita Baldus d. l. uoluntatis. nu. 7. ex l. cum hi. in causa. & §. ult. de trans. & ex l. sed & si suscepit. §. si libertis. ff. de iud. Et hoc predicamentum, ubi, est circumscriptio & designatio loci, & uere magnam uersatur in eo iudicis arbitrium, ut satis probat is titulus. ff. de eo quod certo loco. in quo plura de arbitrio hoc ipso referuntur, & attigimus supra hoc libro. q. 5. nu. 5. & infra li. 2. in multis casibus adferemus exempla huius predicamenti.

Octauo inquit Baldus d. l. uoluntatis, uersatur arbitrium iudicis circa praedicamentum, quando quid esse dicitur ex temporis adiacentia in re temporali. plura adferri possunt exempla, quae referremus infra lib. 2. in casu primo, ac alijs permultis subsequentibus.

Nono uersatur arbitrium iudicis in predicamento situs. ita Baldus d. l. uoluntatis, nu. 7. ex l. patronus, §. 1. de leg. 3. sub hoc predicamento sunt stare, sedere, iacere, in d. l. patronus. §. 1. situs ibi, pro ipsa praediorum uno in loco collocatione, iudex ergo arbitrat & ex coniecturis, an unus locus cum altero ligatus sit, uel non, ratione situs.

Decimo uersatur arbitrium iudicis in predicamento habitus. ita Baldus in saepius citata l. uoluntatis. numero 7. Est praedicamentum hoc pro quadam adiacentia eorum, quae circa corpus sunt, cap. si iudex, de senten. excommul. uel stem. ff. de iniurijs. clemen. 1. de uita & honesta. cler. de quo quidem praedicamento plura adferremus infra lib. 2. in casu 178. incipit, Plura sunt, de his satis.

SUMMARIUM

- 1 Arbitrium per modum iurisdictionis ordinariae, uel delegatae quomodo tributum censeatur.
- 2 Arbitrium habenti officium, si detur, per modum ordinariae iurisdictionis datum censeatur.
- 3 Statutum Papiae 66. in criminalibus sub rubrica de pena communium terrarum, & territorij Papiae, & c. et statuta 53. 54. 56. in criminalibus, declaratur.
- 4 Arbitrium his uerbis concessum; Caius uideat, & nostra auctoritate iustitiam ministret: per modum iurisdictionis delegatae collatum censeatur.
- 5 Delegatus quis sit.
- 6 Delegati diffinitio noua, nec contemnenda auctoritate.
- 7 Arbitrium in dubio per modum iurisdictionis ordinariae uel delegatae, concessum an censeatur.
- 8 Iurisdictione arbitrij super uniuersali negotio coepta, ordinaria iurisdictione est.
- 9 Ordinarius quis sit.
- 10 Ordinarius a quo constituatur.
- 11 Ordinarius delegare potest.

QUESTIO DECIMASECVNDA.

ARBITRIUM PER MODUM ORDINARIAE, uel delegatae iurisdictionis quando concessum censeatur; & quis sit ordinarius, ac delegatus causa, paucis, sed dilucide explicatur.

Quaero duodecimo, quomodo cognoscatur arbitrium hoc collatum, fuisse concessum

per modum iurisdictionis ordinariae uel delegatae? Bart. in l. ambitiosa. nume. 34. ff. de decr. ab ord. fac. similem quaestionem proponit in Decurionibus, quibus arbitrium fuit mandatum super bono & pacifico statu ciuitatis. & uere distinguendum esse plures casus cum Bartolo & ceteris arbitror, ut etiam ad litteram Bartoli distinctionem est secutus Baldus in l. more, column. penul. uersic. iuxta quod quaero. ff. de iurisdic. omnium iud. Primus est, quando hoc arbitrium illi tribuitur, qui officium habet, ita ut non personae, sed officio concessum credatur: ut puta, si dicitur: iudex maleficiorum ut sibi uidebitur super tali negotio cognoscat & diffinit: tunc is per modum ordinariae iurisdictionis arbitrium habebit, ita Bartolus praecitato loco. quare in statuto Papienfi 66. in criminalibus super rub. De poena communium terrarum & territorij Papiae, & c. quo tribuitur praetori, uel iudici maleficiorum arbitrium aestimandi damnum alicui datum, dicitur esse arbitrium sub ordinaria iurisdictione sic in statuto 56. sub rubr. De poena custodiae & c. & in statuto 53. 54.

Secundus est casus, quando his uerbis alicui personae collatum esset hoc arbitrium a superiore: Caius uideat, & nostra auctoritate cognoscat, ac iustitiam faciat: is tunc delegatus censeatur, & per modum iurisdictionis delegatae cognoscat. ita Bartolus d. l. ambitiosa. nume. 34. quod probari dicit in praem. inst. ibi, auctoritate nostra. & l. 1. §. omnia. n. C. de uer. iu. re enuclea. & in l. 1. §. qui mandata. ff. de officio eius. in c. 1. d. cler. egror. lib. 6. in clem. 1. de supplen. neglig. praes. & clemen. quia contingit, de relig. dom. nam nos eum esse dicimus delegatum iudicem, cui causa committitur ab alio habere potestatem delegandi, uices illius gerens, nihil proprium habens: ita diffinit Alexan. in rubr. ff. de officio eius. nu. 12. cum quo sensit Alcia. in rubr. de officio ord. nu. 6. uelut cum iureconsulto. in d. l. 1. §. qui mandata. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. diffinit Bellonus lib. 1. suputa. iuris, c. 11. Delegatus is est, cui mandata iurisdictione est. Ego si aliquando diffinit, uel uerius describerem, delegatum eum esse, cui ad causam cognoscendam uel decidendam, uel exequendam, uel totum simul perficiendum, uel a lege, uel a Principe alioque patrem habente, mandata est uel data iurisdictione; proprium nihil habere, sed totum a superiore recognoscere.

Tertius est casus secundum Bartolum d. l. ambitiosa, nu. 34. uersic. Si uero uerba & c. quando sumus in dubio, ut qua sit dictum, tales habeant arbitrium. tunc distinguendum est, aut conceditur arbitrium super causa & facto singulari, aut super uniuersali. Primo casu is delegationis uia arbitrium habere dicitur, quare auctoritate concedentis facere potest, ut secundum Bartol. probatur in c. cum aliquibus, de rescrip. in 6. non enim intelligi potest hanc ordinariam esse iurisdictionem, quae non conceditur super una sola singulari causa, ut infra subijciam; erit ergo delegata. cum Bartolus idem clare sensit Ruinus cons. 62. num. 1. lib. 5.

Secundo casu cum arbitrij iurisdictione est concessa super uniuersali negotio, tunc ordinaria dicitur. l. prima, in princip. §. & cum urbem. ff. de offic. Praefecti urbis. in l. ult. ibi, certae administrationi, cui & iurisdictione adharet. C. ubi & apud quem. & in auth. habita. C. ne filius pro patre. ita Bartolus d. l. ambitiosa.

bitiosa. & docuit Alciat. in rubr. de offic. ord. numero quinto, qui subijcit, & rectè, eum etiam ordinariarum dici, cui certum genus causarum mandatum est, ut causas omnes fideicommissorum, ex rex. insti. de fideicom. hæredit. in princip. & in capitu. uerum, de foro compet. quod placuit & Soc. in l. more, numero 17. ff. de iurisd. om. iud. Nec in eo est ambigendum, a quo hic ordinarius constituitur, cum lege aliquando constituitur, l. prima in princip. ff. de offic. eius &c. l. more. ff. de iurisd. om. iudic. uel consuetudine, l. prima, C. de emancipat. liber. l. uiros spectabiles. C. de diuers. offic. & appellat. lib. 1. 2. l. secunda. C. de fundis limoth. libro 1. 2. uel a Principe. l. unica. ff. ad l. Iulia. de ambitu. ita docuit Zasius post alios in d. l. more, in fin. Qualis & quanta hinc oriatur utilitas, scire, an per modum ordinariæ uel delegatæ iurisdictionis concessum sit arbitrium, nemo ignorat. nam inter ceteros effectus ille est ob delegationem, quam ordinarius facere potest, quam tamen non potest delegatus, ut tradunt omnes in dicta l. prima, de offic. eius. & in l. more. de iur. om. iud. c. est etiam maximè utile ratione successorum, in quos iurisdictione delegata non transit, cum tamen transeat ordinaria, ut infra suo loco dicemus.

S V M M A R I V M.

- 1 Arbitrium quomodo regulari debeat.
- 2 Arbitrium liberum nullis iuris regulis subiacere.
- 3 Liberam uoluntatem esse contra arbitrium uiri boni.
- 4 Liberum arbitriū regulis iuris naturalis subiacere.
- 5 Arbitrium liberum procedendi in causa licet quis habeat, æquitatem tamen seruare debet.
- 6 Statuta Ferrariæ & Veronæ liberum arbitriū Prætoribus tribuentia, quomodo intelligantur.
- 7 Iudicem in arbitrarijs æquè uni ac alteri parti fauere debere.
- 8 Libero arbitrio concesso, nihil contra bonos mores concessum dicitur.
- 9 Testatorem suam uoluntatem in liberum alicuius arbitrium conferentem, intelligere, modò dolus malus absit.
- 10 Libera administratione a patre filio concessa, quid concessum intelligatur.
- 11 Actus omnis eo animo factus intelligitur, ut dolus malus absit.
- 12 Delegatione facta, intelligitur eo animo facta, ut remoto dolo causa diffiniatur.
- 13 Liberum arbitrium concessum, intelligitur concessum ut dolus malus absit.
- 14 Libero arbitrio concesso, nihil contra tertium concessum censeri.
- 15 Arbitrio regulato concesso, leges & canones esse sequendos.
- 16 Virum bonum æquitatem, & ueritatem spectare debere.
- 17 Æquitatem esse Thyriacam contra uenenum.
- 18 Viri boni arbitrio non fit, quod contra æquitatem fit.
- 19 Bartolus in l. si sic legatum, in fine, de legatis primo, notatus.
- 20 Iudicem contra legem ferre non posse sententiam, cum ut uir bonus cognoscit.

QVÆSTIO DECIMATERTIA.

QVAM NORMAM IN ARBITRIO LIBERO, & in regulato obseruare iudex habeat, declaratur; & quando dolus malus in omnibus abesse debeat.

QVÆRO decimotertiò, quomodo regulari debeat arbitrium? qua in re distinguendū est liberū & absolutū arbitriū ab arbitrio regularo & uiri boni. In absoluto ac libero arbitrio, nulla regula, nulla norma, nulla lex positua saltem, obseruari necesse est, cum is omnia pro sua libera uoluntate possit, quare eū irregulari delectatione uti posse, scriptum reliquit Bar. in extrauagan. ad reprim. in uerbo, uidebitur, num. 2. & necessitate hunc non cogi, scripsit Dec. in l. 1. nume. 14. ff. de iurisd. omniū iudi. quare docuit Bald. in l. penul. in fine. ff. de arbitris, & liberam uoluntatem esse contra arbitrium uiri boni, ut natura uerborum sonat; non ergo habet hic necesse sequi iuris, rōnis & æquitatis canones. sic Ias. in l. si sic legatum, nume. 22. 26. de leg. j. Marfil. consi. 8. num. 25. consi. 15. num. 16. consi. 18. nu. 37. consi. 20. nu. 53. consi. 42. num. 3. & consi. 63. nu. 16. Parisius consi. 56. num. 5. lib. 1. Socin. Iun. consi. 49. num. 16. lib. 2.

Declaratur, & intelligitur, hoc procedere, quò ad ea, quæ a iure positio, non quæ iuris naturalis inducuntur. sic Bar. in d. extrauag. ad repr. in uerbo, uidebitur, num. 10. qui affirmat, huic non licere aliquid iniuste agere, cum sit contra ius & æquitatē naturalem. & cum Bart. idem sentiunt Natta d. clem. sepe. §. non sic tamen, col. 1. 8. qui & si aliqua in contrarium moueat, satis tamen ex relatis dissoluuntur; & latè Petrus Benintend. conel. 31. Calcan. consil. 11. num. 33. consi. 51. nu. 7. 8. quibus addo Baldū consi. 177. In ecclesia Rhegina. col. 2. lib. j. quæ secutus est Craue. consi. 263. col. 2. uerf. Secundò istam opinionem, qui affirmant, & habentem liberum arbitrium procedendi intelligi, seruata tamen æquitate, quam æquitatē ego naturalem intelligo. sic declaratur & statuta tribuentia liberum arbitrium, ut statutum Ferrariæ ac Veronæ iam relata supra q. 10. & post Bal. in l. si pariter. C. de test. mili. idem respondit Dec. consi. 65. 1. nu. 10. & ideo Bar. d. extrauag. in d. uerbo, uidebitur, dicebant, hunc habentem liberum arbitriū, esse liberum a regulis iuris ciuilibus, non autem iuris naturalis, & gentium. idem Bartol. in l. filiusfamil. numero 3. de don. & idem scripsit Oria. in tract. de arbitris. ultim. parte, quæst. 25. Alexan. consi. 33. col. 1. prima, libro primo. Dec. in cap. dilecti filij. nume. 5. de iudicijs. & uidetur text. in cle. pastoralis, de re iud. imò docuit Bald. in l. ultim. num. 3. C. de pœna iud. qui malè iud. & iudicem in arbitrarijs nō minus uni quàm alteri parti fauere debere. quod (ut dixi) intelligo quādo æquitas naturalis suadet. Hinc etiam docuit Angel. in l. si a milite. §. post edictū. ff. de testamen. milit. quòd concessio libero arbitrio, non dicitur quid contra bonos mores concessum, quod & Nattæ citato iam loco placuit. quare inferunt omnes hunc teneri, si quid dolo malo egit, ut si enormiter aliquem lædat, ex quo dolus præsumitur: sic Baldus in rubr. C. de pœna iudic. qui malè iud.

iud. nu. 2. Natta d. §. non sic tamen, col. 19. Paris de Puteo d. trac. Syndicatus, tit. de arbitrarijs iudicium, nu. 9. & nu. 20. & tit. sequenti, nu. 4. 5. 10. 11. Salil. ult. colu. 1. uerf. Secundo an iudex, C. de pœna iud. qui malè iud. & Brunus de constitutionibus & statutis. in uerbo, Arbitrium, uerf. statutum dans potestati. Alexad. d. consi. 65. nume. 7. lib. 3. Ias. d. l. si sic legatum, nume. 36. de leg. 1. Barb. consi. 47. colu. 17. in fi. lib. 1. & ideo censuit Bar. in repet. l. 1. num. 64. C. de sacro san. eccl. testatoris uoluntatem in liberū alicuius arbitrium collatā, intelligi, dummodò dolus malus absit. hinc docuit Soci. in l. cum filiusfam. nu. 1. de uerb. oblig. q. si pater concedat filio liberā administrationē, dolum malum ceteri exceptū. hinc totus actus intelligitur factus, cum dolus absit; ut in promissione facta de ratificacōe, intelligitur dummodò dolus absit. sic Soc. sen. cōsi. 159. col. ulti. lib. 2. sic & in delegationis rescripto intelligitur de legatum ea posse, quæ delegas. remoto tñ dolo. Dec. consi. 143. num. 3. sic in constituto procuratore ad emendum, & obligandū dominum. Dec. consi. 493. nu. 11. Hęc tamen intelligit Soc. in l. cum filiusfam. nu. 1. de uerb. oblig. de dolo ex proposito, non autē præsumpto. sic & arbitrium liberū alicui de re propria partium conuentione concessum, intelligitur ita concessum, ut dolus absit, & æquè arbitretur: ut probat l. si libertus ita iurauerit. ff. de oper. lib. quo adducti sic celsuerunt Alex. consi. 37. num. 3. 2. lib. 2. Dec. consi. 430. col. 2. uerf. 2. conclusio, qui uult hoc casu læso succurri. & clarius censuit Crau. consi. 192. nu. 23. quod intelligitur per reductionē ad uiri boni arbitrium, ut etiam d. l. si libertus, declarat glo. l. pen. ff. de arb. & Dec. consi. 11. num. 6.

Declaratur secūdò & intelligitur, & ne hic aliquid possit contra tertium. Felyn. in cap. 1. nu. 5. l. de consil. Natta d. §. non sic tamen, col. 33. uerf. Tertium est, quæ de re latius dixi supra q. 10. in fin.

In arbitrio autem uiri boni, quod nō absolutum sed regulatum dicitur, affirmant relati omnes esse sequendos canones iuris, rationis ac æquitatis: ita Ias. d. l. si sic legatū, nu. 22. & alij supra relati, ut Marfil. Parisius, & Soc. Iun. & ideo docuit Bal. in c. 1. §. iudices. nu. 5. de pace iur. fir. quem secuti sunt Capolla in l. fugitiui, num. 33. C. ser. fug. Marfil. in l. qōnis modum. nu. 68. ff. de quæst. & in Pract. crim. §. Constante, nu. 30. & §. diligēter, nu. 24. & in consi. 26. nu. 54. & Curt. tract. monetarū. q. 7. in fi. iudicem hūc arbitrari debere, secundum mentē legis, iuris ac rōnis, ac demum secundū æquitatem. idem docuit Gomef. in c. 1. nu. 225. de consil. in 6. & doctè ac pulchrè ali qua scripsit Rober. Aurel. li. 4. sent. iuris, c. 15. Hinc dicebat Alex. consi. 33. nu. 3. lib. 1. & consi. 175. nu. 167. lib. 6. uiri boni esse charitatem, & æquitatē spectare. quod & respondit Crau. consil. 190. nu. 4. dum post Bal. cōsi. 211. Illud malum, lib. 4. inquit, æquitatem spectandam esse, cum sit thyziaca cōtra uenenum. sic respondit Gozad. cōsi. 54. nu. 10. arbitrium hoc iure regulatum esse debere, nec sanè immeritò, cum illud iuri boni arbitrio fieri nō dicatur, quod sine ratione fit, ut egregiè respondit Socin. Iun. consi. 91. num. 13. lib. 3. nec dissentit Rubeus cōsi. 156. nu. 12. & tāta esse debet in hoc uiro bono æquitas, & iustitia, ut in re aliena id agat, quod in re proprio præ-

staret. sic Dec. l. in personā. §. 1. in fi. de reg. iur. post multos, quos citat, & eiusdem addo sententiā Bar. l. 1. nu. 6. ff. de solu. Tiraq. De retractu cōsang. §. 3. gl. 1. in fi. & probat l. 1. in fi. ff. de solu. Ex quibus satis intelligimus malè sensisset Bart. d. l. si sic legatum, in fi. & alios ibidem a Ias. nu. 29. relatos, hunc iudicem arbitrio suo arbitrari posse, dummodò dolo malo careat. quod uisus est sentire Paris tract. Syndicatus, tit. De arbitrarijs eorum, nu. j. uerf. quamuis. qui enim fieri potest, ut cum Bartolo & cæteris res ita sit, si iure, ratione, ac equitate regulatū hoc esse debet arbitrium. Accedit quod scriptum reliquit Amodeus de Castel. in tract. Syndicatus, nu. 146. in fi. ex c. inquisitionis, de accus. & ex l. hodie. ff. de pœnis. hunc iudicem ferre non posse sententiam cōtra legis dispositionem: imò non posse ferre eo modo in terlocutoriam, is censuit eo loci, num. 147. post Bald. in l. uolūtas. C. de fideicom. & rectè quidem. quæ ratione. n. esse potest, ut contra legē sentire possit, si secundum illam se se regulare habet: Verūm an ob iustam rationem legem immutare possit, infra dicam. q. 14.

S V M M A R I V M.

- 1 Arbitrium uiri boni quo iure regulari debeat.
- 2 Arbitrium ex iure scripto an moderetur.
- 3 Iudicem in pœnalibus arbitrarijs procedere de similibus ad similia, & quid tunc obseruare debeat.
- 4 L. si quis seruum. ff. de custo. reo. explicatur.
- 5 Arbitriū non dici, quod cōsuetudine stabilitū est.
- 6 Arbitrium non esse, quod lege de cõsum est.
- 7 Pœnam arbitriam non esse, quæ consuetudine terminata est.
- 8 Iudicem pro modo subiectæ materiæ arbitrium suum moderare debere.
- 9 Authoris declaratio quo pacto iudex suum arbitriū moderare debeat.
- 10 Iudicem in arbitrarijs personarum qualitatem considerare debere.

QVÆSTIO DECIMAQUARTA.

QVÒ IURE SVVM ARBITRIVM REGULARE DEBEAT IUDEX; & arbitrium non dici, quod est iure communi uel consuetudine terminatum, explicatur.

QVÆRO decimoquartò, quoniam diximus in proximè relata qōne, iuri boni arbitriū regulatū esse debere iure & rōne; quo iure regulari debeat, aperiendum est. Bal. in auth. iubemus, ult. no. C. de iud. docuit & iure scripto & nō scripto esse regulandum: sed ue reor, ne falsum hoc sit. nam quò ad ius scriptum ubi illud reperitur, ab illo non receditur, cum arbitrium non sit, sed certū. sic docuit Bar. in l. ambitiosa. nu. 1. ff. de decr. ab or. fac. Imo. consi. 44. num. 4. nisi dicamus in non diffinitis arbitrium regulari iure, hoc est a simili, in xtra l. non possunt. ff. de legi. ut scilicet quod iustum & æquum de iure uideri potest, statuatur. quæ in re scriptū reliquit Io. Baptista a S. Seuerino in l. omnes populi. nu. 29. de iust. & iu. post Pet. Anchar. quem refert: hunc iudicē nostrum posse & in pœnalibus de

similibus ad similia procedere, quod si facere cōtigit, obseruabit iudex, ut huius similitudinis expressā mentionem faciat, quod est summopere annotādū. iure non scripto, hoc est cōsuetudine debere regulari, scripsit Dec. in l. si fugitiui, num. 92. ubi ante eum Capolla nume. 34. C. de seru. fug. & in c. de caus. ult. no. de offi. dele. & in c. iter ceteras, col. ult. de rescr. Tiraq. tract. Nobilitatis, c. 10. nu. 12. & uidetur idē sensisse glo. in l. quid ergo, §. pena grauior, de his qui nota. infam. & in l. hodie, ff. de pōnis. Bal. consi. 443. Cechus, col. 1. in si. uerfi. & sciendum est, lib. j. qui inquit, hoc in casu cōsuetudinē ex unico actu non in duci adferri solet, l. si quis reū, ff. de custod. reor. & in instit. de offi. iud. in prin. Verū hęc interpretū sententia uera non est, cum tex. f. d. l. si quis reū, cōt rariū potius probet, dum Præsidi data est puniēdi facultas, si pōna cautioe aut expresso decreto, aut cōsuetudine diffinita non sit: si ergo cōsuetudine est diffinitum, nihil est quod in iudicis arbitrio positum dicamus, quare Bal. in l. quicūque, col. 5. C. de seru. fug. & Io. de Anan. c. Iudæi, de Iudæis, affirmarunt, † necessarium, nō arbitrariū illud dici, quod cōsuetudine est stabilitū, nec ab his recedūt Fely. in cap. inter ceteras, col. 1. num. 12. de rescrip. & in c. ex litteris, nume. 14. uerfi. Sexto gl. de consi. Deci. consi. 100. num. 11. Curt. lun. l. 1. nume. 30. ff. de iurisd. omn. iud. Ripa l. si constante, nu. 31. ff. solu. matrimo. & ideo dixit Neuiz. libro quinto sylvæ nupt. numero 74. † arbitrariū non esse, quod iam lege clarē est decisum. sic & egregiē Ioan. Corasius lib. 4. miscella. iuris, cap. 12. num. 6. arbitrariū illud significantissimē dici, quod lege non est diffinitum. Ideoq; infert, Arbitrariam actionem dici, quæ in iudicatis arbitrio posita est. Cōfirmatur auctoritate Plant. in Amphit. actu 4. dū inquit: Hoc quidē profectō certum est, non arbitrariū, quare cōi oīum uo. 2 to receptū est pēnam † nō dici arbitrariā, quæ cōsuetudine est sancita. ut ex d. l. si quis reū, multis cōfirmat Tiraq. in tracta. De pēnis legum, in præfatione nu. 4. qui latē multorū auctoritatibus iudices monet, ne sine cā a pēna, cōsuetudine indicta recedāt, & litem propriam faciant. quod etiam præter eum admonuit Paris Puteus tract. syndicus tit. De arbitrijs iudicium, num. 2. & tit. sequenti nume. 3. Retius fortē uisus est sentire Roma. cōf. 376. Quæstio est, colum. 3. uerfi. debet autq; quem est secutus Dec. d. l. si fugitiui, nu. 93. C. de seru. fug. Dum dixit, † iudicem suū arbitriū moderare debere, ut ratio subiectæ materiæ patitur, iuxta glo. l. eas causas, ff. de cōdit. & demonstr. que; est in eo, per omnes probeatur, quod ob subiectā materiā dictio una alterius loco collocari possit, ut apud Socin. Sen. consi. 146. col. 4. uerfi. Sed prædicta lib. j. Ruinum consi. 3. nu. 20. lib. 1. & Cagn. in prog. digestorum in prin. nu. 10. nō tamen iustum præstat argumentum, iudicis arbitriū sic esse moderandum. Quamobrem crediderem ego † iudici munus esse, ut in nō diffinitis præter propriā conscientiam, suū tēperet arbitriū, cōsideratis similibus dispositionibus, per pensis multis coniecturis, quæ æquitate potius, quam iuris subtilitate nituntur, quibus, ita in re aliena faciat, ut in propria fieri uellet, a qua sententia uisus est non recedere Bart. in l. si societatem, §. arbitratorum, nu. 28.

uerfic. item inquātum in isto dubio, ff. pro socio. cuius doctrina, hac in re est admodū egregia. erit quoque quod personarum qualitatem consideret. Bal. lult. C. de obsequ. patro. præsta. qui de qualitate factorum sentit.

SUMMARIVM:

- 1 Iudex, qui procedendi arbitrium habet, quæ immutare possit.
- 2 Arbitrium super causa datum intelligi secundum statum presentem.
- 3 Decuriones, quibus super bono statu ciuitatis datum est arbitriū, antiquos ordines immutare non posse.
- 4 Ordines antiquos immutare non posse, amplissimum habens arbitrium.
- 5 Iudicē immutare non posse, ob arbitrium quod habet, quæ a suo prædecesore facta sunt.
- 6 Successorem prædecesoris factum probare debere.
- 7 Iudicē ex noua causa posse immutare iam stabilita.
- 8 Iudicem immutare posse iam constituta, cum a Principe sciente illas constitutiones datus est.

QVÆSTIO DECIMA QVINTA.

QVANDO IAM CONSTITVTA ET firmata tollere ac immutare iudex possit, declaratur.

QVÆRO decimoquinto, an † iudex iste ex sui arbitrii uel ac potestate immutare possit iā statuta a iure cōmuni uel a municipali in causis cognoscendis, & distiendiis? hanc questionem ita generalem proposuimus, ut hac cognita, ad specialia descendamus. Et fortē dicendū uidebatur, nihil penitus immutare posse. Nam, cum † arbitriū ei datum super iuris administratione, secundum statū illū præsentem datum intelligitur, arg. l. si ita, de auto & arg. lega, immutare ergo non esset secundum iam stabilitum ordinem & ius seruare, sed nouū cōstituire, quæ ratione motus Bart. l. in ambrosia, nu. 9. ff. de decretis ab ord. facien. docuit, † decuriones, quibus super bono statu ciuitatis datum est arbitriū, non posse antiquos ordines mutare. ibique nu. 11. subiicit, nihil posse contra ordinem, & iam stabilita a populo. & in specie nostra Bart. est secutus Paris Puteus tract. syndicus in titul. de arbitrijs eorum, nu. 1.

Extenditur primò, ut procedat etiam in eo, † cui amplissimū collatum fuisset arbitrium, sic Paris Puteus, qui supra, post Bartolum & Rom. quem citat.

Extenditur secundò, ut procedat etiam † quo ad iam per prædecesorem cōcessa & stabilita, etiam si ad tempus stabilita essent; sic Paris qui supra num. 3. post Barto. in l. dotalem, & in l. cum filius, de mil. testa. ea ratione quia tenetur successor † prædecesoris factum probare, cap. 2. ubi glof. de dona. cap. Abbate sanè, de re iud. in 6. rursus, quia non plus huic successor cōcessum dicitur, quam penès prædecesorem erat, l. si pater, ff. ad municip. l. Lucius, §. pe. ff. quod ut aut clam.

Declaratur primò, non procedere quādo ex † noua causa superuenienti hic iudex immutare uellet: ita

ita sensit Bar. d. l. ambrosia, nu. 11. a quo non dissentit Paris Puteus loco iam sapius citato, ex illo not. re sponsio Iurecōsulti in l. si hominem, ff. mand. ad cuius declarationem & commendationem plura alibi scripsimus, imò ex causa pōnam a statuto & lege indictā posse mutari infra in q. 96. dicemus.

Declaratur secundò, non procedere quādo † superior arbitriū hoc concedens, nouit iam illud esse stabilimum, super quo illum iudicē deinde dat arbitrarium. Nam hoc casu eam potestatem dare uoluit, ut pro arbitrio muret, corrigat, & ampliet, sic colligo ex doctrina Bart. in l. 1. nume. 5474. C. de sacrosan. eccle. arg. l. si quando, in prin. C. de inoffi. testamē. & l. etiam, ff. de bonis liber. quibus dicere solemus, ex concessione priuilegij quid cēseri tributum præter ius commune. & ex d. l. si quando, dicere etiam solemus, priuilegium alicui concessum intelligi cōcessum ut in ceteris ius cōmune seruetur: quod non procedit cum liberum priuilegium datum esset: ita Ruin. consi. 100. in si. lib. j.

SUMMARIVM.

- 1 Iudex, qui arbitrium habet, an actione carentem ad agendum admittat.
- 2 Actione carens experiri non potest.
- 3 Iudicem repellere debere agentem sine actione.
- 4 Iudicem non repellentem agentem sine actione, tene ri ad interesse parti.
- 5 Actorem admitti sine actione agentem, si modo spes subest, quod ex facto de præterito actio oriatur.
- 6 Venditorem agentem ad pretium rei, re ipsa non tradita, posse pendente iudicio rem tradere, atque ita iudicium conualidare.
- 7 Hæredem hæreditate nō adita agere, aliquādo posse.

QVÆSTIO DECIMASEXTA.

EXPLICATVR QVOMODO AGENTEM sine actione iudex hic admittere possit: & de iudicio ex superuenienti iure conualido.

QVÆRO decimosexto, an † iudex hic noster admittere possit agentem sine actione: quam questionem ut absoluiam, in primis dicendū, regulariter † neminem sine actione posse experiri. l. si pupilli, §. uideamus, ff. de neg. gest. gloss. & Doct. in l. ubi pactum, C. de transf. imò acta redduntur nulla, etiam parte non opponente, ita Rom. consi. 224. col. 2. Alex. cōf. 166. col. j. lib. 2. Castren. cōf. 195. Super primo quæsito, col. 2. ad finem lib. 2. & Corneus consi. 126. colum. pen. lib. 4. quos retulit & secutus est Craue. consi. 191. nu. 1. quibus constat malè sensisse eos, qui dixerunt tunc demum acta reddi nulla ex actionis defectu, si ab aduersario opponatur, quam sanè opinionem defendebant Alexand. in l. si Titius, colum. 2. n. 6. de uerb. ob. & ibi Soc. Sen. idē consi. 78. in si. li. 4. Castr. consi. 247. In causa quæ uertitur Sauonæ, colum. 3. lib. j. & Aret. consi. 85. col. 2. uerficu. amplius. Rursus sciendum etiam est, regulariter † iudicem posse hunc sine actione agētem a iudicio repellere: ita ex relatis plures censuerunt, & clarius Alex. in l. ubi pactum, num. 7. & ibi Curt.

Sen. num. 30. C. de transf. Imo. in l. 4. §. hoc autem iudicium, de dam. infe. & ibi Ripa nu. 43. sed dubitationis est, an debeat atque ita cogatur iudex repellere agentem sine actione, & debere omnino repellere sensit Bart. in d. l. ubi pactum, num. 5. & ibi clarius Curtius. Sen. numero 31. quo loci fortius scribit Iacobinus à Sancto Georgio quod si iudex non repellit agentem sine actione, tenetur parti ad interesse. cum illo sensit etiam Chassan. consi. 68. nu. 26. & ideo Dec. consi. 302. col. j. & Cur. Iun. consi. 163. colum. j. ac etiam Bellon. consi. 25. nume. j. responderunt, iudicem debere libellum huius actoris lacerare, & eum in expensis condemnare. Quod intelligo cum Ant. ab Alex. relato a Cur. d. num. 31. quando reus ipse ignorat actorem sine actione experiri, secus si sciret & non opponeret, quia tunc ei non autem iudici imputatur. & quo posteriore casu procedit opin. Castren. & Alexand. qui contrarium affirmarunt: nempe iudicem non cogi repellere actorem hunc. Bartoli autē & aliorum sententia eorōne addiuatur, q̄ pati nō dēt iudex iudicia eludi, & homines litibus & impēsis frustrari. quemadmodum probat cap. finem litibus, de dolo & cōtum. & quamquam hæctenus relata in iudice ordinario, qui ad unguem legum constitutiones obseruare debet, attamen idem esse censeo in iudice nostro, qui arbitrium cognoscendi & terminandi lites habet. quoniam arbitrium quod habet, habere dicitur, si modo actor ius habet, quo experiat, alias esset hæc arbitrium sine effectu, cum deficiat substantia, hoc est actio ipsa, & probat hanc sniam tex. l. Bouem, §. pen. ff. de edil. edict. quo loci ait Paulus non esse in arbitrio iudicis admittere emptorem ad agendum redditoria si sub conditione emit.

Declarantur prædicta ut nō procedāt quādo † ex ipso facto de præterito spes est actionē oriri. & si. n. de præsentī actio nō cōpetat, nō tñ repelli dēt actor, ex quo actionē oriri speratur: ita probat. l. si Titius, & ibi Bar. de uer. ob. Hinc rñdit Alex. cōf. 27. col. j. lib. j. q̄ licet † uenditor agens ad pretium teneatur rē offerre & tradere l. Iulianus, § offerri, de act. empt. attamen, si contingat eum agere re non tradita, poterit pēdēte iudicio rē tradere & iudiciū conualidare. Alexandrum est secutus Bellonus d. consi. 24. nu. 4. quo loci similia de retrouenditione, & in eo qui agit, ut hæret † hæreditate nōdū adita, refert & alijs confirmat Tiraq. trac. De legibus, connubia, post leges, nu. 41. & Cephalus consi. 112. nu. 17. 18. lib. j. ubi latissimē alias declarationes recensēt Doctores in d. l. si Titius, ibi latē Ias. n. 3. de uer. ob. & ibi uidē dus oīnō est Andreas Pomatas in annota. ad Bartol.

SUMMARIVM.

- 1 Citatio necessaria, an sit, cum iudex arbitrium habet procedendi & cognoscendi in causa.
- 2 Iudicem, qui arbitrium cognoscendi habet, posse parte non uocata testes examinare.
- 3 Arbitratorem parte non citata laudum ferre posse. nu. 11. contra.
- 4 Iudicem, qui arbitrium procedendi habet, teneri obseruare, quæ iuris gentium sunt.

- 5 Citationem iuris diuini esse.
- 6 Principem iudicare non posse parte non uocata.
- 7 L. quod si nolit. §. si quid ita. de edil. edi. exornatur.
- 8 Citationem omitti non posse a iudice, qui potestatem iudicandi habet omni pretermissa solemnitate.
- 9 Citationem necessariam fore, etiam cum agitur de executione instrumenti liquidi.
- 10 Citationem esse necessariam, etiam si iudici data sit potestas & arbitrium procedendi de facto.
- 11 Citationem partis non esse necessariam, quando simpliciter dicto alicuius standum est.
- 12 Citationem partis non esse necessariam, cum data est facultas iudici procedendi parte uocata, et non uocata.
- 13 Citationem necessariam non esse, cum iudex secundum suam conscientiam iudicare potest.
- 14 Citationem non esse necessariam, cum clarum est ab sententi defensionem non competere.

QVÆSTIO DECIMA SEPTIMA.

AN CITATIO PARTIVM NECESSARIA omnino sit, cum pro sui arbitrio iudex causam cognoscere & diffinire potest? & Doctorum magna controuersia explicatur.

QVÆRO decimosseptimo, an necesse habeat hic iudex, cuius arbitrio causa est diffinienda, partes omnino citare? & non habere necesse, uisus est sentire Bal. in l. si qñ. col. 2. uersic. sed quero. C. de testib. que male retulit Ias. §. in bonafidei, nu. 26. Inst. de Act. Dicebat enim Bal. iudicem hunc testes recipere ac interrogare posse, altera partium non uocata. & clarius ac absolute hanc sententiam probauit Petrus Perusinus in cap. licet Episcopus, de preb. in 6. cofert quod docuit Baldus in l. certu. col. 2. C. unde legit. que e secutus Roma. in repe. rubr. C. de arbitris, col. 2. Alex. l. de unoquoque, col. pen. nu. 60. de re iud. & consil. 217. col. 2. nu. 8. lib. 2. Soc. Sen. consil. 90. nu. 17. li. 4. du affirmat pro promissu factu in arbitratore, ut fm suam conscientiam, suam ferat, illum partib. no monitis, iudicare posse.

Contrarium est uerius, citationem necessariam fore omnino. sic in specie Bar. in extrauagan. ad reprimen. in uerbo, & figura, nume. 6. & in l. Theompus, num. 9. in fi. de dote preleg. & in consil. 166. num. 5. lib. j. Rui. consil. 21. nu. 2. lib. 2. Curt. Sen. l. admonedi. n. 380. Bal. sibi paru costans in l. captatorias. q. 3. C. de test. mil. & in l. si procurator, ff. de cod. in deb. Ang. in l. milites. prope mediu. ff. de milit. test. Narra in clem. sape. §. non sic tamen, col. 14. de uerbo. si gnifi. Bolog. consil. 39. col. ult. qui affirmat, iudicem hunc, que iuris getiu sunt, teneri seruare. eade sententia probauit Alex. consil. 218. nu. 6. li. 2. Ias. l. si quis arbitratu, nu. 23. in fi. de uerb. ob. Dec. in ca. Dilecti filij, nu. 4. in fi. de iud. consil. 416. nu. 2423. Ias. consil. 147. colu. pen. in prin. lib. 2. Amodeus de Castello tract. syndicatus, num. 141. Alcia. c. 1. nu. 9. 10. de offi. ord. & responsio 131. nu. 7. cuius rei precipua est ratio, quod iuris diuini ac naturalis sit citatio, quare adhiberi solet, ne alioqui factu ignorantia perperam iudicetur. quare dicimus, quod Principem citationem omittere non posse, ut late apud Claudium

Seyfell. in l. ut uim, col. 1. de iust. & iure. Rom. sing. 664. Curtium Sen. consil. 50. colu. 71. & satis hec nostra sententia, que crebrior est, probatur in l. quod si nolit. §. si quid ita. ff. de edil. edict. Nec aduersatur una responsio, quam adfert Sal. l. si societatem. §. arbitrorum, nu. 12. in fi. ff. pro socio. ibi, causa cognita procedit, quia factum displicentia pendebat a uoluntate emptoris. quia dico, quod elapsis 60. diebus, datur actio non emptori, sed uenditori, de cuius displicentia non agitur, cum cesset redhibitio, sed pretium consequitur. sic intelligit Rom. sing. 769. Emo. & eo text. in hanc est adductus sententiam, Bar. in l. Theopompus, num. 9. in fi. de dote preleg.

Extenditur primo procedere fortius, & si (ut nostri affirmant,) data sit potestas sit procedendi, omiffa quacunque solemnitate, & suppledo quoscunque defectus, non tamen citationem ceteri reiectam ac exclusam, sic Marsil. consil. 8. num. 3. 2. 3. 4. ideoque citationis defectus ex clausula hac suppledo omnes defectus, dicitur sublatu. Curt. Sen. d. consil. 50. colu. 71. Ruinus consil. 229. num. 10. lib. j. consil. 79. nu. 11. lib. 3. & consil. 36. num. 5. & consil. 59. lib. 5. imo fortius uidemus, eo etiam in casu cum agitur de executione instrumenti liquidi, citationem fore necessariam. Ruinus consil. 15. nu. 7. lib. 4. & consilio 37. nu. 9. lib. 5.

Extenditur secundo procedendi de facto, quod (ut iam diximus) sonat in liberu & absolutu arbitriu. Na, & hoc casu citatio omitti non potest sic Soc. Sen. consil. 13. num. 6. 7. lib. 4. Dec. cap. Dilecti, nume. 4. de iud. Ex quibus intelligimus, non esse ueram doctrinam Baldi & Perusini supra relata, ut nec ueru illud est, quod Arbitratorem, cui data est potestas diffiniendi causam secundum suam conscientiam, citationem spernere potest: nam crebrius aliter sentiunt doctores, ut apud Ias. d. l. si quis arbitratu. nu. 23. in fi. de uerb. oblig. Soci. Sen. consil. 27. colu. pen. lib. 3. Gozad. consil. 100. nu. 16. Boer. q. 283. nume. 34. 35. non ignorat in arbitratibus aliter distinguisse Salic. in l. si societate. §. arbitrorum, nu. 12. uersi. mihi uidetur, ff. pro socio. qui in ea tandem opinione residet, quod quando nullae sumenda sunt informationes, cum omnem difficultatem negotij probe nouerunt, possunt absque aliqua citatione sententiam ferre, sed crebrior uidetur sententia contra eum, nisi intelligatur in casu, quem nunc subijcio.

Declaratur primo non procedere, quando simpliciter dicto & assertioni illius esset standum, quem iam partes approbassent, tunc in sui dicti declaratione & arbitrio proferendo, nulla esset necessaria citatio: sic Bart. in l. Theopompus. nu. 9. ff. de dote preleg. Ias. d. consil. 147. col. penul. in prin. & consil. 200. in fin. lib. 2. Alcia. d. si quis arbitratu. nu. 36. de uerb. oblig. dum post Bald. consil. 64. lib. 3. scribit, illum sine partium citatione posse arbitrari, quando ipse solus instructus est: & alij plures ex iam relatis.

Declaratur secundo, non procedere, quando ita colatum fuisse arbitrium, ut ferre possent sententiam partibus presentibus, uel absentibus. sic probat text. l. diem proferre. §. si quis litigatorum. ff. de arbitr. & tradit in arbitro Spec. in ti. De arbitris. §. excipitur, quem

quem post Imo. & alios est secutus Ias. consil. 7. in fin. lib. j. Alcia. d. l. si quis arbitratu. num. 35. de uerb. obligat. & si Rom. singul. 269. Compromissum, aliter referat, & intelligat Speculatorem.

14 Declaratur tertio non procedere cum iudex sit secundum suam conscientiam iudicare debet, nec. n. hoc casu necessaria citatio est. sic glo. in clem. j. de offic. deleg. Bald. & Alex. in l. de unoquoque, de re iudi. quos secutus est Alciatus in d. l. si quis arbitratu. in fi. de uerborum obligatio.

15 Declaratur quarto non procedere, quando huic iudici exploratum esset, nullam competere absentis defensionem. c. cum sit Romana, in fi. de appell. Abb. in c. ex insinuatione, in fi. de appell. sic in arbitratore scribit Alcia. d. l. si quis arbitratu. num. 38. de uerbo. obligatio. & in quouis iudice; sic late affirmant omnes in c. j. de caus. possess. & prop. Ant. Burgos in c. si uenditori. num. 7. de emp. & uend. Soc. sen. col. 87. col. 13. lib. 3. Rui. consil. 31. num. 3. lib. 5. late Parisius col. j. num. 33. & consil. 10. nu. 23. lib. j. Quod si in omnibus iudiciis constitutum est, quanto fortius in hoc nostro, qui latissimas habenas habet.

S V M M A R I V M.

- 1 Libellus necessariò porrigendus an sit coram iudice, qui arbitrium procedendi in causa habet.
- 2 Libellum, & litis contestationem necessariam non esse in iudiciis summarijs.
- 3 Libellum non requiri cum sine scriptis agi potest.
- 4 Libellum non esse necessarium in causis executiujs.
- 5 Libellum non requiri in iudicijs coram Pratoribus uillarum.
- 6 Libellum non esse necessarium coram arbitratore.
- 7 Solemnitatem libelli, & litis contestationis posse pacto remitti.
- 8 Petitionem qualem qualem necessariam esse in quouis iudicio.

QVÆSTIO DECIMAOCTAUA.

BREUIBUS EXPONITVR, VTRVM libellus in arbitrijs iudicijs necessarius sit, aut qualisqualis petitio.

QVÆRO decimo octauo, an coram hoc iudice, qui arbitrio suo procedere potest, sit necessarius libellus, & litis contestatio? Et necessaria hæc non esse affirmat Io. Monachus in c. ult. de hæret. in 6. Roma. consil. 519. in fi. post Rotam Romanam: in quibus enim, hæc non fore necessaria, quando iudex sola ueritate inspecta procedere potest. & idem docuit Ias. in §. preiudiciales, nu. 35. Instit. de actio. §. libellum, & litis contestationem. necessariam non esse in causis summariè tractandis. Car. in clem. sape. q. 13. de uerb. sign. Scala Patavinus lib. 2. de consilio sapientis. c. 9. fidem quando proceditur sine scriptis, sic Ias. consil. 2. col. ult. li. 3. sic & in causis executiujs. Soc. iuu. consil. 75. nu. 1. lib. 2. ubi late: quare respondit Neuiz. consil. 32. nu. 7. §. libellum. non esse necessarium in causis, que coram Pratoribus uillarum tractantur, cum procedatur sine solemnitate, & ordine iudiciario. Hinc uidimus coram ar-

bitratore (qui huic iudici nostro equiparatur) sine libello, & litis contestatione procedi. gl. in l. sed & si seruum, §. si quis iudex. ff. de recep. arb. Alex. l. j. nume. 15. de lega. secundo, qui alios in hanc sententiam retulit, nec sane mirum, quia hæc solemnitates partium consensu possunt remitti. Ias. §. omnium, nume. 35. Instit. de actio. Afflict. decif. 191. nu. 7.

Declaratur primo non procedere, quod ad qualemqualem petitionem. sic Alex. consil. 50. nu. 6. lib. 2. Soc. sen. consil. 54. nu. 2. lib. 4. qui post oes in clem. sape, de uerb. signifi. inquit, qualemqualem petitionem esse necessariam in quouis causa quouis modo tractanda. idem affirmant Signor. consil. 111. nu. 7. qua de re dixi in tract. Recuperandæ possess. remedio 15. nu. 241. 242. & in hoc etiam casu potest defendi sententia Bar. in extrauag. ad reprim. in uerbo, summarie, nu. 2. dum affirmat in causis summarie tractandis necessarium fore libellum, non me late tamen, Romanum in repe. l. j. nu. 5. ff. de arbit. in tellexisse Bar. cum causa maximi est momenti, secus si parui, ut apud eum.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudex, cui datum est arbitrium, an causa cognita procedere possit.
- 2 Cause cognitionem in multis uersari.
- 3 Citationem esse necessariam in causa cognitione.
- 4 Cause cognitionem requirere, ut iura partium exaudiantur.
- 5 Cause cognitionem postulare iuris ordinem.
- 6 Tempore opus esse, ut omnia recte gerantur.
- 7 Sententiam precipitanter latam, esse nullam.
- 8 Cause cognitionem requirere, ut termini probationum statuatur.
- 9 Cause cognitionem postulare, ut audiantur partium exceptiones & replicationes.
- 10 Cause cognitionem maxime scrupulosam necessariam minime esse, cum iudex liberum arbitrium habet.

QVÆSTIO DECIMANONA.

CAVSÆ COGNITIONIS REQUISITÆ enumerantur, & quando necessaria illa sit in iudice, qui arbitrium, uel liberum, uel regulatum habet.

QVÆRO decimonono, an causa cognita procedere debeat hic, qui suo arbitrio causam finire potest, & esse necessaria causa cognitione affirmant Bar. in l. cum hi. §. uultigitur, nu. j. & ibi Ang. ff. de transact. & consil. 166. nu. 5. lib. j. Bal. in l. quid ergo, §. pena grauior, col. 2. ff. de his qui not. infam. & in tract. statutorum, in uerbo, Arbitrium, uersi. statutum uel consuetudo dat iudici. Amodeus de Castel. in trac. syndicatus, nu. 145. Brunus de constitutionibus & statutis, in uerbo, Arbitrium, uersic. statutum uel consuetudo. & Petrus Benintend. conclusio. 3. adferri solent text. l. j. §. expilatores. ff. de effra. & expil. & l. creditor. in fi. ff. manda. & l. hodie, de penis. quibus accedo. Cause autem cognitio in multis uersatur, & magni dicitur esse poderis. Marsil. l. qui cadem, col. 4. §. ff. de sicar. & in singul. 648. Cause

3 **Causæ cognitio.** Verlatum enim primò in citatione adhibenda. Bart. in l. in causæ. §. causa cognita. ff. de minor. & in l. prolatam. C. de sent. & interloc. omn. iudi. Alex. in l. qui Romæ. §. Augerius, de verb. oblig. Oldr. conf. 2. 217. De toto themate. Goza. consil. 2. n. 15. & cōf. 92. n. 13. uer. & primò. quare iure supra affirmauim⁹ hanc citationē necessariā hoc casu fore.

4 Secundò in causæ cognitione ¶ exigitur, ut litigantium iura exaudiantur, ut respondit Soci. sen. cōsil. 32. colum. pen. uer. si. Secundò ex regula glossæ lib. j. & ante eum Signorol. cōf. 203. num. 5. Marfil. sing. 328. Exigitur & tertio in cognitione ¶ causæ, ut ordo iudicarius obseruetur: nec enim festinanter, & ex abrupto procedi debet. Butr. cap. auditis. secunda, de elect. Iaf. l. sed si hac. §. prætor ait. ff. de in ius uocan. & clarè Socin. sen. d. consil. 32. colum. penul.

5 ¶ tempore enim opus est, ut rectè, & maturo cōsilio res agantur. c. pōderet. 50. distin. Hinc dicimus sententiā præcipitater latā, ¶ eē nullā. Bar. l. prolatā. n. 5. C. de sēt. & interl. om. iud. & infra q. 37. alia adferā.

6 Accedit quarto in causæ cognitione fore omnino ¶ necessariū, ut termini statuātur, intra quos possint partes suas adferre probationes. Signorol. dicto cōf. 203. num. 5. Castrenf. in consil. 284. In causa, quæ uertitur corā Dom. Vicario castri Anglaris. colum. 2. li. j. uer. satur enim plenior causæ cognitio in probationibus, quàm in ordine iudicario, ut post Abbatē cōsil. 50. colum. ult. lib. j. respondit Dec. con

7 si. 96. n. 1. Utinò in ¶ causæ cognitione exigitur, ut hinc inde adducātur exceptiones, & replicationes, si quas adducere uolūt partes: sic Cast. in l. nā & pōstea. §. si dānetur. de iure iur. Rui. cōf. 127. nu. 19. li. 5.

8 Declaratur nō procedere in iudice, qui liberum, ¶ & ¶ absolutū arbitriū habet: is enim sine causæ cognitione procedere potest. sic Bartol. intelligo in cōf. 83. Punctus. num. 2. uer. sic uidendum est. lib. j. ex glo. in lictus fultium. de his, qui not. infam. & Bartol. sunt secuti Ioan. de Ana. c. pen. col. pen. de accus. Alexā. conf. 189. in. fi. lib. 9. Fely. c. 1. nu. 86. de const. Socin. sen. consil. 121. col. 1. uer. Postremò. lib. 3. his accedit Petr. Benintēd. conclu. 31. nu. 3. qui. intel

9 ligit, de scrupulosa causæ cognitione. Loquitur. n. Bart. in eo, qui de facto procedere potest, quod est idem cū illo, qui potestatē absolutam, & liberū habet arbitrium, ut supra explicauimus q. 7. nu. 69.

10 **S V M M A R I V M.**
1 *Iuramētum calumnie remittere an possit iudex, qui suo arbitrio rem cognoscit.*
2 *Iuramentum calumnie iuris diuini esse.*
3 *Iuramentū calumnie in omuib. causis esse prestādū.*
4 *Iuramentum calumnie consuetudine tolli non posse.*
5 *Iuramentum calumnie partium consensu remitti.*
6 *Statutū Brixie in ciuilibus cap. 17. De iuramēto calumnie declaratur.*

11 **Q V A E R O** uigesimò, an ¶ iudex hic nos ter remittere ualeat corā eo litigantib. iuramentū calū

12 niæ: Et non posse opinor. nam iure ¶ diuino introductum est, ut probatur Exodi cap. 22. si quis commendauerit amico pecuniā, aut uas in custodiam, & ab eo, qui susceperat, furto ablata fuerint; si inuenitur fur, duplum reddet: si latet fur, dominus domus applicabitur ad Deos, & iurabit, q. non extenderit manum in rem proximi sui ad perpetrandam fraudē tam in boue, quàm in asino, & oue, ac uestimento, & quicquid damni inferre potest, ad deos utriusq; causa perueniet: & si illi iudicauerint, duplum restituet proximo suo. qua lege sacrosancta adductus Bar. in extrau. ad reprim. in uer. Et figura iudicij. nu. 11. inquit qd̄ etiam si data est potestas, & arbitrium iudici procedendi in causa summarie, & sine figura iudicij, non tamen potest remittere iuramentū hoc calumnie. quam quidem iuris sententiam clarius probat tex. clem. sepe. §. citationem. & ibi Card. & Natta de uerb. sig. & idem annotarunt Marthæf. l. no. 65. Nota q. statutum. & Cur. sen. in l. j. nu. j. C. de iure iur. propter calum. dando. qui omnibus in causis iuramentum calumnie præstandum esse cōstituit. & in causis beneficialibus affirmat Vantius in tracta. nullitatum, in titu. De nullitate ex defectu processus, nu. 29. post Rotam, quam citat. huc spectat, quod post Cyn. scriptum reliquit Pract. Papien. in forma libelli pro actione reali. in uerbo, per sacm calumnie, nu. 8. ¶ conluetudine fieri non posse, ut in causis pertractandis calumnie iuramentum omitatur: quoniam huiusmodi consuetudo iuri contra

13 ria est. intelligo iuri, hoc est, diuino, qua ratione idē dicendum est, nec statuto hoc effici posse. id quod clarè affirmarunt Marthæf. d. notab. 65. Cur. sen. in l. 2. in prin. nu. 6. C. de iure iur. propter cal. dan. & Rolan. à Valle consil. 71. nu. x. lib. j. est ergo dicendum, ommissum iuramentum calumnie, ita acta & processum hoc in casu, ut & in cæteris uitari iuxta c. j. in uerbo, propter ommissum. de iuram. cal. in 6. qd̄ uerum esse ¶ intelligimus; nisi ab utraq; parte ommissum sit; si quidem tacitè inter partes ipsas remitti potest: ita relati interpretes, præsertim Practicus Papiensis, & Vantius, quibus accedit Ferratius cautela duodecima: Si quis: quamobrem, ut processus infirmetur, petendum est a parte iurari debere; quia si pars requisita non iurabit, processus nullus declarabitur, quod non continget, si iurari non petatur, atque ita declarantur ¶ statuta, quæ requirunt iurandum esse de calumnia. quod statutum extat Brixie in ciuilibus. cap. 17. sub rub. De iura. calum. & eius forma. ubi etiam in fine hoc requiri uidetur, ex illis uerbis; & quando cunq; petitur; præsupponit uerè petitionem.

14 **S V M M A R I V M.**
1 *Instantia iuris communis seruanda an sit coram iudice, qui suo arbitrio cognoscit.*
2 *Bar. in l. si lege. ff. locati declaratur.*
3 *Soci. sen. consil. 95. col. 2. lib. 1. explicatur.*
4 *Legem remittentem ordinem unius legis, alterius non censeri remittere.*
5 *Statutum de consilio sapientis, locum habere etiam in causis summarie tractandis.*
6 *Statutum. 3. Papiæ in ciuilibus, de causis summarijs de*

15 **Q V A E S T I O** VIGESIMA.
Q U O D IURAMENTUM CALUMNIE in arbitrarijs iudicijs necessarium sit. & quid in cæteris causis; ac inibi legem municipalem Brixiensem explicatam.

16 **Q V A E R O** uigesimò, an ¶ iudex hic nos ter remittere ualeat corā eo litigantib. iuramentū calū

17 niæ: Et non posse opinor. nam iure ¶ diuino introductum est, ut probatur Exodi cap. 22. si quis commendauerit amico pecuniā, aut uas in custodiam, & ab eo, qui susceperat, furto ablata fuerint; si inuenitur fur, duplum reddet: si latet fur, dominus domus applicabitur ad Deos, & iurabit, q. non extenderit manum in rem proximi sui ad perpetrandam fraudē tam in boue, quàm in asino, & oue, ac uestimento, & quicquid damni inferre potest, ad deos utriusq; causa perueniet: & si illi iudicauerint, duplum restituet proximo suo. qua lege sacrosancta adductus Bar. in extrau. ad reprim. in uer. Et figura iudicij. nu. 11. inquit qd̄ etiam si data est potestas, & arbitrium iudici procedendi in causa summarie, & sine figura iudicij, non tamen potest remittere iuramentū hoc calumnie. quam quidem iuris sententiam clarius probat tex. clem. sepe. §. citationem. & ibi Card. & Natta de uerb. sig. & idem annotarunt Marthæf. l. no. 65. Nota q. statutum. & Cur. sen. in l. j. nu. j. C. de iure iur. propter calum. dando. qui omnibus in causis iuramentum calumnie præstandum esse cōstituit. & in causis beneficialibus affirmat Vantius in tracta. nullitatum, in titu. De nullitate ex defectu processus, nu. 29. post Rotam, quam citat. huc spectat, quod post Cyn. scriptum reliquit Pract. Papien. in forma libelli pro actione reali. in uerbo, per sacm calumnie, nu. 8. ¶ conluetudine fieri non posse, ut in causis pertractandis calumnie iuramentum omitatur: quoniam huiusmodi consuetudo iuri contra

18 ria est. intelligo iuri, hoc est, diuino, qua ratione idē dicendum est, nec statuto hoc effici posse. id quod clarè affirmarunt Marthæf. d. notab. 65. Cur. sen. in l. 2. in prin. nu. 6. C. de iure iur. propter cal. dan. & Rolan. à Valle consil. 71. nu. x. lib. j. est ergo dicendum, ommissum iuramentum calumnie, ita acta & processum hoc in casu, ut & in cæteris uitari iuxta c. j. in uerbo, propter ommissum. de iuram. cal. in 6. qd̄ uerum esse ¶ intelligimus; nisi ab utraq; parte ommissum sit; si quidem tacitè inter partes ipsas remitti potest: ita relati interpretes, præsertim Practicus Papiensis, & Vantius, quibus accedit Ferratius cautela duodecima: Si quis: quamobrem, ut processus infirmetur, petendum est a parte iurari debere; quia si pars requisita non iurabit, processus nullus declarabitur, quod non continget, si iurari non petatur, atque ita declarantur ¶ statuta, quæ requirunt iurandum esse de calumnia. quod statutum extat Brixie in ciuilibus. cap. 17. sub rub. De iura. calum. & eius forma. ubi etiam in fine hoc requiri uidetur, ex illis uerbis; & quando cunq; petitur; præsupponit uerè petitionem.

19 **S V M M A R I V M.**
1 *Instantia iuris communis seruanda an sit coram iudice, qui suo arbitrio cognoscit.*
2 *Bar. in l. si lege. ff. locati declaratur.*
3 *Soci. sen. consil. 95. col. 2. lib. 1. explicatur.*
4 *Legem remittentem ordinem unius legis, alterius non censeri remittere.*
5 *Statutum de consilio sapientis, locum habere etiam in causis summarie tractandis.*
6 *Statutum. 3. Papiæ in ciuilibus, de causis summarijs de*

20 **Q V A E S T I O** XXI.
Q U A N D O IUDEX ARBITRIUM habet, causæ instantiam prorogare ualeat, enucleatur: ac Bartoli Socini, & nonnullorum interpretum loca expensa & declarata.

21 **Q V A E R O** uigesimò, an hic ¶ iudex, qui suo arbitrio procedere potest, teneatur prefixam à iure communi instantiam ita seruare, ut eā prorogare nimis possit: qua in re tres casus distinguendi atq; constituendi sunt. Primus est, cum datum est liberum arbitrium procedēdi & condemnandi, uel absoluēdi: tunc crebrius affirmant nostri interpretes necessariū fore seruare uel instantiam, uel terminum iuris: nam ad libitum prorogare eam non potest. in Alexand. in l. qui Romæ. §. Callimachus. in fin. & ibi Iaf. numero 17. Socin. numero. 14. uerbo. oblig. idem Alexā. consil. 50. numero. quinto libro secundo. Fely. cap. cum olim. numero. 9. de offic. de leg. & Gramma. noto. 31. nu. 17. Brunus tract. De constitutionibus & statutis, in uerbo. Arbitrium, uerficulo, statutum concedens arbitrium.

DE CONTUMACIA, QVÆ A IUDICIO repellit: & plura ibidem de his, non indigna notatū relata.

QVÆRO trigesimo sexto, an t̄ iudex iste possit ob solā contumaciam cōtumacem a iudicio repellere? iuris est regula, contumacem audiendū non esse, non refectis expensis, l. sancimus, ubi oēs, C. de iud. latē Marfil. l. de unoquoq; n. 230. de re iud. quæ sanē regula locū ēt sibi uendicet in cōtumace minore, ut annotauit Bar. in l. si finita, §. si forte, de dam. infe. Marfil. d. l. de unoquoque, nu. 235. de re iud. qui nu. 238. post Ias. & ceteros in d. l. sancimus, intelligit procedere tā in reo contumace, quā in actore, aliæ sunt quā plures extensiones, quas longa serie enumerat Ias. d. l. sancimus. Regula t̄ ipsa locum non habet in arbitro, & arbitratore, ut post Rom. l. i. ff. de arb. docuit Marfil. d. l. de unoquoq; num. 234. idē ergo hoc casu dicēdū uē, sed hoc fundamentum nō uē latis solidū ex his, quæ alias diximus, fortius urget, q̄d docuit Bal. in c. cōsul. col. 2. uerū. sed d. Dyn. de offi. deleg. quæ est secutus Marfil. in l. q̄onis modū, n. 64. in fi. de quæst. t̄ iudicem ex æquitate suo arbitrio posse cōtumacem in die sequenti audire, & alia plura retuli infra q. 63. uerū perpende, hoc non esse speciale in casu nostro, sed regulare in omnibus. Accedit præterea hanc nō esse nostram disputationem, an admittere possit, sed an repellere ualeat. Ego in ea opinione sum, hunc iudicem posse repellere contumacem ad audiētiā: ea. n. rōne repellere pōt, quia, si ordinario iudici hoc concessum est, ut iā diximus, quātō fortius huic, qui laxiores habenas hēt: quod autē admittere nō possit, ea rōne satis probatur, quia uerē & propriē contumaciæ delictum consideratur hoc casu, non principaliter ob contemptum iudicis, sed ob damna & expensas aduersarij, quod probat d. l. sancimus, ibi, nisi omnia damna restituat ex huiusmodi uitio aduersarij eius inflicta. Nec opinor aliq̄ fore, qui hęc dubitet, quōd fit, ut nulla sit huius iudicis in hoc arbitriū: & potestas, cum ei ex regulato arbitrio nō liceat ius alterius tollere, quemadmodū iam ante probauimus. Accedit præterea nullum in illis arbitrium dari, quæ iam iure claro diffinita sunt, ut supra diximus. Si uerò contumacia ob cām contemptus iudicis

cōsiderabitur, & ob quā multa iudicis officio indicitur, iuxta l. i. §. ult. ff. si quis iud. nō obtēp. quo loci Ias. Cur. iun. & ceteri notāt, illa q̄dē remitti poterit, cū hoc totū cōmodū iudicis sit: nec. n. tūc ius partis læditur. Accedit & illud, q̄ quædam modū in manu iudicis est, ut suo arbitrio multa huic cōtumaci indicat, ut 2. libro infra dicemus, sic in eius p̄tate esse multa remittere, & cōtumacē audire. Sed q̄onis est, cū cōtumax hic admittitur ad iudiciū, an admittatur ad opponendū contra processum iam perfectū: Ias. d. l. iubemus, n. 19. C. de iud. post Inn. in c. præterea; de dila. & Ang. in l. perēptorias, col. ult. C. sen. rescind. nō poss. distinguunt: q̄ aut huic cōtumaci iā citato fuit assignatus terminus ad opponendū, aut non. Primo casu non admittitur, non ratione contumaciæ, quæ per expensarū solutionē purgata est, sed propter lapsū terminū. Secundo uero casu admittitur, cum eo ad tempus illud restituto subit ad opponendum terminus.

Primum distinctionis caput uerū est, nec aliq̄a probabilē dubitationē recipit: nā & idē hoc casu sē sit Bar. in l. 2. nu. 4. C. de eden. dum scribit, t̄ absenti cōtumaci reuerso esse faciendā copiam actorū unā cū termino ad opponendū, q̄d intelligitur refectis prius expensis, & cū Bar. cōis ē sūta, ut eo loci restatur Dec. nu. 3. imò ibi Purp. n. 56. scriptū reliquit, Bar. i hoc nullū hęc cōtradictō. Cōfirmatur ex cōi illa doctorū opin. qua affirmāt in c. si duob. ubi Dec. nu. 10. dixit crebrius receptā, de appell. & r̄ndit Aretin. cōsi. 133. Clarissimē i. si. quæ ē secutus Neuiz. cōsi. 18. n. 13. cōtumacē, q̄ expensis refectis i iudiciū auditur, audiri in eo statu & gradu, in quo cā reperitur ante assignationem termini ad opponendum; ergo opponēdi facultas salua adhuc erit.

Secūdū uerò caput distinctionis, contumacē t̄ nō admitti ad opponendū eo termino ad opponendū elapso, maiorē recipit dubitationem: nā, & cū Ang. & Ias. sentiāt alij relati in d. c. si duobus, de appella. & Aret. ac Neuiz. quos iā citauit, & clarius Purp. d. l. 2. nu. 57. in fi. attamen gradē hēt dubitationē, cū cōis huius sūta fundamentū non satis solidū uideatur. inquit isti, t̄ contumax melioris conditionis esse nō dēt ipso præsente. c. eū qui. de præb. in 6. sed præsenti post elapsū opponēdi terminū non succurritur, imò nec actorū copia ei fit. d. l. 2. ubi gl. & Bar. nu. 4. Dec. nu. 32. ergo nec huic cōtumaci succurrendum est: t̄ Dec. in eo c. si duobus, nu. 10. contendebat, cōi huic opin. contradicere, atq; ita r̄ndebat relata argumentationi, contumacem hoc casu refectis expensis melioris esse conditionis ipso præsente, quandoquidem ipsi præsenti imputandum est, q̄ actorum copiam non acceperit, ac postmodū illis contradixerit: id q̄d imputari non pōt contumaci absenti, qui refectis expensis ad opponendū cū nouo termino recipitur, ex d. l. sancimus, & sentit Bar. (inquit ille) d. l. 2. nu. 3. C. de edē. q̄ Decij responsio & si dilui possit ex his, quæ ab eodem Dec. d. l. 2. n. 32. uer. mihi uerior.

C. de edē. sūt relata: attamen præter eū, sic ego aliq̄n considerabam: Aut iste contumax cœpit esse contumax tempore, quo terminus ad opponendū assignatus fuit, aut post ipsum terminum iam elapsū. Primo casu clarē constat q̄ si refectis expensis restituitur ad cām iuxta eius terminos, hic restitui adhuc in termino

QUESTIO XXXVII.

SVBTILI DISPVATIONE ENVCLEA tur, an datum arbitrium in cognoscendo, datum etiam censeatur in diffiniendo.

termino opponendi, cu lapsus is non fuerit cu contumax esse cepit, & ita cois snia hoc casu sine dubio pcedit. Scdo casu no restituitur ad opponedu, non rone cotumaciae aliaue simili ca, sed qa eo praesete & no opponete laps e termino ad opponedu, nec i hoc casu cois Doc. disputatio loqrur, cu no d absete cotumace, sed praesete & no opponete casus hic fitu

SVMMARIVM

- 1 Arbitrio concesso in procedendo, concessum an etiam censeatur in sententiando.
2 Bald. in l. qui procuratorem. uersi. pone quod datur. ff. de procu. declaratur.
3 Statutum Bononiae in criminalibus, sub rubr. De inquisitionibus &c. declaratur.
4 Statutum Ferrariae lib. 2. sub rubr. Quibus casibus summarie procedatur, declaratur.
5 Delegatus in cognoscendo, an talis etiam sit in iudicando.
6 Exceptionem praescriptionis no impedire sententiam, & si impediatur processum.
7 Statutum dans iudici facultatem informandi se de facto, non auferre citationem tempore sententiae.
8 Vna res diuerso iure censeari non potest.
9 Rem unam ex diuersis respectibus censeari diuerso iure.
10 Vna & eadem res diuerso iure censeatur quod ad intellectum.
11 Mandato antecedenti mandatum dicitur & consequens.
12 L. 3. s. scio. de minor. declaratur.
13 Iudex datus ad cognoscendum, an etiam ad iudicandum sit datus.
14 Iurisdictionem ordinariam fauorabilem esse.
15 Iudice pnuiciare debere ea de re, de qua cognouit.
16 Cognitione causa taxatiue mandata, non uenire facultatem sententiandi.
17 L. ubi. C. ad l. Corn. de falsis, nouo sensu explicatur.
18 Auth. ad haec. s. illud. C. de iud. declaratur.
19 Delegationem de casu ad casum trahi.
20 Antecedens & consequens duo connexa esse.
21 Inclusionem unius exclusionem alterius esse.
22 L. cu praetor. ff. de iud. in connexis no habere locum.
23 Cognitionem & diffinitionem duo diuersa esse.
24 L. 1. C. si contra ius uel util. publ. exponitur.
25 L. qui procuratorem. ff. de pro c. nouo sensu illustratur.
26 L. 2. C. de offi. praefecti. August. explicata.
27 L. ult. s. adeo. C. ubi Sena. uel Clari. s. exposita.
28 Cap. significasti. de offi. deleg. sensus aperitur.
29 Extremu a quo cu extremo ad quod, quo coniungatur.
30 Mandata absolute causa inter partes uertente, dici mandata esse cognitionem & diffinitionem.
31 Commissionem simplicem, tota causam comprehedere.
32 L. si defensor. s. 1. ff. de interrog. actio. declaratur.
33 L. 1. C. qui pro sua iuris. d. exponitur.
34 Cap. prudentiam. in prin. de offi. deleg. explicata.
35 Possessionis & proprietatis causam esse unum continens & connexum.
36 Mandata causa, ut in ea iustitia faciat, cognitionem & diffinitionem esse mandata.
37 Delegationem Principis, cognitionem & diffinitionem comprehendere.
38 Delegationem Principis fauorabilem esse.
39 Delegatum ad uniuersitatem causarum, cognitionem & diffinitionem habere.
40 Delegatum ad uniuersitatem causarum recusari no posse.

QV AERO trigesimo septimo, t an arbitrii concessum huic iudici nostro in procedendo, concessum intelligatur et in sententiando, causam q; diffiniendo? Bald. in l. qui procuratorem. col. 2. uersi. pone quod datur. ff. de procura. scribit in hac uerba: Pone quid datur arbitrium potestati procedendi de iure & de facto, non tamen uideretur lata sententia decidendi de iure & de facto, sed decidendo deterruare ius coe. hęc ille, qui & paulo ante affirmauit, t statutu Bononiense, quo iudici potestas tribuitur inquirendi & procedendi suo arbitrio in causa homicidij, posse quide suo arbitrio procedere, non tn suo arbitrio, sed ex legis dispositione sniam ferre, qua sane doctrina in specie probauit Amodeus de Castella. tract. syndicatus. nu. 741. nec aliter in hac specie sentit Petrus Beninten. concl. 31. nu. 6. 7. qui Butr. Imola ac Bald. retulit, nec aliter sentit Soc. sen. conf. 195. col. 2. uerf. confirmatur. lib. 2. Dec. c. ex parte. il. 2. nu. 3. de offi. deleg. Simile t statutu extat Ferrariae, lib. 2. sub rubr. Quibus casibus summarie procedatur, quo est cautu quibusda in causis esse summarie pcedendu, nec uerbum sit de sententiado & cu Baldem sentit Andreas ab Exea in c. j. nu. 439. de const. ea rone recenset Bal. quia hic iudex du suo arbitrio inquirere pot, agit ta qua delegat, cu sua iurisdictioni ordinariae additu aliquid est iuxta lius civile, de iustitia & iure. ideoq; ut delegatus suo arbitrio procedit, sed u ordinarius fm iuris dispositionem sniam feret; cu talis no sit in sententiando, qualis fuit in pcedendo. Cu Baldem sentit Iaf. in d. lius civile. nu. 8. in fi. qui rone & auctoritate confirmat. rone, quia limitata calimitatu pducit effectul. in agris. d. acquir. rer. dom. in inquirendo ergo solu datu est arbitriu, non aut in sententiando. auctoritate simili ex Bar. conf. 172. Dubia occurrentia. 5. dub. lib. j. qui interrogatus respondit, quod & si exceptio praescriptionis ex statuti dispositione non possit impedire processum, posse tn impedire sententiam, cum unum alterum non continent ac ad se trahat, & Bar. probauit Rom. conf. 248. Hac sententia, uerf. Secudu, qui respondit, t statutu, quo facultas datur iudici se informandi de facto, & prout uoluerit de commissio delicto, no auferre citationem tempore sententiae, cum potestas facta in procedendo, facta non censeatur in sententiado. Verum ipse Bal. in addi. Spec. in tit. De legato, col. ult. uerf. Legatus est ordinarius, contrarium sentit, & eum uisus est sequi Castren. in l. & quia, de iuris. d. omni. iud. ut refert Iaf. d. lius civile. nume. 8. propo fin. ea ratione adducuntur, quia t una & eadem res diuerso iure censeari non debet. I. eum qui edes. de usufructu. hic ergo iudex non poterit esse in procedendo delegatus, & in sententiando ordinarius. sed facilis est rntio, cum consideratis uarijs causis & respectibus diuersi iuris tres. una esse possit. I. miles. s. pro parte. de legat. 2. Ripa lulti. numero duodecimo. C. de reuoc. don. cum alijs multis a me relatis in tracta. de recuperanda possessione. remedio primo, num. 36. quo loci num. 37. post

post Bald. l. j. col. j. uerf. Tertio oppono. C. de ser. fug. 10 scripsi, t unam & eandem rem quod ad corporalem considerationem no posse diuerso iure censeari: quouero ad intellectualem (ut hoc nostro casu) posse. Accedit praeterea, cause cognitionem a sententia differre, ut infra subijciam. mod ergo qui seruatur in una, diuersus esse potest in altera. Adferri solet, & illa argumentatio, cui mandata t sunt praecedentia, mandata etiam censeantur sequentia. l. 3. s. scio, de minor. l. indebitam, de condi. indebi. mandata ergo cognitio ne censeatur mandata sententia. uerum respondent Iac. Butri. & Bald. d. l. qui procuratorem. d. regulam. 12 t l. scio, intelligi, quando consequens est necessarium ad suum antecedens, quod non contingit in casu nostro, in quo processus, & cognitio cause committi potest, & non sententia. auth. ad haec. C. de iudi. adducitur alij ex arg. d. l. qui procuratorem, ut talis sit index in sententiando, qualis fuit in cognoscendo, ut de procuratore in eo tex. dicitur. Verum no licet argumentari e casu illo ad nostrum, ut statim subijciam. mea sententia. grauis hic nostrorum conflictus ab ea disputatione pendet, An t iudex datus ad procedendum & cognoscendum, datus etiam censeatur ad sententiandum, quam disputationem perplexam & difficilem absoluunt Doctores in d. l. qui procurator, de procu. & in l. a Diuo Pio, in princ. ubi Barto. num. 11. 12. Ale. numero 18. Iaf. numero 13. de re iud. ego secutus in nonnullis Gulielmi Cunei distinctionem a Baldo d. l. qui procuratorem, relatam, ita statuo atque distingo. Aut cognitio cause a lege mandata est, aut ab homine. Primo capite opinor, mandatum cognitionis continere etiam diffinitionem & sententiam. hac opi. probarunt post illu Gulielmum, Iac. Butr. Martinus Sylima a Bald. relati, & Alexan. d. l. a Diuo Pio. nume. 18. uerf. Sed Antonius, qui idem sensisse Ioan. And. & Butr. retulit, ea ratione prima adducuntur, quia hic iudex ordinarius censeatur, sed ordinaria t iurisdictione, ut fauorabilis, late patet, & ideo multa complectitur, ergo diffinitione; & cognitione. 15 Altera est ratio, de qua re t cognouit iudex, de eade pronuntiare debet. l. de qua re. de iud. sed ubi hic iudex non pronuntiarer, nullus pronuntiarer, quod absurdum esset, & contra legis dispositionem, ab hoc primo capite non est, qui dissentiat. ego quod ad nostros terminos censeo esse animaduertendum, cognitionem procedendi suo arbitrio, mandata a statuto, & si ordinaria dici possit, ut pote a lege mandata, attamen non largum, sed strictam interpretationem tamquam iuris communis correctoria recipere, quare prima illa ratio no defenditur, ut nec illa secunda; quia, & si is iudex qui cognouit, pronuntiare hoc casu debeat, non tamen sequitur, sub ea forma & modo, sub quibus cognouit. persona enim eadem esse debet, cum altera esse non possit. at modus & forma diuersa esse possunt, quia uno modo & forma cognosci de causa potest, & altero in ea sententia ferri. Gulielmi ergo, Butrigarij & sequacium opinio uera est ratione persone iudicis, ut is sententiam hoc casu ferat, qui cognouit, non ratione forme ac modi: atque ita Baldum supra in principio relatum intelligo. Hac sententia dubio procul locum sibi non uendicaret in eo t iudice ordinario, cui taxatiue causa cogniti o mandata fuisset. ita Bal. d. l. qui procurato-

rem, ex l. 3. s. cognoscit. ff. de offic. praefect. uigil. ubi idem Bal. nam tunc uere nulla erit huius iudicis potestas in diffiniendo. Secundo capite quando causa cognitio ab homine mandatur, sentiunt quam plurimi, non esse huic iudici delegato datam diffiniendi potestatem, ita uere sentit glo. in d. l. qui procuratorem, ubi Gulielm. Cuneus. Iacob. Butrig. Martinus, Sylimanus, Bart. Bald. Castren. & Comen. in d. l. a Diuo Pio. Salic. & Fulgo. in l. j. C. si contra ius uel util. publ. Abbas c. cum sup. nu. 8. de cau. poss. & propi. Alexan. d. l. a Diuo Pio. nu. 18. in fin. & ibidem Zasius numero 6. uerum multa sunt huius opinionis fundamenta, quae adeo infirma sunt, ut non mereantur in hanc sententiam citari. quemadmodum illud ex text. t l. ubi. C. de falsis, quem ibi gl. in uerbo, relationis, male interpretatur, id est delegationis. cum non delegati modo, sed & ordinarij multoties referant, & consulant supremum Principem, iuxta quorum responsum sententiam deinde ferunt. l. j. C. de relat. quare illius l. ubi, sensus est, ut in falsi crimine notionem tantum habeant, donec usque perfectus sit processus, nec ullam proferant interlocutoriam ante diffinitiuam, relatorum more, qui nihil prius in causa statuunt, quam negotio integre instructo a Principe, cui causam retulerunt, responsum accipiant. hic ergo iudex criminis falsi, nihil statuit ante diffinitiuam, & ita referenti in eo solu equi paratur, ut sentit ibi text. ad imitationem relationis; at in diffinitiuam ei non equiparatur, cum ea sine superioris responso profertur. Rursus, si iuxta glossae interpretationem intelligeremus, non adhuc hanc sententiam probaret, cum sola cognitio taxatiue ibi concessa fuerit, ut similis est tex. in l. j. C. de offic. Praefec. August. & infra in una declaratione subijciam. Non pariter hanc tuetur opinionem t auth. ad haec. s. illud. C. de iudi. in illis uerbis: Delegatus autem omnino per se litem una cum consiliarijs examinet. et. quoniam ego interpretor, examinet, id est cognoscat & diffiniat, ut praecedentibus aduersetur. Accedit praeterea, ibi non esse mandata cognitionem cause, sed causam simpliciter, ita ut utrunque complectatur. ut mox dicemus. magis urgere uideretur illa argumentatio, qua passim relati interpretes utuntur; t Delegationis rescriptum stricta interpretationem recipit, quare de casu ad casum non trahitur. cap. j. in uerb. processus, de rescript. in 6. at cognitio causa ab eius diffinitione differt. c. causam quae, de rescript. c. quauis, & c. accusatus, 3. q. 6. delegatio ergo cognitionis diffinitionem non comprehendit. Verum posset responderi esse diuersa, cum inter se distinctim considerantur; at, cum considerantur ratione finis ac sui effectus, duo sunt connexa, ut sunt t consequens & antecedens. Barto. quoque d. l. a Diuo Pio. numero 12. 21 argumentatur ab inclusione t unius ad alterius exclusionem. l. cu Praetor. de iudi. cu ergo in delegatione inclusa sit cognitio, exclusa censebitur diffinitio, qui tamen hanc euadere uellet argumentatione, sic eam diluere posset, regulam t l. cu Praetor, non uendicare sibi locum in connexis, ut scribit Butr. in cap. translato, de constit. & Ant. Corsetus sing. in uerbo, Argumentum, incipit Tu habes. sed (ut iam dixi) ratione finis duo haec sunt connexa, cum sit consequens antecedenti cohaerens, ergo unius inclusio erit & in clusio,

clusio, non autem exclusio. alterius. Defendendo tamen crebriorem hanc & uerorem sententiam, dico, 23 ¶ cognitione & diffinitionem esse duo diuersa, quæ scilicet ad unum finem tendunt, ad imponendum finem controuersie; nec unum sine altero stare potest. sed non sequitur, unum à uiro uno exerceri ac tractari possunt. Hæc uera sententia probata non est; quod deferamus contrariæ aliorum opinioni, mandata scilicet cognitione, censi etiam mandatam diffinitionem. quam opinionem uisus est probare Specul. Ioan. de Imo. & Besutius, quos refert & sequitur Ias. in d.l. à Diuo Pio, numero 15. propè medium & numero 16. qui eiusdem opinionis fuisse Baldum scribit in l. 3. §. cognoscit. de offic. Præf. uigil. & in extrauag. De pace Costan. in uerbo, cognitionem. ac Angelum in l. de quare, de iudic. hanc eandem probauit Felyn. in cap. super questionum, in princ. numero 3. in fin. de offi. delega. horum lenissimis fundamentis satisfaciunt nonnulli ex eis, ut Ias. d.l. à Diuo Pio. ut illi primo de qua re cognouit iudex, de eadem iudicare debet, l. de qua re, de iudic. quoniam, ut ille ait, & ante eum ibi Alexand. intelligitur data potestas diffiniendi, q̄ 24 data hic non censetur. Adferri solet secundo ¶ text. l. j. C. si contra ius uel util. publi. quo solo. adductus Iason post cæteros hanc opinionem tuetur. huic textui uisus est respondere Barto. dum intelligit, ibi simpliciter causam fuisse commissam, quem sensum graui supercilio reprehendit Iason, inquitque, Bartoli ingenium multum in hoc defecisse; cum is Bartoli sensus ex diametro repugnet uerbis ipsius text. ibi, à nostro rescripto cognitio delata est. arbitrator ego in eo textu nullum solidum fundamentum constitutum esse, duplici ratione. prima est, quia non ibi dubitatur, an mandata cognitione, data esset iudicandi facultas; sed dubium erat, an rescriptum mendax ob aliqua, q̄ expressa non fuerunt, cognitionem impediret. quam ergo potestatem tribuerit cognitio mandata, ibi nõ disputatur. Altera est ratio, quia ibi agitur de delegato Principis, cum Diocletianus & Maximianus Imperatores illi fuerint, qui Coll. Gregorum in hæc uerba rescripserunt: Non iccirco minus is cui ex nostro rescripto cognitio delata est. Loquitur ergo text. de Imperatorum rescriptis, non inferiorum, inter quæ magna extat differentia, ut statim dicemus. Citatur tertio text. in cap. prudentiam, in princ. de offic. delega. uerum ut animaduertit Iason, loquitur cum causa simpliciter commissã est, ut infra dicam. Quarto adfertur lex, ¶ qui procurator 25 rem. ff. de procura. argumentando de mandato procuratorio ad iurisdictionale, quod iure conceditur. l. & quia, de iurisdictione, om. iud. & constitutus procurator dum de causa cognoscitur, constitutus dicitur, donec feratur sententia. d.l. qui procuratorem, ergo idem in casu nostro. fuit hæc argumentatio Baldi d. l. qui procuratorem, quam tacito auctore retulit Iason d.l. à Diuo Pio. in princ. nume. 16. qui responderet, mandatum procuratorium mandato iurisdictionali æquiparari solum in eo, ut morte uterque extingatur: sed in cæteris multum differre, ut ipsemet Iason scribit in l. more, numero 20. de iurisdictione, om. iud. Mouentur quinto alij, ut Petrus Besutius à Iasone relatus. d.l. à Diuo Pio. numero 16. uersicu,

Secundo mouetur. Causæ diffinitio se se habet per modum necessariæ consequentiæ ad eiusdem causæ cognitionem. d.l. de qua re, ergo mandata cognitione censetur mandata diffinitio. uno uerbo respondere potest, ut supra diximus ad declarationem d.l. de qua re. Sexto Iaso. d.l. à Diuo Pio. nume. 17. citat textum l. 3. §. cognoscit, secundum Baldum ibi, qui nihil dicit. ff. de offic. Præf. uigil. uerum inquit Iason, loqui in ordinario, hoc est in iudice à lege dato. Rursus solet hic text. citari, ordinarium causam diffinire non posse, cum taxatiue cognitio mandata est, ut iam diximus. sic etiam septimo loco intelligitur 26 ¶ l. 2. C. de offic. Præf. August. ut loquatur in cognitione mandata à lege, & supra attigimus. Octauo citatur text. in cap. super questionum, de offic. deleg. cui responderi potest, loqui in delegato Principis, ut Pontificis max. qui totam causam delegare censetur, nisi expressè sententiam sibi referuet. Sic nono loco intelligo l. ulti. §. adeo, C. ubi Sena. uel Clariss. quam in hanc sententiam citauit Iason in d.l. à Diuo Pio. nume. 18. Decimo Felyn. in dicto cap. super questionum. numero 3. citabat cap. si iudex, de sentent. excommu. in 6. quod uerè nihil ad rem confert. Vno decimo citat Fely. cap. ¶ significasti, de offi. dele. qui uerè loquitur de delegato Pontificis maximi, qui suam sententiam executioni mandare potest. text. uero c. Pastoralis, de rescript. qui duodecimo loco à Felyn. citatur, ad rem nihil confert, si rectè perpendatur. Ultimo loco urgere admodum uidetur illa argumentatio, qua usus fuit Baldus in d.l. qui procuratorem, cuius nemo meminit, nec satisfecit, ¶ extremum principale à quo trahit ad se extremum ad quod, & per consequens medium. l. 3. §. si quis cum minore. & §. scio. de mino. & l. 1. §. 1. ff. si quis iud. non obtempe. ego satisfacio d.l. 3. §. si quis. & scio procedere, cum principium est cum sine connexum ob actus perfectionem, tunc etenim principium, non finis inspicitur, ita olim declarauit in tracta. De recuper. posses. Remedio nono, numero 126. 127. sic & d.l. j. §. j. intelligitur. at hic ratione personæ, cui cognitio mandata est, connexitas non datur, ut sententiam comprehendat. quare concludamus, ueram esse crebriorem sententiam, Delegata cognitione causæ, non censi delegatam sententiam; & ob id collatum arbitrium delegato iudici in cognitione, non extendi ad causæ diffinitionem. Declaratur primo relata conclusio, ut locum sibi 30 non uendicet, cum ¶ absolutè his uerbis causa delegatur: Committimus tibi causam uertentem inter Caium & Sempronium: tunc utrumque mandatum dicitur; ita Barto. in d.l. à Diuo Pio, in princ. numero 11. & ibi Alexan. numero 18. propè finem. & ita intelligo Decium in cap. significasti, secundo no. de offic. deleg. ea ratione prima adducitur Barto. quia 31 ¶ commissio simplex totam causam comprehendit, ut uidemus in eo, qui interrogatus, an hæres sit, & respondeat esse, intelligitur in solidum, non pro parte. ¶ l. f. defensor. §. primo. ff. de interrog. act. Sed euitari potest hæc argumentatio, quandoquidem illud factum sit ob actum indiuiduum: nec enim hæres suum antecessorem pro parte representare potest, ubi de altero cohærede non constat, ut in eo casu. at hic & si delegatus cognoscat tantum de altero iudice,

iudice, hoc est, de superiore, qui iudicare potest, constat. citat etiam Bar. l. 1. C. si contra ius uel util. publi. quæ non probat, cum de Principis delegato loquitur, ut iam admonui. sic intelligo ¶ l. 1. C. si quis pro sua iurisd. ut ostendunt uerba illa: iudices à nobis specialiter &c. Adfertur etiam text. in cap. prudentiam, in princ. de offic. deleg. uix tamen est, ut probet, cum de eo nõ esset apud Pontificem controuersia. melius fortè probat text. c. 1. ubi Abbi. de sequest. poss. & fruct. ibi, cum absolutè, & indistinctè commissa fuerit: ut 35 enim ¶ causa possessionis & proprietatis est unum continens. l. nulli. C. de iud. ca. 1. de caus. possess. & propr. & declarat Iac. Citiacius li. 2. obserua. iuris, c. 3. §. & si Alciatus libr. 1. Parerg. iuris, c. 9. aliter d.l. nulli, interpretatus sit, ita unum continens. causa est comprehendens cognitione & diffinitionem sine inspecto, & si causa dicatur ab initio quæstio, quæ in iudicium proponitur. c. forus, de uerb. signific. Si ergo causa iudicis arbitrio commissa erit, non in cognoscendo, uerum etiã in diffiniendo arbitrium obtinebit. Declaratur secundo, non procedere, si his uerbis 36 ¶ causa fuisse commissã: Iustitiam faciat. c. quoniam, de immun. eccl. in 6. ubi Gemin. Anch. & Imola in cle. men. Auditor. de rescrip. Ias. d.l. à Diuo Pio, in princ. nu. 15. propè med. de re iud. idem Ias. in l. iustitia. nu. 11. uersicu. Secundo pro. ff. de iusti. & iure. & in l. causas. nume. 4 in fine. C. de transact. Dec. in c. j. notab. & c. significasti. 2. not. de offic. deleg. quibus addo Alexan. c. 84. in fi. li. 1. uno. nota affirmant, cognitionem & diffinitionem causæ commissam, censi. 37 Declaratur tertio non habere locum in ¶ delegato Principis: nã ei mandata cognitione causæ, censetur mandata & diffinitio: ita antiqui illi relati à Baldo d.l. qui procuratorem. Idem placuit Io. And. & But. ut retulit Alex. in d.l. à Diuo Pio. in princ. nu. 18. uersicu. sed Antonius, quæ satis probatur ex l. j. C. si contra ius uel util. publi. & l. j. C. qui pro sua iurisd. & in c. significasti, & c. super questionum, de offic. delega. eam rationem considerauit Alex. d.l. à Diuo, quia difficilius est habere copiam Principis, q̄ inferioris, c. si contra unum, §. pen. in gl. Episcopi, de offic. deleg. in 6. confert Lapud Iulianum, §. ult. de leg. j. Ac 38 cedit altera ratio, quia ¶ delegatio à Principe facta favorabilis est, & ob id latã interpretatione recipit. Declaratur quarto relata conclusio, ut locum nõ habeat in delegato ad uniuersitatem causarum: illi enim si mandata fuerit cognitio causæ, cõlebitur mandata diffinitio: ita post Iac. Burr. censuit Ang. in d.l. qui procuratorem, de procu. & Fel. in d. c. super questionum, in princ. nu. 3. de offic. deleg. Est ratio (inquit Angelus) quia hic ordinarij instat est. hinc uidemus, 40 ¶ delegatum ad uniuersitatem causarum, non posse recusari, quemadmodum nec recusari potest ordinarij, Ias. in l. apertissimi, nu. 3. C. de iud. & si referat multos aliter scripsisse.

S V M M A R I V M.

- 1 Arbitrium concessum in diffiniendo & exequendo, concessum an etiam censeatur in cognoscendo.
- 2 Executor sententiæ cognoscere an possit de sententiæ ualiditate.
- 3 Executorem de causa cognoscere, quando nulla alia

- 4 Executorem datum ad beneficium conferendum, si vacat, an de uacatione cognoscat.
- 5 Executione mandata, censi etiam mandatam cognitionem, cum nulla plena cognitio præcessit.
- 6 Executione mandata in causa, de qua iam est cognitum, non uenit ipsa cognitio.
- 7 Commissionem ad falsas preces iurisdictionem non tribuere.
- 8 Executione in auxilium iurisdictionis mandata, super oppositis exceptionibus contra eam cognosci posse.
- 9 Executione mandata cognosci posse super exceptionibus, contra illã oppositis, si causæ merita attingit.
- 10 Executione mandata cognosci posse super oppositis exceptionibus executionem solam respicientibus.
- 11 Executorem cognoscere super exceptionibus sententiam directã infringentibus.
- 12 Executorem non iudicare super oppositis exceptionibus directã contra sententiam, sed iudici principali remittere.
- 13 Executorem habentem ordinariam potestatem exequendi de causa non cognoscere.
- 14 Ordinarium iudicem amplioem & favorabiliorem iurisdictionem ipso delegato habere.
- 15 Iudicem executore maiorem esse.
- 16 L. à Diuo Pio: §. i. & §. si sup reb. & re iud. declarati.
- 17 Executorem non cognoscere super exceptione nullitatis opposita ex falsis allegationibus.
- 18 L. si Prator, §. Marcellus, & §. Paulus, ff. de re iud. explicati nouis interpretationibus.
- 19 Executorem tunc super oppositis exceptionibus cognoscere, cum maiore potestatem habet ipso iudice.
- 20 Executione nudi facti mandata, super causa cognosci nihil posse.
- 21 Executorem nudi facti cognoscere posse super exceptione notoria.
- 22 Executorem de exceptione excommunicationis cognoscere.
- 23 Executorẽ de exceptione cognoscere in cã capitali.
- 24 Executorem cognoscere super exceptione ex noua causa proueniente.
- 25 Executorẽ cognoscere sup exceptione falsi rescripti.

QVÆSTIO. XXXVIII.

EXPOSITVM QVOMODO ARBITRIUM concessum in diffiniendo & exequendo ad cognoscendum extendatur: & inibi plena manu explicatum, quando datus executor de causa cognoscere possit.

QVÆRO trigesimo octauo, an è conuerso ad præcedentem quæstionem, ¶ arbitrium concessum in diffiniendo & exequendo, censeatur et concessum in cognoscendo? Huius quõnis disputatio & ueritas ab eo pendet, an sententiæ executor cognoscere possit super oppositis exceptionibus, quã disputatione absoluūt oēs in l. à Diuo Pio. in princ. & ibi Bar. nu. 4. Alex. nu. 9. Ias. num. 1. 2. ff. de re iudic. & omnes in c. Pastoralis. §. quia uerò, ubi Abbas & Fel. num. 16. de offic. deleg. & in c. de cetero, de re iudic. & Bart. distinctione iniequendo plures casus constituo;

3 Primus ergo casus est in executore, qui cui mandata est executio causae, super qua nulla praecesserat causa cognitio, ut si rescribat Princeps. Conquestus est Sempromius se a Caio sua possessione spoliatum fuisse, quamobrem tibi committimus, ut si res ita se habet, eum ad suam possessionem restituas. hoc enim casu etiam cognitio causae mandata dicitur, ita Bart. d.l. à Diuo Pio. nu. 4. & l. & si non cognitio. C. si contra ius. idē censuit Bar. in l. praescriptione. nu. 2. uerfi. Secundo modo. C. si contra ius uel util. publi. inquit Bar. hanc commissionem duo continere, unū expressē, ut fundum restituat; alterum tacitē, ut cognoscat. & ideo quo ad cognitionem inest clausula, si praesces ueritate nitantur. Bar. est secutus Dec. c. 2. nu. 3. uerfi. & ad hoc, de rescrip. & idē Dec. consi. 323. nu. 2. confert quod scribit Inn. in c. de cetero, de re iud.

4 Si mandat Pontifex Caio, ut Sempromio de tali sacerdotio provideat, si uacat: & si executor sit constitutus in providendo, cognoscere tam en debet, an uacet uel non. & uerē hic non potest dici proprie executor, cum ex ipsa uerborum rei cognitor, constitutus sit. licet. n. executio mandetur, attamen cū illa sine praebenda cognitione fieri non possit, etiā cognitio mandata censetur. l. ad rem mobilem. l. ad legatum. ff. de procura. & hac ratione usus est Abbas in d.c. de cetero. nu. 3. in fin. qui nu. 4. refert relatum Innocentij doct. quam in nonnullis reprehendit. & cum Bar. & Abbate idem docuit Bal. d.l. & si non cognitio, qui inquit, hanc executionis commissionem esse conditionalem. Bald. d.l. & si non cognitio. nimirum, si necessaria est cognitio.

5 Extenditur etiam quando est cognitum, & si non plenē. Zabar. consil. 145. numero 4. Decius d. consi. 323. nu. 2.

6 Secundus est casus, quando iam de causa cognitum est, & lex mandat alicui sententiae executionem ob defectum iurisdictionis, qui erat in iudice illo, ut quando lex committit executionem laudi lati ab arbitro, uel sententiae prolate a delegato, ut in l. à Diuo Pio. de re iud. tunc is executor habet omnem cognitionem, quae circa ipsam executionem uersatur, ita censuit eo loci Bar. nu. 5. & Abb. d.c. de cetero, numero. 4. uerfi. Secundo membro.

7 Declaratur non procedere, quando non esset cognitum, sed commissio esset ad falsas preces, ut puta, secundum Sali. d.l. & si non cognitio, col. ij. uerficu. quero igitur. & ibi col. iij. uerficu. Quero rērento. ponit ampliacionem. Zasius d.l. à Diuo. §. in uenditione. nu. 5. est ratio, quia hic non datur alter cognitor praeter eum, est enim primus ille iudex suo functus munere: necesse habet ergo iste cognoscere, si quid contra sententiam obijciatur. & duobus his casibus non potest iste merus executor appellari.

8 Tertius est casus, quando post latam sententiam executio committitur alteri iudici in auxilium iurisdictionis, & obijciatur aliqua exceptio, quae uersatur circa res, in quibus exequenda est sententia: tunc hic executor cognoscit super illis exceptionibus, ita Bar. qui supra nu. 6. & Salic. d.l. & si non cognitio, col. iij. pen. uerfi. aut quaeritur sic intelligens. d.l. à Diuo Pio. §. in uenditione, ibi sic denique iudices interloqui solent, si mouētia non sint, & clarius in §. si super rebus. quem tex. dum citauit Ancha. consil. 224.

Iste dominus. col. i. uerficu. cum ergo, aliter respondit, & minus recte.

9 Quartus est casus, quando committitur executio alteri iudici in auxilium, & obijciuntur exceptiones contra ipsam executionem, quae sanē exceptiones merito causae respiciunt, ut in illis, quarum meminit l. i. C. de iuris & fac. igno. sup. his executor iste cognoscere non poterit. ita Bart. d.l. à Diuo Pio. in princ. num. 7. ex l. penul. ff. de confess. cum Bartol. idem sentit Anchar. in clem. j. de re iud. Abb. & But. in c. de cetero, de re iud. Zasius d.l. à Diuo Pio. §. in uenditione. num. 5. uerfi. in autem sententia.

Contrariam sententiam probasse uidetur gl. in c. pastoralis. §. quia uero, de offi. delega; quam esse cōiter receptam testatur Alex. d.l. à Diuo Pio. in princ. nu. 9. uerfi. adde quod gl. & eo loci contra Bart. sensisse Angel. & Imo. scribit. Inquiunt isti, hunc executorē posse de his exceptionibus cognoscere: & si de illis liquet, easq; ob stare cognoscat, non debet pronunciare, sed remittere suo iudici. si uero eas non ob stare cognouerit, illis non obstantibus, poterit sententia exequi. affirmant ergo esse locum cognitioni, idq; ex l. si Prator. §. Marcellus. de iudi. ut n. potest cognoscere super exceptione falsitatis uel nullitatis, d. §. Marcellus. & infra in sexto casu cum Bartholo dicemus; ita etiam hic, cum nulla afferri possit ratio differentiae. Declarat Alex. non procedere, quando illa exceptio esset ex illis, quae post sententiam obijci non possunt: ita intelligit d.l. penul. idem ibi las. nu. 12. in fine. & Fely. cap. de cetero. nu. 3.

10 Quintus est casus, quando committitur executio alteri iudici in auxilium, & obijciuntur exceptiones, quae non infringunt sententiam, sed solum ipsam executionem respiciunt, ut exceptio illa, ne quis exigatur ultra quam facere potest, tunc super his cognoscit, ac iudicat executor, ita Bartol. d.l. à Diuo Pio. num. 8. ex d.l. pen. de confess. & sentit Fely. d.c. pastoralis. §. quia uero, nu. 26.

11 Sextus est casus, quando committitur executio alteri iudici in auxilium, & obijciuntur exceptiones, quae directo sunt contra sententiam, & eam infringunt, tunc super his executor ille poterit cognoscere, ut puta super exceptione falsitatis, uel nullitatis, ita censuit Bart. d.l. à Diuo Pio. in princ. num. 9. cum eo idem senserunt caeteri omnes, ut est uidere ibi apud Alex. num. 10. las. num. 16. & apud Fely. d.c. Pastoralis. §. quia uero. nu. 16. & d. cap. de cetero. nu. 3. de re iudic. Socin. sen. consi. 83. num. 20. lib. 4. in hanc sententiam citant omnes l. si prator, in prin. & in §. Marcellus. ff. de iudi.

12 In hoc tamen casu maius est dubium, an super his exceptionibus iudicare hic executor possit. Bartol. d. nu. 9. censuit non posse, sed muneris sui tantum esse cognoscere, & ubi illas impugnare sententiam, & posse impedire executionē repererit, debet remittere suo iudici iudicandas, ex d. §. Marcellus. ac ea etiā ratione, quia aliās executor, ut iudex inferior, uel saltem ut par iudicis, qui sententia tulit, eius factum improbare posset, contra l. nam & magistratus, de arbit. adfert etiam Bar. textum in cap. de cetero, de re iudic. cum Bartolo caeteri sentiunt, ut retulit Alex. d.l. à Diuo. nu. 10. & Zasius d.l. à Diuo. §. in uenditione. nu. 5. uerfi. Porro sunt.

Extendit

Extendit Bart. ut procedat hic casus, etiam si is executor ordinarius haberet exequendi potestatem, uel à iure communi, uel à statuto; ut exemplum adfert Bartol. in d.l. à Diuo Pio. nu. 6. uerficu. uel pone quod d. cum Bartolo sentit etiam Alex. ibi nu. 10. qui acutē Bartolum ab aliorum impugnationibus defendit, & attingit uno uerbo Feli. d. §. quia uero. nu. 17. uerfi. fallit primo. & in d.c. de cetero. nu. 3. uer. fallit secundo, de re iudic.

Contra Bartolum sentit Imola in d.l. à Diuo Pio. ut ibi refert Alex. inquit ille, quod ex quo hic executor ordinarius iurisdictionem habet, potest etiā iudicare super his exceptionibus, inquitq; huius opinionis fuisse glo. in c. Pastoralis. §. quia uero. de offi. deleg. & idē cum Imola sentit Abbas in d. §. quia uero. nu. 7. adductus est in hanc sententiam Imola illa ratione, quia hic ordinarius fauorabiliorem & amplio rem iurisdictionem habet, quam habeat delegatus, glo. in cap. j. de rescrip. in 6. glo. in cap. si contra unum. §. penul. de offi. deleg. in 6. licet ergo delegatus executor tanquam inferior non possit iudicare, poterit tamen iste ex sua ampla potestate, & fauorabili. ex qua argumentatione dilui uidetur illa ratio Bartoli dicentis, par in parem non habere imperiū; uel inferiorem de superioris facto non posse iudicare. nā hic nō inferior, nec par uidetur, sed superior, posteaquam à lege potestatem habet. hac Imolae argumentatio non est uera, quia non sequitur: delegatus non potest de his iudicare, ergo potest ordinarius, cum fauorabiliorem & potentiorē iurisdictionem habeat. nam fateor habere potentiorē ad exequendū, cum in tua persona fundata iurisdictione sit, cum tamen delegatus à delegatis persona recognoscat. l. i. §. qui mandata. de offi. eius. non tamen sequitur, eum habere potestatem iudicandi, quia uerē nullam habet. Rursus (ut dicebat Alex.) cum iudex, qui sententiam tulit, executorem illum, & si à lege constitutum, requirat, & ei mandet, ut exequatur, sequitur esse illo maiorem, cum ei parere teneatur. ita probat d.l. à Diuo Pio. §. j. ubi Bar. hic ergo iudex qui sententiam tulit, legis dispositione maior est illo, executorē. ita Cyn. in l. properandum. §. si nautē reus, q. 8. C. de iud. aliās ei parere is executor nō teneretur, d.l. nam & magistratus. ex quo uidemus fallam esse illam Butrij cōciliationem, quam etiam rejicit Alex. d.l. à Diuo. nu. 11. Rursus non sequitur, habet à lege potestatem exequendi, ergo parem habet cū primo iudice auctoritatem & facultatem. nā uidemus multos esse ordinarios pro uarijs diuersisq; negotijs, & tamē parem nō esse omnium potestatem: unusquisque. n. in sibi tributa iurisdictione potestatem exercet. sic hoc casu non potest dici executor par iudici, & si à lege exequendi potestatem consecutus sit.

Secundo ergo loco Imola adducebatur ex tex. d.l. à Diuo. §. 2. cum subsequenti. nam d. §. 1. loquitur etiam in iudice ordinario, qui alterius litteras executioni mandat: & tamē in §. subsequenti datur illi omnis cognitio, quae in executione requiritur. Verum is §. 1. non repugnat sententiae Bartoli, qui uerē ex illo textu affirmauit, hunc executorem posse cognoscere & iudicare de his exceptionibus, quae uersantur circa res in quibus exequenda sententia est, ut diximus supra in tertio casu: non autem de

his, quae uersantur circa merita causae iam diffinitae, & clarius hoc ostendunt uerba. §. si super rebus. d.l. à Diuo. uera ergo est Bar. sententia.

Extenditur secundo, ut eo etiā in casu procedat, quando executio sententiae obijceretur exceptio nullitatis, ex eo quod lata esset sententia ex falsis allegationibus, contra absentē ex causa uoluntaria, uel ex causa minus probabili, ut puta relegatiōis, ita sē sit Imola in l. qui Romae. §. duo fratres, de uerb. obli. & Roma. in l. si is ad quē, de acquir. hered. à quibus non dissensit Alex. in d.l. à Diuo Pio. nu. 11. uerfi. sed Imola. ij. rejiciunt Angeli opinionem in d. §. duo fratres, qui sentiebat aliter ex d.l. si prator. §. Marcellus, de iud. constituendo differentiam inter casum d. §. Marcellus, à casu d. uer. Paulus. Nam dicebat Ang. d. §. Marcellus. loqui de sententia lata contra absentē ex causa minus probabili, uel uoluntaria, ut opposita exceptio contra illius executionē de illa cognoscat quidem executor, sed iudex primus iudicat super aliis exceptionibus. tex. uero uerfi. Paulus notat, intelligit loqui, cum sententia ex falsis allegationibus lata, est lata cōtra absentē ex causa probabili & necessaria, ut eo casu executor cognoscere super illis & sententia ferre possit. Verum hic intellectus non est uerus. Primò, quia ut dicebat Alex. & Imo. i. d. uer. Paulus, non dicitur executorē iudicare de illis exceptionibus, sed ipsummet iudicē, qui sententia tulit, id est, Pratorē. nam duo ibi sunt magistratus, Pratoris. & iudicis. Prator est, qui sententia fert, iudex qui eā exequitur, ut clarē dicit in princ. d.l. si Prator. text. ergo d. uer. Paulus, dū ait, Pratorē denegare iudicati actionē, nō esse intelligendū, Pratorē, id est, iudicē, q̄ aliās exequitur, sed de ipso Pratore, qui sententia fert. Sed est q̄ animaduertatur, quia huic declarationi aduersari uidetur uerba d. uer. Paulus, in si. dū ait: Pratorē exequi non debere, q̄ ostendisse uidentur ipsum Pratorē esse idem cū illo iudice, quē executorem sētētia Pratoris diximus. Aduerte in quā, quia illa uerba exponi debent, Pratorē exequi nō debere, id est, Pratorē non debere mandare iudici suo executori, ut exequatur. & erit sensus hic totius respōsi Iuliani. nā in prin. d.l. si Prator, & in §. Marcellus, loquitur Iulianus de potestate, quā habet executor sententiae, ut si cognoscat, oppositas exceptiones posse impedire executionem, eas admittat; & Pratori, qui sētētia tulit, iudicandas transmittat: nec enim ipse de his iudicium ferre debet. in d. uerfi. Paulus, loquitur de potestate, seu quid agere debeat Prator, qui sententia tulit, cum cognouit oppositas exceptiones esse probabiles, ut scilicet, uel statim neget actionem iudicati, uel si iam cōcessit, iubeat illi executori ne exequatur. atque ita contra Angelū nulla erit differentia in qualitate exceptionū, inspecta executoris persona, ad quem non iudicare, sed exequi spectat.

17 Declaratur non procedere, quando executor haberet maiorem potestatem, & iurisdictionē illius iudicis, qui sententiam tulit, ita Alex. d. l. à Diuo. nu. 15. & Fely. d. §. quia uero. nu. 17. uerfi. Secundo limita. & d.c. de cetero. nu. 3. uerfi. fallit tertio.

18 Sextus est casus, quando post latā sententia, post habitam causae cognitionem super exceptione committit iudex nudam facti executionē, ut in cōmissio ne, quae fit nuncio: hic enim nullam habet cognitio

E 3 nem

nem aliquarum exceptionum, cum meris executor sit. l. executorum. l. si ut proponis. C. de execu. rei iud. Est ratio, quia omnis cognitio præcesit: nuda ergo executio superest, quæ sola mandata dicitur, ita Bar. in d. l. à Diuo Pio, in prin. nu. 10. de re iud. quem sunt secuti ibi Alex. no. 12. In. nume. 13. Feli. in d. c. pasto- ralis. §. quia uerò, nume. 17. uerf. Executor merus, sic etiam Bald. in l. & si cognitio. uerf. not. ibi Sali. in fi. C. si contra ius uel uel. pub. Beroius in c. significasti. nu. 1. de offi. dele. non enim hic executor spectare de- bet, an æqua uel iniqua sit hæc sententiã, sed suũ man- datum exequi, cuius rei ratio est secundum Bero. in c. quoniam Abbas. nume. 112. de offi. deleg. quia nõ executor, sed mandans exequitur.

21 Declaratur primò non procedere, quando noto- ria esset exceptio: ita gl. in cap. & si nõ. 2. §. 2. & post Imolam scribit Feli. in d. cap. pastoralis. §. quia uerò, nume. 17. uerf. executor merus, & in d. c. de cætero, nu. 4. & ibi Abbas nu. 5. & Feli. in c. si quando, col. ult. uerf. Quartò fallit, de offi. delega. Maranta sua disputatione j. nume. 36. & in nostris terminis Ro. consi. 51. Bero. cap. significasti. numero. 14. de offic. deleg. & plura de u. notorij dicimus infra libro se- cundo, in casu 218.

22 Declaratur secundò, non procedere in exceptione excommunicationis. ita Fely. d. §. quia uero. nu. 17. uerf. Secundo fallit, & d. c. de cætero. nu. 4. uerf. secundus casus, ex gl. in c. Pia. in fi. de excep. in 6. & ibi Gemin.

23 Declaratur tertio, non procedere in causa crimi- nali. nam si hoc casu executor uidet sententiam ini- quam, super sedere potest, imo debet, cum periculũ damnumque irreparabile sit. ita Fely. d. §. quia uerò, num. 17. uerf. Tertio fallit, & clarius d. c. de cætero. nu. 5. post Abb. ibi nu. 5. ex glo. in c. non inferenda. 23. q. 3. hinc Fely. in c. si quando, col. 2. uerf. Tertio fal- lit, de offi. dele. censuit tunc licet iudici resistere, quo- niam ei parendo, damnum irreparabile sequeretur.

Declaratur quarto non procedere, quando noua 24 causa superuenit, quæ, si iudicanti cognita esset, ab executione superfederet. ita Fely. d. §. quia uerò, nu. 7. uerf. Quarto fallit, & d. cap. de cætero. nu. 6. ex l. si hominem. ff. mād. quam exornauimus multis supra. his addo Robertum Marantã sua disputatione pri- ma, nume. 33. uerf. fallit quando.

25 Declaratur quinto nõ procedere in exceptione falsi rescripti, ita Felyn. d. §. quia uerò, nu. 17. uerf. cu. Quinto fallit, & d. c. de cætero. nu. 6. Nam, cum ob f. l. sitatem nullum esse possit rescriptum, super illa nul- litate poterit executor cognoscere: iuxta cap. si eo tẽ- pore, de rescrip. in 6. & in specie nostra cõsuluit Soc. in. consi. 83. nu. 29. lib. 4.

S V M M A R I V M.

- 1 Arbitrium simpliciter concessum, censi concessum probationibus presentibus tantum.
- 2 Decuriones, quibus datũ est arbitrium super bono sta- tu ciuitatis, nõ posse antiquos ordines immutare.

QVÆSTIO XXXIX.

QVOMODO ARBITRIUM AD actiones presentes tantum pertineat.

QVÆRO trigesimo nonò, an concessio huius arbitrii intelligatur tam pro actionibus præ-

sentibus, quàm futuris? Bart. in non. diffimili casu, in l. illud. §. sed si ita. nume. 1. ff. quod cuiusque uniuersum. solum quò ad presentes intelligit. quare Guliel. de Tulalto in l. si societatem. §. arbitratorum. nume. 56. ff. pro socio, inquit, quod ad accedentia nõ pertinet cognoscere. confert, quod scripsit Antonius Boidius in repet. rubr. C. noua uectiga. nu. 32. in fin. dum dixit, quòd, quando cõcessum est tunc decurionibus arbitrium pro bono & pacifico statu ciuitatis, non possunt mutare ordinem & regimina ipsius ciuitatis, nisi specialiter hoc fuerit eis permissum. ea ratione, (quæ ad rem no- stram facit) utitur, quia arbitrium censetur datum super his, quæ sunt de presenti, ex regula l. si ita. ff. de aur. & arg. leg. cuius quidem regulæ argumento plu- ra nostri scribunt, ut alibi diximus.

S V M M A R I V M.

- 1 Arbitrium datum iudici super magna quantitate, an ad minorem datum censeatur.
- 2 Iurisdictione minori magistratui concessa, cumulatim non priuatiuè ad maiorem magistratum esse.
- 3 Statutum Ferrariæ de causis minimis, declaratur.
- 4 Statut Florentiæ de causis mercatorũ, declaratur.
- 5 Albæ Ciuitas iurisdictione & merũ & mixtum Im- perium habere ex concessione Federici, & ibi quo- modò in ea Imperator possit se intromittere.
- 6 Papiæ prætorum etiam de causis leuibus cognoscere.
- 7 Iurisdictione priuatiuè uni concessa, maior magistra- tus non potest se in ea intromittere.
- 8 Iurisdictione quando priuatiuè concessa censeatur.
- 9 Arbitrium pro minori summa datum, non censi da- tum pro maiori. quod deinde dupliciter ibidem de- claratur.
- 10 Iudicium non posse pro una parte ualere, & pro al- tera non.

QVÆSTIO XXXX.

QVOMODO DATVM ARBITRIUM

pro una summa, pro altera etiam con- cessum censeatur.

QVÆRO quadragesimò, an t arbitrium datũ iudici super magna quantitate, censeatur etiã ei datum super parua, & econtrã? hæc qõ, ut ui- dere est, duo habet capita: unum, cum est iudex ma- gnæ quantitatis, an possit esse iudex paruæ. alterum econuersò, cum est iudex paruæ, an possit esse iudex magnæ. Quo ad primũ caput, opinor rem esse satis claram. Iudicem hunc super parua summa arbitriũ habere. ea ratione prima, quia, qui potest quod plus est, potest etiam quod minus est.

Extenditur, ut procedat, etiam si in ciuitate exte- ret statutũ, quòd t iurisdictione tributa sit alicui iudi- ci iudicandi super summis minimis, ut extat t statu- tum Ferrariæ & alibi. & si enim is specialis iudex ad- sit, attamen potest Prætor cognoscere, quoniam iu- risdictio hæc non dicitur data illi minori priuatiuè, sed cumulatim, ex doctrina Barto. in l. j. C. de offic. Præfect. urbis. qui docuit, statutum, quo iurisdictione tribuit iudici speciali super damnis datis, ei datam censi cumulatim, & nõ priuatiuè; quocirca iudex ordinarius poterit etiam cognoscere. idem respon- dit

4 dit Dec. cõsi. 3. nume. 3. quòd t statutum Florentiæ, quo datur iurisdictione iudici mercatorũ in eorũ cau- sis, cumulatim & non priuatiuè dare intelligitur. & ideo etiam Prætor Florentinus in causis mercatorũ iudicare poterit. sic obseruatur Papiæ, & ubiq; & si mercatores habeat tribunal speciale, attamen Prætor nõ impeditur de causis mercatorũ cognoscere: quã Prætor maior magistratus d. similia cõgerit Aret. consi. 102. & Barb. cõsi. 59. col. 3. lib. 3. Hinc respon- dit Brunus consi. 47. num. 3. q. & si Federicus Impe- rator anno 1222. concessit Ciuitati t Albæ iurisdic- tionẽ ac merũ & mixtũ Imperiũ, nõ tñ priuatiuè, sed cumulatim intelligitur cõcessisse; & ob id ipsũ Im- peratorẽ, posse in cognoscendo, ipsam ciuitatẽ præ- uenire. Sic etiã scribit Ripa tract. Pestis, tit. de reme- dijs præseruatiuis. nu. 60. t Papiæ Prætorum cognos- cere de causis cloacatum, & si ad sint super illis spe- ciales iudices, similia sunt apud Parisium consi. 9. nu. 11. lib. 4. Gramma. cõsi. 6. in fine, & uero 28. nume. 4.

Declaratur relata Doctorum sententiã non proce- dere, quando t alteri iudici priuatiuè esset datum ar- bitriũ cognoscẽdi super causa minoris summa. quã ubi priuatiuè alicui datur iurisdictione, tunc maior de ea cognoscere, & se intromittere nõ potest, ita a sen- su contrario ex relatis colligitur, & clarè respondit Ruinus consi. 7. nu. 6. lib. 4. priuatiuè autem dicitur tributa iurisdictione, cum expressè est dictũ quod ipse solus & nullus alius cognoscat. quod satis clarum est.

8 t Vel quando aliter constat, quemadmodum tradit Rom. ling. 23. & consi. 293. & Felyn. in c. pastoralis. col. 2. uerf. limit. 3. de offi. ord. & latè Gramma. decif. 30. nu. 9. qua tamen in re animaduertendum est, nõ sufficere solam taxatiuã ad hoc ut excludatur iurisdic- tio maioris magistratus: ita post Bal. consuluit Dec. d. consi. 3. num. 4. quibus addo Angel. in l. j. C. ubi & apud quem. & Gramma. consi. 2. num. 8. post Decio & licet Ripa tract. Pestis in tit. de remedijs præ- seruatiuis cõtra pestem. nu. 62. a Bal. dissentire uidea- tur, attamen malè sentit, cum Ang. in d. l. j. cuius au- thoritate is nititur, aliter (ut diximus) scribat.

9 Quo ad secũdum caput dicendũ est regulariter, habentem t arbitrium pro minori summa, nõ habe- re pro maiori: quã iurisdictione nõ extẽditur: ita Bar. in l. ult. in fi. ff. de iurisd. om. iud. & ibidẽ In. & Deci. in fi. Marfi. nu. 43. & Zasius n. 16. Sapia in l. cum que- dam puella. §. quoties. num. 4. eod. tit. de iur. om. iud.

Extenditur ut procedat etiã quò ad eam summã, in quã suam iurisdictionem exercere potest: nec. n. quò ad eam sententiã hæc obtineret, quoniam t iu- dicio, quod indiuiduum est, non potest pro parte ualere, & pro altera non ualere. ita gl. in d. l. ult. ff. de iurisd. om. iud. quam Bar. & ceteri ibi secuti sunt, & communem affirmauit Dec. in fi. ac Zasius nu. 16. tamen si ipse Dec. & alij, nonnulli ab ea recesserint; se- tiunt tamen Bar. & alij extẽsionem hanc non habe- re locum, cum summa ipsa separationem sui natura recipit: ut puta, cum plures summe ex diuersis cau- sis sunt, & quas actor ex industria simul deduxit & cumulatim; tunc enim potest sententia in uno capi- te ualere & in altero non, iuxta l. quædam mulier. ff. famil. ercif. & l. Carmelia Pia. ff. de iure patron.

Declaratur nũc secũdum hoc caput, ut locũ sibi nõ uendicet, quando iurisdictione huius iudicis ab ip-

sis partibus fuisset prorogata, ex l. de qua re. §. ff. de iudi. uerum dubitat Zasius in d. l. ult. num. 20. de iurisd. om. iud. qui aliam declarationẽ subijcit, & ad eũ lectorẽ nostrum nunc recurrendum putauimus.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudex in arbitrarijs et causis sententiã ferre cogitur.
- 2 L. quidquid. ff. de iudi. declaratur.
- 3 Iudicare munus esse.
- 4 Iudicare esse onus.
- 5 Iudicem a iudicio ferendo nomen habere.

QVÆSTIO. XLI.

IUDICEM IN CAUSIS ARBITRARIIS. sententiam cogi ferre.

QVÆRO quadragesimo primò, an hic iudex cogi possit ferre sententiam? & dicendum uide- tur non posse cogi, ex quo necessitati non sub- jicitur. l. non quidquid. ff. de iudi. & in l. j. C. quò & quando iud. Sapia l. j. nume. 17. ff. de iurisd. om. iud. accedit prætere, hoc uideri beneficium quoddam huic iudici cõcessum cõ ad honorem sit, ca. ut debi- tus honor, de appell. l. cui muneris. ff. de mun. & hon. nimirũ ergo si inuitus cogi nõ possit uideatur. hoc iure, §. non potest, de don. l. inuito. de reg. iur. Sed ue- rius dicendum est, posse cogi ferre sententiã, uel uno, uel altero modo, cum ita collatum sit arbitrium, ut sententiam ferat. & quod dirẽt ex d. l. non quidquid, intelligitur quòd certo modo ferat, ut in d. l. j. C. quò & quando iudex. & põt iudex absentem condẽ- nare, sed non cogere: debet tamen ferre sententiã, qua intelligatur quid agere uoluerit: alioqui munus sibi iniunctum non exequeretur. t Iudicare enim, munus esse, probat lex munerum §. iudicandi. ff. de mun. & hon. quo qui a se abdicat, se ipsum exonera- re dicitur. c. pastoralis, in princ. de offi. deleg. & esse tonus, non autem beneficium, omnium melius pro- probat Longouallius in l. Imperium. num. 193. de iurisd. om. iud. Accedit quòd iudicis nomine care- ret, si nullam proferret sententiam, cum t iudican- do nomen obtineat. c. forus. §. iudex, de uerb. sign. iu- re ergo compelli ad iudicandum potest.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudicem etiam in arbitrarijs sententiam præcipitan- ter non ferre.
- 2 Sententiam præcipitanter latam, esse nullam.
- 3 Transactionem præcipitanter latam, esse nullam.
- 4 Præsumptionem malam esse in iudicem, qui præcipi- tanter procedit.
- 5 Tutoris auctoritatem ex abrupto interpositam, ni- hil prodesse.
- 6 Principes ex abrupto sententiam ferre non posse.
- 7 Iudicem ex libero arbitrio sibi dato non præcipitan- ter sententiam ferre.
- 8 Sententiam præcipitanter latã contra confessum ua- lere.
- 9 Sententiã breui tempore latam ualere, cum iudex sa- tis potuit eo tempore de casu instrui.
- 10 Sententiam breui tẽpore latã parte presente ualere.

DE SENTENTIA BREVI TEMPORE atque ex abrupto lata, differitur.

QVÆRO quadragesimo secundo, an possit hic iudex festinanter aut precipitanter sententiam ferre, ut una die de causa cognoscere & eam diffinire: Et non posse affirmavit in his terminis Amodeus de Cast. tract. syndicus, nu. 144. post Cyn. in proce. fori. §. itaq; & ex tex. l. sed & si p. Prætor. ff. ex quib. cau. maio. & in arbitrarijs sic respondit Anch. cons. 36. col. 2. quem est secutus Craue. cō. si. 153. nu. 2. non enim potest dici cognitum quod nimis est festinatum. c. 2. c. cum Bertoldus, de re iudi. quibus probatur sententiam iure non defendi ob festinantiam. sic et censuit Bar. in l. prolatam. C. de sent. & interlo. om. iud. Fel. c. ecclesia S. Mariæ. nu. 14. de const. qui latissime per tres egregias doctorum decisiones ostendit, iudicem precipitanter agere. nihil posse. & post eum Ferrat. caute. vlt. nu. 8. 9. scribit, sententiam precipitanter latam esse nullam, si in transactione consuluit. Deci. cō. 479. nu. 6. 7. Hinc dicimus, non presumptionem, quæ in iudice est, cessare, quoniam breui tempore quid agit. Alcia. tract. præsump. regu. 3. præsump. 9. nu. 8. sic dicimus, si autoritate in datione tutoris esse nullam si breui tempore fuit interposita. Soc. Jun. consil. 48. nu. 15. li. 1. Extenditur primò, ut procedat etiam in sententia summi Pontificis & Imperatoris: ita respondit Deci. consil. 544. nu. 18. post Anch. cō. 255. ex cap. cum ex literis, de restit. in integr. & in Rege, idem censuit Gramma. decis. 15. nu. 13. & in Principe, Crauet. consil. 153. nume. 2. Extenditur secundò, in eo iudice, qui ex pleno, & amplo arbitrio sibi collato plenissimam iudicandi habet potestatem: ita Comens. consil. 50. Statuto civitatis Florentiæ. 3. dub. & Lanfr. tract. de arbitr. pag. 6. vers. 2. 2. & Soc. Sen. consil. 87. nu. 7. lib. 4. Fely. d. cap. Ecclesia S. Mariæ. nu. 16. & tenet Alcia. de præsum. d. reg. 3. præsump. 9. num. 9. Verum, aliter sentit Soc. Sen. consil. 121. colum. 5. versic. Postremò etiam, lib. 3. & Bald. d. l. prolatam. num. 12. Declaratur primò non procedere, quando in confessum sententia ferretur, ex quo tunc nullæ sunt partes iudicis nisi in condemnando. l. 2. ff. de confess. l. proinde. ff. ad l. Aquil. ita Alex. in annota. ad Barr. d. l. prolatam, in verbo, pro hoc plenè. Declaratur secundò non procedere, quando hic iudex in illo breui tempore potuit esse de causa instructus, ita Crauet. consil. 179. nu. 1. & Dec. consil. 296. in fi. Cur. Sen. consil. 47. Super cōtrouersia, col. pen. egregiè Socin. Sen. consil. 144. col. 4. vers. Sed pro responsione. li. 2. qui post Bald. in auth. sed & si quis, nu. 13. C. de testib. affirmat, iudici credi in arbitrarijs non modò quò ad diffinitivam, sed etiam quò ad interlocutoriam, & ideo præsumptio, quæ causæ cognitio interuenire potuerit, omnem cōtrariam suspensionem tollit. Declaratur tertio non procedere quòd hic iudex parte præsentè & non reclamante pronuntiaflet, nã impurare sibi debet pars, si non reclamauit, ita Bald. in d. l. prolatam. nu. 8. quem secutus est Soc. Sen. consil. 121. colum. 5. versic. tertio quia, libro 3. qui & alios recenset.

- 1 Arbitrium concessum in condemnando, an concessum etiam sententiam in absoluendo.
2 Condemnare qui potest, potest etiam absoluere.
3 Absoluere & condemnare conuertibilia.
4 Condemnare & absoluere respectu iurisdictionis non esse contraria.
5 Arbitris tributa facultate condemnandi, competere etiam facultatem absoluendi.
6 Ligandi potestate data censeri datam & soluendi.
7 Mandatum datum ad condemnandum, censeri etiam datum ad absoluendum.
8 Mandatum iudici factum, ut condemnet si probatum fuerit debitum, quomodo intelligatur.
9 Præscripta potestate absoluendi, censeri etiam præscriptam potestatem condemnandi.
10 Præscriptionem strictè interpretari.
11 Iudicem solum posse, quod ius postulat.
12 Condemnandi, uel absoluendi sola potestate mandata unum tantum contineri.
13 L. solent. ff. de offic. Procons. explicata.
14 Illud. in auth. ut cler. apud prop. Epis. hodie corrigi.
15 Iudicem laicum non posse nec condemnare nec absoluere clericum.
16 Condemnare qui potest, non potest absoluere, si diuersa subest ratio.
17 Excommunicare contentiose iurisdictionis esse.
18 Sententiam excommunicationis ferri posse, etiam non sedendo pro tribunali.
19 Episcopum extra diocesim commorantem posse beneficia sua diocesis uacantia conferre.
20 Beneficio aliquem priuare Episcopum non posse, cum extra diocesim commoratur.
21 Condemnare qui potest ex nudo facto & ministerio sibi mandato, is absoluere non potest.
22 Absoluere qui potest a se excommunicatum, non potest absoluere excommunicatum ab altero.
23 Absoluere qui ex privilegio potest, is condemnare non potest.
24 Condemnare qui potest, is etiam absoluere potest, rebus sic stantibus, non autem mutatis.
25 Condemnare qui non potest, nec etiam absoluere potest.
26 Condemnatione prohibita fauore personæ, prohibitionem non esse absolutionem.
27 Vicarium Episcopi absoluere posse, etiam si non possit condemnare.
28 Cap. pen. de offic. Vica. in 6. declaratur.
29 Condemnandi facultate sublata, non censeri sublata facultatem absoluendi.
30 Autoris nona distinctio quomodo sublata condemnandi facultate censetur & sublata absoluendi.
31 Clem. 1. de heret. exposita.
32 L. Quoties. C. ubi Sena. uel Clariss. intellectus.

QVÆSTIO XXXXIII.

ARBITRIUM CONDEMNANDI habens, an & absoluendi habeat; & an qui non potest condemnare, possit absoluere, plenè explicatum, & noua præter cæteros exposita.

QVÆRO quadragesimo tertio, an iudici, cui tributum est arbitrium in condemnando, cõcessum

cessum etiam cõcessatur in absoluendo? hac in re duæ sunt regulae, una affirmatiua, ut is, qui condemnare potest, absoluere etiam possit. l. 3. ff. de re iud. altera est negatiua, ut is, qui condemnare non potest, nec etiam absoluere possit. l. nemo qui cõdemnare. ff. de regulis iuris. Quò ergo ad primam regulam dicendum est, arbitrium datum in cõdemnando, esse etiam datum in absoluendo, ex reg. d. l. 3. quoniam absoluere & condemnare conuertibilia sunt. & qui unum potest, potest & aliud, ita Vgo, Archidiac. & Cardin. in c. inferior. 2. i. distinct. quos recenset Ripa in d. l. 3. num. 1. de re iudicata. qui inquit, licet hæc contraria uideantur respectu finis, non tamen sunt respectu iurisdictionis, & potestatis. quocirca dicebat idem Ripa & ante eum Felinus in c. cum inferior. nume. 4. de maiorit. & obediens. potestatem cõdemnandi arbitris tributam, censeri datam etiam absoluendi: nã à pari procedunt cõdemnare & absoluere, ita glo. cle. cum à repulsione, de appellation. Hinc legitur in c. uerbum. de peniten. distinctione prima. potestatem datam ad ligandum, esse etiam concessam ad soluendum. quamquam ut ibi glo. recenset, aliquibus in casibus locum non habeat. Extenditur regula ista affirmatiua, ut locum etiam habeat in materia strictè interpretanda, quemadmodum in mandato, nam scribit Fely. in d. c. cum inferior. nume. 4. quod si alicuius mandatum sit, ut causa examinata cõpellat debitorem ad soluendum, poterit iudex absoluere, si debitorem absoluendum esse cognouerit. & cum Felyno sentit Ripa in d. l. 3. nume. 1. qui idem fortiori in casu sensisse But. in cap. causam, 4. notab. de re iudicata, scribit, nempe, si mandatur iudici, ut Titium cõdemnet, si Sempronio debere probatum fuerit: iudex absoluere poterit dato quòd is Sempronius creditum suum probasse uideatur: quoniam uerba mandati intelligenda sunt, si probauerit, ita quod iudici uideatur fuisse sufficienter probatum, cum animus iudicis haud semper inclinatur ad unam probationis speciem, dicto capit. cum causa. uel & rectius fortè, quia probationes sunt iudici arbitrariæ, ut dicemus infra libro secundo, in casu 88. & si ergo ex creditoris parte probatur uideatur, iudici tamen iustus ex causis non uidetur illis probationibus fidem adhibendam esse. Conferat ad extensionem hanc confirmandam quod scriptum reliquit Innoc. in c. dilecto. de offi. Archidiac. quem secuti sunt Bald. in l. Imperium. num. 1. uers. circa ultimum. de iurisdictione omnium iudicum. Fely. in ca. auditis. nu. 20. in fine. de præscript. Decius in l. nemo qui condemnare. num. 4. de reg. iuris. & Hormo. Detus in rubr. ff. de acquiren. possess. nu. 18. in fi. quod ille qui præscripsit potestatem absoluendi, dicitur etiam præscripsisse potestatem cõdemnandi: cum tunc præscriptio strictè admodum interpretari sit. Bar. l. 1. §. si quis hoc interdico. ff. de itinere actuque priuato, & late Fely. in d. c. auditis. nu. 10. 1. de ueritate tamen doctrinæ Innoc. & Bald. dubitat Socin. Jun. rubr. ff. de acquirenda possessione. nume. 86. sed malè. Declaratur primò secundum Ripam post Iaso. ibi in d. l. 3. nume. 4. de re iud. procedere respectu potestatis in abstracto, non se restringendo ad merita cause, quoniam iudex quò ad merita illud solū potest, & quod ius postulat. l. nepos Proculo. de uerb. sign. &

1. filius qui fuit. ff. de condit. institut. atque ita ante Ias. & Ripam declarat glo. in d. l. 3. Declaratur secundò, ut non procedat secundum Ripam in d. l. 3. nume. 4. uers. 2. procedunt, & quando sumus in claris, ut quia ex duobus unum fuerit expressè à Principe inhibutum, ex l. solent. ff. de offic. Proconsil. quoties uers. cū sit certum. C. ubi Senat. nel Clariss. & ex §. illud. in auth. ut cler. apud propr. Episc. Credo declarationem in se uerè esse, quoniam, si constat de clara superioris uoluntate, relucendum non est. & quamquam is text. l. solent. ff. de offic. Proconsil. plures habeat in intellectus, quemadmodum recitet inter alios Iacob. Niger. in l. 1. nume. 18. ff. de offi. eius cui mada. est iurisdic. & alterum quoque referat Detus in rubr. ff. de acquirenda possess. nihil omnis is uerus est sensus, quem & probauit Corasius in d. l. solent. num. 6. & ante eum Ioan. Longoualius in l. Imperium. nume. 80. ff. de iurisdictione omnium iudic. nec aliter sentit Soc. Jun. in rubr. ff. de acquiren. possess. nu. 88. illud Legati Proconsulis mandatum esse limitatum, ut is absoluere solū possit. quod sanè mandatum extraordinarium appellatur, & rectè, quia ordinarium est, ut is condemnare possit, qui & absoluere. d. l. 3. de re iud. quod autè affirmat Ripa ex §. illud. in auth. ut cler. apud propr. Episc. procedit solū quò ad ius civile: iurè autem Pontificio hoc correctum est. nam hodie iudex laicus nec absoluere nec condemnare clericum potest. ca. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitut. cap. 2. & 3. de foro cõpeten. & in specie nostra scribit Cagn. in l. nemo qui condemnare. in fine de reg. iuris. & præter eum idè in specie docuit Baldus in auth. clericus quoque. nume. 10. C. de Episcop. & cler. Declaratur tertio non procedere secundum Ripam in d. l. 3. num. 5. de re iud. & quando diuersa subest ratio inter potestatem cõdemnandi, & potestatem absoluendi, ex c. pen. de offic. leg. & c. ad eminentiam. de senten. excommu. ubi Legatus à latere potest extra prouinciam absoluere excommunicatos: & tamè extra prouinciam excommunicare non potest, quoniam par ratio utriusque casus non est: nam absoluere est iurisdictionis uoluntaria, quæ extra prouinciã exerceri potest: l. 2. ff. de offic. Procon. & excommunicare uerò contentiosa, ex quo non nisi causa cognita sententia illa fertur. cap. sacrosanctæ. de senten. excommu. quò fit, ut extra prouinciã exerceri non possit. l. ult. ff. de iurisdic. om. iudicium, quid quò ante Ripam scriptum reliquit Fely. in ca. cum inferior. num. 5. uersic. ad idè quò dicimus. de maio. & obediens. quòd intelligitur, quando & excommunicationis sententia fertur (ut diximus) causa cognita: secus si absq; eo quod sedeat pro tribunali, atque ita sine cause cognitione: nam tunc inero iure ualet, tamen si de eius iniquitate conueniri possit excommunicatus, ita post Abbatem in c. nouit. nu. 8. de offi. deleg. scribit Gomez. in c. 2. §. statuto. num. 48. de constit. in 6. Hinc inferri potest, quod licet Episcopus, uel eius Vicarius extra diocesim existens possit conferre beneficia in sua diocesi uacantia, ut inquit Bald. in d. l. 2. nume. 1. ff. de officio Proconsil. in d. l. ult. numer. 7. ff. de iurisdictione omnium iudic. Rota decis. 5. de officio Vicarij in antiquis. Boer. q. 30. non tamen potest aliquem suo beneficio priuare; cum priuare contentiosa

teniosæ iurisdictionis sit. atq; ita in specie sedit uno uerbo Gomez. d. §. statuto. num. 61. in fi. & clarius ante eum Fely. in c. auditis. nume. 12. de præscript.

Declaratur quartò, ut non procedat secundum Ripam in dicta l. 3. nume. 6. uersic. quartò intellige. de re iudi. post Iasibi. nume. 4. quando nudum ministerium & exercitium facti mandatum est; quemadmodum in executore, cui Papa mandat, ut aliquem excommunicet; nam tunc is absolueret non poterit. ita glo. in ca. peruenit. 7. quæst. 1. glossa & Abbas in cap. cum inferior. & ibi Fely. nume. 5. uersic. fallit tertio, de maior. & obed. qui eiusdem sententiæ Archid. Geminian. & alios recenset; idem sentit Alciat. rubr. ff. de acquir. possess. nume. 10. Est ratio, quia executor nihil ultra potest, quam ei mandatum est. quod latius attigimus supra quæstione 38.

Declaratur quintò secundum Ripam d. l. 3. nume. 9. uersic. quintò intellige, non procedere in diuersa specie potestatis; ut puta, si concessa est potestas absoluendi à se excommunicatum, non poterit is ab altero excommunicatum absolueret; cum absolutio illa alteram potestatis ac iurisdictionis speciem respiciat, atque ita Abb. in cap. cum olim. num. 7. de præscript. uisus est sentire, ut eum intellexit Fely. in d. c. auditis. nu. 20. in fi. de præscript. & transit Ripa locum citato. Credo opinionem hanc ueram esse, quam Abbas hoc non affirmavit, & parum conuenit declaratio huic regulæ nostræ, quæ de unius iurisdictione & potestate est, non de diuersis.

Declaratur sextò, ut locum sibi non uendicat regula ista secundum Ripam in d. l. 3. nume. 7. quando in priuilegium concessa. alicui fuit potestas absoluendi, tunc is condemnare non poterit, ut in Priore Hierosolymitano, qui ex priuilegio potest absolueret Generalem suæ religionis à sententia excommunicationis, & tamen eum excommunicare non potest, ita Fely. in d. c. cum inferior. nume. 5. de maio. & obed. & in c. non potest. nume. 2. uersic. fallit secundò, de re iudi. Dec. in l. nemo qui condemnare. nume. 2. & ibi Cagnol. nume. 4. de reg. iur. Gomez. d. c. 2. §. statuto. nume. 49. de constit. in 6.

Declaratur septimò ex mente Ias. d. l. 3. nume. 1. in fine. de re iudi. relatam regulam procedere rebus sic statibus, non autem illis mutatis, atque ita intelligit l. ult. ff. de iniusto rupto & irrito testamen. uerum Ripa dicta l. 3. numer. 7. uersiculo septimò ista, à la sone dissentit & rectè.

Secunda est regula negatiua. Qui cõdemnare non potest, nec etiam absolueret. l. nemo qui cõdemnare. de regul. iuris, ubi Decius & Cagnol. quem quidem textum Gregorius Holoander sic legit. Nemo qui condemnare potest. sed in omnibus Codicibus antiquis & recentioribus legitur: Nemo qui condemnare non potest, & hoc etiã modo, negatiuè scilicet, arguit Inreconful. in l. solent. in princ. ff. de offi. Proconf. & legati. ubi Bald. qui ergo condemnandi arbitrium non habet, nec etiam absoluendi.

Declaratur primò, ut locum non habeat hæc regula, cum cõdemnatio fauore & priuilegio personæ, cõdemnandæ prohibetur, tunc absolutio prohibita non censetur; ne in odium retorquetur, quod ad fauorem fuit inductum, ita Bald. in l. quoties. nume. 2. C. ubi Sena. uel Clarif. quem secuti sunt Decius in d.

l. nemo. nume. 2. Alcia. rubr. ff. de acquir. possess. nume. 9. Ripa d. l. 3. nume. 7. uersic. limita primò, qui de clerico exemplum adfert, qui à laico absoluit olim poterat, sed non condemnari. quod supra retuli. Hinc infert Maria. Soc. Sen. in c. qualiter & quado. il. 2. in 5. q. artic. 14. de accus. q. licet Vicarius Episcopi non possit ex sua generali potestate criminosos condemnare. c. pen. de offi. Vicar. in 6. poterit tamen absolueret, cum ei inquisitio permittatur ad effectum remittendi inquisitos ad Episcopum, si inuenti fuerint culpabiles. quemadmodum declarando Rotã decisi. 2. de offi. Vicar. in nouis sentit Fely. in d. c. non potest. nume. 5. de re iudic. Verum Ripa in d. l. 3. nu. 9. uersic. sed certè, de re iudic. multum de huius doctrinæ ueritate ambigit, quoniam Vicarius non prohibetur cõdemnare criminosos fauore ipsorum delinquentium, d. l. quoties. sed respectu iurisdictionis, quocirca, cum Vicarius potestate careat, non potest absolueret. à Ripa non dissentio. nam in dicto ca. pe. solum conceditur causa cognitio, non autem diffinitio, atque ita iurisdictionis est limitata.

Declaratur secundò, ut locum non habeat relatã regula in materia correctoria, ut puta, si alicui tributa sit à lege facultas condemnandi & absoluendi; si deinde ei auferatur facultas condemnandi, non tamè dicitur sublata potestas absoluendi, quemadmodum sentit singularis glo. clem. j. in uerbo, cõtra eos. de hære. dum inquit, quod licet sublata sit inquisitoribus facultas condemnandi per solam suam sententiã, atque ita sine Episcopi interuentu, hæreticos, quem admodum olim poterat, nihilominus adhuc eis superest potestas absoluendi. huius glo. sententiã probarunt ibi Paul. de Eleazar. Card. & Imo. hanc communem esse testatur Ripa in d. l. 3. nume. 11. de re iudic. quamquam is eo loci ab ea dissentiat, ut infra suo loco dicam. ab hac eadem glossæ opinione non dissentit Deci. in dicta l. nemo qui condemnare, in fi. & ibi Cagnol. nume. 3. eã apertius secutus est, & Ias. in dicta l. 3. numer. 9. de re iudic. & Fely. in c. non potest. de sen. & re iudic. & in c. cum inferior. de maio. & obedien. & recentiores in tract. fallen. posito post il lud Socin. reg. 2. fallen. 2. idem sentit Corasius in l. solent. in princ. de offi. Proconf. & leg. Alcia. in rubr. ff. de acquir. poss. nume. 9. Verum aduersus horum opinionem senterunt Stephanus Vercel. & Anch. in d. clem. j. de hære. Aret. & Soc. Sen. rub. ff. de acq. poss. & ibi idè sentit Rom. Clau. de Seyssellis, quos recenset & sequitur Hormo. Detus. nume. 24. & Socin. Jun. nume. 72. testatur hanc communem. & si postmodum nu. 81. in fi. dixerit, dubitari posse, quæ communior sit, & eo loci Socin. per plura hinc inde refert argumeta, & uarias responsiones; quarum pars Horino. Deti fuerunt, & si illius suppressio nomine sibi uendicauerit. Ego tres casus ad huius difficultatis elucidationem distinguere & considerare soleo. Primus est, quando ex uerbis constare potest q. sublata potestate condemnandi non est sublata facultas absoluendi, ut puta, si Princeps ab eo, cui utraq; erat permittã, his uerbis auferret potestatem condemnandi, Caio iudici nostro solã condemnandi facultatẽ interdiceret. hic casus est clarus. Secundus est casus, quando per rationem aliquam finalem conuicimus mentẽ Principis esse, uelle etiam solum interdiceret unam ex his potesta-

potestatibus, condemnandi scilicet uel absoluendi, tunc pariter una sola sublata dicitur; nam ratio est illa, quæ restringit. l. cum pater. §. dulcissimis. de legat. 2. & alibi sæpe.

Est exemplum in d. c. 1. de hære. nam ibi Pontifex Clemens interdicit Inquisitoribus hereticae prauitatis cõdemnandi potestatem sine ciuitatis Episcopo. ratio interdicti est, quia, ut in initio illius textus legitur, Pontifex ille suspectam habeat scuitiam ipsorum inquisitorum; nec eorum peritiam multum probat, quod sentit & Alcia. in rub. de acquir. poss. nu. 9. in fi. quæ sanè scuitiæ ratio in absoluteione considerabilis non est. ita pariter econtra uidemus, quod quando ratio, quæ consideratur in cõcessione absoluteionis, non militat in condemnatione, data facultate absoluendi, non dicitur data facultas condemnandi in casu h. quoties. C. ubi Sen. uel Clarif. est ibi data facultas absoluendi. ratio est, fauor personæ. posita ergo absoluteione, non tenet facultas condemnandi, quoniam eadem non subest ratio in condemnando, quæ in absoluendo. sic olim ad fauorem clericorum statuit Iustin. in §. illud. in authen. ut cler. apud Propr. Episc. quod supra explicauit.

Tertius uerò est casus, quando nulla considerari potest ratio, nec ex uerbis, nec ex mente, cur potius facultas absoluendi interdicatorum, quam condemnandi: tunc dico quod uno sublato dicitur sublata & alterum, nam, si posituè, hoc est, si uno posito, ponitur & alterum, etiam in odiosis & strictè interpretandis, ut in mandato & præscriptione, ut supra diximus; ita etiam remotiue, hoc est, uno remoto, remouetur & alterum. nam uidemus ex ipsis iuris communis regulis, quod uno affirmatiuè posito uenit & alterum. l. 3. de re iudic. & uno remoto remouetur & alterum. l. nemo qui cõdemnare. de reg. iur. atque ita in casu hoc nostro dicendum est.

SVMMARIVM.

- 1 Arbitrium concessum iudici super cõuentione, cõferri etiam concessum super reconuentione.
- 2 Iudicem causæ conuentionalis prorogatum habere iurisdictionem in causa reconuentionali.
- 3 Praxis Curie Romane super impetratione rescripti causæ conuentionalis & reconuentionalis.
- 4 Reconuentioni locum esse super actione orta post rescriptum interpretatum.
- 5 Reconuentioni locum esse, etiam si actor à conuentione desistere uellet.
- 6 Reconuentioni locum esse etiã coram iudice delegato.
- 7 Reconuentionis causam habere eadẽ priuilegia, quæ habet causa conuentionis.
- 8 Statutum Bononiæ sub rubr. De quibus causis summarie & c. declaratur.
- 9 Statutum Papiæ in ciuilibus. 3. sub rubr. De quibus summarie cognoscatur, explicatum.
- 10 Reconuentionis causam non habere parem rationem quò ad uim probationum cum causa conuentionali.
- 11 Arbitrium datum super conuentione, non cõferri datu super reconuentione, cum reconuentione commissione requiratur speciale.
- 12 Arbitrium in causa cõuentionali non posse ferre laudum super causa reconuentionali in compromisso non comprehensa.
- 13 Arbitrium datu super certo & determinato articulo,

ad causam reconuentionis non extendi. Arbitrium datum super causa, quæ celeritatem desiderat, ad causam reconuentionis non extendi.

QVÆSTIO. XLIIII.

DE ARBITRIO DATO SUPER CAUSA CONUENTIONALI QUOMODÒ AD RECONUENTIONEM EXTENDATUR.

QUÆRO quadragesimo quartò, an iudex hic noster, qui super conuentione arbitrium habet, habeat etiam in reconuentione? Et habere opinor, ex clara Iustiniani constitutione. l. pen. C. de sent. & interl. om. iud. extendit Iustinianus Papiiani uiri acutissimi de reconuentione sententiã, atque in hæc uerba subiecit: Cuius enim in agendo obseruatur arbitrium, eum habere, & cõtra se iudicẽ in eodem negotio non dedignetur. quæ quidem cõstitutio & inter canones relata est. cap. accusatores, §. cuius. 3. quæst. 8. ratio illa esse uidetur, quam adfert glossa in cap. prudentiam, de mutuis petitiõ. & Ioannes de Anan. in consilio 93. nume. quinto, quoniam iudex in causa reconuentionis prorogatum iurisdictione hêt, unde constitutione hanc non solum in iudice ordinatio, sed & in delegato locum habere, censent omnes in authen. & consequenter, C. de senten. & interloc. om. iud. & est tex. clarus in cap. 1. de mutuis petitiõ. quem sic eo loci Abbas intelligit, & Maria. Soc. sen. tractatu de mutuis petitiõ. colum. 10. uersiculo Tertio principaliter quæro. qui uni difficultati satisfacit, quæ quidem difficultas cessat in curia Romana, in qua ex stylo curiæ seruatur, ut post commissionem primam impetretur, secunda ad effectum reconuentionis: ita censuit Rotã de mutuis petitiõ. decisi. 2. in antiquis. atque ita intelligendus Soc. trac. fallen. regu. 3 2. fallen. 9. & Roma. sing. 149. Coram arbitro. Et conclusio hæc intelligitur, cum delegatus iste iure suo aliàs cognoscere potest, & in negotio ipso arbitrium habet; secus ubi necessaria omnino est specialis commissio & delegatio, ut statim subiiciam.

Extenditur primò conclusio hæc, ut locum etiam sibi uendicat, cum freus conuentus actorem reconuenit super actione orta post rescriptum ab actore ipso iam impetratum: nec enim differentia constituenda est, q. ipse reus actionem habeat tempore impetrari rescripti, uel ei deinde superueniat. hanc opinionem probarunt Hofst. But. & Zabarella, quos refert & sequitur Marian. Soc. sen. in d. trac. De mutuis petitiõ. col. 10. uer. quarta declaratio. quo loci rationes eorum, qui contrariam defendunt, cõfutauit.

Extenditur secundò, ut locum adhuc habeat relatã conclusio, etiam si actor uellet à lite desistere: nam adhuc durat reconuentione iam proposita anteq. is actor litem suã deseruerit, ita Soc. sen. d. trac. De mutuis peti. col. 12. uer. septima declaratio. qui huius sententiæ recenset Cy. in auth. & consequenter, C. de se. & interl. om. iud. & Io. And. in c. j. de rescrip. in 6. qui bus accedunt Alex. in l. 3. in prin. nume. 7. quod quicquid iuris. & Afflictus decisi. 173. in fi.

Extenditur tertio, ut procedat etiã in iudice delegato, siue impetratus sit ab actore solo, sine communi actoris & rei consensu, ita Socin. sen. in tract.

De mutuis petitionibus, colum. 12. uers. decima de claratio. Zasius lib. 2. sing. resp. c. 37. Verum Barto. in d. auth. & consequenter, in fine dissentit, & cum eo Socinus Iun. consil. 66. nume. 5. lib. primo. à Socini tamen senioris opinione non recedo.

7 Extenditur quartò, ut procedat etiam quò ad omnia priuilegia, quò circa, si causa cõtionis est summiariè tractanda, ita etiam causa reconuentionis; ita Ludo. Bologn. ad consilia Io. de Anan. consil. 93. nu. 8. dum scribit, se aliquando interrogatum respondit.

8 se, statutum Bononiæ in ciuilibus sub rubr. De quibus causis summarie, quo cautum est, in causa mercedis summarie procedendum esse, illud inquam statutum, locum etiam habere in causa reconuentionis, ut cum is ad mercedem agens pro alia summa etiã non mercedis reconuenitur, atque ita simile statutum Papiæ in ciuilibus 3. sub rubr. De quibus summarie cognoscatur, hanc tam en doctrinam intelligit uerã Zabarella in clem. sappe. §. non sic tamen. q. 8. de uerb. signifi. quò ad modum procedendi, non quò ad uim probationum; quoniam, si conuentionis causa posset probari leui probatione, non sic causa reconuentionis, quæ sui natura efficacior & plenior probationem requirit, atq; ita intelligo & declaro Soc. tract. fallen. reg. 332. fallen. 3. alias extensiones, quæ in hac tractatione adferri solent, ex industria nunc pretermittam, ne proposita hanc materia egredi uidear.

9 Declaratur primò, ut locum non habeat hæc sententia & conclusio, cum reconuentionis causa talis natura est, ut ab eo delegato sine speciali commissione cognosci & tractari nõ possit: ita Soc. Sen. d. trac. De mutuis petitiõ, col. 12. uers. Primò limitatur, post glossam in c. dispendia. §. reus. de rescrip. in 6. ex text. in c. si Episcopus. 6. q. 5. & c. 1. & c. 2. de confirm. utili. uel inutili. Hinc uidemus quò si arbitro electo data est potestas & arbitrium finiendi controuersiam, nõ potest is super reconuentione, quæ expressè in compromisso comprehensa non est, cognoscere, cum uerè sine speciali commissione in ea arbitrium non habeat. c. cum dilectus. de arbitr. Roman. d. sing. 149. Coram arbitro. & sing. 776. Reconuentionio. Barba. consil. 3. colum. penul. lib. 4. ubi declarat. & Socinus d. tracta. fallen. regul. 332. fallen. 10.

10 Declaratur secundò, ut nõ procedat, quando huic nostro iudici datum esset arbitrium super uno certo & determinato articulo: nam tunc super causa reconuentionis arbitrium non habet. hoc clarè colligitur ex traditis per Socinum d. tract. fallen. regul. 332. fallen. 12. ex l. testium. C. de testibus, & post Butr. in cap. primo, de mutuis petitiõ.

11 Declaratur tertio, ut non procedat relata conclusio, cum iudex hic noster est datus, ut suo arbitrio cognoscat de causa, quæ celeritatè desiderat, uel cuius periculù est in mora, si cognitio differatur: tunc enim hic iudex super reconuentione non cognoscit, ita Ioan. Andr. in cap. 2. de ord. cogn. Butr. in c. primo, de mutuis petitiõ. & ibi Soc. Sen. col. 26. uers. quinto fallit, quò loci alios plures recēset, præsertim Baldum in c. 1. de controuer. apud pares term. idem c. fuit Soc. d. reg. 332. fallen. 11. Quæ autem causæ celeritatem desiderant, & quando periculum imminere dicatur, est arbitrio iudicis: ita uterque Soci. locis iam relatis. qua de re dicam infra lib. 2. in casu. 65.

12

13

14

15

16

17

18

19

S V M M A R I V M.

- 1 Arbitrium concessum super causa principali, an etiã censetur concessum super incidenti, emergenti, dependenti & connexa questione.
- 2 Emergentem questionem ab incidenti secundum aliquos non differre.
- 3 Emergentia quæ.
- 4 Emergens questio quæ dicatur, ex multorum doctorum opinione.
- 5 Incidens questio, quæ.
- 6 Dependens questio, quæ.
- 7 Dependente questionem tractari negotio principali pendente.
- 8 Connexa questio, quæ.
- 9 Emergentem & incidentem questionem eiusdem nature esse cum principali.
- 10 Statutum, quod iuramento damnum passi credatur, locum habere etiam super emergenti & incidenti questione ex causa damni.
- 11 Statutum Papiæ 42. in ciuilibus sub rubr. Quod creditur iuramento damnum passi, explicatum.
- 12 Statutum tribuens executionem instrumentis, locum etiam habere super causa hypothecaria. & ibi declaratur statutum Papiæ. 6. De executione instrumenti.
- 13 Arbitrium datum super causa principali extendi ad causam dependentem.
- 14 Arbitrium datum super causa principali ad eam connexam trahi.
- 15 Causa principalis ubi plenariè tractanda est, an etiã questio emergens & incidens?

QVÆSTIO XLV.

EMERGENS, INCIDENTS, DEPENDENS, & CONNEXA QUESTIO, QUÆ DICATUR, & QUOMODO TRIBUTUM ARBITRIUM SUPER PRINCIPALI AD ILLA PROTRAHATUR.

QVÆRO quadragesimo quinto, an arbitrium iudici concessum super causa principali, censetur et concessum super causis ex ea emergentibus, incidentibus, dependens, & connexis? Antequam questionem hanc absolam, sciendù est, quæ dicatur causa incidens, quæ emergens, dependens & connexa. his enim nominibus utuntur quotidie Principes in eorum rescriptis, dum causas delegant. & quamquam hæc nominum differentia iure nostro non probeatur, ut ex recentioribus existimauit Rober. Aurelia. lib. 1. senten. iuris, capit. 12. quod ante eum uisus est sentire Abb. in capit. fraternitatis. 3. notab. de testib. dum scribit, omnia dici emergentia, lato sumpto nomine, quæ in iudicio proponuntur. & Abbatem est secutus Ripa in l. quod iussit. numer. 13. in fin. de re iud. attamen quia nostri Doctores inter hæc differentiam aliquam cõstituunt; illorum nos opinionem, quæ & forensis usus probat, sequemur. Vna ergo fuit opinio glossæ in l. de qua re. ff. de iud. & in l. p. iussit. de re iud. emergentem questionem illam dici, quæ post litem motam orta est; ut putà, an testis recipiendus sit, uel non. Incidentem tuerò questionem esse dicit, quæ ortù antelitem motam habet; ut putà, an actor, uel seruus, uel liber sit. & hanc glossæ declarationem

tionem probauit Azo, quem refert Bart. in l. j. nu. 5. C. de ord. iud. qua ab Azone dissentire non uidetur.

Secunda fuit opinio, incidentem quonem illam esse, quæ ortù quidem habet ante litè motam, sed merita causæ respicit, emergentè uerò, quæ respicit processum; & cum processum respiciat, uerè non potest dici ortum habere ante litem motam, sed tatum post. hanc probauit Bal. in l. j. nu. 8. C. de ord. iud. qui egregiè admodum explicat, idem sentiunt Alex. d. l. quod iussit. nu. 30. & ibi Ias. num. 5. de re iud. Ruin. consil. 164. nu. 9. lib. 5. & Soc. iun. consil. 136. nume. 2. lib. 2.

Tertia fuit opinio Abbatis i. c. j. in fi. de ord. cogn. quam secutus est Ripa in d. l. quod iussit. num. 13. de re iud. incidentem questionem dici, quæ ex exceptione ne iã orta ante litè motam protenit, emergentè uerò, quæ ex exceptione orta post litem motam descendit, quare, cum oēs peremptoriae exceptiones iam ante litè motam saltem spe comperat, quod deinde ex illis oritur, incidens dicitur: ita et cū omnes dilatorie exceptiones post litem motam oriatur, questio super illis emergens appellabitur. quorum sanè opinio, si rectè perpendatur, a secunda iam relata non discrepat: quam nunc probò & sequor. Dependens uerò quò illa esse dicitur, quæ quoquomodo negotiù principale tangit, & ab eo originè trahit; ueluti questio dotis, quæ a matrimonio pèdere dicitur. clem. dispē diosam. de iudi. similiter præparatorium dicitur esse dependens ipsius præparati. Alex. consil. 179. in fi. lib. 2. alia adfert exemplã glo. d. clem. dispendiosam, & ibi Zabarella. Et ut dicatur quò dependens tractari debet pendente negotio principali, aliàs esset quò principalis, non dependens: ita Bald. Ang. Castren. & Alexan. in l. i. ff. solu. matr. Ancha. d. clem. dispendiosam. atq; ita declarat Ruinus consil. 164. nu. 10. lib. 5.

7 Connexa uerò questio illa esse dicitur, quæ ad alterius determinationem uenit. ut putà, si promitto tibi centum, pacto apposito, quòd pro me eas Romam. ita clarè Ruinus d. consil. 164. nu. 11. lib. 5. post Bal. in l. 2. C. de iudi. & in l. ampliorè. C. de appell. & cõferunt, quæ infra lib. 2. de connexis dicemus.

8 His expositis atq; explicatis, dico arbitrium tributum super cognitione causæ principalis esse etiã concessum super his incidentibus, & emergentibus, cum eiusdem nature sint, ita Bar. in extrauag. ad reprimè dum in uerbo, summarie. nume. 20. quem secutus est Ias. in l. 2. nu. 5. in fine. C. de edicto Diui Adria. tollè dum affirmant, quò si causa principalis summarie tractanda est, ita etiam tractanda esse incidentia & emergentia. quo circa docuit Bart. in l. solèr, colum. ult. nu. me. 8. ff. de alimen. & cibar. leg. quòd si ex statuti dispositione credendum est iuramento damnū passi super damno dato, esset etiã credendum illius iuramento super incidenti & emergenti articulo. & cum Barto. sensit Ias. d. l. 2. nu. 6. de edicto Diui Adria. tollen. & Ripa in l. 3. nu. 4. ff. de damno infec. qui alios huius opinionis recēset. quod est summopere adnotandum ad interpretationem statutum Papiensis 42. in ciuilibus, sub rubr. Quod credatur danum passio. ut locum etiã illud habeat quò ad incidentia, & emergentia. huc spectat quoc docuit Baldus in l. 1. colum. ult. C. commun. de lega. si ex forma statuti in causis instrumentarijs executiue procedèdum est; ita et erit procedendù super hypothecaria, quæ rone debiti in illo

9

10

11

12

13

14

15

16

instrumēto cõtenti mouetur, quæ doctrina est egregia ad declarationem statuti Papiæ 6. in ciuilibus, sub rubr. De executione instrumenti. quare Ias. in d. l. 2. n. 7. C. de edicto Diui Adria. tollen. pro regula affirmat, eo modo esse procedendum super incidentibus & emergentibus, quo super causa principali. similia recensent Soc. Iun. cõsi. 136. n. 2. in fi. l. 2. & Plotus in l. si quado. nu. 153. C. unde ui. Idem in questione dependenti dicendù est, quoniam, qui habet arbitriù in cã principali, habet etiam in dependenti ab ea. & qui unius index est, alterius etiam est. d. clem. dispendiosam. de iud. & ibi Doctores, præsertim Zabarella. col. antep. q. 36. Idem de quonem connexa dicendù est, ut arbitriù in una habens, habeat etiam in altera. l. nulli. C. de iud. est. n. connexorum par iudiciu. qua de re infra latè dicemus li. 2. in casu 180. ubi de interpretatione d. l. nulli, agemus, & in casu 127. ubi de cõnexis tractabimus. Dubium maius est, quò causæ principali nullu est tributum priuilegiu, ut puta, tã est tractanda plenariè & ordinariè: in quo quidè iudicio plenè probationes & exactæ requiruntur, an idè sit t̄ emergentibus & incidentibus quòibus?

13 Verum, quia dubitatio hæc nõ multum casui nostro conuenit, & cum etiam latè explicetur a Bartolo in d. extrauag. ad reprim. in uerbo, summarie. nu. 20. usq; ad finem, ob id eam ex industria prætermittito. An autem aliquando iudex, qui de causa emergenti & incidenti cognouit, deat unã simul cū negotio principali illa diffinire, explicau i sra li. 2. i casu. 170.

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

S V M M A R I V M.

- 1 Arbitrium liberum administrationis qui habet, nõ tamen salaria de publico constituere potest.
- 2 Salarium de publico ob publicam etiam utilitatem administrationem non constituere.
- 3 Salaria ab administratoribus constitui, ex causis à iure receptis.
- 4 Salaria Medicis & exercentibus artes liberales posse ab administratoribus constitui.
- 5 Decuriones posse Principum legatis donare.
- 6 Statutum Brixie de statutis Potestatis, cap. 41. De Bailia Abbatis, declaratur.
- 7 Immunitate perpetua ob benemerita aliquè donari.
- 8 Statutum Bergomense, quòd ex bonis cõmunis certo modo donari non possit, declaratum.

QVÆSTIO XLVI.

SALARIA CONSTITVERE ET DONARE QUANDO POSSIT ADMINISTRATOR ARBITRIUM HABENS.

QVÆRO quadragesimo sexto, an qui liberu habet administrationis arbitrium, salaria de publico constituere possit? Bar. l. j. C. de præb. sala. l. 10. docuit non posse, cum Bar. idem sensit ibi Baldus & Ioan. a Platea, uno uerbo Afflictus c. j. nu. 21. uersicu. Idem habet arbitrium statuendi, ex quibus cau. feud. am. cuius sententiæ ratio est, ne sequatur læsio Reipubl. est enim facile constituere salaria, atque ita quæ iuris communis sunt, erogare. argum. l. officium. §. ff. de rei uend.

Extenditur, ut locū ēt sibi uendicet, qñ illa salarij cōstitutio cōmodū publicum respiceret, ut putā, si bannum faciat Prator, q; capiens bannitum centū habeat, inquit Bar. d. l. j. C. de præb. sala. Prætoris bannū esse nullū. idē censuit ibi Ioan. a Platea. quæ sanē extensio inrelligitur qñ is Prator sua sponte sicq; sine auctoritate superioris id ageret. ita Bart. in l. i. in princ. n. 3. de iust. & iure. & clarius Ioan. a Platea l. i. cū nauarchorū. C. d. nauicul. li. i. ex quib. declarari pōt Bar. eo loci, q; aliter uisus est scribere, & multis modis declarat Ias. in d. l. j. in princ. n. 1. de iust. & iure.

Declaratur non procedere, quando causæ constitutionis p̄tiorum essent approbatæ a iure cōi, putā in casu l. decurionibus. ff. de decurio. qua cōcessum est, Decurionibus facultatibus cōsumptis, alimēta ex Reipubl. bonis decerni; præsertim, si muneris occasio pro patria suas erogauerint fortunas, sic in casu l. ambitiosa. ff. de decr. ab ord. facien. qua cōstitutum est, decurionibus liceret salaria Medicis arteq; liberales exercentibus constituere. Immo fortius eo loci scripsit Bar. nu. 2. licere illis p̄ decurionibus, quibus arbitriū administrationis ciuitatis datū est, donare Legatis & Oratoribus Principū, qui ad eorum ciuitatē accedunt, quæ sanē munera, in spectā personarum & ciuitatis qualitatē, esse debent. l. iube mus. §. scientes. C. de sacros. eccl. l. cū plures. §. penult. ff. de adm. tut. hæc tñ facultas locorū statutis coarctata & diffinita est: ut Brixia p̄ in statutis Potestatis, c. 41. sub rubr. De Bailia Abbatis & Ancianorū. quo limitata est potestas Ancianorum ut donare solum possint usque ad summam decem libratum: nam, cū hæc sit quedā remuneratoria donatio, dicitur etiā iure permissa. cū Bar. idē cēssit ibi Ioan. a Platea, Fel. in c. accedens, col. ult. concl. 9. de præscriptio. Ias. in l. si non fortem. §. libertus. in 6. effectu; de cond. indeb. ciuitatē Principi subditā posse ob bene meritā p̄ imunitatē perpetuā alicui concedere, quod probauit & Paris. consi. 68. nu. 5. lib. 4. & egregiē Tiraq. in l. si nunquam. in uerbo, donatione. nu. 3. 2. C. de reuo. don. & Alb. tract. statu. parte. j. q. 122. de eadē loquēs materia, ait, Ciuitatem ipsā, nisi maior pars adsit, donare non posse: posse tñ ob benemerita: atq; ita declarat statutu Pergami, quo est cautū, ex bonis cōis donare quid nō posse, nisi sex partes ex tribus consentiant. sic declarari potest relatum statutum Brixia.

S V M M A R I V M.

- 1 Arbitrio uti is an possit, cui mādatum ē à Principe, ut sub certa forma procedat.
2 Nulla esse gesta, quæ i uim iualidi mādati sūt facta.
3 Clausula, omni meliori modo, nis & effectus.
4 Principale ubi inualidum est, nec etiā quæ sunt ad eius confirmationem.
5 Clausula, oī meliori mō, nihil opari ob defectū ptātis.
6 Clausulam, omni meliori modo, nihil operari cūm modus ineptus expressus est.

QVÆSTIO XLVII.

QVOMODO IVDIX SVVM ARBITRIVM exercere possit in ea causā sibi certa sub forma a Principe mandata; & de uirtute clausula, omni meliori modo.

QVÆRO quadragesimo septimō, i hac una facti specie mandauit p̄ Princeps iudici, aliās in ea

causa arbitriū habenti, ut sub certa forma procedat: si sub illa mādati forma procedat, an arbitrio aliquo uti possit? Paris Puteus in tract. syndicatus, in titulo De arbitrarijs eorum. sensit ut i non posse, cūm mādati forma obseruanda sit. l. qualem. 2. respōso. de re cept. arbit. l. unum ex familia. §. 1. de leg. 2. & per Innocen. in cap. si pro debilitate, de offi. deleg. & cap. nouit, de appella. Puteus secutus est Gramma, decis. 36. nu. 86. quibus addo Baldum cōsi. 197. Præsupposito q; dictus. li. 4. quare (inquit Puteus) si in mādare nulla fuit mandandi potestas, gesta illa uigore mādati nulla erant, ut probatur in l. i. C. qui pro sua iurisdic. l. eum qui. ff. de iurisd. omn. iudi. & si (inquit ille) uerba mādati dicant, omni meliori uia, modo & forma. quoniā uerba illa, plata cēsēt respectu mādati, super quo fundatus est causæ processus, & huius sententiæ: citat in ter. ceteros Bar. in l. quid ergo. §. pœna grauior, de his qui notant. in fa. in cuius commentarijs non inuenio hæc de re uerbum: Putei tamē rationem uerā esse puto, cūm clausula illa, omni meliori mō, nō tribuat uim & effectū actui re uera nullo. ita egregiē respōdit Anch. cōsi. 358. Quia præsupponitur. colu. 2. ubi respondit, q; qñ hæreditas pōt adiri uirtute testamenti ualidi, ac etiam ex testamento inualido, si heres adeat ex testamento inualido, nullā esse, etiā si apposita fuerit illa clausula, oī meliori mō. Cūm enim p̄ principale nō ualeat, nec cetera quæ ad eius confirmationem ueniūt. Ancharanū declarauit Dec. consi. 14. col. 4. uer. Præterea confiderandum est. Accedit quod respondit Rui. consi. 174. in si. li. j. clausulā hanc oī meliori modo nihil operari, cū adest defectus potestatis. Accedit etiā quod post Anch. d. consi. 358. scriptum reliquit Feli. in c. cūm super. nu. 11. uer. si. tertius institutus, de offic. deleg. & clarius Cassiodo. decis. 7. in tit. de appella. n. 7. hanc clausulam, oī meliori modo, nihil operari, cū modus ineptus exprimitur, & aptus ex expresso descendere nō pōt, idem censuit Vantius tract. nullita. in tit. de nullitate ex defectu iurisd. ord. nu. 174. Cū ergo & in hoc casu iste iudex cōmissionis modū expleserit, nec ex eo descendere possit arbitri ptās, seqtur nullo iure dēfendi posse actū ab eo celebratū.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudicem ex arbitrio sibi concesso nō posse auferre ius quæsitum parti.
2 Decuriones, quib. super bono & pacifico statu ciuitatis datū est arbitriū, nō posse ius parti q̄sitū tollere.
3 Arbitros non posse ius quæsitum auferre.
4 Præfectos sanitatis, non posse comburi facere bonæ eorum, qui morbo & peste interierunt.
5 Liberū arbitriū habens nō posse ius quæsitum tollere.
6 Principem non posse ius alteri quæsitum tollere.
7 Principem ex potestatis plenitudine ius quæsitum alteri tollere nō posse: nec alteri mādare, ut is tollat.
8 Principem & habentem arbitrium posse ex causa ius alteri quæsitum tollere.
9 Ciuitatis Rectores posse capere animalia & bones causa conducendi frumentum in exercitū.
10 Principem auferendo ob bonum publicum bona alii cuius debere pretium soluere.
11 Principem posse auferre rem à se datam alteri ex sua mera liberalitate.

QVÆ-

QVÆSTIO XLVIII.

HABENS ARBITRIVM, VEL REGULATUM uel liberum, ius quæsitum quando auferre possit, ac de Principis potestate disputatum.

QVÆRO quadragesimo octauo, an iste iudex possit ius parti quæsitum auferre: & non posse uere credo. Nam, cūm Principum cōcessiones & priuilegia cōcessa intelliguntur sine alterius dāno & iniuria. l. 2. §. merito. & §. si quis à Principe. ff. ne quid in loco pub. ideo uirtute talis arbitrii lædi is non poterit, qua ratione adductus Bartol. in l. ambitiosa, nu. 12. ff. de decret. ab ord. fac. & in l. toties. §. 1. ff. de pollicita. docuit, p̄ decuriones, quibus super bono statu ciuitatis datū est arbitrium, nō posse ius proprium alicui quæsitum auferre. & Bartolum secuti sunt Dec. consi. 7. 2. colu. 2. & latē Ruinus consilio. 175. nume. 6. lib. j. & consi. 105. nume. 8. lib. 5. Hinc respondit Ruinus consi. 129. nu. 7. lib. 5. p̄ Arbitros, quibus datum fuit arbitriū cognoscendi & diffiniedi, non posse ius alteri quæsitum auferre; Bartolum secutus in d. l. ambitiosa. nume. 12. Sic p̄ sanitatis Præfecti tempore pestis, nō habent facultatem comburendi bona eorum, qui morbo illo interierunt; & si arbitrium in ceteris habeant. Ripa trac. pestis, de remedijs ad curandum pestem. num. 48.

Extēditur primō ut procedat, etiam si datum esset liberum & absolutum arbitrium à superiore; ad huc enim non posset auferre ius alterius. est ratio, quæ nec eā potestatem in specie dare potest superior, in cuius manu p̄ non est, ius alteri quæsitum sine causa auferre. l. uenditor. §. si constat. ff. commu. p̄d. urb. ut receptor est snia, sic testante Crane. consi. 5. nu. 5. consi. 7. nu. 10. consi. 103. nu. 3. consi. 135. nume. 20. consi. 172. nu. 3. & consi. 241. num. 12. uer. si. Aduertendum. Soc. iun. consi. 77. nu. 124. lib. 1. cuius sententiæ ratio est, quia & si modi acquirendi dominium iuris ciuiliis sint, ipsum tamen dominiū iurisgentiū est, aduersus quod nulla est Principis potestas.

Extenditur secundo, ut procedat, etiam si cūm plibero illo arbitrio adiecta fuisset clausula de plenitudine potestatis. nam, cūm nec Princeps ipse ea uti possit ad tollendū ius alterius sine causa, sic nec eā facultatē alteri tribuere potest: quia nemo plus iuris in alium trāsferre potest, quàm ipse habeat. l. nemo plus. de regu. iur. uulgata. l. traditio. ff. de acquir. rerum domin. quod autem non possit Princeps etiam ex sua plenitudine potestatis tollere ius alterius, multorum auctoritate demonstratur. ita enim affirmat Bald. Alexand. & Ias. in l. restamentum. C. de testamē. Ias. in l. Barbarius. nume. 3. §. ff. de offi. Præto. latissimē Craue. consi. 241. num. 10. qui infinitos propē huius sententiæ doctores retulit reiecta opinione cōtraria Ang. in l. item si uerberatum. ff. de rei uend.

Declaratur primō, quando causa iusta subesser, tunc enim potest iste iudex auferre ius alterius, ex l. iubemus nullā. C. de sacrosan. eccl. quo loci annotauit Bartolus, p̄ Rectore ciuitatis posse iure capere boues & alia animalia causa conducendi frumentū in exercitum. quod placuit & Ias. in l. Barbarius. nu. 27. ff. de offi. Præto. & latē Tiraqu. tract. De pœnis legū;

in procem. num. 38. 39. 40. 41. quo loci plura adfert similia, quibus ostendit, Principes & rerum pub. ad ministratores ex causa posse ius alterius auferre. & tradit Alciat. De præsump. reg. 3. præsump. 8. Quæ sanē declaratio ita demum procedit, quando iste superior auferendo ius alterius ex hac causa, ut ob publicum commodum, illi tamen pretium soluit: ita latē declarat Ias. d. l. Barbarius. nume. 36. & idem censuerunt Socin. sen. consi. 120. col. 6. uer. sed hoc. lib. 3. Ias. consi. 46. colu. 4. lib. 3. Ruinus consi. 31. in fin. lib. 5. Afflictus decisio. 321. nume. 17. Gozad. consilio. 5. numero 12. Rubeus consi. 142. in fin. & consi. 155. in fin.

Declaratur secundo non procedere, quando ius hoc quæsitum foret ex uoluntate & facto libero illius superioris, qui deinde arbitrium hoc in specie auferendi ius illius concessit: nam tunc auferri poterit, quando quidem ita licuit superiori facere. sic intelligo l. Lucius. ff. de euct. & l. Antiochenium. ff. de priuile. credit. & quod tradit Barto. d. l. ambitiosa. nume. 12. & d. l. toties. dum citat d. l. Antiochenium. ita etiam intelligo ibi, & in d. l. Lucius, dum scriptum reliquit, Principem posse sine causa donationem a se factā reuocare. idem cūm Angelo affirmarunt Gozad. consi. 8. num. 38. 45. Gratus consi. 9. nu. 174. li. 1. Cur. iun. consi. 138. nu. 4. & consi. 157. num. 78. Brunus consi. 1. num. 50. Parisius consi. 11. nu. 2. li. 1. Bello. consi. 28. nu. 9. immo fortius respondit Ias. cōsi. 56. col. 2. & col. ult. lib. 1. Principem posse reuocare concessionē a se factā per uia cōtractus, quando in tali contractu nullum factum reciproci intercessit. idē scripsit Crau. tract. De antiquitate tēpo. secūda parte, primæ partis principalis, n. 38. qui & alia plura scribit, q; ex industria tūc missa facimus.

S V M M A R I V M.

- 1 Præscriptionis exceptionem reijcere an possit iudex, qui arbitrium habet procedendū in causa.
2 Exceptionem præscriptionis à iure probari.
3 Ciceronis locus ad præscriptionis legitimum ius confirmandum.
4 Præscriptionis exceptionē admitti in causa ex bono & equo tractanda.
5 Præscriptionem iure Pontificio probari.
6 Conscientiæ forum equitatis esse.
7 S. habeat. in authentica ut ecclesia Roma. luculenter explicatur.
8 Dictionis, etiam, natura & effectus.
9 Alciati interpretatio ad S. habeat, in auth. ut eccle. Roma. explosa.
10 Præscriptionem cum mala fide non excusare.
11 Præscriptionem contra ecclesiam obijci.

QVÆSTIO XLIX.

PRÆSCRIPTIONIS IUS ET EXCEPTIONEM quando, ac quomodo iudex arbitrium habens reijcere possit; & an in causa, quæ ex bono & æquo tractatur, admitti conueniat.

QVÆRO quadragesimononō, an possit hic iudex p̄ exceptionē p̄scriptionis reijcere: Et nō posse, crebri nōi affirmarūt, ut scripsit Bar. i extrau. ad

reprimen. in uerbo, uidebitur. Natta clem. saepe, §. nō sic tamen. col. 3. 2. uerū. Secundum habes notare, de uerb. signifi. Ang. Aret. in §. in bonafidei. colum. pen. uerū. quid si dicat. in sti. de actio. Amodeus de Castel. tract. syndicus, nu. 146. & Paris eodem tract. tit. De potestate iudicis. numer. 2. in fine, qui idem de exceptione S. C. Velleiani affirmavit. Mathesi. no. 1. §. Ro. consil. 149. Franc. Aret. in l. si seruus seruus. §. sequitur. tertio not. de uerb. oblig. Feli. in c. 1. nume. 52. de constit. & in rubr. de præscript. num. 2. ubi late Bero. nu. 10. Iaf. consil. 72. in fin. lib. j. Balb. tracta. præscrip. prima parte principali. q. 5. Soc. iun. consil. 145. nu. 87. 88. lib. j. & communē testatur Didacus in c. possessor. 3. parte. §. 2. in fi. de regu. iur. in 6. & nouissime idem affirmarunt Arius Pinellus in repet. authē. nisi. nu. 4. in fi. C. de bonis mater. & Fuluius Constātin^o Perul. inst. de usucap. in princ. nu. 7. in fin. ea ratione adducitur oēs, q. cū t̄ exceptio hæc à iure cōi approbatur, iudicem hunc nō posse iuris regulas iam præscriptas spernere, cum iure regulatum suum esse debeat arbitrium. immo ex multorū sententia, iustissima est præscriptionis exceptio. est. n. ob bonū publicum introducta usucapio & præscriptio. §. j. in sti. d. usucap. quia ad lites minuendas pertinet. l. ultima. ff. pro suo. Hinc scribit t̄ M. Tul. in oratione pro Aulo Cæcinnā. Usucapionem esse finem sollicitudinis. sic idem M. Tul. in 2. officiorū extollit summis laudibus Aratum Sycionium q. is iniquum esse fuerit arbitratus, res olim alienas à possessoribus post quinquaginta annos auferri, propterea q. tam longo spacio multa hæreditatibus, multa emptionibus, multa dotibus tenebantur. cuius rei meminit & Pausanias, quem in hanc sententiam retulit Didacus Couar. in d. c. possessor. in initio, i prima parte relectionis, i fi. i tertia parte relectionis i initio, nu. j. Ea ratione quoq. uera hæc receptior snia demonstratur, quia uidemus multis in casibus ubi proceditur de bono & æquo, sicque sola ueritate inspecta, præscriptionis t̄ exceptionē non rejici, ut in dote: nam in ea de bono & æquo proceditur. l. iure succursum. ff. de iure dot. & tñ hæc exceptio recipitur. l. in rebus. §. omnis. C. de iure dot. sic ius t̄ pontificium æquitate nititur. cap. dilecti, de iudi. & tñ hanc exceptionem non rejicit, toto titulo de præscrip. sic forus conscientia, qui æquitate & bonitatis est. c. nouit, de iud. Bald. c. cum causam. de testibus. & tamen possidens bona fide & præscribens in eo foro est tutus, etiam si mala fides deinde superuenierit. c. si uirgo. 34. q. 2. Fel. cap. vigilantia. in fi. de præscr. & alios retulit Alcia. d. rubr. de præscriptio. nu. 6. qui relatas cōsiderationes fecit, sic etiam affirmavit Didacus qui supra post diuum Thomam, Scotum & alios Theologos. sic etiam alios propē infinitos retulit Tiraq. tract. Præscrip. §. j. glo. ij. in fi. & tract. quod cessante causa cesset effectus. limit. 1. 2. num. 16. Non me late tamen Baldum, Ang. ac plures alios, quos retulit Alcia. d. rubr. De præscrip. nu. 6. contrariam sententiam tueri, à qua non recessit Marfi. sing. 370. Vfu capio. in fin. Parisius consil. 101. nume. 88. 89. lib. j. & Craue. consil. 201. nu. 37. 38. inquit. n. hanc exceptionem rejici posse ab eo iudice, qui sola rei ueritate inspecta, cognoscit; ea ratione, quia rigorosa est & plena iniqui præsidij, ut probare uideatur clarus text. t̄. shabeat. in auth. ut ecclesia Ro. ibi, nec iniquis ho-

minibus impium remaneat præsidium, & tutus peccandi locus etiā scientibus relinquatur: sed ille seruetur innocens, qui reuera innoxius sit, nec improbatpis allegatione se tueatur, tempus pro puritate præ tendens. uerū multis modis nostri respondent. illa una uidetur uerior Felini & Imolæ in cap. ult. de præscrip. illa uerba referri ad eum, qui mala fide detinet & præscribit, non ad eū qui titulum & bonam fidem habet. hoc ostendunt illa uerba, nec iniquis hominibus & ibi, & tutus peccandi locus etiā scientibus relinquatur. Nec huic responsioni aduersatur consideratio Alciati d. rub. De præscrip. nu. 5. dū inquit, q. hoc sensu admisso sequeretur q. si quis fuisset bonæ fidei possessor, q. quinquaginta annis potuisset præscribere contra ecclesiā Rom. id q. illi constitutioni aduersaretur. Respondeo, non sequitur, non appellatur iniquum præsidium præscriptio bonæ fidei possessoris, ergo contra ecclesiā spacio minoris tps centū annorū poterit præscribere: q. quidem aliās poterat, & si eius bona fide non obstantē hoc in priuilegium ecclesiæ concessum à Iustiniano fuerit, minus obstat illa consideratio de implicatiua, t̄ etiā, q. sui natura explicat casum magis dubitabilem, ut late docuit Dec. in l. qui se patris. nu. 10. C. unde libe. Alcia. responso 13. nu. 5. & late Cra. consil. 294. nu. 7. quia hoc loco naturā suā nō seruat, ne absurdum sequatur, ut bonæ fidei possessor, & cū titulo homo iniquus dicatur, atq. peccare, cū uerè se iniuste acquisiuisse dicat, & qui in foro conscientia (ut iā diximus) natus est. q. aut illa uerba intelligantur de solo possessore mala fidei, uel ex eo patet, quia subdit: nec improbatpis allegatione se tueatur, tempus p puritate præ tendens. est. n. propriū malæ fidei possessoris, uti sola temporis allegatione; cū, nec titulu, nec fidem bonā allegare possit: ob id allegat solū tempus p puritate: id q. in bonæ fidei possessore nō cōtingit, qui & tempus & mentis animiq. puritatem allegare pot. uerior itaque est hæc Imolæ & Felini declaratio, q. illa t̄ Alciati, dicentis ideo in d. §. habeat, dici impiū remediū cōtra ecclesiā, qm, & si quis in bonafide sit, nō tñ æquum est, Prælatorū negligentiam ecclesiæ nocere, ut habetur in l. iubemus nulli. C. de sacrosan. eccle. quia respondeo, nec etiā esse æquū, q. nō dñs rei priuatę uero domino noceat, & tñ in bonafide & iure is præscribit ab eo, quem dñm esse credebat. quare æquitas & bonafides non ponderatur ex latere alienantis, sed ex latere acquirentis, & deinde præscribentis. Rursus, si uera esset Alciati consideratio, sequeretur hodie præscribi nunq. posse contra ecclesiā impediēte malafide & illam iniquitate, ex c. ult. de præscrip. & tamen centum annis præscribitur. uera itaque est communis sententia. scio etiam alium fuisse intellectum adhuc §. habeat. Soc. & Cornei, quos secuti sunt Arius Pinellus. d. authen. nisi, nu. 39. C. de bonis mater. & Fuluius insti. de usucap. in princ. nu. 4. Verū magis placet iam relatus Imolæ & Felini.

10 Declaratur primò non procedere t̄ scdm Ange. in l. j. in fi. C. de iud. & clarius in l. sequitur §. si uiam, de usucap. q. illa præscriptio fuisset decursa cum mala fide, ut Angelum sic intellexit & declarauit Balbus d. q. 5. uerū. Sed malè reprehendit Fely. idem sensit Alcia. d. rub. de præscrip. nu. 6. uerū, ut ipsemet ait, res est de indubitabili, quādo quidem idem est dicendū in quo-

in quouis altero iudice, qui rejicere omnino eam exceptionem debet, ex cap. ultimo, de præscript. & ita scriptum nobis reliquit Balbus præcitato loco.

Declaratur secundò ex sententiā Alciati præcitato loco non procedere in præscriptionis exceptione, quæ Ecclesiæ obijceretur, uel cuiilibet alteri, qui propter negligentiam Rectoris a re sua exclusus fuisset, ex d. §. hab. at. sed ex relatis supra fortè minus uera est Alciati declaratio.

S V M M A R I V M.

- 1 Iuramenti iam delati exceptionem auferri nō posse à iudice, qui pro suo arbitrio procedere potest.
- 2 Iuramenti uim rem iudicatam superare.
- 3 Iuramenti exceptionē nec ex æquitate auferri posse.
- 4 Iuramenti exceptionē interdū ex rescripto principis tolli.
- 5 Senatū Mediolanensem sola inspecta æquitate & ueritate causas diffinire.
- 6 Veritas quæ.

Q V Æ S T I O L.

IURAMENTI VIS AC EXCEPTIO nem quando auferre possit iudex, qui arbitrium habet, explicatum.

1 Q V Æ R O quinquagesimò, an iudex iste noster, qui t̄ arbitrium hoc habet, possit rejicere exceptionem iuramenti litis decisiui iam à parte parti delati: Et dicendum est non posse, multiplici ratione, illa tamen est præcipua, quia magna est t̄ iuramenti uis: si quidem maior est re iudicata. l. 2. ff. de iure iuran. l. i. ff. quarum rerum actio non da. & res iudicata habetur pro ueritate. l. res iudicata, de regu. iur. non ergo ius quaesitum ex illo iuramento auferri poterit. Accedit etiam t̄ ex æquitate ius iā ex iuramento quaesitum tolli nō posse, ut patet in maiore, qui non restituitur aduersus iusiurandum à se præstitum. l. si alterius. C. si minor se maio. dixit.

4 Declaratur, ut non procedat, quando t̄ lite iam per iuramentū decisa, re cognita superior arbitrium cōcederet huic iudici cognoscendi & diffinendi causam illam: nam tunc iuramentum retractari potest, & ius illud tolli: ita interrogatus respondit Alcia. responso 301. nu. 9. 10. nam, cum illo casu per iuramentū iam delatum à parte parti, causa fuisset decisa, & ex rescripto Principis causa esset alteri commissa, ut uideret & in amplissimo Mediolanensi Senatu referret. respondit Alciatus iusiurandi iam delati uim esse sublata: ea ratione, quia commissio intelligi debet, ut aliquid operetur: sed ubi sublata non esset ius quaesitum ex iure iurando delato, nihil operaretur: dicendum est ergo sublata illud esse. Secundò cōmissio à Principe facta, intelligebatur, ut referret ille eo modo, quo Senatus ille causas diffinire solet. sed t̄ Senatus cōsueuit sola ueritate inspecta cognoscere & sententiam ferre, Bar. in l. unica in fi. C. ut quæ desūt Aduo. Guid. Papæ q. 50. & Neuz. lib. 5. Syluæ nuptia. n. 42. si ergo ueritas repugnat iuramento, cum sit t̄ ueritas ipsa rei existentia. glo. in authen. de fide instru. & cautel. in princ. & Alcia. d. respon. 301. n. 7.

sequitur, ueritatem esse spectandam spreto iuramento. Tertio accedit quod infra in sequenti quaestione dicam, quod quando Princeps committit reuisionē causæ, intelligitur tollere rem iudicatam. idem ergo hoc casu. Hæc declaratio ex eo tantū dubitabilis red dicitur, an princeps possit ius hoc iam quaesitum parti auferre. Nam si potest, rescriptum operari quidē debet relatum effectum, secus si non posset. qua de re infra statim subiiciam.

S V M M A R I V M.

- 1 Exceptionem ordinis rejicere an possit iudex arbitriū habens.
- 2 Exceptionem spolij quando rejicere possit iudex arbitriū habens.
- 3 Iudex, qui altè & bassè procedere potest, exceptionē spolij rejicere ualet.
- 4 Exceptionē ordinis, quod à prius principalis excutitur, à iudice ex arbitrio procedente non tolli.
- 5 Arbitriū & Arbitratore auferre non posse exceptionē q. prius principalis quā fideiussor conueniatur.
- 6 Excussionis exceptionē æquitate niti, atque ita rejici non posse à iudice, uel arbitro, contra paulo infra.
- 7 Æquitate seruare debere iudicē arbitrium habentē.
- 8 Excussionis exceptionem esse de iuris apicibus.
- 9 Excussionis exceptionem in curia mercatorum locū non habere.
- 10 Exceptionē quod principalis ante fideiussorē conueniatur, posse rejici, cū in cā ex æquitate proceditur.
- 11 Statutum Pontremuli, quod principalis ante fideiussorem conueniatur, declaratum.
- 12 Venetorum iudices obseruare, ut fideiussor nō discusso principali conueniatur.
- 13 Statutum Mediolani de excussionibus, declaratur.

Q V Æ S T I O L I.

EXCEPTIONEM SPOLII, EXCUSSIONIS & quod ante fideiussorem principalis conueniatur, quando iudex arbitrium habens rejicere possit, disputatum.

1 Q V Æ R O quinquagesimo primò, an t̄ iudex hic noster ordinis exceptionem rejicere possit? Et nō posse, in specie affirmavit Fr. Aret. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 18. de acquiren. poss. & ibi eum est secutus Rubeus num. 329. quorū sententiam in aliquibus exēplis, quos hic subiicio, sequor. Primum exemplū est in iudicio possessorio & peritorio, cū t̄ quis spoliatus est, (nec enim in adipsiscenda uel retinenda interdico dubitatio multa ueratur) & recuperanda remedio agere uult; hoc. n. casu ordinis hæc obseruatio rejici à iudice nro non potest: ita hoc in casu loquitur Aretinus & Rubeus, nec est qui dissentiat hoc in casu. Est ratio, quia non modò ipsa æquitas suadet, sed etiam lex iubet, spoliatum ante omnia restituendum esse. Hoc tamen exēplum cessat duobus in casibus. Primus est, cū iudex hic noster liberum habet imperium, & idem potest, quod Princeps; tunc hanc ordinis exceptionem rejicere posset, & iubere, ut super utroque procedatur: ita enim potest ipse Princeps cum ipsemet cognoscit, uel cum cognoscendam causam alteri mādāt, quod scripsi in tracta. De recuper. possi.

3 remedio: r. 5. nu. 3. 69. Secundus est casus, quoniam iudex hanc recepisset amplam potestatem procedendi alte & basse, ac quo uelit modo ab ipsis partibus: tunc potest super utroque procedere: ita in specie declarando doctrinam Aretii d. §. nihil. cōe. nu. 8. 9. inquit à pari procedere quod à Principe, uel à partibus liberum hoc procedendi arbitrium datum sit, atque ita declaratur, quae scripsi d. remedio: r. 5. num. 3. 67. quo loci alia plura hac de re attuli.

4 Secundum est exemplum in exceptione ordinis, cum creditor ratione sui crediti hypothecaria experitur contra tertios creditores posteriores, qui ratione sui crediti possident, & exceptionem obijciunt, nempe prius esse executiudum principalem debitorem antequam ipse conueniatur: an iudex hic noster exceptionem hanc excussionis rejicere possit, & non posse, sentit Baldus in l. ult. §. sed et si quis. nu. 7. C. com. de lega. que probauit Aretij. d. §. nihil. cōe. n. 1. 8. & ibi Rubeus nu. 3. 28. dixit Baldus arbitratorem, cui datum fuit procedendi arbitrium in causa compromissa, non posse rejicere hanc excussionem exceptionem: cum illa non iudicis, sed partium ordinem respiciat, qui sane ordo rejici non potest. l. 1. C. de appella. istis addo Decian. ult. in princ. nu. 24. ff. si. cert. peta. qui Baldus loco iam citato secutus affirmauit, & exceptionem excussionis nisi æquitate, & ob id non esse rejiciendam in eo iudicio, in quo sola facti ueritate inspecta agitur. idem affirmat Decius in cap. ex parte, il secundo, colum. secunda. uerfi. quartus effectus, de offic. deleg. Alcia. d. l. ul. in princ. ff. si certum petatur. & responso 382. nu. 5. late Craue. cōs. 2. 63. colum. 2. uerfi. Secundo istam opinionem, quo loci plures alios citat & communem esse restatur, & eo loci post multos ostendit, exceptionem excussionis non iuris rigore, sed æquitate naturali niti, quam sanè æquitatem seruare & is debet, qui liberum habet arbitrium, ut censuit Baldus conf. 177. In ecclesia Rhegina. col. 2. lib. 1. qua de re late supra. q. 13. & hanc opinionem, ut æquior em, ego sequor. Verum alij plures dissentiunt, nempe excussionis exceptionem rejici posse, cum in solo iuris rigore fundata uideatur, & ob id esse de iuris apicibus.

8 Et ideo, cum proceditur sola facti ueritate inspecta, rejici illam posse ac debere, censuit Aret. cōs. 127. nu. 2. Roma. consil. 430. quos in specie nostro retulit & secutus est Rubeus d. §. nihil. commune. n. 1. me. 329. in fine. & in specie, quando agitur ex rescripto sola facti ueritate inspecta, excussionem sperni posse, respondit Alexan. consil. 114. col. ult. lib. 6. Soc. Sen. conf. 14. col. ult. lib. 1. Ioan. de Ana. consil. 52. ad finem. Corneus cōs. 55. lib. 3. Baldus nouellus Tracta. dotis, parte. 3. pt. uileg. 37. hos citat Craue. consil. 201. num. 47. & si eo loci nihil ipse affirmat. his accedunt Barba. consil. 86. col. 8. lib. 3. & consil. 12. col. 6. lib. 4. Marfil. in Rubri. ff. de fideiussor. nu. 13. Benue. Stracha Tract. De mercatura, in titulo. quomodo in causis merca. procedendum sit. in uersicu. de exceptionibus, numero 5. 6. qui dixit, in curijs & mercatorum ubi proceditur de bono & æquo, exceptionem excussionis rejici idem censuit Boerius. q. 221. numer. 14. in fine. & glo. d. l. mancipium. §. 1. est pariter secutus Rola. à Valle consil. 9. num. 21. consil. 14. numer. 15. & consil. 79. num. 25. lib. j. qui declarationem quandam refert, quam tamè rectè impugnavit Craue. d. consil. 263. col. 2. uerfi. sed præmissis.

10 Tertium est exemplum in exceptione ordinis, ut prius debitor principalis quam fideiussor conueniatur. hac esse rejiciendam, cum sola ueritate & æquitate inspecta proceditur, ceterum plures relati à Boerio. q. 221. nu. 15. idem sentit Soc. Trac. fallē. reg. 134. fallē. ult. Cur. Sen. consil. 6. Primo aspectu, col. 1. uerfi. Secundo, q. qui ita declarauit & statutum Pötremuli, quo est cautum, ut principalis prius quam fideiussor conueniatur. Quobrem apud Venetiarum & iudices æquissimos obseruari solet, ut conteniatur fideiussor non discollo principali, ita censuit Fulgos. consil. 109. Itē si qua. col. 2. uerfi. consideradū est. nec. n. hoc in casu militat ratio casus procedētis, æquitatis. naturalis ob iustam ignorantiam, quoniam hic fideiussor scienter nomine principalis promisit. quare rectè inter duos hos casus magna differētia constituit Alcia. d. respō. 382. nu. 5. uerfi. fortius dico. dū declarat & statutum Mediolani sub Rub. Quod fideiubēs, uel oblig. nā, cū statutū cedat excussionē, intelligit Alc. loqui de excussione cū contra tertium possessorem agitur, non cū contra fideiussorē.

SVMMA RI VM.

- 1 Exceptionem rei iudicatę rejicere non posse iudicem ex suo arbitrio procedentem.
- 2 Sententiam contra rem iudicatam esse nullam.
- 3 Rem iudicatam mutare iura naturalia, quod ad effectū.
- 4 Rem iudicatam rejici, cum Princeps rescribit, ea non obstante procedi.
- 5 Permissum ubi aliquid est, dici etiam permissum omne, quod ad illud peruenitur.
- 6 Princeps talis presumitur, qualis esse debet.
- 7 Argumentum a statutis ad rescripta, quando procedat.
- 8 Rem iudicatam tolli à Principe per clausulam derogatoriam.
- 9 Clausula ex certa scientia idem operari, q. clausula non obstante.
- 10 Clausula, faciat quod iuris, duplicem sensum habere.
- 11 Rescriptū, Talis uideat & iustitiam faciat, quid operatur, cū petitū est summarie et uelo leuato pcedi.
- 12 Responsonem ab interrogacione interpretari.
- 13 Appellationem admissam à Principe esse, cum petitum est admitti, & is rescribit, Talis audiat & iustitiam faciat.
- 14 Rotæ Romane decisiones inter se pugnantes.
- 15 Alex. consil. 94. nu. 2. lib. 2. & Decij consil. 198. col. pen. declarata.
- 16 Constitutiones noue Pedemontium in tit. delle appellationi & in quai casi. §. dalle sententie del senato, declarata.

QUESTIO LII.

QUANDO IUDEX ARBITRIVM HABENS rei iudicatę exceptionem rejicere possit, & de uirtute clausule commissionis, Videat & iustitiam faciat, subtili disputatione explicatum.

QVÆRO quin quagesimo secundo, an iste iudex rejicere possit & exceptionem parti quaesita ex re iā iudicata? Et non posse opinor, cum per ueritate res iudicata habeatur. l. res iudicata, de reg. iuris. quare & sententia lata contra rem iudicatam non ualet. l. prima. C. quando pronoca. non est necesse. & uerè rescriptum simplex Principis non tollere re iudicatam,

dicatam, probat rex. l. causas. C. de transact. l. ultim. C. sent. rescindi non pot. late Iaf. consil. 47. col. ij. lib. 3. & consil. 101. co. pe. lib. 4. imò censuit Bal. in l. ingenuū. ff. de sta. hom. rem iudicatam aliquando facere ius plenum, plenius, ac plenissimum, idem Bald. in c. in praesentia, de renunt. scriptum reliquit, & rem iudicatam mutare naturalia uincula sanguinis. quod ad effectū, & si non essentialiter alia scribunt recēiores in d. l. res iudicata. & Iaf. in rubr. ff. de re iudicata, qui dixit post Bal. re iudicatā facere de Guelpho Gebellinum.

Declaratur non habere locum quando Princeps factus certior de re iudicata committit causam reuideri, nam tunc is reuisor potest rejicere rem iudicatā, cui iā Princeps derogasse dicitur, docuit Bal. in c. 2. ubi est Barb. de of. lega. idem censuit Fel. in cap. 1. de constit. Deci. consil. 198. num. 3. & in fine, & Alcia. respō. 301. nu. 10. uerfi. Tertio quia illa est rō: quia alioqui commissio nihil operaretur, quod dicendum non est. l. stipulatio ista. §. Diuus. ff. de lega. no. caue. cū sexcētis similibus. Secundo, qui cōcedit consequēs, dicitur etiam concessisse antecedens. l. ij. ff. de iurisd. om. iud. l. ad rem mobilem. l. ad legatum. ff. de procur. concedendo ergo illud consequens ut causam reuideat, dicitur in necessarium antecedens substulisse re iudicatā, quæ alioqui reuisionē impediret. Tertio, ubi aliquid est permissum, et dicitur permissum per p. uenitur ad illud. argu. l. oratio. ff. de sponsa. & tradit clarè Soc. Sen. consil. 226. col. 17. uerfi. amplius dico. lib. 2. & Craue. consil. 203. nu. 25. cū ergo permissa dicatur causæ reuifio, dicitur et permissa rei iudicatę reuifio, & ita retractatio, si iustitia ita patietur, sunt & alia, quæ considerauit Iaf. in l. causas, nu. 4. C. de transact. q. non recensebo. Contrariam tñ suam probauit ipse Iaf. in d. l. causas. idem in l. iustitia. col. 2. ff. de iust. & iure. & cum eo uisus est sentire Alciatus respō. fo. 75. num. 2. & clarius idem in d. l. causas, num. 3. & eo loci Cur. sen. nu. 9. 10. & Curt. iun. nu. 7. idem firmarunt. Verum leuia admodū sunt Iasonis argumenta, & si ipse non mediocriter urgere falsò arbitratus sit, nam dum sic inquit; Primo uolūtas & Principis in dubio talis esse presumitur, qualis de iure esse debet. Bal. in l. ex facto. quarto not. de uulg. & in c. licet corrigendis, de of. or. Sed iuris est, ut is rem consequatur, cui per rem iudicatam acquisita est, ergo illi derogasse Principem non creditur: satisfacere huic argumentationi possumus, rem iudicatam non esse ueritatem ipsam, sed ueritatis loco haberi. d. l. res iudicata. stat. n. simul, re ita fuisse iudicatam, & tamen ueritate se se habere in oppositum, cum ueritas sit ipsa rei existētia, ut iam supra cum Alciato & ceteris retulimus. Princeps ergo iustus non rigorem rei iudicatę, sed ipsam ueritatem spectare solitus, non iniquè agit, dum non obstante re iudicata, de ueritate cogno scendum esse censet. Secundo in hanc sententiam ad ducebatur Iason. Rescriptum est ad iuris cōis obseruantiam, cum in eo dicatur, iustitiam facias. l. falsò. C. de diuers. rescr. ergo strictè debet intelligi secundum ius commune, quo post rem iudicatam altera cognitio non admittitur. Verum responderi potest, nil aliud à Principe eiusq; delegato praestari quam iustitię administratio, si ab eis cognitum fuerit rem iudicatam cum ueritate pugnare: illa uera est iustitia, quæ ius suum unicuiq; tribuit; id quod per rem iudicatam tri

butum non esset, qua responsione satisfactum est illi tertie argumentationi, qua ille dicebat, à & rescriptis Principi ad statuta & contra licere argumētari, ut Bal. & alios is recenset. at in statutis uerba illa interpretari debent nequis indebitè dānū pariat. l. ult. §. in cōputatione. C. de iure delib. idē ergo in hoc rescripto, ne per re iudicatā res acquisita indebitè amittatur: nā uerè is indebitè nihil patitur, imò contrariū uerius esset, nisi res iudicata tolleretur, ubi ueritas ipsi rei iudicatę repugnaret. Quarto ea argumentatio ne, q. uergetissima opinatur, uisus est Iafon; quoniam sententia transit in iudicatū, sicq; ius est parti quaesitum, & Princeps non potest ei derogare, nisi in rescripto adijciat clausulam, non obstante. l. causas, ubi gl. & doc. C. de tras. & in l. ult. C. sententiā rescin. non posse. Hęc argumētatio fortius procederet ubi uera esset Deci j sententia consil. 198. nu. 4. & consil. 309. num. 1. quæ est secutus Bello. consil. 19. nu. 1. nec est sufficere clausulam non obstante. Hęc argumētatio facile diluitur, quoniam nos praesupponimus, Principē de re iudicata certiorē factū: q. certioratio uim & clausulæ ex certa scientia habet. c. uenerabilis, de confir. util. uel in util. hęc, & ob id ex certa scientia, ita rescripsisse, q. sanè certa scientia idē operatur q. clausula, non obstante. l. idem. Vlpianus. ff. de excus. tut. late scribunt Soc. Sen. consil. 63. col. 3. lib. 3. & ideo Oldr. consil. 257. col. 3. dicebat, hęc clausulam tollere omne obstaculū, & in nostris terminis idem dixit Io. Iac. de Leonardis inter consilia Brunij, consil. 114. nu. 4. 1. 4. 2. ita in specie nostra considerauit Alciatus d. respō. 301. nu. 10. in fine, idē in d. l. causas, nu. 3. C. de tras. qui subiicit, simpliciter hanc sententiā non sufficere, q. non concedo; quia imò uera scia est: nā praesupponimus in precibus nihil falsi narratum fuisse. Quod aut scripsit Decius, clausulam non obstante, nihil operari, nec sufficere, uerū non arbitror; nā Alex. consil. 94. nu. 3. lib. 2. quæ pro sua sententia Decius citauit, cōtrariū dixit, & cōis est cū eo d. l. causas. Vltimò ita argumentatur Alciatus. d. l. causas, nu. 3. & ante eū forte Curt. iun. ibidē. uerba, & q. iuris sit, talis faciat; duplicem sensum recipere, quemadmodū illa uerba, appellandi, ius nunciandi nouum opus; unū quod ad articulū referantur, ut. l. de articulo ipso intelligatur: alterum quod ad finem, hoc est causæ substantiam trahantur: ex glo. & Baldo. in l. 1. in princ. ff. de ope. noni. nunt. probabilior itaque erit interpretatio, & legi magis consentanea, ut de articulo intelligantur. q. respondit Alex. consil. 94. & consil. 136. lib. 2. atque ita ab hoc iudice cognoscēdū erit, an de aliquo casu tractetur, quo lex iudicatum rescindi. actamq; re rursus agi sinit, ex l. Imperatores. ff. de re iudica. Respondeo, clausulam hanc, iustitiam faciat, non habere duplicem sensum in hac nostra facti specie; nos enim praesupponimus in precibus Principi fuisse narratum, iniquitatem esse sententiam, quæ in iudicatum transtulit, & ueritatem sese habere in oppositum: ideo petitur illa sententia reuocata iustitiā ministrari; cum ergo cā delegatur, ut delegatus iustitiam faciat, intelligitur super substantia, cum satis intelligat Princeps rem iudicatam, ut iudicatum retractari non posse; nec reuifio causæ dici poterit, si solum cognoscatur super articulo, an scilicet reuidentia sit, super quo satis cognitum à Principe rescribente dicitur. nec Alexan. dicto consilio 94. & 136. affirmat ad quod per Alciatum citatur

citatur & statim referat. Nec obstat illa decisio Rotæ 9. Si peratur. & decisio. 28. Si commissione, in titulo de rescriptis, in nouis, quibus decisum uidetur, quod si in supplici libello petum fuerit, et summam & de plano, uel quod lenato in causa procedit, & in rescripto simpliciter rescriptum fuerit: Audiatur talis & iustitiam faciat; non esse summam procedendum, nisi uerbis expressis mens principis magis declarata fuerit. idem ergo in casu nostro cum mandatum est, iustitiam fieri, non tamen esse intelligendum reiecta re iam iudicata. quas Rotæ decisiones in nostra hac disputatione citantur & si corrupte Cur. sen. iun. in d.l. causas, & ibidem Alciatus nume. 4. & ante eos Alexan. d. consilio 94. nu. 3. lib. 2. Respondet Iason in d.l. iustitia. nu. 11. uersic. ad idem facit. ff. de iusti. & iure. imò Rotam aliter diffiniuisse decisio. 9. Si peratur. Nec uisus est dissentire Alex. consi. 84. nu. 4. lib. j. ea ratione, quia simplex et responsio interpretatur iuxta interrogationem propositam. l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de interrog. actio. confirmari posse uidetur, quia uidemus, quod si in precibus fiat mentio de tribus sententijs conformibus, & adhuc petatur commissio 1. 3. et appellacionis, si Princeps rescribat: Audiatur talis, appellacionem nouiter admisisse dicitur: ita Butrius & Imola in c. sua nobis. de appella. Alexan. consi. 77. nu. 4. lib. 2. Fely. c. cum inter, in princ. de excep. & Cur. itin. d. l. causas. nu. 6. C. de trans. uerū hac responsio non satisfacit, quia imò aliter sensit Rota, quod intellexerit Iason. nā ibi hoc ita est conclusum ob illa uerba summarie, adiecta, sed cum simpliciter dictum est, audiatur, & iustitiam faciat, aliud est, ut decisum fuit d. de decisio. 28. Si commissione. quæ nostræ sententiæ aduersatur, ut et aduersatur et decisio Bellamæ. 394. Cā in commissione. & Castiod. decisio. ult. titulo de rescript. est. n. differentia in cōcessione, seu signatura. nā si dicatur simpliciter, uideat Iacobus & iustitiam faciat, non dicitur facta commissio summarij iudicij. Si uerò sit dictum, uideat Iacobus, & iustitia faciat summarie, ueniunt oīa ut de plano sine strepitu & figura iudicij. & ita hæc decisiones multū aduersantur. Ego uerò sic respondeo, commissiones illas factis in illo casu operari, ut is commissarius & delegatus, qui alias cognoscere non poterat, cognoscere ex ea commissione possit. at in casu nostro, ipsa commissio nihil operaretur, si res iudicata non tolleretur, ut supra dixi. Rursus ex concessione antecedentis, necessarium cōsequens concessum dicitur, ut iam supra dixi. Sentio itaq; cū Bal. Barb. Fely. & Decio, quorū doctrinam eo casu sine dubio procedere intelligo, si Princeps ita rescripserit, reuideat talis, & iustitia faciat. nā ex concessione reuisionis demonstratur, nullā esse habendam rationem rei iudicatæ, intelligo tñ eā non procedere, qñ Principi rei ueritas exposita non esset, uel ita exposita, ut cōfusaneam responsionem pariat, ita sentit et Alexā. d. consi. 94. nu. 2. 3. lib. 2. & Dec. d. consi. 198. col. pe. Nā, cū duos sensus petitio habere possit, quod causa reuideatur, uel quod cognoscatur an reuidentia sit, cum Princeps rem perfecte assecutus non fuerit, intelligitur potius rescriptisse cognoscendum, an reuisioni locus sit. Hæc disputatio (mea sententia) cessat illis in locis in quibus diuersi extant iudices, quorum aliqui cognoscunt, an reuisioni locus sit: alij uerò super ipsa reuisione iam cōcessa, ut in regione

Pedemontium, ac etiam in Sabaudia, ex nouis enim constitutionibus in tit. delle appellacione & in quibus casibus, & c. dalle sentenze del Senato, & c. fancitū est. ut & Mediolani aduersus iuris communis dispositio nem, si Iasoni consi. 16. lib. 3. credimus, a sententijs Senatus appellari non licere, reuisionem tñ peti posse. quæ reuisioni in regione ipsa Pedemontii petitur coram supremo totius status consilio, sed causa reuideatur ab eodem Senatu aliquibus alijs additis ex Serenissimi Principis uoluntate, ut anno. 1562. 21. Ianuarij a Serenissimo Duce Emanuele declaratum fuit. Si ergo supremum consilium supplici libello suscepto rescribat Senatui, ut iustitiam faciat, rescriptum dicitur, ut iustitia faciat, id est, reuideat de nouo causam, sepositis iam latis sententijs, est ratio, quia super articulo, an reuisioni locus sit, non potest Senatus cognoscere, & sup eo à supremo consilio iā cognitū dicitur

S V M M A R I V M.

- 1 Exceptionem requirentem altiore indaginem quando reijcere possit index arbitrium habens.
- 2 Exceptionem altioris indaginis non posse reijci, cum alijs super illa non cognosceretur.
- 3 Exceptionem altioris indaginis in fine litis reseruari.
- 4 Exceptionem iuris non reseruari in fine litis.
- 5 Exceptionem iuris et dubij in fine litis non reseruari.
- 6 Ordinem iuris non seruari super disputatione exceptionis iuris.
- 7 Questionem iuris dubij questionem facti equiparari.
- 8 Compromissum à statuto requisitum, fieri etiam super questione iuris dubij.
- 9 Errorem iuris perplexi, ita excusare ac error facti.
- 10 Arbitros mediam uiam posse eligere.

QVÆSTIO LIII.

DE EXCEPTIONE RESPICIENTE ALTIOREM INDAGINEM & DISQUISITIONEM QUANDO AB HABENTE ARBITRIUM IUDICANDI REIJCI POSSIT.

QVÆRO quinquagesimotertio, an hic iudex noster teneatur admittere exceptiones altiore indaginem respicientes, uel potius eas reijcere, aut saltem in fine litis reseruare possit? Quia in re distinguendi sunt plures casus. Primus est, cum exceptio ista est facti, & tunc ab hoc iudice nostro posse reijci dico, ex l. 3. §. ibidem. ff. ad exhibe. l. ille à quo. §. testamento. ff. ad S. C. Trebell. l. ult. C. de compen. Bar. in extrauag. ad repri. in uerbo, summarie. n. 4. si ergo reijci potest, multo fortius in fine causæ reseruari. Declaratur hic casus ex eiusdem Bar. sententia, pcedere tunc demum, cum exceptio et ista, quæ nunc reijcitur, ab altero iudice cognosci potest, secus si nullā aliam cognitionem amplius expectaret: tunc enim ab hoc iudice reijci non poterit. ita Bar. in d. uerbo, summarie. numer. 4. declarando glossam d. l. 3. §. ibidem. ff. ad exhib. Cuius rei ratio illa est, quia si reijci hæc exceptio posset, quæ alibi cognosci non potest, auferretur ius partis, & cognitio ueritatis tolleretur, id quod huic iudici nullo iure est permissum, ut supra suo loco diximus. Credo tamen hunc iudicem posse hoc casu et exceptionem istā reseruare in fine litis.

litis, ut in causis summarie tractandis obseruari solet: ut post glo. d. l. 3. §. ibidem. ff. ad exhib. tradunt Ang. Aret. in §. in bonæ fidei. numer. secundo, in st. de act. Marfil. sing. 165. Exceptio. Secundus est casus, quando exceptio est iuris, tunc nec reijci, nec reseruari debet. illa est ratio, quia ius est certum, nec aliquam probabilem dubitationem recipit: quare statim super illa exceptione cognoscendum est: ita Baldus in lancilla. C. de furtis. Extenditur, ut procedat etiam si exceptio ista esset iuris dubij ac perplexi, ita docuit Bal. in l. postquam liti. col. 2. uer. Septima exceptio, C. de pact. Mar. Soc. sen. c. 1. nu. 51. §. 2. de liti. contest. sic Blancus in trac. de compro. q. 4. principali, nu. 102. Alex. in addit. ad Bar. in l. uir bonus. in uer. impedit. ff. iud. fol. Fely. in c. exceptione. nu. 40. de excep. eā rōne oēs afferunt, quia super disputatione iuris ordo iudiciarius non requiritur, & una sepe esse dēt apud iudicē determinatio. Non ignoro tamen aliquos cōtrariā sententiam probasse, inter quos fuit Ange. Aret. in d. §. in bonæ fidei. nu. 2. de acti. quem secutus est Soc. sen. consi. 59. col. 2. uer. nec etiā in iure. lib. 3. idem placuit Anto. Caputio decif. 10. nu. 19 & 20. ea ratione mouentur, quia et questio iuris dubij & perplexi æquiparatur questionem facti: id quod aliquibus exemplis probari uidetur. uidemus. n. q. & questionem iuris clari cōpromittendū nō sit, et cum statutum inter affines cōpromissū requirit: esset tamē de questione iuris dubij, quæ questionem facti æquiparatur: ita Soc. sen. d. consi. 59. col. 2. & in rub. de reb. dub. nu. 2. sic Blancus in d. trac. de compro. q. 4. prin. nu. 1. uersic. intellige tamen. Maria Soc. sen. in c. 1. nu. 25. de liti. contesta. sic uidemus errorem iuris perplexi ita excusare, & iustā cā præstare erranti, ut error facti, ut docuit Soc. d. rub. ff. de reb. dub. nu. 2. 3. quare in acquisitione ibi fructuū ita excusat & prodest ignotatā iuris dubij, ut ignorantia facti, ut eo loci Soci. scribit, & tradit Capicius d. decif. 10. nu. 20. 21. post Fely. in c. de quarta. nu. 34. de præscr. & dixi in trac. recup. post. remedio 15. nu. 29. Defendendo tñ Bal. & aliorū sententiā respōderi potest, esse nō leuem differentiā inter casum nostrū, & iā relatos. nā, cū à iudice super exceptione iuris iudicandum est, unam semper sententiā, uel affirmatiuā, uel negatiuā amplecti habet; quare reseruatio nihil præstat, quia illud iudiciū super illa exceptione, quod in fine causæ facere potest & debet, ita potest & debet tempore, quo obijcitur: habet. n. semper pronunciare uel pro actore, uel pro reo excipiente. id quod nō cōtingit in cōpromisso: nā tūc possunt arbitri ob iuris perplexitatem mediā uiam eligere, & partem assignare uni partium, & partem alteri, ut obseruat sapius à legislatoribus fuit in §. ult. inst. de uulg. & pup. & in l. & hoc Tiberius. ff. eo. & tradūt ex nostris Soc. iun. in cōf. 33. li. 2. & infra dicemus. q. 66. & hæc differentiā in specie nostra sensisse uidetur Blacus. d. trac. de cōpr. d. q. 4. principali. nu. 102. eadē respōsione satisfacere possumus illi simili de errore iuris perplexi quo præscribens excusatur: quia uerē eo casu iuris perplexitas facit, ne ille sit in mala fide: & dū possidet, ea ratione ostēdit, se illā opinionē qua iure se possidere credit, elegisse. quare ad rē hanc ipsā, uel nihil facit illa similitudo, uel si cōfert, Baldi & sequaciū opinionē præbat.

S V M M A R I V M.

- 1 Index arbitrium habens quando a se iudicandi onus reijcere possit.
- 2 Cā meri & mixti imperij mādāta alteri, nō mādari.
- 3 Delegatum Principis non subdelegare causam meri & mixti imperij.
- 4 L. solet. in prim. ff. de offi. procons. explicata.
- 5 §. ad hæc prohibemus, uer. antequam. in autb. de collatio. explicatur.
- 6 Alciatus notatus.
- 7 Industria ubi est electa, ibidem uices suas alteri mandari non posse.
- 8 Industriam non censeri electam ex sola delegatione causæ meri & mixti imperij, contra paulo infra.
- 9 Differentiam nullam esse inter ius Canonicū & civile in subdelegatione causæ meri & mixti imperij.
- 10 Cap. i. Archiepiscopatu. de nupt. sēsus et declaratio.
- 11 Industriam personæ electam censeri ex delegatione causæ grauis.
- 12 Delegatum posse recusari.
- 13 Ordinarius cur recusari non possit.
- 14 Ioannis Bolognetti consideratio confutata.
- 15 L. Generaliter. ff. de offi. presid. sensus & intellectus.
- 16 Delegatum Principis subdelegare posse causas meri & mixti imperij, multorum fuit opinio.
- 17 L. 1. C. qui pro sua iurisd. sensus & intellectus.
- 18 Legem generaliter loquentem de habilitate restringi, & ibi, quomodo procedat, declaratum.
- 19 Interpretatio Ias. ad l. 1. C. q. p. sua iurisd. examinata.
- 20 Dicitio, nisi, modificatiua.
- 21 Decij interpretatio ad l. 1. C. qui p. sua iurisd. reiecta.
- 22 Gasparis Vallaschi interpretatio ad l. 1. C. qui pro sua iurisd. explosa.
- 23 Delegabilis ubi semel causa est facta, perpetuò manet delegabilis.
- 24 Alienari ubi res semel cepit, perpetuò manet alienabilis.
- 25 L. Pater. §. quindecim, de leg. 3. multiplex sensus, in intellectu, & declaratio.
- 26 L. 1. §. res uero. C. de impone. lucr. descript. explicatur.
- 27 Delegatū Principis esse quouis ordinario maiorem.
- 28 Argumentum à maiori sumi negatiuè.
- 29 Subrogatum quomodo naturā subrogati sapiat, multis declarationibus explicatur.
- 30 Delegatum Principis ordinem iudiciarium in causis obseruare debere.
- 31 Appellari non posse à laudo arbitri, iudicis ordinarij loco subrogati.
- 32 Depositū loco mutui subrogatū, illi naturā nō sapere.
- 33 Subrogatum ex iure speciali subrogati naturam non retinere.
- 34 Subrogatum non habere subrogari naturam, si illius naturæ aduersatur.
- 35 Subrogatū nō in omnibus naturā subrogati assumere.
- 36 Substitutum in omnibus instituti naturam nō sapere.
- 37 Cap. uenerabilis. §. porrò. de offi. deleg. explicatum.
- 38 Episcopi spoliatio causā Pōtifici reseruata nō habet.
- 39 Cap. ult. de offi. deleg. sensus & intellectus.
- 40 Clem. 1. de heret. sensus & intellectus.
- 41 Inquisitores hereticæ prauitatis esse delegatos Pontificis ad uniuersitatem causarum.
- 42 Authoris noua expositio ad clem. 1. de heret.
- 43 Cap. ult. de offi. ordi. sensus & declaratio.

Absolutum

- 44 Absolutionem ab excommunicatione per manus iniectio-
nem, an sit ex reservatis Pontificis.
- 45 Decij, Bolognetti, & Purpur. interpretatio ad c. ult.
de offi. ord. confutata.
- 46 Cap. ex literis. de resi. in integ. intellectus & sensus.
- 47 Castrum alienans, etiam merum & mixtum Imperi-
um, quod in eo habet, dicitur alienare.
- 48 Multa cum universitate transire, quae aliis non tran-
sirent.
- 49 L. quaedam. ff. de acquir. rerum dom. explicatur &
declaratur.
- 50 Feudum non venire in generali bonorum alienatione.

QVÆSTIO LIII.

ARBITRIUM HABENS VICES SVAS
alteri mandare an possit; & quid in delegato Prin-
cipis an causas meri, ac mixti imperij subdelegare
possit, latissimè disputatum; & per multa iuris lo-
ca explicata, multorum reiectis interpretationib.

QVÆRO quinquagesimo quarto, an iudex iste
in alteru cognoscendi ac iudicandi hoc onus si-
bi mandatū reijcere possit? Et nō posse affir-
matit Paris Puteus in tract. syndic. tit. De arbitrijs
eorū. nu. 6. uerū. n. si iudex. post Rō. quem citat conf.
238. in hancq; sniam est adductus ex l. si cū dies. §. qsi
rū. & l. qualem. ff. de arb. illa ē rōne, quia ipsemet cui
iniunctū est onus, diffinire debet. l. quidā extimaue-
runt. ff. si cer. pe. at. in alterū onus reijcere nō est cām
diffinire, sed seipsum potius eo onere leuare. d. §. qsi-
tum. Præterea huius industria electa uidetur, quare
alterum eligere, & ei hoc munus domādare nō pōt.
ut multis demonstrabimus infra q. 56. quo loci age-
mus, an hoc arbitrium in succellōrem transeat.

Hæc sententia fortius eo in casu procederet, quan-
do Princeps alicuius arbitrio ꝑ committeret causas
meri, & mixti Imperij: nā tunc is Principis ꝑ delega-
tus alteri uices suas demandare nō posset, ut hæc opi-
nionē, q̄ ueriores semp credidi, probauit Butrig. Cy-
nus, Sali. Ioā. And. & Alex. quos retulit Iaf. in lā iudi-
ce. col. pen. uer. Quartō limita. C. de iudi. hæc cōem ac
uerā esse respondit Rui. consi. 161. nu. 13. lib. 3. & hæc
esse receptior ac in Burdegalensi Curia obseruari cē
sunt Boet. q. 6. in fi. ab hac nō dissentit Paulus Oria. in
l. 1. nu. 16. de officio eius, & Ioā. Bolognet. nu. 138.
nec aliter eo loci uisus est sentire Constantissimus Cam-
millus Plaurius in uerbo, iure magistratus. num. 137.
hæc quoq; fecutus est Gaspar Vallascus in Imperiū.
nu. 20. de iurisd. om. iud. ut aut ego hanc opinio. de
fenderē ommissis aliorum argumentationibus, quibus
Purp. in ea. l. j. nu. 620. fusissimè satisfacit, his adduce-
bat. Primò ex l. solet. ff. de offi. Proc. ubi non hēt Pro-
consul in sua prouincia superiorē: nā loco Principis
est, ac plenissimā in ea ptatē obtinet, l. si in aliq. §.
ult. & seq. ff. de offi. Procon. huic ē mādāta cēsentur,
q̄ meri ac mixti imperij sunt. d. l. solet. ibi, ptatē sibi
datā. pōt & hic Procōsul legatū constituere. l. 4. & 5.
ff. de offi. Procon. ex quibus à Principis speciali dele-
gato non differre intelligimus, quin si differt, eo ma-
ior est Procon. nihilominus scriptū legimus in d. ꝑ l.
solet. Procōsulē nō posse suo legato cās meri uel mix-
ti imperij mādare. eā adfert rōnē, q̄ nostro huic casui
optimè conuenit. Nec enim (inquit) pōt quis gladij

potestatem sibi datam, uel alterius cuiusquā coercio-
nis ad alium transferre. Nec adneratur, quod is Pro-
consul mandare possit innocenti absolutionē, qm̄
unā cū iureconsul. ibi respondeo, illud esse mandatū
extraordinariū, q̄ in ceteris ostēdit regulā esse in op-
positum. illius ar mādāti extraordinarij in cā est ab-
solutio in nocētis fauor. absentem, de pœnis. nec
mirū est, ut is absolvere possit, qui tñ condemnare
nō pōt. q̄ probat l. ult. §. adeo. C. ubi Sena. uel Clariff.
& tradit gl. in cle. 1. de hæret. & ita d. l. solet. ibi intel-
lexit Ioā. Cora. nu. 6. & ante eum fortē Longouallius
in l. Imperiū. nu. 80. de iurisd. om. iud. & si Iacō. Nigri
in l. 1. nu. 118. de offi. eius. non parum dissentiat. Si
ergo is Proconsul has causas delegare nō pōt, minis
hic Principis delegatus poterit subdelegare. pbatū
clarius hæc sententia ex tex. ꝑ ad hæc prohibemus,
uerū. anteq̄, in auth. de colla. cuius uerba licuit hic ad-
scribere; Anteq̄ uerò in Prouincijs ueniant iudices,
damus eis licentiā uices agentes suos constituere, qui
debeant oia usq; ad sui præsentiam agere, q̄ possunt
ipsi iudices facere; citra tñ nouissimū supplicij, aut
membri incisionem. Sed si quis ex iudicibus secūdū
iussionem nostrā in aliam regionem mittatur, liceat
ei ꝑ similem modū loci seruatorem suum facere. hac
n. constitutione intelligimus, datos iudices ex sacra
iussione (quos ego fuisse itelligo iudices ordinarios,
quibus præscripta à Principe pcedendi forma, iurisdic-
tio alterata fuit, ut probat constitutio illa in au-
then. in medio litis non fieri sacras iussio. & si aliter
senferit ꝑ Alciatus in rub. de offi. ordina. nu. 14. & lib.
Paradox. c. 5. cuius sententię refragatur rex. auth. qui
semel. C. quomo. & qua. iudex, iuncto §. omnem, in
auth. de litigio. à quo est desumpta), non posse subde-
legare, imò suis Vicarijs committere causas meri &
mixti imperij, ut ultimi supplicij & membri incisionis.

Probatur propterea hæc sententiā argumento præ-
sumptæ electæ industriae ob causā grauitatē, ut pro-
bat tex. c. is qui. de offi. deleg. in 6. sed ubi ꝑ electa in-
dustria est, subdelegari cā illa nō pōt. c. ult. §. is ar. ff. de
offi. deleg. superest solū ut diluamus subūle unā confi-
derationē, q̄ fecit Riminal. in l. 1. in prin. col. pen. ff. de
officio eius. minimè uerū esse, ex ꝑ delegatione causæ
meri & mixti imperij, ceteri electam psonæ indu-
stria. nā iure Pōtificio ubi psonæ industria electa est,
subdelegationi locus non est. d. ca. ult. §. is ar. & tñ eo
iure causæ meri ac mixti imperij subdelegari pōt.
cap. in Archiepiscopatu, de raptō. nam est quod anti-
maduertamus, falsam esse propositionē illā, iure Pō-
tificio causas meri ac mixti imperij subdelegari pos-
se, qm̄ ueriores sententiam illam semper credidi,
ꝑ nullam esse differentiā in hoc inter ius Pontificiū
& Casareum, ut rectē credidit Purpur. in l. j. nu. 509.
de offi. eius. & ibi Ioannes Bologne. post Nigrum nu.
44. Nec uim facit d. ꝑ c. in Archiepiscopatu, qm̄ uer-
re loquitur de Rege Siciliae delegatē, non autem de
subdelegante, qui sanē Rex præter eam recognitionem,
q̄ iure utilis domini facit uersus Pōtificem ma-
xi. c. Pastoralis, de re iud. ceteris liber dominus est,
& merum ac mixtum Imperium exercere absolute
potest. Non pariter adueratur illa consideratio, quā
facit Purpur. in d. l. j. nu. 623. uerū. secundò Alexan. &
fortē ante eum Alex. ibi tertio nota. & ibidem Iaf. nu-
me. 35. & ibidem Riminal. non esse absolute uerum,
ex de-

ex delegatione causæ grauis electam ceteri psonæ
industriam, cum tunc demum ꝑ electa credatur, cū
causa grauis maiori iudici mandatur, ex l. j. ff. de offi.
prefecti præto. quod in hac disputatione non contin-
git: nā, ita maioribus, ut minoribus subdelegari pos-
se proponitur. Hæc. n. consideratio leuis est, quando-
quidem sola causa grauis est, quæ electam esse perso-
næ industria arguit, id quod nixi sunt pbare in ea l.
1. Nigri nu. 3. in fi. & Claud. Seyfell. in 3. notab. &
Fely. in d. c. ult. §. is aut. de offi. delega. & prob. d. c. is
cui, de offi. delega. in 6. nec aliter hac de re uerba faci-
ens, sentit Dec. in d. l. j. in prin. nu. 32. uer. sed tñ fun-
damentū. de off. eius. Scio etiā aliā fuisse ad rem hanc
considerationem Nigri d. l. j. nu. 42. de off. eius, q̄ sibi
uendicauit Io. Bolog. ibidem nu. 137. in hoc delega-
to non ceteri electæ psonæ industria, cū ut pluri-
mū consueuerint Principes delegationis rescripta ad
12 partiu preces concedere; quare tanti non sunt iꝑꝑ de
legati, ut nefas sit ab eorū psona recedere, ut probat
l. apertissimi. C. de iud. qua probatur, Principis dele-
gatos recusari posse, cū tñ ordinarij nō possint. auth.
si uerò contigerit. C. de iudi. id q̄ non alia rōne in or-
dinarijs creditur factum, q̄ q̄ suæ psonæ industria
electa censeatur, arg. d. l. 1. ff. de offi. prefecti præto. est
enim hæc leuis consideratio, qm̄ quidem delegari cō-
sueuerint causæ absentibus, idoneis tñ, ut alijs magi-
stratibus uel in dignitate constitutis, ita ut psonarū
rō ob causæ grauitatem apud Principem delegantem
13 habita sit. Et q̄ dicitur, ꝑ ordinariū non recusari, d.
auth. ad hæc, illud non contingit, q̄ electa sit eius in-
dustria, sed quia ppetuā iurisdictionē habet, ob id ꝑ
recusationē ab officio & magistratu moueri non det.
Accedit q̄ hodie nō seruatur ex cōsuetudine, q̄ ordi-
nariꝑ recusari nō possit, ita Bal. d. aut. si uerò cōtigerit.
14 Lenior hac consideratione est & illa eiusdem ꝑ Bo-
log. d. l. j. nu. 137. q̄ si electa causa industria, in-
telligi tñ det tā in cognoscēdo, q̄ in inueniēdo dele-
gatum. Duplex. n. dicitur in eo confidentia, ut uel ip-
se diffiniat, uel idoneū subdelegatū inueniat, q̄ confi-
derationē uidetur probare l. generaliter. ff. de off. præ-
sid. est inq̄ leuis hac consideratio, quandoquidem il-
la unā est Principis in tētio, ut ipse delegatus causam
15 finiat, non aut ut alterum sui loco sufficiat. & ꝑ l. ge-
neraliter. responderi potest, illam fuisse potestatem
Præsidis & Proconsulis, ut possent iudicandi facultatem
mandare atque ita iudices dare, ex quo non dele-
gati ipsi efficiebantur ex imperatoris rescripto, sed
ordinarij permanebant, & tanquam ordinarij dele-
gari poterant: quod hic non contingit.

Constabilita negatiua hac sententiā, superest, ut di-
16 luamus illa fundamenta; q̄ pro affirmatiua ꝑ opinio-
ne adferri à nostris solent, quam sanē affirmatiua ꝑ-
barunt gl. in l. j. C. qui pro sua iurisd. Bart. in l. 1. num.
10. de offi. eius. hanc quoque probasse Rotan Rom-
manam scripsit Io. Baptista à Sancto Severino in l.
more. nu. 11. de iurisd. om. iud. quam & ipse eo loci
secutus est, hanc seruari in Curia Delphinatus scri-
ptum reliquit Guido Pape. q. 624. idem docuit Iaf. in
lā iudice, colum. penul. uerū. cū. Quartō limita. C. de
iud. Dec. in c. 3. secundo notab. uerū. Tertio pro ista.
de offi. delega. idem in l. j. in fine. ff. de offi. eius. & eo
loci idem placuit Iaf. nu. 63. 64. Nigro numero. 136.
Sapie nume. 35. Purpura. num. 627. idem censuit Al-

cia. in c. quod sedem. nume. 52. de offic. ordin. præci-
pua. huius sniæ argumenta, ea maiori, qua fieri pote-
rit, breuitate ego referā, & dissoluā. Primo itaq; ꝑ ad-
fertur l. j. C. qui pro sua iurisd. in uerbis illis, nullo
causarum habito tractatu. ꝑpendendo primò ex Iaf-
sonis sniæ, q̄ qm̄ lex generalis loquitur sup actū iā cō-
cesso, nō recipit restrictionem de habilitate. l. j. §. nū-
ciatio. ubi Bar. nu. 23. & Iaf. nu. 7. de oper. noui nū-
ciatio. sed ante d. l. concessum iā fuerat Principis dele-
gato posse subdelegare. l. à iudice, in fin. C. de iud.
nullo ergo modo d. l. j. restrictionem recipit, ꝑpendi-
di etiā solet scdo loco à Iafone illa uniuersalis negati-
ua, q̄ ubi in uno uera non esset, in oibus dispositio
deficeret. l. is qui ducenta. §. utrum. de reb. dub. abso-
lutè ergo subdelegare poterit. Alexā. in l. j. nu. 85. de
offi. eius. qui mecum sentit, hunc nodum sic dissolue-
bat; uerba illa, nullo causarum habito tractatu, intel-
ligenda fore de causis meri & mixti imperij infimis,
q̄ delegabiles sunt, ex Bart. sniā in l. imperium. nu. 7.
de iurisd. om. iud. cum Alex. sentit Purp. d. l. j. nu. 612.
18 nam (inquit ille) lex ꝑ generaliter loquens de habi-
litate restringitur. l. ut gradatim, de muner. & hono.
Hinc eleganter scripsit gl. in clem. j. in gl. ult. de seque-
stra. possess. & fruct. in generali dispositione psonas
inhabiles non contineri. Nec adueratur illa doctrina
Bart. d. l. j. §. nunciatio, nu. 13. qm̄, ut relati Alex. &
Purp. scribunt, intelligitur, cū lex principaliter dispo-
nit, non si incidenter: quia tunc est de habilitate res-
trictio, ex sniā gl. in l. j. in gl. j. C. de fide instr. Rur-
sus, non satis uidetur uera doct. Bar. in d. §. nunciatio,
qm̄ quidem Ruinus ibi nu. 127. 136. acriter eā repre-
hendit, ex quibus cessat illa consideratio ex l. is qui
ducenta. §. utrum. de reb. dub. qm̄ de habilitate, restri-
ctione facta, non amplius illa negatiua uim uniuersa-
lis retinet, quod eo loci docuit Barto. num. 6. uerū.
aut à lege. Est præterea leue, quod ait Decius in d. l. j.
in fi. de offi. eius. & ante eum Riminal. ibi nume. 32.
nihil specialitatis in eo textu esse ad fauorem delega-
ti Principis inductum, si ita constitutio illa intelligen-
tur: nam satis specialitatis inductum est, cum suæ
psonæ fauore iurisdictiones & imperia illa mandē-
tur, quæ alijs committi non solent.

Secunda etiam responsione ꝑ satisfacit Iaf. d. l. j. nō
diffinire, quas causas subdelegare possit Principis de-
legatus, sed tantum quæ sunt sub sua iurisdictione, ut
nulla adhibenda sit differentia, an causæ quæ subde-
legantur, in sua iurisdictione contineantur uel nō, ad
differentiam ordinarij, qui (quemadmodum in prin-
cipio illius constitutionis dicitur,) ut delegare possit
is, cui uult delegare, ex sua iurisdictione esse debet: à
qua tñ regula excipitur delegatus Principis, cū is, cui
uult subdelegare, possit, nulla scilicet habita ratione
causarum, an ad suam iurisdictionem spectent uel
non; nec habita subdelegatorum ratione, an persona
sit ipsi deleganti subiecta uel non. atque ita textum
illum intelligendo, exceptio erit de genere regulæ,
ut esse debet, ut scribunt Dyn. in rubr. de reg. iuris, in
6. nume. 13. & Decius in l. j. nume. 22. ff. de reg. iuris.
aliās enim si uerba illa ratione causarū meri ac mixti
imperij intelligerentur, uerè exceptio non esset de
genere regulæ. quod autem in hoc solum sit diffe-
rentia ratione continentia iurisdictionis, quæ in
Principis delegato fieri minimè solet, ex multis secū-
dum

dum Bologn. d. l. j. nu. 137. de offi. eius, demonstratur. ac primo ex inscriptione illius tituli, Qui pro sua iurisdictione iudices dare possint. declaratur ergo in constitutione illa agi quod causae ratione iurisdictionis delegari possint, non autem quod causae ille sint, quae delegari, & subdelegari possint, demonstratur & secundo, quia illa rubrica est posita interrogatiue, duo demonstrans, ut in simili facit gl. in rub. C. quoniam non petent, partes, & ibi docto. primum ostendit, qui possint pro sua iurisdictione delegare; alterum, qui possint ultra suam iurisdictionem, primum de ordinariis dicitur in principio ipsius textus; secundum uero, quod est in fine, textus, diffinitur de delegatis Principis. Suadetur tertio, quia in fine dicitur, hec teneant, id est, hanc locum habeant, nisi nobis delegatis. sicque, modificatiue illa uerba intelliguntur, ex uerbo dictionis, nisi. l. age. ubi Bart. C. de transact. gl. l. fan. cimus. C. de dona. l. in l. actione. nu. 5. C. de transact. Petra sancta sing. 46. ut ergo regula conueniat, dicendum est loqui de causarum praeiudicia, suadetur quarto, quia in precedenti titulo iam diffinitum fuit, quomodo causae ratione pertinentiae ipsarum causarum delegari possent; erat ergo necesse in sequenti titulo, explicare, quomodo possent, uel non possent delegari respectu pertinentiae earum ad iurisdictionem uolentium delegare. Erit ergo sensus, ordinarios delegare tunc posse, cum ea suo iure ad eorum iurisdictionem spectat. Delegatum uero Principis absolute subdelegare posse, nulla habita personarum, ac causarum distinctione. id quod ibi postmodum non diffinitur. Nec aduersatur quod subtiliter obijcit Decius in d. l. j. nu. 60. & ante eum ibi Rimin. nu. 32. hoc modo intelligendo, uanam frustraneamque esse decisionem illam, cum frustraneum sit dubitare, an facta delegatione illa, ea ad suam iurisdictionem pertineat, uel non; cum uere pertineat. huic difficultati satisfacit Bologn. in d. l. j. nu. 137. & praeter illum ego dicerem, ante constitutionem illam, dubitationem circa duo fuisse. Primum, an dari is delegatus a Principe potuisset, qui alias extra iurisdictionem est, qui alias cognoscere de ea uere non potest. Secundum, an is delegatus subdelegare potuisset illi, qui alienae iurisdictionis esset, ut circa duo rubrica est concepta: Qui pro sua iurisdictione iudices dare, dari uel possunt. Quoad primum dubium, leue illud quidem erat, cum in Principis potestate sit hoc facere. sed quoad secundum maior suberat dubitationis ratio; quoniam uidebatur dicendum subdelegare non posse personae diuersae iurisdictionis, ut nec potest ordinarius. Verum ea ratione contrarium diffinitum fuit, quia is Principis delegatus locum Principis obtinebit; quemadmodum ergo Princeps cuius delegare potest, sic is Delegatus subdelegare.

21 Tertia responsione respondetur satisfacere Decius in d. l. j. in fine, illa uerba, nullo causarum habito, non ad praecedentia referri, cum delegatus subdelegat, sed ad sequentia, quae de appellatione loquuntur, ut sit sensus: Remanebunt iudices appellationis ad eos delegatos subdelegantes, nullo habito tractatu causarum uel personarum, quia appellatio indistincte locum habebit. uerum ipsemet Decius fatetur hanc declarationem non satisfacere. id quod praeter eum, sic demonstratur; quia illa uerba potius referenda sunt ad ea, quae principaliter, quam ad ea quae incidenter in textu dicta sunt: sed in eo textu principalis disputatio non est,

ratione appellationis, sed ratione causae delegationis, & hic erit sensus, uerba resoluendo: nam, cum is delegatus subdelegat, nulla adhibetur differentia, quae causae, aut quae personae sint; quin lata sententia, appellatio ad nos deuoluatur.

22 Quarta responsione tentat satisfacere Gaspar Vallaichus in d. l. imperium. nu. 212. sed diuinat admodum, cum non constet ibi illum Principis delegatum alias ordinariu fuisse; quin si ordinarius fuisset, illa non delegatio; sed iurisdictionis exercitatio fuisset.

Secunda est argumentatio, qua relati doctores adducuntur ad hanc affirmatiuam opinionem probandam, cum ex Principis delegatione causae hae meri ac mixti imperij delegabiles factae sint, perpetuo delegabiles censeri debent, ut in re alienari prohibita dicitur, quod semel alienata, perpetuo alienari potest. l. pater. §. quidecim. de lega. 3. probat l. caetera. ult. de leg. j. & l. j. res uero. C. de im. lucr. descript. & l. ult. C. de remissio. pigno. posteaquam res semel prohibitionem euasit, semper libera remanet.

Prima responsione satisfacit Alex. in d. l. j. nu. 87. de officio eius. in casu d. §. quidecim. prohibitionem fuisse in personam, non autem in rem; quod & ibi sentit Bartolus, idem in l. Petro. §. fratre. de leg. 2. Castren. l. uoluntas. in fin. C. de fideicommiss. l. in l. filius. §. Diui. 2. lect. n. 95. de lega. 1. & Alciatus respon. 136. nu. 2. non mirum ergo si egressa semel manus prohibiti est perpetuo alienabilis. At hic prohibito (inquirit Alex.) in rem est, quare omnes concomitatur: non enim hic limitata est prohibitio in una persona, ut est limitata in casu d. §. quidecim, ut docuit Baldus in l. j. C. ne liceat poten. & Decius consi. 88. in fine.

Secunda responsione conatur satisfacere Decius. d. l. j. in fine, & ibi tertia responsionem attulit Purp. nu. 614. uers. Secundo responderi. & quartam recenset ibi Bologn. num. 137. Ego tamen quintam sic considerabam, d. §. quidecim, ad rem non conferre, quia ibi res sui natura non erat inalienabilis, sed per accidens contigit; res enim sui natura inalienabiles, sunt res factae; ita d. §. quidecim, declarauit Bellonus lib. 4. supput. iuris, cap. 12. secus in casu nostro, in quo causae meri & mixti imperij non sunt delegabiles, cum ad solum Principem spectant. Ad l. j. res uero. C. de im. lucr. descript. satisfacit Alex. d. l. j. num. 88. de offi. eius. ibi fuisse in potestate acquirentis, sic acquirere. ad d. l. caetera. §. ult. respondet Vallas. d. l. imperium. nu. 217. ibi cessasse rationem prohibitionis. Sextam responsionem ego aliquando ad d. §. quidecim, considerabam, ex illo textu summi argumentum a simili, quod est fragile admodum, ut docuit glo. in l. ult. C. de inoffi. don. & in l. ult. C. communia utriusque iud. Euerardus in centuria legali, in loco a simili, quare ad argumentum hoc a simili diluendum, sufficit adferre contrariam instantiam. cap. urgeri. j. q. j. l. in l. creditor. nu. 7. de oper. no. nunc. Ripa. l. j. §. de nique, nu. 1. ad Trebell. cum ergo in casu d. §. quidecim, is, in quem est facta alienatio, maiorem habeat alienandi potestatem, cum nulla prohibitionem impediatur, non mirum, si & ipse alienare potest. diuersum est. n. in casu nostro: nam delegata causa meri imperij per Principem, is delegatus non eam habet potestatem in causa, quam habet Princeps; nec a Principe eradicata est omnis potestas & in delegatum translata,

ut

ut contingit in alienatione facta in alterum. quare, si loqueremur de delegatione, habita relatione ad Principem, dicendum esset, quod ea semel delegabilis, duret perpetuo delegabilis, ut declarando lapud Iulianum. §. constat, de leg. 1. ibi dicunt scribentes, semel a Principe impetrata censeri impetrabilia. at habita relatione ad delegatum argumentatio inepta est.

27 Tertia est argumentatio: Delegatus Principis est maiori quacumque ordinario. ca. Pastoralis, de off. delegati. licet ergo ordinarius has causas non deleget, is tamen qui eo maior est, delegare potest, ut in Principe uidemus, ergo & eius delegatus. Respondet Alex. d. l. 1. nu. 89. in fine & aliter ibi Purp. nu. 614. uers. Quarto pro hac satisfacit. Ego uero sic nodum dissoluo, dicoque argumentum non concludere, quia non sequitur, delegatus Principis est maior ordinario, sed ordinarius potest delegare, ergo potest & is delegatus. nam, aut uolumus argumentari a maiori, aut a minori; si a maiori, erit argumentandum negatiue, sicque destructiue tantum, ut scribit Euerard. in centuria legali, in loco sumpto a maiori, ex l. secunda. C. in quibus cau. in integr. resti. non est necess. quod argumentum hoc loco non concludit: nam tunc opus esset sic argumentari; Delegatus est maior ordinario. delegatus potest subdelegare, ergo & ordinarius. Vel sic, delegatus est maior ordinario, delegatus non potest subdelegare, ergo nec ordinarius. ex qua collectione iam clare uidemus, uel argumentationem nihil concludere, uel si concludit, contrarium probare. Si uero argumentum a minori deducatur, tunc affirmatiue tamen licet. auth. multo magis. C. de sacrosan. eccl. Euerard. l. 2. centuria, in loco a minori. at in casu nostro non licet ita argumentari: Ordinarius est minor delegatus, ordinarius subdelegat, ergo et delegatus: minor enim propositus est falsa, ut res satis clara est.

29 Quarta est argumentatio: Subrogatum sapit naturam illius in cuius locum subrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. §. fuerat. insti. de act. Sed delegatus a Principe loco principis subrogatur, cum ergo possit Princeps subdelegare, ergo & eius delegatus. Respondet multis modis Alex. in d. l. 1. nu. 90. de offi. eius. & cum eo Vallaichus in d. l. Imperium. nu. 215. quas tamen responsiones euertunt Dec. in d. l. 1. in fine, de offi. eius, Gomez. in §. fuerat. nu. 14. in fine insti. de act. Aliter satisfacit Purpur. d. l. 1. num. 615. dum ait, argumentationem procedere, dummodo differentia nulla sit inter subrogantem & subrogatum; ex declaratione Baldi & Ias. in l. filium col. 2. C. de inoffi. testamen. sic etiam Bart. in l. pater filium, col. pen. uers. dices tu. ff. de inoffi. test. quem est secutus Rom. sing. 225. Tu habes, & Soc. tract. fall. reg. 383. at hic magna extat differentia inter subrogantem Principem, & subrogatum delegatum, cum Princeps absolute potestatem, Delegatus uero limitatam habeat. Nec enim hic delegatus solutus est ab obseruatione ordinis iudicarij, cum illum ut ordinarius seruare debeat. Bart. in l. 1. in fin. C. ut quae desunt ad uoc. & si in hoc aliter uisus sit sentire. Bart. consi. 141. An ius agendi, Cremon. sing. 128. Antiqua. Confirmatur haec responsio ex eo quod regula haec subrogatorum non potest, cum in subrogato diuersa est qualitas ab illo subrogante, ut respondit Alex. consi. 106. nu. 17. l. 3. du affirmat quod & si arbitrator loco iudicis sub-

rogatur, non tamen ab eius sententia & laudo appellari detur, cum tamen a sententia iudicis appellatur: idque ob diuersam subrogati qualitatem euenire scribit Alexandrum est secutus Parisius consi. 49. num. 78. lib. 3. his accedit doct. Bar. in l. si quis nec causam. nu. 3. 4. ff. si certum per. dum docuit, & depositum non sapere naturam mutui, in cuius locum subrogatur ob diuersam qualitatem, idem scripsit Bart. in l. j. haec actio. ff. si quis testam. lib. esse iussus fuer. Gomez. in d. §. fuerat. nu. 3. uers. Quinto limitatur, ex c. super questionum. §. si uero, de offi. deleg. at in casu nostro satis constat de diuersa qualitate subrogati delegati, qui, cum in caeteris diuersam admodum qualitatem a delegante habeat, in eo praesertim habet; quod ut ipse iudicet, non ut alteri mander, potestatem consecutus est.

32 Responderi etiam sic posse opinor, regulam subrogatorum non habere locum, cum iure speciali est facta subrogatio. ita Gomez. d. §. fuerat. n. 7. 8. post Fel. in c. cum olim. nu. 5. de maior. & obed. quo loci docet Fel. in parte competenti Episcopo per uiam delegationis Capitulum succedens loco Episcopi, non habere eam potestatem; quia illa potestas erat ex iure speciali: sic in casu nostro potestas delegandi causae meri & mixti imperij est inducta iure speciali ad fauorem Principis, & ex iure speciali in eius locum delegatus subrogatur, non ergo illam potestatem obtinet.

34 Responderi etiam sic potest, subrogatum non sapere subrogati naturam, cum illi naturae aduersatur, sic respondit Lud. Bolog. consi. 68. in fine post Baldum consi. 142. lib. 2. & Comensem consi. 35. State statuto, Vicentiae. Quantum ergo persona primata delegati aduersetur naturae personae Principis, nemo non uidet; non ergo illius naturam sapit. Responderi & ultimo sic potest, uerum non esse quod subrogatus per oia sequatur naturam illius in cuius locum subrogatur.

36 hoc patet in substituto, qui instituti naturam in totum non sequitur. l. 1. §. haec actio. ff. si quis testa. liber esse iussus. quem sic citat Baldus in l. certum. colum. 5. uers. item dubitatur. C. unde leg. & scribit glo. in l. certi conditio. in princip. in uerbo, in omni causa, uers. ite & si detur specialis. ff. de reb. cred. si cer. per. & ibi Alex. num. 9. l. in. 30. uers. aduerte etiam. alios citat Tiraquell. in tracta le morta. faist le uiu. parte secunda, declaratione 9. in fine. Sic in casu nostro est dicendum, delegatum quod ad cognitionem, Principis naturam sapere, non quod ad ipsam delegationem. Quinto ergo loco adferri solet pro hac affirmatiua textus cap. Venerabilis. §. porro. de offic. deleg. quo probati creditur, delegatum ad causam restituendi Episcopum spoliatum, quod ex Pontifici reseruatis esse dicitur, subdelegare posse. Verum is textus, porro, ob iustam causam subdelegationem concedit, ob infirmitatem scilicet, ita Alcia. in ca. quod sedem. numero 82. uers. cul. nec obstant, de offi. ord. & idem sentit Purpura. in l. 1. numer. 616. uers. cul. Sexto allegatur, de officio eius. qui & illud uisus esse sentire, & recte, illam Episcopi restitutionem non esse ex reseruatis Pontifici, nam ibi agebatur de restituendo Episcopo suis bonis, & Episcopatu, quibus spoliatus fuerat: non autem de restituendo Episcopo dignitati, qua, si priuatus esset, solus Pontifex restitueret, ut uere declarat glo. in cap. quod translatio. nem, de offic. delega.

39 Sexto adferri solet tex. cap. ult. de off. deleg. sumpto argumēto à sensu contrario, dum prohibet subdelegari, cum electa est delegati industria, ergo aliàs potest. Satisfacit Alex. in d.l. 1. nume. 90. & ibi idem confirmat Purpur. nu. 617. quorum responsio mihi nō placet, cum nulla lex clara repugnet illi argumētatori, ut ipsi falsò opinantur. Respondet etiam Valaschus in d.l. Imperium, nu. 219. uersi. 18. sed leuis est huiusmodi consideratio. Respondet et Iacobus Niger in d.l. 1. nu. 139. uersi. Quinto pro ista. de off. eius quæ pariter nō placet. Ego uerò soluo sic nodum, atque intelligo contrariam potius probare sententiā. nam in d.c. ult. §. is autem, scriptum est, causas illas posse subdelegari: ego intelligo causas, non meri nec mixti Imperij, postea in §. præter quam, subiicit, illud delegatum subdelegare eo casu causas illas non posse. quod intelligo, non quia ex uerbis rescripti esset personaliter iniunctum, ut ipse iudicaret, quia eo casu adhuc subdelegare possent, ut in d. §. is autem, clare dicitur. sed illud contingit ob causæ grauitatem, ob quam dicitur electa industria, ut cum causa meri & mixti Imperij à Principe temporali delegatur, ut probatur in c. is cui, de off. deleg. in 6. & infra attingam.

40 Septimo in hanc sententiā sunt, qui citant §. clem. 1. de hæret. qua probatur, Inquisitores, à summo Pontifice delegatos, ad inquirendum de hæresi, posse uices suas alteri mandare, cum tamen sint causæ illæ ex referuatis ipsi Pontifici. glo. in cap. q. translatione. de offic. ordi. Respondent Purpur. d.l. 1. nu. 618. de off. eius, Valaschus in d.l. Imperium, nu. 215. in fi. de iurisd. om. iud. & Alcia. in d. c. quod sedem. de off. ord. esse hoc speciale in causa fidei. uerius mihi dicendum uideatur, Inquisitores esse delegatos ad uniuersitatē causarum: ita Abbas c. ultim. colum. pen. de re iud. cum secutus est Alciatus in rubr. de offic. ordinarij, numero 19. non ergo mirum, si subdelegat.

Octauo citari solet c. 2. de offic. ordi. Respondent multi, & cum illis Purpur. d.l. 1. nu. 618. uersi. Nonò. sed non multum satisfaciunt. Ego uerò sic responderi posse opinor, in illo canone nō dubitari, quomodo delegatus possit, nel nō possit subdelegare: sed solū ambigitur de ordinario, an dū meri ac mixtū habeat Imperiū, illud delegare possit, ut dicimus, Principem posse. ad rē ergo nō cōfert, cum nos de delegato subdelegatē loquamur. sic in simili respōdet Purpur. in d.l. 1. nu. 619. qui ita soluit nonum argumentū, quod adducitur ex c. ult. ne cler. uel mona. 43 in 6. Decimo adferri solet c. ult. de off. ordi. quo probatur, absolutionē ab excōmunicatione ob manus iniectionem in clericum quæ aliàs Pontifici reseruat, c. si quis suadente. 17. q. 4. posse delegari: idem ergo in casu nostro. Verum respondent aliqui ex declaratione Decij in l. 1. num. 31. de off. eius, & absolutione quamq̃ aliàs Principi reseruatam, ob consuetudinem posse delegari, atq; ob id ut de non reseruat is iudicatur. c. q. translationem, uersic. & si quædam, de off. or. hanc responsionē ante Decium sensit Rimini, in d.l. j. nu. 1. de off. eius. non tñ est uera, & eam una rōne destruit Bolog. d.l. j. nu. 48. cui ego addo q̃ & si fortè hæc absolutio soleat à Principe delegari, nō tñ probatur consueuisse à Principis delegato subdelegari, nos enim de potestate delegati loquimur, nō autem de potestate Principis delegantis. Respondet

etiam is t̃ Bologn. d. c. ult. loqui in ordinario, qui ex suo officio absolueret potest. quam declarationem prius sensit Dec. in c. ceterum. de iud. & post eū Purpur. d.l. 1. nu. 620. & Didacus lib. 3. uaria. resol. c. ult. nu. 5. quorum declaratio non multum placet: quia illa uerba, ex officio, in textu reata, ita possunt intelligi de off. deleg. ut de officio ord. Respondit etiā Valaschus in d.l. Imperium, nume. 219. & Purpur. d.l. 1. nu. 620. esse illud fauore animæ. c. 1. de hæret. in 6. non dissentit Didacus d. c. ult. num. 5. uersi. secundò illud, ubi nu. 6. aliam declarationem sensit ex sententiā Ioannis Longoualij in d.l. Imperium, nume. 113. quam fortè ante eos sensit Seuerin. in l. more. nume. 19. de iurisd. omn. iudicium.

46 Undecimò adfertur §. c. ex literis, de rest. in integr. cui satisfaciunt Valaschus in d.l. Imperium, nu. 219. in fine, & Purpur. d.l. 1. nu. 620. uersi. Duodecimò ibi esse factam subdelegationē collegæ. Duodecimò citatur c. cum uenissent. de eo qui mitt. in poss. cui tñ respōdent Valaschus & Purpur. quos iam citauimus. Ego sentio ibi solū agi de delegatione, nō autem de subdelegatione. Decimotertio ac ultimo argumentabatur Rimini, ex doct. Bal. in c. 1. in ti. de cap. qui curiā uend. dum docuit, in feudatū de castro cū mero & mixto imperio, alienando illud cum Principis consensu merum & mixtum Imperium transferre. idē celsit ipse Bald. in l. inter eos. ff. de acquir. possess. ubi etiā Bar. idem Bart. in l. 1. §. cū urbem. ff. de offic. Præf. urb. Rom. consi. 444. col. pen. Didacus lib. Practi. q. c. 1. nu. 1. constat ergo hæc trāsferri posse, sic & subdelegari. Respondet & rectè Purpur. d.l. 1. nu. 622. illud procedere ob adhibitū Principis consensum, qui hic non adhibetur. Respōdet secundò Niger. d.l. 1. nu. 139. uersic. Sexto pro illud cōtingere, quia cum uniuersitate trāsferri: castrum, n. quid uniuersale dicitur. l. pupillus. §. territorij, de uerb. sign. l. j. §. in initio. de off. Præf. urbis. Fel. in c. Rodolphus. nu. 15. de rescr. Purpur. in d.l. 1. nu. 477. de off. eius. nā multa trāsferunt cū uniuersitate, q̃ aliàs nō trāsferunt. l. 1. ff. de fun. dot. l. quædā. ff. de acqu. rer. do. d.l. 1. §. in initio. & multa cōgessit similia Ale. in d.l. 1. nu. 77. de off. eius. Verum hæc respōsio ex duobus non satisfacit: ac primò, quia regula d. t̃. quædam, non procedit in his, quæ iurisdictionis sunt, ut declarat Imo. post Butriū in cle. Pastoralis. de re iud. Fely. in c. si quis clericū. col. ult. uersic. Sextò, de foro cōpet. probat tex. in c. 1. de off. uic. in 6. quē in hanc iniam citat Purpur. in d.l. 1. nu. 471. de off. eius. Secundò d. reg. l. quædam, non est regula generalis sed specialis tantum fauore hæredis, qui censetur idem cum testatore. auth. de iureiuran. à mor. præf. i prin. ita de clarat Ang. in d.l. 1. & ibi Purpur. d. nu. 471. de off. eius, confirmat Angeli sententiā. quod egregiè respōdit Homodens Signor. cōsi. 12. nu. 2. d.l. quædam, regulam non inducere, ut quæ in dispositione singulari non transeunt, trāsceant in uniuersali, quia (ut ille ait) dicta l. quædam, loquitur in certis casibus tantum; regula ergo est in contrarium, ut probatur ex l. chorus. de leg. 3. & ex l. 1. post princip. de offic. eius. Hinc uidemus in generali ac uniuersali bonorum alienatione, non uenire t̃ feudum. capit. in generali. si de feud. sue. controuer. cap. primo, de capit. qui cur. uend. Alua. inter consil. Bruni consil.

121. nu. 56. ubi nume. 33. refert, spiritualia, ut omnino inalienabilia, non transire cum uniuersali alienatione omnium bonorum, ut docuit Innoc. in c. ex litteris, de iure patro. sic ergo hoc casu, quæ meri ac mixti Imperij sunt, per inferiorem a Principe alienari non possunt: sic nec cum uniuersitate transmitti. Quare rectè dicebat Purpur. d. l. j. nu. 473. relata intelligi, cum in uasallo est potestas alienandi feudū unā cum mero ac mixto Imperio in eo residente, ut quia erat feudatarius perpetuus, qui casibus a iure permissis uēdat, sic etiam declarauit Carolus. Molina: in consuetud. Parisien. titulo 1. §. 1. glo. 5. num. 40. & ita sentire uidetur Didacus d. lib. 1. pract. quæstio. d. c. 1. nume. 10. atque ita defēditur hæc uera sententiā, Delegatum Principis non posse subdelegare causam meri ac mixti Imperij. Hæc paulò altius enucleare uoluimus quàm fortè res hæc, de qua agimus, postulabat; sed id consultò fecimus, ut studiosis quibusdam rem gratam faceremus.

S Y M M A R I U M.

- 1 Iudicem arbitrium habentem nō posse sine causa aliquem à suo loco amouere.
- 2 Arbitriū cōcessū dicitur sine alterius dāno et iniuria.
- 3 Amouere quempiam a loco, grauis est iniuria.
- 4 Vicarium non posse clericum loco amouere.
- 5 Antonini Pij modestia.
- 6 Officialis ex accidenti effectus inhabilis à loco amoueri non debet.
- 7 Amouere à loco licet aliquem iustis de causis.
- 8 Officio is priuari potest, qui in eo deliquit.

QVÆSTIO LV.

QVOMODO IVDIX PRO SVO ARBITRIO POSSIT ALIQUEM A SUO LOCO & MAGISTRATU, OFFICIOQUE AMOUERE, EXPLANATUM.

QVÆRO quinquagesimo quinto, an possit hic Iudex ex suo arbitrio aliquem a suo officio sine causa amouere? Et non posse, affirmauit Paris Puteus tracta. syndicatus in tit. de arbitrarijs eorum. nu. 8. post Roma. consi. 457. Ut clara reddatur, quod quidem multis probatur: nam (ut iā diximus) hæc arbitrij concessio intelligitur, sine alterius iniuria & damno: ut docuit Bar. d. l. ambitiosa. nu. 2. ff. de decretis ab ord. facie. sed t̃ amouere à loco, e grauem iniuriā inferre. l. ult. ibi, qui dignus tali nota uidebitur. ff. ubi pupil. educa. deb. l. 2. §. ignominia. ff. de ijs qui nota. infam. l. hæc. n. ff. de suspect. tut. Hinc t̃ Vicarius Episcopi, cui data est facultas cognoscendæ & non condemmandi, non potest clericum a suo beneficio amouere: cum grauis censetur illa iniuria, quæ inferretur. c. 2. ubi Anch. in 3. not. de off. Vica. in 6. Hinc t̃ Antoninus Pius, ut in illius uita Iulius Capitolinus scribit, successorem uiuenti bono iudici nulli dedit.

6 Extenditur procedere, etiam si is officialis infuficiēs & inhabilis factus fuisset, & si habilis ab initio extitisset. ca. quamuis triste. 7. q. 1. quod intelligo cū Alc. de præsump. reg. 3. præsum. 19. in fine, quādo est officium, q̃ dignitati potiusquàm exercitio datur.

7 Declaratur primò non procedere, quando t̃ iusta remotionis causa adesset, ut quia is officialis negligens i suo officio fuisset, ut probat l. carceri. ff. de custod. reo. l. ult. ff. ubi pupil. educa. deb. l. si quos. C. de offi. Præf. Præto. Rom. d. consi. 467. in fine. Sic quādo est infuficiēs in exercitio illius officij, l. ut gradatim. §. reprobari. ff. de mune. & hono. late Alcia. d. præsum. num. 4. & 5. ubi plura adfert exēplazita aliter delinquentes in illo officio, ut probat tex. in c. 2. in fine, & in c. cum ad monasterium, de statu monac. uel qñ officialis amoueretur ex causa publicæ utilitatis, quæ priuatis anteferri semper dēt. ita Rom. d. consi. 467. col. ult. ex l. quod semel. ff. de decretis ab ord. facie.

S Y M M A R I U M.

- 1 Iudicem causam in medio diuidere non debere.
- 2 Diuidere causam tūc potest iudex, cum perplexa est.
- 3 Interdicti uti possidetis causa dubia quomodo pronuntianda.

QVÆSTIO LVI.

DIVIDERE CAUSAM IN MEDIO ET UTRIQUE PARTIUM PARTEM ASSIGNARE, QUANDO IUDEX ARBITRARIUS POSSIT.

QVÆRO quinquagesimo sexto, an iudex iste controuersiam ita diffinire queat, ut rem diuidat, & dimidiā utriq; partium adiudicet, iuxta l. Nefennius, de neg. gest. & non posse post Bal. d. l. Nefennius, col. pe. uers. ult. nos, affirmauit Paris Puteus tracta. syndicatus, in tit. de arbitrarijs eorum, num. 13. uersi. si datum est. inquit Bal. Arbitratores imperitè ac perperam agere, cum in diffiniēdis quæstionibus a iure decisis eam eligunt uiam, ut partim uni, partim alteri assignent: nā ubi certa est iuris determinatio nulla rōne uia facti amplectenda est. d. l. Nefennius.

2 Declaratur locum sibi non uendicare, t̃ cum iuris dispositio dubia ac plexa admōdū esset, ut a legislatore obseruatum aliquando fuit in l. hoc Titus. ff. de hæred. inst. ubi pp repugnantiam iuris cōis institutus admittitur unā cum substituto. quē locū emēdauit Alcia. lib. j. Dispunct. c. 2. & probat §. ult. inst. de uulga. quē declarat nouo sensu Vacon. Roman. lib. 6. Declara. iuris, cap. 240. t̃ Sic etiam multoties in interdicto uti possidetis, obseruant iudices inter duos de possessione cōtendentes, cū pares sunt apud utrunq; probationes, ut tradunt quamplures in ca. licet causam, de probat. latissim. Boer. q. 42. col. ult. & q. 239. nu. 13. alios casus propè infinitos congescit Tirac. Tract. Primigen. q. 17. in quarta opinione, & Neuiz. lib. 6. Syluæ nuptia. nu. 6.

S Y M M A R I U M.

- 1 Iudicem ex suo arbitrio procedentē, non posse bonā fidem agnoscere, ex Putei sententiā, paulò tamen infra consutata.
- 2 Mandatū non censerī, ad quod compelli quis nō potest.
- 3 Testator mandans suis creditoribus solui, nō dicitur mādasse ut ei soluatur, qui creditum per exceptionē elidibile habet.
- 4 Naturale debitum in foro conscientie deberi.

- 5. Naturale debitum in foro equitatis, ut mercatorum solui debere.
- 6. Naturale debitum in foro canonico esse persoluendum.

QVÆSTIO LVII.

BONAM FIDEM AGNOSCERE AN debeat iudex, qui arbitrium in procedendo obtinet; & quando naturale debitum exigat ac persolui debeat, explanatum.

QVÆRO quinquagesimo septimo, an iudex iste possit bonam fidem agnoscere? Et nō posse, nisi obligationi coniuncta sit, affirmavit post Bal. in Rubr. C. de constit. pecun. col. 3. uerſi. Vñ enim adde, Paris Putens Tracta. syndic. titulo. De arbitrarijs eorū, nu. 19. quo loci subijcit ex suo capite ne denarium quidem soluere posse, argu. l. si is cui. §. Flavius. de solu. Bart. l. 1. §. hæc uerba, in fine. ff. ne uis fiat ei. generalis enim potestas data, intelligitur data in causis tantum, quæ uis necessitatem habet, ut eo loci Baldus cēſuit. nec enim uerisimile uideretur mandatum fuisse, fieri illud, ad quod quis cōpelli non poterat, ut inquit text. in d. §. Flavius, in fine. idē cēſuit Bart. in l. legauit, in fi. ff. de lib. lega. ex d. §. Flavius, quod si testator iubet hæredi, ut omnibus, qui ab eo aliquid recipere debent, satisfaciatur; illi non esse satisfaciendum, qui instrumentū elidibile per exceptionē habet, ut quia naturaliter tantum sibi debeat, uel etiam quando alia exceptione debitum elidit potest, ut exceptione præſcriptionis. idē Bar. l. quibus diebus, §. dominus. ff. de cōdit. & demonſt. Arēt. consi. 93. numer. 3. Balbus de præſcrip. prima parte principali. q. 5. uerſi. Tertio infertur.

Contrariam opinionem aduersus Paridem ueriorē arbitror, nempe hunc iudicem posse recognoscere bonam fidem, & iubere soluere, quod aliàs efficacem obligationem non habet. nam, cū hic iudex solam æquitatē & rei ueritatem spectare possit & soleat, ut iā admonui, sequitur posse ea facere, ad quæ hominis cōscientia, impellit. atq; conscientia impellit nos ad soluendum debitum naturale. l. & si inutiliter. C. de fideicom. & ibi clarē Bal. uerſi. Quæro quid si qui, idē dicit in ultima dispositione procedere, ut si testator maderet solui debitū, intelligi etiam de naturalibus, cū testator de morte cogitans & salute animæ, uelit solui illud, ad quod in conscientia se teneri sentit. Bal. l. id quod pauperibus. col. 4. uerſi. Non quæritur. C. de Episc. & Cler. Præterea cōfirmatur nostra hæc sententia, quia iudex iste sola æquitate inspecta procedere potest: sed ubi æquitas sola inspicienda est, solui debet, quod sola naturali obligatio ne debetur, ut in curia mercatorum solet obseruari. ita Bart. in l. Quintus Mutius. ff. manda. Decius l. legem, nu. 8. C. de pactis. Parisius consi. 32. nu. 18. 19. lib. 1. Afflictus decisi. 39. num. 3. Iaf. l. iurisdictionum. §. sed cum nulla. num. 1. ff. de pactis. Galliaula rubr. de uerbo. obli. num. 205. Tiraquel. Tract. de pœnis legum, causa 51. nu. 140. Beneuic. Straccha tract. de mercatura, titulo. de contractibus meca. num. 12. Hinc uidemus, ius Pontificum, quo sola æquitas & ueritas inspicitur, constituiſſe, esse soluendum, quod sola naturali obligatione debetur; c. de pactis. Rurſus, cū

hic iudex arbitrium à Principe cōsecutus sit, & Principis loco sit, ut illud possit quod Princeps, dicendū est posse cogere obseruari pactum nudū, cum ita soleat Princeps obseruari facere. Alex. & Iaf. d. §. sed cū nulla. ille col. ult. iste numer. 15. & Galliaul. d. rubr. de uerbo. obli. num. 199. Defendendo tamen Baldū, & Paridē, dicere possumus, eū loqui nō iudice, qui iudicandi arbitrium habet, sed in officiali, qui arbitrium habet administrandi bona aliena, ut in officia l. fisci loqui uidetur Baldus; nam illa sua ampla administratio non dicitur se extendere ut debitum inefficax pro domino soluat, cum ad illud non præsumator factum mandatum d. §. Flauitius.

S V M M A R I V M.

- 1. Iudicem ex suo arbitrio procedentem, non cogi iurare in sua sententiæ prolatione.
- 2. De pupillo. §. qui opus. de operis noui nūtiatione. declaratio.
- 3. L. Theopompus. ff. de dote præleg. littera uera et itellct.
- 4. Peritis in arte ubi aliquid est mandatum, suo iuramento referre illos debere.
- 5. L. Comparationes. C. de fide instr. explicatum.
- 6. Iuramenti species que sit in casu l. Comparationes. C. de fide instr.

QVÆSTIO LVIII.

IVSIVRANDVM IN SVI ARBITRII prolatione præstare an debeat iudex, & aliqua iuris loca explicata.

QVÆRO quinquagesimo octauo, an iudex iste, qui suo arbitrio procedere ac cognoscere potest, iurare teneatur antequam suum arbitriū siue sententiā proferat? Et dicendum est, nō teneri, ex sententia Bar. in l. Theopompus. num. 7. ff. de dote præleg. dum affirmat, eum nō teneri iurare, cuius assertioni de eo quod sibi uidebitur, standum est; cum arbiter is sit, quem huic iudici nostro æquiparari iā diximus, ex Baldo in l. solam, in fi. C. de testib. & idē cum Bartolo sentit Alexan. consi. 54. num. 2. lib. 2. scēſit uno uerbo Afflictus decisi. 371. num. 7. sed omnium melius & clarius Didacus Couar. lib. 2. uaria. resol. c. 13. num. 3. uerſic. Tertia cōclusio. quibus subscribo ex illo tex. authē. decernimus. C. de arbit. & in auth. de iudic. §. quia uerō multæ uerſicul. & postea, quo loci constitutionis ratio adfertur. Non ignoro tamen contrariam sententiā probasse Angel. in l. de pupillo. §. qui opus, de ope. noui nunc. nec aliter ibi sentit Castren. & clarius eo loci Iaf. num. 4. & in cōſi. 147. col. pen. uerſi. cōfirmatur & tertio. lib. 2. Alex. consi. 218. num. 8. lib. 2. Marſi. singu. 214. propē medium, & in lult. num. 175. C. de prob. Curt. Sen. in l. admonendi. nu. 383. ff. de iureiur. Verū horū fundamenta iure non sustinentur, nā is text. l. de pupillo. §. qui opus, de oper. noui nun. quo adducitur in hanc sententiā Angel. nō probat, ut eo loci docuit Cast. Non pariter confert is tex. l. Theopompus, cū aliter intelligat, & rectius, Bartol. Accedit, quod in multis bene emendatis codicibus non legitur, iuratus scripsit, sed rogatus respondit. Non quoque huic sententiæ suffragatur quod scripsit Castr. quod ubi

ubi aliquid peritis in arte mandatur, eos cum iuramento declarare debere. ex l. hac oclietali. §. his illud. C. de secund. nupt. in l. cōparationes. C. de fide instr. uerū hac in re Bar. aliter constitutiones illas intelligit. is enim in d. l. Theopompus. nu. 8. inquit, d. §. his illud, loqui in eo, qui sumitur à partibus ex mandato iudicis: uel (quod placet magis) in electo à partibus, qui interposito sacramento iudicare habet, sic clarē loquitur is text. quem sic intellexit & Sali. in l. si societate. §. arbitratorū. nu. 13. uerſi. ad l. hac edictali. ff. pro socio. Iaf. in repe. l. admonendi. nu. 237. & ibi Ripa nu. 196. de iureiur. Dec. c. 4. num. 15. de prob. Rebuffus in l. unica. nu. 490. C. de sent. q. p. eo qd interest profer. tex. autē d. l. cōparationes, intellexit Bart. in d. l. Theopompus. nu. 8. loqui in electo à iudice, ut tanq; simplex relator referat quid sibi uideatur; & diuersum quid est à iudice nostro, qui potestatem habet diffiniendi totā causam. q. sanē differentiā sentit & Didacus d. c. 13. nu. 4. uer. Quarta cōcl. quintimo Bar. in procem. forū. in prin. nu. 8. intellexit, d. l. cōparationes, loqui in iuramento probatorio, quod propriē cadit in teste; sicque in hoc perito, in arte, qui deponit ut testis, quamquā in multis à teste differat. Alijs adducitur Iaf. d. §. qui opus. & d. consil. 147. uerū à casu nostro, quæ adferuntur, longē distant; & ex iam relatis dilui satis possunt.

S V M M A R I V M.

- 1. Citationem peremptoriam transmittere non debet iudex, qui pro suo arbitrio in causa procedere potest.
- 2. Citationem peremptoria opus non esse, cum summarie, & sine strepitu iudicij causa diffinienda est.
- 3. Citationem peremptoria opus esse, cum summarie solum in causa proceditur.

QVÆSTIO LVIII.

PEREMPTORIAM CITATIONEM non requiri necessariò in causis arbitrarijs.

QVÆRO quinquagesimo nono, an antequam ad diffinitiuam sententiā deueniat iudex hic noster, citationem peremptoriā emittere teneatur? Et non teneri arbitror; nā cum spectis iuris ciuilibus solēnitatibus in cā procedere possit; peremptoriam citationem emittere necesse nō habet: uideatur etenim hic iudex quodammodò extraiudicialiter procedere, & in extraiudicialibus scimus illam non fore necessariam. c. cum nobis, ubi Inn. & ceteri, de elect. Cur. Iun. in l. ad peremptorium. nu. 9. in fin. ff. de iud. post Ang. ibi. Secundo hic iudex procedit in his causis summarie sine strepitu & figura iudicij, ut iam admonimus: sed ubi eo mō proceditur, non est opus peremptoriē citare. clem. sepe. §. sententiā. de uerb. sig. Bald. in l. 2. col. pen. C. ubi in rem act. Felyn. in ca. consiluit. num. 8. de offi. deleg. Roland. à Valle consi. 41. nu. 3. lib. j. Boer. in repe. l. consentaneum, nu. 118. C. quo. & quan. iud. fecus, inquit illi, quando solū summarie iudex potest procedere. id quod præter eos scribit Bart. in extrauagan. ad reprim. in uerbo, summarie. num. 5. Tertio credo hanc sententiā satis probari in l. non nūquam. ff. de iud. quam sic in ca

sa nostro intellexit Cur. Iun. in d. l. ad peremptoriū, num. 6. Zabarella tamen in clem. sepe. §. & quia. col. 4. uerſi. Sexto oppo. de uerb. sign. scriptum reliquit, etiā in summarijs his iudicijs necessum esse absentē citare, cum ferenda sententia est, tamen non cogatur iudex in citatione exprimere, illum peremptoriē citari, & aliqua scripsi infra lib. ij. in casu. 236.

S V M M A R I V M.

- 1. Sententiā in scriptis proferre iudicem non teneri, cū arbitrium is in causa habet.
- 2. Arbitratorem sine scriptis sententiā proferre posse.
- 3. §. si tibi. in auth. de mand. Princ. declaratur.
- 4. Confessus debitum sine scriptis condemnari potest.
- 5. Clem. sepe, de uerb. signifi. declaratur.

QVÆSTIO LX.

SENTENTIAM IN SCRIPTIS PROFERRE AN TENEAUR IUDEX, QUI ARBITRIUM procedendi habet.

QVÆRO sexagesimo, an iudex iste teneatur sua sniam in scriptis proferre? Et nō teneri ex facto consultus respōdit Ruinus consil. 13. nu. 5. lib. 2. hæc. n. iuris solēnitās hoc casu remissa cēſetur, ut sæpius dixim⁹ post Bar. d. extrau. ad reprim. in uerbo, sine figura, in fine, qui i specie hoc affirmatur. Suadetur scđo, quia hic iudex arbitratoris æquiparatur (ut iā diximus) qui qdē arbitrator sine scriptis sniam ferre potest. Butr. Imo. & ceteri in c. quinta uallis. de iureiur. Ro. repe. l. j. nu. 3. 8. ff. d. arbitris. nec à Bar. & Ruini snia ante eos uisus est dissentire glossator in c. ult. in uerbo, Illustrium. de sent. & re iud. in 6. & in hanc sniam ego pariter descendendo, ex t. tex. in §. si tibi, in auth. de man. prin. ex quo desumptus tex. auth. nisi breuiore. C. de sent. ex breui. reci. mandat eo loci Iustinianus Quæstor, ut sola perpenſa æquitate procedat. deinde procedendi ordinem p̄stituit, & inter cetera concedit, sine scriptis sniam ferre posse, tū p̄sertim in causis leuibus modicis; ponderis. cū ergo iudex hic noster solā æquitatē spectare debeat, iure poterit sine scriptis sniam proferre. & in eo cernimus, tū qui debitum est confessus, & in eo factū est præceptū de soluendo, ut latē post Rotā docuit Geminian. in c. ult. col. pen. & ult. de sent. & re iud. in 6.

Scio tamen contrariam sententiā probari à gl. in clem. sepe, in uerbo, in scriptis, de uerbo. significat. quo loci refert Natta nonnullos eam secutos fuisse. eam quoque nouissimē probauit Vantius tracta. nullitatum, in titu. de nullitate sentent. ex defectu processus. numero 7. præcipua sunt fundamenta in ratione, quam glos. illa retulit: ut in text. dictæ clem. sepe. uerum ratio illa est leuis. inquit enim, quia contingere posset ueritatem occultari, & ob id uictorem frustra contendisse: nam & de ueritate satis semper constare poterit, si notarius seu actuaris de ea rogatus sit, eamque in scriptis sic redigat, ut interlocutoria redigi consueuit. text. autem dictæ clem. sepe, ad rem non confert: illius enim littera sic se habet, in scriptis & prout magis sibi placuerit, stas uel sedens proferat. illa ergo uerba, & prout ma

gis sibi placuerit, recte referri possunt ad uerba illa in scriptis, ut hic sit sensus: in scriptis & prout magis sibi placuerit. Inadetur declaratio hec, illa ratione, quia si solennitas illa proferendi sententiam sedendo remittitur, quod tunc solet adhiberi, ut maturius & quietius omnia peragantur, fortius nostra haec remissa, ex illa constitutione dicitur. Accedit, quod in ea clem. saepe, remittitur libelli obligatio in scriptis, quod tamen in ceteris necessaria est. auth. offeratur. C. de liti. cōtest. nec est dicendum, uerba d. clem. saepe. (ut uisus est sentire, & male Gem. in c. ult. col. 4. in fin. de re iudica.) referri solent ad subsequenta illa uerba, stans, uel sedens. cum inter dictionem in scriptis & uerba illa, & prout magis, adsit illa copula. Et, quod diuersitatem ostendit, sentiens diuersum esse sensum, d. dictionis in scriptis, à subsequentibus. Confirmatur, quoniam ex subsequentibus iudici datur optio, ut uel stando, uel sedendo iudicet, non autem datur optio proferendi sententiam in scriptis uel non; quia ea uerborum formula usus fuisse, & duos terminos inter se oppositos apposuisset, dicendo in scriptis uel sine, & prout magis sibi placuerit. Quia respondeo, subtilem Gem. niani considerationem euertere posse: nam text. ille uere eam iudici oppositionem contulit pronuntiandi stando, uel sedendo; ex duobus illius oppositis, stans, uel sedens, quae alternatiua optionis uim habet: si igitur uerba illa, & prout magis sibi placuerit, referrentur ad hec ipsa subsequenta stans uel sedens, supuacanea essent, cum iam subleuata optionem ex uel alternatiua tribuerent. quare is uerus sensus est, ut ualeat hic iudex in scriptis & prout sibi placuerit pronuntiare, stans, uel sedens: ita ut in illius potestate positum uere hoc sit.

S V M M A R I V M.

- 1 Sententiam stando, uel sedendo proferre an debeat iudex, qui arbitrium procedendi in causa habet.
- 2 Esdram sedendo iudicasse.
- 3 Sedendo animum quietescere.
- 4 Sedendo animum prudentiorem effici.
- 5 Iudicem ad suae maiestatis decorem, sedendo sententiam ferre.

QVÆSTIO LXI.

IVDEX IS, QUI PRO SVO ARBITRIO iudicare potest, utrum ne sedendo, uel stando, sententiam ferre queat?

QUÆRO sexagesimo primo, an iudex iste in causis suo arbitrio terminandis possit stando, uel sedendo ad sui libitum sententiam ferre? iam intelligimus quid in causis summarijs, ex ea clem. saepe, statutum fuit, in ordinarijs autem sedendo iudicare debet iudex. §. sedebunt. in auth. de iudi. Bald. l. j. C. de senten. ex bre. reci. Rolan. à Valle consi. 41. num. 14. quae sane solennitas à lege ueteri est desumpta. legitur enim libr. 1. Esdræ. c. 8. f. Esdras in gradu ligneo stetit, quem fecerat ad loquendum. cuius autoritatis meminit Guliel. Rouillius in descriptione iustitiae, c. 3. nu. 3. eaque ratione factum id dicitur, quoniam animo magis deliberato, omnibusque diligenter perpensis ad sententiam deuenisse ostendit: nam, ut inquit Bald. in l. j. col. 2. C. de senten. ex breui. reci. cum mo-

uetur corpus, mouetur & animus, nec in soliditate rationis permanet; at contra, cum sedet. quare cum Philosopho dicebat Bald. f. sedendo & quietescendo animum effici prudentiorem, cum ad extranea intellectum non distrahatur. & cum Bald. sentit Roland. à Valle. d. cō. si. 41. nu. 15. Hinc D. Hieronymus sup. Daniele. c. 7. ibi, antiquus dierum sedet, inquit Hieronymus, sedens describitur, ut maturitas sententiae approbetur, quod locum retulit Geminianus d. c. ult. col. 6. in gl. ult. de re iudi. in 6. Verum (mea sententia) ratio haec sic considerata lenis est: male enim sese haberet sententia si ex eo solo propositio animo diceretur prolata, quod sedendo iudex expressit, cum uno fere momento proferri illa possit. quam obrem, censuit Baldus, quem mox retulimus, & ibi Sali. 2. opp. f. iudicem ad suae maiestatis decorem sedere, ex l. quisquis. C. de postula. & l. ult. C. de offi. diuer. iudi. & utranque rationem simul iunxit Sebast. Vantius tract. nullitatis, tit. de nullitate ex defectu processus, nu. 84. Geminia. d. c. ult. in gl. in uer. sedendo, de sent. & re iud. ipse autem semper intellexit iudicem sedere, ut intelligat muneris sui esse, sedate & re omni diligentissime proposita sententiam ferre debere. quare antequam in ius se conferat, considerare haec ipsa debet, quod autem ad maiestatis decorem sedeat, necessitatis non est. quo circa minus recte sensit Sali. quae paulo ante retuli, solennitatem hanc remitti minime posse, cum laeuis non uideatur. ego contra, ut re ipsa patet. recte ergo ferri sic stando, ut sedendo posse, probat d. clem. saepe. & text. singularis l. 2. §. dies. ff. quis ordo in bono. poss. serue. quem singularem dixit Roma. sing. 728. An possit. & Vantius praecitato iam loco. est ergo ut dicamus, iudicem hunc non posse etiam stando iudicare. quocirca male sensisse uideretur Bald. in l. si fugitiui. nu. 8. C. de seruis fug. iudicem hunc, suum arbitrium sedendo proferre debere.

S V M M A R I V M.

- 1 Noctis tempore ferri sententia an possit.
- 2 Ratio quare noctis tempore sententia non feratur.
- 3 Arbitratores noctis tempore laudum proferre posse.
- 4 Sententiam noctis tempore proferri posse partibus praesentibus.
- 5 Noctis tempore sententiam proferri posse super re tempore peritura.

QVÆSTIO LXII.

SENTENTIAM TEMPORE NOCTIS proferri an possit à iudice, qui arbitrium procedendi in causa habet.

QUÆRO sexagesimo secundo, an iudex iudex hic noster tempore noctis arbitrium suum & suam sententiam proferre possit? Et posse opinor: nam, licet communis sit doctorum opinio, sententiam noctis tempore prolatam nullam esse, ut communem esse testatur opi. Jas. in l. non minorem. nume. 3. & eam defendit Signo. consi. 52. qui etiam respondit, sententiam prima hora noctis latam nullam esse: tamen ex communi stylo, praesertim in Curia Romana, non obseruatur, ita scribit Vantius tracta. nullitatis, in tit. De nullitate sen. ex defectu iurisdictionis ordinariae,

ri. nu. 132. & in curijs Regum, Soc. tract. fallen. reg. 2. 359. fallen. 2. ea sane ratione, quia quod noctis tempore non feratur sententia, ex honestate potius quadam, quam ex necessitate introductum fuit. ita etiam docuit Dec. in c. consuluit. nu. 12. in fi. de off. deleg. si ergo ordinarius iudex non cogitur pronuntiare de die, minus cogi poterit noster hic iudex, qui arbitrium procedendi & diffiniendi habet. f. Hinc uidemus, arbitratores posse ferre laudum tempore noctis ex potestate sibi tributa. Bal. l. eos. §. ul. in fi. C. de appell. ubi etiam ait, in uim arbitrij ualere, cum illa potestas data non fuit. fortius procedit haec sententia, quando ipse iudex adeo fuisset negotiorum multitudine grauatus, ut de die pronuntiare non potuisset: tunc uere potest noctis tempore: ita Bal. in §. ult. in proem. digestorum. Jas. d. l. non minorem. nu. 3. uer. si. tertio limita. Vantius loco iam citato, & Felyn. in c. consuluit. de offi. deleg. Soc. tract. fall. reg. 359. fall. 3. Valaschus in l. imperium. nu. 259. de iuri. om. iud. Idem etiam fortius procederet, quando ipsae ambae partes essent praesentes & non contradicerent: nam tunc, etiam probata illa communi doctorum opinione. ualeat. ita post alios Jas. d. l. non minorem. nu. 3. uer. si. secundo limita. & Vantius ubi supra. Soc. tract. fall. reg. 359. fall. j. idem etiam fortius, quando fertur sententia super re tempore peritura: tunc absolute noctis tempore ferri potest. ita Jas. d. l. non minorem. nu. 3. uer. quarto limita. Soc. d. reg. 359. fall. 4.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudicem contumacem expectare posse usque ad diem ad sententiae prolationem.
- 2 Iudicem habere fauorabile in arbitrarijs multum potest.
- 3 Sententiam de iure ciuili esse eadem die peremptoriae citationis proferendam.
- 4 Federicum Imperatorem, extraneam legem Patani promulgasse.

QVÆSTIO LXIII.

SENTENTIAE PROLATIONEM in diem sequentem differre quando possit iudex, arbitrium in causis habens, declaratum.

QUÆRO sexagesimo tertio, an iudex iste, qui arbitrium habet procedendi in causa, possit in sequentem diem differre sui arbitrij & sententiae prolationem, atque ea die sequenti absque alia citatione sententiam ferre? In iudice ordinario, iure Potificio inspecto, res est clara, quod potest: nam hoc in eius arbitrio positum est, ut clarus extat canon c. consuluit. de offic. deleg. ubi Abb. Fely. col. 1. Dec. in 2. notab. clare affirmat. qui quidem & illud scribunt, ob id multum prodesse habere in his arbitrarijs iudicem fauorabile. hanc eadem sententiam affirmarunt Bar. & ceteri. in §. Julianus. l. si finita. ff. de damno infecto. ubi inter ceteros Ludouicus Bologninus nu. 102. cōem testatur, quibus accedunt Affl. in c. 1. nu. 2. in fine. ex quib. cau. feu. amit. Mar. in l. quoniam modum. nu. 64. de quō. Curt. Iun. in l. & post edictum. nu. 1. in fi. ff. de iur. & Corasius in l. saepe. nu. §. ff. de offi. praesidis. & ab hac opinione non dissen-

tit Alb. in l. properandum. §. & si quidem. C. de iudi. De iure uero ciuili, maius est dubium. nam, & si magis communis opinio sit, idem esse quod de iure canonico, ut magis communem opinionem esse testatur Bologn. d. nu. 102. nihilominus ipse post Alb. d. §. & si quidem, & post Ioan. Fabr. §. omnis. inst. de uerbo. oblig. & Angelum in l. cum non ab eo. C. quādo prouo. non est necess. scribit, iudicem non posse differre sententiae prolationem in diem sequentem, sed omnino teneri proferre ea die peremptoriae citationis, & uere haec Alberici & sequacium opinio in foro seruatur: & satis probatur in l. & post edictum. §. circumducitur. & l. in peremptorio. de iudi. Hinc scriptum reliquit Angelus in d. l. cum ab eo, hodie non obseruari illam extraneam Federici hic Patani anno 1174. promulgatam. in iudice autem, cui datum est arbitrium, expressè opinor, etiam de iure ciuili posse differre: nam haec est benignitas quadam, quam obseruare honestum est, nec alterius partis ius ledit. Relata iuris Potificio constitutione multis modis declarant Fel. in d. c. consuluit. col. 2. & ibi Dec. in 3. no. tab. & Bologn. d. §. Julianus. nu. 105. & multis sequētib. & ex illis aliquas referam infra lib. 2. in casu 44.

S V M M A R I V M.

- 1 Sententiam quouis in loco proferre an possit iudex, qui procedendi arbitrium habet.
- 2 Locum iudicij negotij ueritatem non imminuere.
- 3 Delegatum eligere debere tribunal, ad quod ualeant partes citari.
- 4 Locus, ad quem partes citanda sunt, tutus esse debet.

QVÆSTIO LXIIII.

QVO IN LOCO SENTENTIAM PROFERRE possit iudex, arbitrium in causa habens.

QUÆRO sexagesimo quarto, an iudex iste, qui quocumque in loco sua ferre possit sententiam, uel potius in loco suorum antecessorum, iuxta l. pen. in fine, de iust. & iure, & l. cum sententiam. C. de sen. & inter lo. omn. iud. dicerem ego ad libitum quouis in loco posse, si modò maiestatis ac decoris ratio habeatur, iuxta l. si cum dies. §. arbitri. ff. de arbitris. nec. n. f. solēnis iudiciorum locus negotij ueritatis, quā solam hic iudex spectare debet, auget, uel imminuit. quare, quem admodum arbiter potest ubique locorum pronuntiare, sic iste, quod sine dubio procedit in illis iudicibus delegatis a Principibus, qui tribunal suorum antecessorum non habent. & si habeant, deinde necessesse est locum unum eligere, ad quem partes possint citari, ut scribit Bart. in l. si ut proponis. 2. C. quō & quā iud. & Ripa, quem statim referam, sic et est in illis ordinarijs, qui locum determinatum non habent; nam illi suo arbitrio locum eligere possunt: ita glo. d. l. cum sententiam. ponit exemplum in iudicibus appellationum Bononiae, & ibi sequitur Baldus. Declaratur non procedere, quando locus tutus esset, ut scripsit Ripa tract. pestis. in tit. De priuilegijs iudicij, in fine: nec. n. ad illum partes possunt ac debent citari, nec ibi sententia proferri, sed in locuto sese conferre debet iudex, ut ibi etiam partes esse possint. gl. l. j. C. de senten. ex breui. reci. Ripa, qui supra.

supra. & cum probabilem dubitationē nō recipiat hęc quęstio, non amplius immorabor.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudicem habentem arbitrium in causa, non posse iui quum æquo preferre.
2 Iudicē teneri in syndicato, si partes enormiter læsit.
3 Principē ex ordinata potestate nō posse iniqua æquis præferre.
4 Iudicem habere debere æquitatem præ oculis.
5 Iudex nō debet esse magis uni quā alteri gratiosus.
6 Iudicem habentem liberum arbitrium, non posse iura priuatorum tollere.
7 Liberum arbitrium tertio nocere non debere.
8 Iudicem habentem arbitrium, non teneri si quid culpa egit.
9 Eligenti imputatur, si malum elegit.
10 Eligenti malum depositarium imputatur.
11 Eligenti imperitum Procuratorem, uel Aduocatum imputatur.
12 Eligenti nihil imputatur cum sua culpa electus in officio deliquit.

QVÆSTIO LXV.

AN IVDIX ARBITRIUM HABENS iniqua æquis præferre possit.

QVÆRO sexagesimoquinto, an cum iudex iste cum suam proferat iniam, iniquum æquo præferre possit? Et non posse affirmavit Bald. in tract. statu. in uerbo, arbitrium, uer. statutum, quod cōcedit prioribus. & uer. statutū dans potestati liberum arbitrium. & uer. statutū quod in certis casibus. idē Bald. in l. si quis maior. r. no. ubi Cur. sen. nu. 15. C. de transact. idē Bald. in l. si procurator. n. 16. ff. de cond. inde. quem secutus est Amodæus a Castel. tract. synd. indicat. n. 142. et n. 144. & Paris eo. trac. in tit. de arbitrijs eorum. nu. 1. uer. si Rex. Picus l. in quartam. nu. 149. ad l. Falc. Petrus Benintend. conclu. 3 r. nu. 5. Brunus de constitutionibus & statutis, in uerbo, Arbitrium, uer. si statutū dans potestati. imō docuit ipse Bald. in rub. C. de pen. iud. qui malē iud. f. iudicē hunc teneri in syndicato, si enormiter aliquē lædat. idem cum Bald. & ceteris sensit Dec. consi. 65 r. nu. 1. & in hanc sententiam adducuntur, ex l. si pater, de ui. i. leg. credi. & l. creditor. §. ult. ff. mand. Accedit illa ratio, quia nō licet Principi ex ordinata potestate liberum hoc arbitrium, ut iniqua æquis præferantur, & ius alterius auferatur, concedere, ex l. 1. & 2. C. si cōtra ius uel util. publ. & in l. 2. §. meritō. ff. ne quid in loco publ. non. n. iudex noster rōne liberi huius arbitrij potest ius alterius lædere. Paris Puteus, qui supra. & Bald. in l. cum antea. C. de recep. arb. & ex gl. in c. sape, de uer. sign. & confert l. impuberi. ff. de ad. minist. tut. & l. 1. & l. in fraudem. ff. de mili. test. Hinc censuit eo loci Paris nu. 11. post Inno. in c. cū aterni. de re iudi. in 6. f. iudicem hunc, cui laxiores habent concessæ dicuntur, æquitatem præ oculis hñe debere, iuxta l. qd si Ephesi. ff. de eo. quod. certo loco. quare cauere debet, ne gratiosus nimis sit uni quā alteri. c. consuluit. de offi. deleg. quamquam optimum

sit hñe in arbitrarijs iudicē fauorabilē, ut post Ang. & Imo. in l. 1. §. stipulationum. de præto. stip. scripsit Cur. sen. in tract. sequestrationum, in fine, & Dec. in d. c. consuluit. 2. no. de offi. deleg. Hinc intelligimus, Butriū in cle. 1. ut lite pen. malē docuisse, f. iudicem hñc habentem liberam potestatem, posse tollere iura priuatorum, & contra tertium statuere. quod falsum omnino est, ut fufius statim subijciam, quæ sanē recepissima opinio, si uera est eo casu cum liberū arbitriū cōcessum, fortius cū regulatū permittitur. Extenditur, ut eo casu fortius procedat, f. quando cōtra tertium esset datum liberum arbitrium: nam tunc nedum is iudex, quæ iniqua sunt, facere nō potest; imō contra tertium illum, liberum illud arbitriū nihil operatur, sed semper intelligitur cōcessum arbitrium uiri boni, ut latē dixi supra. q. 6. in fi. Declaratur nō procedere, quādo is iudex, sic nō per dolum, sed solum culpa pronunciarer; nam hic f. iudex dolo carere omnino debet, ut latē diximus supra q. 8. si tamen per culpam iniqua æquis præferat, non teneri; iureq; illud sustinetur; hoc. n. casu culpa dolo non equiparatur. sic Alex. consi. 65. nu. 8. lib. 1. Natta clem. sape. §. non sic tamen, col. 19. in fi. de uerb. sig. Soc. in l. cum filius fam. nu. 1. de uerb. ob. ea rōne adducitur omnes, quia ubi dolus exigitur, ibi lata culpa dolo non equiparatur. l. 1. §. si quis iō. ff. ne uis fiat ei. l. 2. §. actionum. ff. u. bo. rap. Bar. l. qd Nerua. n. 20. ff. de positi, adfert & rōne illā Soc. quia est quod f. imputetur eligenti culposum & uirū minus diligentem: Verum animaduerti alqñ cōtrariū sensisse Ang. in l. in uenditione. §. si quis fructus, in fi. ff. de bon. auth. iu. pos. qui illo tex. nititur, cū cōtrarium potius probet. imō ipsemet Ang. in l. 1. de mil. res. tenuit de dolo teneri, nullum autem uerbū de culpa, Ang. tamen sententia ex eo uidetur defendi, quia regula est, qd lata culpa dolo equiparatur: ut latē apud Bar. d. l. quod Nerua. nu. 20. exceptis aliquibus casibus, ubi cautū reperitur, qd ex solo dolo quis teneatur; inter quos hic noster enumeratus non intelligitur; & qui aliter sensit, probare id habet, iuxta doctr. Bart. in l. 1. nu. 2. ff. si quis in ius uoc. non ierit. Dec. l. 1. n. 5. ff. de reg. iur. Nec Socini ratio multum urget, quia & si adscribendum illis sit, qui uirum minus probum eligerūt, iuxta gl. §. præterea, in st. quib. mod. re contrah. obl. ubi f. imputatur eligenti malū depositarium, quemadmodum & sic in eligente negligentem socium. §. ult. in st. de soci. sic in eo f. qui in procuratorem minorem eligit, qui si lædatur, restitui poterit. l. cū mandato, in fi. ff. de procu. sic in eligente imperitum Aduocatum glo. in l. antique. de rei uen. quæ idem affirmat in eligente imperitū medicum. sic in eligente Canonicum indignū. Bar. l. si patronus, de consir. tut. alia sunt similia apud Bar. l. si is cū quo. ff. ut in poss. leg. in l. pe. ff. de iure do. l. §. quæ situm, de se. pa. l. nau. & feruus. §. ult. de neg. ge. l. eū qui. §. ult. & l. seq. ff. commod. l. §. si men. fal. mo. dix. fal. §. in bonæ fidei, nu. 45. inst. de act. Crau. consi. 97. Veruntū (ut dixi) non urget, qm is qui f. per culpā aliquid egit, fessellisse dicitur sua opinione eligentē, qui non credidit illum debuisse uersari nec in dolo uero, nec in præsuppto, & ita lata culpa; quare eligenti nihil est imputadū, iuxta tex. l. argentū. ff. cōmo. & docuit Barr. in l. si ut certo. §. si de me. ff. commo. Dec.

Dec. l. contractus, nu. 30. de reg. iur. Parisius consil. 156. nu. 23. lib. 4. Accedit, quod ratio Socini solum in eo iudice & uero bono procedit, qui a partibus electus est, non in dato a lege, uel a Principe. quare cogitandum est.

S V M M A R I V M.

- 1 Sententiam intimare an debeat iudex qui arbitrium procedendi in causa habet.
2 Arbitros intimare debere partibus compromissi prorationem.
3 Intimatione opus non esse, cum pars notitiam sententia contra se late habuit.
4 Denunciationem fieri ad hoc, ut denunciatus certior reddatur.

QVÆSTIO XLVI.

SENTENTIAM INTIMARE NECESSE an habeat iudex, qui suo arbitrio in causa procedere potest.

QVÆRO sexagesimo sexto, an iudex iste necesse habeat latam a se sententiam partibus denuntiare uel intimare? & habere necesse affirmavit Natta in clem. sape. §. nō sic tamen, col. 33. uer. si. quartum est notandum, de uer. sig. Fely. in c. j. nu. 52. uer. Tertio nō, quod, de consir. post glo. l. 2. C. de decur. lib. 10. & post Bal. in l. j. col. ult. uer. sic. quæro an. C. de senten. ex breui. recitan. qui docuit, qd si f. arbitris data sit potestas prorogandi compromissū absente parte, intelligi in dēt, dummodo prorogatio partibus intromittit, & scribit Ori. in tract. de arbitrijs, in uerbo, prorogatio. Decius consi. 632. nu. 14. Rūi. consi. 130. nu. 12. lib. 5. Parisius consi. 43. n. 8. lib. j. Declaratur non procedere, quando pars contra quam lata sententia fuit, habuit illius prolationis scientiam, tunc nō est necessaria denunciatio, quæ non est de essentia sententia. qui. n. hoc dicere uult, pba re deberit Dy. in c. eum qui certus, in fi. de reg. iuris in 6. & clarius Soc. iun. consi. 120. nu. 16. lib. 3. & cum Dyno sensit & Alexan. consi. 24. nu. 6. lib. 4. affirmant, n. oēs, in dubio f. denunciationē requiri ad hoc, ut quis certior reddatur; quā obrem necessaria illa non est; cum is alia uia certus est; d. cap. eum qui certus. & probat l. j. in fi. ff. de actio. emp. Ripa in c. cum M Ferrariensis. nu. 166. de consir. Tiraq. trac. de retractu consang. §. 36. glo. 2. nu. 30. qui declarat, tunc demum illum hñe alicuius scientiam, cum substantiā, qualitates ac oēs circumstantias cognouit; ex glo. c. concertationi, in uerbo, sciuerit, de appell. in 6. quam notabilem admodum post infinitos propē a se relatos, scribit, quibus addo Albā consil. 18. nu. 7.

S V M M A R I V M.

- 1 Sententia nulliter lata an iterum proferri possit.
2 Iudicem ordinarium iterum iudicare posse, si semel & nulliter iudicauit.
3 L. si præses. C. quomodo et quādo iudex declaratur.
4 Sententia lata contra adultum curatore carētem, uel leue, & si restitutio in integrum concedatur.
5 Sententiam latam super desertione appellationis uim diffinitiuæ habere.
6 Ordinarius ex prorogata iurisdictione iterum posse

- iudicare, cum nulliter iam iudicauit.
7 Iurisdictionem ordinariam a partibus prorogatam, suam naturam non mutare.
8 Recursus superioris, ut super nullitate pronunciet, nunquam sublatus dicitur.
9 L. Carmelia Pia. ff. de iure patro. declaratur.
10 L. 1. §. 1. ff. quæ senten. sine appellatio. rescindan. explicatur.
11 L. absentem. C. de accus. exponitur.
12 L. de accusatoribus. C. de accus. interpretatur.
13 Appellationem & nullitatem, integram causam ad superiorem deferre.
14 Recursum ad superiorem non impediri.
15 Iudex ordinarius qui per sordes nulliter iudicare uoluit, iterum non iudicat.
16 Superior ad eundem est, cum ex nouis actis sententia est reformanda.
17 Instantia precepta iudex desinit esse iudex.
18 Ordinarius solus iudicat instantia renouata, cum antiqua acta sunt.
19 Litem ceptam coram ordinario probare debet, qui superioris iurisdictionem impedire uult.
20 Sententia nulla oper exceptionis, qui semel iudicauit, iterum iudicat.
21 Delegatus qui semel iudicauit, amplius non iudicat.
22 L. iudex posteaquam de re iud. declaratur nouo resu.
23 Iudicis appellatione in dubio ordinarius uenit.
24 Dicitio, bene, idem quod dicitio, recte, significat, & de earum effectu.
25 Corrigerē, esse emendare.
26 Delegatum suam sententiam declarare non posse.
27 Delegatum iterum iudicare, si non seruata forma semel iudicauit.
28 Delegatum Principis iterum iudicare, si semel nulliter iudicauit.
29 L. si ut proponis. C. quō & quādo iudex. declaratur.
30 Causa semel ingressa concistorium Principis ab inferiore non cognoscitur.
31 Delegatum ad uniuersitatem causarum iterum iudicare, & si semel sed nulliter iudicauit.
32 Delegatus qui errore iudicauit, iterum pōt iudicare.
33 Iudicēs semel i extra iudicialibus iterum iudicare pōt.

QVÆSTIO LXVII.

QVOMODO AC QVANDO ORDINARIUS, uel delegatus arbitrium habens possit iterum iudicare, si semel iudicauit, sed nulliter.

QVÆRO sexagesimo septimo, an iudici huic, qui semel, sed nulliter sententiam tulit, iterum eam proferre liceat? In hac perdifficili quæstione tot fuerunt sententia quot capita, ut inquit Cyn. in l. ult. q. 7. C. de cōtrahen. emp. ut rem ex ordine ac clarē absoluan, duos casus constituo, seu duo capita propono. Primum in iudice ordinario, secundum in delegato. Primum ergo caput proposita quæstionis sic absoluitur, constituendo regulam affirmatiuam, f. Ordinarium iterum iudicare posse, si sententia quam primum tulit, nulla sit. sic regulam affirmatiuā proposuit glo. l. iudex posteaquam. de re iud. ubi Bar. & post

post eum Alex. nume. 20. sic glo. in l. si ut proponis, la
 2. C. quomodo & quando iudex. Alex. rub. ff. de offi-
 cio eius. numero 5. Riminal. consilio 142. numero j.
 lib. 4. Felyn. in cap. qualiter & quando. il. 2. nume. 37.
 de accus. Vantius tracta. nullitatum, in titu. Coram
 quo nullitas propo. poss. numero 9. & in titu. de nul-
 litate (nia ex defectu iurisdic. ordi. nume. 14. uerf.
 fallit in ordinario. Tiraq. in l. boues. §. hoc sermone.
 prima limita. nume. 40. de uerbo. signifi. & si perple-
 xē aliquantulum sit locutus. solet enim adferri text.
 l. 2. in fi. C. de senten. & interloc. omn. iud. quem uere
 arbitror loqui in ordinario, cui nouus iudex succes-
 3 pore eo foret functus. sic rex. in l. si praeses quasi de-
 fertam. C. quomodo & quando iud. qui forte ea ra-
 tione non probat, quod non loquatur in sententia
 nulla, sed ualida: ope tamen restitutionis in integrū
 4 rescindenda. f. cum lata esset contra aduolūto-
 carentes. iuxta l. si curatorem, in fi. C. de in integrum
 restitut. mino. nisi is text. intelligatur in iudicijs, in
 quibus lata sententia contra minorem sine curatore
 est nulla, ut scribunt doctores in l. pen. C. si aduersus
 rem iud. & post Guid. Papæ q. 424. Sententia, scripsit
 Vantius tract. nullitatum, in titu. de nullitate. senten-
 5 tiae ex defectu mand. comparen. nu. 3. & ille rex. lo-
 quitur. quidem in f. sententia lata super desertione
 appellationis, q. & si interlocutorie nomen habeat,
 ut docuit Butrius in c. sua nobis, de appellat. tamen, cū
 nim diffinitiuā, habeat ut diffinitiuā consideratur. sic
 Bald. in d. l. si Praeses. Areti. consil. 106. nume. 6. Barb.
 consil. 3. 1. colum. 2. lib. 3. qui in nostris his. terminis
 respondit citando Baldum in d. l. si Praeses. hoc idem
 satis probatur in l. si accusatoribus. C. de accusa. Huic
 tamen sententię aduersari uidetur text. l. iudex po-
 6 steaquam. ff. de re iud. cata. iuxta Bartoli intellectum
 ibi, qui eum in ordinario loqui opinatur. Verum in-
 fra in secūdo capite huius propositae quaestiois no-
 dum dissoluemus, textumq; illud interpretabimur.
 Extenditur primum hoc caput, ut locum etiā ha-
 7 beat eo casu, cū ordinarij f. huius iudicis iurisdic-
 tio prorogata fuisset, nam & tunc lata sententia nulla, du-
 rat iurisdic-
 tio, ita censuit Guid. Papæ. q. 462. Vtrum,
 qui testatur in sacro illo Burdegalēsi consilio sic qñ-
 que fuisse obseruatum, ita & in Neapolitano testatur
 Antonius Capicius decisio. j. nume. 26. & tradit Van-
 tius d. tract. nullitatum, in titu. Coram quo nullitas
 proponi poss. numero 9. in fin. adducuntur in hanc
 sententiam omnes autoritate Pauli Castren. in l. 1.
 C. de iudicijs dum dicunt, f. iurisdictionem ordina-
 8 riam à contententibus prorogata, propriam substan-
 tiam non mutare quod ea ratione confirmatur,
 quia prorogatio actum nouum non constituit, sed
 ueterem extendit. Decius in l. lecta. numero 13. ff. si
 certum pet. & consil. 497. num. 1. 2. Soc. lun. consil. 75.
 nu. 28. lib. 5. Marf. singu. 300. Boer. q. 284. nume. 10.
 11 imò censetur idemmet actus primus, ut late scrip-
 sit Tiraquellus in tractat. De retractu conuentiona-
 li. §. j. gl. 7. numero 36.
 Declaratur primo hæc regula & hoc caput, ut su-
 blata minime ceseatur partibus f. facultas ad eū iu-
 dicem superiorem, qui nullitatis causam diffiniat:
 iuxta rex. l. absentem. C. de accus. quam multipliciter
 intelligunt interpretes nostri: sed crebrius recipiunt

distinctionem, quam attulit Bar. in d. l. iudex postea-
 quam, ubi Alexan. numero 20. 2. de re iud. idē Bart.
 in l. si expressim. numero 14. de appellat. Fel. in c. per-
 tuas, in fin. de senten. excommu. Vantius d. tractatu
 nullitatum, in tit. coram quo null. propo. poss. nume-
 ro 8. distinguit enim sic Barto. Aut petit quis ut solū
 pronunciet iudex sententiam nullā, & tunc superior
 adiri etiam poterit, ut principaliter super nullitate
 pronunciet, & in consequentiam super causa princi-
 pali, quo in casu. Iacobi Butrigarij. sententia proce-
 dit, ex l. Carmelia. f. pia. ff. de iure patro. & in l. quedā
 mulier. ff. famil. er. ci. Verum aliquando animaduerti-
 id non contingere in praecitatis iuribus ex causa so-
 lus nullitatis, sed ob appellationem principaliter in-
 terpositam, ob quam ad superiorem totum deuolu-
 tum est; causa uero nullitatis incidenter proposita
 fuit, ut iura illa si quis est intelligere Iac. de Arena,
 quem retulit Bar. in d. l. si expressim. numero 4. & cla-
 rius Alexan. consil. 59. numero 9. lib. 4. Decius consil.
 275. numero 6. Vantius tract. nullitatum, tit. quot, &
 10 quibus modis nullitas propo. poss. numero 19. Non
 pariter ad rem f. confert l. j. §. ff. quæ senten. sine ap-
 pella. rescind. cum non aperiat text. ille, quis iudex
 ille sit, qui super ea nullitate ex illo calculi errore,
 uel ex causa illa expressa contra iuris cōstitutionem
 proueniēti pronunciat, nisi dicatur ad rem confer-
 re in illis uerbis, sed & si huius quaestiois iudex. ubi
 glo. & Fel. d. cap. per tuas, in fine. uerum, nec ibi habe-
 tur differentia quomodo sit, petitum cōstituari prin-
 11 cipaliter uel incidenter. Non quoque multum suffra-
 gatur f. text. l. absentem, cum eam in se rationem ha-
 beat, quod de iniuria & iniuritate quadam aduersus
 iudicem illum constabat, constituit enim rex. funda-
 mentū in illata illa iniuria, nec illo in casu ut docuit
 Bart. recurrit condemnatus ille ad praefectum praetor-
 io. ut sententiam illam nouo more, & contra ius cō-
 stitutionis prolatam annullet, & in consequentiam
 sententiam reformando super negotio principali p-
 12 nunciaret: quoniam diuinare est, quod priore loco
 & solum quodammodo petitum sit sententiam an-
 nullari, uel principaliter reformari. cōcedo quod in
 ordine iudicij antequam sententiam, ut nullam iu-
 dex reformet, esse nullam cognoscere debere tamq̄
 de actu primo: sed quomodo uno uel altero modo
 petitum illud sit, diuinare est. iure ergo non proba-
 tur primum hoc membrum distinctionis Bartoli,
 quam obrem idem Barto. in d. l. si ut proponis, & Ale-
 xan. d. l. iudex posteaquam. nu. 20. simpliciter sunt lo-
 cuti, nulla adhibita distinctione.
 Secundum autem membrum distinctionis illud
 est, aut petitur principaliter iterum pronnnciari in
 cā, super qua nulliter est pronnnciatum, & in conse-
 quentiā iam latam sententiā annullari, & tunc in-
 quit Bar. ordinarij conueniendus est, qui iam prio-
 re loco sniam tulit, sic intelligit d. l. de accusatorib.
 C. de accusa. & l. j. C. de senten. & interloc. omnium
 iud. ac etiam l. si praeses. C. quomodo & quando iu-
 12 dex. Verum is text. f. l. de accusatoribus, absolute lo-
 quitur, quod causa illa tractabatur coram illo iudice;
 nec distinguit, ande nullitate agatur, eodem modo lo-
 quuntur duę illæ constitutiones d. l. 1. & l. si praeses,
 statim relatae, qua ratione fit ut Bartoli distinctio de-
 fendi iure non possit, quę sanē distinctio priore loco
 à Iacobo

à Iacobo de Arēna fuit considerata, ut ipsemet Bar-
 tolus in d. l. si ut proponis, num. 3. dum ea reiecta, se
 in hoc parum constantem ostendit, & absolute affir-
 mat, superiorem ad eundem esse ut sententiam nul-
 13 lā dicat, & iterum in causa pronnnciet. Ex quo dein-
 causam ad iudicem ad quem deuoluit, sic & nullita-
 tas ad superiorem, quod post alios affirmauit Cra-
 ue. consil. 170. colum. penult. uerf. uenio nunc. hæc
 ego sententiam ueriores credo, cum nūquam supe-
 rioris autoritas exclusa, imò semper excepta cesea-
 14 tur, iuxta l. ult. ff. qui satisda. cog. f. Rursus nunquam
 recursus ad superiorem impeditur. authen. quæ sup-
 plicatio. C. si contra ius uel util. publ. & infra attin-
 gemus in quaestio. 70. est igitur in facultate partis
 quem uelit adire.
 Hæc tamen sententia intelligitur, ut fortius eo ca-
 15 su procedat ac locum sibi uendicet, quando iudex
 is ordinarij & primus per sordes (ut nostri dicūt)
 id est per iniuriam iudicauit: tunc, qui de nullitate
 conqueritur, nulla rōne compelli potest, ut ordina-
 rium ipsum iterum adeat, sic intelligunt omnes tex-
 tū l. absentem. C. de accus. ut retulit Bar. in d. l. si ut
 proponis. numero 3. Fely. in d. c. per tuas. numero 8.
 de senten. excommu. & late scripsit Vantius in trac-
 nullitatum, titulo Coram quo nullitas proponi pos-
 16 sit. numero 11. qui multis relatis eam attulit ratio-
 nem, quia ordinarij iste non debet esse suę iniquita-
 tis ac turpitudinis cognitor. iuxta l. eos, in princ.
 C. de appella. & in d. c. per tuas, de senten. excommu.
 cum ceteris relatis a Vantio, qui supra nume. 6. Hæc
 quoque declaratio secundo loco intelligitur, ut for-
 tius eo in casu procedat, quando agitur de reformā
 17 da f. sententia nulla ex nouis actis (cum ex antiquis
 reformari minime posse scimus) adiri enim tunc su-
 perior omnino debet. Est exemplum, secundum inter-
 pretes nostros, qñ instantia causę est perempta,
 sic Sali. in d. l. si accusatoribus, in fi. intelligit d. l. ab-
 sentem, ut retulit Alexan. d. l. iudex posteaquam. nu-
 18 mero 21. prop. finem. Verum diuinare est, quoniā
 superior ille reformabit quidem sententiam, sed ex
 quibus actis id praestet, ibi non aperitur. Alia tamen
 ratione hanc ipsam declarationem uerā credo; cū
 17 n. snia sit nulla ex instantia iam perempta, is iudex
 non dicitur amplius iudex: sic in terminis respōdit
 Baldus consil. 298. Præmittendum est ad euentiā,
 in sine, li. 3. quem secutus est Crau. consil. 270. col. ul-
 inquit. n. Baldus (& recte mea sententia) ordinarij
 hunc hoc in casu sententiam illam confirmare non
 posse; solus ergo superior eam confirmabit. quod
 & late probauit Vantius tract. nullitatum in titulo
 de nullitate sententię ex defectu iurisdictionis ordi-
 18 narię. nu. 115. Si uerò agatur de ferenda sententia ex
 antiquis illis actis in noua instantia concessa, f. tunc
 solus ordinarij pōt, cum iam coram eo iudiciū cap-
 tum sit, ut docuit Bald. in authen. sed nouo iure. C.
 de ser. fug. & retulit Corsetus in singulari. in uerbo,
 iudiciū, incip. Regula. uerf. Sexto adducō tibi Baldū,
 quoc loco Corsetus octo adfert declarationes ad l. ubi
 captum; eandem declarationem Baldi attulit Soc.
 sen. consil. 274. col. ult. lib. 2. habet quoque hic qui
 19 cupit f. superiorem impedire, ne cognoscat coram
 ordinario, litē iam fuisse captā ostēdere. sic d. l. ubi

captum, declarat Affictus decis. 354. nu. 3. 4. cetera
 silentio inuoluam, quę legi possunt apud Socin. sen.
 consil. 54. col. 4. lib. 3. Iaso. consil. 9. nu. 3. consil. 12. nu.
 3. lib. 1.
 20 Declaratur secundo, ut nō procedat, f. quando nō
 ipso iure; sed solum ope exceptionis sententia est nul-
 la. sic Bal. l. ult. col. 1. q. 4. C. de cōtrahe. emp. late Ti-
 raq. d. §. hoc sermone. limitatione 1. nu. 55.
 Secundum quaestiois propositae caput illud est
 21 in f. delegato, qui quamprimū iudicauit, siue nul-
 liter siue recte & solēnter, munere suo functus est,
 nec iterum cognoscere poterit, sic glo. ult. l. si ut pro-
 ponis. C. quomodo & quan. iudex, & ibi Bart. Inn. in
 c. in literis, ubi ceteri oēs, de offi. deleg. Alex. in d. l. iu-
 dex posteaquam, num. 12. de re iud. Ruin. consil. 142.
 nu. 1. lib. 4. Vantius d. tract. nullitatum, in titulo corā
 quo nullitas proponi possit. nu. 14. Tiraq. d. l. boues.
 §. hoc sermone. limi. 1. nu. 40. late Boer. q. 6. & Bello.
 lib. 3. supputa. iuris cap. 18. num. 1. quorum sententia
 satis probatur in d. l. si ut proponis. solet et adferri is
 22 tex. l. iudex posteaquam. f. uerum non leuis est diui-
 natio intelligere in delegato. cum ne uerbum quidē
 in eo de delegatione habeatur, quare in ordinario eā
 intelligere uisus est ibi Barto. num. 3. quem sensum
 23 suadent uerba ipsa, quę de iudice simpliciter sunt:
 & ideo in ordinario tanquam de potēntiori signifi-
 catu intelligi debet, iuxta celebre responsum Feder-
 24 ci Senen. consil. 205. quę secutus est Corasius lib. 3.
 miscella. iuris, c. 19. n. 3. quibus addo Decium in l. 1.
 §. qui mandatam. nu. 5. de officio eius. Verum est ani-
 maduertendū, q. si intelligeremus d. l. iudex posteaq̄,
 loqui in ordinario, mirum in modum aduerfaretur
 conclusioni iam in primo membro firmata: quare
 sic ego intelligo, ut uerē non loquatur de sententia
 nulliter lata, sed de sentētia uel æqua, uel iniqua, hoc
 est cōtra ius partis. hoc ipfius iure cōsulti uerba osten-
 dunt, dum is sic ait. Siue bene siue male functus offi-
 24 cio est. f. dictio, bene, eiusdem significationis esse sci-
 mus ac dictio, recte, ut docuit Bal. in l. eos. col. 2. uer-
 sic. & nota quod aduerbium bene. C. de appella. quę
 est secutus Ias. in l. lecta. nu. 16. ff. si cert. pet. & in l. iu-
 ste possidet. nu. 8. ff. de acquire. poss. sed dictio, recte,
 non solemnitate, sed ius partis ostendit. ita gl. in l.
 non putauit. §. non quauis. ff. de bon. possesf. contra
 tabulas. l. 2. ff. de inofficioso testamen. cum ergo is tex-
 25 tus iudex, dicat, male, intelligitur non nulliter, sed
 contra ius partis latam fuisse sententiam. non imme-
 rito ergo si is ordinarij non est amplius iudex, quia
 causa per appellationem deuoluitur ad superiorem,
 d. l. eos. in prin. C. de appella. perpendo etiam text. d.
 l. iudex, in illis uerbis, amplius corrigere suam senten-
 25 tiam non possit. est f. enim corrigere, idem quod
 emendare: at emendare nil aliud esse scimus quam
 actum in se ualidum in aliqua parte reficere, substan-
 tia ipsa permanente. utrunque post Barto. docuit De-
 ci. in l. edita. nu. 19. 20. C. de eden. dum ergo inquit,
 corrigere non possit, presupponit actum sui natura
 ualidum: quare re ipsa intelligimus ad rem text. hūc
 non conferre, & si alijs iuribus conclusio proberur.
 26 Extenditur, ut procedat etiam f. quō ad solam sen-
 tentiæ declarationem, quam delegatus ipse non po-
 test, sed ipse solus delegans, ex uerbis tamen delegati
 ut tradunt interpretes in c. ex parte, il. 3. de uerbo u-
 signifi.

signi. & clarè Alcia. responso 439. in si qui ita respōdit in Senatoribus Mediolanēsisibus, qui quō ad causas sibi commissas delegari dicuntur.

27 Declaratur primò nō procedere in delegato, qui nō observata delegationis forma sententiam tulit. is etenim iudicare iterum potest, cum data iurisdictione consumpta non fuerit. c. cum dilecta, de rescriptis. ut pariter in arbitrio dicitur, l. quid tamen, in princip. ff. de recep. arbitris. omnes in cap. in literis, de officio deleg. Riminal. in rub. ff. de officio eius. num. 5. latè Tiraquel. d. s. hoc sermone, limitatione 1. nu. 51. Capella Tolosa. q. 38. Alex. d. l. iudex posteaquam, nu. 13. de re iudica. Vantius qui supra, Ruinus consil. 142. nume. 1. lib. 4.

28 Declaratur secundò non procedere in delegato Principis, qui si nulliter cognouit, exēplo ordinarij iterum cognoscere poterit. hanc sententiam probavit Ang. in d. l. iudex posteaquam, de re iud. quem secuti sunt alij plures, ut Decius in d. c. in literis. num. 5. de offic. deleg. Bello. lib. 3. supplic. iuris. cap. 18. & hanc esse æquam ac maiori quadam benignitate fulciri, affirmavit Boer. d. q. 6. nu. 6. quo loci testatur, eam in sacro illo Bardegalēsi Consilio observatam fuisse. ea ratione adducitur, quia ordinario hic delegatus æquiparatur, cū subdelegare possit, ut ordinarius ipse pot. c. pastoralis. de offi. deleg. quinimo fortius dicitur in causa sibi delegata ordinario maior cap. sanè, l. de offi. deleg. si ergo ordinarius, qui semel, sed nulliter iudicavit, iterum sententiam ferre potest, sic in hoc ipso delegato. huic opinioni ego pariter subscribo.

Non ignoro tamen aliter sentisse Baldum, quem crebrius ceteri secuti sunt, ut testatur Decius, Boer. & Bello. iam relati, & communem testatur Riminal. d. rubr. de officio eius. num. 5. & eam sic visus est affirmare Felin. in c. qualiter & quando. l. 1. num. 39. de accusa. Verum, ut levia sunt huius opinionis fundamenta, sic facili negotio diluuntur. solet enim ab eis perpēdi. tex. in d. l. si ut proponis, qui cum simpliciter generaliterq; de delegato loquatur, sic simpliciter & generaliter intelligendus est, ut delegatū Principis comprehendat. l. 1. §. & generaliter, de leg. præstan. Verum in delegato inferioris à Principe loqui intellexit & rectè Dec. in d. c. in literis. nume. 5. quod satis ostendunt verba illa, non immeritò Præsides denuò negotium terminandū commisit. dictio enim, denuò, causam iē semel commissam fuisse præfert, cum idem quod dictio, iterum, significet. glo. l. 1. C. de aduoca. diuer. iudi. & in l. cum prior. C. de distract. pign. iam ergo à Præsede, sicq; ab inferiore à Principe commissa fuit. Nec est quod quis credat, dictionem, denuò, referri ad verbum, terminandū, ut sit sensus, Præsidem commississe negotium iterum terminandum, sicque fieri posse, ut semel commiserit Princeps, & iterato Præsides. quoniam ex Belloni sententia illud maxime refragatur, quod posteaquam semel causa coram Principe tractari cepit, illius manus non egredi. c. ut nostrum, de appella. c. studuisti. c. licet, de offi. deleg. Dec. consil. 137. Iaf. consil. 9. & consil. 20. in si. lib. 3. & consil. 9. lib. 4. Alcia. responso 410. nume. 1. Alba. consil. 78. num. 1. uerū ergo est relata aduersus communem sententiam.

31 Declaratur tertio non procedere in delegato ad

causam uniuersitatem. sic Ang. in d. iudex posteaquam, ubi Alex. nume. 13. Felin. in c. qualiter & quando, l. 1. nume. 40. de accus. Iaf. in l. more. nume. 9. & Dec. in l. solet, in si. ff. de iurisd. omni. iud. & Vantius. d. tracta. nullitatum. d. tit. coram quo nullitas proponi possit. nume. 17. ea ratione adducuntur, quia ordinario æquiparatur, ac pro ordinario habetur. gl. cap. cum causam, in uerbo, delegatus, de appella. & glo. ult. l. iudice. C. de iud. ubi Iaf. nume. 8. uerfi. Secundo fallit. alia attulit Baldus d. l. si ut proponis, colum. 3. uerfi. quid est delegatus.

32 Declaratur quattò non procedere, quando is delegatus per errorem facti iudicasset. sic Alexan. in d. l. iudex. nume. 55. de re iud. Tiraquel. d. l. boues. §. hoc sermone. limitatione prima, num. 41. de uerbo. signific. qui alios aliter sentientes retulit. Relata duo capita in iudicialibus locum sibi uēdicant, in extraiudicialibus uerò siue ordinarius, siue delegatus is sit, semper denuò poterit iudicare. in ordinario uidetur tex. in c. cum terra, de electio. in delegato text. in c. significasti, de officio deleg. Fely. in cap. in literis. nu. 2. de offi. deleg. Tiraquel. d. s. hoc sermone, nu. 47. 48.

In casu tamen nostro huius iudicis, qui suo arbitrio procedit, dubitatio non medioeris ex eo insurgit, quod iā sapius diximus arbitratori æquiparari. sed ut retulit Sali. l. si societatem. §. arbitratorum. numero 5. ff. pro socio. & Alexā. d. l. iudex posteaquam, nume. 18. esse idem in eo constitutum, quod in delegato, ergo &c. cogita.

S Y M M A R I U M.

- 1 Arbitrandi facultas ad successores an transeat.
- 2 Iudicis ordinarij potestatem & arbitrium ad eius successorem transire.
- 3 Arbitrium adiuncti ordinarij ad successorem transire.
- 4 Delegati arbitrium in eius successorem nō transmitti.
- 5 S. & hoc uerò iubemus. i. anth. ut nulli iud. uelle.
- 6 Individua quotidie interire.
- 7 L. seruus communis. ff. de stip. seru. declaratur.
- 8 Industria personæ ubi est electa, ab ea non receditur.
- 9 Feudum Aduocato concessum ratione peritiæ ad successorem non transire.
- 10 Vasallum non posse seruire Domino per substitutū.
- 11 Industria hominis fuisse electā quomodo cognoscatur.
- 12 Industriam ceteri electam cum eius conscientia oneratur.
- 13 Industriam dici electā cum negotium indeterminatū mandatur.
- 14 Industriam esse electam cum arbitrium mandatur.
- 15 Industriam ceteri electam cum arduum negotium mandatur.
- 16 Delegati potestatem nō transire in eius successorem, etiam si sub nomine dignitatis & priuato, precedente tamen nomine priuato, non transmitti.
- 17 Delegationem incognito factam dignitatis contemplatione factam censeri.
- 18 L. qui habebat. ff. de reb. dub. exponitur.
- 19 Delegationem pluribus factam ad successorem non transire.
- 20 Delegati potestatem ob uim subiectæ materiæ ad successorem transmitti.

Delegatum

- 21 Delegatum sub dignitate transmittere suum arbitrium in successorem.
- 22 Delegatum sub dignitate etiam re non integra arbitrium transmittere in successorem.
- 23 Delegatum sub dignitate transmittere in successore arbitrium super aliquo negotio in facto consistente sibi mandatum.
- 24 Delegatum sub dignitate alterius nomine arbitrium sibi datum in successorem non transmittere.
- 25 Delegatum amicitie causa datum, suam potestatem & arbitrium in successorem non transmittere.
- 26 Arbitro extraiudiciali electo nō arbitrante, an eius arbitrium in successorem transeat.
- 27 Cardinalem arbitrium electum, ut extraiudicialiter iudicet, suam potestatem suo successori nō transmittere.
- 28 Arbitrium personæ datum quid personale censeri.
- 29 Arbitrium non transire in heredem illius, qui extraiudicium arbitrari debuit.
- 30 Iuristrandi facultatem a parte parti delatam, non transire ad heredem iurare debentis.
- 31 Declarandi facultatem in heredem transmitti.
- 32 Arbitrium extraiudiciale datum etiam super accidentia negotij non transmitti in successorem.
- 33 L. si coita. ff. pro socio. sensus & declaratio.
- 34 Accidens aliquando substantiam immutare.
- 35 L. domum. ff. de contraben. emp. explicatur.
- 36 Alexandri distinctio quædam explosa.
- 37 Arbitriū in successore transire cū defectu unius partu primus arbiter arbitriū suū proferre nō potuit.
- 38 Conditionem pro impleta haberi cum ne impleatur stat per eum, cuius causa impleri debet.
- 39 Dotis fauore datum arbitrium ad successore trāsire.
- 40 L. 3. C. de dotis promiss. declaratur.
- 41 L. cum post. §. gener. ff. de iure dotium, explicatur.
- 42 Incertitudinem fauore dotis non uitare.
- 43 Incertum illum nō dici, quod per relationē ad aliud certum reddi potest.
- 44 Arbitrium re non integra in successorem transire.
- 45 Mandatum re non integra morte non finire.
- 46 Baldi ratio quedam reiecta.
- 47 Arbitriū in successore transire, quādo quis alterius iactura locupletaretur, nō secuto aliquo arbitrio.
- 48 Doctorum quamplurium responsa contraria in facti specie reddita.
- 49 Iudicem agere debere, ne quis cum aliena iactura locupletetur.
- 50 Iudicē aduersus iniquitates suum officij impertiri.
- 51 Arbitriū in successore trāsire rōe pambule cōcessiois.
- 52 Certū illud dici, qd p rationē ad aliud certum efficitur, et si p forma, si nominatim requiratur certitudo.
- 53 Priuilegium quid certum continere, cum per relationem ad aliud certificari potest.
- 54 Iuramentum in fine instrumētū adscriptū, esse certū.
- 55 Arbitrium trāsire in successorem de iure Canonico.
- 56 Arbitrium cedi posse.

QVÆSTIO LXVIII.

ARBITRANDI FACVLITAS AN IN SVCCESOREM, uel iudicis ordinarij, uel delegati, uel arbitri extraiudicialiter electi transeat, & plura in foro quotidiana multorū auctoritatib. explicata.

QVÆRO sexagesimo octauo, an huius arbitrij facultas & potestas ad successore transeat, cum

is iudex causā diffinire non potuit, quō præsens per difficilis quæstio clarè & dilucidè explicetur, duo capita distinguenda sunt. Primum, quando in iudicio controuersia & lis diffinienda est. Secundum, quando extra iudicium. Et in singulis capitibus de ordinarij & delegati potestate, qua uotero diligētia, agam.

Primū ergo caput illud est, cum iudicialiter in foro quæstio agitur. in quo quidem capite prima est cōstituenta conclusio. In ordinario, cuius potestas, eo controuersiam non diffiniente, ad successorem transit. c. secundo, de offic. deleg. Decius in l. more. nu. 10. r. 4. & ibi Iaf. nu. 18. de iurisd. om. iud. qui eā adferunt rōnem, quia in eo radicata iurisdictione dicitur: uel uerius secundum Alciatum in rub. de offi. ord. nu. 5. iure proprio eam habet, non mirum si transmittit.

3 Extenditur etiam in adiuncto ordinarij. Fely. in capi. relatum, in fine, de offic. delega. post Calder. quē citat. nam, tunc per mortem delegantis nec iurisdictione adiuncti extinguitur, sed cum illa ordinarij perpetuatur, & naturam ordinarij assumit: ut ergo tranfit in successorem potestas ordinarij, sic & adiunctus eam retinet quō ad secundum ordinarium illi primo succedentem.

4 Secunda est conclusio in simplici delegato, qui nō potest facultatem hanc in successorem transmittere. sic Bar. in d. l. more. nume. 7. & ibi Dec. nume. 52. clarius Iaf. nu. 65. illa præcipua ratione utuntur, quoniam personæ industria electa censetur, ex §. & hoc uerò in bemus. in auth. ut nulli iud. quem tex. sic citat gloss. in l. & quia, in uerbo, antequam, de iurisd. om. iud. & in l. tale pactum. §. ult. in glo. ult. de pact. quæ attulit & l. annua. §. j. de an. ius leg. Verūm is tex. §. & hoc uerò, à quo sumitur argumentatio à sensu contratio, cū affirmet, delegati sub dignitatis noie iurisdictione in successore trāsire, ergo secus cū est facta delegatio sub nomine proprio. esse autem ibi factam delegationem sub nomine dignitatis, intellexit Dec. in rub. C. de man. Principū. nu. 14. sic intelligit Bar. in l. centesimis. §. j. nu. 9. de uerb. oblig. & Bero. ca. quoniam Abbas, nu. 66. 70. de offi. deleg. text. d. l. annua. §. j. quæ facta nē argumentatio non multum urget, quare glo. in d. c. quoniam Abbas, in uerbo, substitutum, eam rationem adfert, quia quæ in diuina sunt, quotidie pereunt. l. si quis in fundi uocabulo. de lega. 1. uerūm responderi posset, hæc non perire, successore relicto. citari etiam solet text. l. seruus communis, de stipula.

7 seruo. uerūm id ibi contingit, quia unius domini persona ab alia distincta esse censetur; sed hic diuersum est, ubi persona defuncti & successoris una & eadem censetur: quare melior ac firmior uisā est ratio illa, qua post Imolam usus est Dec. in dicta l. more. numero 52. quia in personæ industria electa censetur, quæ ex delegantis optione cessat in successore, ut est tex. l. inter artifices. ff. de solutio. quo textu adductus docuit Bartol. in l. continuus. §. an eodem, numero secundo, de uerb. obliga. post gloss. l. quisquis, l. 1. C. de episc. & cler. feudum Aduocato concessum ratione peritiæ, non transire in successorem, etiam si illa concessio ratione officij fuerit facta. sic in l. uasallo gl. illa affirmat, qui per substitutum seruire non potest, cum propria hominis industria fuerit electa. quod Alex. consil. 10. l. 5. Cur. sen. consil. 62. 63. Craue. consil. 303. nu. 1. Rubeus consil. 80. in si. responderunt. R. H hæc

hæc placuit Bal. in l. pen. ff. de recep. arbitris. dum af firmavit arbitrium a partibus in unum collatū, ad il lius successorem non transire, cum illius electi indu stria electa censetur. Bal. secutus est Bolog. consi. 6. **11** col. 5. quod autem nostro hoc casu persona ꝛ industria electa censetur, ex eo clarè demonstratur, quo niam de controuersijs diffiniendis agitur, que inge nium ac hois peritiam respiciunt. d. l. inter artifices. Accedit, quod qñ aliquid ratione confidentiæ al teri comittitur, illius industria electa dicitur, ut post Butr. consi. 28. in fin. respondit Craue. d. consi. 303. nu. ij. & probat tex. in c. ult. §. pen. de offi. deleg. egre giè Bal. consi. 128. Quidam usufructuarius, col. ij. uer si. sed ad hæc respondetur. lib. 3. sed cui dubium, quin rone confidentiæ arbitrium hoc huic iudici tribuit. **12** sit? Accedit, quod ꝛ qñ alicuius conscientia onera tur, illius censetur electa industria: ita Alex. in l. à iu dice. nu. 4. & ibi Iaf. col. pen. uerfi. Quinto limita. C. de iud. qui in his ferè terminis hoc affirmant. sic èt Soc. sen. consil. 59. col. pen. uerfi. Circa quintam. lib. 1. Iaf. in terminis nostris in l. si sic legatū, nu. 12. de lega. j. Dec. l. certum. num. 14. si cerum peta. Purp. l. j. nu. 503. de offi. eius. Vantius tract. nullitatum, in tit. de nullitate sniæ ex defectu iurisd. deleg. num. 21. Ex alio etiam cõprobat, quia tunc dicitur ꝛ electa per sonæ industria, cū negotiū nō determinatum manda tur, sic post alios Craue. d. consi. 303. nu. iij. cui addo Ioan. Baptistam Seuerinarem in l. more. nu. 16. ff. de iurisd. om. iud. & Felinū in c. ult. §. ult. i. vot. de offi. deleg. sed hoc in casu dicitur mandatum negotium indeterminatum, cum is uel uno uel altero mō pro fui arbitrio negotium illud explicare possit. quod egregiè docuit Bal. in l. unica. §. ne autem. col. ij. uer si. & hæc sunt utilia. C. de cad. tollend. ubi clarè in quit, in ꝛ arbitrarijs esse electam industriam perso næ, quia non est data certa forma actui. Accedit præterea, tunc personæ industriam electam **15** censerit, cum ꝛ grauiæ & ardua mandantur: ita in his terminis Iaf. l. more. nume. 65. uerfi. Quinto limita. de iurisd. om. iud. alia idem Iaf. in l. a iudice. col. ult. limitatione 13. C. de iudi. Dec. l. 1. nu. 28. de offi. eius. ubi Alex. nu. 6. Iaf. nu. 35. Niger. nu. 31. Craue. consi. 303. nu. 3. uer. Quarto in rebus, sed in casu no stro multa ardua in collato arbitrio esse possunt; se quitur ergo illius industriam electam esse. est ergo uera conclusio hæc ipsa. **16** Extenditur primò, ut eo ꝛ in casu procedat, quan do sub utroq; nomine dignitatis scilicet & proprio facta esset delegatio, sed nomen proprium præcessis set; adhuc enim ad delegati successorem non transit, sic post Barr. & Fulg. docuit Iaf. in l. more. nu. 65. uer. Tertio limita. ubi Dec. nu. 55. de iurisd. om. iud. idem Dec. in c. quoniam Abbas, nu. 5. & ibi Bero. nu. 91. & nu. 106. ex d. l. si communis seruus ita stipula tur. ff. de stipul. seru. **17** Extenditur secundò, quando esset facta ꝛ delega tio personæ incognita. Iaf. l. more. nu. 65. uerfi. sexto limita. de iurisd. om. iud. nam tunc dicitur facta di gnitati, iō trāsfit in successorem dignitatis, ex tex. ꝛ l. qui habebat. de rebus dubijs. quem singularem in iu re dixit. Soc. tñ in d. l. qui habebat. nu. 2. dū in simili qōne de cõpromisso loqueretur, docuit, text. illum nō probare, cum solū is tex. loquatur quod ad effectū

lum uerbum de appellatione. illud tantum ist. tex. p̄bat, q̄ ubi quæque arbitrium alicui in causa p̄pria ex partiu cōuentione cōcessum fuit, intelligi dēt ita esse concessum, ut dolus malus absit. aliàs remedio reductionis ad uiri boni arbitrium læso succurritur, ita Crau. cōsi. 192. nu. 23. & diximus supra q. 13. & cels. gl. nota. in l. pen. ff. de arb. Cætera, quæ pro hac ipsa sn̄a adferri possunt, nō multū urgent; & illis r̄ndet Bar. in disputatione 1. posita in 2. uol. & j. referam. Contrariam itaq; sn̄am negatiuā non licere hoc casu appellare, p̄bauit Inn. in c. p̄nti, de testib. Bart. l. 1. in fi. de leg. 2. & in disput. 1. in 2. uol. Bal. in l. 2. C. quō & qñ iudex. Sal. in l. societatem, §. arbitriū, nu. 26. ff. p̄ socio. & in l. cum antea, C. de arbit. Cal. cōsi. 38. nu. 8. Iaf. in l. si sic legatū, nu. 5. de leg. j. & in l. de pupillo, §. qui opus, nu. 4. de ope. no. nun. clare Amodæus de Cast. in Trac. syndicus, nu. 147. Paris. Puteus eod. trac. syndicus, in ti. de præte iud. nu. j. Curt. iu. in l. j. nu. 3. off. de iurid. om. iud. alios plures p̄bantes hanc sn̄am retulit Boer. d. q. 284. nu. 17. uer. contrarium. hanc quoq; uisus est p̄bare Carolus Molina, in apost. ad Alex. cōsi. 106. nu. 17. lib. 3. & nouissimē Crau. cōsi. 78. nu. 8. & post Castr. d. cōsi. 296. col. ult. lib. 2. dum inquit, iudicem in arbitrarijs argui non posse, hanc pariter p̄bauit Didac. l. 2. uaria. resol. c. 1. 2. nu. 3. non dissentit Io. Baptista à S. Seuerino in l. admonendi, nu. 265. de iure iur. ut nec dissentit Tiraq. trac. De retractu cōsan. §. 4. gl. j. nu. 11. qui intelligit cum de magno grauamine agitur. urget multum pro hac parte rō gl. in c. statutum, §. assessorem, in uer. relinquatur, de resc. in 6. q. cum hac relinquatur in conscientia huius iudicis, solū Deū iudicem ipsum esse huius rei cognitorem, quasi dicat gl. cōmittere conscientia, nil aliud esse q̄ illi facultatem tribuere declarandi, q̄ in uoluntate sua sūt, quæ ab alio quā a Deo opt. max. cordium scrutatore cognosci non possunt, gl. in l. 2. ff. de interrog. act. Marfi. cōsi. 96. nu. 7. lib. 2. Io. Iacobus de Leonardis inter cōsi. Bruu. cōsi. 14. nu. 5. 22. hic ergo qui suū p̄tulit arbitrium, solū Deū habebit iudicem, quia rōne est et usus Calcan. cōsi. 38. nu. 7. Accedit qd̄ docuit Bal. in l. j. si uer. scias tñ, C. de sent. ex breui. recitan. ea ratione hoc casu non posse appellari, quia superior nō pōt inferioris cōscientiam & animū imutare, nec. a. uis animo inferri pōt. Rursus hic est iudex, q̄ hoc arbitriū habet, in multis arbitratori equiparatur; ut docuit Bal. in l. solam, in fi. C. de testib. & aliàs supra retulimus. imò maior est huius iudicis q̄ arbitratoris potestas. Si ergo ex crebriori sn̄a, f. a laudo arbitratorū non licet appellare, ut relati interpretes affirmant, quāto fortius à sn̄a huius iudicis, qui non tenetur reddere rōnem eorū, quæ egit, ut docuit Marfi. in l. qōnis, n. 63. de qō. post Io. And. in rub. de offic. dele. & subdit eū in syndicatu nullo modo teneri, et si partem lædat. citat Castr. cōsi. 197. Visa inquisitione, col. ult. ut apud eū. alia rōne usus est etiã Sal. in d. §. arbitrorū. col. pen. uer. Sexto, quia partes hoc arbitrium fuisse ex eo tributum, ut litiū ac iudiciorum strepitus cessent: qui uerè non cessant, si appellationi locus foret, regula ergo negatiua in casu n̄ro constituenda est, nō licere appellare. Hæc regula fortius procedit in eo iudice, f. qui liberum & absolutum habet arbitrium; sic Inn. & Ho-

stien. in c. ult. de feriis. & Io. Bapt. a S. Seuerino in d. l. admonendi, nu. 265. uer. primò, de iure iur. Fel. in c. exceptionem, nu. 2. in fi. de except. & in c. super his, nu. 8. de accus. qui eiusdem sn̄a alios plures retulit. & Ruin. cōsi. 149. n. 9. li. 4. Iaf. l. j. in prin. nu. 6. ff. si quis iud. non obt. Did. d. li. 2. uaria. reso. c. 12. nu. 5. Procedit & fortius regula ipsa, qñ hic iudex suū arbitrium p̄ferre nollit. nam, & si regulariter liceat appellare, cum iudex negat iustitiam administrare, sicq; cam diffinire, ut p̄batur p̄ gl. c. j. de cōfessis, in 6. & p̄ Bar. in l. j. nu. 7. de iurif. om. iud. atqñ hoc casu, cū hæc arbitrio huius iudicis posita sint, sequitur, nō eē necessitati supposita, l. nō q̄dquid. de iud. sic late Fel. d. c. sup. his, n. 12. 13. post multos, quos citat. Declaratur primò non p̄cedere, qñ ex illo arbitrio is appellans enormiter fuisset læsus: ita Bal. in l. j. col. 2. uer. sed pone q̄ p̄ statutum aliqui committitur conscientie, C. de reb. cred. affirmauit. n. hoc casu posse appellari. idem affirmauit ipsemet Bal. in l. unica, C. de iis qui p̄næ nom. nec dissentit Bal. ipse c. j. col. 8. de mil. uasal. qui contumax est, quæ retulit Marfi. d. l. qōnis, nu. 64. de quæstio. dum dixit, tunc in arbitrarijs iudicem posse argui, cum nimis partē lædit. clarius hanc declarationē p̄batur Io. de Ana. in cōsi. 34. nu. 7. uer. facit etiam, ubi Bolog. in additio, nu. 14. uer. Nec obstat unum. Ale. cōsi. 166. n. 14. lib. 3. Fel. in d. c. exceptionem, nu. 2. in fi. de excep. & in c. super his, nu. 9. de accus. Boer. q. 284. nu. 28. prope fin. Tira. de retractu cōsan. §. 4. gl. j. nu. 1. addo eiusdem sn̄a Curt. sen. l. admonendi, nu. 379. de iure iur. qui hac declaratione utitur ad conciliandā in interpretū controuersia. is etiam Curt. intelligit, f. maximum hoc præiudicium esse, cum est totius cæc grauatuum. Ego autem intelligerem, idem esse, qñ in dimidia p̄te tantum grauaret, ut ex Cyn. in l. ult. col. j. uer. Secundo queritur, C. de contrah. emp. dum dubitat, quō in qua dicatur arbitratoris sn̄a, ut ad boni uiri arbitrium reduci possit. Leue præiudicium exemplificat Ana. d. cōsi. 34. nu. 7. in fi. in breui dilatione concessa. Huic sn̄a accedunt quæ supra retulimus in q. An possit hic iudex rollere ius parit. & dixi post Alex. in l. 2. §. uoluntatem, tertio not. ff. sol. mat. in minimis aliquid posse, non in magnis. Declaratur secundò non procedere, quando loco appellacionis haberetur recursus ad superiorem: sic gl. in d. c. statutum, §. assessorem, quam intellexit Cur. sen. d. l. admonendi, de iure iur. esse appellacioni locum & operari solum effectum quendā deuolutiuum cognitionis, non autem suspensiuum executionis. huic doctrinæ Curtij illa est similis, qua nō stri tradunt, à sententia lata in possessorio non appellari quò ad effectum suspensiuum, sed bene quò ad deuolutiuum, ut docuit Bal. in l. 2. col. pen. uer. ul. timò queritur, C. de epif. & cler. & dixi in tracta. recuperanda possessionis, in 9. remedio, nu. 322. Simile quoque est quod scripsit Bald. in addit. ad Specul. in tit. De arbitris, col. 7. uerfi. sed an pendente. f. laudum scilicet ab arbitro latum exequendum esse pendente reductione ad arbitrium boni uiri: nam quando (ut inquit Baldus) iudex non tenetur appellationi deferre, exequenda est sententia. & Baldum secuti sunt Barba. cōsi. 18. col. 2. lib. 4. Iaf. in l. pecuniam, nu. 8. ff. si cert. pet. Boer. q. 284. nu. 24. 25. imò fortius

Fortius dicimus, sententiam illam etiam quod ad pœnas exequendam esse, sic respondit Parisius conf. 44. nu. 9. lib. j. & si aliter sentiat Boe. d. q. 284. nu. 20. qd nunc non explico. Hac tñ in re nostra uerè non pòt hæc dici appellatio, sed ad superiorem recursus. sūt

21. n. plures † differentie inter appellationem & recursum ad superiorem, ut apud Ias. in l. si quis aduersus, C. de precib. Imper. offer. & Boe. d. q. 284. nu. 5. est ergo uera hæc declaratio, recursum ad superiorem hoc nostro casu concedi, quod placuit & gl. in cle. j. de iure patr. ubi Gem. & Imol. in l. 2. col. ult. uer. scias tñ, C. de sent. ex breu. recit. Rom. conf. 27. col. 2. & Calca. conf. 38. nu. 8. Bolog. in additio. ad consil. Ana. conf. 34. nu. 14. uer. nec obstat unum: imò uidemus, qd etiam si omni casu non admitteretur exceptio, admittitur tñ recursus ad superiorem, sic Bal. & Ange.

22. l. planè, & in l. ult. ff. de peti. hered. Sic uidemus appellationem esse reiectam à sententia Præfeti prætorij, si qui aduersus, & auth. quæ supplicatio, C. de precib. imper. offer. & tamen conceditur recursus ad Principem, ut ibi probatur, ubi latè declarat Ias.

23. & tradit Ruin. conf. 157. nu. 16. 17. lib. 5. & is recursum eo casu solum deuoluit cognitionem, non aut impedit executionem, ut ibi probatur, & docuit ibi Ias. & Corasius in l. naturaliter, §. nihil cõe. in præludijs, nu. 8. de acq. poss. & respondit egregiè Neuz. consil. 70. nu. j. Accedit qd in omnibus casibus ubi appellatio non recipitur, admittitur recursus ad superiorem, Ias. conf. 16. in fi. lib. 3. & respondit Dec. conf. 533. nu. 2. Communem esse doctorum sententiam, statutum non reicere recursum ad superiorem, quàm appellationem reiciat, quod placuit & Ruin. conf. 177. nu. 6. lib. 5. & Parisio conf. 118. col. j. lib. j. & Rolan. à Valle conf. 94. nu. 3. 4. lib. j. imò docuit Dec. in lult. nu. 50. C. de edicto diui Adria. toll. post alios quos citat, à sententia lata in cā momentaneæ possessionis non negari † recursum ad superiorem; & si appellatio prohibeatur, quod probauit & Parisius conf. 51. nu. 19. lib. 3. & alios casus retulit Afflic. decis. 341. & 356. & Gramm. decis. 35. nu. 4. imò, quod

26. fortius est, si prohibeatur † appellatio ab interlocutoria, recursum tamen ad superiorem non prohiberi, sic respondit Aret. consil. 106. nu. 10. 11. qui sanè

27. † recursus (ut hoc obiter dicam) regulatur secundum terminos causæ appellationis, cui assimilatur, ut est notabilis gl. in l. unica, C. de senten. Præfeti prætorij, quā citat & commendat Boer. q. 247. nu. 9. post Marfil. sing. 88. Statutum, &c. & Capicius decis. 28. in fi. Hanc declarationem ueram intellexit Bolog. in additio. ad consil. Ana. d. conf. 34. nu. 14. uer. nec obstat unum, quando enormissima læsio adesset, quod uerè diuinat ad gl. d. assessorem, & ad cætera omnia, imò pro leui etiam læsione concedi arbitror, cū pro interlocutoria admitti dixerimus. Accedit, qd eo modo ab appellatione non differret, iuxta declarationem primam supra relata. rectè ergo & alij cõsent hoc casu læsio succurri per reductionem ad arbitrium uiri boni, ex l. si libertus ita iurauerit, ff. de oper. lib. quā sic intellexit gl. l. pen. ff. de arbi. Dec. conf. 11. nu. 6. Craue. conf. 192. in fi. & supra attigi.

S V M M A R I V M.

1. Excessus iudicis in arbitrio, quomodo coram superiore probari possit.

- 2. Pœnam insolitam non infamare.
- 3. Excedens formam consuetudinis, legè excedere dicitur.
- 4. Consuetudinem statuto fortiolem.
- 5. Consuetudo ubi non ualet, nec statutum.
- 6. Consuetudinem tenaciter esse obseruandam.
- 7. Consuetudinem actus determinare.
- 8. Consuetudinem ueritati æquialere.
- 9. Consuetudo silere facit leges & Principum rescripta.
- 10. Consuetudinem Principum pedibus subiaccere.
- 11. Principem præsumi tribuere facultatem iudicandi secundum consuetudinem, non autem contra.
- 12. Exactor Principis qua potestate in exigendo utatur.
- 13. Consuetudinem aqutati naturali proximam a Principe non tolli.
- 14. Consuetudinem laudabilem, Principem ligare.
- 15. Excessus quomodo detegatur.
- 16. Excessum in parte sexta considerari.
- 17. Excessum detegi cum probatur in nibi lo condemnatum teneri.
- 18. Enormissimam læsionem dolo re ipsa æquiparari.

QVÆSTIO LXXI.

EXCESSVS QVOMODO DETEGATVR in sententia iudicis arbitrarij, & de ui consuetudinis plura allata.

QVÆRO septuagesimo primò, quomodo coram superiore probari poterit, hunc iudicem modum in arbitrando excessisse: Bal. in l. 2. col. 2. uer. sed qualiter, ff. de iure iur. inquit, probari satis, si demonstretur ex more consueuisse aliter iudicari, ut puta ex more esse, minorem pœnam q̄ fuerit imposita, consueuisse imponi, iuxta l. quid ergo, §. pœna, ff. de his qui no. infra. ubi pœna maior consueua, ideo non infamat, quia imponi non debuit. quem tex. declarat Soc. tract. fall. reg. 233. & Didac. li. 2. uaria. resolu. c. 9. nu. 8. & fufius suo loco dicemus. qd̄ ex eo confirmatur, quia † excedendo consuetudinis formam, legem ipsam excedere dicitur, cum consuetudo pro lege obseruetur, l. de quib. de legib. quare consuetudo à pari cum statuto procedit, Gramma. decis. 92. nu. 4. Craue. consil. 96. nu. 6. conf. 137. nu. 7. 8. imò fortius dicimus, † consuetudinem esse statuto fortiolem, sic Calca. conf. 2. nu. 29. & clarè Decius conf. 690. nu. 8. Hinc dicimus qd̄ ubi † consuetudo non ualet, nec statutum. Bal. conf. 138. col. 2. li. 4. utrunq; pbat Craue. tract. de antiq. tēp. prima parte princip. par. j. nu. 42. qui nu. 43. subdit esse eiusdem efficacitæ ac priuilegium, citat Inn. Fel. ac Cur. iun. & præter eum tradit Decius conf. 390. nu. 12. imò † consuetudo tenaciter obseruanda est, quia iustitiæ uim hêt, & dat iurisdictionem, l. uiros, C. de diuer. offi. glo. l. ult. C. de emanc. lib. dat. mandatum, lult. C. de agr. & cens. li. 41. Calc. conf. 64. nu. 10. † consuetudo præterea illa est, quæ actus oēs determinat. Dec. l. semper in stipulationib. nu. 10. de reg. iur. conf. 441. nu. 13. Ruinus conf. 104. nu. 3. li. 5. Neuz. lib. 5. Syluè nupt. nu. 65. nec immeritò; † quia ueritati æquialer, Craue. conf. 238. nu. 8. & nu. 9. inquit dare formam & esse ius quoddam naturale, & illi reuerentiæ deberi, aliaq; q̄ plura eo loci attulit, imò consuetudo leges & Principum rescripta silere facit. Io. Jac. de Leonardis inter consilia

Bruni

Bruni, conf. 117. nu. 114. Hac tñ in re illud non parum difficultatis adferre uidebatur, † consuetudo Principum pedibus subiacer, ut scripsit Craue. d. trac. de antiq. temp. prima parte primæ partis principalis, num. 40. 41. ubi post multos inquit, illam esse in Principum potestate. Si ergo Princeps huic iudici iudicandi munus concessit, & sui loco eum constituit, sequitur, iudicem hunc aduersus consuetudinem aliquid potuisse moliri. Verum responderi uno uerbo potest, præsumi Principem uoluisse huic iudici concedere iudicandi facultatem contra consuetudinem, cum nunquam præsumatur quid uelle contra iuris cõis dispositionem. Ias. l. præscriptione, nu. 5. C. si contra ius uel util. pub. Dec. conf. 580. nu. 2. Goza. conf. 101. num. 10. Sed ad rem confert magis quod scribit Bal. in l. j. col. 2. uer. Sed pone, C. si propter pupillam, ff. si Princeps proprio exactori mader, ut compellat debitores eo coertione, qua sibi uidebitur expedire, nihilominus exactorem illum teneri seruare legem municipalem, & consuetudinem in exigendo, quæ Baldi doctrinam ad terminos nostros retulit Calc. conf. 120. nu. 8. & eam reddit rōnem, quia si aliter intelligeret, ius partis tolleretur, qd̄ concedendum non est. hæc fortius locum haberent, qñ † consuetudo illa æquitatem naturalem saperet, nec. n. aduersus eam quicquam potest Princeps, ut latè post multos scripsit Craue. d. trac. de antiq. temp. loco statim citato, nu. 46. quare dicimus, † laudabilem consuetudinem Principem ligare. sic rōdit Cur. sen. cõsi. 51. col. 12. in fi. satis ergo demonstratur hic excessus ex consuetudine contempta. Demonstratur & secundo loco, inquit Bald. d. l. 2. col. 2. ff. de iure iur. hic excessus, qñ habito recursum ad uiri boni arbitrium probatur in tanto & quanto. & subdit, qd̄ excessus in totum probatur, si ostendatur condemnatum non teneri, ex l. si cū exceptione, §. hæc autè actio, ff. quod metus cau. fa. quæ sanè uerba sunt admodum ambigua, & sine dubitatione: quis enim dubitat modum fuisse excessum, si probetur in modum non teneri, qui cõdemnatus fuit? Credo tamè Bal. sic uoluisse dicere, recurrèdum esse ad arbitrium boni uiri, ut is iudicet, an per primū, qui iam iudicauit, excessus sit modus, uel nō, adfert tex. l. unde si Neruæ, ff. pro socio, idem tradit Bar. in l. si societatem, §. arbitrorum, nu. 25. ff. eod. tit. qui citando d. l. unde si Neruæ, dixit læsionem & † excessum demonstrari, si excessum sit in sexta parte totius quantitaris, & tex. illi sic post Fran. de Ramponibus intellexit & declarauit in his terminis Car. Zabarel la cõsi. 141. col. 2. uer. principaliter, & Bar. secuti sūt Ruin. cõsi. 81. nu. 3. li. j. Soc. iun. cõsi. 48. nu. 22. & cõsi. 144. n. 14. & cõsi. 84. n. 43. li. 2. qui alios retulit plures Bar. aduersates; affirmant. n. cæteri esse iudicis arbitrio; qua de re infra li. 2. in 118. casu arbitrario.

17. Demonstratur tertio loco hic excessus secundum Bal. d. l. 2. col. 2. l. si is cõdemnatus clarè ostendit in nihilo teneri, ex tex. d. l. si cū exceptione, §. hæc autè actio, ff. quod metus cau. & tradit Bolog. in addit. ad cõsi. Anania, conf. 34. num. 14. sensit Abba. conf. 2. in fin. lib. 1. Verum dixi statim, hoc probabilè dubitationem nō habere, quadoquidem ex enormissima læsione dolus arguitur. l. omnes §. Lucius, ff. de his que in fraud. cred. quæ textu sic in terminis nostris citauit Bar. d. §. arbitrorum, nu. 24. in fin. & eum se-

cutus est Curtius iunior, conf. 141. nu. 10. & tenorissimam læsionem & dolum re ipsa, idem esse multis probauit Parisius conf. 12. nu. 82. conf. 20. num. 105. conf. 89. num. 68. conf. 96. num. 20. 60. 61. lib. 1. conf. 12. nu. 65. 67. lib. 2. & conf. 75. num. 19. lib. 3. Soc. iun. conf. 77. nu. 132. lib. j. & cõsi. 47. nu. 40. lib. 3. Craue. conf. 143. nu. 21. & conf. 192. nu. 3. & alibi sæpissimè. alijs quoque coniecturis hic excessus demonstratur, ut apud Bartolū d. §. arbitrorū, num. 28. quas partim supra retuli suis locis, partim non refero, quia legi apud eum possunt.

S V M M A R I V M.

- 1. Læsus ex sententia iudicis arbitrarij, quibus probationibus uti possit ad læsionem suam probandam.
- 2. Iudicis dolus nouis probationibus detegi potest.
- 3. Ignorantia quando præsumatur.
- 4. Ignorans ne puniatur, omnes dispositiones restringi.
- 5. Appellans ab interlocutoria ex antiquis actis illius iniquitatem detegere debet.
- 6. Appellans a diffinitua iniquitatem detegere debet ex antiquis actis.
- 7. Appellans nouis probationibus iniquitatem iudicis potest detegere, cum factio iudicis antiquæ probationes non adiungit.
- 8. Appellans nouis probationibus uti potest ad probandum ita aliis antiquitus fuisse probatum.
- 9. Appellans nouis probationibus uti potest, cum agit ut solum probet, se in causa ius fouere.
- 10. Supplicationis causam antiquis & nouis probationibus probari, & iustificari.
- 11. Supplicationis causam ex superuenientibus probationibus iustificari.
- 12. Probationibus nouis supplicationem iustificari, cum de personarum legitimatione agitur.
- 13. Appellatorem nouas probationes deducere non posse, cum sua culpa in prima instantia deducere distulit.
- 14. Appellantem, uel supplicantem ex noua causa nouas probationes posse deducere.
- 15. Clausulam ius & iustitiam fieri, nihil operari, cum nihil naratum est.

QVÆSTIO LXXII.

PROBATIONIBVS NOUIS, AN ANTIQUIS quando utatur is, qui appellauit à sententia iudicis arbitrium habentis, explicatum.

QVÆRO septuagesimo secundo, quibus probationibus uti deberis, qui ex huius iudicis placito arbitrio se læsum fuisse contendit: hanc questionem in nō dissimili casu proposuit Bar. in d. l. si societate, §. arbitrorum, nu. 26. ff. pro socio. an ille, qui habuit recursum ad arbitrium boni uiri, nouis uel antiquis probationibus uti debeat? distinguit Bartolus duo capita, quam distinctionem sunt secuti Abb. cõsi. 2. nu. 2. lib. j. Butr. cõsi. 24. col. 5. Sali. l. cum antea, col. pen. uer. si. quæro octauo. C. de arbit. Alex. conf. 101. in fi. lib. 2. Oria. tract. de arbitris, q. 16.

Primum illud est, † quando agitur, ut detegatur dolus iudicis, & tñ non ex nouis actis, sed ex antiquis id agendum est: non enim ex nouis probationibus iudici non cognitis, illius dolus argui pòt, cum ignorans in dolo non nerfetur l. j. ff. de dolo, sic † præsumitur

mitur ignorans, tum praefertim, cum multum probabilis e ignoratia. l. genero. ff. de his qui not. ifam. l. ult. ff. de decre. ab ord. fac. Crau. consi. 6. num. 73. & consi. 260. col. j. in fi. qui respondit, omnem dispositionem quantumvis generalem restringi, ne t igno- rans puniatur. hoc eo simili confirmat praecitato lo- co Bar. q. quando ab interlocutoria t appellatur, is ap- pellans debet de grauamine docere ex primis actis. l. ait prator, ff. de mino. 25. ann. de. appellanti, de ap- pella. Capicius decif. 5. in fi. imò fidem est in diffini- tiva, quia ad cognoscendum an iudex aduersus legis dispositione iudica uerit, inspicit debet lex, quae tpo- re lata sententiae uigebat, ut est clarus tex. in authen. ut eum de appell. cogno. in princ. & respodit Calca. consi. 15. num. 11. Brunus consi. 90. num. 4.

7 Declaratur hic casus primò non procedere, t qua- do iudex ipse fuisset in causa, ne probationes recipere- rentur, ex tex. l. si dictu. s. pen. ff. de euiet. ubi Iurecò- ful. affirmat, satis dici fuisse factam denunciationem euietionis illi, qui ne fieret, impedimentu praestitit; qua de re late apud Tiraquel. trac. de retractu cofan- gui. s. 2. glo. prima. nume. 9. 10.

8 Declaratur secundo hic casus intelligi de probatio- nibus t omnino nouis: na & ex alijs probationibus probare possit, sic coram hoc iudice fuisse probatu; iuxta glossam l. quoties. s. ult. in uerbo solu. ff. de p- ba. in l. curent, ubi Barto. ff. de testib. Ferratius cautel. 12. in fine post multos, quos citat.

9 Secundum distinctionis caput est ex Barto. loco iam citato, quando is condemnatus, t solum tendit ad probandum se ius in causa fouere, nec coheredit dete- gere dolum ac turpitudinem iudicis, is ergo nouis et probationibus uti poterit, arg. l. eos. C. de appella. & l. per hanc. C. tpo. appell. & ratio illa est, quia hoc casu a pari procedit appellationis causa; & causa sup- plicationis, id est, recursus ad Principem, ut quemad- modum in causa appellationis deducit potest, quod non fuit deductum in prima instantia, sic in ca sup- plicationis: ita egregie respodit Imo. col. 146. col. 4. uerfi. Si aut iterato, que secuti sunt Marsil. in pract. criminali. s. Oportune. nu. 63. & in l. j. nu. 162. C. de rapru uirg. & post Afflic. quem citat, ita egregie rñ- dit Rol. a Valle col. 24. nu. 10. 11. lib. j. qui sic in Mo- tifferrati Senatur obseruari no semel uidisse testatur.

10 Extenditur procedere, etiam t si pendente causa ip- sius supplicationis & recursus ius superueniret, ut i- ipla appellationis ca dixit Bal. in d. l. per hanc. C. de temp. app. quem secutus est Ruin. col. 12. nu. 8. lib. 4.

11 Extenditur secundo, et si iura, quae de nouo t in cau- sa huius supplicationis producuntur, tenderent ad p- sonae legitimationem, ut in mandato ad agedu, qd in prima instatia pducitur, sic i ca appellationis, post multos, quos citat, rñdit Crau. consi. 108. n. 1. idem ergo dicendu est in casu supplicationis & recursus.

12 Declaratur primò, non procedere eo casu, qntis condemnatus potuit in prima instantia oia produ- cere & probare, sed probare ea ratione distulit, ut magis aduersarium fatigaret, ita docuit Bal. d. l. per hanc, quem sunt secuti Soc. tract. fall. reg. 323. fal. j. gl. ante eos, & ibi ceteri interpretes i c. inter mona- steriu, de re iud. Barb. consi. 35. col. j. in fi. & col. seq. li. 3. & Ias. in repetitio. l. admonendi. nu. 57. de iure- tur. & alios plures in hanc sententia retulit Neuzi.

confi. 19. nu. 16. Est ratio, quia negligenti iura non subueniunt. l. pupillus, in fi. ff. de his que in fraudem cred. qua ratione in his terminis est usus Marsi. sing. 360. Scribitur. Verum huic declarationi plures ad- uersantur, quos retulit & uisus est sequi Neuz. d. col. li. 19. nu. 2. ut apud eum.

14 Declaratur secundo non procedere, t quando ali- quid de nouo in supplicatione, nel in appellatione peteretur, sic egregie Abb. in c. significauerit, ubi Fe- ly. col. 3. in fi. uer. & si diceres contra, de except. qui testatur sic se aliquando in iudiciis seruari uidisse. ea pariter probarunt Alex. & Ias. in l. si apud quem, in- fi. ff. de acq. har. Marsi. sing. 240. Regula. Confert il- lud simile, quo dicimus, clausula illa, Pero ius & ius- titiam ministrari o meliori modo, q & si eum esse etum pariat, ut iuxta narrata in libello possit ferri se- tentia, et si in conclusione petitum nihil sit, ut tra- dunt omnes in c. 2. de ord. cog. non tu t quicquam operatur, cum nihil penitus narratu est, sic egregie Alex. consi. 121. nu. 11. uer. praeterea, lib. j. Soc. sen. consi. 95. col. pen. uer. praeterea, d. clausula, li. 3. Rui. consi. 32. nu. 13. lib. j. & consi. 19. nu. 9. lib. 4.

Declaratur tertio non pcedere in snia interlocu- toria, ut supra retuli, & tradit Soc. d. reg. 323. fall. 3.

S V M M A R I V M.

1 Iudicem super aequitate uel iniquitate sententiam fer- re non posse

2 Iudicem, qui in contractu furiosi decretum interpo- suit, non posse testimonium ferre super furore illius.

3 Appellationis causam coram ipso iudice a quo non cognosci.

4 Aduocatus a iudicando in ea causa arceatur.

5 Procurator super illa causa testimonium non fert.

6 Solicitator suspectus pro illa causa.

7 Iudicem no posse testimonium ferre pro sua sententia, etiam quando agitur de iustificatione solius sententiae.

8 Iudicem non posse dicere testimonium pro sua senten- tia, defectu omnis solennitatis nulla.

9 Iudices, & si plures, non posse pro eorum sententia te- stimonium ferre.

10 Iudicem posse ferre testimonium in causa a se iudica- ta, cum ad declarationem solum deponit.

11 Cap. cum dilectus, de elect. sensus & intellectus.

12 Lib. carmen. s. illud. ff. de testib. sensus & declaratio.

13 Nova auctoris distinctio, quomodo iudex ferre possit testimonium ad suae sententiae declarationem.

14 Iudicem ferre posse testimonium, super eius sententia, quando nullum praedictum partibus afferretur.

15 Testi dicenti, se falsum testimonium dixisse, no credi.

16 Iudicem ferre posse testimonium cum solu agitur de declaranda iuris communis dispositione.

17 Declarationem nihil noui ad ferre

18 Statutorum conditores posse antiqua statuta declara- re, & si non noua condere.

19 Capitula antiqua declarare potest actor, & si noua dare prohibeatur.

20 Principem posse antiquam inuestituram declarare, & si mutare, & nouam concedere impediatur.

21 Iudicem officio suo tpo posse sententiam declarare.

22 Declarationem nunquam exclusam censeri.

23 Declarationem super re clara nouam dispositionem potius appellari.

24 Testem non posse suu dictum declarare, quando in no- uam

nam dispositionem caderet.

25 Declarationem circa accidentia, non circa substan- tiam nersari.

26 Declaratio. cum sit circa negotij substantiam, par- tes esse citandas.

27 Declarationem, quae nouam dispositionem sapit, ab eo solum posse fieri, qui de nouo facere potest.

28 Iudicem paribus uolentibus ferre posse testimoniu in causa, in qua sententiam tulit.

29 Proxenetam partibus uolentibus testimonium ferre posse.

30 Iudex idoneus est testis cum inde nec laus nec turpi- tudo sibi aduenit.

31 Iudice posse ferre testimoniu super re alijs incognita.

32 Testes domesticos esse idoneos in causa domi & se- creto tractata.

33 Statutu Papiae 33. in ciuilibus, sub rubri. Quod nul- lus ius dicens Papia post eius officium cogatur de quibusdam reddere testimonium, declaratur.

QUESTIO LXXIII.

Q V A N D O I U D E X F E R R E
possit testimonium super sententia
a se prolata, plena manu
declaratum.

QUERO septuagesimotertio, an hic t iudex, qui ut uir bonus iudicandi arbitrium habuit, lata per eum sententia possit super aequitate, uel iniquitate testimoniu ferre? Regula negatiua costi- tuenda est, no posse, sic regula constituit Innoc. in c. 2. de arbitris, & in cap. cum a nobis, ubi late idem cen- suit Fel. numero 5. de testib. Bart. in l. ne in arbitris, numero 6. C. de arb. ita Aufrerius tractat. De repro- batione testium, nu. 59. Alex. consi. 70. nu. 11. lib. 3. Ruin. consil. 153. nu. 12. lib. j. probat hanc senten- tiam text. clarus in cap. statutum, 2. q. 6. & ideo ui- demus iudicem, qui suum interposuit decretum in donatione honorum a furioso facti, non posse fer- re testimonium, furiosum illum no fuisse tempore donationis a se factae, sic respondit Alex. consi. 86. numero 16. lib. 2. Curt. iun. consilio 165. num. 21.

2 Confert text. l. eos. C. de appella. ubi t appellationis causa ob uerisimilem suspensione affectionis non co- gnoscitur ab eo, qui primam sententiam tulit. Sic t Aduocatus repellitur a munere iudicandi ob suspi- cionem affectionis. l. ulti. in fi. C. de assesso. l. ulti. ff. de testib. & Parisius consi. 70. lib. 4. Sic t in procura- tore, ut non possit super ea ferre testimoniu, scribit Ang. in l. dictantibus. C. de testa. & Parisius consil. 83. numero 5. lib. j. & d. consilio 70. lib. 4. Gratus consil. 2. nu. 28. lib. ij. Craue. consi. 56. nu. 4. Sic in t solicitatore causa, ut non possit ferre testimoniu. Rom. consil. 420. Alex. consi. 153. col. 2. lib. 5. Soc. iun. consilio 88. nu. 23. lib. 2. Gramma. consilio 73. nume. 20. & Craue. consi. 2. nu. 5. & consi. 249. nu. 9. Sic ergo nec iudicare possunt: affectio enim non semel oculos caliginat.

7 Extenditur primò procedere, etiam eo casu qua- do ageretur de iustificatione solius sententiae, sic Fe- ly. d. c. cu a nobis, nu. 5. uerfi. & procedit conclusio. de testib. sed obscure locutus est Fel. & forte sentire

illud uoluit, quando partes omisso negotio princi- pali, quod inter eos disceptaretur, solum agunt, ut iu- dices persona inspecta, cognoscatur an recte, uel mi- nus lata fuerit sentia, ut scilicet cognoscatur, an suam- litem fecerit, uel non. nam hoc casu eandem esse rationem inquit Fely. qua & in praecedenti, eo quia ad interesse iudex tenetur. l. si filius. ff. de iudic. imò, mea quidem opinione, fortior est ratio hoc casu, ne huius iudicis testimonium admittatur; quan- do quidem sola sua causa iudicium hoc secundum tractatur.

8 Extenditur secundo, etia si t sententia diceretur nulla ex defectu alicuius solennitatis, sic Fely. d. c. cum a nobis, numero 5. uerfi. item procedit conclu- sio, quam sane doctrinam ueram ego intelligo, quan- do haec esset solennitas, cuius obseruatio ad iudicem ipsum pertineret, & cuius negligentiae ac imperitiae adscribendum esset, ubi non fuisset obseruata.

9 Extenditur tertio procedere, etiam t si plures es- sent iudices. Fel. d. c. cum a nobis, nu. 6. de testib. post Bald. in l. ne in arbitris, nu. 4. C. de arbit. una est ratio, quia uices duorum sustineret, iudicis. f. & testis, con- tra l. si plures, in fin. ubi gl. de pactis. l. si consul. ff. de adoptio. altera est ratio, quia agit de proprio interes- se, cum, ut unus eorum, qui iudicauerunt, se defendere uelle uideatur.

10 Declaratur primò non procedere, quando agitur de facto declarando, quo melius secundus hic iu- dex re cognita sententiam ferat, sic declarauit Barto. in l. si societatem. s. arbitrorum, numero 29. uerficu- lo, quero quando examinatur, & ibi Gulielm. de Tu- lalto in repet. numero 95. ff. pro socio, & in l. ne in ar- bitris, nume. 6. C. de recep. arbit. sentit tamen eo loci Barto. hoc casu duo concurrere debere. Primò, quod de facto declarando agatur. Secundò, quod plures iu- dices fuerint, ita affirmarunt Alexan. consilio 32. li. 5. Ioan. de Ana. consilio 17. numero 13. Socin. tract. fallen. reg. 5. fallen. 2. & reg. 199. fallen. 1. idem Soc. consilio 121. columna 4. uerficulo. quibus tamè no obstantibus, lib. 3. Ias. consilio 10. numero 5. & con- silio 12. numero 1. lib. 1. & arbitrum posse testimo- nium hoc casu ferre, sentit Raphael Comensis consi. 7. col. 5. inter cetera Barto. adducitur ex text. t cap. cum dilectus, de electio. uerum is tex. ea ratione pro- cedit, quia probationes aliunde haberi non poterat: sic intellexit glos. in capitulo secundo. in uerbo, co- gnouerint, de receptis arb. Soc. d. regu. 199. fallent. ulti. & Fely. in d. cap. cum a nobis, numero 12. uer- fallit nonò. citari etiam solet t text. l. ob carmen. s. illud. ff. de testib. Verum is text. non probat, quia ibi non agebatur de facto declarando, sed super ipso fa- cto principaliter taquam testis, non tanquam iudex: alias depoenret, ita sentit Ori. in tract. de arbitris, quaestio. 17. ultimae partis. sic etiam uisus est sentire Salic. in d. l. ob carmen. hoc euenire potest, ut iudex uideat delictum committi, & ipse de illo non est iu- dicaturus, tunc dubium non est, quin de eo coram uero iudice deponere possit. Quamobrem contra- riam sententiam tuentur Butr. consilio 24. colum. penulti. quem citare uolui Ruin. consil. 68. nu. 14. 15. lib. j. Aret. consilio 163. columna 6. in princ. qui temperat & intelligit, quando factum esset maxi- mi detrimenti, & Aret. secutus est Craue. consi. 265. numero

numero 4. quibus addo Socin. sen. consil. 46. numero 13 ro 47. lib. 4. Ego. distinguere, quod aut agitur de facto obscuro declarando, qui aliunde declarari non potest; nec magni detrimenti res est, & tunc credatur iudici primo. atque ita hoc casu procedat Bartol. & aliorum primo loco supra relatorum sententia. Aut mera declaratio non est, & rei grauis est, & tunc procedat Butrij & sequacium opin. & fufus infra subijciam.

14 Declaratur secundo non procedere, quando ex dicto ipsius iudicis nullum partibus adferretur detrimentum. sic Innocent. d. cap. 2. de arb. ex text. capit. sicut, de testibus, qui non loquuntur in eo, qui sententiam tulit, sed in teste, qui suam detegit turpitudinem, dicendo, se falsum tulisse testimonium. quare in argumentum eo text. usus est Innocent. cui uidetur aduersari Soc. d. reg. 199. fall. 3. ex cap. non sine, de arbi. qui non probat. Fel. autem d. cap. cum a nobis. numero. 1. inquit procedere, quando error probabilis allegatur, alias si allegaret propriam turpitudinem, quae illum criminofum redderet, non concederetur. Fely. ergo subijcit, Abb. sensisse, credi huius testimonio, quando deponeret contra se super re, quae uerisimiliter ab alio sciri non potest, puta cum deponit se iurasse hac de re testimonium non laturum. quia de re ambigit Fel. ut apud eum. ego credo Innocentij opinionem esse ueram, sed difficile esse dare casum, ubi testimonium hoc, uel noceat, uel profit, uel uni uel alteri partium.

16 Declaratur tertio non procedere quod ad declaracionem, ut quia declararet, quid ex iuris communis dispositione obseruari consueuerit. sic in nostris terminis consultus respondit Barba. consil. quinto. columna quinta. in fin. lib. secundo. sic etiam Bart. in d. l. ne in arbitris. numero sexto. C. de arbit. Fely. d. capit. cum a nobis. numero 10. illa est ratio, quia

17 declaratio nullum ius nouum adfert, sed tantum ambigua aperit. l. heredes palam. §. si quid post. ff. de test. ubi Bart. late Dec. l. edita. num. 48. 49. C. de ede. confert, quod respondit Barba. consil. 78. colum. penulti. in princ. lib. 3. & ante eum docuit Bal. in §. quibus. 1. constituit. Codicis, quod licet statutorum conditores noua statuta condere non possunt, posse tamen antiqua a se condita declarare. sic respondit Oldrad. consil. 166. actorem si posse iam deducta capitula declarare, & si non possit noua facere. idem respondit Dec. consil. 517. nu. 3. Sic Princeps, qui feudum concessit, inuestituram potest declarare, & si non de nouo concedere. Socin. iun. consil. 95. nu. 76. lib. 3. Sic iudex qui lata sententia officio functus est, l. iudex. ff. de re iud. poterit sententiam declarare, etiam parte non citata. sic respondit Cal. consil. 16. numero 37. 43. & Fely. c. qualiter & quando, il primo. nu. 24. de accus. qui alia plura similia attulit. quare absolute censuit Boer. quaest. 172. numero 23. 24.

22 declaracionem nunquam censeri exclusam. Hec tamen intelliguntur, quando solum agitur de interpretatione & declaracione obscuritatis, secus ubi uerba essent clara, & de noua interpretatione ageretur: nam, cum illa noua dispositio, potiusquam declaratio sit, non admittitur. Barto. d. §. si quid post. numero 4. Dec. d. l. edita. nu. 49. Parisi. consil. 27. nu. 25. consil. 34. nu. 36. consilio 94. num. 46. lib. 2. Hinc

in nostris his ferè terminis respondit Soc. sen. consilio 114. columna penultima. uer. ad hoc probabitur. liter. lib. 2. testem non posse suum dictum declarare, quando in nouam dispositionem potius quam declaratione sonaret, & in nostris his terminis idem docuit Fely. d. cap. cum a nobis. numero. 10. Dec. l. in ambiguis orationibus. nume. 3. de reg. iur. Craue. consil. 282. colum. 5. uersic. Tertio respondeo. Parisi. consil. 141. nu. 33. lib. 4. Et haec declaratio uera tunc dicitur, cum tantum circa circustantias, non circa substantia actus ueratur. e. n. noua dispositio, cum circa substantialia est. sic Inf. consilio 56. colum. pen. uersic. tertio respō detur. li. 3. & in ea declaratione, quae circa substantialia ueratur, illa adhiberi solet diligentia, ut partes citentur sic Ruin. consilio 38. nu. 10. lib. j. & Dec. consil. 533. in fi. ea ratione adducuntur, quia non leue detrimentum adferre poterit. Calca. tamē consilio 16. nu. 43. uisus est aliter sentire; nisi intelligamus eum loqui, quando mera declaratio fit; poterunt ergo isti iudices hoc in casu suū ferre testimonium, cum sagitur de simplici declaratione. Accedit quod illa declaratio, quae nouam dispositionem sapit, spectat tantum ad eum, qui actum de nouo facere potest, ut in summo Pontifice, qui cum beneficia de nouo conferre possit, potest & declarare concessionem iam factam. Dec. d. l. edita. nu. 49. in fin. & in Principe, qui declarat uerba inuestiturae. Soc. sen. consilio 51. col. 2. in fin. lib. 1. Parisi. consil. 50. in fi. lib. 4. Soc. iun. consilio 95. nu. 22. lib. 3. Tiraq. lib. unquam. in uerbo, libertis. n. 15. C. de reuo. don. Crau. tracta. de antiquit. tempo. secunda parte 1. partis princ. nu. 30.

28 Declaratur quarto non procedere, quoniam uterque litigantium acquiesceret, ut hic iudex arbitrarius testimonium ferret. Fel. d. c. cum a nobis. numero. 9. de testib. post Imo. & alios. Soc. tract. fall. reg. 199. fall. 2. Sic dicimus in proxeneta, cuius testimonium partibus consentientibus recipitur. gl. in §. in his uerbo, in auth. de instru. fide & caute. Bar. l. de ferre, in fin. ff. de iure fisci. Marf. sing. 533. & late Soc. iun. consil. 12. nu. 17. consilio 29. nu. 16. & consil. 31. nu. 19. lib. 1. ubi declarat.

30 Declaratur quinto non procedere, quoniam hic iudex super eo testimonium ferret, ex quo nec laus, nec turpitudine adscribi potest, sic Fel. d. c. cum a nobis. nu. 12. & Soc. d. tract. fall. reg. 199. fall. 4. & Io. Oldendorpius tract. de test. in tit. de personis testium. nu. 45.

Declaratur sexto secundum Fely. in d. c. cum a nobis, nu. 12. uer. fallit nono. non procedere in subsidiū, hoc est, super his, quae alijs cognita esse non possunt, ex tex. in c. dilectus, in gl. in uerbo, & si tres, de elect. inquit tamen Felyn. post Butr. hanc probationem integram non esse, sed iudicis arbitrio subiacere. Confirmatur, quia in subsidium ad probandum illa, quae in locis secretis fiunt, admittuntur etiam testes domestici. l. consensu. C. de repu. Bart. l. quoties. nu. 2. C. de naufr. lib. 10. late Crau. de antiq. rep. 1. par. j. partis, nu. 13. 14. alia suo loco retulimus.

33 Sex haec declarationes sunt omnino annotanda ad interpretationem statuti Papiae in ciuilibus, numero. 33. sub rub. quod nullus ius dicens Papiae post eius officium cogatur de quibusdam reddere testimonium.

SYMMARIUM.

- 1 Arbitrium datum in cognoscendo, an etiam datum sit in exequendo.
- 2 Iudicem ordinarium cognoscendi, iudicandi, & exequendi potestatem habere.
- 3 Delegatum inferioris datum ad cognoscendum, exequendi potestatem non habere.
- 4 Delegatum lata sententia, officio functum esse.
- 5 Delegari posse, quae mixti imperij sunt.
- 6 L. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iudic. declaratio.
- 7 Delegatum inferioris facultatem indicendi multam pro executione sententiae non habere.
- 8 L. 2. §. ult. ff. de iud. declaratur, & nouo sensu illustratur.
- 9 Multae indictionem solis magistratibus concedi.
- 10 Delegatos magistratum non obtinere.
- 11 Magistratus, qui habere, & illis fungi dicantur.
- 12 Multam indicare, meri esse imperij.
- 13 L. non ex omnibus. ff. de recep. arbit. sensus & intellectus.
- 14 L. 2. ff. qui & a quibus appell. intellectus Doctorum reiectus.
- 15 Multam grauom, qui indicare possint.
- 16 Goueani interpretatio ad l. 2. ff. qui & a quibus appellare. reiecta.
- 17 L. 2. ff. qui & a quibus appell. nouo sensu illustrata.
- 18 Delegatum inferioris exequi potest eam poenam, ad hoc ne eius iurisdictio impediatur.
- 19 Delegatum inferioris missionem in possessionem facere.
- 20 Imperium mixtum quomodo iurisdictioni cohaereat.
- 21 Imperium cum mandata iurisdictione non transire.
- 22 §. si uero, in auth. de exhib. reis. declaratur.
- 23 Auth. qui iurat. C. de bonis aucto. iudi. poss. unde desumpta sit, & de eius sensu & intellectu.
- 24 Delegatum inferioris missionem in possessionem ex secundo decreto non facere.
- 25 L. ea quae. §. magistratibus ff. ad municipa. sensus & intellectus ex Goueano.
- 26 Cognitorem causae, quae desiderant, pro tribunali expediti debere.
- 27 Ludouici Charonda intellectus ad l. ea quae. §. magistratibus. ff. ad municip. expofus.
- 28 L. ea quae. §. magistratibus ff. ad municip. nouo intellectu ab auctore explicatur.
- 29 L. properandum. §. sin autem reus. C. de iud. sensus et intellectus.
- 30 Missionem in possessionem officio iudicis nobili concedi.
- 31 L. 2. §. quod non ita. ff. de peda. iud. declaratur.
- 32 Delegabile esse, quod officio iudicis nobili conceditur.
- 33 Delegatum per edictum non citare.
- 34 L. 2. C. ubi in rem actio, declaratur.
- 35 L. consentaneum. in fi. C. quomodo & quando iudic. sensus & declaratio.
- 36 Delegatus inferioris ex iuris Canonici dispositione, an suam sententiam exequi possit. tres opin. relatae.
- 37 Cap. quod translationem. de offi. deleg. sensus.
- 38 Delegata causa, censentur & illa omnia delegata, quae causae antecedentia & consequentia sunt.
- 39 Delegatum posse amouere impedimenta, quibus impeditur peruenire ad sententiam.
- 40 Delegatum, contumacem punire, ut ad sententiam

- 41 Arbitras modicam coercionem habere.
- 42 L. cognitio. §. ubi bonorum. ff. de off. ei. sensus & intellectus, sac de illi littera ex Holoandro & Ant. Aug.
- 43 Delegari ex iure Pontificio, quae meri imperij sunt.
- 44 Imperij meri quae sunt, in generali delegatione venire.
- 45 Ius Ciuile a Canonico non discrepare in delegatione causarum meri, uel mixti imperij.
- 46 Cap. in archiepiscopatu. de rap. sensus & intellectus.
- 47 Cap. cum uenissent. de eo qui mittitur in poss. causa rei serua. sensus & declaratio.
- 48 Delegatum Principis de iure Canonico suam sententiam posse exequi.
- 49 Delegatum Principis de iure ciuili suam sententiam exequi, ex recepta magis opinione doctorum.
- 50 L. ult. in fi. C. de iud. declarata nouo sensu.
- 51 L. apertissimi. C. de iud. declaratur.
- 52 §. si uero. reisi. ne igitur. in auth. de non exhiben. re. nouo intellectu illustratur.
- 53 Iuri Pontificio stamus, etiam in foro ciuili, si clarum est eo iure, quod iure ciuili est obscurum.
- 54 Cap. 1. de operis noui nun. explicatur.
- 55 L. a Diuo Pio. in princ. ff. de re iudic. exponitur & declaratur.
- 56 Delegationem stricti iuris esse.
- 57 Causa simpliciter commissa, quae mandata censentur

QUESTIO LXXIII.

ARBITRIUM DATUM IN COGNOSCENDO & DIFFINIENDO, AN ETIAM DATUM CENSEATUR IN EXEQUENDO? & late explicatum tam ex iure Pontificio, quam Ciuili in Delegatis inferiorum & superiorum.

QUAERITUR septuagesimo quarto, an iudex, qui suo arbitrio de causa cognoscere & sententiam ferre potuit illud et arbitrium habeat in exequendo sententiam? Hac quoniam ab aliquo in specie haecenus non uidi explicata: ea tamen ego sic statuo diffinienda, securus interpretum traditiones in l. a Diuo Pio, in princ. de re iudic. & his quae supra q. 37. attigimus. Duo ergo capita distinguimus; Primum erit, cum agitur de iudice a lege constituto; Secundum, cum tractatur de iudice dato ab homine.

Primum ergo caput, ut absolua, sciendum est, hunc iudicem a lege constitutum, ordinarium dici, quare arbitrium quod ei datum est in cognoscendo & iudicando, est etiam datum in exequendo, quoniam ipse, non alter suam sententiam exequitur. d. l. a Diuo Pio. in princ. Est ratio, quia ordinarius etiam lata sententia retinet iurisdictionem in exequendo, quam delegare non potest. l. pen. ff. de offic. Praesid. nec caput hoc primum controuersiam patitur.

Secundum est caput, cum tractatur de iudice dato ab homine, tunc distinguendum est de dato a superiore, uel dato ab inferiore, atque ita distinguendus est delegatus inferioris a delegato Principis.

Delegatus itaque inferioris, qui cognoscendi, & arbitrari potestatem habuit, potestatem aliquam non habet, iuris ciuilis dispositione in specta, ut quid agat pro executione suae diffinitivae sententiae: sua. n. iurisdictio & arbitrium lata sententia sine

recepti: eius ergo diffinitiuā exequetur ordinarius, quem admodum probat d.l. a Diuo Pio, in princ. ubi Bart. a u. r. 4. Alex. nu. 6. 7. Iaf. nu. 3. 5. eam, quam attrigi, rationem reddunt, quia delegatus lata sententia officio functus est. l. si ut proponis. l. 1. C. quomodo & qñ iud. quæ tñ ratio suspecta uidetur, qñ functus quidem dicitur suo munere quod ad ferendum sententiam, ut & ordinarius eo functus est. d. l. si ut proponis. at non quo ad exequendum, quæ sanè executio, (ut mox dicam) diffinitiuæ huius consequentiū quid est. Altera ergo adferri solet ratio, q. executio sententia, imperij mixti est. l. iubere. l. imperium. de iurisd. omn. iud. at, quæ mixti imperij sunt in hac delegatione non transeunt. l. ea quæ. §. magistratibus. ff. ad muni. c. & d. l. iubere. ergo & c. sed euerri facile potest ratio ista, si dicamus, imò ea quæ mixti sunt imperij, posse delegari, ut probat d. l. ea quæ, in fin. iuncta l. cognitio. §. ut possessio. de offic. eius. & iuncta etiam l. ult. in fi. C. ubi & apud quem in integr. rest. qua de re infra fufius. Solet tertio adferri l. propterandum, §. si naurem alterius. C. de iudi. uerum is specialis casus creditur, ut missionis actualis in possessionem, quam delegatus exequi non potest, ut infra subijciā. Hæc tamen conclusio ab omnibus probatur in iuris ciuilibus dispositione.

Extenditur, ut etiam procedat, quo ad multæ indictionem, q. delegatus inferioris pro sententiæ executione de iure ciuili indicere non potest, ita ad rem nostram scribit Alexan. in l. a Diuo Pio. in princ. nu. 6. in fi. de re iud. ex l. 1. §. ult. de iud. & l. aliud est fraus, §. inter multam, de uerb. sign. Verum his iuris locis haud satis probatur extensio hæc, si sequimur interpretationem Iuuenalis in l. imperium, nume. 21. de iurisd. omn. iud. qui dixit iure conf. in d. l. 2. §. ultim. nil aliud sensisse, quam multæ indicendæ ex publico esse. Longouallius uerò in d. l. imperium. nu. 163. scriptum reliquit, in d. l. 2. §. ult. esse diffinitum, eum posse multam indicere, qui iurisdictionem exercere potest, etiam si delegatus is sit, ex d. l. aliud, in fin. de uerb. sign. atque ita Alexandro aduersatur. Ego Alexā. sequor. primò ex d. l. 2. §. ult. quo probatur, multam solum ab eo posse iudici, cui publicum iudicium cõceditur, & non aliis, nisi specialiter hoc eis fuerit permissum. ac huic delegato nostro specialiter permissa non fuit hæc facultas, cum sola cognitio & diffinitio causæ mandata sit, ergo non conceditur.

Secundò ea argumentatione utor, q. multæ indictio solis magistratum habentibus conceditur. d. l. aliud. §. inter multam. sed delegatus magistratū obtinere non dicitur, cum ad ius dicendum & imperandi munus solemniter maiorum non fuerit assumptus, ut post Arist. lib. 4. Polit. c. 15. declarauit Corasius in l. 2. §. eo tempore. de orig. iur. & in l. si aliquam. §. ult. ff. de offic. proconsul. quibus in locis docuit, eos q. magistratum non habere, qui extra ordinem ius dicunt, ut in delegatis esse uidemus. Tertio pro Alexandri sententia illud suffragatur, q. multæ indictio meri imperij sit, ut affirmarunt Bar. in d. l. imperiū. nu. 12. Rim. nu. 27. Cur. iun. nu. 99. Vallascus nume. 181. & Purpu. nu. 269. qui cõem testatur, & quæ meri imperij sunt, in generali delegatione iure ciuili nõ ueniunt, ut supra attigimus, ergo hic delegatus multam indicere non poterit. Aduersantur tamen non-

13 nulla Alex. sententiæ. Primo l. non ex omnibus. ff. de recep. arb. qua probatur, arbitris, quibus sola notio, non autem iurisdictione conceditur, multæ indictionem competere, sed satisfacio ex Alciato. d. l. imperium. nu. 154. qui docuit, d. l. ex omnibus, non in multa, sed in iuramento loqui, uel ut sentiunt Cur. iun. d. l. imperium. nu. 99. & Bolog. nu. 82. d. l. ex omnibus, procedit, quia arbitro tributa illa potestas est a partibus, ut pœnam illam indicere possit.

14 Secundò Alexandro aduersari uidetur l. 2. ff. quis & a quo appell. qua probatur, Legatum Proconsulis multam indicere posse, cum tamē gladij potestatem, hoc est, merum imperium is nõ habeat. l. lolet. de of. Procon. & leg. ex quo sequitur probari, multam indicere meri imperij non esse. Verum satisfacere possumus. d. 2. de leui multa loqui, quæ non loco pœnæ, sed coercionis, qua suam exercere possit iurisdictionem, adhibet, iuxta l. ult. de of. eius. q. grauem. n. multa solum Proconsul indicebat. d. l. solent. de of. Procõ. Vel aliter, Magistratus, ut Tribuni plebis, quæ admodum scribit Gellius lib. 7. c. 18. & lib. 10. cap. 6. noct. artic. Hanc interpretationem ad d. l. 2. attulit

15 Gouea. li. 1. lectio, uaria. c. pe. & l. 1. de iurisd. omn. iud. Verum dubitabilis hic sensus est, qñ quidē appellatio i casu d. l. 2. ab illa multa admittitur, q. sanè appellatio ostendit, illam esse ad pœnam, non ob contumaciam, iuxta l. & in multis, C. de appel. uerè. n. non est locus appellationi, si ob contumaciam, & solā coercionē multa illa indiceretur. l. 1. C. quor. appel. non recip. Hanc difficultatē fortè sentiens Gouea. dixit, d. l. 2. non concedere appellationem, sed sine ea Proconsulē cognoscere de delegati iniquitate, quæ declaratio non placet, tum quia is text. malè fuisset sub illo titu. collocatus: conueniret enim potius illi titulo C. quæ sen. sine appel. rescin. Rursus si is legatus Proconsulis ius multæ indicendæ nõ habuisset, non iniqua, sed nulla multa illa diceretur, nec appellatione opus fuisset. l. 1. C. qui pro sua iurisd.

17 Ego quantum ad rem hanc attinet, sentio, d. l. 2. hanc in re Alexandro non aduersari: nam iure illi legato specialiter potestas illa data est, iuxta d. l. 2. §. ult. de iud. id quod in casu nostro non contingit. Declarat nunc Alex. in d. l. a diuo Pio. in princ. nu. 6. in fin. non procedere quod ad executionem illam, quam hic delegatus facit, iubendo mitti in possessionem, ex l. cognitio. §. ut bonorum. de offic. eius. Verum Alexandri declaratio dubia admodum est, cum ex omnium ferè interpretatione ad d. §. ut bonorum, plus sit cognoscere de mittendo, quam mittere in possessionem, ut infra latius explicabimus.

18 Delegatus uerò inferioris eā habere uidetur executionem, per quam facere pot. ne eius iurisd. & diffinitiuæ pronũciatio impediatur, atque ita habet coercionem illam per missionem in possessionem ex primo decreto: ita sentit Dec. in l. iubere. nu. 12. Cur. iun. in l. 2. nu. 42. de iurisd. om. iud. quo loci idē placuit Egnario. idē scriptum reliquit Alcia. in l. imperium. nu. 213. de iurisd. om. iud. & lib. 2. Parado. c. 4. Corasius. l. ult. nu. 5. de offic. eius. Horum sententiam ego sequor, illa argumentatione. Coercitio illa, quæ iurisdictioni coheret, iurisdictione mandata transit, at missio hæc in possessionem huiusmodi est, ergo in hac generali delegatione cõtinetur, quod ut clarius intelligatur,

20 sit, sciendum est, aliquando mixtum imperium iurisdictioni in esse, a iurisd. coherere. inest tunc, cū imperij ius in negotio principaliter exercetur. l. imperium. de iurisd. om. iud. ueluti cum Prætor in integrum restituit, l. ea que §. magistratibus. ad municip. uel cum iudices litigatoribus dat. l. j. de iur. om. iud. uel si bon. possess. assignet. d. l. imperium. uel si iubeat cauere ex causa damni infecti. l. iubere. de iurisd. om. iud. uel si legatorum seruandorum causa, uel uentris nomine in possessionem mittat. l. cognitio. §. ult. & l.

21 seq. de off. eius. hoc imperium non transit cū mandata iurisdictione; quandoquidem, quæ de se principaliter cõsiderantur, solum nominatim mādentur. d. l. cognitio. §. ut bonorum. nisi aliter persone fauor suadeat. d. l. cognitio, in princ. coheret uero tunc iurisdictioni mixtum imperium, cum liti principaliter mota subsertuit. exercetur. n. tunc non pp se, sed eā illius iurisdictionis explicandæ, ad finemq. optatum perducendæ. l. j. §. ult. de of. eius. nam mixtū hoc imperium illi iurisdictioni ita inseparabiliter coheret ac coniungitur, ut illa mandata transeat, qñ sine eo iurisdictione eludi facile possit. l. ult. de of. eius. c. ex literis, de of. deleg. Cum ergo hæc missio in possessionem ex primo decreto, quæ ius non tribuit in re. l. 3. §. ult. de acquir. poss. a iure inuenta, ac introducta ea ratione sit, ut contumacis inobedientia coerceretur, & quod cā facilius ad exitum perducatur; dicendum est, nõ inesse iurisdictioni, sed illi coherere, & ob id ea mandata transire. Secundò hanc nostram iurisdictionem ex primo decreto, quæ ius non tribuit in re. l. 3. §. ult. de acquir. poss. a iure inuenta, ac introducta ea ratione sit, ut contumacis inobedientia coerceretur, & quod cā facilius ad exitum perducatur; dicendum est, nõ inesse iurisdictioni, sed illi coherere, & ob id ea mandata transire. Secundò hanc nostram iurisdictionem ex primo decreto, quæ ius non tribuit in re. l. 3. §. ult. de acquir. poss. a iure inuenta, ac introducta ea ratione sit, ut contumacis inobedientia coerceretur, & quod cā facilius ad exitum perducatur; dicendum est, nõ inesse iurisdictioni, sed illi coherere, & ob id ea mandata transire. Secundò hanc nostram iurisdictionem ex primo decreto, quæ ius non tribuit in re. l. 3. §. ult. de acquir. poss. a iure inuenta, ac introducta ea ratione sit, ut contumacis inobedientia coerceretur, & quod cā facilius ad exitum perducatur; dicendum est, nõ inesse iurisdictioni, sed illi coherere, & ob id ea mandata transire.

22 uat sniam Nouella 53. hoc est auth. de exhib. re. ff. uerò etiam. uer. Ne igitur latitante. Nam, cum illa cõstitutio de iudice ordinario simulq; delegato uerba faciat, ut ostendunt uerba illa, designatum iudicem, quæ distinguunt iudicis ordinarij potestatem, quod ad præhensionem a potestate delegati: subijcit in uer. ne igitur latitante, iudicem hanc missionem in possessionem concedere. ego intelligo loqui Iustinianum de iudice in genere tam. l. de delegato, quàm de ordinario, quemadmodū principiū d. §. si uerò, loquitur.

23 huic argumentationi aduersari uidetur tex. q. auth. & qui iurat. C. de bo. auct. iur. pos. desumptus a d. §. si uerò. in eo scriptum legitur: Eum, qui iudicē dedit, missionem, hanc in possessionem cõcedere. ergo non iudex datus. Verum huic difficultati occurro; argumentationē sumi hic ab unius inclusione ad alterius exclusionem. l. cū Prætor. in princ. ff. de iud. quæ tunc demum non procedit, cum quod exclusum uer. alia iuris constitutione inclusum reperitur: ut rectè docuit Dec. in l. j. 3. lect. nu. 84. ff. si cer. pet. at iudex datus ex d. §. si uerò, satis in hac ptate mittendi in possessionem includitur, ergo non excluditur ex d. auth. & qui iurat. Accedit præterea, d. auth. & qui, haud rectè satis esse desumpta a d. §. si uerò, si spectemus eruditi Holoandri uersionem. nam, cum in eo. §. si uerò, in uulgata uersione, is administrator appelleretur, qui iudicem dat, & in uersione Holoandri magistratus nuncupetur: ita, ut intelligamus, administratorē esse idem cū magistratu: at tñ in d. auth. & qui iurat, ut diuersa ponitur, quemadmodū illa alternatiua, uel, ostēdit. ex his cõstat clarè esse nõ mediocriter lapsos Sali. Alex. Iaf. & ceteros, quos refert Alc. in d. l. imperiū. nu. 214. dum multa iureconsultis indigna considerat. iure itaque satis comprobatur hæc inia-

24 Non ignoro tñ, alios plerosque magnæ authoritatis iureconsultos contrariā defendisse, q. delegatum inferioris, missionem hæc in possessionem ex primo decreto, concedere non posse. ita. n. scripsit Bar. inter pretum coriphæus in d. l. 2. de iurisd. om. iud. Iaf. in l. iubere. nu. 18. & ibi Dec. nu. 8. eo. tit. qui hanc esse receptiorem attestati sunt. id quod fecit Longouallius d. l. imperium. nu. 166. & Bolog. d. l. 2. nu. 29. & si aliter ipsi sentiant, ut iam retulimus. Horum argumentationes facili nunc negotio diluuntur. Primo. n. loco adferunt, d. l. ea quæ. §. magistratibus. ff. ad muni. c. quo loci scriptū est, Magistratibus municipalibus non esse concessum mittere in possessionem; si ergo iure magistratus non conceditur, delegari non poterit. l. 1. uer. quæ uerò. ff. de of. eius. huic argumentationi, ut nostri satisfaciant, multa leuia cõsiderat. & omiſſis Decij ac Curtij opinionibus, commentitisque declarationibus, una ceteris solidior uidetur, quæ eruditi Goueani fuit in d. l. iubere. ait ille, aut missio in possessionem causæ cognitionem postulat, aut nõ; si postulat, imperij magis est, q. iurisdictionis. quod magistratibus municipalibus non conceditur, cum eam Prætor sibi reseruasse dicatur. sic intelligit procedere d. l. ea quæ. cuius consideratio cõfirmatur ex l. 4. §. si fortè. ff. de dam. infe. & d. §. magistratibus, intelligi cum causæ cognitio necessaria illud suaderet. quod de in integ. resti. uerba facit, quæ illis magistratibus municipalibus ea ratione nõ conceditur, quia causæ cognitionem requirit. l. in causa. l. 1. §. cā cognita. de mino. altero uerò casu cum causæ cognitio nem nõ desiderat, in missio in possessionem iurisdictionis magis est, quàm imperij, quare magistratibus municipalibus permissa est. l. 1. l. 4. §. duas, de dam. infe. cuius rei ratio illa creditur, quia ubicunque causæ cognitio requiritur, ibi Prætoris præsentia desideratur. l. ubicūque. de reg. iur. Confirmatur ex l. 4. §. causa cognita. de bon. pos. & ex l. 2. §. dies. ff. quis ordo in bon. pos. ser. quibus in locis semper respondit Vlpianus, in his quæ causæ cognitionem desiderant, necessariam fore Prætoris pro tribunali sententiam. sed ad rem nostrā non explicatur, an missio hæc causæ cognitionem desideret. Ego quidē illis assentior, qui non requirere docuerunt, cum nec ius in re tribuat. l. 3. §. ult. de acq. pos.

25 Altera fuit Ludouici Charondæ in libello de iurisdictione & imperio, nu. 21. cõsideratio. dum ait, pronunciationem de mittendo in possessionem imperij esse, & Prætori reseruatum; missionem uerò ipsam, quam nudi exercitij dicimus, qua contumax in parædo plectitur, iurisdictionis esse, & municipalibus magistratibus cõcedi. si ergo pronuntiat Prætor, ob damni infecti causam cauendum esse, & si non caueat, iubeat aduersarium in possessionem loci sit, exequi a municipali magistratu illa poterit, cum nudi exercitij sit. sic ille intelligit l. 4. §. duas. de dam. infe. in tex. uero l. ea quæ, inq. de ipsa pronunciatione agi. Quæ sanè explanatio si uera est, nostræ sententiæ plurimum aduersatur; quadoquidem & in hoc primo decreto, pronũciatio, ac ipsa missio requiritur: sed uereor, ne minus uera sit Charondæ opinatio: illi. n. repugnat. l. iubere cauere, d. iurisd. om. iud. nõ iussus modò de cauendo, sed & missio ipsa imperij datur,

catur; quod imperiū municipalibus magistratibus non cōpetit. d. l. ea quæ. sic aduersatur l. cognitio. §. ut possessio, de off. assel. qua intelligimus duo hæc esse in delegando paria, iussum & missionem ipsā. scio etiam alium fuisse sensum Corasij in d. l. iubere, 28 in fi. sed uideat alij, num scopum & is attigerit. f. mihi quidem placet, ut dicamus, non esse satis ueram propositionem illam, quam passim nostri imperitè faciunt: Quæ non conceduntur municipalibus magistratibus, non delegantur. d. l. j. de of. eius. nam certum illud aded est, ut a nemine negari possit, missionem in possessionem legatorum seruadorum cā magistratibus municipalibus non concedi. d. l. ea quæ. & tamen hæc ipsa missio delegari potest. d. l. cognitio. §. ut possessio. quæ sanè consideratio illā destruit, qua aliqui dicebant, ideo non uenire in delegatione missionē hanc in possessionē, q̄ iure magistratus concedatur. d. l. ea quæ. §. magistratibus. nā hunc sensum non habet is locus, cum solum dicat, illa nō concedi magistratibus municipalibus, non autem iure magistratus, plurimū etenim hæc inter se differunt, non concedi aliquid iure magistratus, & non concedi magistratibus municipalibus. stat enim simul, q̄ quid concedatur iure magistratus, ut regulariter oībus magistratibus concedatur, sed quod certè speciei magistratus negetur, exemplo res clarior patebit. Vendidi tibi fundū mille coronatis, peto ut soluas: cognitio huius causæ & summæ competit iure magistratus; non tamē est bona consequentia: cōpetit hoc iure magistratus, ergo ita cuilibet magistratui conceditur, ut nulli denegetur, cum defensori ciuitatis non concedatur. §. & iudicare, in auth. de defen. ciuita. destruit quoque hanc consequentiā l. unica. ff. si quis iud. non obtemp. dum ait: magistratibus, non tamen diuiniuris.

Solet secundo loco citari pro hac ipsa communi sententia l. properandum. §. si autem reus. C. de iudi. Verū satisfaciunt Dec. & cæteri in d. l. iubere. & clarius Alcia. in d. l. imperium. nu. 210. qui non multum recessit a Bart. in d. l. à Diuo Pio, in prin. ideo in d. §. si autem, fieri relationem ad maiorem, quia ille in cuius bonis executio fieri debuit, non illius territorij ordinarij erat, sed in alio commorabatur, in quem non ipse ordinarius, sed maior ipse cui referēdum fuit, potestatem habebat.

30 Tertiò sic argumētabatur Alex. † Missio in possessionem officio iudi. nobili conceditur. l. Fulcinus. §. j. ff. de bo. auth. iud. pos. Bar. d. l. iubere. de iur. om. iud. ergo non uidetur posse delegari, l. 2. §. quod non ita. ff. de peda. iud. Dec. in ea. l. iubere. nu. 14. ut nodum dissoluat, leuia aliqua effudit: tandem negat, bonam esse consequentiam: petitur missio hæc ex officio iudicis, nobili, ergo delegari nō potest, quæ sanè consideratio † rex. §. quod non ita, aduersari uidetur. sed illius argumentationem defendēdo ego respōdeo, uerba illa, ex officio suo, non intelligi de nobili, uel mercenario, sed ex officio, idest per necessitatem, ac officij sui solitudinem: ut sensus sit. Præsides etiā ob euenientem in suo officio necessitatem, non posse eas causas, quæ sibi specialiter mandatæ sunt, suis Pedaneis iudicibus cognoscendas delegare, hunc locum sic etiam uisus est interpretari eruditus Longouallius in l. imperium. num. 3. de iurisd. om. iud.

Præterea credo ueram non esse illā consequentiam, 32 quam imperitè nostri faciunt: Conceditur † officium iudicis nobile, ergo non delegabile; quod falsum ex eo conuincitur: nam in integrum restitutio iudicis officio nobili petitur, & tamen delegari potest. l. ult. in fi. C. ubi & apud quos in integ. rest. pet.

Quartò Alciatus in d. l. imperium. nu. 206. de iurisd. om. iud. & lib. 2. Paradoxo. c. 4. sic argumentari consueuit: Ad primum decretum non deuenitur, nisi citatio per edictum præcesserit. l. 2. C. ubi in rem actio. & † delegato data non est facultas citandi per edictum. l. sancimus. C. de iud. l. consentaneum. & auth. qui semel. C. quomodo & q̄n iud. non ergo hic delegatus poterit missionem hanc in possessionem exercere: quoniam, cui denegatur necessarius antecedens, denegatur & consequens. l. illud. de acquir. hæc. Verum ex eiusdem Alciati sententiā satisfacere possumus, † l. 2. C. ubi in rem act. loqui in ordinario in quo necessaria est citatio per edictum: at in delegato cautum hoc non est: quinimmo ob solā contumaciam primæ citationis, illa missio in possessionem ex primo decreto conceditur, ut scribunt oēs in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infe. uel etiā ea ratione possumus huic argumentationi satisfacere, q̄ speciale sit in casu d. l. 2. ut citatio per edictum necessaria sit ea ratione, quia ibi fit missio in possessionem in actione reali, in qua missus in possessionem irreuocabilis dominus constituitur, qui o. s. ad possessionē ipsam: unde, cum maximum adferat detrimentum, non mirum, si illa exiguntur.

35 Quintò in hanc sententiam adferri solet † l. consentaneum, in fi. C. quō & quando iud. ubi sub una determinatione ponitur, q̄ q̄n reus est contumax, debet Præses uel realiter eum citare, uel actorem ex primo decreto in possessionem mittere. tunc sic, alternatiua inter duo diuersa posita ostendit eandem esse qualitatem in una, quæ est in altera, l. j. de reb. du. cum ergo realis citatio non concedatur delegato. §. si uerò, in auth. de exhib. re. idem erit dicendū in altera parte alternatiuæ, hoc est, in missione in possessionem ex primo decreto. Verū prætermisā una satis leui Alciati declaratione, sic satisfacere possumus, æquiparationem illam esse quidem factā quod ad casum illum, ut unum ac alterum exercere possit Præses: non tamē in omnibus facta est æquiparatio, ut si unum sit denegatum delegato, sit & aliud. nā, & si illi non concedatur apprehensio, non tamē sequitur esse etiam denegatam missionem in possessionem ex primo decreto, cum minoris detrimenti ipsa apprehensio sit. cetera, quæ in hanc sententiā adferri solent, tum quod leuia satis sint, tum quod ex relatis responsonem habent, silentio prætereunda duximus. Hæc ex iuris Cæsarei dispositione procedere, satis intelligimus.

Pontificio uerò iure inspecto maius est dubium, 36 an † delegatus inferioris suum sniam possit exequi? Prima fuit opinio Inn. & Host. in c. innotuit, de arbi. delegatum hunc inferioris executioni mandare posse propriam sniam ex Pontificijs constitutionibus. a qua opinione non dissentit Ioann. Andr. in c. si quis clericum, de foro competen. & Spec. in tit. de iudice delegato. §. sequitur. quos retulit Alex. d. l. à Diuo Pio, in prin. nu. 6. suam hanc sententiam tuetur

tur ex c. quod translationem, de offi. deleg. quo probari uidetur, ea, quæ meri uel mixti imperij sunt, nō uenire in generali delegatione: at sententiæ executione huiusmodi est, ergo in generali delegatione diffiniē di causam executio nō continebitur. Alex. loco iam citato ea responsione satisfacit, quod relata † in cap. q̄ translationem, nō meri uel mixti imperij simpliciter erāt, sed ex reseruatō Principi, quod hic nō cōtingit. solet considerari secunda ratio, hunc delegatum esse suo officio functum, posteaquam sententiam tulit. l. iudex posteaquam. de re iud. uerum alias respondi cum Imola & Alexan. esse quidem iudicandi munere functū, sed nō exequēdi, quod illi consecutiū uē.

Secūda fuit opinio Ioā. glossatoris in c. quisquis, 2. q. 6. quam Alex. in d. l. à Diuo Pio, in prin. nu. 8. affirmasse uidetur: delegatū hūc absolute posse suā sententiam exequi. ea adducti sūt ratione, quod iure pontificio causæ meri uel mixti imperij delegabiles sunt. Verum multipliciter respōderi pōt. ac primò, q̄ & si delegabiles essent, intelligi, si specialiter delegentur, non enim sub generali ueniunt. Rursus, uerum non est, causas meri, uel mixti imperij iure pontificio esse delegabiles, ita latè probaui supra q. 54. nu. 9. & dicemus infra hac quæstione, nu. 44. 45.

Tertia fuit opinio Inno. in c. cum ecclesiarum, de offic. ord. affirmantis, delegatum posse suam sententiā exequi, non absolute per quemcunq̄; exequēdi modum, sed per illos modos, quos pro sua iurisdictione exercere potest, puta, iubendo illam esse exequendam, uel excommunicando, uel mulctando, si iudicatio non pareat. hanc opinionē secuti sunt Butrius & Imola in ca. si quis contra clericum, de foro competen. Ioan. de Lign. in clem. 1. de offi. deleg. Ang. in §. si uerò, in auth. de exhibe. reis. quos secutus est Alexā. d. l. à Diuo Pio, in prin. num. 6. in fi. & si num. 8. dicit, hanc opinionem esse ueram etiam de iure ciuili, & illam Ioannis ueram de iure canonico, sic etiā intelligo Decium in cap. significasti. 2. notab. de offic. deleg. & hanc probauit Longouallius in l. imperiū, num. 70. 73. de iurisd. om. iud. in hac sententiā

38 primò adducuntur, quia ille, cui causa † cōmittitur, in mandatis habere dicitur, ut etiā possit exequi & facere ea omnia, quæ ad illam causam pertinet, l. ad rem mobilem. l. ad legatum, de procur. & melius in capit. præterea, & capit. suspicionis. de offic. deleg. ergo exequi poterit. Sed responderi potest, uerè ceteri mandata, quæ ad eā causam pertinent, hoc est, ut ad sententiā uenire possit: quare † impedimenta amouere poterit, ut probatur in c. 1. ubi Decius nu. 14. uerfi. quam autem, de offi. deleg. sic procedit text. in d. c. præterea, ubi omnes in primo not. affirmantes,

40 delegatum posse punire contumacem, ut quàm primum ad sententiam deueniat. nam hæc modica coercitio uenit in cōsequentiā mandatæ iurisdictionis, quæ alioqui exerceri non posset. l. 1. §. ult. & l. ult. ff. de offic. eius cui man. est iurisd. imò hac potestate

41 modicāq̄ coercionē fruantur arbitri, qua facilius laudum suū proferre ualeant; ut scribit glo. in c. ex literis. in uerbo, subdelegatus, de offic. delegat. sentit Bart. in l. 2. num. 1. & si Decius ibi num. 13. cōtradicat, de iurisd. om. iud. Rursus satisfactio ex declaratione Ias. d. l. à Diuo Pio, num. 12. antecedens non trahere ad se consequens, quando consequens est

minor suo antecedenti, ut ipsa sententia maior esse uidetur executione.

42 Adfertur secundo text. † l. cognitio. §. ut bonorū. de offi. eius. quo probari uidetur, delegatum pronuncia re posse, exequendum esse. uerum ex declaratione ac uerbis Alex. supra relatis, intelligimus, d. §. ut possessio, non loqui de ipsa actuali executione, sicque de uera missione in possessionem, sed de pronunciatione (& si malè ex iam relatis supra) de exequendo & mittendo in possessionem, nec aliter sensit idem Alex. in l. iubere. nu. 15. de iurisd. om. iud. Quæ sanè pronuncianti facultas specialiter mandata fuerat; quo in casu nos non loquimur, sed in eo cum uenit post sententiā, sicque sub quodam genere. Scio et alium fuisse sensum Bologn. in d. l. iubere, nu. 28. dum interpretatus est, d. §. ut bonorum possessio, procedere cum sit delegatio in casu necessarij impedimenti: loquitur enim (inquit ille) de delegatione, quam facit Proconsul, qui uerisimiliter multiplicitate negotiorum impeditus, suis legatis uices suas mandat. hoc ex eo colligitur, quod principij illius text. de ipsis Proconsulibus loquitur, quare is §. ut possessio, uenit continuati uè ad principium illud. Hoc Gregorij Holoandri auctoritate confirmatur, qui §. illum continuati uè, nullo interposito puncto legit, ac etiam in hac uerba, ut possessio ab ijs, &c. Scio tamen Ant. Angu. lib. 1. emenda. iuris, c. 9. legisse, interiecto puncto, & sine illis dictionibus, ab ijs, atque ita in Pandectis Florentinis legi scripsit. Accedit præterea, quod si argumentatio hæc concluderet, malè ius Pontificium à Cæsareo distingueretur.

Tertiò considerari solet illa ugens ratio, iure Pontificio, quæ meri † imperij sunt delegari possunt, gl. in c. quod sedem. de offi. ordin. & in cap. peruenerit. 86. dist. quam sententiam probant Inno. in c. uenerabilis. de offi. deleg. Bart. in l. nec quicquam. §. ubi decretum. de offic. Proconsul. in auth. ad hæc. C. de iud. ex tex. in c. in Archiepiscopatu, de rapto. & si ergo sententiæ executio meri imperij sit, nil mirum si à delegato exequi poterit. Verū responderet Butrius, ita demū, quæ meri imperij sunt, in delegationem uenire, cum specialiter actum fuit, ac secus si in genere. argum. c. quod translationem. de offic. deleg. Nō est tamen tuta responsio ista, quandoquidem, nec in Principis de legatum hæc facultas transiret, cum tamen transeat, ut suo loco infra dicemus. atque ita replicat Imola, quem retulit Alex. d. l. à Diuo Pio. Rursus in generali † delegatione uenire, quæ mixti imperij sunt, probat tex. in c. causa. de restit. in integ. & si Longoualli in reper. l. imperium. nu. 130. scriptum reliquerit, illum esse Pontificis maximi non leuem errorem. Verius itaque responderetur nullam esse differentiam inter ius Pontificium & † Cæsareum in delegatione meri uel mixti imperij, ut scriptum reliquit Purpur. in l. 1. in prin. nu. 509. & ibi Ioan. Bolog. nu. 44. de offi. eius. nec ad rem facit is text. † cap. in Archiepiscopatu. de rapto. quandoquidem loquitur in Rege Siciliae delegante, qui & si Pontificem ratione feudi recognoscat, clem. Pastoralis, de re iud. in cæteris tamē imperii iura suprema habet; nimirum, si delegare potuit, quæ meri ac mixti imperii sunt: quare uerè fortè sensit Longoual. d. l. imperium. num. 130. Pontificem errasse in relato c. causa.

47 Quarto adfertur text. in § ca. cum uenissent, de eo qui mittitur in possess. cā rei seruā. quo probari uideatur, delegatum exequi sniam p missionē in possess. sed cuitari facile pōt hic rex. cum loquatur de executione illa, qua facili^o ad sniam deuenitur, ut supra diximus, quæ, ut modica coerctio nec iure ciuili creditur delegato negata, ut iā diximus: loquitur enim d missionē in possessionem ex primo decreto rei seruā dā cā, ut citatur hic tex. ab oibus in hanc sniam in l. 1. ubi Dec. nu. 28. ff. de offi. eius. ego aliqñ intelligebam d. c. cū uenissent, loqui de iudicibus ordinariis, quibus cā à legato Pontificis remissa fuit, hoc suadet uerba illa; iudicibus commisit. præsupponit iam ante commissionem iudicis fuisse, & si non illius causæ. Non ergo iure satis probatur opinio ista.

49 Delegatus Principis ꝑ suam sententiam exequi possit, dubitari nunc contingit, ut ex eo integro qōnem hanc absoluiam, iure Pontificio credo posse exequi, & per consequens collatum in diffiniendo arbitrium, cenferi etiam concessum in exequendo, hanc probat opinionem tex. cap. in literis, & c. Pastoralis. §. præterea, de offi. delega. iure aut. Cæsareo manus est dubium, nam, & si crebrior sit sententia, ꝑ eum exequi posse, nihilominus alii plures cōtrariam affirmant. communem itaque defendunt, Dec. in ca. signi ficasti. 3. notab. de offic. delega. l. d. l. à Diuo Pio. in princ. nu. 10. atque ea constitutione ꝑ l. ult. in fi. C. de iud. adducatur in illis uerbis, & executore negotij, cui mandata est causæ examinatio imminente.

Verū ego semper intellexi illā constitutionem loqui, non de executore iam lata sniæ, sed de ipso negotij cognitore, cui causæ cognitio fuit mandata, ut ipsiusmet text. uerba ostendunt. hanc etenim significatione executoris nomē aliqñ habere pbat c. scilcitaratus, de rescrip. ubi Dec. & c. si contra clericū, de foro cōpe. Fel. & Dec. in c. 2. scđo not. de offi. deleg. pbat et ꝑ lapertissimi. C. de iud. ꝑ sic interpretatur in illis uerbis, eodem executore. hæc interpretatio suadet, quia si intelligeremus de executore, uerē is textus pugnaret cū d. l. à Diuo Pio. nam d. l. ult. loquitur et de executore inferioris, sicq. ordinarij delegato, ut principium text. ostendit. & ita intellexerunt Ang. in d. l. à Diuo Pio. & Alex. in rub. de offi. eius. nu. 9. & tamē certum est, ut iam diximus, delegatum inferioris suam sententiam exequi non posse.

52 Adfertur secundò text. in §. si uerò etiam, uersic. ne igitur latente eo. in auth. de exhiben. reis. qui dū de Principis delegato loquitur, constituissē uideretur, eum missionem in possessione concedere posse. Verūm ex interpretatione Angeli ac aliorum quorundam quos retulit Alex. in rub. de offi. eius. nu. 9. cōtrarium probare uideretur, ex illis uerbis, eo nihil agere ualente. quamobrem Fulgo, Alex. & ceteri in d. l. à Diuo Pio. miris se torquent cruciatibus in illius constitutionis interpretatione. Ego equidem aliorū ꝑ termillis cantinelis, sic locum illum intelligo, ut is, qui eam missionem concedit, & reum apprehēdi iubet sit, qui cum potestate magistratum obtinet, id ꝑ litera ipsius constitutionis significat. nam (ut ex uersione doctissimi Gregorij Holoandri est uidere) delegati illi, hoc est iudices dati ex sacra forma & iussione, sine potestate esse dicuntur, eritq; sensus. Si reus recusato iudice prestita cautione iuratoria abesse cep

perit, actor hoc iudici renunciare debet, qui sanē iudex, si iurisdictionem habet, præhēdi iubet, uel actorem in possessionem mittit: si uerò nullam is iudex potestare habet, hoc superiori qui eū iudicē dedit, renunciat actor, qui sanē superior, uel missionem in possessionem, uel apprehensionē cōcedet. non ergo affirmat, eū delegatū exequendi potestatem habere.

53 Tertio argumentatur ꝑ alij, qñ aliquid est iure Pōtificio clarum, standum est iuri Pontificio, et in foro ciuili. c. 1. de oper. noui nuncia. at iure Pontificio clarū est, Principis delegatū suā exequi posse sniam. d. c. in literis. c. pastoralis. §. præterea. de offi. delega. idē ergo iure ipso ciuili ita dicēdū est. Verū eueri sic potest argumentatio ista, si dicamus, in his iurisdictionum tractatib. magnā esse inter ius Pontificiū & Cæsareū differentia, ut nōi passim affirmant, quare in his locus non est illi ꝑ c. 1. de ope. no. nuncia. ut sentit Dec. in l. edita. nu. 1. C. de eden. Cū ergo iure hæcenus cōprobata, nō uideatur crebrior hæc sniā, cōtrariam ueriorē opinati sunt gl. in d. l. à Diuo Pio. & ibi Cōmen. Cyn. & Fulg. in l. iudice cauere. de iurisdic. om. iud. ac alij nonnulli relati à l. d. l. à Diuo Pio. in princ. num. 7. Horū opinio iuari uideatur ex illa ꝑ l. à Diuo Pio. in princip. in illis uerbis, ut iudicum à se datorum sententia exequantur. quæ sanē uerba, à se datorum, de ipso principe intelligi possunt, ut in simili annotauit Bart. in l. cum in testamento, in fi. de auro & arg. leg. ex l. ex facto, in princ. ad Treb. Verū tamen Deci. in eo. c. significasti. 3. notab. de offi. delega. eum textum intellexit loqui de iudicibus delegatis ab ordinarijs magistratibus Romanis, dum ibi legitur, hi, qui eos dederant. Altera est argumentatio, qua relati interpretes in hanc adducuntur sententiā, ꝑ l. Delegatio stricti iuris est. c. cum dilecta, de rescrip. quare delegatus nihil plus potest quàm circa expressa in delegatione. c. cum olim. c. P. & G. & c. de causis, de offi. deleg. cum ergo executio non fuerit in cognitionis & diffinitionis delegatione mandata, sequitur per eum principis delegatum exerceri nō posse. Nec multum satisfacit illa Iasonis responsio ex doct. gl. ofæ in c. si quis contra clericum, de foro compet. ubi Abbas, ꝑ quod causa simpliciter commissā, uel mandata, omnia mandata cōsētur, quæ cōsequuntia sunt ad finem causæ. cap. præterea. cap. ex literis. de offic. deleg. nam (ut aliās admonui) uerum non est, executionem esse cōsecutum in hoc ad causā finē, quia, si per unum non exequetur sententia, per alterū exequi poterit, & nnum ab altero distat. Rursus, si uerū hoc esset, idem in delegato inferioris dicendū esset: & tamen cōtrarium uerius creditur. uerior itaque nobis uideretur hæc posterior sententia, nec iure Pontificio delegatum principis suam sententiam exequi posse, sed illam à suo ordinario fore exequendam. Cetera, quæ de subdelegatis & similibus adferri possent, libenter prætereo, ne uidear tractationi nostræ extranea quæuis inferere.

S V M M A R I V M.

- 1 Arbitrium an ualeat cum suam potestatem ignoret iudex.
- 2 Arbitrium prolatum à superiore suam potestatem ignorante, ualere.

Decu-

- 3 Decurionum factum ualere, & si suam arbitrium ignorent.
- 4 Errorum uoluntatem non impedire.
- 5 Sententiam ordinarij ignorantis suam potestatem nullam esse.
- 6 Sententiam ordinarij de sua potestate dubitantis esse nullam.
- 7 Dubitans ignorantem equiparari.
- 8 Sententiā ordinarij se delegatum credentis esse nullam.
- 9 Ordinarij sententia ualeat, & si etiam delegatus sit, & simpliciter procedat.
- 10 Sententiam non annullari & si ordinarius ignoret qualitates & accidentia suæ iurisdictionis.
- 11 Delegati arbitrium & sententiam esse nullam cū suā potestatem ignorat.
- 12 Sententiam delegati ignorantis accidentia suæ potestatis, esse nullam.

QVÆSTIO LXXV.

QVANDO PROLATA SENTENTIA sit ualida, uel nulla ob errorem, uel ignorantiam arbitrij & potestatis, quam habet ordinarius, uel delegatus.

1 QVÆRO septuagesimo quinto, an prolatum a iudice nostro arbitrium iure ualeat, uel nullum sit, cum sui arbitrij, & potestatis uim ignorat? Hanc qōnem ut absoluiam, tres casus præcipuos constituo: quorum primus est in supremo iudice, hoc est, in eo, qui Principis iura obtinet, & qui pōt, qd legislator potest. Secundus est in iudice ordinario. Tertius est in iudice delegato. Primo casu concludendū est, ualere, qd ꝑ hoc supremo iudice prolatum fuit arbitrium, & si ignoret suam potestatem, uel error, uel etiam credat non ualere. quod probat in argu. l. qui se pupillum. ff. de acqui. hæred. qua ductus Baldus in l. falsus. col. 4. in fi. uersi. Ad primum redeo C. de furtis, docuit, quod ꝑ decurionibus data sit oīs ptas & arbitrium a populo super pacifico statu ciuitatis, in eos ptatem transferendo, ualeat, qd actum ab eis sit. etiam si illi credant nō ualere, id qd confirmat Bar. in sua disputatione 5. incip. Adunantia. num. 1. dum argumentando ex l. 2. §. 1. ff. de iud. ex l. habebat, in princ. ff. de instito. actio. ex l. seruum Titij, in fi. ff. mand. ex l. multū. ff. de cond. & demōst. inquit ualere quod ab his decurionibus actū fuit ex potestate sibi translata, etiam si ignorent, se eam potestatem habere. Est ratio, quia ꝑ error uoluntatē nō impedit, ut in ea l. qui se pupillum, annotauit Bart. Cuius Baldi & Bartoli doctrina ostendit, hūc primū casum nō modò in Principe ipso procedere, uerūm etiam in eo, cui is suam transtulit omnimodam potestatem, quā extensionem intellexit Bal. nisi actus nudi officij ac exercitij a uoluntate dependēs demā datus fuerit. Nā tūc nō ualeat, si ab eo fiat, qui suam potestatem ignorat: ex l. quæro. ff. de eo qui pro tutu. Si uerò actus iste nudi officij a necessitate penderet, inquit Bal. ualere omni casu ea rōne, quia non uolūtas, sed iuris auctoritas facit ratum. l. 2. §. j. ff. de iud.

2 Secundus est casus in ꝑ ordinario, cui a statuto tributum hoc est arbitrium. in hoc concludendū est, nō ualere sententiā, ubi suæ iurisdictionis fundamentū

ignorāt, ita de ordinario iudice uerba faciens cōcludit Bart. in l. 1. §. 1. de iud. in l. sed si de sua, in fine. ff. de acquirē. hæred. & in l. multum inter est. de cond. & demon. idē scribunt Rom. sing. l. 3. Si causa. Alex. consi. 40. colum. 3. lib. 3. Fely. in c. Ecclesia Sactæ Maria. de const. in c. ex officij. nu. 18. de prescrip. alios plures in hanc sententiā citauit & secutus est Sebast. Vantius tract. nullitatum, tit. de nullitate ex defectu iurisd. ord. nu. 167. addo Soc. Sen. consi. 39. in fine, lib. 4. in quam opinionem adducuntur, arg. l. quæro. ff. de eo qui pro tut. & l. hoc autē. §. 1. ff. ex quib. cau. in poss. eat. & c. sepe. de appell.

3 Extenditur primò, ut procedat etiam in ꝑ iudice de sua iurisdictione & ptate dubitante circa principale fundamentum suæ iurisdictionis: nam adhuc eius sententia est nulla. ita Fely. in c. sanē. nume. 13. de foro compet. post Ancha. quem citauit, & hoc secutus est Vantius loco iam citato, nu. 169. ex l. sed si de sua. §. 1. & licum falsum, in fi. l. cum quis. & l. cū quidam. §. ult. ff. de acqu. hæred. ratio illa considerari solet, quia ꝑ dubitans ignorantem equiparatur. l. ult. ff. de cond. indeb. l. ult. §. si autem nescius. C. de furtis. sic de procuratore dubitate respondit Bar. consi. 73. nu. 2. in filib. 1. Alex. consi. 14. nu. 4. lib. 5.

4 Extenditur secundò procedere, etiam eo casu quo hic iudex potestatem tantum ꝑ ordinariam scilicet haberet, & erraret circa eā, ut quia crederet se delegatū, uel e contra: nam, cum debito nomine & obiectu ueræ potestatis non processerit, sententia erit nulla, ita crebrius est receptum, ut latē scribit Fely. in c. cū ex officij. nu. 25. de præscr. & alios recenset Vantius loco præcitato, num. 170. arg. d. l. quæro. ff. de eo qui pro tuto. & l. quod hæres. ff. fam. ercisc. confert cap. ex parte Astensis. de conce. præb. quo probatur, actū esse nullum, cum sit ab eo qui uno modo potest, & alium modum incompetentem eligit.

5 Declaratur primò nō ꝑcedere eo ꝑ casu, quo hic iudex utrāq; potestatem, ordinariam scilicet & delegatam haberet, & simpliciter procederet, nā tūc ꝑcedere omni meliori modo dicitur, & ob id actus ualeat. cap. nisi. de præb. d. cap. cum ex officij. nu. 31. de prescrip. & Vantius qui supra, nume. 171. ex reg. l. 3. ff. de milit. testam.

6 Declaratur secundò, non procedere, cum ꝑ error uel ignorantia uersatur solum circa aliquam qualitatem ipsius iurisdictionis: ita Bar. in l. multum inter est, nu. 2. & ibi Soc. nu. 9. ff. de cōd. & demon. idē Soc. Sen. consi. 39. in fi. libr. 4. & Fely. in d. cap. cum ex officij. nu. 28. in fine de prescrip. post Angel. in l. 2. §. 1. ff. de iud. adducuntur ex d. l. 2. §. 1. & ex d. l. multum. & ex d. l. sed si de sua. §. 1.

7 Tertius est casus in hoc iudice ꝑ nō, cui ex delegatione tributum est hoc arbitrium, an cum erret uel ignorat suæ potestatis fundamentum, prolatum a se arbitrium sit nullum? & concludendum est, esse nullum, ita omnes in c. cum super. de offi. deleg. & in d. c. cum ex officij. de prescrip. quo loci Inno. & Host. scriptum reliquerunt, sententiam illius delegati esse nullam, qui dixerat se esse delegatum Episcopi, eū esse delegatum Archidiaconi, quod post Ioan. And. affirmauit Alex. consi. 213. nu. 10. lib. 2.

8 Extenditur primò, ut procedat etiam eo casu, quo ꝑ ignorantia uel error uersaretur circa aliquam qualitatem

litate & adminicū iurisdictionis: ita Imo. in d.l. multum, de cond. & demō. illa est ratio, quia scit iste delegatus se habere iurisdictionē à rescripto limitatā. c. p. & G. de offic. deleg. & d.l. 2. §. 1. de iud.

Verūm Imolæ aduersatur Socii, in d.l. multū. nu. 9. dum sic distinguit: Aut iurisdictione delegati est prorogata de tempore ad tempus, aut de persona ad personam, uel de re ad rem. primo casu, si iudex eā prorogationem ignoret, actus ab eo gestus non ualet, ea ratione, quia tunc ignorat fundamentum suæ iurisdictionis, ex quo credebatur se non habere iurisdictionē ob lapsum temporis, cum tamē haberet: sicq; nō uersatur error, uel ignorantia circa qualitatē & administratum, sed circa substantiam & fundamentum. d.l. 2. §. 1. de iud. Secūdo casu cum sit prorogatio de persona ad personam, uel de re ad rem, tunc factū ab hoc delegato eam prorogationem ignorante, ualet, quia error, uel ignorantia uersatur circa qualitatē & administratum iurisdictionis. Nec est in hoc differentia inter delegatum & ordinariū. Imolæ etiam aduersari uidetur Bal. in l. falsus. col. 3. uersic. circa secundū. C. de furis. inquit ille, quod si duobus causa est delegata, cum illa clausula quod si ambo non poterunt, aliter exequatur, si unus non poterit, & alteri non constet de impedimento sui condelegati, deq; sua potestate procedendi sine condelegato, actum ualet, ea ratione prima, quia ueritas & iurisdictionis auctoritas operantur, ut actus ipse sic factus ualet, argumē. l. si pater. §. 1. ff. de manumiss. uind.

Secundō quia iurisdictione ista apud duos in solidū residet, & etiā in solidū manet, quod ad indiuisibile iurisdictionem, sed exercitium cōmune esse debet. argu. l. si plures. de condit. infer. per clausulam ergo illam, exercitium accrescit: at in iure accrescendi indiuiduis non requiritur scientia, quia ius accrescendi est de pendijs rei principaliter scitæ, & ideo ualet quod fit, sicut quando accrescit per prorogationem. d.l. 2. §. 1. ff. de iud. sentit ergo Bal. ignorantiam uel errorem delegati quod ad qualitatē & administratum iurisdictionis non nocere.

SUMMARIUM.

- 1 Iudici asserenti se ex arbitrio sibi dato fecisse, credendum esse.
- 2 Principis solā assertionē eius beneplacitū iustificare.
- 3 Principis donatis assertioni credi, cū donare potest.
- 4 Iudici non credi de eius iurisdictione, cum circa substantiam est dubium.
- 5 Patris assertio nō stari, cū filio ex eā asserit donari.
- 6 Pralato asserenti alienasse precedentibus tractatibus et debitis solemnitatibus, non credi.
- 7 Pralato asserenti se in feudasse bona ecclesie feudo antiquo, ut uasalli antecessores tenerunt, non credi.
- 8 L. si forte. ff. de castren. pecul. multiplex intellectus, & in quo genere psonarū pcedat, plene explicatū.
- 9 Asserenti iudici credi, cū modicū uersatur praiudiciū.
- 10 Episcopo ordinati clericos alterius Episcopi creditur, cum asserit, se ex illius Episcopi licentia ordinasse.
- 11 Iudici asserenti se aliquid ex sua potestate fecisse, creditur cum partes presentes non dissentiant.
- 12 Iudici asserenti se ex causa aliquid fecisse credi, cum ex ea causa facere potuit.
- 13 Presumi pro iudice in his, quæ facere potuit.

- 14 Iurisdictionis qualitas presumitur, cū de principali iurisdictione constat.
- 15 Assertioni delegati inferioris credi, cum asserit se ob causam absentie subdelegasse.
- 16 Probatio contra assertionem alicuius admitti.
- 17 Statutum quod creditur iuramento damnnum passu admittit probationem contrariam.
- 18 Probationes admitti contra assertionem illius, cuius conscientie aliquid commissum est.
- 19 Presumptio efficax admittitur contra assertionem illius, cui alias creditur.
- 20 Verisimile quod non est, falsum creditur.
- 21 Iudicis assertio contra uerisimile rejicitur.

QUESTIO LXXVI.

QUANDO ASSERTIONI IUDICIS CREDATUR, EXPLICATUM.

QUÆRO septuagesimo sexto, an huic iudici, asserenti se aliquid fecisse ex arbitrio & potestate sibi concessa, credatur. Bar. in l. ambitiosa. n. 27. ff. de decr. ab ord. fa. Simile pponit quæstionē, an scilicet credendum sit decurionibus, quibus super bono & pacifico statu ciuitatis datum est arbitriū, dum asserunt, quod faciūt, ad suam potestatem & arbitriū pertinere. quā in re concludit Bart. credendum esse. & Soc. Sen. consil. 4. col. 4. uersic. Primum probatur. lib. 3. Bartol. secutus respondit, solam Principis assertionem sufficere ad eius beneplacitum iustificandum. sic idem Soc. consil. 84. col. 4. uersic. Secūduim probat. lib. 3. respondit, esse credendum assertioni Principis donantis, de causa donationis, ex quo donare potest, & multis alijs in casibus de iure respondendo, Bartoli doctrinam probauit Ruinus consil. 33. n. 3. & consil. 50. in fine consil. 173. n. 1. 4. lib. 1. consil. 117. n. 1. & lib. 3. consil. 98. n. 1. 6. lib. 4. consil. 3. n. 1. & consil. 95. n. 1. 0. lib. 5. Ego quidem, ut rem hanc plenius, ueriusq; discutiam, cum nō in omnibus rectē senserit Bart. sic plures casus distinguendos esse arbitror. Primus est casus, cum ambiguntur super substantia iurisdictionis, ut quando hic iudex noster, qui in multis arbitrium habet, asserit se in aliquo casu arbitriū habere, hoc casu arbitror eius assertioni credendum nō esse, ea ratione, quia hoc à sua potestate & facto nō pendet, sed à facto superioris iurisdictionem cōcedentis. & in hoc male sensit Bar. d.l. ambitiosa. dum absolute inquit esse credendum illis decurionibus asserentibus aliquid ad suum arbitrium & potestatem pertinere: non enim credendum est cum à suo facto nō pendeat, quæ sententia probatur ex regul. l. si forte. ff. de castren. pec. quo loci scriptū est, non esse stādū assertioni patris donantis filio, ut habeat ex causa peculij castrensis, quare eo loci colligit Bart. non credi assertioni donantis ex causa benemeritorum, cum sine ea donare non potest, cuius doctrinā sequuntur oēs, ut latē ac doctē apud Dec. in l. donatione. nu. 18. C. de colla. Fer. cautela 33. nu. 3. Paril. consil. 73. num. 66. lib. 1. Tiraq. in l. si unquam, in uerbo, donatione. nu. 88. C. de reuo. dona. Crauet. consil. 175. nu. 2. simile est quod subiicit idem Bart. in d.l. si forte. in fi. non credi Pralato asserenti precedentibus legitimis tractatibus rem ecclesie, quæ aliter

aliter alienari non potest distractam fuisse. Bar. secutus est Gramma. decisi. 79. n. 20. simile scribit ex eo tex. Ias. in praludis feudor. nu. 89. 90. Pralato asserenti, se in feudare Castrum Ecclesie Sempronio in feudum antiquum, quem admodum sui antecessores tenebant, non credi, cum ita in feudare non sit in sua potestate. Nec fundamentum hoc tollunt plures intellectus ad l. si forte, quos noster considerauit, quorum primus ille est Baldi in rubr. de offi. delega. col. ult. uersic. Sed ego statim, qui docuit, d.l. si forte, solum procedere ac intelligi inter priuatos, non autē in publicis, ut in iudicibus, quorum fides à publico probata est. idem sensit tacito Baldo autore Ias. in l. nequicquam. §. ubi decretum. nu. 71. de offi. Procōf. l. 1. in prin. n. 60. in fi. & ibi Dec. nu. 69. ff. de off. eius. idem Ias. in l. si donatione. col. ult. C. de colla. Alex. l. sciendum, nu. 27. de uerb. oblig. Goza. consil. 2. nu. 10. & consil. 6. n. 84. imō ipsemet Bar. in d. l. ambitiosa. nu. 27. sic uisus est intelligere d.l. si forte, ut Bart. interpretati sunt Alexan. consil. 34. nu. 5. lib. 4. Dec. consil. 191. col. 3. & Ias. consil. 101. col. 4. in fi. lib. 4. quos retulit Crauet. tracta. de antiq. temp. secunda parte principali in princip. numero. 20. & ibi sic clarē Bart. intellexit, illi ego nunc addo Soc. Sen. consil. 4. col. 4. uersic. Primum probatur. lib. 3. qui secutus Bar. d.l. ambitiosa. clarē respondit, d.l. si forte, locum sibi uendicare in personis priuatis, non autem in publicis, uel quæ dignitatem habent: consuluit n. Soc. pro Serenissimo Duce Sabaudia, & Communitate Summaripæ contra Ioannem Rotarium illius Castri dominum. quo in casu idem consuluit Ias. consil. 227. lib. 2. ubi col. 7. uersic. Decimō ad idem. hanc ipsam declarationē ad d.l. si forte, attulit, ita etiam sensit Ruinus consil. 35. nu. 3. lib. 1.

Hic intellectus uerus non est, uerē enim d.l. si forte procedit tam in publicis, quā in priuatis personis: ita Castren. consil. 89. Super eo quē citat & sequitur Fel. in c. Ecclesia sanctæ Mariæ. nu. 15. de constit. ita Soc. sen. sibi parum constans in consil. 96. col. 4. uersic. Sed ad hæc, lib. 1. sic Dec. sibi contrarius in c. cum sit Romana. 3. not. de appel. & Purp. l. 1. in prin. nu. 548. ff. de offi. eius. idem placuit Crauet. d. trac. d. antiq. temp. 2. parte prin. nu. 21. & rectē, mea quidē sententia, quoniam illa una ratio, quæ in uno est, & in altero militat cum ratione potestatis deficientis, nisi de ea constari faciat, priuata persona is iudex censetur. Accedit qd hoc modo unusquisque priuatus iudicis nomen assumere sibi posset. Secundō nostra hæc sententia probatur ex ca. cum in iure peritus. de offi. deleg. quo loci constituit Pontifex maximus delegato non credi, nisi de suæ delegationis mandato si dem faciat, quod procedit etiam in delegatis in magna dignitate constitutis. Dec. in l. 1. nu. 17. C. de manda. Prin. qui & in Cardinalibus à sede Apostolica delegatis idem esse opinatur, sic declarando c. nobilissimus, ubi gl. 97. dist. & si Cast. in d.l. 1. & Dec. col. 2. 14. col. 2. uersic. ad tertium. Ias. consil. 72. col. 4. ult. lib. 1. & Gramma. consil. 13. n. 15. aliter tex. illum intelligant, illa est ratio, quia, ubi non constat de mandato delegationis, is loco priuati habetur. Hinc censuit Bald. in l. 1. col. 3. uersic. caueat tamē iudex. C. si à non compet. iud. iudicem homicidam ceteri, si sine ea potestate plectēdi criminofum, mortis pœnā eum

affici iubeat, imō reus criminis læsæ maiestatis dicitur, cum Principis iurisdictionem & potestatem usurpasse, ac temerē sibi uendicasse dicatur. l. 3. in fi. ff. ad l. Iul. maiest. Bar. l. omnes populi. nu. 35. de iusti. & iure. Anto. Capicius Neapolitanus decisi. 130. in 3. dubio. latē Vantius tract. nullitatum, tit. de nullitate sententia. n. 18. non ergo assertioni huius nostri iudicis erit standum, nisi ostendat se in eo, quod agit, arbitrium & potestatem à superiore habere.

Declaro primō & intelligo in iudice inferiore, cuius potestas à superiore dependet, secus in ipso superiore, qui ex se potestatem habet: non enim tunc dubitandum est, quin suæ assertioni standum sit, cum à iurisdictione sine alia assertione constare possit. Declaro secūdo, & etiam intelligitur procedere, ubi de grāui praiudicio ageretur: at contra, si de minimō, ut in simili declarando d.l. si forte, docuit Purpur. in l. j. nu. 549. uersic. ideo secunda ff. de offi. eius. post Abb. c. ulti. de prob. dicens illam non procedere, cum res modici est praiudicij. Comprobatur hoc auctoritate Card. in casu Albericus, extra de testib. dum scribit, quod si clericus sit ab alieno Episcopo ordinatus, & in literis ordinationis attestetur hoc esse factū, explicetia ipsius Episcopi ordinati, illi credi; illa est ratio, quia modici momenti & praiudicij est causa.

Declaratur tertio, non procedere, quando partes essent presentes & tacerent, tunc iudici ita asserenti creditur. & hoc casu locum non habet regula l. si forte. ita Craue. de antiq. temp. secunda parte princ. in prin. nu. 26. post alios, quos citat, ita hic dummodo talis sit causa ut illius iudicis iurisdictione tacitē prorogari possit. confert, quod tradit Fely. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. nu. 21. de const.

Secundus est casus, cum constabilita iurisdictione arbitrioq; demonstrato, ex superioris mandato arbitrium suum profert in aliquo, & causam, cur ita arbitretur, adiicit, tunc illi credendum est, illa est ratio, quia hoc à se ipso, non ab altero pendet, ita sensit Dec. in l. 1. in prin. nu. 69. uersic. concordando. ff. de offi. eius. ratio est, quia cum ad libitum facere hoc potuerit, nec (ut supra diximus) in arbitrarijs reprehendi possit, sequitur ei esse omnino credendum, totum enim ab eius uoluntate dependet. Hinc dicimus stādum esse illius assertioni de eo, quod in animo suo, suaq; uoluntate dependet. glo. in §. sed iste, ubi Ias. nu. 54. in sti. de actio. Secundo hanc ipsam sententiā probat clem. 1. de prob. iuxta communem declarationem, præsertim Calder. consil. 2. in fin. in titu. de priuileg. quem secutus est Craue. tract. de antiq. temp. prima parte principali, in prin. nu. 9.

Accedit & tertio, quia dicimus, tunc presumptionem esse maximam pro iudice in his, de quibus iudicare potuit, ex l. Herennius. §. Caia. ff. de euctio. latē Alcia. tract. præsump. reg. 3. præsump. 9. Soc. sen. col. 1. 15. col. 2. lib. 1. ita d. §. Caia. intellexit Decius in c. quæ in Ecclesiarum. num. 28. uersic. non obstat. de consti. Alciatus d. præsum. 9. n. 27. post Soc. sen. consil. 96. col. 4. lib. 1.

Quarto confert, quia ubi constat de principali iurisdictione, quā facillimē presumitur pro qualitate & quantitate. c. uerum. de foro comp. c. ceterum, de

de iudicijs. l. cū que dā pnel. de iurisd. om. iud. cū ergo hic cōstet de iurisdictione & pte principali, q̄ facillimē p̄sumitur, iustā esse cām illā à iudice enūciatā. si mili argumentatione usus est Rim. in l. 1. nu. 2. 4. ff. de off. eius. Vltimò huic sn̄e suffragatur crebrior illa doctōrū sn̄ia in d. l. r. in prin. ff. de off. eius. qui fortius affirmarūt, f̄ assertioni delegati inferioris, qui alioquin sine iusta cā subdelegare nō p̄t, credi, cū subdelegatō iquit se subdelegare iustis de causis: ita uerē affirmarūt Gulielmus Cuneus, Albericus, Baldus, Signorolus & Alex. quos retulit & secutus est Deci. in c. 3. nu. 6. ubi cōm testatur, de off. deleg. & in l. 1. nu. 69. in fi. ff. de of. eius. quo loci idē docuerūt Rim. nu. 23. Paul. Ori. nu. 129. Cur. Lun. nu. 69. Sapia. nu. 75. Purpur. nu. 546. & nouissimē Bolog. nu. 124. quibus accedunt Ias. in l. si donatione. col. ult. uersic. Ego ultra. C. de colla. idē in consi. 227. col. 7. uersic. Decimò ad idē. lib. 2. & consi. 101. col. 4. uersic. Tertio & adhucl. 4. Rui. consi. 35. nu. 38. consi. 50. in fi. consi. 69. nu. 1. lib. 1. consi. 98. nu. 8. lib. 4. consi. 3. nu. 1. lib. 5. Thomas Ferr. cautela. 21. Multoties. scio quidē aliter sēsisse Cardinalē in c. pastoralis, de off. deleg. Felynū in c. 3. nu. 5. de of. deleg. Deciū sibi parū cōstantē, in c. quæ in Ecclesiariū. nu. 28. de consi. & in c. cū sit Roman. 3. notab. de appel. Ias. sibi contrarium in l. j. num. 60. ff. de offic. eius. & ibidem Iaco. Nigrum. num. 122. uerūm communis iam relata sententia uerior est.

 no in d. c. ueniens. col. 18. uersū. si uero electio esset ac-
 cusatoris, & cū Blāco in d. practica crim. in uerbo, ue-
 rum quia, nu. 106. esse inspiciendā accusatoris petiti-
 oem, ut ex electione penā iudicemus causam, an. l.
 inter capitales, uel pecuniarias enumeranda sit. quo
 circa (inquit Socinus) si alternatiuē actor ille ageret,
 cogi posset eligere. nā reo excipiēte libellus alternati-
 uē cōceptus, uti dubius admittēdus nō est. c. Abbate.
 de re iud. in 6. interim tñ declaratione adhuc nō scā,
 ob dubium euentū admittendus nō est procurator.
 34 Duodecimus casus est, qñ t̄ pena est arbitraria, sed
 arbitrio accusati: tunc dicendū est fm Soc. in d. c.
 ueniens. col. 18. uersū. tu aduerte. & fm Blancum d.
 practica crim. in uerbo, Vetum quia. nu. 104. in illis
 casibus, in quib. accusatus pōt eligere corporale, & il-
 lam eligit, non ei deinde licet petere procuratōrē ad-
 mitti, id quod intelligitur qñ ante oīa eligit penam;
 secus, si prius peteret procuratorem admitti, qm̄ eo
 mō tacitē uideretur eligere penam pecuniaria-
 m. ubi uerō reus iste accusatus penam corporalem eligere
 non potest, tunc sine dubio admittitur procurator,
 atque ita intelligenda est doctrina Rubei d. s. ad cri-
 men. num. 52. qui sic Bart. & Baldum declarat.
 35 Decimustertius casus est, cum pena arbitraria ex
 accidenti subrogatur loco penæ corporalis, ut puta,

sancitum est ex statuto, q̄ falsario manus amputeret,
 ut extat dispositum ex constitutionibus Mediolanē-
 sibus in tit. De penis. §. quicumque. & statuto ēr Pa-
 piæ 37. in criminalib. sub rub. De pena notariarum.
 modō hic falsarius nullam habet manum, ita ut lo-
 cus esse debeat penæ arbitrarię, ut inquit Soc. quem
 statim referā, an hoc casu recipiēdus est procurator?
 adferri etiā potest exemplum in statuto Papię 18. in
 criminalibus, sub rub. De pena illius, qui uulneraue-
 rit, uel percusserit aliquem, quo sancitum est, ut am-
 putans alicui membrum, ut puta nasum, eidem cri-
 minoso nasus abscindatur. quid, si hic reus naso care-
 ret? pena erit arbitraria, an hoc hoc in casu locus sit
 admissiōi procuratoris? singularis uē opinio Soci.
 in d. c. ueniens. col. 18. uersū. sed hic insurgit notabile
 dubiū, procuratorem non admitti, eo quia origi-
 naliter sola pena corporalis indicenda erat, ob id il-
 la inspecta similem penā, hoc est, corporalem indice-
 re debet iudex: non ergo admittendus erit procura-
 tor: hunc aut casum declarat Socinus nō procedere,
 qñ alternatiuē statutum loqueretur de pena corpo-
 rali, uel pecuniaria, & is reus esset inops, illoq; mem-
 bro careret, quia tunc pena arbitraria declarāda po-
 tius est, ut sit pecuniaria, q̄ corporalis, atq; ita procu-
 rator recipietur, cū iure hoc cōi clarē conuenit præ-
 36 citatum statutum t̄ Ferrarię, in uer. in alijs uerō.
 37 Decimusquartus est casus, in quo t̄ pro reo crimi-
 noso procurator in iudicijs interuenire non pōt, qñ
 ita a statuto pena corporalis indicitur, puniatur pe-
 na manus, uel alia, atq; ita non declarat, quæ sit alia,
 sed in iudicis arbitrio relinquit. hoc in casu inquit
 Soc. in d. c. ueniens. col. 18. uersū. sed iuxta hoc. nō ad-
 mittitur procurator. idem censuit Rube. in d. l. pe. §.
 ad crimen. nu. 53. ff. de publ. iud. & si Socini nomen
 supprimat. illa est rō, quia debet iudex arbitriū suū
 proferre de alia pena corporali, ob illam dictionē,
 alia; quæ similitudinem significat, ex gl. l. si fugitiui.
 C. de ser. fug. quam alias pluribus illustrauimus.
 38 Decimusquintus casus est, in quo t̄ procurator rei
 noīe non admittitur, qñ pena corporalis ab initio
 est incerta, sed pendente iudicio certa redditur, ut
 eo in exemplo, cum aliquis de illato uulnere ita ac-
 cusatur, ut ex ea accusatione ferri snia potest super
 homicidio, si pendente iudicio mors superuenit, p-
 curator non admittitur, ita Soc. in d. c. ueniens. col.
 20. in prin. de accus. & Rub. d. s. ad crimen. num. 51.
 qui ita Bal. & Imo. eo loci declarat. Et scribūt ambo
 39 iam relati, procuratorem t̄ hunc non admitti etiam
 sub conditione, ut habeatur pro nō admissō, si con-
 tingat illum uulneratum mori, illa ratione utuntur,
 quia hoc modo iudicium iam agitatum nullū deinde
 redderetur. hunc ēt casum intelligit Soc. d. c. ueniens.
 col. 20. uersū. item aduerte, procedere iure cōi,
 non autem iure statutario inspecto; quoniam, si sta-
 tutum diceret, Si quis occiderit, non sufficeret uul-
 nerasse animo occidendi, ut docuit Bart. in l. si is qui
 cum telo. ff. ad l. Cornel. de sicar.
 40 Decimus sextus casus est, in quo reijcitur procura-
 toris interuentus, qñ delictum commissum penam
 infamię principaliter meretur, ut in casu statuti Pa-
 piæ, & constitutionis Mediolani, quæ nos supra octa-
 uo casu retulimus, quibus falsarius ea pena punitur;
 41 ut t̄ mithra de honestatis; in publicum produca-

tur. his ergo casibus procuratorem non admitti sen-
 sit glo. not. in l. non solum. §. ult. in gl. pe. ff. de proc.
 quam probat Soc. in d. c. ueniens. col. 20. uersū. octauo
 quæro. ibi, aut agitur principaliter, idem docuit Ru-
 beus d. s. ad crimen. num. 54. & in specie qñ quis mi-
 thrari debet, q̄ per procuratorem non possit cōpa-
 rere, tradit Castre. l. seruum quoque. §. publicē. nu. 8.
 de procur. illa una adfertur rō prima, quia pena in-
 famiæ morti æquiparatur, & ob id dē maior ipsa pœ-
 na relegationis. l. transigere. C. de transac. si ergo ubi
 mortis pœna inducitur, & secundum magis receptā
 opinionem, ēt ubi pena est relegationis; ergo & hoc
 in casu. Secunda rō solet considerari, quia ubi admit-
 teretur procurator, iudiciū elusorium redderetur,
 eo quia is infamia affici non pōt. l. furti. §. qui alieno.
 ff. de ijs qui not. inf. item nec dñs, tum quia abest, tñ
 quia condemnatus non esset. d. §. alieno.
 42 Decimusseptimus t̄ casus est, cū pœna subiectio-
 nis in seruitutem perpetuam pœnæ causa indicitur,
 q̄ damnetur seruituti ad effodiēdum metallum. hoc
 in casu procurator non admittitur pro reo; ita Soc.
 in d. c. ueniens. col. 20. uersū. nono quæro. de ac-
 cusa, qui ita tuetur Angelum in l. sed & hæ. §. j. ff. de
 procur. qui alioqui male loqueretur, si solum intelli-
 geret de renocatione in seruitutem liberti ad cōm-
 modum patroni, quem casum infra in secunda regu-
 la referemus, huius nostri casus ratio est, quia dē hæc
 pena corporis afflictiua, maior relegatione, & aliqñ
 plusquam perpetuus carcer. at pro his penis non in-
 tercedit procurator, minus ergo & pro damnando
 in metallum. Et si quidem pœna damnationis in me-
 tallum, ut illi uncti opus perpetuū facerent, uel e-
 43 tiam præfinito; erat enim t̄ opus effodiēdi metal-
 lum ē montibus metallarijs, quos minerias uocant,
 cuius quidem pœnæ meminit Alex. ab Alexandro.
 lib. 3. Dierum Genialium c. 5
 44 Decimus octauus casus est, cum t̄ pœna carceris
 perpetui indicitur: (indici. n. aliquando. solet, ut in-
 fra. q. 89. dicemus) tunc procurator non interuenit
 rei nomine: ita Socinus in d. c. ueniens. col. 29. uersū.
 undecimō quæro. de accus. & Rubeus d. l. pen. §. ad
 crimen. nu. 55. & num. 60. de publ. iud. illa est ratio,
 quia pena est corporis afflictiua, quod de se clarum
 est: & æquiparatur aliqñ pœnæ damnationis in me-
 tallum, ut supra in casu præcedēti attigimus: non er-
 go procurator admitti debet. Hinc consilium rñdit
 Corpolla consil. 20. col. 2. q̄ si condemnatus ad per-
 petuum carcerem aufugiat, quemadmodum in illa
 causa non potest comparere per procuratorem; ita
 nec potest per procuratōrē accusare testes, qui con-
 tra eum falsum testimonium dixerunt.
 45 Decimus nonus casus est, in quo t̄ repellitur pro-
 curator, ut cum statuto cautum est, q̄ declinans iuris-
 dictionem possit impūnē offendere, nam hoc in casu
 dicitur pœna capitalis in dicta secundum Bart. in l. 2.
 nu. 6. ff. de publ. iud. & ibi Ang. col. 2. uersū. item dicas,
 si ex forma statuti. si ergo pœna capitalis est, non po-
 terit is deinde per procuratorem ad iudicium ueni-
 re. quod in specie annotauit Soc. in d. c. ueniens. co-
 lum. 26. uersū. duodecimō quæro. de accus.
 Relati hi casus declaratur, atq; ita multis modis tē-
 perari solent: nempe, ut & si regulariter in illis non
 possit interuenire procurator, potest tñ multoties

46 Declaratur primō, quādo t̄ procurator cum ipso-
 met reo criminoso cōparer, & illius rei nomine, qui
 fortē imprudens & fatuus est, procurator interroga-
 tionibus a iudice factis respondere uult: nam, quō
 ad causam ex criminosi comparitione legi satisfactū
 quidem dicitur, cum per illius præsentiam cesset il-
 la ratio, qua procuratoris interuentus reijcitur. est. n.
 hic reus ita sub manu & potestate iudicis, ut in illū
 exequi ualeat condemnationis sententiam, si cōtra
 eum ferri contingat. atque ita sentiunt Soc. d. c. ue-
 niens. col. 2. Bal. l. reos. nu. 21. C. de accus. Rubeus d. s.
 ad crimin. nu. 68. quos secutus est Iulius Clarus lib.
 5. sent. iuris. §. ult. q. 32. uersū. item quæro, qui idem
 affirmant qñ iam fuit is reus captus & carceratus.
 47 Quō autem ad t̄ procuratorem, an pro reo possit re-
 spondere, dicendum est, hoc multū à iudicis arbit-
 rio pendere: si quidem is ex qualitate personæ &
 facti iudicabit, an procurator pro reo respōdere de-
 beat, uel non. & ubi uerē is reus fatuus est, eius no-
 mine procurator potest respōdere: ita Bal. in l. reos.
 nu. 16. C. de accus. idem sentit Soc. in d. c. ueniens.
 col. 32. uersū. 17. quæro, de accus. aliās non potest tñ
 ad alios actus interuenire, atque ita consuetudo ob-
 seruat, ut doctē explicat Iulius Clarus loco iā citato.
 Declaratur secūdo regula hæc, ut nō habeat locū,
 48 cū t̄ procurator absentis nomine interuenit; ut
 puta, si quis iā absēs accusatur, & qui uerē acensatio-
 nem ignorat, & illius nomine procurator ad allegā-
 dum absentiam comparer: admittendus est, si modō
 49 t̄ absentia talis est, quæ excusationem mereatur, ita
 Bar. in d. l. pen. §. ad crimen. num. 18. & ibi post Ang.
 & Imolam tradit Rubeus nu. 111. de publi. iud. Affi-
 ctus decif. 289. nume. 9. & idem decidit Guido Papę
 q. 338. quibus addo Rotam decif. 24. titu. 24. De
 procuratoribus, in nouis. & decif. 7. eod. titu. in anti-
 quis, & Ruinum consil. 118. numero 8. lib. 5. qui in-
 quit, causas in specie esse allegandas & probandas.
 Egidius tamen Bellame. decif. 211. decidit, suffice-
 re mandatum ad excusandum, etiam causis non ex-
 pressis. Et inquit Bartol. causas huius absentię esse
 debere necessarias, ut puta, quōd aliquo in loco is
 sit infirmus, ita quōd nec monitus, si uellet, uenire
 50 non posset: uel etiam quōd aliquo in loco ist̄ carce-
 ratus sit. & in specie de alibi carcerato idem scribit
 Soc. in d. c. ueniens. col. 33. uersū. decimo octauo quæ-
 ro. de accusa. & Bartholomæus Soc. tract. fallen. reg.
 322. fall. 11. Fely. in cap. meminimus. num. 5. uersū.
 septima conclusio. de accus. Rota dec. 15. de procu.
 in nouis. Cor. consil. ult. lib. 3. Decius consil. 429. nu-
 mero 12. & Benedictus a Plumbino d. s. ad crimen.
 nu. 47. Iulius Clarus lib. 5. senten. iuris. §. ult. q. 33. in
 princip. & q. 34. in fi. Marfi. in practica criminali. §.
 51 sequitur. nu. 31. qui admonet, hinc t̄ cautelam pos-
 se desumi, ut delinquens ē loco commissi criminis
 recedat, & alio in loco curet carcerari ex aliqua cau-
 sa pecuniaria, & deinde curet suo nomine procura-
 torem interuenire in causa accusationis. causæ ergo
 huius absentię debent esse necessarię.
 52 Hinc infertur declaratio, ad t̄ statutū Brixie in cri-
 minalibus, c. 15. sub rub. Accusatus uel inquisitus ē
 aliquo crimine &c. quo conceditur procuratori p-
 reo interuenire ad allegandū causas absentię: intelli-
 gitur statutum fm ius commune, hoc est de causis
 absentię

absentia necessaria, & similibus, que secundum ius commune iustam excusatione prestant, intelligitur etiam si, modo is, qui excusatorio hoc nomine coparet, mandatum non habeat ab ipso reo, quemadmodum receperit, est Doctorum opinio, ut attestatur Rubens d. s. ad crim. nu. 197. qui post Bartolum Baldum & ceteros affirmat, quemvis, siue sit masculus siue foemina, siue maior siue minor admitti ad necessarias has absentia causas allegandum, & forte de hac causa absentie necessarie non est intelligendum statutum Ferrariae lib. 3. sub rub. De uitijs carnis. ibi, Et ad defensionem huius delicti non admittatur procurator, nec defensor, etiam ad preparatoria iudicij, nec ad causas absentia. ea est ratio, ut statutum minus corrigat ius commune. est tamen intelligendum de absentia probabili. Sunt autem causae probabiles tamen quoniam illo in loco hnt inimicitias, & tunc detur is procurator hnt mandatum, ut hanc magis receptam opinionem esse testatur is Rub. d. s. ad crim. nu. 201. 202. & antequam Soc. in d. c. ueniens. col. 37. uers. circa primam, & eo loci plura de his absentia causis profequitur.

Illud unum tantum ego referam, quod utile est ad modum, cum procurator iam ex causa banni pro altero crimine abest, an pro eo procurator interuenire, & hanc causam ut probabilem & dignam excusatione allegare ualeat, & posse consulit Ias. consil. 144. Statutum quartum causarum. lib. 4. qui rndit, declaratur statutum Papiae 4. in criminalibus, ut locum non habeat etiam hoc in casu, cum allegatur tutum sibi non dari accessum ob bannum, quam sententiam probat Rubens d. s. ad crim. num. 99. in fine. intelligendo tamen, ut is procurator comparere possit, ut pro sit reo, non autem ut ei etiam noceat. uerum, si animaduertatur solum loquitur Iason, ut is excusatorio nomine ad allegandum innocentiam interuenire possit. Blancus uero in practica crim. in uerb. Verum quia. numer. 102. ea ratione a Iasone dissentire uideatur, quod, si uera esset Iasonis consultatio, sequeretur, illum bannitum ex suo delicto commodum consequi, contra l. ab hostibus. §. j. ubi Alex. ff. sol. matrimo. quo circa inquit Blancus, Iasonem sensisse illum bannitum comparere debere habita fiducia & saluo conductu. Ego opinor Iasonem recte consuluisse, & Blancum falli. nam quod dicitur, aliquem ex proprio delicto commodum consequi non posse, intelligitur cum immediate ex ea causa commodum uult consequi, ut declarat doctores illam iuris sententiam, illum legis auxilio, non iuuari, qui in eam commisit. ita scribunt omnes in l. non dubium. C. de legibus. Hinc uidemus, carceratum excusari, ut iam diximus, & omnes hoc admittunt: quod uero de saluo conductu scribit Blancus, recte sentit contra Iasonem, quia uere, qui saluum conductum habuit, se excusare non potest, quin compareat, atque ita praxis obseruat, quod etiam post Bossium testatur Iulius Clarus lib. 5. sententi. §. ult. q. 3. uers. Tu scis quod bannitus, & latius infra libro 2. in casu 325. dicemus. & uere relatum statutum Papiae quartum declaratur non procedere his casibus cum causae necessariae & probabiles allegantur. que declaratio conuenit & iam relato statutum Ferrariensi lib. 3. sub rub. Qualiter & quando procurator interuenire possit in causis criminalibus, quo admittitur procurator ad hanc ab-

sentia uel similem causam allegandam.

Declaratur tertio hac regula, ut non procedat, cum procurator pro accusato, uel inquisito solum interuenit ad eius innocentiam allegandum. nec. n. negare potest iudex recipere testes ad innocentiam probandam per procuratorem productos, ita Bart. in l. j. §. si quis ultimo. ff. de questio. & clare in specie nostra idem affirmarunt Castren. l. seruum quoque. §. publice. nu. j. de procura. Rubens in d. l. pen. §. ad crimen. num. 102. late Marsilius in practica criminali. §. sequitur. num. 43. 44. & consil. 39. nu. 2. & nu. 29. 30. & consil. 43. 35. 37. & consil. 90. num. 25. quo loci plura attulit. & alios receserit Iulius Clarus lib. 5. sententi. iuris. §. ult. q. 3. uers. sed quod plus est. qui tamen aliter sentit, & miratur horum interpretum opinionem. sed forte non est mirandum, cum isti loquantur quoniam aperte de innocentia potest statim constare, ut etiam senserunt Blancus in sua practica criminali, in uerbo, Verum quia. nu. 58. Gramm. consil. j. nu. 72. de foriudicatione, quod consilium est post illius decisiones positum, atque ita declarantur duo relata statuta, nempe Brixiae & Papiae, quae, dum requirunt reorum presentiam, intelligi debent, nisi procurator offerat testes in proteru ad illorum innocentiam probandam. & hoc in casu declaratur statutum Ferrariae lib. 3. sub rub. De uitijs carnis. & si. n. repellat procuratores solum domitarum, non tamen reijcere de innocentia allegatorum.

Declaratur quarto hac regula, ut locum non habeat cum quis pro suo interesse loco accusati interuenit, ut puta, cum uir pro eius uxore compareret: si quidem uiri interest suam tuam uxorem ratione proprii interesse, & e contra, ita hanc declarationem affirmavit glan. d. c. ueniens & ibi Soc. col. 46. uers. sic. Tertio principaliter, de accus. qui alia plura exempla attulit, ut cum pater uult comparere pro filio, dominus pro seruo, & Episcopus pro suo clerico, Abbas pro suo monacho, & his similibus. & alia adferunt Fel. in d. c. meminimus. num. 12. de accus. Socin. tract. fall. reg. 322. fal. 6. & 15. Ruin. consil. 9. nu. 3. lib. 5. Paris. consil. 152. nu. 27. lib. quarto. Rubens d. s. ad crim. nu. 60. 68. & Blancus in d. uerbo, Verum quia. nu. 58. 62. que quidem declaratio quotidiana est & egregia ad relatorum statutorum declarationem (statuto Ferrariensi excepto, quo etiam isto omnes prohibentur interuenire) nam dum illa prohibent procuratoris interuentum, non dicuntur prohibere hos interuenientes ratione proprii commodi, cum procuratores proprie non dicantur, & ij interuenire posse dicuntur exceptis tribus casibus illius iudicij, hoc est, tempore quo lis debet contestari, cum examinandus est reus cum tormentis, & cum proferenda est sententia: ita Bal. l. reos, nu. 22. C. de accus. qui plura alia scribit de patre, qui pro filio interuenit, & Ruinus consil. 118. numero septimo lib. 5. respondit, patrem non excusare hoc casu filium contumacem. quo circa exceptis tribus relatis casibus opinio communis potest defendi & in praxi seruari. atque conuenire potest quod scribit Iulius Clarus lib. 4. sententi. §. ult. q. 3. uers. ultimo quero, dum inquit imo patrem pro filio non admitti, recte sentit cum Baldo in tribus relatis casibus.

Declaratur quinto hac regula, ut non procedat, cum procurator interuenit suo administratorio nomine:

66 ne, ut puta in tutore, uel procuratore, qui pro pupillo uel minore, quorum tutela & cura eis iam demandata est: ij. n. possunt interuenire: ita Soc. d. c. ueniens. col. 48. uers. quarto principaliter. & Soc. alter illius filii tract. fallen. reg. 322. fall. 9. post Bald. in l. reos. nu. 26. C. de accus. qui inquit, tutore, uel curatore posse quemdem uenire ad iudicium, sed authorizando potius, quam per se simpliciter, & ob id una cum eo pupillus, uel minor tanquam rei principales comparere debent, iuxta l. clarum. C. de author. praest. in infante uero & furioso inquit Bald. iudices & assessores conuenisse pronuntiare illum esse infantem, & non posse ad iudicium uenire: & ob id eius nomine audiendum esse procuratorem, in furioso tamen uero & mentecapto scribit, iudicem pronuntiare non posse illum furiosum, quia furor fingere possit. Ego opinor pronuntiare posse, habetis probationibus super furore, iuxta l. furiosum, ubi omnes. C. qui testam. fac. post.

67 Hinc et infertur, nomine iunioris syndicum ad iudicium uenire posse, cum uniuersitas infantes, pupillos, furiosos, & similes continet, ita Bal. in d. l. reos. nu. 27. quod affirmarunt & Soci. in d. c. ueniens. col. 49. uers. sed quero. Fely. in c. meminimus. nu. 14. de accus. Bartholomeus Soc. tract. fall. reg. 322. fall. 15. Marfil. in pract. criminali. §. sequitur. nu. 24. Blanc. in practica criminali, in uerbo, Verum quia. nu. 90. Rubens d. s. ad crim. nu. 91. apud quos plura de uniuersitate uideri possunt, & haec est notabilis declaratio ad statutum Ferrariae, quae repellitur procurator et pro suo interesse, non certe repellitur hoc casu procurator infantis, furiosi, & uniuersitatis, cuius casus illud statutum non meminit.

68 Declaratur sexto, ut non habeat locum regula haec in consortibus eiusdem litis, ut si plures essent de eodem crimine accusati, unus pro altero comparere possit: ita egregie admodum Alberic. in l. seruum quoque. §. publice. ff. de procura. a cuius doctrina recedendum non esse censuit Rub. in d. l. pen. §. ad crimen. nu. 107. & si ipse de ueritate ambigat. Blancus uero d. pract. criminali, in uerbo, Verum quia. nu. 93. expresse ab Alberico dissentit, quod facere et ut Soc. d. c. ueniens. col. 54. uers. sic. trigesimo quinto fallit, quo loci inquit, doctrinam hanc procedere forte posse cum delicta connexa sunt, ut adulterij, incestus, & his similibus. Bald. aut in d. s. publice. col. pe. uers. unum hic quero, sensit hoc concedi posse lite contestata, atque ita sentit, oes reos prius ad iudicium personaliter uenire debere, & accusationi, uel inquisitioni respondere, & super illis lite contestari. Contra Bald. tamen aperte senserunt plures relati a Ripa in c. cum M. Ferrariensis. num. 54. de constit. quo loci clare etiam improbat relatum declarationem Maria. Soci. in d. c. ueniens. & uere hodie multis in locis inoleuit praxis, ut ij consortes non admittantur, ubi poena sanguinis infligitur.

69 Declaratur septimo, ut non procedat haec regula, quoniam ipsemet offensus procuratoris nomine offensoris inquisiti, interuenire uellet, nam is potest, in Marfil. consil. 17. col. ult. qui sic declarauit statutum Bononiae in criminalibus, sub rub. in quibus casibus reus debeat stare detentus: sic declarari potest statutum Ferrariae iam relatum, quam doctrinam singularem esse dixit Rub. d. l. pen. §. ad crimen. nu. 103. de publi. iud. Hinc cautela eici solet, ut is offensus, pace inita est

offenso, curet offensum ad iudicium uenire, & illud offensorem defendere. Ego dubito non parum, quia & si pax, & remissio multum proficiat inquisito, & illa confessio offensi, qui attestatur se ab inquisito offensum non fuisse, nihilominus fieri non potest, quin ratione poenae inquiri & puniri debeat.

70 Declaratur octauo non procedere, quoniam quis tanquam aduocatus coparet nomine inquisiti, nam is uere potest, ita Soc. tract. fallen. regu. 322. fall. 10. que sequitur est Blanc. in d. pract. crim. in uerbo, Verum quia. nu. 44. ex text. l. 2. in fi. C. de requir. reis, & hoc intelligitur, nisi alio iure Aduocatus etiam prohibeatur, ut in casu statutum Ferrariae lib. 3. De uitijs carnis, quo prohibentur procuratores & defensores solum domitarum: ergo & Aduocati, qui defensorum nomen obtinent.

71 Declaratur nono, ut locum non habeat regula haec, cum reus inquisitus procuratorem mittit ad allegandum aliam exceptionem, ut puta, cum uult opponere exceptionem dilatoriam: ita Bar. in d. l. pe. §. ad crimen. nu. 18. Castren. l. seruum quoque. §. publice. nu. 10. de procura. sensit Fel. in c. meminimus. nu. 14. de accus. post Rotam decis. 302. & recte, mea sentia, nam & idem decidit Guido Papae q. 338. Aliquis. Alex. consil. 133. nu. 12. lib. 6. Marfil. in d. pract. criminali. §. sequitur. nu. 4. & Rub. d. s. ad crimen. nu. 25. Iulius Clar. lib. 5. sententi. iuris. §. ult. q. 3. uers. pariter et. qui idem dicitur de exceptione declinatoria, peremptoria, & his similibus, quae processum impediunt, uel iam factum annullant, potest et deducere exceptionem calumniosae inquisitionis: ita Marfil. d. s. sequitur. nu. 31. & haec uera, nisi exceptio etiam delicti principale tangeret, ut declarat Clar. iam citatus. quae quidem declaratio utilis est ad relatum statutum Brixiae c. 15. in criminalibus, sub rub. Accusatus uel inquisitus, quo admittitur procurator pro reo criminoso ad allegandum exceptiones contra processum minus legitime factum; quod quidem statutum solum concedere ut admisionem huius procuratoris processu iam factum. Ego intelligo esse et admittendum, ne processus minus legitime fiat, tamen a fortiori, quia minus est impedire faciendum, quam tollere iam factum. I. pre furioso. ff. de his qui sunt sui uel alij. iur. tum quia curare ipse iudex det, ne frustra expensae fiant, & lib. uentur hoies Ferrariae ex iam relato statuto, non et recipitur procurator ad has exceptiones proponendum: sic nec ex alio statuto l. 3. De uitijs carnis: ita pariter nec Papiae ex t. d. statuto 4. in criminalibus, sub rub. Qualiter inquisitionibus admittuntur haec exceptiones dilatoriae, declinatoriae, & peremptoriae, quoniam uult statutum illud in fine processus referuari debere. opinor tamen non esse reiectas exceptiones has, si de illis notorie constat, ut sensit Soc. tract. fall. reg. 322. fall. 2. dum loquitur de allegante exceptionem, quod offensus erat notorie bannitus. est ratio, quia statutum reijciens omnes & quascunq; exceptiones, non debet reijcere notoriam. Abbas in cap. literas, de restituti one spoliat. Fely. cap. ex parte. il secundo, in quinta fallen. de offic. deleg. & in specie nostra sensit Bartol. d. s. ad crimen. num. 19. & Iulius Clar. praecitato loco, qua de re alibi plura scripsimus.

72 Declaratur decimo, ut non procedat, cum procurator interuenit processu iam perfecto, & lata sententia, ut auxilium aliquod reo adferat, ut puta cum uenit ad appellandum a iam lata diffinitua: ita Socin. in tract. fall. reg.

reg. 322. fall. ultima. idem sensit Blancus in practica criminali, in uerbo, Verum quia. nu. 57. sic intellige
 81 res, non tantum ff. de appel. sic etiam de nullitate sententiae procurator iste dicere poterit, ita Marfi. d. practica criminali. §. sequitur. nu. 6. post Bald. l. reos. nume. 35. C. de accusa. sed uere Bal. contrarium sensit, nempe procuratorem non posse interuenire petendo latam sententiam annullari. idem Bal. magis clare in l. seruum quoque. §. publicè. nu. 6. iuxta praedicta. quæro. de procura. Benedictus a Plumbino. d. §. ad crimen. nu. 59. Julius Clarus lib. 5. sent. §. ult. q. 32. uerfi. Quæro an in causa. subiicit etiam præcator loco
 82 Marfi. nu. 5. post Bald. Arer. & alios, procuratorem huc posse petere restitutionem in integrum fauore minoris contra iam latam sententiam, idem placuit & Rubeo d. §. ad crimen. nu. 64. quod tamen iam dictum est non licere etiam procuratori allegare nullitatem, fortè non procedit, cum statim, quod ipsa inquisitio formatur, comparet procurator allegando, inquisitos non teneri comparere, cum inquisitio nulliter formata sit, ita sensit Marfi. consil. 43. nu. 39. & consil. 49. num. 6. qui num. 19. idem esse affirmat, cum allegatur inquisitio calumniosa. idem consil. 24. in fin. adferri rō potest, quia hæc iudicij preparatoria sūt; quæ per procuratorem expediri possunt, quemadmodum Bal. docet in l. reos. nu. 31. C. de accusa. uel et potest intelligi, quado nullitas est euidēs, ita Bened. a Plumbino d. §. ad crimen. nu. 62. aliàs non admittitur præsertim Mediolani, ita Clarus qui supra. relata declaratio procedit, etiam quado is reus uenit ad iudicium & respōdit interrogationi, & fidei iures dedit de iudicio fisci, & deinde petit se admitti per procuratorem ad media causam, tunc etiam admittendus est, ita Guido Papæ q. 336. qui ita in Curia Delphinatus obseruari testatur. & eum esse secutus eruditissimus Julius Clarus lib. 5. sent. iuris. §. ult. q. 32. uerfi. ex hac autem, qui rectè intelligunt modò capitalis pœna, hoc est, mortis, non ueniat indicenda.

Regula iuris affirmatiua est, in iudicijs causisque in quibus pœna corporalis non infligitur, sed pecuniaria & similis procuratorem interuenire posse. hac sub regula casus multi continentur.

83 Primus est, cum delictum fuit merè priuatum, & pro eo indicta est pœna pecuniaria: tunc dubio procul procurator pro ipso reo interuenire potest, clarus est tex. in l. j. ff. an per aliū caus. appel. oēs in d. l. pen. §. ad crimen, ubi Rubeus nu. 121. 122. cōem testatur. de publ. iud. Signor. consil. 169. nu. 5. Soc. c. ueniens. col. 10. uerfi. secūdo quæro, d. accusatio. quæ sanè iuris &
 84 Docto. uera sententia procedit, et si pœna hæc pecuniaria esset oīum bonorū: ita Soci. d. c. ueniens. col. 13. uerfi. sed quæro iuxta prædicta. nā & hoc casu cessant rationes, quibus procuratoris interuentus a iure prohibetur.

Secundus est casus, in quo pro reo criminoso admittitur procurator; nempe, quando crimē est qui dem quasi publicū, sed agitur solū ad id, pro quo pœna corporalis nō est, ut cum tutor suspectus accusatur ad hoc tñ, ut a tutela remoueatur, ita affirmarunt Imo. d. §. ad crim. col. 6. & Rubeo n. 45. & n. 159. quibus addo Fel. in c. meminimus. num. 19. de accus.

86 Tertius est casus, in quo procurator admittitur, qñ, si pro illo crimine sola pœna relegationis, uel in-

fra relegationē indicta est, qđ crebrius nri affirmarunt: cōem esse testatur Soc. in d. c. ueniens. col. 21. uerfi. decimo quæro. de accus. & Rubeus d. §. ad crimen. nu. 123. & nu. 142. Julius Clarus d. lib. 5. sent. iuris. §. ult. q. 32. uerfi. Hinc est, qui alios recēset. & inquit Rubeus iā relatus ab hac cōi nō esse discedendum, & rectè. hæc et probasse uir Blancus d. pract. criminali, in uerbo, Verum quia. nu. 51. Paris. consil. 154. nu. 23. lib. 4. nec dissentit Alex. consil. 16. num. 1. lib. 2. & fm cōem hæc opinione editū est statutū Ferrariae, lib. 3. sub rub. Qualiter & qñ procurator interuenire possit in causis criminalibus. ibi, seu capitalis, quæ supra relegationem sit. quæ uerba, supra, excludūt a prohibitione interuentus casum relegationis, quæ sanè cōis opinio tripliē solido & icōcūso iuris fundamento fulcitur. ac primò regula est iā firmata, in iudicijs, in quibus pœna non infligitur corporalis, procurator admittitur: sed relegationis pœna corporis afflictiua nō ē, ergo sequitur procuratorem posse interuenire. minor illa ppositio probatur, eo, qđ relegare nil aliud est, quā exterminare, cum quis exire fines patriæ iuberetur, ita Budæus in annotatio. Pandectarum, ad titulū de pœnis. Relegati a deportatis in
 89 hoc, præter alia, differūt, quod deportati, ut uis uerbi declarat, seruis publicis traduntur uincti, ut eos in nauim impositos, in solas terras trāsferāt, ut loquitur Terētius. Relegati uerò solū exire iubentur patriæ fines his uerbis, illam Prouincia illa, isulsiq; eis relego, excedereq; debet intra illum diē. l. relocatorum. §. hisque. ff. de interd. & relega. sic de l. Lamia Cicero loquens in ea pro Sextio. Eum, inquit, in cōcione relegauit, edixitque, ut ab urbe abesset millia passuum ducenta. hanc inter relegationē & deportationē differentiam probauit Franciscus Ortomanus in cōmentarijs uerborum iuris. in uerbo, Exiliū & aliqua attingemus infra l. 2. in casu 240. quod loci referemus, hodie has pœnas in desuetudinem abiisse. his ergo constat, pœnā relegationis eiusmodi non esse, ut necesse omnino sit, criminosum esse debere sub iudicis manu, ut condemnatus puniri possit. rectè ergo hoc casu procurator interuenit.

90 Secūdo adfertur tex. l. absentē. ff. de pē. iuncto tex. l. seruum quoque; §. publicè. ff. de procura. in l. absentem, scriptū est, relegationis pœnam in absentem ferri posse. & rectè ex rōne in proximè iā relato fundamento recitata: sed in d. §. publicè, legitur, qđ ubi absens damnari potest, ibi etiam procuratorem recipi. nec uera est illa doctorum declaratio, qđ in d. §. publicè, is procurator accipiatur p solo excusatore, atq; ita procuratore sine mandato, ut multos huius opinionis fuisse recēset Rube. d. §. ad crimē. nu. 127. qui postquā aliqua effudit, in eundē errore incidit. uerè siquidem eo loci Iurisconsil. de uero & proprio procuratore et loquitur, dū quemuis admitti uult.

91 Tertio omnis hæc controuersia diffinitur ex l. j. ff. an per aliū caus. appel. quā in primis, post Benedi. Plumb. quæ recēset Rube. d. §. ad crimē. nu. 143. sic & clari, qđ illi faciāt, cōsidero. ibi Iurisconsil. tria scribit, unū, an in cā ciuili admittatur procurator? & respōdet, admitti. Secūdū, an in cā criminali, cum pœna capitalis infligitur, procurator interueniat? & respōdet, nō interuenire. Tertiu, ibi in uerfi. sed & si pponit, an et reiciatur procurator i ceteris alijs pœnis? & rñdit, pro-

procuratorem nō admitti usque ad pœnā relegationis. ista ergo uerba, usq; ad relegationē, stāt exclusiue, ut sit sensus. In oibus pœnalibus iudicijs, procurator reijcitur, excepto iudicio, pro quo sola indicitur relegationis pœna. illa est rō, quā supra retulimus, quia & absenti infligi potest, quod in alijs non cōtingit. præterea qđ illa dictio, usq; in casu d. l. i. stet exclusiue, demonstratur ex illo textu, iuncta l. absentem. ff. de pœnis. nā si i casu d. l. i. staret inclusiue, pœna hæc relegationis enumeraretur inter pœnas capitales, atq; ita equipararetur pœnæ damnationis in metallum. qđ falsum esset; qm uerius inter corporales & pecuniarias medio loco collocatur, sed naturā pecuniariā sequitur. hoc probat l. absentem, ubi Vlpianus inquit, absentes danari posse pœna pecuniaria, infamie, & usque ad relegationē. deinde subiicit, qđ si quid grauius irrogandū est, putā in metallū, uel capitis pœnā. ibi ergo relegatio enumeratur iter pœnas nō capitales, atq; illa dictio, usq; ad relegationē, quod ad pœnas pecuniarias inclusiue stat: quod uerò ad capitales exclusiue, idē dicēdū est in d. l. i. ut stet exclusiue quod ad capitales, ut conueniat cum d. l. absētē, quæ ambæ Vlpiani sūt. hoc cōfirmatur ex eo qđ i eo etiā duæ hæc leges conueniunt. nā l. absentē, iter pœnas nō capitales enumerat pœnam infamie, ut pariter facit d. l. i. qui bus inferat malè sensisse Rubeum d. §. ad crimē. nu. 128. qui non perpena Vlpiani sententia d. l. absētē, inquit, utroq; in loco dictionem, usque, stare inclusiue, nempe ut includatur relegatio inter pœnas capitales, quod apertissime falsum est.

Non obstat nunc fundamēta eorū, qui hoc i casu procuratorem nō admitti censuerūt, quæ quidē in opinione fuerunt Ultramontani, quos recēset Rubeus d. §. ad crimen. nu. 127. qui num. 139. scribit, hanc in puncto iuris uerorem esse. ab hac nō recesserūt Robertus Aurel. lib. 2. senten. iuris. cap. 3.

93 Et primò nō obstat l. ult. C. de iniurijs, quæ pbari uidetur, speciale esse in persona illustri, ut procuratorem interueniat in causa iniuriarū, p qua pœna est relegationis, ita speciale i illo casu est, ergo in cōtrarium se habet ius cōe. l. ius singulare. de legib. Respōdent nostri interpretes multis modis, ut apud Rubeū d. §. ad crimē. nu. 134. 135. & apud Blacū d. uerbo, Verum quia. nu. 51. Ego opinor, ibi agi de pœna graui iniuriarū ultra relegationē. id qđ ea rōne demonstratur. nam, si cōsideramus personā illustre accusantē, ob illatā sibi iniuriā, tūc grauis iniuria cōsideratur ob suæ personæ qualitatē. §. atrox. in st. de iniurijs. si pariter cōsideramus qđ illustri accusatur, dicēdum est nō, nisi uerisimiliter accusari ob graue illatam iniuriā; qm nō auderet aliquis eū pro qua uis leui iniuria eum accusare. hoc suadet pœna, quæ infligitur; quæ sanè pœna ibi exilij, non aut relegatio nis est. quod quidē exilium propriè inter pœnas capitales enumeratur, & a relegatione differt. l. 2. ff. de publ. iud. quod declarat Hotomanus in iā citatis cōmentarijs uerborum iuris, in uerbo Exilium, quo loci scribit, qđ & si exilij nomen generale sit, ut cōpletur interdictum, relegationem, & deportationē, l. relocatorū. ff. de interd. & releg. nihilominus cum in specie accipitur, magis propriè deportationem significat, quæ (ut diximus) grauis pœna est, & pro qua procurator non interuenit.

95 Non obstat d. l. pen. §. ad crimen. iuncta l. 2. ff. de publ. iud. quam post Sal. in l. reos, C. de accus. perpedit Rubeus d. §. ad crimen, num. 140. uerficu. Secūdo contra. in §. ad crimē, generaliter affirmat, quod quod ad prosequendum crimen publicum procurator constitui non potest, & in d. l. 2. legitur, pœnam publici iudicij alteram capitalem, alteram non capitalem esse. cum ergo arceatur procurator a capitali, ita pariter & ab altera, atque ita cum relegationis pœna indicitur. Respondet Rubeus ex Saliceto & alijs d. §. crimen. intelligi cum pœna capitalis indicitur. id, quod est secundum communem opin. quam nos iure minimè probari supra in prima regula in secūdo casu diximus. ob id casus iste noster intelligi solūm debet, cum pœna relegationis ob priuatum delictum infligitur: sequendo illam, quam eo loci probauimus opinionem, in iudicijs autē a communi non recederem.

96 Quartus est casus, in quo procurator pro reo criminoso interuenire potest, cū de eo crimine agitur, p quo contra absentē procedi, & sententia ferri potest: ita Soc. in c. ueniens. col. 30. uerfi. contrariā. post Dy. Io. And. Imo. & alios. eandem probat Rubeus d. §. ad crimen. nu. 98. post Corn. consil. 122. col. 2. lib. 4. communem testatur Rota decif. 37. n. 3. de procur. in eo uis Marfi. consil. 60. nu. 23. qui consuluit in casu, cū statutum uult contumacem absentem posse cōdemnari, quod statutum extat Veronæ lib. 3. cap. 9. sub rubr. Et conuenciones pro maleficio. Marfi. in practi. crimina. d. §. sequitur. nume. 27. Socin. tract. fall. reg. 321. fall. 4. & Blancus in prac. crim. in uerbo, Verum quia. nu. 54. sed Iulius Clarus uir uerè clarus & eruditus lib. 5. sent. iuris. §. ult. q. 32. uerfi. Hæc autē conclusio inquit, contrariā opinionem esse ueriores, & seruandam in foro, sed infra rem hanc ipsam explicabimus. priorē itaque sententiam probat is tex. l. seruum quoque. §. publicè. ff. de procu. Accedit his casibus cessare rationem illam præcipuam, qua interuentus iste procuratoris prohibetur: siquidē, ita absens ut præsens puniri potest: hic autem casus non hēt locum, cum iudex uellet ipsum reum omnino uenire personaliter, ita sensit Barto. d. l. seruum quoque; §. publicè. ibi Castr. nume. 12. de procur. & latè respōdit Ruin. consil. 118. nu. 5. lib. 5. Capicius dec. 143. nu. 6. qui quidem Capicius in specie criminis læsæ maiestatis loquitur, & Clarus iam relatus. Qui autē sint casus, in quibus absentes possunt damnari, haud rectè satis nostri explicant. Ego credo in primis esse illos, quibus pœna relegationis & infra infligitur; ut clarè probat l. absentem. ff. de pœnis. ibi, quid igitur est? melius statuetur, in absentes pecuniarias quidē pœnas, uel eas, & c. quod autem scribit Socin in d. c. ueniens. colum. 29. esse speciale tribus in casibus l. lege Cornelia. ff. ad l. Corn. de sicā. l. ultim. C. de appar. præse. urb. lib. 12. & extrauag. ad reprimen. aliò spectat, ut mox subiiciem. quod ergo casus iste quartus clarè intelligatur, tria sunt in hac materia consideranda. Primum cum agitur, ut absens sciens se accusatum, per procuratorem defendatur illis in casibus, in quibus pœna est a relegatione infra, tunc admittitur procurator: ita procedit quartus hic casus noster. Secundum est, cum hic absens sciens se accusatū, uult defendi per procuratorem in crimine graui,

pro quo pena est ultimi supplicij: tunc plene defendi non potest, d. §. ad crimen. Nec obstat l. seruū quo que. §. publicè. de procu. quo loci ait Vlpianus, publicè utile esse, absentes à quibuscūq; defendi: nam & in capitalibus iudicijs defensio datur: atq; ita inquit, ab Imperatore nostro rescriptum est. Imperatorē Alexandrum Severum designat sub quo, ut Lampridius scribit, ipse uixit, & sine cuius consilio nil, quod graue esset, diffiniebatur. Ego intelligo cum ceteris. d. §. publicè. & l. reos, loqui de procuratore, qui non ad omnem defensionem & disputationē iudicij, sed ad solam innocentiam, (ut ibi clarè rex. ait) & absentia al legadā interuenit. Ex qua declaratione insurgit & illud tertium, quod est considerandum, qñ ad solam absentiam necessariam allegadā in quouis casu procurator interuenit, quod cōceditur, ut iam supra in reg. i. in declaratione 2. explicauimus. Allegatio aut huius absentiaē necessariae facit, ne is absens pœna capitali condemnatur, & si bonorū annotatio fiat. l. absentem. C. de accus. hoc tñ tertiu dictū non procedit in tribus casibus à Socino relatis: quos etiam recēset Bar. in l. lege Cornelia. §. ult. ff. ad l. Corn. de sic. nēpē in casu d. l. lege Cornelia, ubi ex Diui Atr. rescripto 99 pena capitalis idicatur illi, qui hoīem castrauit, fuit Adrianus, ut illius uita scriptū reliquit Spartianus, qui cōtra castrantes hoīes legem hanc promulgauit, & snia etiā cōtra delinquentem absentē ferri potest. Alter est casus secundum Bart. & Socin. iam relatos in 100 l. ne diu. C. de pœn. credo illos falli, qm̄ illa cōstitutio loquitur in pœna apparitori per Theodosium & Arcadiū Imp. indicta, quę quidem capitalis nō erat, 101 sed amotionis ab officio, & cōfiscationis bonorū, ut clarè ostendit L. apparitores. C. de exac. & execu. l. 10. & i. Codice Theodosiano li. 1. tit. 7. l. 9. quę quidem pœnæ etiam absentibus indici possunt, cum capitales non sint, dicta l. absentem. ff. de pœn. Adferunt 102 etiam tertium casum Bart. & Socin. ex extrauag. ad reprimen. in princip. in crimine læsæ maiestatis, qui quidem casus ob criminis atrocitatem procedit, & annotauit Capicius d. decisi, 143. nu. 3.

103 Quintus est casus, quando pœna pecuniaria ex accidenti in corporalem conuerteretur: ut putā, cum cōdemnatus pœna pecuniaria soluere nō pōt, & ob 104 id in corpus luere debet. l. ult. ff. de ius uoc. hoc in quam casu procurator interuenire pōt: ita Soc. in d. c. ueniens. colum. 10. uer. nec cōsideratur. de accus. qui eiusdem opinionis retulit fuisse Imo, in d. l. pen. §. ad crimen. & ibi Rubeus nu. 179. de publ. iud. istis accedit Laf. in l. si quis nec causam. nu. 19. ff. si cer. pet. Petrasanta sing. 63. Ferè per totam Italiā. & Cephalus consi. 141. nu. 5. lib. 1. Iulius Clarus lib. 5. sent. iuris. §. ult. q. 3. 2. uer. si. ulterius quęro. quorū uera opinio, 105 illa ratione probatur, quia nō accidens, sed origo spectari solet. l. 3. ff. de tutel. ut nec attenditur quod extra ordinē uenit. l. 1. ff. de in lit. iuran. accidit præterea, ut inquit Bal. in l. reos. nu. 8. C. de accus. qñ si aliter diceremus, sequeretur qñ nūquam procurator in causa cuiusuis pœnæ pecuniariae possit inueniri: quoniam uenire possit, qñ is cōdemnatus desineret esse soluendo, quod dicendum non est. Aliquas difficultates mouet Soc. d. col. 10. in fi. quibus ipsemet respondet, & aliter satisfacit Rubeus d. §. ad crimē. nu. 181. quibus declaratur iam relatum statutū Ferrarię

106 l. 3. sub rubr. Qualiter & quādo procurator interuenire possit in causis criminalibus. licet enim statutum illud rejiciat hunc procuratorem, cum i defectum pœnæ pecuniariae indicitur pœna corporalis: intelligitur tñ, qñ ab initio statutum pœnā pecuniariā indicit, & in illius defectum corporalem: ita ut utrū que casum præuiderit, quod supra retulimus in regula negatiua i casu septimo. nos uerò loquimur ex mero accidenti non præuiso à statuto.

Sextus est casus, cū pœna pecuniaria p crimine priuato eo in casu à statuto indicitur, in quo & pecuniaria de iure cōi, uel saltem nō corporalis indicta erat; tunc procurator admittitur: ita Soc. d. c. ueniens. col. 11. uer. sic. secūdo casu. non habet dubitationem hic casus, siue ius commune, siue municipale spectemus.

Septimus est casus, in quo p reo criminoso procurator in iudicijs interuenire potest, nēpē qñ pœna pecuniaria est à statuto idicita p illo crimine, p quo pœna capitalis erat à iure communi imposita. hæc est magis communis Doctorum opinio, ut attestantur Soc. d. c. ueniens. col. 11. uer. aut p ius commune. de accus. Fel. i. c. meminimus. nu. 11. de accus. & Rub. d. l. pen. §. ad crimen. nu. 183. de publ. iud. quibus accedit Bal. l. 1. trāsgere. nu. 17. C. de trāf. & Ceph. consi. 20. nu. 1. §. lib. 1. & nouissimè Iulius Clarus li. 5. sen. iuris. c. ult. q. 3. 2. uer. dictū est. quę quidē cōis opinio ea rōne prima nūtiatur, qñ pœna pecuniaria hæc est à statuto idicita, quę circa obseruanda est illius natura & regula, nisi de fallēria (ut nfi dicit) doceatur. Dec. l. 1. n. 7. de reg. iur. & alibi sæpe. illius aut natura & regula est, ut procurator interueniat, nā & rōnes prohibentes hūc interuentū celsat, ergo uerè dēt posse interuenire. Accedit scđō pœnæ quātitatē attendendā esse, nō aut delicti qualitātē. l. qui cū maior. §. p. ff. de bo. lib. l. publicorū. de publ. iud. & l. qñ ad statutū. ff. de pœ. Bar. l. 2. n. 1. 2. de publ. iud. sed pœnæ quātitas fert, ut procurator interueniat, poterit ergo interuenire.

Non obstant nunc aliqua fundamenta eorū, qui aliter sentent, nēpē hoc in casu procuratorem admittendum non esse, in qua quidem opinione fuit Guido Suza. qui attestatur, referente Soc. in præcitate c. ueniens, se uidisse pro hac parte indicari. mo. 109 uetur primò is Guido, qñ origo delicti spectari debet. l. si procurator. ff. mand. l. 3. C. ad Maced. Respondet Soc. in d. c. ueniens. col. 1. uer. si. non obstat qñ debeat latam regulam ueram esse, & procedere, nisi accidens alteret ac immutat naturā originalem: iuxta l. 1. §. bestias. ff. de postula. & l. si eadem. ff. de offic. aff. idem respondit Bolog. consi. 68. i. si. quemadmodum ratione effectus, alterat hoc in casu. Secūdo 110 mouetur is Guido, qñ subrogatum sapere debet naturam illius, in cuius locum subrogatur. l. eum qui. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. §. fuerat. insti. de act. cū uulgatis similibus. Respondet Soc. d. c. ueniens. col. 1. uer. nec obstat qñ, relatum regulam non pcedere, cum subrogatum alterius diuersæ naturæ afficitur. Bar. l. 1. §. hæc actio. ff. si quis testa. liber esse iustus fueris. Cephalus d. consi. 20. numero 15. lib. 1. & idem scribit Rubeus d. §. ad crimen. numero 180. qui subiicit, rectius dici posse in subrogato cessare rationem illam, quæ in principali consideratur, & alibi plura scripsimus, ad textum uerò d. §. ad crimē. satisfacit is Rubeus ibidem numero 183. in fi.

Octauus

111 Octauus est casus, in quo procurator admittitur, quando pœna pecuniaria à statuto sancita est pro crimine publico, quod ius cōe impunitum reliquit: ut puta, si statuto sancitum sit, ne mulieres iocalia & ornamenta quædam ferre possint sub pœna centum coronatorum, & amissionis ornamentorum, quodq; 112 liceat omnibus accusare, quod lege oppia à C. Oppio Plebis Trib. apud Romanos Q. Fabio & T. Sempromio Coss. constitutum fuit, authores sunt Linus 113 lib. 3. 4. & Corn. Tacitus lib. 3. quamquā leges has esse odiosas censuerit Soci, in d. c. ueniens. col. 13. in prin. de accus. a quo nō dissentit Tiraq. de legib. cō. nub. l. 3. nu. 16. & hodie in regione Pedemontiu nō 114 ua constitutione, quam Pragmaticam uocant, sancitum est. Veneti, & Genuenses iam antiquitus obseruant; ne foris mulieres ornamentis aureis & holoseris ornatae incendant, nisi foris statutis temporibus, rectè factum, mea sententia, hoc itaq; in casu admittitur procurator secundum Socin. in præcitate loco. idem sensit Soc. alter tract. fall. reg. 3. 2. fall. 12. nam licet quod ad accusationem crimen publicū dicatur, non tñ publicū est quod ad effectus pœne publici iudicij iuxta l. j. ff. de publ. iud. & scribit in spē Bal. in rub. C. de ijs qui accus. non pos. nu. 12. in fi. & eo loci re. 115 fert Bal. simile exemplum. Si statuto caueatur p euntes de nocte puniatur pœna centū, & quilibet accusare possit. quod statutum extat Papiæ, quod ad pœnam, sed non quod ad publicam accusationem.

116 Nonus est casus, cum statutu dicit, qñ pro primò furto sit pœna centum, pro secūdo pœna corporalis, modò aliquis uno in loco, ut putā hic Patani cōmisit, secundum uerò furtum Papiæ: an, si Papiæ accusetur, ibi comparere possit per procuratorem? quod 117 quidem statutu Papię extat in criminalibus, 27. sub rub. De pœna furis. hac in re Bal. in l. seruū quo que. §. publicè. nu. 8. de procu. sensit, procuratorem posse interuenire. ea ratione, quia quod ad statutum Papiæ hoc furtum dicitur esse primū, ex quo ob furtum Patani cōmissum nulla cognitio Prætori Papię tribuitur, nec aliqua ab eo pœna indicitur. quod secundum Bal. probat l. si cui. §. cū sacrilegium. ff. de accus. & rem hanc latius explicant Bal. & Cepolla in auth. sed nouo iure. C. de ser. fug.

118 Decimus est casus, in quo procurator p reo criminoso interuenire pōt, cum statutū, uel ius cōe pœnam arbitrariā pro delicto nō atroci indicit, quem admodum plura extat exempla in statutis Papię in criminalibus, Brixia, & alibi. cetera prætereo. hoc itaq; casu dubium non est, procuratorem posse interuenire. illa est ratio, quia nō potest iudex his casibus declarare pœnam corporalē, ut latè infra q. 86. explicabimus. quo circa cessant rationes, quibus prohibetur hic procuratoris interuentus.

119 Undecimus casus est, cum pœna statuti arbitraria, et in casu atroci à consuetudine & stylo curiæ iam recipit interpretationē, ut sola pœna pecuniaria indicatur: nā hoc in casu procurator interuenire poterit: ita Soc. in d. c. ueniens. col. 17. uer. si. hoc uerum nisi talis pœna. de accus. & clarè rñdit Signoro. consi. 169. nu. 53. uer. sic. aut talis pœna. & in fi. & rectè. Est rō, quia hæc pœna non dicitur amplius arbitraria, sed ordinaria, postea quàm arbitraria esse desinit propter stylum curiæ, ut explicamus supra q.

14. ita econtrā, si obseruasset consuetudo, ut arbitraria pœna declarata esset per corporalem, non interueniret procurator; & idem probat Iulius Clar. li. 5. Sententiarum iuris. §. ult. q. 3. 2. uer. si. sed quæro. qui subiicit, hoc non procedere, cum pœna Principis arbitrio uenit indicenda: nam tunc procurator nō admittitur. quod est annotandum ad declarationem constitutionum Mediolani, quæ sæpissimè pœnas indicunt arbitrio Principis, & Senatus.

120 Duodecimus casus est, in quo pro reo procurator interuenit, ut cū delinques non dolo, sed casu & fortuito deliquit, ita Signoro. d. cōf. 169. nu. 53. uer. si. interdum homicidiū fit, illa est ratio, quia hoc casu sola pœna pecuniaria indicenda est pro iudicis arbitrio, qd latius infra lib. 2. in casu 285. explicabimus.

121 Decimus tertius casus est, in quo procurator pro reo interuenit, quando statutum pro delicto pœnā pecuniariam expressam indiceret, & dein de subijceret; & alia pœna iudicis arbitrio: ita Soci. in d. c. ueniens. col. 19. uer. si. uerò pœnaria esset. de accus. Est rō, quia iudex solūm pœnā pecuniariā per suū arbitrium declarare pōt. id quod ostendit illa d. dictio, alia, iuxta gl. si fugitiui. C. de ser. fug. quod clarè affirmat & Brunus tract. de cōstit. & statutis in uerbo, Arbitrium, uer. si. si statutum disponit. & simil. scribunt Iaf. l. 4. §. Cato. nu. 1. & ibi Hormo. Derusunum. 17. de uerb. oblig.

QVÆRO nonagesimo octauò, an iste iudex possit et suspendere per multos annos condemnationem sententiæ executionem? Et non posse arbitror, ex l. in fraudem. §. fiscalibus. ff. de iur. fisc. quo loci scribit Paulus in hæc uerba; Fiscalibus debitoribus petentibus ad comparandam pecuniam dilationem, negari non placuit; cuius rei æstimatio ita arbitrio iudicantis conceditur, ut in maioribus summis non plus, quam tres menses, in minoribus uerò non plus quam duo prorogentur, proxioris autem temporis spacium ab Imperatore postulandum est, cuius tex. arg. docuit Bar. l. ambitiosa. nu. 8. uer. item non possent executionem. ff. de decre. ab ordi. fac. et Decuriones ciuitatis habentes arbitrium super bono & pacifico statu ciuitatis, non posse suspendere, & dilationem concedere ultra trimestre executionis sniæ. quod eodem loco nu. 13. reperit, et in debitis summæ egregiæ locum habet, in paruis autem trimestre excedi potest, & idem quod Bar. scripserit reliquit Ant. Bo dius in repet. l. 2. n. 28. C. noua uer. inst. non posse.

3 Extenditur ut non solum locum habeat et in condemnatione erga fiscum, ex d. §. fiscalibus, uerū etiā in condemnatione erga priuatum, ea ratione, quia quod ad fisci et commodum statutum est, a fortiori debet esse statutum ad beneficium & commodum priuatorum, iuxta l. unicam. §. pe. C. de cad. tol. quam dū in hanc sententiam citat Bar. d. l. ambitiosa. nu. 13. in fi. hanc extensionem probare uoluit.

5 Extenditur secundò, ut procedat etiam et quo ad

condemnationem capitalis sententiæ, quā hic iudex per multos annos differre non potest, sed quam prius executioni mandare, ne carcer sit ad pœnā, sed ad custodiam, iuxta l. i. ff. de custo. reo. & diximus in pra. q. 56. quæ sententia fortius procedit, quā executionis dilatio tumultum in populo moueret, ut probat l. qui cædem, ubi Marf. nu. 2. ff. ad l. Corn. de sic.

6 Declaratur primò, ut locum sibi non et uendicet relata conclusio, quā iusta causa differendi eam executionem subesset, ut plura adferri possunt exemplata in pecuniarijs et in capitalibus condemnationibus. in pecuniarijs enim esse potest exemplum cū executioni irretactabili obijcitur nullitatis exceptio: nam cum irreparabile damnum afferratur, si exequatur, audienda in primis erit exceptio nullitatis, etiam si altiorē indaginem requirat; ita Bal. in l. ab executione. C. quo. app. nō recip. Ripa l. 4. §. condemnatū. nu. 21. ff. de re iud. ubi Alex. & alios citat. qui nu. 23. subijcit casum, qui ad rem hanc nostram confert, quā scilicet obijcitur et nullitas proueniens iurisdictionis defectu, ex glof. sing. clem. j. de sequetr. poss. & fruc. idem sentit Calca. consi. 16. nu. 48. Est et tertium exemplum, quā obijcitur exceptio illa, latam esse sententiā per falsas allegationes: nā, & si hoc casu exceptio hæc altiorē indaginem postulet, attamen per eam executio suspenditur ac differtur, donec super ea cognitū fuerit; ita latè Ripa. d. §. condemnatum. nu. 26. qui multos huius opin. Doctores retulit. In executione uerò pœnæ capitalis differenda, adferri hic possent exempla illa omnia, omnesq; illi casus, quos longa serie retulit Marf. in pract. crim. §. oportune. n. 1. 2. 3. 4. 5. 6. apud quem legere poterit, qui uolet. eos plānè tum breuitatis studio, tum, ut ne benenolum lectorem nostrum onerem, silentio inuoluere uisum fuit, sat est locum indicasse.

S V M M A R I V M

- 1 Arbitrium datum pro criminibus in territorio commissis, non extendi ad commissā extra territorium.
- 2 Iudicis imperium extra suum territorium esse nullū.
- 3 Arbitrium strictè interpretandum.
- 4 Vrbs est, qua muro cingitur.
- 5 Priuilegia concessa in urbe, non extendi ad suburbia.
- 6 Frumento legato quod est in castro, non uenire, quod est in urbe.
- 7 Dictionem, in, idem quod, intra, sig. isti care.
- 8 Arbitrio concessa in ciuitate, non extendi ad ciuitatis suburbia deinde ciuitati inclusa.
- 9 Vacaturam primam impetrans in ciuitate, non obtinet uacantem in suburbij.
- 10 Arbitrium concessum in ciuitate, extendi ex iuxta ratione ad suburbia.
- 11 Morbo affecti prohibiti esse in ciuitate, prohibentur et esse in suburbij.
- 12 Iurisdictione ex Principis beneficio concessa, censeri et concessam in suburbij.
- 13 Beneficium Principis latè interpretandum.
- 14 Legatum strictè interpretandum.
- 15 Legatum consanguineo factum largè interpretari.
- 16 Arbitrium datum super delictis commissis Papiæ, uel Patauij, extendi et ad perpetrata in continentijs.
- 17 Romæ appellatione continentia contineri.
- 18 L. nam quod liquida. §. si nā. de pœn. leg. explicatur.

- 19 *Arbitrium his uerbis datum: habeat arbitrium super delictis in ciuitate Patauij, an commissa in suburbijis comprehenduntur.*
- 20 *Nomen proprium restringit appellatiuum.*
- 21 *Vicus pars ciuitatis.*
- 22 *Ciues dici in castris & uillis ciuitati subiectis.*
- 23 *Iurisdictio concessa in ciuitate, completi & uicos ac comitatum.*
- 24 *Vicos moderari legibus ciuitatis.*
- 25 *Statutum Patauinum de consilio sapientis, in eius comitatu obseruari.*
- 26 *Aronam oppidum Ducatui Mediolanensi supposita.*
- 27 *Statuta ciuitatis pœnalia, non habere locum in uicis & comitatu.*
- 28 *Ciuum appellatione proprie comitatenses nō uenire.*

QVÆSTIO XCIX.

QUANDO DATVM ARBITRIVM PRO delictis in ciuitate commissis extendatur ad perpetrata in suburbijis, uicis & comitatu, plenè disputatum.

QVÆRO nonagesimo nono, an arbitrium iudici concessum super delictis in urbe commissis, ut suo arbitrio illa puniat, extendatur et

- ad dilecta & extra urbem perpetrata: hanc quoniam in specie mouet Bal. in c. Rodolphus. nu. 7. uer. si item si statutum, de rescrip. & eo loci Fely. nu. 2. & intelligit Bal. extra urbem, quatenus urbs muro cingitur, & ut in continentijs & comitatu, nam si de commissis extra urbem, hoc est, extra territorium loqueretur, disputatio careret probabili dubitatione: quandoquidè
- 2 extra territorium iudicis nulla est potestas & imperium. l. extra territorium. de iuris. om. iud. Cōcludit itaque Bal. nullum arbitrium extra urbem concessum ceteri. ea ratione utitur, quia & arbitrium hoc concessum est extraordinarium & contra ius cōe, non ergo extendi debet, sed restringi potius. Ego, ut re plenius ac clarius absoluam, duos casus distinguo.
- Primus est, cum statutum his uerbis utitur, q̄ homicidia perpetrata in urbe ista puniantur arbitrio iudicis, si homicidium committatur in continentijs, dubium non est, non posse puniri arbitrio iudicis. est ratio, quia & urbs proprie dicitur, quæ muris cingitur. l. 2. l. ut Alphenus. l. ædificia. de uerb. sig. Cum ergo arbitrij concessio sit quid extraordinarium, & contra ius commune, ut dicit Bal. sintq; etiā statuti uerba proprie intelligenda. l. 3. §. hæc uerba, de nego. gest. & Alex. in rub. ff. so. matr. nu. 13. post Iac. Belu. affirmat, in priuilegijs contra ius commune concessis ciuitati, non comprehendi suburbia, sequitur arbitriū nō se extendi ad illa. Accedit decisio Gramma. consil. 48. nu. 4. qui post Alex. & alios, quos citat, respondit, statutum Neapolitanum, quo pœna mortis indicitur ciuibus uirgines deosculantibus, non comprehendere casalia, i. continentia habitantes. Confirmatur ex eiusdem Baldi doctrina in d. c. Rodolphus n. 8. & ibi Fely. nu. 3. q̄ si testator relinquat frumentum, quod habet in ciuitate, solū debetur, quod est in urbe, nō autem quod reperitur in continentijs, sicq; in suburbijis. non dissentit Bar. d. l. 2. nu. 3. de uer. sign. Crau. consil. 267. col. 1. uer. si uideretur prima. Accedit & q̄

illa dictio, in, significat idem q̄ intra: sed dictio, intra, solum ostendit quæ intus continentur. l. 1. §. cū urbē. de offi. Præfecti urb. ergo idem hoc in casu.

- 8 Extenditur primò, ut procedat etiā & si ciuitas deinde muris ampliatur, atque ita continentia includatur: nam adhuc non competit arbitrium in delictis in illis perpetratis. idq; ex Bal. auctoritate. d. c. Rodolphus. nu. 8. & ibi Fel. nu. 2. inquit ista, q̄ si quis impetrat primam uacaturā in ciuitate, non potest consequi uacaturam in continentijs, deinde in ciuitate per nouos muros inclusis, ex glo. l. fed. & probari. §. ult. de excus. tuto. istis tñ aduersatur doct. Bart. in l. 2. in fi. prin. de uerb. sign. dum docuit, ciuitatis nomine appellari suburbia nouis muris inclusa.
- 9 Declaratur primo, non procedere, quando ratio prohibitionis delicti, cuius pœna iudicis arbitrio commissa est, suaderet in arbitrii concessione comprehensa esse & delicta in suburbijis commissa, ut puta in casu c. si ciuitas, de sen. excom. in 6. interdictum ubi in suburbijis posset celebrari. ita ex illo tex. docuit Abb. in d. c. Rodolphus. nu. 13. & ibi Fely. nu. 4. uer. limita dupliciter. qui & alia exempla adfert. illud multum
- 10 conuenit, si morbo illo graui, quæ peste uulgo appellant, affecti prohibeantur in ciuitate esse, intelliguntur et prohibiti esse in suburbijis. cum ratio prohibitionis hoc ostendat, ne scilicet ciuitas inficiatur, & hoc exemplo nititur Bald. in cap. significauit. num. 12. de rescrip.
- 11 Declaratur secundo non procedere, quando largam admittitur interpretatio, ut puta in beneficijs principum. Nam, si iurisdictio ciuitati concedatur, erit etiam concessa in continentijs: ita probat l. j. §. cū urbem. ff. de offi. Præfecti urb. ita Bar. d. l. 2. in prin. in 1. oppo. & ibi Alc. nu. 1. de uer. sign. Abb. d. c. Rodolphus. nu. 1. & ibi Fely. nu. 6. uer. limita secundo. si ergo suo priuilegio beneficium hoc conferat Princeps alicui, ut suo arbitrio possit diffinire aliquod genus causæ in ciuitate, poterit & diffinire, quæ ex continentijs urbis orientur: cum beneficium latam admittat interpretationem. l. beneficium. ubi Ias. num. 25. de const. prin. & in specie sensit Alb. de Ros. trac. statuto. parte 2. q. 177. Rex. col. 2. Niconitius rubr. fol. matr. nu. 123. & nu. 125. idem esse dixit in priuilegijs, præter ius commune. Nec illud aduersatur, arbitrium ipsum esse quid extraordinarium, atque ita contra ius commune, & ob id strictè interpretandum, ut supra diximus, quia hic latam habet, cū beneficio Principis sit tributum: qualitas. n. concessionis ex persona concedentis efficit, ut illa dispositio, quæ alioqui strictam reciperet interpretationem, largam tunc admittat. sic uidemus legatum, quod strictam interpretationem habet. l. unū ex familia. §. si rem. de leg. 2. & l. nummis. de leg. 3. Dec. l. in testamentis. de reg. i. u. attamen si fiat legatum & consanguineis & affinis, largè illud interpretatur: ita in specie nostra rñ dicit Craue. consilio 297. numero 2. dum affirmauit, legatum factum de omnibus domibus sitis in ciuitate Salutarum comprehendere & sitas in suburbijis Salutarum, cum legatum coniunctis personis factum esset, atque ita ibi citat d. §. cum urbē, nec non relatos interpretes. ea ratione, quia legatū coniunctis factum largè interpretatur. l. si seruus plurium. §. ult. de leg. j. l. Aurelius. §. Titius. ubi Bar. de lib. leg. Soc. l. j.

- l. j. col. 3. uer. secundus casus. de reb. du. Dec. cōsi. 92. Goza. consil. 82. nu. 12. & Craue. consil. 297. nu. 1.
- 16 Secundus est casus, cum datum est arbitrium & super delictis, quæ commissa erunt, ut puta Patauij, uel Papig, tunc tributum etiam dicitur arbitrium super his, quæ in suburbijis perpetrata erunt: nam hæc nomina propria sub se continent & continentia, d. l. 2. l. ut Alphenus. l. ædificia. de uerb. sign. & licet Bar. in d. l. 2. & alij nonnulli in d. c. Rodolphus. constituat differentiam inter Romanam & cæteras Vrbes, ut. si appellatione & Romæ continentia ueniant, appellatione uerò alterius, ut puta Patauij non, ex l. nam qd liquidæ. §. si ita. de pen. leg. ueruntamen nunquam placuit leuis hæc differentia. Nam Iuriscons. in d. l. 2. in l. ædificia, ac alijs i locis exempli gratia, non aut de sola ipsa Roma locutus est, exempla aut non restringere, sed declarare solent, l. damni infecti qui dam. de dam. infe. nec aduersatur is tex. & d. l. nam qd liquidæ. §. si ita. qm̄ eo loci Iuriscons. solum uoluit dicere, Romam suburbia & continentia habere, quibus careret ferè omnes aliæ ciuitates Italiae: ut uidemus hic Patauij, Brixie, Cremonæ, Placentiæ, Taurinij, & alibi sæpe: si enim Iuriscons. ob quandam excellentiam solam Romam continentia completi dicere uoluisset, non dixisset ferè omnes, sed absolute dixisset omnes, una excepta Roma.
- 19 Extenditur primò, ut procedat, etiam & si statutum utrunq; nomen proprium. l. & appellatiuum coniungat hoc modo: iudex suo arbitrio puniat delictū homicidij commissi in ciuitate Patauij: nam & arbitriū hoc extenditur ad commissi in continentijs, quoniam magis attenditur hoc casu significatio proueniens ex nomine proprio, q̄ ex appellatiuo. cum nomen & proprium tanquam indiuiduū restringit appellatiuum, & uerbum ultimo loco prolatur conclusionem ac totius orationis determinationem facere dicitur. arg. l. si cū fundum. de uerb. sig. & in hac sn̄a fuit Bald. in d. c. Rodolphus. nu. 8. in fi. de rescrip. reiecta opin. Bar. in d. l. 2. nu. 3. in fi. de uerb. sig. qui post Azon. censuit esse spectandam significationem nois, quod procedit, ut si dicitur in ciuitate Patauij, nomen appellatiuum attendatur, non aut propriū, ex l. cōis seruus. de stip. ser. cui tamen respondit Bald. d. c. Rodolphus. nu. 8. in fi. q̄ ibi uerbum, secundum, erat positum loco solius demonstrationis. de illius responsi sensu plura diximus alibi.
- 20 Extenditur secundo, ut procedat et & quod ad ea quæ perpetrata erunt in comitatu, hoc est, in uicis ipsius comitatus ciuitatis, ita. n. sub ciuitate sunt ut partes ciuitatis censentur. l. qui ex uico. ff. ad municip. qua adductus docuit Fel. in d. c. Rodolphus. nu. 6. uer. si. Limita secundo, de rescrip. post Bar. in l. j. ff. ad municip. & in l. non dubito. ff. de capt. & ciues dici in castris, & uillis ciuitati subiectis natos & habitates. idē censuit Fel. d. c. Rodolphus. num. 3. ubi declarat. & Boer. q. 13. nu. 26. 49. ubi declarat, & Alc. respons. 77. nu. 2. & in specie magis docuit Bal. in l. j. §. in initio, aliās, cum urbem, de of. Præf. urb. q̄ sit concessa sit iurisdictio ciuitati sub eo nomine proprio, extenditur etiā ad comitatū uicosq; & cum Bal. sensit Fel. iam relatus, quo loci docuit, & uicos regi ac moderari statutis legibusq; ciuitatis, cui subsunt. id quod scribunt Ias. in §. rursus, num. 24. in fi. de act. est glo.

in lex ea. ff. de postul. quam communiter receptam esse censuit Soci. sen. consil. 7. col. j. & consil. 74. col. j. lib. 1. Deci. consil. 389. num. 7.

- Hinc respondit Raphael comen. consil. 144. Vide retur prima. & Statutum Patauinum q̄ sapientes eligantur de collegio Doctorum Patauino, esse obseruandum in loco Montifallicis ciuitati Patauinæ supposito. Comen. secutus est Soc. Iun. consil. 2. nu. 30. lib. 1. qui alia retulit. idem censuit Rui. cōsi. 18. nu. 8. lib. 5. Rol. à Val. tracta. de lucro dotis. q. 85. nu. 4. Paris. consil. 25. col. ult. lib. 4. qui multa de statutis, de consuetudinibus ciuitatis in uicis obseruandis scribit. sic Neuiz. consil. 58. nu. 6. qui declarat non habere locum, quando ipse uillæ habent statuta particularia.
- 26 & respondit Alc. respons. 77. & Aronam supposita imperio Ducis Mediolani, statutis ac decretis ipsius Ducatus regi ac moderari debere. sic priuilegium concessum ciuitati extenditur ad castrum, & loca ciuitati supposita. omnes l. ult. C. de sacros. eccl. Balbus tract. præc. in 3. par. princ. particula 3. in fi. quod intelligitur de priuilegio, quod a solo concedente pendet, quod beneficium uerius dicitur. late Niconitius rub. ff. sol. matr. nu. 119. contra tamen hanc extensionem multum urget Gramm. consil. 48. nu. 4. qui post Alex. d. rub. ff. sol. matr. nu. 13. & ibi Ludo Bolog. affirmat, & statuta pœnalia ciuitatis non habere locū in uillis & comitatu. uerum responderi potest, Alex. & ceteros loqui, quando pœnalis dispositio de ciuibus loquitur, non autem de ciuitate, quia ciuium appellatione non continentur comitatenses, ita itellexit & distinxit Franc. Niconitius in d. rub. ff. solu. matr. nu. 123. nec aliter sensit Alb. Ros. tract. statuto. 2. par. q. 177. Rex. col. ult. Rursus responderi etiam potest, Gramm. loqui in statuto Neapolitano, quod loquitur de ciuitate, non sub nomine proprio, sed appellatiuo; qui casus est primus iam relatus. Verè. n. & 28 & ciuium appellatione sub ciuitatis hoc nomine appellatiuo non ueniunt comitatenses. Soc. sen. consil. 86. nu. 1. lib. 4. si enim, ut diximus, non ueniunt habitantes in suburbijis, fortius comitatenses. sed plus urget quod respondit Soci. sen. d. consil. 86. nu. 2. in odiosis & pœnibus comitatenses nō contineri sub dispositione, quæ loquitur de ciuitate sub nomine proprio, inquitq; hæc esse communem opinionem: est ergo cogitandum.

S V M M A R I V M.

- 1 *Arbitrium in ciuitate datū an extendatur ad loca confœderata.*
- 2 *Fœderati populi qui.*
- 3 *A cursu interpretatio ad l. non dubito. ff. de capt. & postlim. reuers. reiecta.*
- 4 *Fœdus apud populum Romanum cuius autoritate firmaretur.*
- 5 *Fœdus, qua solēnitate apud Romanos percuciebatur.*
- 6 *Fœderis genera duo.*
- 7 *Deditiorum fœdus quod.*
- 8 *Fœderati populi liberi erāt ab imperio populi Romani.*
- 9 *Fœderatos æquo fœdere exilij causa ad confœderatas ciuitates confugere olim potuisse.*
- 10 *Bart. l. non dubito. num. 2. ff. de capt. & postlim. reuers. declaratur.*

- 11 *Arbitrium in sua ciuitate habens, non habere in fe-*
derata a quo federe.
- 12 *Fœdus æquum inter Carolum V. & Regem Gallia-*
rum initum.
- 13 *Fœdus impar quod, & de eius forma.*
- 14 *Liuij locus.*
- 15 *L. non dubito. in fin. ff. de capt. & postlimi. reuerf. in-*
tellectus.
- 16 *Bannitos unius ciuitatis confederatæ federe impari*
ad aliam confugere non posse.
- 17 *Fœderatas ciuitates suos magistratus retinere.*
- 18 *Marchia Ceuæ quomodo confederata cum Astenfi*
comitatu.
- 19 *Castrum, uel oppidum cõmittens se protectioni alicui*
Principis, quomodo illi subiectum efficiatur.
- 20 *Confederationem subiectionem non indicere.*
- 21 *Principem in loco sibi confederato & adherenti, nõ*
ius dicere, nec illi collectas indicere.
- 22 *Arbitrium in loco confederato non exerceri.*
- 23 *Fœdus dedititium quod.*
- 24 *Dedititios Romanorum legibus subiectos fuisse.*

QVÆSTIO C.

QVANDO ARBITRIUM AD LOCA
confederata protrahatur, & de antiquo mul-
tiplici Romanorum federe, eorumq; for-
ma & solennitate enarratum, & de
intellectu l. non dubito. ff. de
capt. & postlimi. reuerf.

- 1 QVÆRO centesimo, an in dextera nostra, cui
datum est arbitrium in causis cognoscendis
ac finiendis, suum hoc arbitrium exercere possit in
ciuitatibus, uel oppidis illi suæ confederatis? Hanc
questionem in specie ab aliquo propositam, quan-
tum aliorum commentaria uiderè licuit, non uidi.
- 2 ut eam absoluiam, aliqua de populis fœderatis & di-
cenda sunt. Fœderati itaque populi Romani olim
erant ij, cum quibus populus Romanus amicitiam
coierat, socij; Romani populi appellabantur, quod
omnium primus annotauit Budæus uir eruditissimus
in annota. Pandectarum ad l. non dubito. ff. de
capt. & postlim. reuerf. & deinde Alcia. respon. 460.
- 3 num. 1. explosa mala & Accursij interpretatione, qui
fœderatos interpretatus est illos esse, cum quibus
- 4 induciæ factæ sunt. & fœdus autem autoritate popu-
li Romani, non Regis firmabatur, neq; ad tempus,
- 5 sed in perpetuum & per fœciale publicum populi
Romani nũcium solenni præcatione adhibita, quod
ex M. Tullio, Liuijo, Polybio, Claud. Suetonio, ac alijs
permultis memoriæ prodidit uir impensè doctus
Carolus Sigonius lib. j. de antiquo iure Italiae. c. 1.
- 6 & fœderis autem propriè duo esse genera (& si ter-
tium addant alij) explicite ostendit Proculus in l. nõ
dubito. ff. de capt. & postlim. reuel. unum quod ille
æquum, a micitiæ causa factum, appellat, ibi, item
siue æquo federe, in amicitiam uenit, alterum mi-
nus æquum, siue impar, quod ostendunt eiusdem
Proculi uerba, ibi, siue federe comprehensum est,
ut is populus alterius populi maiestatem comiter
conseruaret. Tertium genus & dedititiorum sua par-
titione completitur Liuius, quem mox referam.

Primum fœderis genus, quod æquum appellatur,
ueram utraque ex parte æqualitatem habebat:
& olim apud Rom. ita fœderati unus populus alte-
ri fœdere iuncto superior non erat. ita scriptum re-
liquit Liui. lib. 4. decadis quartæ. de quo statim. cum
pares bello æquo federe in pacem atq; amicitiam
uenirent: tunc .n. repeti reddiq; per cõuentionē res-
solebāt. & clarius Proculus i. d. l. nõ puto. ibi, etenim
quid inter nos atq; eos postliminio opus est, cum &
illi apud nos & libertatem suam & dominium rerū
suarū æquè apud se retineant, & eadem nobis apud
eos contingat. hæc ille. & aded liberi erant & fœderati
ij populi, ut populi Romani magistratus cum eos ad-
hiberent falces licitorios deponerent. hoc ostendit Claud.
Suetonio. dum ita scribit in Caligula c. 3. domi forisq;
ciuilis libera ac fœderata oppida sine licitoribus ad-
ibat. quin in has ciuitates & fœderatas æquo federe exi-
lij causa cõmigrare ciuibus Romanis permisū est.
q̄ testatur Polybius lib. 6. suæ historiæ, dum ait: Est
aut fugientibus securitas, ut in Neapolitanorum, &
Prenestinarū adhuc, & Tiburenorum ciuitate, ac re-
liquis federe cõiunctis, cuius sanè loci meminit & Car-
olus Sigonius lib. 2. de antiquo iure Italiae. cap. 14. Quo
circa rectè censuit Bar. in d. l. non dubito. nu. 2. & bā-
nitum (ut nostri uocant) ex una ciuitate alteri fœdera-
ta nõ esse ex altera bānitū. rectè iquā Bar. si de æquo
federe intelligit. & clarius Bal. l. quibus. nu. 25. uersū.
quintò queritur. ff. de legib. dū d. l. nõ dubito, inter-
pretatur. sic Iacobi. in inuestitura feudali i. uerbo, de
adherētibus & cõfederatis. col. 3. uersū. nũc uenio. ef-
fici tñ posse expresso facto, ut æquè bāniti unius ac
alterius ciuitatis nõ possent in utrius recipi. efficit enim
adhuc æquale fedus. q̄ nõ negat Bar. & Bal. locis
iā citatis. hac ergo in fœderatione dicendū est, nõ pos-
se habentē arbitriū in sua ciuitate eo uti posse in al-
tera, fœdere hoc æquo iuncta, cum utraque suos ma-
gistratus & suam potestatem æquè retineat. hoc & fœ-
dus non semel inter se percusserunt Carolus V. Im-
perator, & Franc. Galliarum Rex, nec non, & il-
lius successores, uti meminit Petrus Bellus tra-
cta. de re milita. parte 10. De pace. numero 111.
qui aliqua egregia de his fœderatis scribit ibi, & par-
te 2. tit. 13.
- 13 Secūdū uetō & fœderis genus, q̄ impar appellatur,
efficit, ut unus populus sit alteri superior. hoc ostendunt
Proculi uerba in d. l. nõ dubito, ibi, siue federe
comprehensū est, ut is populus alterius populi maie-
statē comiter cõseruaret. hoc enim adijcitur, ut intel-
ligatur alterū populū superiorē esse. erat enim comi-
ter maiestatem cõseruare, obsequiū obseruantiaq; libe-
ris nõ indignā, nec idecorā imperio populōq; Rom.
præbere, curareq; ut imperiū sēper penēs Romanos
esset. ita explicauit Budæus in annot. ad d. l. nõ du-
bito. autoritate Mar. Tul. in oratione p̄ Cornelio
Balbo. & clarius ex Liuijo lib. 8. decadis 4. dū in hæc
uerba scripsit, Diu iactari Aetoli. tandē ut conditio
nes pacis cõuenirēt, effecerūt. fuerūt autē hæc. Impe-
riū maiestatemq; P. R. gens Aetolorū cõseruato sine
dolo malo. Ne quem exercitum, qui aduersus so-
cios, amicosq; eorum duceret, per fines suos transi-
re sinito, nè ue ulla ope iuuato. hosteseo dē habeto,
quos R. P. armaq; in eos ferto, bellumq; pariter geri-
to. p̄ fugas, fugitiuos, captiuosq; reddito. hæc ille, &
quæ

quæ subsequuntur. quæ sanè clara Liuij uerba pro-
bat, Roma exules, qui & hostes indicati sunt, potu-
it se in has fœderatas ciuitates commigrare. si etenim
licere, non populi Romani maiestas ab eis conserua-
ta, sed spreta, non redditi per fuge & fugitiui, sed con-
seruati foret. erat etiam hæc data Romanis Magistra-
tibus, & in iam damnatos ex ciuitatibus fœderatis
posset animaduertere. hoc ostendit uerba Proculi in
15 d. l. non dubito, in si. ibi, at si sunt apud nos rei ex ci-
uitatibus fœderatis & in eos damnatos animaduerti-
mus. quæ sanè uerba Alcia. lib. j. parerg. iuris. c. 14. &
ante eum Budæus loco iam sepius citato intelligit, ut
rei damnati a suis ciuitatibus populo Roma. fœdera-
tis plecti possent. cum ergo ex ciuitate fœderata ali-
quis domi delictum perpetrasset, a populo Rom. dā-
nari quidem ea ratione non poterat, quoniam, ut Bu-
dæus scribit, non licebat Romanis magistratibus in
illos populos fœderatos ius dicere: sed si is damna-
tus reus Romam se contulisset, in eum Romani ma-
gistratus animaduertere poterant. & hanc uerorem
interpretationem esse opinor, quidquid eo loci Bar.
& Bald. in d. l. de quibus. num. 25. comminiscantur.
- 16 intelligimus itaq; q̄ quando & fœdus inter duas
ciuitates fit, ut una alterius & econtrā maiestatem
comiter tueatur, ut unā alterius hostes non adiuuet: bā-
nitos unius ciuitatis in alteram commigrare nõ pos-
se. quod sanè fœdus operari idem uidemus, ac si ex-
pressa lege municipali cautum foret, ne bannitus in
fœderatam ciuitatē commigrare possit, ut huius sta-
tuti meminit Bar. d. l. nõ dubito. nu. 3. de capt. & post-
lim. reuerf. & in l. cunctos populos. nu. 44. C. de sum.
Trin. & fide catho. & cum eo senserūt Soc. Sen. cõsi.
86. num. 4. lib. 4. Marfi. in lult. nu. 27. de iurisd. om.
iud. ita intelligo Brunum cõsi. 86. num. 5. 6. & plu-
ra scribit Marfi. in pract. crim. §. Opportunè. nu. 36.
- 17 intelligimus etiam ex relatis, hos populos ita fœde-
ratos suos magistratus retinuisse, & ob id magistrat-
populi Roma. in eos non ius dixisse. quare rectè con-
sultuit Bal. quem refert Iacobinus a Sancto Georgio
in inuestitura feudali De adherentibus & confedera-
tis. colum. 2. uersū. subsequenter quaro. Marchiones
Ceuæ ex facto federe cum Duce Aurelianensi tunc
Astenfi Comite, non trastulisse in ipsum Comitē iu-
risdictionem aliquam, ex d. l. non dubito. & simili in
casu respondit Rom. cõsi. 444. colum. 2. idem sensit
Soc. sen. cõsi. 74. colum. 3. uersū. præterea dictum
castrum. lib. 1. qui alijs Bar. & Baldi relatis authorita-
tibus rñdit, & castrum committens se protectioni ac
defensionis, sicq; fœdus cum ciuitate percipiens, non
transferre aliquam iurisdictionem in eam cõtra se,
sed liberum permanere. idem censuit Deci. consilio
564. num. 11. & pulchrè Soc. Iun. cõsi. 11. num. 6.
lib. 1. sic respondit Paris. cõsi. 16. nu. 25. lib. 4. ex his
fœderibus, quæ recommendationes is appellat, rem
feudalem nõ effici, sed liberam remanere. idem affir-
mauit Restaurus trac. de Imperatore. q. 109. in si. idē
20 censuit Brunus cõsi. 86. nu. 3. dum respondit, & con-
federationem non inducere subiectionem, sed solū

sub illius protectione recipi. & ob id subiecit post
Mart. Laud. q̄ si ciuitas aliqua recepta fuerit à Rege
sub sua protectione, non efficitur sub iurisdictione
Regis. quam assertionem confirmat ex tex. c. ex par-
te. il. 1. de priuileg. ab his non dissentit Cagn. in pro-
cem. pande. in prin. nu. 56. imò ex d. l. non dubito.
d. c. ex parte. ac autoritate Martini Lau. & relatorū
21 respondit Natta cõsi. 301. lib. 2. & Principem, cum
quo fœdus seu adhærentia facta est, non posse ius di-
cere, & per consequens collectas loco federato indi-
22 cere. in casu ergo nostro dicendum omnino est, & ar-
bitrium exerceri non posse in loco fœderato. atque
ita in specie clarisq; terminis arbitrii cõsultuit Abb.
cõsi. 51. ad dilucidationem illius concertationis. li-
bro 2. dum respondit, ex fœderatione facta ab oppi-
do Scarlini cum oppido Plumbini, nõ potuisse illos
magistratus Plumbini, ex arbitrio sibi in loco Plum-
bini tributos, suo arbitrio punire delinquentes Scar-
lini, quoniam nec in eos ordinario iure iudicare
poterant; ex d. l. non dubito. & d. cap. ex parte tua. de
priuileg.
- 23 Tertium genus & fœderis est, quod deditum di-
citur. hoc inter duo relata collocauit Liuius, dum
lib. 4. decadis quartæ sic Menippum Antiochi Regis
legatum perorantem recenset. Esse autem tria gene-
ra fœderum, quibus integrè pacifcerentur amicitias
ciuitates, Regesq;: unum cū bello uictis dicerentur
leges: ubi enim omnia ei, qui armis plus possit, dedi-
ta essent, quæ ex ijs habere uictos quibus multari
eos uelit, ipsius ius atque arbitrium esse. Alterum cū
pares bello æquo federe in pacem atque amicitiam
uenirent, tunc repeti reddiq; per cõuentionem
res, & si quarum turbata possessio sit, eas aut ex
formula iuris antiqui, aut ex partis utriusque cõmo-
do componi. Tertium esse genus, cum qui hostes
nunquam fuerint, ad amicitiam sociali federe inter
se iungendam coeant, eos neque dicere neque acci-
pere leges: id enim uictoris & uicti esse. Hæc Liuius,
quibus uerbi nil profectò docemus aliud, nisi dedi-
tos esse in fœdere, quamquam iniquo. quorum sanè
deditiorum conditio iniqua aded erat, ut uerè non
in fœdere, sed in ditione esse diceretur, id quod mul-
tis Liuij relatis locis apertè ostendit Sigonius. d. lib. j. de
antiquo iure Italiae. cap. 1. propè fin. hinc fit, ut rectè
Proculus duo tantum uera fœderis genera in ea. l. nõ
24 dubito, recensuerit. Cum ergo in hos & deditios le-
ges ferrent Romani, & suam ditionem exer-
cerent magistratus, illud sit consequens, iudicem no-
strum in similibus fœderatis suæ ciuitati, in qua ius
dicendi arbitrium ipse habet, posse suū arbitriū exer-
cere, cum uerè sibi subiecti sint. quo in casu rectè
procedunt rationes Socin. Senior. consilio 74. co-
lumbina secunda, libr. 1. dum argumentatur in eos,
qui se submiserunt, ius dici posse, cum ex submis-
sione subiecti censeantur. & ideo qui ius dice-
re, ait ille, in capite potest, potest & in mem-
bris. Hæc habui, quæ ad hanc questionum centu-
riam scriberem.

IACOBI MENOCHII IURISCONSULTI EMINENTISSIMI, DE ARBITRARIIS IUDICIUM Liber Secundus.

Centuria Prima.



QVONIAM superiore libro ea, qua potuimus, breuitate, expositum a nobis est, quod duplex sit iudicis arbitrium: quomodo a iudicio differat: quid liberum, quid regulatum sit arbitrium: quomodo uel unum uel alterum, aut iure aut Principum rescriptis, aut partium conuentione sit tributum, ac tandem quanta sit huius iudicis in procedendo & iudicando potestas, nedum in pecuniarijs, uerum & in capitalibus causis: ratio deinceps postulare uideretur, ut pro instituta methodo casus illos enumeremus hoc libro, quos in iudicium arbitrio a iure positos obseruauimus. Diximus. n. ea, que satis commodè pro rerum uarietate a iure diffiniri non potuerunt, in iudicium uoluntate fuisse posita. Hos ergo casus ut enumerem, ordinem uix obseruabo, cum male obseruari posse prouiderim. ut. n. singuli casus sese offerent, illos congruentiori loco recensebo. Et ab eo initium sumam, in quo de tempore a iure minimè præfinito agitur. Libenter, pfecto a tempore exordior, quod rem maximi ponderis esse sciam: nam (ut Euripides dicebat) cum tempus obscuret omnia, & obliuione inuoluat, curandum maximè est, ne incassum, & cum aliorum iactura labatur. Non ignoramus praterea, rerum omnium prudentissimum esse tempus, ut Thales Milesius ex septem sapientibus primus, admonuit, quare nec immeritò scripsit Menander, & si cetera tempus auferat, prudentiam tamen non auferre, sed firmiorem facere: proposito ergo muneri incumbamus.


S Y M M A R I V M.

- 1 Tempus deliberandi iudicis arbitrio hæredi datur.
- 2 Tèpus deliberandi quod a Iustiniانو pstitutum fuerit.
- 3 L. 1. §. largius. ff. de success. edic. explicatur.
- 4 L. cum antiquioribus. C. de iure deliberandi. declaratur.
- 5 Tempus ad deliberandum a Pratore interdum prorogari.
- 6 Tempus ad deliberandum prorogari ad libitum, partium uoluntate.
- 7 Clausulæ decreti annullatiue inductæ ad fauorè priuatum, partium consensu renunciari.
- 8 Tempus centum dierum a Pratore datum hæredi ad deliberandum, a iudice coarctari non posse.

- 9 Tempus centum dierum ad deliberandum ex iusta causa restringi.
- 10 Recedere licet a regulis iuris iustam ob causam.
- 11 L. 4. ff. de iure delib. declaratur.
- 12 Tempus deliberandi, ut creditoribus sit satisfactum, coarctari posse.
- 13 L. 1. ff. de cur. bo. dan. explanatur.
- 14 Riminaldi consideratio reiecta.
- 15 L. si curatoris. C. de iure delib. interpretata.
- 16 Tempus ad deliberandum, ut creditoribus satisfiat, sine causa coarctari non posse.
- 17 Successorij edicti fauore creditorum introductum.
- 18 Tps ad deliberandum ob cam creditorum iusta ca coarctari.
- 19 Ca iusta coarctandi tempus ad deliberandum que sit.
- 20 Tempus anni, & nonimestre a Iustiniانو concessum ad deliberandum, ex causa coarctari posse.

C A S V S I.

DELIBERANDI TEMPVS HÆREDI DATUM ad hæreditatem adeundam tam iure Prætorio, quam ciuili, & de illius prorogatione & coarctatione explicatum, simulq; disputatum.



IUSTA ratione lex constituit, tempus aliqd indulgendum esse hæredi ac successorij, iã uita functi, in tra qd deliberare possit, an hæreditatè agnoscere uelit, necne; ne imprudenter oneri hæreditario alligetur. cuius rei meminit Vlpianus in l. j. §. ult. ff. de iure deli. cū dicit, tēpus, nec adijcit diē, sine dubio ostendit esse i iudicis præte quō diem præstituat.

Hęc olim in Prætoris edicto, qd interpretatur Paulus l. 2. illo titulo, ubi ait, nō minus cētū dierū esse cōcedēdū, & scribit Frac. d. Marchis q. 25. Iustinianus aut uisus est tēpus hoc præfinire, dū in l. ult. §. sed quidē. C. d. iure delib. statuit his hæredibus ex Principis rescripto annū tm̄: ex iudicū uerò inferiorū cōcessione, nonimestre. sūt tm̄ qui credunt, iã olim arnū a Pratore, uel ab eodē Iustiniانو præstitutū fuisse. a Pratore inq; in l. j. §. largius. ff. d. succes. edicto. a Iustiniانو in l. cū antiquioribus. C. de iure delib. quos obices, ut dissoluāt nri interpretes, multa attulerūt in ea. l. ult. §. sed quia, ibi Castr. & Alex. in si. idem in rub. C. de succe. edicto, nu. 2. in si. ego aut intelligo, qd largius, in bonorū possessione petenda loqui, ad qd petendā tm̄ tps cōcessit Prator: diuersum in hæreditate est, i qua adeūda tēpus nullū fuerat diffinitū. Sic uidemus in cæteris bonorū possessionib. extraordinarijs, ut in Carboniano, q intra annum petenda

tenda agnoscendaque est, l. carbonianum. §. ult. ff. de Carb. ed. & doctē exposuit eruditissimus Plautius tracta. de bono. possess. c. 4. nu. 9.

4 Nec tex. ꝑ l. cum antiquioribus, discrepat. uerē n. loquitur solum quod ad transmissionem, habita ratione ad annale tempus, qđ ab Imperatore impetrari poterat, in dubio benignius agens, quasi illud tempus proponat, qđ uerisimilius ab hærede petatur. nec. n. anno elapso poterit obijci legitimum tempus lapsū fuisse, utpote, quia spes altera subest, ut cum nouem tm̄ menses dati sunt: nā semper dicere pōt, se annum a Principe supremo impetrare posse. annus ergo uel nouem menses præstituti sunt. Sed ambigunt nri interpretes, an quemadmodum est in arbitrio iudicis statuere hoc tempus, an etiā in eius arbitrio sit, uel coarctare, uel prorogare? qua de re apud omnes in Rubr. C. de success. edicto. & quod ad

5 ꝑ prorogationem dicendū est uno uerbo, a centum diebus usque ad menses nouem uel annum, posse, ex d. l. ult. §. sed quia, qua constitutione tantū temporis concessum fuit: post nonimestre uerō uel annū prorogari minime pōt. ex claris uerbis illius §. sed quia, ubi, ut neq; ex imperiali largitate aliud tempus eis indulgeatur: sed & si fuerit datum, pro nihilo habeatur. est. n. hæc posterior clausula decreti annullatiua, quę omnem actū perimit, ut affirmāt doc. post gl. in c. statutū, in uerbo, cōmittatur. de rescrip. in 6.

6 Declaratur tm̄ hoc dictū, nō hñe ꝑ locū, ubi partiū consensu maius tēpus indulgeretur, id qđ fieri posse creditur, qñ quidē hæc dispositio est ad fauorē priuatorum non publicum promulgata: & iō illi ꝑ clausulę decreti annullatiuę partiū cōsensu renunciari pōt, sic Dec. in l. pacta quę contra. nu. 11. Curt. iun. l. pen. nu. 3. C. de pact. qui rectē sentit, ubi de solo priuatorum fauore agitur, nō si de publico: ita Dec. d. l. pacta quę contra. nu. 11. declarans similem gl. la diuo Pio. ff. de ritu nupt. quam exornant ac declarāt Corfet. sing. in uerbo, Prohibitoria constitutio. Soc. sen. conf. 87. col. 6. uer. confitatur. li. 3. Ias. l. posthumo. nu. 17. C. de contra tab. Goza. consil. 61. nu. 7. Curt. iun. l. pen. nu. 3. C. de pact. qui rectē sentit, ubi de solo priuatorum fauore agitur, non si de publico, sic & Dec. d. l. pacta. nu. 11. coarctari aut̄ an possit tēpus istud centum dierum, ambigitur, quod maius est dubium. Hac in re duo capita nostri distinguunt. Primum est, quod ad hæreditatem aduendā, uel bonorū possessionem agnoscendā infra illud tempus centū dierum a Prætorē præstitutum, ut eo elapso exclusus is sit. Secūdu est quod ad hoc, ut bonis uacātibus dari curator possit, q̄ creditoribus interim satisfaciat.

8 Primum caput receptiorem ꝑ habet sententiā, nō posse coarctari illud tempus, ita Bar. in l. si quis instituitur hæres. §. 1. ff. de hæred. instit. cōmunem testatur Dec. in rub. De success. edicto, nu. 5. & ibi Rim. nu. 2. & ibi Alex. col. 1. Ias. nu. 3. Cur. iun. consil. 108. in fi. & si is in rubr. C. de success. edicto. nu. 3. aliter sentiat leui quadam ratione & argumento, quod ad rem non confert, & eo tacito eodem ibi utitur Sapia. & communis sententiā satis probatur ex l. 2. ff. de iure delib. ibi, pauciores non sunt dandi, & in d. l. j. §. largius. ff. de success. edicto. ibi, præcipitādi nō sūt.

9 Declaratur hoc caput, ut locum sibi non uēdicet, ꝑ quando iusta coarctationis causa subesset, ita Dec.

& Curt. iun. rubr. C. de success. edicto. num. 4. quo loci Rim. nu. 2. inquit idem alios sentire, & si ipse dissentiat. hanc uerē probauit Bar. in l. 2. nu. 4. ff. de re iud. & eum est secutus Georgius Natta in cle. sæpe, in prin. col. 5. uer. 5. quia moderat, d̄ uer. sign. Cuius declarationis rō est, quia ꝑ legis dispositionē iustā ob cām recedimus l. si hominem. ff. manda. quod multis confirmauimus supra. Nec urget quod inquit Rim. d. rubr. C. de success. edicto. dilationē legalem arctari non posse, et ex cā, qñ lex prohibet, quia rñdeo, nullo iure arctationem istā ex iusta cā prohibitam esse. Nā iura quibus Rim. & ceteri ea in rubr. C. de success. ed. & Ripa in l. 2. num. 22. ff. de re iud. sentiunt, hanc dilationem arctari non posse, et ex iuxta cā, non probant, ut tex. l. 1. in fi. & l. 2. ff. de iure delib. iuncta l. 3. & 4. illius tit. quæ & si affirmāt, dilationem prorogari posse ex magna cā, ut in d. l. 4. nō tm̄ negāt, quin & coarctari, qñ quidē illa affirmatio in prorogatione non infert negationem in coarctatione, ut malè opinatur Rim. cuius et rō dilui pōt: inquit ille, aliā esse rōnē in prorogatione dilationis, aliam i coarctatione: nā i prorogatione ampliatur, extenditurq; ius successiōnis, in coarctatione uerō minuitur. rō hæc cōcludit quidē quod ad eū, qui ad succedendum primus est in gradu, & quod ad eum qui illum subsequuntur, qñ non minuitur, sed potius extenditur: & lex tam unam, q̄ alteram personā cōsiderauit, cum statuerit tempus illi priori, ne diu cūctando, sequentem frustret, & in incerto remaneat successio, id quod coarctatio iustam ob cām non facit, quia illa præstat, ut quāprimū cesset oīs ambiguitas, & is cōsequatur successiōnē cui a iure tribuitur.

12 Secūdu uero dubitationis caput sic d̄ finitur, ꝑ dilationē illam arctari etiam posse ad eū effectū, ut curator bonis uacātibus detur, qui creditoribus satisfaciāt, ita crebrius receptū est, ut relati Alex. Rim. & Dec. testātur, & cōm et sine cā probat Ias. ibi nu. 4. Curt. iun. conf. 108. i. fi. & in d. rub. d̄ success. edict. hæc opinio primō nititur ex l. 1. ff. de cura. bon. dā. quo loci scriptū est, creditores petere posse curatorem bonis dari, ut sibi satisfaciāt, cū ob pēdētē conditionem hæres adire impediatur. si ergo dari pōt curator, ergo & terminus assignari ad aduendum, ut si intra illum non adeat, detur curator: idē ergo hoc casu. Verūm non pbat hic tex. fm̄ Rim. d. rub. d̄ success. edict. nu. 2. in fin. nā pares non sunt termini. in casu. n. d. l. j. non est in hæredis ptate adire, cū conditionis implementum non ab eo, sed a fortunæ euentu pēdeat, quare euenire posset, & non possēt: ne ergo creditores diutius detineātur, iure & magna illa ex cā efficere possunt, ut bonis curator detur. hoc nō cōtingit in casu nro, in quo præsupponitur esse i facultate hñdis adire uel repudiare, quo circa ad aduendum cogi potest. ꝑ Riminaldi consideratio non satis placet, quia imō is tex. l. j. a fortiori probat: si. n. eo i casu dum nulla hæredis mora & cunctatio considerari potest, curator tm̄ qui creditoribus satisfaciāt, ad futuri hæredis detrimentum datur, & si terminum assignare conditione illa pendente necesse nō est, quāto fortius hic coarctari tēpus & dari curator potest, ubi hæredis mora & tergiversatio qđā considerari potest: Et si dicatur, nullā hic morā considerari posse, cum elapsū adhuc non sit tempus

14 a iure præstitutum. Rñdeo, esse satis in mora, cum iudici uideatur eum itra illud a se præstitutum tempus adire posse, nisi replicas, in casu d. l. 1. de cura. bon. dā. esse necesse, quia ignoratur qñ casus conditionis euenire potest: q̄ secus in casu nostro, in quo a iure datū est tempus, q̄ coarctari nō potest, imō, si rectē ppendatur, is text. cōtrarium pbat & sentit Rim. qui supra. nā cum affirmet nō dācuratorem bonis, ubi cogi quis potest adire uel repudiare, quorsum hic de eo agere, posteaquam is hæres purē institutus cogi potest, cōcesso ei præstituto a iure tēpore, adire uel repudiare: Adferri etiā ꝑ hac sententiā solet tex. l. si curatoris. C. de iure deliber. quo loci Iureconf. tribuit iudici arbitriū, ut moderare possit hoc tēpus. ergo illud præfixum a lege tempus nō dicitur immutabile, sed mutabile. Rñdet Ias. in d. rub. C. de success. edicto. iudicem moderare quidem posse tempus ad deliberandum, dummodò non statuat minus centum dierum, ut seipsum declarat Iureconf. in d. l. 1. in fi. iuncta l. 2. ff. de iure deliber.

Contrariam itaque sententiā, iudicē scilicet ꝑ nō posse sine causa hoc tempus coarctare, pbat Bar. in l. si quis instituitur hæres. §. 1. ff. de hæredib. instit. ubi Imola. idem Bar. in l. quādiu. la. ult. ff. de acquir. hæredit. ubi idem Imola & Bar. d. l. 1. in fi. ff. de iure delib. Rom. col. 592. In casu consultationis. Ang. col. 192. Quæritur an. Ang. Aretin. in §. extraneis. instit. de hæred. qual. & disse. Alex. d. rubr. C. de success. edicto. & in cōsi. 4. nu. 5. lib. 2. cum Bart. idem sentit in ea rubr. C. de success. edict. Rim. & hanc opinionem, uti ueriorē, & forte crebriorem, si authores enumerentur sequor. pbat uerē in d. l. j. in fi. & in d. l. 2. ff. de iure deliber. quę dum absolute loquuntur, sentiunt ita quod ad agnoscendā hæreditatem, ut ab ea excludatur, quod ad hoc, ut creditoribus satis fieri possit, tempus, minus centum non esse præstitutum. Probat quoque quia scimus ꝑ edictū successiōriū principaliter ad fauorē creditorū introductū fuisse, ut ad fauorē sequentiū in gradu, quemadmodum probat l. 1. in princ. ff. de success. edict. cum ergo tempus in ea præstitutum sit, ne longa mora fiat, ne ue hæc mora fiat, datus est terminus centū dierū, ea ratione, ne hæres termini breuitate præcipitetur. hæc ratio militat etiam ubi curator daretur: quia si nō concederetur, curatorem illum administrare bona defuncti, præcipitaretur quodammodo hæres in repudiādo uel aduēdo hæreditatem. Probat & hæc sententiā text. l. si quis instituitur hæres. §. 1. ff. de hæred. instit. ut eum ibi inducit Barto.

Declaratur hoc secundum caput, tūc locum sibi non uēdicare, cum iusta coarctationis causa subest: coarctare enim tunc potest, ita uerē sentit Barto. in l. 2. nu. 4. & ibi Ripa nu. 22. ff. de re iud. & clarius Alex. d. rub. C. de success. edic. col. 1. & d. consil. 4. nu. 5. lib. 2. id q̄ probatur a fortiori ex declaratione relata supra ad primum caput huius dubitationis.

19 Quæ autem iusta sit huius coarctationis causa dubitant Doctores. aliqui in ea rubrica. C. de success. edicto. scribunt, esse illam creditorum petitionem, & malè, ut animaduertit eo loci Alexand. qui illas esse iustas causas docuit, quas enumerat Barto. in l. 2. nu. 5. ff. de re iud. & ibi Ripa numero. 26.

Hæc in tpe illo centum dierum, cuius meminit

mit Paulus in d. l. 2. de iure deliber. sed quid in an- 20 no ꝑ uel nonimestri, ex Iustiniani cōstitutione in d. l. ult. §. sed quia. C. de iure deliberan. coarctari an & illud etiā sine causa possit? & posse aliquādo credi: tū quia lex nō phibet, tum quia ad ius antiquū prætorii reuenteremur, q̄ esse fauorabile nō ignoram⁹. l. si unus. §. pactus. ubi Iaso. nu. 6. C. de pact. cum multis olim a nobis congestis in responso pro Genue. Republ. articulo secundo, numero. 2.

Nec ratio illa Iureconf. in d. l. 1. §. largius, huc pertinet, cum in bonorū possessore, nō in hærede locū habeat. minus quoq; habet locū ratio l. 2. qñ nō posset dici præcipitari hæres, qñ tm̄ tps sibi tribueretur, quantum a iure illo antiquo, ex d. l. 2. concedebatur. erit tm̄ i hac noua cōsideratione cogitandum.

- S V M M A R I V M.
- 1 Promittens certo loco soluere, tantū tempus habere debet ut in loco se conferat.
 - 2 Tempus accedendi ad locū in quo solui debet, iudicis arbitrio statui.
 - 3 Diploma quid.
 - 4 Cursus publicus olim non omnibus permissus.
 - 5 Euectio quid.
 - 6 Milliaria quot singulis diebus conficienda.
 - 7 Conciliatio l. 1. ff. si quis cautio. cū l. cōtinuus. §. cū ita. de uerb. oblig. & gloss. & Bar. opinio reiecta.
 - 8 Milliarij uaria dimensio.
 - 9 Ephesus urbs.
 - 10 Diana templum cur ab Erostrato combustum.
 - 11 Alciati interpretatio ad l. cōtinuus. §. cum ita. de uerb. oblig. explosa.
 - 12 L. 1. si quis cautio. nouus sensus & intellectus.
 - 13 Milites quot miliaria singulis diebus conficere possint.
 - 14 Statutum Mediolani c. 34. sub rub. Quando mouetur lis uel causa contra absentes. declarat ur.
 - 15 Constitutiones Mediolani tit. de iudicij. cap. si cōiungat. declarat ur.
 - 16 Tēpus quod in nauigationibus peragēdis statuatur.
 - 17 Festi dies, quibus iter confici non licet, a præstituto tēpore ad iter conficiendum, subducendi.
 - 18 Theodosius omnium primus iussit dies Dominicos celebrari.
 - 19 Clerici festis diebus iter facere non debent.
 - 20 Rusticus, pedes, non eques ire debet.

C A S V S II.
TEMPVS QVOD STATVENDVM SIT
promissori, ut, quod in loco dare promissit, persoluat, & inibi de miliaribus peragēdis: multa que iuris loca conciliata.

Cum q̄ certo loco, ut putā Ephesi re dare & soluere ꝑmisit, nec tempus adiectū est, quo dari uel solui possit, ac deat, (statim. n. solui nō potest) tm̄ tps indulgendum est, quo se Ephesi cōferre possit, q̄ sanè certū tēpus nō præstituit Iurecō. uel legislatorū aliquis: nec. n. ob locorū uarietate diffinire potuit: illud ergo præstituet ex suo arbitrio iudex. l. cōtinuus. §. cum ita, de uer. obl. quo loci Venuleius sic ait: Cum ita stipulatus sum Ephesi dari, iest tēpus, q̄ aut accipit debeat, quæritur. Et magis est, ut totā eā rem ad iudicium, i. ad uirum bonum remittamus, qui estimet quāto tpe diligens paterfamilias conficere possit, q̄ facturū se ꝑmiserit: ut q̄ Ephesi daturū

se sponderit, neq; diplomate diebus ac noctibus, omni tempestate contemptra cōtinuare cogatur, ne que tā delicate progredi debeat, ut reprehensione dignus appareat, sed habita rōne tēporis, etatis, sexus, ualitudinis. In hac stipulatione tempus inesse, pbat etiam textus l. interdum. ff. de uerbor. obl. & cum tēpus non sit p̄finitum, a uiro bono, id est a iudice terminari omnes intelligunt ex hoc Venulei respōso, uirum bonum esse iudicem, ut in anteludij libri primi admonui: quanquā Io. Corasius eo loci relatus aliter senserit. Hic ergo iudex, uel uir bon⁹ t̄m tēporis concedere p̄t, quantum uiro diligenti sufficeret eō accedere. quare diplomate uti non cogitur, & Ephesum appropere. Est enim t̄ diploma, ex snia eruditissimi Iacobi Ciuiacij, & ante eum Alciat. codicillus, qui datur cursu publico utentibus, qui & tractoria & combinā, & syntimata & euectiones dicuntur. ij etenim qui cursu publico utuntur, diploma hoc h̄re debent, ut equis publicis dispositis uti possint, alioqui uti priuatis equis illis uti nō possunt, sic olim t̄ cursus publicus non permittebatur, l. iudicibus, & l. nullus. C. de cursu publ. lib. duodecimo, ubi uerbit̄ euectionis Imperator meminit. quare de re & apud Pliniū lib. 10. Epistolarum ad Traianū, & fuis rem hanc explicauit eruditissimus Budęus in annotat. p̄ de ceta, ad l. eos, ff. de fal. quo loci in specie textum huius s. cū ita, exponit, & apud Horomanū in commētar. uerborū iuris, in uerbo, diploma, & Alc. d. s. cū ita. Sed nullum esse in hoc iudicis arbitriū ostēdere ut Caius i lege prima. ff. si quis cautio. qui uicena t̄ milliaria in singulis diebus esse statuta affirmat. ut nodū dissolueret gl. t̄ in d. l. 1. ac in d. s. cum ita, plura attulit. sunt quibus illa conciliatio placet, nēpē legē primā. si quis cautio. in iudicij loqui. & dictum s. cū ita, in contractibus. placuit siquidem hęc ipsa opinatio glof. dicti s. cū ita, & erudito Zafio, qd̄ mirū est. Verū Petrus Perticensis, & cū eo Barro. & Alc. d. s. cū ita, & idem Alciatus lege tertia. ff. de uerborum significationibus, affirmant, nullā esse differentiam inter iudicia & contractus, cum differentie ratio nulla adferri possit. Brachæus in dicta lege tertia, sentit, in pacto expresso cum quis ad certum diem dare promisit, non esse locum huic dinumerationi ex iudicis arbitrio, quod uerum opinor, ut res certa sit & clara: & nam arbitrio sit locus, cum certo loco dare nulla expressā die promisit, cum solutionis dies ex itineris dimensionē tunc pendeat. Bartolus ergo ceteriq; relati omnes sic cōciliant, ut lex prima ff. si quis cautionibus, procedat, qñ milliaria sunt limitata, & d. s. cum ita, locum habeat cum limitata non sunt. Verū conciliatio hęc non placuit Capollæ & Brachæo, dicta lege tertia, de uerb. sign. nam apud omnes peræquē gētes t̄ milliariū & passuum mēsurā circumscribitur, diuersaque est ipsius mēsurę ratio, qd̄ uerē usū uenire uidemus in subalpina & Galliciana regione, in quibus uiginti milliaria t̄m habent itineris, quācum apud Longobardos triginta. Alciatus autem dicto s. cum ita, ideo credit in d. s. cum ita, nihil certi à Venuleio fuisse statutum, quod is dare Ephesi promiserit, quæ urbs transmarina est, & ad eam accedi solet, uel per arduos saltus & mōtes, uel per nauigationem, lege obseruare. s. penultimo, de officio Procons. scimus enim t̄ Ephe-

sum, in Ionia regione positam, fuisse ab Amazonib⁹ cōditam, ut scribit Iustinus lib. 2. Plinius libro 5. naturalis historie, capite uigesimo nono. locus autem is maxime celebratur ob nobilissimum t̄ Dianæ templum, quod Erostratus, ut perpetuam nominis famā sibi compararet, incendio absumpsit: cuius rei meminit ex nostris Coras. d. l. obseruare. s. pen. Verū hęc t̄ Alciati (ut ad eum reuertamur) explanatio, non placet. Primò, quia non in eo solo exemplo (quod declarationis gratia attulit) locutus est Iureconsultus, sed generaliter: ut intelligamus, in stipulatione tempus inesse tacite ex qualitate facti, & rei promissæ, quemadmodum & in alio exemplo quod de insula in sequenti s. subijcitur. Secundò, quia & si difficile admodum sit Ephesum peruenire, uel pedibus, uel nauigatione, perueniri tamen potest: quare tempus a uiro bono statui debet. imò scriptum reliquerunt Bart. in tract. de insula, Castren. in l. insule. ff. de iudic. & Decius in cap. olim. numero secundo in fi. de except. quinquaginta milliaria pro singulis diebus in maritimo hoc itinere assignari oportere. quod non est perpetuum, sed ex communi usu forte, & sentit Gomez. in commentarijs ad regulam Cancellaria. De uerisimili notitia. q. 5. in fine. Ego uero sic statuo, t̄ l. j. ff. si quis cautio. ex cōi usu milliariū quo t̄c Romæ milliaria dimeriebatur, considerare, ut milliari cōstet ex mille passibus, & passus quinque pedum sit, ut apud Alciatum & Brachæum, l. mille passus, de uerborum significatio. & pes sexdecim digitis constet. t̄m ergo itineris, habita ratione cōmunis usus, homo conficere potest. Verū quia p̄sæpē contingit non eiusdem conditionis esse homines: sunt enim aliqui iuuenes, aliqui senes, aliqui ualidi & robusti, aliqui debiles & infirmi, aliqui qui iter maximū quotannis conficere cōsueuerūt, aliqui q̄ domi sēper ferē otiosi degunt: quamobrem dispar admodum est conditio. si ergo quis rem in remota satis regione dare uel soluere p̄misit, non communis ille status considerabitur, si promissoris persona illius conditionis nō sit, ut singulis diebus uicena milliaria cōficere possit: sed arbitrio uiri boni, id est, iudicis æstimabitur, quācum irineris in singulos dies peraggre is possit: unde habenda erit ratio sexus, etatis, consuetudinis, & ualitudinis, quæ cum a iure diffiniri minime potuerint, arbitrio iudicis terminari debent, d. s. cum ita. Hinc quoq; legimus, diuersā esse in t̄ militibus conditionem, qui, cum in expeditionibus armis oausi incedere habeat, solum decem milliaria singulis diebus peragere possunt. qd̄ scripsit Vegetius in tertio de re milit. & ex nostris annotauit Io. Corasius libro Epistolarum, capite 15. quibus infertur declaratio ad statutum Mediolani t̄ c. 33. sub rubr. Quā mouetur lis, uel cā contra absentes, quo statutum est, singulos dies esse concedendos pro singulis uiginti milliarijs absenti citato, ut ueniat & reuertatur, & ultra arbitrio iudicis: illud arbitrium moderabitur ex qualitate locorum & personarum, ex supra relatis. ita etiam interpretandę sunt t̄ nouę constitutiones Dominij Mediolani, titulo de iudicij, capitulo, ubi contingat, in nauigationibus t̄ autē licet certum tempus, intra qd̄ iter conficiatur, præstitui non possit, ut creditur

credidit Alciatus i d. l. 3. de uerb. sign. ob uentorū uarietate & incertitudine: aramen opinor, iustū tēpus cōi usu perp̄so, statui posse, è quo impedimenta, ut maris tēpestas & similia subducuntur, l. 2. s. si quis in iudicio. ff. si quis cautio. l. si cui. s. ult. ff. ex qbus can. maio. quinimo ex Fel. snia i c. cū olim. n. 17. de excep. subduci solent t̄ dies illi, q̄ nō in itinere faciendō, sed in cultu diuino absumendi sūt, ut dies dominici, ex gl. in c. cupientes, in uerbo, cōmodè. de electio. in 6. Imo t̄m & Aret. in d. s. cum ita. quos est secutus ibi Alc. nu. 9. aliter sentiunt, tū q̄a contrariū potius cautū uidetur in l. si cui. s. tandiu. ff. ex qbus cau. maio. qd̄ de diebus feriatis ne uerbū quidē, imò nec apud Iurecons. harū festiuitatū rō h̄re potuit, cū illis t̄p̄bus sacrosāta Christiana fides, & religionis huius cultus cōstabilis nō fuerit, ut tādē maximus religionis cultor stabilis t̄ Theodosius primus in l. oēs. C. de ferijs. Ego autē sic statuerem, habendā esse personarū ac die rōnem. in personis erit p̄pendendū, an laicus uel clericus, sacerdos uel sit, ut in laicis q̄ continuò in diebus dominicis iter facere cōsueuerunt, dies illos nō esse subducendos, t̄ in clericis nequaq; ut potē qd̄ diuinis sedulo opa ea die dent, in aliquib⁹ uerò diebus idē nō oib. dicendū est, ut i die Natalis Saluatoris n̄ri, in die Pascharis, & Pētecostes, quos solemus oēs maxime obseruare. sūma etenim esset impietas tātē festiuitatis nobis non h̄re. illud quoq; iudex iste p̄p̄det, an nobilis uel rusticus sit p̄missor: ut si rusticus, plus t̄p̄is tribuat, cum ille nō eques, sed pedes iter facere debeat, qd̄ post gl. in l. idē erit. s. idem Labeo. ff. mada. annotauit Zafius in d. s. cum ita. n. 3. sic an dominus sit uel p̄curator: quorum unus altero ad iter faciendū magis idone⁹ est, ut sentit Aret. d. s. cum ita. n. 8. atq; ita relatū statutū Mediol. & alia illi similia d̄clarari atq; interpretari possunt. cetera nō p̄sequor.

S V M M A R I V M.

- 1 Tempus antiquum quod in probationum materia.
- 2 Iudicis arbitrio relinqui, quod tempus antiquum in materia probationum dicatur.
- 3 Antiquum tempus in probationibus in 30. ann. esse.
- 4 Librum census ecclesie eius dominium probare.
- 5 Antiquum tempus in probationibus ex aliquorum sententia esse 40. 70. 90. annorum.
- 6 Tēpus cētū annorū dici antiquū i p̄bationū materia.
- 7 Tempus immemorabile quod.

C A S V S III.

TEMPVS ANTIQVVM QVOD ESSE dicatur in probationum materia: & ibi multorum opiniones relatæ.

Temporis antiquitas magna; diuturnitas multa. Operari solet, p̄sertim ad probationem faciendā: nā & leuiore p̄bationes sufficiunt, ut infra suo loco dicemus. & alia permulta adferri huc possent, q̄ exactè & doctè congescit consultissimus compater meus Aymo Craue. in eo amplissimo tract. de antiq. tēpo. in prima parte principali, & apud alios, quos infra referam. Nunc solum dubitari cōtingit, quod t̄ tempus antiquum iure dicatur in probationum materia: nam & si plures sunt nostrorum

interpretū hac de re opiniones, una t̄m hęc crebrior est, esse in t̄ arbitrio iudicis positum. hanc probarūt Butrius & Hostien. in c. illud, de p̄sūp. idē Butrius in c. qm̄ contra. de prob. Alex. consi. 4. nu. 12. consi. 187. nu. 4. li. 2. consi. 9. ante si. ubi Molinæus lib. 3. & consi. 90. nu. 5. lib. 6. Soc. sen. consi. 89. col. 2. uerf. P̄terea ista conclusio. lib. 1. & consi. 106. col. j. lib. 3. Afflictus decif. 83. nu. 7. quos oēs retulit Crau. tract. de antiq. temp. in princ. nu. 3. & consi. 108. num. 2. & eiusdem opinionis addo ipse Ruin. consi. 92. nu. 10. lib. 4. & consi. 141. nu. 18. lib. 5. Carol. Mol. in cōsuetud. Paris. tit. 1. s. 5. nu. 64. Marfil. quaestio. nu. 49. 58. de quaest. Tirag. l. si unquam, in uerbo, omnia, nu. 31. Verū hoc non esse iudicij arbitrium, alij sentiunt, ut ij, qui secundam opinionem probarūt, nēpē satis defantiquo dici, cum meram annorum triginta excedit. Io. And. quem retulit Calcan. consi. 8. nu. 6. quæ opinio si uera est, a fortiori quæ sequitur de maiori tempore opiniones, uerissimæ sunt. Tertia fuit opinio, antiquū tempus dici triginta annorum, in qua opinione fuit Rom. consi. 127. dū respondit, p̄t̄ librum censuale Ecclesie probari dominium contra tertium, quod de semiplena & p̄sumptua tantum probatione intellexit Molinæus p̄citatō s. 5. nu. 2. 2. qui nu. 64. sentit, iudicem hunc debere arbitrari ex subiecta materia, etiam de antiquo illud dici, quod metam ann. triginta excedit. Quarta eorum fuit opinio, qui opinati sūt, tēp⁹ 40. ann. satis dici antiquum, quorum in nu. fuit sibi parum cōstas Butr. in c. ueniēs, il j. de testib. quē secuti sunt sibi cōtrarij Alex. & Soc. senior, & huius sniæ hos retulit Crau. d. tract. de antiq. temp. in princ. nu. 2. quibus addo clarē las. cōsi. 24. col. 2. lib. 3. alios recenset Molinæus d. s. 5. nu. 63. qui nu. 64. eadem & ipse probat. idem r̄ndit Barb. cōsi. 8. col. 2. lib. j. Hęc sniam ueram solum intelligit Crau. qui supra nu. 6. qd̄ de leui p̄iudicio agitur, quod inquit esse in iudicis arbitrio. Verū Molinæus d. s. 5. nu. 65. inquit, sufficere tempus decem annorum, quādo agitur de modico, & leui p̄iudicio, & is multos retulit. Quinta eorum fuit opinio, qui crediderunt, tempus 70. annorum esse antiquum, & huius sententiæ fuit Aret. consi. 36. Casus talis est. col. ultima. Sexta est opinio, esse 90. annorum, sic Decius consi. 195. nu. 7. quā & si nec iure, nec rōne uel autoritate probet, a fortiori t̄m ex iam relatis probari potest. Septima fuit interpretum snia, t̄ tempus centum annorum esse antiquum, hęc probarunt Inn. Cast. Alex. Corn. Curt. senior, las. Dec. Afflictus, Curt. Iunior, & Capella Tolosana, quos omnes retulit & secutus est Craue. d. tract. de antiq. temp. in princ. nu. 4. qui communem hanc esse testatur: ut pariter recep̄t priorem esse affirmauit Molinæus d. s. 5. nu. 63. uer. crebrior est. qui huius opinionis addit Abbatem, Imolam, Capollam, & Bertrandum. Addo ego Barb. consi. 8. col. 2. & consi. 44. col. 5. lib. 1. Ruin. cōsi. 34. nume. 1. & consi. 161. num. 5. lib. 1. idem consi. 84. in fi. lib. 3. consi. ult. nu. 4. lib. 4. & consi. 141. nume. 2. lib. 5. Cassa. consi. 15. nu. 19. & consi. 53. num. 17. & Didacus lib. prac. quaest. c. 21. nu. 6. uerf. Secundus casus, qui declarat. Hęc opinionem uerā solum intelligit Molinæus d. s. 5. numero 63. uerf. sic. sed pro resolutione, cum

7 agitur de tpe immemoriali, qd nre dē esse cētum annorū, ut affirmarunt Cyn. & Bal. in l. 3. C. de seru. & aqua. & alios retulit is Molinæus. Verūm hæc Molinæi declaratio duplici fundamento prosternitur. Primo, qd crebrior est doctorū opinio, tēpus immemoriale excedere spacium centum annorū, ut eā ad firmarunt Fel. in c. ad audientiam, col. 8. uerf. limita quintō. in cap. si diligenti, in fine, & in c. cū nobis. col. 2. uerf. & ex eo, d̄ p̄scrip. & latē tradit Didacus in c. possessor. 2. parte. §. 3. nu. 5. 6. de reg. iur. in 6. si ergo dēt hoc immemoriale tempus excedere spaciu cētū annorū, nō est dicēdū cōstare cētū annis, ut antiquū. Scdō qd uerior illa uē opinio, tēpus immemoriale ēe minus cētū annis, quē admodū latē & doctē eā tuetur Crau. in tract. de antiq. tēp. 4. parte principi. 2. part. nu. 2. 3. & eā secutus sū in 2. r̄sō causæ Finariēsis in 4. art. nu. 74. siue ergo cōem sniam, siue illi cōtrariā & magis uerā sequamur, sēper cōstabit, tēpus immemoriale spacio annorū cētū nō cōcludi.

S V M M A R I V M.

- 1 Tempus antiquum in sententia esse bienniū ex aliquorum opinione.
2 Sententiam esse de antiquo lapso decēnio secundum aliquos.
3 Antiquum tempus in sententia esse uiginti annorum ex quorundam traditionibus.
4 Tempus 30. annorum esse de antiquo in sententia, ex Cepolla, & Alciati doctri.
5 Iudicis arbitrio relinqui, quod tempus antiquum dicitur in sententia.
6 Præsūptionem maiore esse pro snia iudicis maioris.
7 Præsūptio pro sententia iudicis idiotę nulla est.
8 Præsūptio mala sumitur pro snia præcipitater lata.

CASVS III.

TEMPVS ANTIQVVM QVOD CEN- featur in sententia iudicis: & inibi de præ- sumptione ipsius sententię.

NON minus operatur tēporis antiquitas in cæ- teris actibus, ut in snia, q̄ in probationibus, ut in casu p̄cedēti diximus. in snia. n. illos effectus p̄- titur, quos lōga ferie recenset idē cōsultissimus Cra- ue. in d. tract. de antiq. temp. secunda parte principa- li, & Alc. tract. præsumpt. reg. 3. præsum. 9. & 10.

Nunc solum dubitari ac quæri contingit, quando dicatur t̄ tempus antiquum in sententia, ut dicatur de antiquo lata. Prima fuit eorum snia, qui affirma- runt, biennium tempus antiquum hoc casu dici. ita scripserūt Host. Io. And. Cardinalis, Bal. Imo. Abbas, Alex. Rota Romana, quos oēs retulit Boer. q. 124. n. 17. & aliquos recenset Crau. de antiq. temp. 2. parte principali. nu. 37. nec dissentit Alc. tract. præsumpt. reg. 3. præsumpt. 9. nu. 6. ex c. cū sit, & c. ex ratione, de appell. quæ probant datum esse tempus anni, & biē- nij, ad appellationem interpositam prosequendam, qua appellatione pendente non præsumitur p̄ snia, quia illius effectus stat in suspenso. l. 1. §. ult. ff. ad S. C. Turpil. ult. §. illud. C. de temp. app. secus ergo eo elapso, sed hæc ipsa opinio procedit solum rōne ius- tē causę, nō aut̄ ratione solemnitat̄is, atq; ita nulli- tatis: in qua dubitatio uersatur.

Secunda fuit eorum opinio, quibus placuit, lapso t̄ decēnio antiquū tēpus dici, ut hæc probarūt Alex. cōsi. 123. col. 2. lib. 2. idem censuit Cepolla cōsi. 26. col. 4. in fi. & Gozad. cōsi. 29. col. ult. uerf. sextō ad- duco. Baldus & Petrus illius frater, quos retulit Boer. d. q. 124. nu. 17. in fine. idem sensit Barb. cōsi. j. col. 87. in princ. lib. j. sed iure non probatur.

Tertia fuit opinio multorū, qui opinati sunt, hoc casu t̄ tempus antiquum esse uiginti annorū, ut hanc sniam p̄bavit Bal. & Petr. illius frater, quos retulit Boer. d. q. 124. nu. 17. in fi. qui intelligunt inter ab- sentes. idē placuit Calderino in c. qm̄ cōtra, de p̄b. Abb. i. cōsi. 61. col. pe. uerf. uenio ad r̄nsionē. li. j. Calc. cōsi. 8. nu. 6. non p̄batur hæc snia rōne, uel iure n̄ro.

Quarta fuit opinio Capollę cōsi. 73. col. 2. qui intellexit t̄ 30. annis tempus hoc cōcludi. Nec dissen- tit Alciatus tract. præsumpt. reg. 3. præsumpt. 10. nu. 5. hæc quoque lege non firmatur.

Quinta fuit snia crebrior fortē & uerior, t̄ iudi- cis arbitrio hoc relinqui. hæc affirmarūt Alex. Aret. & latius Crau. d. tract. de antiq. temp. 2. parte princ. nu. 37. Dec. c. cū sit. nu. 19. de app. ubi gl. Ad do Barb. d. cōsi. 18. col. 7. in princ. lib. j. ab hac tādē non dis- sentit Bero. c. qm̄ contra, nu. 252. de prob. inquit t̄n Craueta, iudicem nostrū posse arbitrari, s̄m qualita- tem iudicū, qui eas snias tulerūt, maior t̄ enim erit præsup̄tio pro snia iudicis maioris, q̄ minoris. l. j. ff. de offi. Præfeti Præto. Bal. lege, tutores. ff. de confir- tut. l. si. lege, pacta nouissima, tertio nota. C. de pact. hæc esse doctrinā singularem affirmauit Petrasācta- sing. 57. in fi. Marf. sing. 438. Alc. trac. præsup̄. reg. 3. præsup̄. 10. nu. 7. Cagn. in l. 2. nu. 158. C. de rēc. uen. Paris. cōsi. 98. nu. 2. lib. j. Rolā. a Valle cōsi. 99. nu. 27. lib. j. qui uno ore affirmant, t̄ pro snia uel decre- to iudicis idiotę, nullā esse præsumptionem. perpen- det & iste iudex noster quo ordine lata fuerint anti- quæ hæc snia, an tumultuariē ac præcipitanter. si ex abrupto, t̄ nulla bona præsup̄tio erit. Alc. d. præsup̄. 10. n. 6. Corf. i suo sing. i uerbo, minor. icip. decretū. l. si. iudices. n. 7. C. d. iud. p̄pendit et̄ an. error aliquis i ea snia sit expressus, qm̄ tūc oīs præsup̄tio cessaret, latē Alc. d. præsup̄. 10. nu. 9. cætera sciens prætereo.

S V M M A R I V M.

- 1 Ecclesie bona sine causa non posse alienari.
2 Ecclesie bona ad longum tempus non posse locari.
3 Alienare dicitur, qui ad longum tempus locat.
4 Alienat, qui utile dominium transfert.
5 Feudum ad longum tempus non posse locari.
6 Tempus septēnij esse lōgum tempus in locationibus.
7 Alienare prohibitum posse ad centum annos locare secundum aliquos.
8 Decennium esse longum tempus in locationibus bonorum ecclesie.
9 Tempus quinquennij esse longum tempus in locatio- nibus bonorum ecclesie, ex quorundam opinione.
10 Studiorum tempus quod sit p̄stitutum, tam op̄erā dantibus sacre Theologie, q̄ canonibus, & legibus.
11 Tempus biennij, uel 30. dierum, esse secunāū aliquos longum tempus in locationibus bonorum ecclesie.
12 Iudicis arbitrio relinqui, quod longum tempus dica- tur in locationibus bonorum ecclesie.

CASVS

CASVS V.

QVOD LONGVM TEMPVS DICATVR in locationibus bonorum ecclesie, multorum relata & confutata opinionēs, & de iu- dicis arbitrio in his.

QVemadmodū t̄ Ecclesie bona absolutē sine cau- sa alienari nō possunt, c. j. de reb. eccl. nō alie- ita t̄ ad longū tēpus locari nequeūt. q̄ ea rōne à multis summis Pontificibus constitutū est, ne i suc- cessorum detrimentum fructus distrahātur. c. ult. ne prælat. uices suas. & clem. 1. de reb. eccl. non alienan- t̄ Alienare. n. dicitur, qui ad longū tēpus locat, ita Bal. c. 1. in prin. de his qui feud. dare poss. nam & propriē t̄ alienat, qui utile dominium transfert. glo. & Bal. in c. 1. quib. mod. feud. amitt. Didacus lib. 2. uaria. resol. c. 16. nu. 2. quare alienare prohibitus, prohibetur etiā ad longū tēpus locare, ita post multos Dec. cōsi. 204. nu. 2. Boer. q. 234. nu. 2. ut in t̄ feudatario; uel em- phyteuta; sic etiam Ruinus cōsi. 17. numero 5. li. 1. Julius Clarus lib. 4. sentē. iuris c. feudat. q. 33.

Quæri ac dubitari sæpissimē apud nostros solet, q̄ longū tempus illud esse dicatur, ad q̄ locatio rei ecclesiasticæ extendi olim non poterat, (hodie enim scimus ex cōstitutione extrauag. Pauli secundū, trien- nij tempus esse præfinitum, ut habetur in extrauag. Ambrosiā) sunt uariæ interpretum opiniones.

Prima eorū fuit opinio, qui affirmarunt utq; ad t̄ septenniū longū tēpus non dici, & per cōsequēs eo elapso lōgū uerē dici in qua opinione fortē fuit gl. in d. cle. 1. in glo. ult. de reb. eccl. nō alien. & clarus Abb. in c. 1. ne prælat. uices suas. ex illo tex. & ex text. clem. 1. de re. eccl. ubi glo. ult. in fin. Verūm eo loci aliter sēsit Io. Ana. n. 7. ut pariter dissentit Didacus lib. 2. uaria. resol. c. 16. nu. 1. qui animaduertit, & re- ctē, relata iura ad rem nō cōferre, & præter eos dico, d. c. ult. ne prælati uic. suas. nō p̄bare absolutē illud tēpus dici semper breue, ita ut ultra septēniū lōgū di- catur: nā ita fuit de septēnio diffinitū, qd casus sic de facto cōtigit. quare, si d̄ nouēnio cōuenisēt, idē cōsti- tutū fuisset, cū alia cōtraria cōstitutio tūc n̄ extiterit.

Secūda fuit glo. opinio in l. codicillis. §. instituto. de le. 2. quæ opinata est, p̄hibitum alienare, t̄ posse ad centum annos locare, quam glo. singularem dixit Baldus nouellus in tract. dotis. parte 7. priuilegio 1. col. pen. Sed uno ore à cæteris glōf. illa rejicitur, ut eo loci testatur Bart. sic Alex. l. domos. §. ult. colū. ult. de lega. 1. Dec. cōsi. 204. latē Tiraq. de retractu cōsāg. §. 1. glo. 14. nu. 79. Didacus d. c. 16. nu. 1. uerf. ex quo apparet. ea rōne à fortiori utitur oēs: si ex locatione decennali utile dominium trāsfertur, l. 1. & 2. ff. si ager uecti. uel emph. per. Bar. l. 1. §. quod aut̄. ff. de sup̄ficie. & ob id alienatio cēsetur, t̄ equitur à fortiori, nō pos- se ad longius tēpus præferrim cētum annorū locari.

Tertia fuit interpretum sententia, t̄ lōgum tēpus hoc casu esse decenniū, in qua opinione fuit gl. ubi cæteri omnes in clem. 1. in uerbo, ad modicū, de re- bus eccl. non alie. Alex. cōsi. 17. lib. 4. & in l. si filio- fam. §. si uir. nu. 25. ff. solu. matr. Dec. cōsi. 152. nu. 3. idem cōsi. 204. nu. 2. latē Boer. q. 234. nu. 1. 2. 3. quo loci communem testatur. quod facit & Didacus d. c. 16. numero 1. uerf. locatio aut̄. Ad do ego eiusdem

opinionis Parisum cōsi. 98. nu. 5. lib. 4. qui alios retu- lit, citant l. ult. C. de præscrip. long. temp. & l. si cū fi- deicommissio. §. Aristō. ff. qui & à quibus. quæ ad rē nō conferunt. quæ in alia penitus diuersa materia lo- quūtur. nec enim in his argumentari de casu ad ca- sum licet, ut sensit uno uerbo Tiraq. de retract. con- sang. §. 3. glo. 1. nu. 18. nisi casus esset per omnia simi- lis ob eādē rōnem. Rursus de hac rei ecclesiasticæ lo- catione excogitare nō potuerūt, cum in ecclesia ita p̄ multos & multos annos post d. l. ult. cōstitutū fuerit: nā d. l. ult. Iustiniani est, qui anno nræ salutis 535. eā p̄mulgauit, sed huius p̄hibitionis ne ad lōgū tēpus ecclesie bona alienentur, auctor fuit Clemens 7. qui anno 1523. sedit.

Quarta fuit opinio, tempus longum t̄ hoc casu di- ci quinquennium, quam opinionem retulit gl. ult. clem. 1. in fi. de reb. eccl. & apertius eā firmavit Cal- ca. cōsi. 125. nu. 11. uerf. Tempus autem. ea ratione utitur, quia speciale est in ijs, qui sacre t̄ Theologie operam dant, ut ad quinquennium locare possint. c. ult. de magistris; & c. licet, de præben. in cæteris ergo longum tempus iudicabitur quinquennium. uerūm illæ cōstitutiones solum disponūt, in clericis studen- tibus præbendas esse dandas per quinquenniū, cum t̄n temporis studijs operam dantibus, cōcedi debeat: quare dum ob studij fauorem cū dispensatur cū eo in arate, cōstare debet eum studuisse per annos quin- que perfectos. Guido Papæ q. 290. Alex. cōsi. 29. nu. 12. & cōsi. 82. in fi. lib. 7. Rebuffus in praxi benefi- ciorum, tit. De dispensatione ratione gratis. i uerbo, seu circa. num. 5. 6. imò per septenniū licet esse in stu- dio, ut censet glo. in c. cū ex eo, de elect. in 6. imò et̄ ultra septennium, secundum scientiæ qualitatē, ut egregiē respondit Panor. cōsi. 88. col. ult. lib. 1. quem secutus est Dec. in auth. quod locum. nu. 7. C. de col- la. non ergo ad rem conferunt d. c. ult. & d. c. licet.

Quinta fuit opinio, longum hoc tempus dici de biennio, ut retulit glo. in d. clem. 1. in glo. ult. in fi. de reb. eccl. adducitur ex text. l. cum domini. ff. locati. & Insti. de literarum oblig. in fi. uerūm ad rem non cō- ferunt, cum in diuersa penitus materia loquātur, ut ad dictā l. cum domini, plura infra t̄ 70. casu a dferā.

Sexta fuit opinio, longum hoc tempus dici dierū triginta, ut retulit glo. in d. clem. 1. de reb. eccl. non alien. ex text. in l. 1. §. 1. ff. de itin. actuq; priua. qui ni- hil penitus ad rē facit, cum longē diuersa sit materia.

Septima fuit sententia, hoc totū t̄ iudicis arbitrio relinqui. quam affirmauit glo. in l. 1. §. quod ait. ff. de sup̄fic. ubi Barto. idem censuit glo. d. clem. 1. in glo. ult. de reb. eccl. & hæc esse communem senten- tiam testatur Alex. ad d. l. si filiofam. §. si uir. nu. 25. ff. solu. matr. non dissentit Calca. d. cōsi. 125. nu. 12. [& Rebuffus in tract. de aliena. rerum eccl. nu. 26. Bellam. decif. 74. Supposito. nu. 1.] Didacus tamen d. c. 16. nu. 3. uerf. quod uerō dixi. hanc sententiā ue- ram intelligit, quod ad Monachos, & Prælatos regu- lares, in quibus tempus hoc non est diffinitum: in cæ- teris autem rectoribus secularibus decennium præ- finitum (ut iam retulimus) opinatur.

S V M M A R I V M.

- 1 Decretum primum quod.
2 Decretum secundum quod.
3 Ordo deueniendi ad primum et secundum decretum. Decretum

- 4 Decretum secundum intra quod tempus interponatur.
- 5 Tempus deueniendi ad secundum decretum, secundum aliquos, esse decennium.
- 6 Tempus biennij esse, ut ad secundum decretum perueniatur, ex quorundam opinione.
- 7 L. ult. C. de iure dom. impetr.
- 8 Tempus anni, uel sex mensium dari, ut ad secundum decretum deueniatur.
- 9 L. 2. C. de usufructu rei iud. declaratur.
- 10 Tempus deueniendi ad secundum decretum, esse duorum mensium secundum aliquos.
- 11 L. ult. §. si autem. C. de bon. auct. iud. poss. litera.
- 12 Tempus decem dierum dari, ut ad secundum decretum deueniatur.
- 13 Iudicis arbitrio reliqui tempus deueniendi ad secundum decretum.

CASVS VI.

DECRETVM PRIMVM ET SECVNDVM quod, & intra quod tempus ad illud secundum decretum deueniatur, & de multiplici Doctorum ea de re opinione.

- C**um iubet Prætor, aliquē de dāno infecto caue re, & primo iussu is nō parēt, mittitur actor in possessionem ex primo decreto, quod uerō secundū Bar. dicitur faggrauatio prima, qua actori aliquid applicatur, facta per iudicem parti conuentæ ppter contumaciam, ita Bar. l. si finita, §. Julianus. nu. 7. ff. de dā. infec. & ibi Bologni. nu. 21. & Vcurrus nu. 32. quos autem effectus pariat primum illud decretū, scribūt omnes in d. §. Julianus, ex eo autē primo decreto ad secundum deuenitur, quod sanē f secundum decretum dicitur esse secūda aggrauatio, ex qua actori aliquid applicatur, facta per iudicem parti conuentæ ppter contumaciam. Bar. & ceteri relati.
- 3 Ad primū f decretū sic deuenitur: citatur aliquis perēptoriē, & si non uenit, uel mittit, tūc mittitur ad uersarius in possessionē bonorū, licet aliter olim, aliter hodie, & sit hęc missio ut ille redio affectu ueniat responsurus, l. cū legati. ff. ex quib. cau. in poss. eatur.
- Ad secundum peruenitur, quia iam nullus perit a iudice esse missus in possessionem ex primo decreto; quare rei contumacia p seueritate, petit se mitti in possessionem ex secundo decreto. iudex reum ilū citat personaliter, & ubi non inueniatur, ad domū, uel in uico per pconem, ut docuit Bolog. d. §. Jul. n. 21. si uenit is citatus, & contumaciā soluēdo expensas purget, possessionem luā recipit: sin minus, is actor mittitur in possessionem ex secundo decreto. Quos autē effectus producat fm hoc decretū, scribunt oēs in d. §. Jul. Nūc solū cōtingit quari & dubitari, intra q tempus fm decretū debeat interponi, per q eum possidere iubeat Prætor, ut statuit Iurecōf. in l. si finita, §. nō autem statim, ff. de dam. infe. aliquorum fuit opinio, illud f tempus dici de decennio, ut per tātum temporis expectetur morator. hanc retulit opinionem gl. §. nō autem arg. tex. in §. & cum placitum. Insti. de usuc. uerūm cum text. ad rem præsentem non conferat, horum opinionem ibi rejicit glo.
- Nec istis casibus argumentari licet à simili, fm Tiraq. de retractu consang. §. 2. glo. 1. nu. 18. nisi paratio demonstratur, q hic non potest: ut suprā dixi.
- 6 Secūda ergo fuit opinio eorum, qui f biennium

statui crediderunt, ut retulit glo. pen. l. pe. C. de bo. autho. iudicis poss. l. ult. C. de iure dom. imper. Verū nec is tex. ad rem cōfert, cū i eo casu pcedat, cū pignus conuentionale distrahendū est, ut si debitor à die interpellationis nō satisfaciatur, per biennij alienari illud possit: i quo quidem pignore cōuentionali, creditor maius ius habet, cum iā possessionem habeat. l. qui pignoris. ff. de acquir. poss. quæ nō est i eo, qui missus est i possessionem ex primo decreto, qd pignus prætorium dicitur. Rursus, pignus conuentionale nō redditur nisi debitum soluat: sed pignus prætorium solum resectis expensis & purgata cōtumacia restituitur. alia permulta ad d. l. ult. declarationem adferunt Doct. in d. §. Jul. Vbi Vcurrus nu. 258. & Bolog. nu. 311. qui loquuntur de effectu secundū iam interpositi decreti, & eam l. ult. in hanc sententiam citant, cum tamen nos in casu penitus diuerso loquamur, quando scilicet post primum decretum debeat interponi secundum.

8 Tertia fuit opinio, f tempus hoc esse unius anni, ut retulit d. glo. penult. C. de bon. auct. iud. poss. ex l. si quis emptionis. §. pen. C. de præscrip. 30. uel 40. anno. sed nihil ad rem, cum in præscriptione, sicq; in materia penitus diuersa loquatur.

Quarta fuit opinio, tempus hoc esse quatuor mensium, sic retulit glo. d. l. pen. C. de bon. auct. iud. poss. f. ex l. 2. & l. ult. C. de usufr. rei iud. quæ in casu penitus diuerso loquuntur, dum scilicet cōstituunt, post quadrimestrem à die factæ cōdemnationis usuras currere centesimas, imò ex Alciati sententia l. j. parerg. iuris. c. 32. probat d. l. secunda nullum tempus condemnationis dari ad soluendum, sed statim teneri, etiam si usu ræ non currant, nisi quadrimestrem elapso.

10 Quinta fuit opinio, f tēpus hoc esse duorū mensium, ut retulit glo. d. l. pen. C. de bon. auct. iud. poss. arg. l. debitoribus. ff. de re iud. quo loci terminus duorum mensium statuitur debitoribus ad soluendum, exceptis multis casib. ibi à Doctoribus & à Socino tract. fall. reg. 396. enumeratis. uerūm is tex. extra notros terminos est, cū de diffinitiuē cōdemnato nos non loquamur, ut suprā attigimus.

Sexta fuit opinio, ut retulit gl. d. l. pe. tēpus hoc illud esse, cuius meminit idem Iustinianus in fl. ult. §. si autem. C. de bon. auct. iud. poss. ibi, post diffinitū à nobis tēpus. Verū tex. ad rem nō cōfert, tū quia ex sententia eruditissimi Alciati lib. 1. dispūct. c. 19. in ueteri Codice uerba illa nō legātur, & si i meo antiquo manu scripto extēt, tū quia adhuc incertū est quod tempus illud sit, q a Iustiniano diffinitū fuit.

Septima fuit Pilei opinio, quā refert Bolog. d. §. Julianus. nu. 22. f dari decē dies ex l. pmissor Stichin. 1. ff. de cōsti. pec. qui casus specialis est, ut inqt ibi gl.

13 Octaua fuit opinio, hoc totū esse f in iudicis arbitrio positum, cum à iure tempus hoc non sit præfinitum, hanc sententiam probauit glo. d. l. pen. ubi Bal. C. de bon. auct. iud. poss. [Odofred. trac. 11. de primo & secūdo decreto. n. 12.] Bar. d. l. si finita. §. Julianus. nu. 39. & d. §. si aut. n. 1. C. de bo. auct. iud. poss. idem Bar. in l. à diuo Pio. §. in uenditione, in fi. & ibi Alex. nu. 10. ff. de re iud. Ludouicus Bolog. d. §. Julianus, nu. 22. & Vcurrus num. 189. qui communem esse testatur. Marsil. l. quæstionis modum, num. 12. ff. de quæst. Didacus lib. 3. uaria. resol. cap. 18. in fi. Iacob. Con-

Concenna. lib. 1. quæstio. c. 3. nu. 4. Hæc snia procedit non solū de iure ciuili, sed canonico. Alc. in c. 1. nu. 34. de iudicijs, qui communem esse testatur.

SVMMA RIVM.

- 1 Morosū p solutionē factā incōtinenti morā purgare.
- 2 Vassallum & emphyteutam alienationem statim reuocando, non incidere in penam commissi.
- 3 Moram purgare licere ex æquitate, modò incontinenti purgetur.
- 4 Opinio prima, tempus incontinenti in moræ purgatione esse quadrimestrem.
- 5 Cap. potuit, de locato. in illis uerbis, celeri satisfactione, exponitur.
- 6 Tempus bimestre concedi in purgatione moræ, ex secūda aliquorum opinione.
- 7 Tēpus decem dierum solum dari ad moræ purgationem, ex tertia docto. opinio.
- 8 Tempus tridui concedi in moræ purgatione, ex quarta opinione.
- 9 Tempus omne ante litem contestationē concedi ad moram purgandam, ex quinta Doctorum opinione.
- 10 L. insulam. ff. de verb. oblig. uarij doctorum intellectus relati & consutati.
- 11 Moram vsq; ad sententiam exclusiue posse purgari, ex sexta doctorum opinione.
- 12 L. Papinia. §. meminisse. ff. de inoffi. test. explicata.
- 13 Moram intra tempus iudici arbitrarium purgari posse, ex septima & uera Doctorum sententia.
- 14 Iudicē perperdere debere psonarū et rei qualitātē, cū uult arbitrari, itra quod tēpus morā purgare liceat.

CASVS VII.

TEMPVS QVOD SIT PRÆSTITVTVM cū conceditur, moram purgari incontinenti posse, & ibidem uariæ Doctorum opiniones exploræ.

- 1 **I**nter multos casus, in quibus morosū morā purgare posse recēsent Doctores, unus est, cū statim & incontinenti satisfaciatur, l. si ita quis. §. Seia. de uerb. ob. ita cū de emphyteuta moroso in solutione canonis nri scribunt i l. 2. C. de iur. emph. in c. potuit, de locat. ex illo tex. ibi nouissimè Bero. nu. 140. 142. & Iaf. l. 2. nu. 84. C. de iure emph. qd ita uerūm intelligunt aliqui, ut pcedat et si mora illa cōmissa fuerit i faciēdo, ut putā si emphyteuta, uel uassallus alienet emphyteusum uel feudū, & statim recuperet: nā cōceditur illa purgatio si statim fiat, ita Bar. l. si insulā, & ibi Crot. nu. 71. de uerb. ob. sic et f de æquitate canonica i alijs casibus admittitur purgatio moræ statim & incōtinenti, re tñ integra. gl. in c. potuit. ibi Bero. nu. 61. de locato. Alex. l. si insulam, nu. 9. de uerb. obli.
- Dubitari nūc contingit, quomodo intelligitur illud incontinenti, quod solet debitoribus cōcedi, ut moram purgare possint. Prima fuit opinio, f tempus hoc esse quadrimestrem: ut hanc probant aliqui, quos retulit Bal. cons. 157. uis uerbis, l. 2. cuius rñsi meminit Ripa l. si insulā, nu. 34. de uerb. obli. qui illa ratione eam destruit post Bertrādum quem citat: nā qd dicitur in d. f. c. potuit, celeri satisfactione intelli-

gitur, relatione habita ad biennij, iuxta l. hæc adiectio. ff. de uerb. sign. quod de quadrimestri intelligi nō potest, cum illud sit quarta pars totius termini, multa conferunt, quæ infra in casu 124. referam.

- 6 Secūda est opinio, esse tēpus duorum mensiū, ut rñdit Bal. cons. 157. lib. 2. ex laurfertur. §. qui compensationem. cum in materia penitus diuersa loquatur.
- 7 Tertia fuit opinio, f tēpus decem dierū esse concessū, quæ admodū gl. i c. potuit, de locat. in uerbo, celeri, ex tex. l. pmissor Stichi. §. j. ff. de cōsti. pecu. ac alijs nonnullis, q uerē in casibus diuersis a nro loquūtur.
- 8 Quarta est eorum snia, f qui triduum tñ concedi adfirmarūt, ut retulit Bal. d. cons. 157. ex l. ult. C. de re iud. q in iudiciali illa iudicis recusatione loquitur, ad cuius suspensionem iustificadā intra triduum eligūtur arbitri, ita ut cōstet esse terminos diuersos.
- 9 Quinta est interpretum opinio, tempus hoc esse illud omne antequā lis contestetur. sic gl. d. l. potuit, quam sniam ceteri reiciunt, ut retulit Bero. d. c. potuit, nu. 142. cum in d. c. potuit, uerbum nullum sit de interpellatione, uel iudiciali uel extraiudiciali. alijs et utitur argumentis ad p sternendā hanc sniam is Bero. d. nu. 142. quanquā eius rationes, utpote à se sit contrario perpen sã, facili negotio dilui possint. Hæc opinio præter glo. d. c. potuit, melius probari uidetur in fl. si insulā, de uerb. obli. quæ aduersari uidetur l. si ita quis. §. Seia cauit, eo tit. quo loci legitur, morā posse purgari intra modicū tempus, q iudicis arbitrio relinquitur. Quod hæc loca explicent Docto. in d. l. si insulā, plura considerat. Prima est glo. sã opinio, quā ibi Bar. nu. 3. probauit, nempē admitti moræ purgationem usq; ad litem contestatam, si modò illa intra modicū tēpus fiat, atque ita d. l. si insulam, declarari. ad §. Seia, crebriore calculo rejicitur hæc sã sententia, ut testatur Iaco. Niger d. l. insulā, nu. 81. in fi. & ante eum Iaso. nume. decimotertio, qui ad hanc opinionem confirmandā citauit l. si cū dies. §. ult. ff. de arbit. qui modicū tempus esse statuit ante litem contestatam, de quo tamen infra in seq. casu dicam.

Secundus fuit intellectus communis Ange. Imo, Romani & aliorum, d. l. si insulam. loqui in reo, cui lex multum fauet, non mirū si expectatur usque ad litem contestationem, at d. §. Seia, loqui in actore uolēte morā purgare ad actionem conseruandam, quod solum conceditur usque ad modicum tempus. l. si in lege. §. colonus. ff. loca. hic sensus multas difficultates patitur, quas longa serie recenset Niger d. l. si insulam, numero 82. cum multis subsequentiibus.

Tertius fuit sensus à Iasone perpen sã, qui dixit, in d. §. Seia, diem expressam apposita fuisse, quæ satis præuideri potuit, quare in moræ purgatione modicū tempus tribuitur, q non contingit in d. l. si insulā, quo in casu nulla dies expressa fuit. Niger in d. l. si insulam, nu. 86. in fine, dum Iasonis considerationem rejicit, inquit, diei expressionem i hac materia nihil operari, cum ita liceat moram purgare, qñ dies expressa fuit, quam qñ non fuit: ut docuit Alex. in l. & si post tres, in fi. ff. si quis cautio. alia itaque ratione opinor, Iasonem haud rectè sentire: nam & si in l. si insulam, dies non fuerit expressa, at tamen nec ulla dilatio ad insulam edificandam adiecta fuit, pure ergo tenetur, & statim edificare debet. l. eum qui calendis.

lendis. §. quoties. de uerb. obliga. ita ergo prauideri potuit is promissor in casu d. l. si insulam, ut is debitor in casu d. §. Seia.

Quartus fuit intellectus Claudij Seyfelli in d. l. si insulā. dum inquit, creditorem hñe duplicem uia ad constituendum debitorem in mora, extraiudicialē & iudicialē. si iudicalem creditor amplectatur, necesse illi erit litis contestationem expectare, ita (ait ille) procedat d. l. insulā. si extraiudicalem, per modicum temporis expectabit, infra quō iudex arbitretur morā purgari potuisse, & quo modico tempore lapsō tunc ad interesse agere poterit, ita procedat d. §. Seia. hanc considerationem diluit Niger d. l. si insulam, nu. 87. quia licet electa sit uia extraiudicialis ad cōstituendum in mora, attamen terminus moræ exclusiuus, est ipsa litis contestatio: p̄batur in d. l. si insulam, ubi dies non expressa interpellat, & tamen terminus exclusiuus moræ est litis contestatio.

1 Sexta fuit aliorum snia q̄ existimarunt, tempus hoc intelligi usq; ad sniam exclusiue, sic retulit gl. in d. c. potuit, ex tex. i. l. Papin. §. meminisse. ff. de inoff. testa. & l. alia. C. de his quibus ut indig. Verum istō rōnibus & hęc impugnari destruiq; p̄t opinio, quibus & p̄cedens, nec aduerfatur tex. d. §. meminisse. quia r̄ndetur, illum querelātem de inofficio excusari, si ante sniam desistat, illa rōne, quia querelādi iustā habuisse cām p̄sumitur, q̄ aut iusta cā sit i cōsideratione, patet, quia ibi Papin. equiparat eū q̄ ante sniam ad iudicio destitit, illi qui abest: cum ferretur contra eum snia, & qui potius ob absentia q̄ ob iniustitiā causę succubuisse creditur: in utroq; ergo iusta causa consideratur, quod hic non contingit.

2 Septima fuit crebrior aliorum snia, tempus hoc esse in iudicis arbitrio, ut hęc tādē p̄bauit gl. in d. c. potuit, ubi Bero. nu. 142. in fi. de locato. sic affirmat post multos Ripa in l. si insulā, nu. 35. de uerb. oblig. ubi Bar. nu. 3. & ibi Ang. in repet. nu. 50. & Iac. Niger nu. 100. & ibi Alc. nu. 15. Iaf. in §. in bono fidei. nume. 32. in sti. de actio. & in conf. 9. in prima additione ad illud conf. nu. 3. & conf. 82. col. 2. in fi. lib. j. idē in l. 2. nu. 84. C. de iure emphy. Dec. auth. qui rē nu. 9. uerf. & qd hinc. C. de sacros. eccl. conf. 138. nu. 7. & conf. 149. col. 2. Paris. conf. 108. nu. 44. lib. 1. Tiraq. l. si unquā. in uerbo, oīa uel partem, nu. 31. C. de reuoc. dona. Marf. in l. quēstionis, nu. 59. de q̄st. & tempus concessum ad morā purgandā esse in iudicis arbitrio, probat tex. l. si ita quis. §. Seia, in fine, de

4 uerb. obliga. quem iam declarauit, arbitrabitur t̄n iudex iuxta qualitatem rei & personarum, ut rectē declarat Iaf. in d. l. 2. nu. 84. in fi. C. de iure emphyte. qui iudicem admonet, ut consideret diligenter, an pauper & inops sit emphyteu. uel diues & pecuniosus: & diuiti minus tempus tribuet, sic considerauit Bar. in d. l. si insulam, nu. 3. & Bero. d. c. potuit, num. 142. dum personarum, rei, operis, & similitum qualitatem esse spectandam, admonet.

S V M M A R I V M.

- 1 Tempus quod sit p̄stitutū in so aliquid ex laudo arbitri dare, cum tempus expressum in laudo nō fuit.
2 Modicum tempus datum condemnato ex laudo esse illud, quod ceteris condemnatis dari solet, ex prima doctorum opinione.

3 Dilationem non concedi ad soluendum illi, qui se paratum ait soluere.

4 Arbitria instar iudiciorū esse, & paulō post, in multis differre.

5 Laudum arbitrorum transactioni equiparari.

6 Moram in contractibus purgari, cum dies certa est.

7 Tēpus modicū in satisfactione ex laudo esse omne tēp̄ ante litē cōtestatā, ex se cūda Doctorū opinione.

8 L. si cū dies. §. ult. ff. de recep. arb. s̄sus & intellect̄.

9 L. cum sine p̄sinitione. §. ult. ff. quando dies legat. ced. intellect̄.

C A S V S VIII.

TEMPVS STATVENDVM CONDEMNATO ex laudo arbitratoris, ut sub p̄na aliquid det, quod sit.

1 Vssit suo laudo arbit̄er aliquid dari, q̄ nisi detur, p̄nā adiecit: ambigitur itra qd tēpus cōdēnatus dare possit, ne p̄nā obnoxius fiat: distinguit Pap. in l. si cū dies. §. ult. ff. de recep. arbit. Aut dies certa adiecta est, & tūc res clara est. Aut adiecta nō est, & tūc, si intra modicū tempus dederit, p̄nā eritabit. Dubitari nunc contingit, quid sit illud modicū tēpus? Prima fuit opinio gl. in d. l. si cū dies. §. ult. esse illud tēpus, qd debitoribus cōdēnatis indulgetur ex l. si debitori. ff. de iud. fenfit Alc. l. si insulā. nu. 14. de uerb. ob. & tex. illū l. si debitori, singularē in eo esse dixit Roma. singu. 469. Tu habes: in fi. ut illi qui p̄fatur se paratū soluere, nulla sit dilatio concedēda. Confirmatur hęc snia, quia arbitria sunt ad instar iudiciorū. l. j. de recep. arbit. hoc ergo tēpus erit quatuor mēsiū; ex l. 2. C. de execu. rei iud. & fenfit Alex. in l. debitoribus nu. 10. ff. de re iud. quo loci scribit nō idem esse in t̄ laudo arbitratorū, qd cum t̄actioni, sicq; cōtractui equiparetur, ubi dies adiecta non erit, statim dētur. l. eū qui calendis. §. quoties. de uer. ob. hęc opinio uera nō est, quia & si arbitria in multis redacta sint ad instar iudiciorū, att̄n & i multis differunt, ut multos casus recenser Io. Annib. l. si insulā, n. 114. & nu. 116. de uerb. oblig. Soc. tract. fall. reg. 27. differunt p̄sertim in hac purgatione morā: nā t̄bi dies est certa in contractibus, mora purgari potest, l. & si post tres. ff. si quis cau. & t̄n in snia arbitri non licet. l. Celsus. ff. de recep. arbi. & hęc differentiā annotauit Soc. d. reg. 27. in fal. 10. & simili ratione utitur Gom. in §. i. nu. 8. in sti. de actio. ad has arbitratorū & iudiciorū equiparationes diluēdas, sic arbit̄er statuit diem certum solutioni. l. quid t̄n. §. solutioni, de arbit. quod nō est in iudicij, ubi quadrim estre datur.

2 Secūda fuit opinio, modicū tempus intelligi usque ad litis contestationem, ex uerbis d. §. ult. in fi. quæ sic uisus est intelligere Iaf. in l. si insulā, nu. 13. de uerb. obli. nam illa uerba, ante acceptum iudiciū, id est, ante litem contestatā interpretatur. l. sed & si. ff. de constit. pec. & l. si quis missum. §. ult. ff. de dam. infecto. & p̄ter Iaf. in d. l. si insulam, Niger. nu. 87. in fi. alia loca his similia retulit, ut l. j. §. item si ita. ff. ad l. falc. & l. cū sine p̄sinitione. ff. q̄n dies lega. ced. q̄ statim explicabimus. Hęc opinio uera nō est, nec relatis iuribus probatur. nam dicta t̄ l. si cum dies. §. ult. intelligitur, eū qui dare tenetur, nō esse i mora, si ante

3 Executionem trium sententiarum conformium regulariter per nullitatis exceptionem non impediri, etiam si euident sit nullitas.
4 Nullitatis exceptionem, cuius probatio incontinenti offertur, executionem trium sententiarum conformium non impedire.
5 Restitutione in integrum petita & oblati incontinenti probationibus super lesione, executionem trium sententiarum retardari.
6 Tempus incontinenti quod dicatur in probationibus oblati incontinenti.
7 Incontinenti fieri dicitur probatio iudicis arbitrio.

si ante acceptū iudiciū, id est, ante litē contestatā soluerit, dumōdō si itra modicū tempus, quasi uelit dicere Iurisc. nil referre, si te lis sit a creditore inchoata, siue non, ad hoc ut debitor teneatur de mora q̄n itra modicū tēpus soluit, atq; ita illud modicū nō diffinitur, ut sit illud oē tempus, qd ante acceptū iudiciū est. tex. aut l. j. §. item si ita. ff. ad l. Falc. à Ngro citatus, ne uerbū quidem de accepto iudicio facit, quāq; ibi gl. in uerbo, spacio, intelligat illa uerba, cum aliquo spacio, id est, ante iudicium acceptum. Non pariter urget l. cū sine p̄sinitione. ff. q̄n dies lega. ced. nā illa uerba, statim peti p̄t, ad subsequētia, penoris autem cā, & c. quasi uelit sentire, statim dici, id est, ante litem cōtestatā. sed eā interpretationem habet, statim, id est, mora commissa, ut docuit ibi Bar. centum loco penoris legata peti posse. q̄ sanē mora nō committitur, cum ante litem contestatam soluitur. eritq; sensus, lite contestata super petitione penoris, si non soluatur, mora cōmittitur, atq; ita tunc statim centum loco penoris & in p̄nam relicta debentur.

Tertia ergo fuit opinio gl. i d. l. si cū dies. §. ult. ff. d. arbit. illud t̄ modicū tēpus intelligi iudicis arbitrio. hęc p̄batur Alex. in d. l. si insulā. nu. 15. in fi. Iac. Niger nu. 141. uerf. Nec obstat lex, de uerb. obli. idem ibi Io. Annibal nu. 114. scribit t̄n Iac. Cuiacius in cōmentarijs de diuersis tempo. p̄scrip. & terminis. c. ult. iudicē posse statuere terminū decē dierū. arg. l. p̄missor. §. j. de consti. pecu. ego rectius opinor posse & plus & minus pro personarum & rei qualitate.

S V M M A R I V M.

- 1 Executionem trium sententiarum conformium regulariter per nullitatis exceptionem non impediri, etiam si euident sit nullitas.
2 Nullitatis exceptionem, cuius probatio incontinenti offertur, executionem trium sententiarum conformium non impedire.
3 Restitutione in integrum petita & oblati incontinenti probationibus super lesione, executionem trium sententiarum retardari.
4 Tempus incontinenti quod dicatur in probationibus oblati incontinenti.
5 Incontinenti fieri dicitur probatio iudicis arbitrio.

C A S V S IX.

PROBATIO QUANDO INCONTINENTI fieri dicatur, ut executio trium sententiarum impediatur.

1 Executio trium sniarum cōformium impediri regulariter non p̄t per nullitatis exceptionē. clem. j. de re iud. qd intelligunt crebrius n̄i, et si cui dens sit, ita Ripa. l. 4. §. cōdemnatum. n. 15. de re iud. refert sensisse Imo. & Card. i d. Clem. j. & Rom. sing. 187. & Dida. lib. Pract. q. c. 25. nu. 2. q̄ alios plures citat. Hinc inferunt, non admitti hęc t̄ nullitatis exceptionē, et si p̄batio incontinenti afferatur, nisi ex eis demmet actis resultet, s̄n Rip. d. nu. 15. in fi. Soc. iun. conf. 45. nu. 19. uerf. sed adhuc lib. 1. Paris. conf. 68. n. 19. li. 3. Rui. conf. 131. in fi. li. 4. & conf. 27. nu. 5. lib. 5. ecotrā uerō cum petitur t̄ resti. in integrum, & offeruntur p̄bationes incontinenti sup lesione, sine dubio suspenditur executio trium illarum sniarum,

ut post alios latē scribit Ripa d. §. cōdemnatū. n. 30. & alios refert Dida. d. c. 25. nu. 7. eo t̄n in casu impeditur, cum aliqua exceptio statim & incontinenti p̄ banda obijcitur, ut p̄bat omnes in d. l. 4. §. condemnatum. sed ambigi solet, q̄n incontinenti dicatur.

4 Prima fuit aliquorum opinio, t̄ tempus illud concedendum, intra quod tempus fieret executio, si exceptio hęc non fuisset opposita: ita Bart. l. 4. §. condemnatum. nu. 4. ff. de re iudicata.

Secunda fuit opinio, posse probari intra triduum, ut de t̄to tpe intellexit uerbum incontinenti, Bal. l. ult. C. de iud. Fel. in c. ueniens. il. 2. nu. 15. de testibus. Neuz. conf. 56. nu. 8. Verum eam rejicit Bero. in c. j. nu. 38. de resti. spol. ut retuli in tract. recuperandæ possessio. in primo remedio. nu. 226. ubi dixi.

Tertia fuit opinio, hoc totum esse t̄ in iudicis arbitrio: sic gl. in l. is à quo. ff. ut in poss. lega. ubi Bar. in specie n̄i casus. sic Bal. in l. 3. §. ibid. ff. ad exhiben. in l. ult. C. de ordine cogn. Calca. conf. 16. nu. 45. Ripa l. 4. §. condemnatū. nu. 32. de re iud. Marf. lege q̄onis, nu. 35. de q̄. Affl. c. 1. nu. 21. ex q̄b. cau. feud. amitta. Pract. Papie. in forma executionis snie diffinituæ. in gl. j. nu. 7. [Gigas tract. pensionum q. 100. in fi.] latē Soc. iun. conf. 67. nu. 9. lib. 1. Cassa. conf. 68. nu. 12. Tiraq. in l. si unquā, in uerbo, oīa uel partem. nu. 31. & in uerbo, donatione largitus. nu. 119. C. de reuoc. don. Alc. r̄nso 409. nu. 5. Neuz. conf. 56. nu. 4. p̄p̄e finem. Natta conf. 502. nu. 7. l. 3. Has t̄n duas interpretum opiniones conciliat Rip. d. §. condemnatum. hoc quidem esse in iudicis arbitrio, iuxta cōmunem sniam, sed is iudex arbitrabitur, satis dici incontinenti, si exceptio illa p̄t intra illud tēpus p̄bati, itra qd executioni mādari posset snia, & hoc casu procedat prima illa opinio Bar. & sequacium. confert doctrina Ang. in lege, ille a quo. §. si te testamento. in fi. ff. ad S. C. Trebel. dum docuit, illa uerba, hodie constat, hodie agatur, eam habere interpretationem, ut intelligatur q̄n illa exceptio potest finiri intra tempus, intra qd instantia debet sopiri, ita qd iudex intra illud potest maturē deliberare, qualem sniam ferre debet. Nat. p̄citatō loco inquit simpliciter, iudicem minus temporis statuere, quā in ceteris soleat.

S V M M A R I V M.

- 1 Heredem teneri satisfacere legatarijs de eorum legat. soluendis.
2 Tempus quod heredi concedatur, dum offert se probaturum, nullum fuisse cōstitutum fideicommissum.
3 Iudicis arbitrio statuitur tempus heredi, ut probet fideicommissum à testatore factum non esse.
4 Iudicis arbitrium quale esse debeat in arbitrando tēpus incontinenti datum heredi ad probandum, nullum extare fideicommissum.

C A S V S X.

QUOD TEMPVS INCONTINENTI dicatur, cum heres offert se probaturum, nullum à testatore factum esse fideicommissum ad euitā dan. satisfationem fideicommissario p̄standā.

1 P̄retor suo edicto canit, t̄ heredē teneri satisfacere legatarijs, & fideicommissarijs, se illis soluturum.

ru legatu uel restitutoru fideicommissum, ut relatu est in l. j. ff. ut lega. no. caue. si uero is heres non fatidat, mittuntur legatarij uel fideicommissarij i possessione bonoru legati uel fideicommissi, l. j. & toto tit. ut i poss. legat. ut tñ aliqn hac cautione, simulq; missione enitent haeredes, negat aliquod constitutu fuisse fidei commissu, idq; se pbaturos offerunt, ut pbat l. si is a quo, ff. ut in possel. lega. sed ambigitur, qd t tempus sit statuendū, ut incontinenti doceat, quæ obtulit.

Prima fuit opinio, tempus hoc intelligi de una die, ut retulit Car. in d. l. si is a quo, n. 2. & Cassa. con. fil. 68. nu. 1. nec dissentit Bero. in c. 1. nu. 38. de restit. spol. uerum sententia hæc nullo iure probatur.

Secunda fuit opinio, intelligi hoc tempus, de bimestri: sic retulit Bar. d. l. si is a quo, nu. 2. ex text. l. in fraudem. §. fiscalibus, de iure fisci. & l. ult. C. de compensa. uerum quod ad alios casus & terminos loquuntur, ut suis locis dicemus.

Tertia ergo fuit opinio, hoc esse in iudicis arbitrio, ut placuit glo. in d. l. si is a quo, quā ibi est secut. Bar. nu. 3. sic Bal. in l. j. C. ut in possel. lega. Cassa. d. cō. fil. 68. nu. 1. 2. idē sensit Mar. l. qōnis, nu. 52. de qō. & Afflic. c. 1. nu. 21. ex qbus cau. feud. ami. inquit tñ

Bar. iudicet hunc dēre arbitrari de tpe illo, intra qd sit examinatio, an fideiussores sint idonei, uel intra qd petitur iurari de calumnia, ut apud eum. latē Ne uiz. con. fil. 56. nu. 4. solent quoq; iudices ex subiecta materia iudicare, quale tempus hoc sit, ut rñdit Ne uiz. con. fil. 56. nu. 8. post gl. in c. præterea. de testibus cog. & Iaf. in l. ult. nu. 3. C. de iudi.

S V M M A R I V M.

- 1 Interdictum unde vi, non posse exerceri contra eum, qui statim suam possessionem recuperauit.
2 Possessio quando dicatur incontinenti recuperata.
3 Iudicis arbitrium esse, iudicare quando possessio incontinenti recuperata dicatur.

C A S V S XI.

QUANDO AD EVITANDVM INTERdictum unde ut, dicatur incontinenti recuperata possessio, & inibi quale arbitrium iudicis esse debeat.

Prætoris interdictū de ui & ui armata, eo in casu cessat, cum de sua possessione deiectus statim recuperat. l. 3. §. eū igitur. ff. de ui & ui arm. qd fufius comprobauimus in tract. de recup. possel. remedio 1. nu. 338. Nunc solum dubitari contingit, t quādo dicatur statim & incontinēti possessio recuperata? Prima fuit opinio, intelligi hoc incōtinēti anteq̄ ad actus extraneos diueratur, ut retulit Bar. d. l. 3. §. eū q; ex tex. l. continuus, de uerb. oblig. l. duos. §. ult. ff. de duobus reis, ac l. qd ait. §. ult. ff. de adulterijs. uerum quod ad alios terminos iura illa loquuntur.

Secunda fuit opinio, satis dici incontinenti quā primū poterit, ex l. 2. §. cōfessim. ff. ad S. C. Tertul. qd totū est t positū in iudicis arbitrio. sic Bar. d. §. eū igitur. Ang. in sua disput. q̄ incipit, Renouata guerra. col. 4. Alex. l. si de eo. §. si forte. nu. 6. ff. de acquire. poss. citat pulchrē Bal. l. ult. C. de his qui a non domino. Bellamera c. olim. nu. 23. de rest. spol. Bertran. con. fil. 139. nu. 3. in 2. par. li. 3. & con. fil. 137. nu. 1. lib.

5. Rui. con. fil. 130. nu. 6. lib. 1. Mar. l. qōnis. nu. 52. de qō. Tiraq. in l. si unquā. in uerbo, Omnia uel partē. nu. 31. de reuoc. dona. is aut iudex perpendet quali tatē psonarū & rei: in priuato de sua possessione deiecto cōsiderabit modicū appararū regri, ideōq; multū tps tribuendū non esse: in diuite & nobili cui castrū ab altero sit occupatū, ex quo maior apparatus, maior impensa ac diligentia exigitur, ideo maius tēpus erit considerandū. Quocirca affirmāt nri interpretes, satis dici incōtinēti castrum recuperatum, cū commodē conuocatis amicis, bello parato, & instructo exercitu, recuperari potuit, ut latē scripsi in tract. de recuper. poss. in primo remedio, nu. 339.

S V M M A R I V M.

- 1 Exceptionē aliorē indagine requirētem nō impedire missionē in possessionē ex edicto Diui Adriani.
2 Exceptionē in præteritionis non impedire missionem in possessionem ex edicto Diui Adriani.
3 Præteritio incontinenti probanda, missionem in possessionem ex edicto Diui Adriani impedit.
4 Incōtinēti quādo dicatur pbari exceptio ad impediendam missionē in possessionē ex edicto Diui Adriani.

C A S V S XII.

TEMPVS QVOD INCONTINENTI dicatur, cūm agitur de probanda exceptione, qua impeditur missio in possessionem ex edicto Diui Adriani.

Missio in possessionē, quæ hæredi cōceditur tēpore edicto Diui Adriani impediri nō potest per illas exceptiones, quæ requirūt aliorē indagine, ut docent omnes in l. 2. & l. ult. C. de edicto diui Adr. tollen. quamobrem filius, qui se præteritū allegat, eā missionem impedire nō potest, cū illud præteritionis uitiū nō sit uisibile, & aliorē indagine postulare soleat: ita probat d. l. 2. C. de ed. diui Adr. quamobrem si offerat filius se incontinenti præteritionis uitiū probaturum, illa missio impeditur. ita gl. in d. l. 2. quā probauit Bar. in d. l. ult. in 2. oppo. & ibi eā latius defendit Dec. n. 43. à quo nō dissensit Zuccardus nu. 321. & uerē cōmunis est sentētia, ut ipse Dec. testatur. quāquam Ioan. Igneus ab eo relatus dissentiat & malē. imō affirmant interpretes i d. l. ult. referente Decio d. n. 43. eū dici legitimū cōtractorē, cum suū titulū, uel auctoris, uel aliam obijcit de suo iure exceptionem, quā incōtinēti uult probare. Sed dubitari cōtingit, qd tempus indulgendū sit, ut t incōtinēti fieri dicatur: & breue aliquod spaciū esse arbitrio iudicis dandum crebrius nostri scribunt, qd latē post Bald. d. l. 2. C. de edicto Diui Adria. tol. [Alexan. cō. fil. 166. nu. 6. lib. 2.] respōdit Ne uiz. cō. fil. 56. n. 3. 7. & Soci. iun. con. fil. 67. nu. 9. lib. 1. Guido Papæ q. 132. Cur. iuni. in d. l. ult. nu. 45. & ibi idē sensit Zuccardus nu. 322. hic autē iudex ex multorū traditionibus arbitrari poterit, illud incontinenti dici, qn longa dilatio danda nō esset. si enim exceptio obijceretur, ad cuius discussionē necesse foret testes examinare, uel instrumenta antiqua, super quibus disputandū esset, producere, non posset dici probatio incōtinēti oblata. ita post Sali. Corn. & alios i d. l. 2. C. de edicto diui

D. A. Ir. tollen. respōdit Ne uiz. d. con. fil. 56. nu. 1. 2. 3. cetera retulimus in tract. d. adipiscenda possessione.

S V M M A R I V M.

- 1 Pactum incontinenti appositum quando dicatur ad contractus simulationem detegendam.
2 Pactum de retrouendendo cum pretij modicitate contractum usurarium arguere.
3 Pactum de retrouendendo ex interuallo non arguere contractum simulatum, alij contra.
4 Iudicis arbitrium esse quando pactum de retrouendendo arguat contractus simulationem.

C A S V S XIII.

SIMVLATIO CONTRACTVS QVANDO ex pacto de retrouendendo incontinenti uel ex interuallo appposito detegatur.

IN controuersia non semel incidit quomodo dicatur t incontinenti pactum de retrouendendo adiectum ad præsumendum contractus simulationem: & si pactum de retrouendendo, & modicitas pretij ex multorum snia contractum simulatum & usurarium arguat, ut hæc esse cōem sniam testatur Crau. con. fil. 56. nu. 4. attamen hæc cessare uidentur, qn ex interuallo pactum de retrouendendo fuit adiectum: ita censuit Alex. con. fil. 38. nu. 3. lib. 5. Abb. con. fil. 69. col. 2. uer. si. Tertio me monet. lib. 2. Corn. con. fil. 133. & con. fil. 241. lib. 1. quāq; Alex. uel alius potius quispiā in illius rñsis con. fil. 51. nu. 2. & con. fil. 19. in h. lib. 4. rñderit, imō ex pacto adiecto ex interuallo maiorem argui suspicionem, quia ad cautelā tempus interdictum uideretur. quā sniam uisus est sequi Crau. d. con. fil. 56. nu. 18. & hæc ego sequeretur ubi alia extat coniectura. qd placuit & Tiraq. tract. de retractu conuentionali, in præfatione, nu. 6. 8. 9. 12. qui uidendus est. Et ex arbitrio iudicis totum esse diiudicandum rñdit Crau. con. fil. 56. nu. 17. uer. si. Non obstat tertium, & doctrina Ang. in l. uentri. §. ult. ff. de ijs qui in fraud. cred. qui docuit, conuenta in fraudem creditorum detegi si incontinenti cōuentum sic fuit, qn autem illud dicatur incontinenti, inquit Ang. in iudicis arbitrium positum est.

S V M M A R I V M.

- 1 Compensationem non liquidā ad liquidum non admitti, nisi liquidatio incontinenti offeratur.
2 Incontinenti liquidatio quando dicatur fieri ad impediendum creditum iam liquidum.
3 Compensare est soluere.
4 Tempus liquidandi creditum arbitrium esse.
5 Alexandri ratio explosa.
6 Debitum liquidum quod dicatur, ut in compensationem deduci possit.

C A S V S XIII.

TEMPVS QVOD CONCEDI DICATUR ad creditum liquidandum, ut in compensationem deduci possit.

Compensationis exceptionem debiti nō t liquidi ad debiti liquidi solutionē impediendā op

poni non posse scimus, ex l. ult. C. de compen. eo tamen in casu solet recipi exceptio hæc, cū super ea incontinenti offeruntur pbationes, ut apud omnes in d. l. ult. C. de compensa. Sed dubitari contingit, quomodo illud incontinenti dicatur.

Prima fuit opinio, spaciū duorum mensium concedi ad eam exceptionem probandam, ut docuit Bar. in l. aufertur. §. qui compensationem. ff. de iure fisci post Dy. in §. in bonofidei. instit. de actio. & Bar. tueri conatur Alex. con. fil. 94. 95. lib. 4. ea ratione utitur Bar. qd t compensare est soluere. l. amplius. ff. rem ratam hab. sed ad soluendum datur tempus duorū mensium. l. in fraudē. §. fiscalibus. ff. de iure fisci, quare infert Bart. qd ubi nullus ad soluendum terminus daretur, sic nec terminum posse statui ad compensa tionem probandam. Verū ratio hæc solum in eo casu concludit, id quo iam clarē est, ex d. §. qui compensationem. statutum debitori illi cōcedit tempus duorum mensium ad compensationem probandam, quod absolute in ceteris oibus casibus non est sancitum. & idem aduersus Bar. sensit Alc. respon. 291. nu. 6. & si Bal. in l. ea. C. de compensa. dixerit, terminū iudicarium tā in fisco, q̄ in priuato esse arbitrariū. eoq; loci relata Bar. illationem destruit Bal. quia & si nullus a lege detur terminus, potest tamē opponere compensationis exceptionem statim probandam: quod totum est iudicis arbitrio. Bar. tamen latē defendit Alex. con. fil. 94. nu. 3. 4. & con. fil. 95. nu. 2. 3. lib. 4. & Ne uiz. con. fil. 56. nu. 9. uer. sic. confirmo tertio. qui alios plures pro Bar. citat.

Secunda ergo fuit opinio tempus hoc esse in iudicis arbitrio, sic sensit gl. & Cyn. in d. l. ult. C. de compensa. & Bal. d. l. in ea. eo. tit. Iaf. in §. in bonofidei. nu. 8. l. instit. de actio. Felyn. in c. suborta. col. 2. in fine. de re iud. qui Alexandri rationem unam subuertit, t dum is affirmabat, esse quidem arbitrariū iudici, sed iudicem ipsum tempus duorum mensium præstituere debere: nam, si à iure hoc esse certē determinatum nō esset aliquo modo in iudicis arbitrio, ut uerē esse, relati affirmant, quibus addo Parisium con. fil. 121. nu. 25. lib. 1. Tiraq. De retractu consang. §. 3. gl. 3. nu. 1. qui latē hac de re disserit. addo Affli. in cap. primo, num. 21. uer. si. item habet dubium de clarandi. ex quib. caus. feud. amitta. Alciatum. d. respon. 291. num. 6. & licet Ne uiz. d. con. fil. 56. num. 9. uer. si. non obstat dum Fely. respon. sionem Fely. de struere nitatur, mea tamen sententia, nullius ponderis sunt illius uerba. quando autem t debitum dicatur liquidū ut in compensationem deduci possit, scribunt plura relati Doctores. & Tindarus in tract. de compensa. parte 8. Socin. tract. fallen. reg. 61. Afflicus decif. 121. & decif. 163. Rolan. con. fil. 17. nume. 14. lib. 1.

S V M M A R I V M.

- 1 Sententias et transactiones rescindi ope exceptionis per instrumenta de nouo reperta.
2 L. Diuus. ff. de re iud. sensus & explanatio.
3 Cōditionē prius esse implēdā ut dispositioni locus sit.
4 L. si ex falsis. C. de transact. exposita.
5 L. qui agnitis. ff. de except. intellectus et declaratio.
6 Transactionē ipso iure annullari cō falsitate detecta.

- 7 *Falsitatem instrumentum vitare.*
 8 *Falsum veritati ex diametro repugnare.*
 9 *Restitutionem in integrum accidentaliam reparare.*
 10 *Probationes ad substantiam sententiam non pertinere.*
 11 *Minorem falsis allegationibus circumuentum, falsitate detecta sententiam ipso iure nullam dicere posse.*
 12 *Baldus in l. si ex falsis, num. 11. uerfi. sed si talis obiectus. C. de transact. declaratur & explanatur.*
 13 *Iudicis arbitrio relinquatur quando statim falsitatis exceptio possit probari, ut transactioni obijciatur.*

CASVS XV.

QUANDO TRANSACTIO ET SENTENTIA PER NOUA INSTRUMENTA ANNULLATUR: & DE TEMPORE QUO STATIM FALSITATIS EXCEPTIO PROBATUR.

- 1 **S**ententias & transactiones ex falsis instrumentis celebratas, non rescindi ipso iure, sed ope restitutionis in integrum, crebrius nostri scribunt in l. si ex falsis. C. de transact. ita glos. ibi & Iacob. Butriga. Bar. Bal. Alex. nu. 7. Ias. nu. 6. Cur. Iun. in fine, & Alcia. nu. 7. & Cur. Sen. nu. 3. Soc. Iun. consil. 40. num. 19.
 2 **lib. 2. quorum sententiam probatur in l. Diuus. ff. de re iudi. cui respondet Zasius lib. 1. sing. respons. c. 13. sed minus feliciter. ait ille, ideo ibi opus fuisse restitutione in integrum, quia falsitas non erat detecta, sed solum ex eo presumebatur, quod allegaretur, testes fuisse pecunia corruptos, atque ob id de falsitate non constabat expressè. huic intellectui refrangantur uerba tex. ibi, ut si tibi probauerit, nã uerba hæc præsupponunt, quod anteq̃ restitutio illa concedatur, esse probandum, latã fuisse sniam p̃ conspirationem aduersariorum testibus pecunia corruptis: detegi itaq; debet ante oia testes fuisse corruptos atque falsum tulisse testimonium, anteq̃ restitutio concedatur. sunt. n. illa uerba, ut si probauerit, conditionis significatiua.
 3 **l. 1. de cond. & demon. ubi de dictione, si, atq; conditio ante oia impleri debet, ut dispositioni sit locus. l. cedere diem, ubi Alcia. de uerb. sig. Anch. consil. 297. col. 1. Ruinus consil. 63. nu. 4. lib. 4. & consil. 35. num. 13. lib. 5. Plotus. l. si quando. nu. 34. C. unde vi. Probat & hanc sniam p̃ tex. d. l. si ex falsis, in illis uerbis, retractari præcipimus, quã cum sint uerba futuri temporis, non operatur ipso iure, sed per sententiam. l. nubemus. §. tanẽ, ubi Bar. C. de sacros. Eccl. l. ita considerauit Cur. sen. d. l. si ex falsis. numero. 32. solet et̃ pro communi hac adferri l. qui agnitis. ff. de excep. quã in contrariam sententiam Zasius malè refert. nã dum Modestinus scribit, nullam esse habendã rationem præscriptionis super eo instrumento falso cautã, ea ratione utitur, quia eo principalibus constitutionib; diffinitum est, rem iudicatam falsis instrumentis latam retractari. refert itaque constitutionẽ illam principalem ex d. l. Diuus, quã (ut diximus) eã restitutionem in integrum requirit; si ergo relatum est in referẽte, l. assẽ toto, de hæc. insti. si pariter una lex ex altera declaratur, l. utrum, de petitiõ. hered. dicendum est, d. l. qui agnitis, declarari ex d. l. diuus, cũ eius constitutio à Modestino referatur. Non ignoramus tamen Fulgo. in d. l. si ex falsis, & Zasium. d. cap. 13. aliter sensisse, p̃ transactionem scilicet & sniam ipso****

iure annullari, cum falsitas detecta est. sed in eã opinionem malè citant d. l. qui agnitis, de excep. q̃ cõem opinionẽ probare iam ostendit, sic malè citant l. 1. 2. & 3. C. si ex falsis, inst. q̃ cũ non declarent, an ipso iure uel per restitutionem in integrum rescindantur, sic quẽ illud in iuris dispositione relinquunt, erit intelligendum p̃ in integrum restitutionẽ ex d. l. Diuus. fortius urgere uidetur illa Zasij argumentatio, dum sic ait, p̃ falsitas instrumentorum inficit sniam iuris in trinseco & formali, quia cum res iudicata pro ueritate habeatur, iam falsitate manifesta apparente ueritate cessat præsumptio & snia, quia nihil uero est magis contrarium, q̃ falsum. authent. de instrum. cautel. in principio. restitutio in integrum tñ accidentaliam reparat. l. 1. ff. de in integrum resti. Verũ sic respondendũ dxi, dolo, qui falsi substantia est, non annullare actum ipso iure. l. pen. C. de inuti. stip. non est ergo uerũ quod Zasius scribit. Rursus, p̃ probationes ad substantiam sententiã non pertinent, nã sine eis sententia ualeat. l. prolatam. C. de sentent. & interloqu. omni. iud. si ergo instrumenta falsa esse detegantur, non tamen ipso iure snia, uel transactio, quã illi æquiparatur, annullatur: ita Alcia. d. l. si ex falsis, num. 7. Declarant hanc communem sententiam docto. loquunt sibi non uendicare in minore p̃ falsis allegationibus condemnato: is enim absq; in integrum restitutione, sola falsitate detecta, ipso iure sententiam nullam dicere potest. ita omnes d. l. Diuus, de re iudica. ex l. 1. C. si tutor uel cura. fallen. allega. & communem esse testatur Socin. Iun. d. consil. 40. num. 20. lib. 2. Ruinus consil. 89. nu. 14. lib. 1. qui idem esse ait, cum contra ecclesiam, quã minori acquiritur, lata est, sic cum contra absentem ex aliorum sententia, in l. qui Roma. §. duo fratres. ff. de uerb. obligat.

Hęc paulò altius tractare uolui, quod facilius rei ueritas, & quod sum nunc dicitur, intelligeretur. dum hæc tractauit p̃ Bald. in d. l. si ex falsis, num. 1. uerfi. sed si talis obiectus, scribit in hæc uerba, sed talis obiectus non est ad retractationem, sed per uiam compensationis de non liquido ad non liquidum, uel de liquidabili statim ad iam liquidum: tunc iste obiectus admittitur. ff. de iure fisci. l. auferatur. §. qui compensa tionem: & intelligitur liquidabile statim, ubicunq; probationes non retardant processum, uel retardant ualde parum; quod arbitrio iudicis relinquatur, ff. ad Trebellian. lã quo. §. si testamento. & ff. ut in posse. lega. l. si is à quo, in princip. hæc Bald. cuius doctrina ostendit esse positum in p̃ iudicis arbitrio, quando exceptio hæc falsi statim probanda obijci possit contra transactionem ut illius effectus impediatur. scio tamen Baldum eo loci scribere hanc exceptionem uerè, non in modum compensationis obijci, sed potius ut exceptio illa, dolo facis petere quod statim restitutus es: ut apud eum.

SUMMARIUM.

- 1 **Appellans non auditur si interposita appellatione spoliatus.**
 2 **Appellans ab omni nouitate abstinere debet.**
 3 **Cap. an sit. de appell. declaratur.**
 4 **Incontinenti molestia probari quando dicatur, ut appellans commodo appellationis priuetur.**

CASVS

CASVS XVI.

QUANDO PROBANDA SIT MOLESTIA AB APPELLANTE ILLATA, UT APPELLATIONIS COMMODO IS APPELLANS CAREAT.

- 1 **C**elestinus III. Pont. Max. constituit in ca. an sit, de appella. illius p̃ appellationi non esse deferendum, qui, illa interposita, appellatum spoliatus, atq; ita aduersus iuris constitutiones noua molitus est. Nã ex illa molestia, dicitur appellans suã appellationem renũciasse, ita ex illo tex. annotauit ibi Dec. nu. 1. post Marthæ. notab. 28. Nota q̃ si actor. idem Dec. in c. cum teneamur. nu. 4. eo. tit. de appel. & in c. ex parte, il 2. nu. 6. de rescrip. post Inno. ibi. & idem Dec. consil. 103. col. j. propè mediũ. dẽt̃ ergo appellã abstinere ab oĩ nouitate, aliõ qui illi appellationi renũciasse dicitur, ut in alio ca. an sit, scripsit Bal. hoc tñ p̃cedere uidetur, qñ is appellatus, molestiaq; deinde affectus, molestia nouitatemq; illã incontinenti p̃bare uult, quemadmodũ ut in p̃ d. ca. an sit, constitui uidetur, quamq; gl. existimet, esse in tex. supplendũ, maxime, cum semper admittatur intra legitimũ tempus hmoi p̃batio, sitq; is appellã ea p̃na puniendus, cũ in legem comiserit. l. auxiliũ, in fi. de minor. qd̃ intelligitur cum uersatur circa idẽ, ut p̃bat c. dilectus, de appel. & tradit Abb. d. ca. an sit, nu. 5. q̃ cũ hac gl. opinione residet, non esse necesse, q̃ incontinenti molestia p̃betur, cum illa uerba, incontinenti, sint posita narratiuè, nõ aut dispositiuè, quidquid cõstat p̃. & Abb. ego intelligo esse dispositiuè appositũ uerbũ in cõtinenti, cum interponenda non sit mora in ea molestia p̃bata, posteaquam nuper illata est, agitnrq; de lapsu temporis prosequendã appellationis.
- 4 **Dubitatio nunc non leuis est, quomodo illud in continenti, accipiendum sit. Hostien. ab Ab. relatus in d. ca. an sit nu. 8. uerfi. Host. dicit, censet terminum quindecim dierum præstituendum esse, ex tex. c. frequens. de resti. spolia. in 6. quã sanè sententia Ioan. Andr. non placuit, cum lomo extra casum, atq; ita glossam sequitur, & cum eo Abbas.**
 Altera fuit opinio relata à gl. incontinenti hoc intelligi arbitrio iudicis, & cũ gl. idem ibi sensit Deci. nu. 3. & rectè, si nihil in textu supplendum esse credimus, ut uerè credo, cum ipse prudens declarare possit ac debeat, iuxta negotij qualitatem quantum temporis spacium huic appellato statuendum sit.

SUMMARIUM.

- 1 **Instrumenta executionem paratam non habere.**
 2 **Statutu Papi 6. in ciuilibus. De executione instrumenti. correctorium iuris communis esse, & ob id strictam interpretationem recipere.**
 3 **Instrumentum, quod alioqui ex forma statuti executionem paratam hẽt, non potest executionem suam recipere, cum mensura uel numeratio requiritur.**
 4 **Liquidationis forma & praxis.**
 5 **Instrumenta guarentigiata executionem paratam etiam de iure communi habere.**
 6 **Guarentigia quid sit.**
 7 **Executionem instrumenti guarentigiati impedi per exceptionem statim probandam.**

- 8 **Iudicis arbitrio relinquatur quod tempus statim & incontinenti dicatur in probanda exceptione opposita contra instrumenti executionem.**

CASVS XVII.

DE EXECVTIONE INSTRUMENTORUM, & QUANDO PER EXCEPTIONEM STATIM PROBANDAM IMPEDIATUR.

- 1 **C**æsareo iure constitutum non ignoramus, instrumenta, & si publica, paratam executionem non habere. l. minor. 2. 5. annis cui fideicommissum, in prin. ff. de min. ubi Bar. Bal. Alb. Castre. & ceteri. Ang. Castr. & Alex. in l. ait prætor. §. si index. de re iud. Boer. q. 295. nu. 5. euenit tñ sapissimè, ut in ciuitatibus extẽt statuta, q̃ paratã his instrumentis tribuãt executionem. id qd̃ Papiẽ constitutu est ex statuto 6. in ciuilibus sub rub. de executione instrumenti. extat & in Ciuitate Montis Regalis. sic & Medio lani, Ferrariẽ, Verong, & alibi. q̃ ut iuris cõis correctoria strictã recipiunt interpretationem, sic Calca. consil. 17. nu. 3. Barb. consil. 42. col. 10. lib. 1. atq; ea cõsili quida & clara esse debent, ita rñdit Alex. consil. 188. col. 2. lib. 2. & consil. 33. lib. 6. Dec. consil. 323. col. 2. & consil. 618. nu. 5. Soc. Iun. consil. 181. nu. 78. lib. 2. Bero. q. 57. qui affirmant, illis in casibus non posse p̃ statim exequi, cũ numeratio uel mensura requiritur: nã contractus tunc perfectus non dicitur. l. Jul. §. si Titius, ubi Bar. ff. de actio. empt. q̃ aut sit p̃ liquidationis praxis & forma, ostendit Soc. sen. cõsili. 51. col. 3. uerfi. 7. confirma. lib. 1. Scio tñ p̃ instrumenta guarentigiata executionem & à iure cõi paratã habere. Cy. & Io. Fabri in l. si certũ. C. fam. erci. Ang. l. 4. §. cõdemnatum. de re iudi. latè Boer. d. q. 295. num. 6. qui inquit, p̃ Guarentigiam nil aliud esse, quam præceptum quoddam, quod sit per notarium de instrumento rogatum parti roganti, ut obseruetur in instrumento contenta. ita censent Bartol. in l. prima. ff. de iud. l. error. num. 26. de iuris & factiigno. Ripa. l. in insulam. num. 15. de uerb. oblig. & pulchrè Soci. sen. consil. 97. num. 49. 55. lib. 4. qui refert, quã concurrere debeat, ut guarentigia hæc adhiberi possit. Horum itaque p̃ instrumentorum executio impedi non potest, nisi obijciat debitor exceptionem, quam statim uult probare, ut scribunt Roma. & Neuizan. quos mox referam. idem docuit Decius in l. ultim. num. 43. C. de edicto Diui Adria. tollen. idem in ca. ex parte, il 2. numero 6. uerfi. septimò fallit. de offi. deleg. & in cap. an sit, 3. notab. de appella. & consil. 466. in fine, Ias. in l. Iurisdictionum. §. quod ferẽ. num. 13. de pactis. illud autem tempus p̃ probationis faciendã, quod sit, arbitrio iudicis statuitur. sic respondit Roma. consil. 76. colum. ultim. quem retulit Neuiza. d. consil. 56. hume. 9. uerfi. confirmo tertio. addo eundem. Roman. consilio 244. in fine, quem secutus est Crauet. consilio 156. num. 17. in fine, nec dissentit Decius in capitu. an sit. numero tertio, de appella. erit tamen quod animaduertat hic noster iudex, satis dici incontinenti, si aliud instrumentum publicum solutionis ostendat: & ex interuallo dici, cum super illa exceptione examinandi sunt testes. ita colligit

Boer. q. 29 §. nu. 7 post Ang. in l. si deposita. C. de pos. & conferunt quæ retulimus supra 1. casu, in fine.

CASVS XIX.

DE EXCEPTIONE PEREMPTORIA & illius effectu ad litis ingressum impediendum si statim probetur.

SVMMA RIVM.

- 1 Tertius pro suo interesse in iudicis auditur.
2 Tertius cum vult pro suo interesse audiri, iudicium ingreditur eo in statu, in quo illud inuenit.
3 Tertius cum pro suo interesse vult audiri, statim de suo interesse probare debet.
4 Incontinenti de suo interesse probare quando dicatur tertius.
5 Iudicis arbitrio relinqui quæ dicatur tempus incontinenti, infra quod tertius de suo interesse probare debet.

CASVS XVIII.

QUANDO TERTIVS PRO SVO INTERESSE AUDIATUR, & de tempore intra quod de suo interesse probare debet.

- 1 Audi solet in iudicis tertius, qui pro suo interesse comparet. l. si per lusorio. §. vlti. ubi late Bar. ff. de apel. & in l. si suspecta. ff. de inof. testa. & inter multa q. solent obseruari hoc in casu, illa præcipua sunt. Primum ut hic tertius iudicium acceptet eo in statu, in quo tunc reperitur, cum ad iudicium accedit, ut pbat tex. in c. ult. ut lite p. d. in 6. Bal. in auth. nunc si hæres. in fi. C. de litigio. Fel. in c. cū super. nu. 15. de re iud. & egregie Didac. lib. practi. quæst. c. 13. nu. 1. Sebas. Vltius tract. nullitatis, tit. Quis possit dicere de nullitate. nu. 25. Crau. consi. 14. nu. 4. Affl. de cif. 235. Frac. de Marchis q. 272. Grauius in annota. ad Praxim Octauiani Vestrij lib. 5. c. ult. nu. 24. apud quos plura alia habentur: Secundò requiritur q. hic tertius de suo interesse statim & incontinenti doceat. c. ueniens, il. 2. de testib. Sed dubitari contingit nunc, quomodo illud tempus incontinenti intelligatur. Vna fuit opinio Innocen. in d. c. ueniens, ut ibi retulit Abbas nu. 1. tempus octo dierum esse statuendum; q. snia iure nõ pbat. Secunda fuit opinio But. ut refert Fel. d. c. ueniens, il. 2. nu. 14. tm. tpis esse tribuendum, intra qd expediri possit iudicium illud principale, ex Bar. d. l. si is a quo. ff. ut in poss. lega. sed Fely. non placet, cum iure non probetur.

Secunda fuit opinio Abb. c. ueniens, nu. 1. a quo non recessit ibi Imo. & Fel. nume. 15. hoc rotum esse iudicis arbitrio, sic uisus est sentire Deci. consil. 429. nu. 4. & clarius Ripa. l. 4. §. condemnatum. nu. 32. d. re iudi. qui tm. subdit iuxta primam opinionem, iudicem hunc arbitrari debere, & satis dici incontinenti, si non excedatur tempus, intra qd causa principalis exceptione non opposita expediretur. inquit tm. iudicem posse hoc tempus ex causa arctare, quod uere arbitrariū dicitur, ut censuit Arer. in d. c. ueniens, de testib. ego uero absolute sequor posteriorem hæc Abb. & aliorum sententiam.

SVMMA RIVM.

- 1 Exceptionem peremptoriã litis ingressu impedire.
2 Incontinenti quando dicatur probari exceptio ad litis ingressum impediendum.

EXCEPTIO PEREMPTORIA ex crebriore snia ad impediendum litis ingressum recipitur, si modò p. bationes offeratur incōtinenti. fuit hæc opinio But. & Abb. in c. super. literis, de rescriptis. retulit Fely. in c. exceptione. nu. 36. de exceptionib. & si multi dubitent, ut scribit Dec. in d. c. super. literis. n. 1. Sed ambigunt oēs, quomodo incontinenti dicatur p. bari exceptio hæc: Fel. in d. c. exceptione. nu. 36. post Castr. & Marian. Soci. sen. docuit esse in iudicis arbitrio.

SVMMA RIVM.

- 1 Spoliatum esse ante omnia restituendum.
2 Spoliato obijci non posse exceptionem altiore indagine requirentem.
3 Exceptio altiore indagine requirens, q. dicatur.
4 Constitutio noua Pedamontium in titulo delle eccetioni. uersi. opponendos. declaratur.

CASVS XX.

QUANDO EXCEPTIO ALTIOREM INDAGINEM REQUIRERE DICATUR, UT EX EA NON IMPEDIATUR SPOLIATI RESTITUTIO.

Notissimum est oibus, spoliatum esse ante oia restituendum, ut fufissimè explicauimus in nro tract. de recuperada poss. ideòq. affirmant oēs, nullo pacto aduersus spoliatum agentem, admitti exceptione, quæ altiore indagine postulat, ut multis in locis illius tractatus retuli, & præsertim in primo remedio. q. 2. ubi fortius retuli, multorū fuisse opinionem, nec etiam contra spoliatum admitti exceptionem incontinenti probandã. Verum solet dubitari, q. dicatur exceptio altiore postulas indagine, tãdem Roma. rub. de arbitris. nu. 30. & etiam consi. 244. in fi. quem securus est Crau. consi. 156. nu. 17. in fi. & Soc. sen. consi. 59. col. 2. uers. quò uerò ad fm. lib. 3. dixerūt esse in arbitrio iudicis. Soc. sunt securi Tiraq. in l. si unq. in uerbo, Omnia, uel partem. n. 31. C. de reuoc. dona. & Neuz. consi. 56. nu. 3. in fi. sic econtrã illa exceptio incontinenti probãda, dicitur esse in iudicis arbitrio, ut multos huius opinionis retuli in d. tract. de recup. poss. in primo remedio. nu. 230. quibus declaratur constitutio noua Pedamontium, in tit. delle eccetioni dilatorie. in uersi. opponendos. dum uult, exceptiones recipientes altiore indagine posse & debere referuari cū diffinitiuã, ut etiam ius commune statuit. Marfi. sing. 365. intelligitur inquam respicere altiore indagine & cognitionem arbitrio iudicis.

SVMMA RIVM.

- 1 Cautela ad extorquendum confessionem a debitore.
2 Cautela ad extorquendum confessionem a deliquete.
3 L. si filius. ff. ad S. C. Maced. explicatur.
4 Litteræ procuratoris afferentis se donasse domino acceptu et non protestanti in contrarium, non nocet. Tempus

- 5 Tempus aliquod concedi acceptati litteras, ut illas possit uidere & peritiores consulere, ne ex incauta acceptatione sibi præiudicet.
6 Iudicis arbitrio relinqui tempus quod cõceditur debitori acceptanti litteras, ut deinde possit contrarium protestari, ne debitum fateri uideatur.

CASVS XI.

DE DEBITORE, VEL CRIMINOSO acceptante litteras, quibus fateri debitum, uel crimen uideatur, & de tempore ei concedendo, ut peritiores consulere & protestari ualeat.

CAVTELAM fatis egregiam solent interpretes nostri creditori ostendere, qua suum debitorem, ut debitum confiteatur, conuincat: ut in quã illi det litteras, quibus significet, se iam scire eum summam illam debere, ob id eum uelle rogatum, ut soluat. quas litteras si recipiet, & leget debitor, nec protestetur se nihil debere, debitum fateri creditur. cau telam hæc sumunt ex tex. l. si filius. ff. ad S. C. Maced. & eam probant Bar. in l. qui eum. ff. rem ratam hab. Capolla cautela 24. & cõmunem esse testatur Ripa in l. admonendi. num. 138. & Corasius nu. 73. de iur. reur. idem censuit Matthæ. nota. 23. Iaso. in l. quæ. dotis. numer. 92. solu. matr. Barba. consi. 15. in fin. lib. 2. Ias. consi. 47. nu. 2. lib. 1. Decius consi. 430. in fine, & cons. 632. num. 16. Goza. consi. 23. nu. 6. Fely. cap. 2. n. 20. de fide instr. Conna. lib. 5. commenta. iuris Ciuilis, cap. 4. num. 1. Paris. consi. 47. nume. 15. consi. 91. num. 2. consi. 112. num. 45. & consi. 127. nu. 32. lib. 1. idem consi. 5. num. 206. lib. 4. Hinc colligit cautelam Marfil. in praxi criminali in §. diligenter. nu. 138. ad indagandum, an quis delictum, cuius auctor ignoratur, perpetraverit, ut ei hac de re litteras scribatur, quas si receperit & legat, nulla protestatione deinde facta, delictu fateri uidebitur. uerū ipse Marfilius cogitãdū ob aliqua quæ obijcit, relinquit. hæc doctrinam (ut dixi) colligunt omnes ex d. l. si filius. quam tamen nõ p. bare sensit Ripa in d. l. admonendi. nu. 137. eò quia in illo solo casu Senatus cõsulti Macedoniam loquitur, in quo sola taciturnitas cõsensum inducit. l. si tamen patre sciente. ff. ad S. C. Maced. aliud ego perpendebam i illa l. si filius. ibi, quasi mandatum patris intercessisse, ut ostendunt illa uerba, cum quasi mãdato eius pecuniam acciperet. Clarius ergo probari uideatur in clem. 1. de procur. qua constitutum est, recipientem mãdatum, in quo procurator constitutus est, nisi contradicat, cogi mãdatum exequi. nisi dicamus, rem ibi esse modici detrimenti, cum iam pro illo cauerit constitutus: omnes tamen sentiunt hoc textu sententiam hanc probari.

Hinc scribit Crauet. tract. De antiqu. rēpo. quarta particula primæ partis, nu. 22. 23. post Castren. cõf. 314. lib. 2. scripturam priuatam probare contra illu, qui eam sæpe præ manibus habuit, nec unquam contradixit. utitur etiã illa ratione, qua usi sunt omnes, quia hæc taciturnitas factum in se mixtum habet: nõ mirum, si ex illa cõsensum inducitur. hoc intelligunt interpretes, has litteras probare quidem contenta in illis, non autem probare factum ita esse, ut consuluit Comen. consi. 177. Suppositis. qui respondit,

litteras procuratoris afferentis, se donasse centum, præiudicium non adferre domino, qui illis acceptis, protestatus nõ est: quia habet taciturnitatẽ perstruandam, an ita sit. idem cum illo censuit Ripa & Alcia, ubi supra. Verum Alciatus in l. de restatio. nu. 51. de uerbo. signifi. inquit, huic debitori tantum tempus esse tribuendum, quo possit redditas sibi litteras confiderare, & (si opus est) peritiores consulere: quod usu uenire solet, & potest in his, qui uel alijs successerunt, uel qui debitum antiquum habere dicuntur. Sed dubitari contingit, quantum temporis indulgendu huic debitori sit? affirmat Alciatus f. arbitrio iudicis hoc relinqui. idem censuit Rubeus in l. non solum. §. morte. numer. 262. de oper. no. nunt. & notissimè Ioannes Ancharanus Regiensis. q. 48. nume. 6.

SVMMA RIVM.

- 1 Mutuum factum ad uoluntatem mutuuum suscipientis, statim non posse reuocari.
2 Obligatus pro altero si diu in obligatione permansit, petere potest se liberari, nõ si per modicum tēporis.
3 Exceptionem, dolo facis petere, quod restitutus es, nõ habere locu i mutuo ad placitu suscipientis cõcesso.
4 Tempus destinati usus in mutuo quod sit.

CASVS XXII.

QUANDO MUTVVM REVOCARI NON POSSIT, & de tempore destinati usus in mutuo.

Mutuum quandiu mutuanti placuerit, factu non posse statim reuocari, affirmat Bartol. & Baldus in l. si pœnam. ff. de uerbo. oblig. à quibus nõ dissentiant ibi Imola, Comen. & Alex. idem ibi tandem docuit Iason nu. 7. uers. & disputando, qui eiusdem opinionis retulit Abb. i cap. ult. n. 11. de preca. cuius opinionis ratio est, quia alioqui mutuum esset frustra factum, atq. ita inutile, quod ea mente & animo factum creditur, ut suscipienti pro sit. confert in simili tex. l. Lucius. ff. manda. quo probatur, illu qui pro altero sese obligauit, posse petere, se ab obligatione liberari, quando iam diu obligatus mansit; nõ autem si statim liberari peteret. qua de re infra i 37. Casu. Quocirca Bal. in d. l. si pœnam, scriptum relinquit, illam exceptionem, dolo facis petere, quod statim es restitutus, non uendicare sibi locum in nostro hoc casu, ex tacita mente contrahentiu. Nec aduersantur rationes, quibus cõtrariam opinionẽ tue tur Angelus, q. imò mutuum statim repeti possit, ex quo nulla nec conditionalis, nec in diem intercessit stipulatio atque promissio, quia imò tacita intercessit promissio ad tēpus, nempe, donec usque mutuo suscipiens re usus fuerit ad suum usum destinatum, cum sine ulla causa illum mutuo suscepisse credendu non sit. Verum, quia ignoratur tempus illius destinati usus, ut utique consulatur, iudicis erit arbitrio, quando mutuum hoc restitui debeat. ita post alios, l. in d. l. si pœnam, nume. 7. de uerbo. oblig. sic etiam Antonius Capicius decisio. 116. nu. primo, & Tiraquel. in l. si unquam, in uerbo, omnia uel partem, numero 31. C. de reuoc. dona.

SVMMA RIVM.

- 1 Commodatum ad libitum commodantis reuocari.
2 Precariu ad cõcedentis libitu reuocari. et cur hoc sit.

- 3 Commodatū concessum dici ad destinatum aliquē usū.
- 4 Precarium concedens, sta: im reuocare non posse.

CASVS XXIII.

DE COMMODATI ET PRECARI RE
uocatione, ac de ratione differentie inter illa.

MAGNA est inter Doctores nostros disputatio, cur factum sit, quod commodatum ad libitum commodantis reuocari non possit. l. in commodato. §. sicut. ff. commod. & tamen precarium reuocari possit. l. i. ff. de preca. cap. ult. de preca. imo pactum in contrarium factum non ualet. l. cū precario. ff. de preca. Bar. in d. §. sicut, quem ceteri magis cōmuniter sunt secuti, scriptum reliquit, commodatum ad libitum commodantis non posse reuocari: quia ad certum ac destinatum usum sit: usu ergo finito proprietates ad dominum commodatē reuertitur, atq; ita proprietates non fit domino inutilis: at contra in precario, quod cum ad certum usum non concedatur, nisi ad libitum, dominus reuocare potest, inutilis apud eum proprietates foret. Abbas tamē in cap. ultim. nume. 1. de preca. dum Bartoli rationem dubitabilem reddit, duas adfert diuersitatis rationes. illa satis probabilis uidetur, quod cum precarium non fiat ad certum ac destinatum usum, in ipsa concessione nullum tempus tacite censeri adiectum, & ob id posse ad libitum reuocari. hoc non contingit in commodato, in quo tacite tempus censetur comprehensum, donec commodatarius ad usum destinatum eo usus sit. hanc rationem post multos probauit Didacus Couar. lib. 3. uaria. resol. ca. 15. num. 7. Verum solet dubitari, an statim precarium concedens reuocare illud possit, uel aliquod temporis interualum concedere debeat: Abb. d. c. ultim. num. 1. censuit, aliquod tempus concedendum esse, quod sane tempus iudicis arbitrio est, inquit ille. idem sentit Ias. in l. si pœnam. nume. 7. de uerbo. obliga. & Ant. Capicius decisio. 1. 16. numero. 5.

S V M M A R I V M.

- 1 Possessio civilis perditur, cum possessor precarium a se concessum reuocare neglexit.
- 2 Negligentia quanti temporis esse debeat in reuocatione precarij, ut civilis possessio amittatur.
- 3 Tempus decennij concedi ad precarij reuocationem, ne civilis possessio per negligentiam perdat.
- 4 Dominium decennij cursu perdi.
- 5 Seruitutem decennio prescribi.

CASVS XXIII.

TEMPVS QVOD SIT DATVM AD
precarij reuocationem, ne civilis possessio
amittatur.

POSSESSIO civilis amitti solet in possessoris detrimentum, cum is aliquo tempore possidere desijt, hoc est, qui precarium a se concessum reuocare neglexit. l. quāuis. ff. de acqui. poss. Bar. in l. si de eo. §. si forte. & in l. interdum. ff. eo. de acqui.

poss. Sed contingit dubitari, quanti tempus illa negligentia esse debeat. Ale. in d. l. si de eo. §. si forte, nu. 5. docuit esse in iudicis arbitrio. idem respondit ipse Alex. consi. 6. nume. 14. lib. 3. a quo non recessit Afflictus decisione 40. nume. 16. & idem respondit Ruinus consi. 58. num. 2. lib. 4. sunt tamen qui affirmant, iudicem nunc arbitrari debere, tempus hoc esse minus decem annis, ea ratione, quia si tempus decem annorum sufficit ad dominium amittendum, ut in integro illo titulo. C. de longi tempo. præscr. minori tempore amitti debet possessio. arg. l. si quis ui. §. i. ff. de acqui. poss. quare Imola & Roma. in d. §. si forte, affirmant, iudicem hūc arbitrari posse de bienio. ea ratione adducuntur, quia olim tanto tempore dominium amittebatur, instit. de usucap. i. princ. & l. i. C. de usucap. transfor. quorum sententia reiecit Alex. d. §. si forte. nu. 5. in fi. Arer. num. 7. quoniā argumentatio hæc procederet, quando pares essent termini tam in præscriptione possessionis, quam dominij, sed uerē termini pares non sunt, cum in præscriptione necessarius sit titulus & bonafides, quæ in præscribenda possessione non requiruntur. Accedit quod in seruitute præscribenda decennij requiritur. l. hæc autem iura, de seruit. urb. prædij. l. 2. C. de seruit. & aqua. & tamen modici præiudicij illa est comparatiuē, iuxta quæ scripsit Bart. in l. i. in fi. ff. de aqua plu. arcen. quare concludit Aretinus, iudicem hunc arbitrari debere saltem de decennio.

S V M M A R I V M.

- 1 Vxorē rem mariti commodato dare posse.
- 2 Tempus modicum quod esse dicatur, intra quod uxor rem mariti a se commodato datam recuperare possit & uiro restituere, sex opiniones referuntur.
- 3 L. ult. C. de errore aduoc. declaratur.
- 4 L. promissor. ff. de consti. pecu. exponitur.
- 5 Iudicis arbitrio relinquitur, quod tempus mulieri concedatur ad recuperationē rei mariti a se comodato data.

CASVS XXV.

QVOD TEMPVS CONCEDATUR
uxori, ut rem uiri commodato datam recupere
rare possit, & uiro uel eius hæredibus
restituere.

RESPONDIT Vlpianus in l. si constante. §. si uxor. ff. solut. matr. quod si rem tempus mariti sciente marito comodauerit uxor, modicum temporis uxori esse concedendum, ut rem commodatam recuperet, & marito uel hæredibus restituat, ne ipsi mulieri in dotem imputetur, eoque modo dos minuatur. sed dubitari contingit, quomodo tempus modicum illud tempus intelligatur. gl. ibi in uerbo, modicum tempus. plures refert opiniones.

Prima est opinio, esse indulgendum tempus trium dierum, ex l. ult. C. de errore aduoc. uerum is est casus in quo Imp. Diocletia. & Maximia. ita ex facto contigisse, ut lata esset intra triduum sententia per errorem aduocati, quia reuocari usque ad sententiam potest. l. error. C. de iuris & fac. ign. atq; ita ibi glo. & Bald. idem Bald. in l. error. nume. 2. C. de iuris & fac. igno. & ibi Bartol. numero 3.

Secunda opinio fuit, concedi tempus decem dierum,

rum, ex l. promissor. ff. de consti. pec. tempus ad rem non concessam, quia in eo casu Iureconsultus processit ulterius disponendo, quocirca in consequentiam non trahitur, ut late diximus in tract. de recuperanda possessione, primo remedio, nu. 256.

Tertia fuit opinio, indulgendum esse tempus duorum mensium, ex l. sancimus. & l. pen. C. de fideiuss. Verum recte satis responderi potest, ut statim diximus in relato c. su. legislatores ulterius disponendo processisse.

Quarta fuit opinio, esse tribuendum tempus trium mensium, ex l. de operis. C. de ædific. priua. quam sic citat gl. d. §. si uxor. rectius uero potuit allegari tex. l. unica. C. de operis no. nunci. Sed nec ad rem facit, cum dictio, in continenti, spaciū trium mensium haud significare uideatur.

Quinta fuit opinio, esse dandum tempus quatuor mensium, ex l. si debitori. ff. de iudi. iuncta l. 2. C. de executio. rei iudic. illud in iudicatis locum obtinere dicimus, nec ad casum nostrum posse trahi.

Sexta & ult. fuit opinio, hoc totum esse iudicis arbitrio. quam sententiam probauit glo. d. l. si constat. §. si uxor. quo loci Bar. nu. 3. & Alexand. eam sunt secuti, & satis clarè probatur in d. §. si uxor. ubi, si uero non prohibuit eam commodare, arbitrio iudicis modicum tempus ei indulgeri. pro suo ergo arbitrio tempus hoc iudex statuet.

S V M M A R I V M.

- 1 Oblitio quanto tempore inducatur.
- 2 Iudicis arbitrio relinqui intra quod tempus oblitio inducatur.
- 3 Mulieres obliuiose.
- 4 Oblitio in Principe facile presumi.
- 5 Oblitio qui effecti ob morbum, uel atatem.
- 6 Oblitio facti egregij non presumi.
- 7 Oblitio an in testibus causari possit, ut ad aternam rei memoriam interrogari possint.

CASVS XXVI.

TEMPVS QVOD SIT, QVO CAUSA
tur oblitio, & quid in ea re a iudice
obseruandum sit.

Dubitare solent interpretes nostri, quanto tempore tempus oblitio inducatur & presumatur.

Prima eorum fuit opinio, qui existimarunt lapsum decennij presumi: ut retulit gl. in l. licet. C. de acqui. poss. quod iniam probarunt multi relati a Soc. sen. consil. 38. col. 8. uerfi. Nam per decennium, lib. 1. idem respondit Gozad. consi. 9. nu. 35. qui eiusdem opinionis retulit Bar. & alios. idem respondit Marsi. consi. 20. nu. 23. 24. latissime Tiraq. tract. præscr. §. 1. gl. 4. in fi. qui infinitos propè in hanc iniam retulit.

Secunda eorum fuit opinio, qui rectè tempus affirmarunt, hoc totum relinqui iudicis arbitrio. hanc sententiam probauit glo. l. furtum. §. ult. ff. de usucap. quod sunt secuti Alber. in l. 1. C. de seruis fug. & Soci. sen. consil. 2. col. 3. in fine, lib. 3. qui clarè attestati sunt, hanc esse communē doctorum opinionem. hos sequitur Craue. consi. 24. col. ul. sic alij plures quos retulit Tiraq. loco præcitato. idem docuit Soc. iun. in l. natura

liter. §. nihil commune. nume. 23. ff. de acqui. poss. uno ore. n. affirmarunt, iudicem pro qualitate rei & personarum iudicare, quod tempore oblitio presumatur. nam maius tempus tribuet uiro, quod tempus foeminis, quod ob sexus fragilitatem (ut illi aiunt) facilius memoria labuntur. sic in Principe uel alio multis negotijs implicito, facilius memoria oblitio inducitur & presumitur, uti docuit Ripa in l. quod iussit. nu. 47. de re iud. post Gemin. quæ citat. idem respondit Soc. sen. consi. 260. col. 2. in princ. lib. 2. & consi. 115. col. pen. uerfi. prætere talis. lib. 3. Calca. consi. 124. in fine, Gozad. consi. 9. nu. 35. & Parisius consi. 11. nu. 132. lib. 1. sic habenda erit ratio qualitatis personæ. nam aliqui reperuntur aliqui, qui uel morbo, uel atate obliuiose efficiuntur, quem admodum de Messala Coruino memoriae proditum est. is prouectior factus, memoriae sensum sic amisit, ut sui quoque nominis oblitus radatur. auctor est Petr. Crinitus lib. 1. de honest. disciplina. c. 12. quo loci Orbilio Beneuentano idem accidisse scribit. sic habenda erit cognitio facti alicuius egregij & memorabilis, in qua non ita modico tempore oblitio presumitur, ut post Fel. in c. in nostra, de rescrip. tradit Capicius decisione 69. nu. 15. & alia Barb. consil. 29. col. 8. in fine, lib. j. & confert quod scribit Marian. Soci. sen. in c. quæ frequenter. col. 7. uerfi. Tertio fallit, ut lite non contestata, dum declarando tex. illum, & l. 3. §. duæ. ff. de carb. edic. inquit, esse in iudicis arbitrio, an in testibus causari possit tempus oblitio, si testificari differant, ad hoc ut ante litem contestatam, & ad aternam rei memoriam possint examinari. inquitque iudicem debere pendere actoris iura an sint conditionalia, uel in longum diem, uel si factum est intricatum, ita ut uerisimiliter oblitio causari potuerit, uel non.

S V M M A R I V M.

- 1 Debitori tempus conceditur, ut solutionem parare possit.
- 2 Creditor non debet uenire cum sacco paratus.
- 3 L. promissor. §. i. ff. de consti. pecu. declaratur.
- 4 L. debitorib. ff. de re iudi. declaratur atque exponitur.
- 5 Iudicis arbitrio relinqui, quod tempus concedendum sit debitori, ut solutionem præparet.

CASVS XXVII.

QVOD TEMPVS DEBITORI CON
cidatur ut solutionem præparet.

Debitori, qui sine conditione aliam dilationem dare promisit, tantum temporis indulgendum est, intra quod solutionem parare possit: nec .n. (ut inquit Iureconsultus in l. quod dicimus. ff. de solutio.) debet tempus creditor uenire cum sacco paratus. quod egregium dictum exponit doctè Alciatus lib. 2. parerg. iuris, c. 8. Dubitari tamen solet, quantum temporis tribuendum sit huic debitori, ut pecunias parare possit. Prima fuit opinio gl. in §. ois, in uerbo, confestim. in stit. de actio. decem dies esse concedendos, ut probare uidetur tempus promissor. §. j. ff. de consti. pecu. quod sane opinio solet obseruari quotidie, ut ipse Acc. eo loci testatur, accedit Bar. in l. ita stipulatus. n. 36. de uerbo. obl. Verum sunt qui intelligunt d. l. promissor. §. j. eo in casu tempus præcedere. ita gl. ibi, quod rationem illam attulit, quia in alio grauatur, ut ex pacto nudo obligetur, & ideo Bar. d. §. 1. dixit, hoc casu tempus decem dierum esse limitatum,

tū, cū in ceteris casibus iudicis arbitrio relinquatur. Secunda fuit opinio, concedi tēpus quatuor mēsiū, ex t. l. debitorib. ff. de re iud. q̄ latē declarat ibi Alex. & Soc. tract. fallen. reg. 396. Boer. q. 45. Alcia. lib. j. pa. rerg. iuris. c. 3. 2. Baro. insti. de offi. iud. uerū & is tex. concedit duos mēses: sunt tñ q̄ sentiunt in casu illo, nullum certum tēpus eo iure fuisse pręstitutum con- dēnato ad soluendum, sed solum ex media illa iuris prudētia: iure deinde C. ex l. ult. C. de usuris rei iudi. fuisse datū tēpus quatuor mēsiū, atq; ita iure ff. tēp^o hoc erat arbitrarium, ita Alex. d. l. debitoribus. nu. 5.

5 Tertia fuit opinio, hoc totū esse iudicis arbitrio, ut eā affirmavit Ioā. Fab. d. §. oīs. insti. de uerb. oblig. idē docuerunt Ripa & Alciatus in l. 3. de leg. j. ille nu. 36. iste nu. 15. Iacobus Cōcēna. lib. 1. q. c. 3. n. 3. in fi. sentit Corasius lib. ij. miscella. iuris. c. 6. nu. 9. & ante eos sentit gl. l. si domus. §. in pecunia, de lega. j. ex illo textu, & gl. in §. ult. insti. de inutil. stipula. tempus er- go statuer iudex pro modo qualitatis personarum, & quantitatis pecuniarum. argum. l. in fraudem. §. in fiscalibus. ff. de iure fisci. quam alias retuli.

S V M M A R I V M.

- 1 Tempus solutionis, quod condemnato concedatur.
2 L. ult. C. de execut. rei iud. quo in casu loquatur.
3 Iudicis arbitrio statui tempus condemnato ad solvēdū

CASVS XXVIII.

DE TEMPORE CONCESSO CON- demnato, ut soluat.

1 Solutionis tēpus condemnatis datum, quatuor. 2 mensium esse dicitur. t. l. ult. C. de execut. rei iudi- cat. uerum illa in personalibus actionibus locū sibi uendicat. in realibus autem nō parum ambigitur, in quibus uerē nullū certū tempus pręstitutum uē, ut satis intelligimus ex §. 1. insti. de offic. iud. quare ibi Ang. Aret. nu. 6. & Io. Fabr. ac ceteri intelligunt, hoc tēpus iudicis arbitrio statui. idē docuit Alex. in d. l. debitoribus. n. 19. & ibi Ias. nu. 13. de re iud. & post multos Boer. q. 45. nu. 9. & uerē ante oēs hanc prbauit sniam gl. d. l. ult. i uerbo, statutū, ppe mediū.

S V M M A R I V M.

- 1 Nepotem petentem bonorum possessionem cauere de bere de bonis conferendis.
2 Stipulatio de bonis conferēdis quando committatur.

CASVS XXIX.

DE TEMPORE, QVO DE BONIS CON- ferendis stipulatio committitur.

1 Respondit aliquando interrogatus Vlpia. t nepo- tem in aui potestate retentum, cauere debere de bonis conferendis cum filio retento in potestate, si ex Prętoris edicto nomine sui patris bonorum pos- sessionem petat, ut haberet l. si quis. ff. de colla. bon. 2 sed solet apud Vlpianum dubitari, quando t stipula- tio hac de bonis conferendis committetur? & respō- dit ille, cum interpellatus, cum aliquo spacio, quo cō- ferre potuit, & non contulit. d. l. si quis. §. stipulatio. quod sanē temporis spacium cum a lege diffinitum minimē fuerit, iudicis arbitrio statuendum erit, ut in

eo. §. stipulatio, habetur. & tex. illum annotauit Iaco. Concenna. lib. j. quęst. cap. 3. nu. 5.

S V M M A R I V M.

- 1 L. i. §. item si ita. ff. ad l. Falcid. explanatur.
2 Incontinenti quando dicatur in casu l. i. §. si ita. ff. ad l. Falcid.
3 Iudicis arbitrio esse quod dicatur incontinenti in casu l. i. §. si ita. ff. ad l. Falcid.
4 L. si domus. §. in pecunia. ff. de leg. 1. declaratur.

CASVS XXX.

QVOD TEMPVS SIT PRAESTITV- tum in casibus l. i. §. si ita. ad l. Falcid. & l. si domus. §. in pecunia. de leg. 1.

1 Paulus scribit in t. l. i. §. item si ita. ff. ad l. Falcidiā, legatum a testatore his uerbis factum, heres me- Seio penum dato, si non dederit, decem dato impu- tari in falcidiam, si nulla facta mora statim solutum sit. si uero commissa sit mora & adhuc soluat pen- nus, non esse locum falcidię, quandoquidem solutio- ni decem pœnæ nomine locus erat, in qua sanē pœ- na falcidia locum sibi non uendicat: qua de re ibi la- tius interpretes nostri disputāt. Nunc de eo tm con- tingit dubitari, quomodo intelligātur illa uerba Pauli: Et quod dixi, t incontinenti, intelligitur spacio & c. Glossator eo loci intelligit primò de spacio illo tem- poris, quod intellectu magis quam sensu percipitur, ex l. quod dicimus, cum similit. de solu. uerum in am- biguo adhuc res uersatur. Secundo ergo loco is glos- fator ait, intelligi in continenti, qñ scilicet his fuit cō- testata super decem legatis pœnæ nomine, ex l. si pe- num. ff. quando dies lega. ced. sed adhuc res clara nō est, cum non exponat glossa, intra quod tempus in- terpellare heredem, ut legatum soluat, legatarius de- beat. quę interpellatio uerē fieri debet incontinenti, hoc est pramisso aliquo spacio temporis t iudicis ar- bitrio, qui rationem habebit qualitatis personæ & rei. ita Alex. d. l. j. §. item si ita. nu. 7. uerf. & dicit An- gel. post Ang. ibi. qui tamen opinatus est, hunc iudi- cem decem dies pręstituerē debere, argumento l. p- missor Stich. §. 1. de const. pecun. quam dispositionē esse specialem fauore constituti, iam diximus supra 26. casu, alia nonnul latē scripsit Alex. quæ apud eum legi possunt. atque ita tempus hoc esse iudici arbitra- rium, sentit Bar. in l. cum quidā, in fine, de leg. 2. quod confirmatur ex t. l. si domus. §. in pecunia. ff. de lega. 1. & ibi gl. cum pecunia legatur, & tempus solutio- ni nō apponitur, iudicis arbitrio terminatur. & tex- tum illum sic etiā interpretatur Cuiacius tract. De di- uerf. temp. pręscrip. & terminis. cap. ulti.

S V M M A R I V M.

- 1 Superficies quæ dicatur.
2 Superficiem ad non modicum tempus, qui conduxit, in ea actionem habet.
3 Superficiarius superficiem alienare potest. & ibi de- claratur.
4 Tempus modicum quod dicatur ut superficiarius domi- nus quodammodo ipsius superficiei censeatur. & plures opiniones referuntur.
5 Iudicis arbitrio relinquere quod tempus dicatur modicū in conductione superficiei.

CASVS XXXI.

QVOD MODICVM TEMPVS DICA- tur, cum superficies ad illud modi- cum tempus conducitur.

1 Q Vi superficiem (est t superficies, ut obiter hoc dicā, scđm Vaconium lib. ij. declar. iuris, c. 82. 2 terræ pars superior, faciēsq̄ cuiusq; rei, q̄ oculis cernitur) ad non modicū tempus t conduxit, actionem in rem habet. l. j. §. q̄ at. de supf. quare is su- perficiarius t alienare ac cedere ius suum pōt, q̄ de- clarat Bar. in d. §. q̄ at. pcedere, cū superficiarius su- perficiem liberē consecutus est, secus si retinet cum illa pręstatione annuę pensionis: nā tunc ē dñm re- quirere debet, aliōq̄ a iure suo cadit, quemadmodū & emphyteuta. cū Bart. idē sentit Soc. sen. consil. 287. in fine, lib. j. post Aret. in §. adeo, insti. locati, idem sen- sit Dec. consil. 164. col. 2. uerf. 2. principaliter, & col. 3. uerf. ult. non obstat. silentio nunc cetera inuoluo. 4 solum nunc dubitari contingit, quod sit illud non modicum tempus qđ a lege nō diffinitur, plures sūt opiniones, ut retulit glo. d. §. qđ autē. in uerbo, actio. Prima fuit opinio, intelligi de tēpore 30. dierum, ex l. 1. §. hoc interdico. ff. de itinere actuq̄e priua. quæ non probat. cum loquatur in casu diuerso, nem- pē in illo solo usu, ut is in possessionem cōseruetur, donec de meliori iure appareat.

Secunda fuit opinio, tēpus hoc modicū esse bien- nij, l. cū dñi. ff. locati. uerū is tex. loquitur i eo q̄ rē to- tam, nō autē superficiē cōduxit, quo in casu tēpus est determinatū, & lex ulterius disponendo processit.

Tertia fuit opinio Irnerij, ut retulit gl. d. §. qđ autē. hoc esse tēpus quinquēnij, ex l. j. §. quod dictū. de se- par. ex l. si a colono, de uer. ob. & ex §. multū, insti. de liter. obl. quæ sanē iura diuersis in casibus loquū- tur, atque ita ad huius nostri casus diffinitionem, trahi minimē possunt.

Quarta fuit opinio dari decēnium, ex l. ulti. C. de pręscrip. lōg. tēpo. & ex l. sed & si. §. Aristo. ff. qui & a quibus. sed iura illa his in terminis nō loquūt, atq; ita ad hūc trahi uerē nō possūt, ut iā de alijs diximus. 5 Quinta fuit opinio, tēpus hoc iudicis arbitrio ter- minari. Sic glo. d. §. qđ autē, a qua nec Bar. ibi recessit. eam probauit clarē Iacob. Concenna. libro 1. quęstio. c. 3. numero 6.

S V M M A R I V M.

- 1 Procuratori falso soluens liberatur, si dominus fa- ctus certior ratum habuit.
2 Iudicis arbitrio relinquere quod tempus sit, intra quod dominus ratum habens solutionem falsi procurato- ris, debitorem liberet.
3 Sententiā, insitāte falso procuratore, ad fauorē domini latā, a domino ratificari posse, & intra quod tēpus.

CASVS XXXII.

TEMPVS QVOD SIT DATVM DO- mino ratificanti solutionem falso procuratori fa- ctam. & ibidem de ratificante sententiam.

1 Soluens falso procuratori liberatur, si modo dñs cum certior est factus, ratū habuit. l. uero proci-

ratori. §. ult. ff. de solu. quod autem tempus conceda- tur domino, ut uel ratum habeat, uel contradicat, iu- re non diffinitur, sed tātum subijcit in hæc uerba Iu- lianus in l. ratum, illo tit. Ratum autē habere domi- nus debet, cū primum certior factus est: sed hæc im- paliatē, cum quodam spacio temporis accipi debēt. spacium illud tēporis quod sit, non exprimitur, qua- res in iudicis arbitrio esse, scripsit Iaco. Cōcēna. lib. 1. quęstio. iuris, c. 3. nu. 6. Afflictus c. 1. nu. 2. ex qui- bus caus. feudum amit. Ex hac declaratione sic diffi- niri potest illa disputatio, intra quod tēpus dñs ratā habeat latā t sniam ad sui fauorem instan te falso pro- curatore, nos. n. hanc sniam posse a domino ratifica- ri pręsupponimus ex receptiori opinione, quā pro- bauit Bar. in l. si mater. §. hoc iure ff. de excep. rei iud. & cōem testatur Ias. in l. licet. nu. 10. C. de procur. & Sebastia. Vātius tract. nullita. in tit. Quibus modis sēt. nulla reparari possit. n. 102. qui tñ multos cōtra- rię opiniois refert. uerū nūc nō cōtēdo. & uerē ratifi- catio itra tēp^o ex arbitrio iudicis pręstitutū fieri dēt.

S V M M A R I V M.

- 1 Absens reuersus contra pręsentem & pręscribentē restitui.
2 Tempus modicum quod dicatur, intra quod absens reuersus restitutionem petit.
3 L. qui mittuntur. §. similiter. ff. ex quibus cau. maio- exponitur.
4 L. legato. ff. de legario. declaratur.

CASVS XXXIII.

QVOD MODICVM TEMPVS DICA- tur illud concessum reuerso ut componat farci- nulas, & Aduocatum quærat, ut agere in- cipiatur contra pręscribentem.

1 A Absens t domum reuersus restituitur aduersus eum, qui suam possessionem usucapere cepit. 2 quod intelligitur, si intra modicum tēpus restitui- tionem impetrauerit. illud. n. tempus, dum compo- nit sarcinulas, dum Aduocatum quærat, dum hospiti- um cōducit, subducitur, cum pro absente is habea- tur. l. ab hostibus. §. ulti. in fi. ex quib. cau. maior. qđ autem illud modicum tempus sit, a lege non decla- ratur, quare iudex arbitrat, ut placuit Bart. in sum- mario d. l. ab hostibus. §. ult. & probat l. non enim, quæ immediatē sequitur. sic respondit Barba. consil. 21. col. penul. lib. 2. & sentiunt Marfi. l. quęstionis. nu. 14. ff. de quęstio. Tiraquel. in l. si unquam, in uer- bo, omnia uel partem. num. 3. 1. C. de reuo. donat. & Iacobus Concenna. lib. 1. quęstio. cap. 3. num. 6. in fi- ne, & Iacobus Cuiacius tract. de diuer. tempor. prę- script. & term. cap. ultimo. erit ergo diligentia iudi- cis arbitrari hoc modicum tempus, secundum per- sonarum, rerum, & negotiorum qualitatem. ita Bal. d. §. ult. nu. 1.

Hinc inferri pōt declaratio ad t. l. qui mittuntur. §. similiter. & ibi glossa in uerbo, agere. ff. ex quibus cau. maio. & ad t. legato. ff. de legatio. quibus proba- tur, legatum censerē esse in legatione, dum se præ- parat, ut proficiatur. illud. n. tēpus pręparationis intelli-

Intelligitur diffinitum iudicis arbitrio, pro qualitate negotij & personarum.

S V M M A R I V M.

- 1 Querelam inofficiosi impedire actionem libertatis.
2 Tempus quod statuatur ei, qui querela nult agere ad actionem libertatis impediendam.
3 Iudicē suo arbitrio statuere tps agēdi & accipiendi.

C A S V S XXXIII.

QVOD TEMPVS PRÆSTITVTVR uolenti proponere querelam ad libertatis actionem impediendam, & quid in cæteris actionibus & exceptionibus.

SI quis libertatem ꝑ ex testō sibi deberi contendat, & testamentū ꝑ querelā infringi postulet, ab actione de libertate consequenda superseditur, donec de querela cognitū fuerit: ut est apud Vlpian. l. si quis libertatem, in princ. ff. de petitio. hered. Verum, quia is, qui ꝑ querela agere intendit, ꝑ calūniā differre iudicium possit, statuet iudex modicum tēpus, intra quod is agere poterit & debebit. d. l. si quis libertatem. §. planē, cum ergo modicū illud tēpus à lege non sit diffinitū, erit iudicis arbitrio statuendū; ut ibi annotauit gl. in uerbo, modicū tēp. & ibi Bar. nu. 8. nō diffinit, & clarē Tiraq. tract. de retractu cōsang. §. 2. gl. j. nu. 18. in fi. qua diffinitione plures alij casus sic determinari possunt: nā, cum uera & recepta sūnt, iudicem ꝑ tā in ciuilibus q̄ in criminalibus actori accusatori & reo posse statuere tempus ad agēdum, accusandum, & excipiēdum, ut annotauit Bar. in l. Papinia: §. si quis post, in fi. ff. de inoffi. testa. & latius in l. Titia. nu. 8. ff. de accusationib. & scribit Cagnol. in l. diffamari, primo notab. C. de ingen. & manumif. quo loci uerfi. Quartō ampliat. hunc text. l. si quis libertatem, esse singularem affirmat, post Ang. ibi & Franc. Are. in l. quādiu. de acq. hered. illi quoque qui ꝑ obliquum potest agere, mouendo litem ꝑ modum cōtradictionis, terminum statui à iudice ad agēdum potest. sic etiam Gomez. in §. præiudiciales. nu. 7. in fi. de actio. in his ergo iudex suo arbitrio terminū statuet: id quod causā cognita faciet, ut omnes in d. l. diffamari, notant, ibi Cagnol. nu. 6. post Bar. d. l. Titia, in fi. sic Boer. q. 255. nu. 7. 8. Dida. lib. 1. uaria. resolu. c. 18. num. 2.

S V M M A R I V M.

- 1 Electionis tempus à testatore non diffinitum, à iudice diffiniri.
2 Electiones intra tempus iudicis arbitrio fieri.
3 Electorem moram purgare posse.

C A S V S XXXV.

DE TEMPORE ELECTIONVM NON præstituto, a iudice statuendo.

ELECTIO ꝑ mancipiorum cum à testatore est legata, nec tēpus intra qd eligendum est mancipiū, præfinitum est, statuit iudex, ut probat l. mancipiorum. ff. de optio. lega. quo loci glo. in uerbo, non cō-

petere, sensit uno uerbo, dū citat l. j. ff. de iure delibe. & clarius hoc affirmat Tiraq. tract. de retractu cōsang. §. 2. gl. j. nu. 18. in fi. sic in cæteris electionibus affirmat glo. l. cum quidā, ubi Bar. nu. 12. de leg. 2. & latē Paril. conf. 23. nu. 3. lib. 3. & ibi nu. 4. post Floria. in d. l. cum quidā, inquit, hunc ꝑ electorem posse moram purgare usq; ad litem contestatam.

S V M M A R I V M.

- 1 Debitor ꝑ interpellationem statim in mora non cōstituitur, sed ꝑ modicum tēporis expectari debet.
2 Iudicis arbitrio statui tempus intra quod morosus interpellatus expectatur.
3 Iudicem arbitrari debere statim aliquid dici fieri, cū sit tempore quo potest.

C A S V S XXXVI.

DE TEMPORE CONCESSO INTERPELLATO, ut compareat, ne morosus reddatur.

DEBITOR, ꝑ in mora cōstituitur, interpellari debet, modicū tēpus tribuendū est, intra qd comparere possit, qd sanē tempus magis intellectu percipi, q̄ sensu potest, ut egregiē sensit gl. in l. Aemilius, in glo. in uerbo, restitui. ff. de mino. uerum hoc ꝑ tēpus statuet iudex suo arbitrio; ita scribunt Bald. Alex. Card. & Martinus Laud. in c. 1. §. ad hęc. hic finit lex. Iaf. in l. si ex legari causa. nu. 6. de uerb. obli. & plures retulit Tiraq. tract. de retractu cōsang. §. 1. gl. 10. nu. 23. & in l. si unq̄. in uerbo, oīa uel partem. nu. 31. C. de reuoc. don. & illā gl. d. l. Aemilius, ꝑbat alio in casu ipse Tiraq. de retractu cōnen. §. 1. gl. 2. n. 65. post Rom. cōf. 27. & subiicit Tiraq. d. gl. 10. nu. 24. ꝑ iudicē hūc arbitrari dēre, ut cōfessim id fiat, cū fieri pōt, cū sit hęc quādā conditio potestatiua. l. rogo. ff. qn̄ dies leg. ced. iuncta l. hęc conditio. de condi. & dem. id quod Anch. conf. 331. col. 2. uerfi. Terriō aduertendum intelligit, etiam si in huiusmodi conditionibus appositā fuerit dictio, quādo cunq;

S V M M A R I V M.

- 1 Vendere qui uni tenetur, eo non emente, alteri vendere potest.
2 Vendere prohibitus extra familiam, nullo de familia emente, uendere alteri potest.
3 Alienandi simplex prohibitio non arguit testatorē uoluisse rem illam in familia permanere.
4 Tempus quod præstituitur illi, qui emere debet si nult, ne res alteri uendatur.
5 L. uul. C. de iure emphyt. declaratur.

C A S V S XXVII.

TEMPVS QVOD CONCEDATVR AD deliberandum ei, qui potest, si nult emere, ne res alteri uendatur.

CVM ex pœnali stipulatione quis uni ꝑ tantū & non alteri uendere tenetur, si is, cui uendi promissū fuit, interpellatur, & emere recuset, alteri impūduendi potest. l. qui Romę. §. coheredes, ubi oēs, de uerb. oblig. præsertim Bart. num. 3. dum scribit, prohibi-

prohibitum ꝑ uendere extra familiam, tunc posse, cū illi de familia emere recusant, qua de re ibi plura scribunt Soc. nu. 19. Iaf. nu. 15. & apud Dec. conf. 23. nu. 5. conf. 217. nu. 14. & conf. 481. n. 6. Soc. iun. conf. 97. nu. 52. lib. 2. Goza. conf. 192. nu. 10. Rub. conf. 1. nu. 12. 13. & cū Bar. sensit Tiraq. de retractu cōsang. §. 1. glo. 9. nu. 146. qui alios recenset, cum n. sola simplex extat ꝑ prohibitio non alienandi extra familiā, nō creditur, uoluitē disponentem in familia omnino conseruari: si ergo illi de familia recusant emere, extraneo impunē uendi potest. Verum, hoc intelligitur dato, prius competentē termino, intra quem de liberant isti de familia, an emere uelint uel nō, quod sanē tempus quale sit, nostri ambigunt, cū à iure diffinitum non uideatur. Prima fuit opinio Bart. in l. q. Roma. §. coheredes, nu. 2. de uerb. oblig. quam secuti sunt alij plures, ut eo loci retulit Iaf. nu. 4. & post eos Beneue. Straccha tract. de mercatura, in tit. de decoctoribus. §. par. nu. 10. tēpus duorum mensium esse indulgendum, ex l. ult. C. de iure emph. à quorū sententia uisus est tandem non recedere Iaf. d. §. coheredes, nu. 5. dum affirmat argumentari licere à similibus ad similia, l. non omnium. ff. de legibus, quæ sn̄a non placet, cum is text. ꝑ l. ult. in casu admodum diuerso loquatur, nec argumentari à simili licet, ex his, quæ suprā scripsimus in primo casu post Tiraq. tract. de retractu cōsang. §. 2. glo. j. nu. 19. qui tamen in §. 1. gl. 10. nu. 29. cum Bar. in d. §. coheredes, sensit. Secunda fuit opinio Raphaëlis Comen. in d. §. coheredes, & ibi retulit Iaf. nu. 4. hoc esse in iudicis arbitrio positum, is ergo iuxta rei & personarum qualitatē statuet terminum ad deliberandum, q̄ magis placet, quā illud quod in eo. §. coheredes, nu. 8. docuit Alciatus, hoc quidem tempus esse iudicis arbitrio, sed illud spacū duorū mensium debere præstitueri: nā tūc hoc arbitriū nō esset, sed à iure coarctatum. Illud tñ uerū affirmat oēs, ut in d. §. coheredes, scribit Iaf. nu. 6. illum recusantem emere, posse moram purgare re integra, anteq̄ scilicet extraneo uendatur, id quod multis ibi confirmat Iaf. & Alciatus.

S V M M A R I V M.

- 1 Cautela iudicum maleficiorum, qua curant confessionē delinquentis in tormentis factam spontē ab eis confirmari.
2 Tempus quod sit intra quod delinquens sponte confessionem in tormentis factam confirmat.

C A S V S XXXVIII.

DE TEMPORE CONCESSO DELINQUENTI, dum sponte confirmat confessionem à se in tormentis factam.

VERſuti latrunculares ea uti solēt ꝑ cautela, cū delinquentes quæstionibus subiiciunt, ut inde extortam confessionem confirmant, eos ad suū adduci tribunal iubēt, ut cessantibus tormentis spontē, quod in tortura sunt cōfessi, ratificent, ut multi scripserunt, præsertim Ang. Areti. trac. malef. in uerbo, Fama publica, post Bart. & alios in l. 1. §. Diuus Seuerus. ff. de quaest. Marfil. in praxi criminali. §. quoniā. nu. 35. & latius in d. §. Diuus Seuerus. num. 5. uerum

ꝑ tempus aliqd̄ intercedere debet intra adhibitas quæstiones, & rati habitationem, q̄ sanē tēpus iudicis arbitrio relinquitur, sic August. Arimin. in add. ad Ange. de maleficijs, in uerbo, Fama publica, pag. 8. in uerfi. postq̄ aliquis, in fi. Marfil. in d. l. j. §. Diuus Seuerus. nu. 6. & in l. quæstionis modum. nu. 55. de q. post Bar. d. §. Diuus. nu. 4. qui scripsit, iudicē hunc arbitrari debere de tāto tpe, intra q̄ uerisimile sit, dolorē cessaf senā, si statim adductus fuisset ad banchum, uideretur hoc eadem formidine factū. argu. l. q̄ ait. §. ult. de adul. Marfil. tñ d. §. Diuus. nu. 6. inquit, iudicem debere concedere, ut is reus tortus saltem ꝑ diem unā quiescat, idq; affirmat ex Ang. & Alex. sententia.

S V M M A R I V M.

- 1 Simulatus arguitur contractus, eum alienans in possessione rei permanet, & paulo post declaratur.
2 Tempus quod sit, quo alienans & in possessione manēs arguat contractum esse simulatum.
3 Iudicem rationem habere debere absentie, qualitatē personarum & rei, cum iudicat tempus, intra quod, qui alienauit, possedit, ut inde simulatus contractus arguatur.
4 Statutum Patavinum sub rubr. de obligationib. cap. si aliquis emit possessionem, declaratur.
5 Statutum Brixie 170. in ciuilibus. sub rub. Quod uenditio & donatio exponitur.

C A S V S XXXIX.

QVOD SIT TEMPVS, INTRA QVOD possidens rem alienatam contractum simulatum præsumere faciat.

INTER multas ꝑ coniecturas, quæ ad detegendū cōtractum simulatum obseruari solent, illa est, quando uenditor nō obstante uenditione facta, adhuc in possessione rei ꝑmanet, uti annotarūt Bar. in l. sicut. §. superuacuum. nu. 5. ff. quib. mo. pig. uel hypot. fol. Soc. sen. conf. 18. col. 9. in fin. lib. 1. Iaf. conf. 36. col. 2. lib. 1. Ruin. conf. 119. n. 1. lib. j. Dec. conf. 235. col. 1. conf. 587. nu. 8. conf. 648. nu. 4. conf. 659. nu. 3; & conf. 692. in fi. Goz. conf. 94. nu. 55. Curt. iun. cōf. 108. nu. 11. & conf. 110. nu. 34. Paril. conf. 53. nu. 21. conf. 54. nu. 77. & conf. 55. nu. 54. lib. j. idē conf. 82. nu. 39. lib. 3. conf. 130. nu. 6. & conf. 143. nu. 16. lib. 4. Sed solet in hac re ambigi, ꝑ tempus hoc sit, una fuit opinio, diu, esse intelligendum de decennio, quæ opinio iure non probatur. Secunda fuit opinio esse intelligendū de triennio, ex l. ult. C. de apochis publ. q̄ in diuerso casu ꝑcedit. Tertia fuit opinio Bar. in d. §. supuacuum. nu. 5. & in l. post cōtractū. nu. 5. ff. de don. hoc relinquēdū esse iudicis arbitrio, q̄ placuit & Bal. Ang. ac alijs nonnullis, ut retulit Tiraq. tract. de retractu cōsang. §. 1. gl. 14. nu. 36. & in l. si unq̄, in uerbo, oīa uel partē. n. 31. C. de reu. don. idē rñdit Goz. conf. 94. n. 55. uer. Quartō rñdetur ꝑ iudex tñ noster rōnē habebit illius, qui statim q̄ emit, & ciuitate recessit, ut sensit Bart. d. §. supuacuum. n. 5. & in l. post cōtractū. nu. 5. ff. de don. qui idē cēsuit esse habendā rōnē atatis psonarū, ut si pupillus is esset, qui uendidisset, erit etiā q̄ aiaduertat hic iudex, an is uenditor, qui uenditione facta sterit in possessione, rñdit de fructibus ipsi emptori; nam hoc cessare facit

facit omnem fraudis suspicionem, ita Bar. d. §. super uacuum. nu. 6. idem censuerunt Dec. conf. 463. nu. 20. Brunus conf. 38. n. 14. Goz. col. 94. in fi. ubi & de atate paulo ante dicit Curt. in d. conf. 170. n. 3. in fi. quibus inferitur declaratio ad statutu Patavinu sub rubrica de obligationibus. cap. si aliquis emit possessiones. quo diffinitum est, contractu usurariu praefami, si uenditor per annu in possessione rei a se uendita permaneat, atque ita tempus illud, qd a iure communi arbitrio iudicis relinquitur, diffinitum est. sed illud intelligitur qn ipse emptor fuit semper in loco, secus si abfuit, ex ia relatis, ita etiam declarari potest statutu Brixia. 180. in ciuilibus, sub rubr. Quod uenditio & donatio &c. quo sancitu est, contractu praesumi simulatu, si is alienans per trienu possedit.

S V M M A R I V M.

- 1 Fideiussores quando conueniendi post principalem
2 Tempus quod statuendum sit fideiussori, ut praesentare debeat absentem.
3 L. sancimus. C. de fideiuss. declaratur.
4 S. si uerò. in auth. de fideiuss. exponitur.
5 Fideiussori alleganti principalem abesse, et ignorare quo in loco sit, quod tempus concedatur.
6 Iudicis arbitrio tempus conceditur ad perquirendum absentem, cum ignoratur quo in loco sit.
7 Citatus si ignoretur quo in loco sit, dandus est terminus ad eum perquirendum.
8 Absens si ignoretur ubi sit, non praesumitur prouinciam exiuisse.
9 Absens praesumitur esse i loco uicino, non aut i remoto.
10 Diligentia in priuato praesumitur.
11 Absens multum dicitur qui extra prouinciam est.
12 Iudex ubi tempus recte non statuit, lex supplet.
13 Ifernina opinio reiecta.
14 S. sancimus. in auth. de exhib. reis, intellectus.
15 Iudicem ex coniecturis arbitrari posse peregre profectum prouinciam exiuisse.

CASVS XL.

QVOD TEMPVS PRÆSTITVENDVM sit fideiussori, ut debitorem principalem praesentet, ne eius loco ipse fideiussor conueniatur.

NOua extat Iustiani t constitutio in auth. de fideiussoribus. & ex uersione Holoandri est Noua quarta, quae inscribitur; Vt creditores primum aggrediatur, &c. qua diffinitu est, debitores ipsos principales conueniendos esse, & si ij soluendo non erunt, aduersus fideiussores esse experiendu. si uero debitores principales soluendo sunt, sed absunt, ita ut commode a creditoribus conueniri non possint, statuendu est fideiussoribus tempus, intra qd ipsos debitores in iudiciu adducant, & eo elapso tempore ipsi tenebuntur. nunc solu dubitari contingit, qd tempus sit hoc casu statuendu? Vna fuit opinio, esse concedendu tempus sex mensium ex l. sancimus. C. eo. de fideiuss. uerum hac opinionem reiecit glo. §. si uerò intercessor, in uerbo, det tempus. d. auth. de fideiuss. & recte (mea quide sententia) si qd is text. l. sancimus, non i hoc, sed in alio casu loquitur, nempè, cu quis aliquo tradere, & nisi id

fecerit, certam summam persoluat, si statutum ei sit tempus ad tradendum, eo lapso statim summam persolvere non compellitur, sed adhuc semestre conceditur, intra quod possit personam tradere: atque ita loquitur potius in principali debitore, quam in fideiussore, & in eo, qui ad poenam conuenitur. Altera ergo fuit opinio glossae in d. §. si uero intercessor. hoc tempus esse iudicis arbitrio statuendum, quam opinionem probauit ibi Bar. & idem sensu Iac. Cuiacius in commentarijs de terminis & praeser. c. ult. & uere probatur ex uerbis. d. §. si uero, ibi, & causa praesidens iudex det tempus. & in codice Holoandri sic legitur; & iudex, qui disceptanda causa praesidet tempus spaciū ad dat fideiussori. & paulo post, oportet. n. & tempus a iudice finiri, iudex autē suū arbitrium moderare poterit, ut iuxta loci & personarū tempus statuatur ad eundem & redeundum. interdum uiginti miliaria singulis diebus peragēda, iuxta l. i. ff. si quis caut. interdum plus statuere poterit, quemadmodum supra secundo casu plena manu explicauimus. Considerabit etiā iudex, an aliqd adesse possit iustū impedimentū, qd remorare possit fideiussorem, quominus cito principalem debitore adducat, atq; ita prout uisum ei erit, aequū statuatur. Illud etiam saepe in controuersiam deduci solet, quid si alleget fideiussor principalem abesse, & quo in loco sit, se ignorare dicat, qd tempus ei statuendum erit, ut illū perquirat? & arbitrio iudicis tempus hoc esse praestituendū scribit in simili And. Iser. i commentarijs ad constitutiones Regni sub rubr. de litteris citatorijs. in gl. in uerb. allegata probari. col. pen. uers. sed quid si non adijcit locum. dū in simili ait, qd si proficito ad iudicium compareat uel procurator res, uel excusatores. & allegent citatu abesse, & illi recedendo dixisse, se peregre esse profecturū, affirmantes et se ignorare quo i loco is citatus reperitur, perentes terminum sibi concedi, ut is perquiri, inueniri, ac admoneri possit, qd tempus sit statuendū, dubitat is Ifernina, tadem, ait, iudicis arbitrio relinqui. prouidens aut iudex tm teporis concedere intra qd perquiri hic possit in prouincia, t nec. n. ea exiuisse praesumitur. atque is Ifernina inquit in argumentu probari in l. moenia, in fi. de aur. & arg. leg. in l. qui concubinā, §. uxori. de leg. 3. l. quod nisi. ff. de oper. lib. l. sed haec, in princ. ff. de procu. Rursus, cu quis abesse dicit, intelligitur, tabelle a territorio. §. cum. n. in auth. de fideiuss. ita sumitur praesumptio contra eū, nempè, ut praesumatur esse in loco uicino, ne multu tempus ei tribuatur. illa est ratio, quia illi imputandum est, qd non dixerit familiae quo in loco erat iturus. uel debuit relinquere gnalem procuratorē. Praeterea t diligenti praesumitur i priuato in rebus proprijs, iuxta l. si cōstante. §. si maritus. ff. sol. mar. quemadmodum & in magistratibus, quorū singularis industria & diligentia approbata est. l. i. ff. de of. Praef. prat. sed magistratus isti ob publicam utilitatem non praecipiant extra prouinciam. l. nemo. & iudices. C. de an. & trib. lib. x. ergo, (inquit Ifernina) nec priuati praesumuntur pro sua utilitate prouinciam exiuisse. Sed leuis forte est haec posterior consideratio, qm est argumentari a diuersis, nempè a facultate praecipienda, qd magistratui quo ad territoriu limitata est. l. ult. de iurid. om. iud. ad praesumptionē exeundi prouinciam. accedit (inquit Ifernina) quia is qui extra prouinciam est, non dicitur

tur simpliciter abesse, ut nos loquimur, sed loge abesse. gl. l. prau. ff. de condi. fur. & l. ult. C. de praescip. longi. temp. quocirca tm tempus, ut in prouincia perquiri possit, statuendum est, quia (inquit Ifernina) si minus statuet, snia est nulla: quia ubi iudex minus tempus statuit, lex supplet. l. 4. §. si quis. ff. de re iudi. l. siue pars. C. de dila. & uidetur tex. clarus in §. sancimus. in 13 auth. de exhib. & introd. reis. Ego autem t ceseo esse animaduertendū, sniam hac non esse nullā: nā si, arbitrariū est iudici statuere hoc tempus, intra qd possit hic absens in prouincia perquiri, nulla datur querela contra ipsum iudicē, qui in his reprehendi non potest quemadmodū superiore lib. q. 13. diximus. Nec aduersatur relata iura, t q intelligēda sunt, cu iudex minuit tempus certum a lege praestitutu: nos aut loquimur, qn tempus est arbitrariū. quo circa arbitrium hoc iudicis legi, qd hac de re non extat, refragari non potest: non ergo snia nulla dici potest. non inficior tm, qn Iesus ad Principē cofugere possit, iuxta ea q diximus superiore lib. q. 62. illud et non praetermitto, t ex coniecturis iudicē arbitrari posse, absentem esse extra prouinciam, ut si is mercator sit, & solitus peregre proficisci. pbeturq; cu recederet, pecunias multas secū attulisse, uel quid aliud fecisse: quo cōiici possit illū eo aīo recessisse, ut diu abesset. idē qn ultimos fines prouinciae locus hic, è quo iste recessit, inhabitaret: nātūc non praesumitur esse in prouincia. ob id tempus statuendū est pro iudicis arbitrio, inspecta personae & locorum qualitate, ut extra prouinciam perquiri possit.

S V M M A R I V M.

- 1 Fideiussor qui diu obligatus fuit, petere potest se ab illo nexu solui.
2 Fideiussor quando diu in obligatione pro principali stetit dicatur.
3 Iudicis arbitrio relinqui, quando fideiussor dicatur stetisse diu in obligatione.
4 Statutum Papiae in ciuilibus 48. sub rub. de fideiussoribus exonerandis. declaratur.
5 Statutum Ferrariæ lib. 2. sub rub. de illis qui manent in aliqua securitate, uel fideiussione, declaratur.

CASVS XLI.

QVANDO DIV IN OBLIGATIONE pro principali fideiussorem stetit dicatur, paucis, sed clarè explicatur.

Fideiussor, t qui in ea obligatione cā sui principalis pfeuerauit, iure petere pot se eo nexu liberari: ut pbat gl. in l. Lucii, in fi. ff. mād. c. ult. de fideiuss. & oēs in §. si qd aut. in st. de fideiuss. Dubitari contingit, qd t tempus hoc, diu, sit. Vna fuit opinio, quā retulit gl. d. l. Lucius, intelligi de decenio, in l. sed & si fideiussor. §. Aristo. ff. qui & a quib. man. quae sanè opinio uera non est, cum is tex. in casu admodum diuerso loquatur, quare ad consequentiam non trahitur. Secunda est opinio, hoc tempus t intelligi arbitrio iudicis. sic gl. in d. c. ult. in fi. gl. j. de fideiuss. idē affirmat Bello. in d. §. si quid aut. nu. 4. in st. de fideiuss. & rñdit interrogatus Rui. conf. 187. in fi. lib. 1. Ias. l. poenā. nu. 7. de uerb. obl. Afh. decis. 241. nu. 3. Papiae aut cessat haec disputatio, cu ex statuto 43. sub rub. d. fidelus. exonerandis, dicatur, diu fideiuss. stetisse in obli

gatione, q per annu in ea pfeuerauit. Ferrariae uero tempus hoc est diffinitum, ut sit biennium, ita extat statutum lib. 2. sub rub. de illis, qui manent in aliqua securitate, uel fideiussione.

S V M M A R I V M.

- 1 Dominium esse difficilis probationis.
2 Dominium inditijs & coniecturis probari.
3 Dominium instrumentis antiquis probari.
4 Dominium probari per solam famam.
5 Dominium per recognitionem probari.
6 Reuendicatione agēs quomodo dominiū pbare deat.
7 Possedisse diu, quando quis dicatur.

CASVS XLII.

POSSEDISSE DIV QVANDO QVIS dicatur, cum rei uendicatione experitur.

DOMinium t difficilis admodu probationis esse norunt oēs: quod scribunt nri in l. cum res. C. de probat. Boer. q. 42. nu. 25. dum affirmant, in ditijs & t coniecturis probari. l. inditia. C. de rei uend. Soc. sen. conf. 89. lib. 1. Paris. conf. 104. nu. 100. 102. lib. 1. affirmat quoq; pbari per antiqua instrumenta, ut rñderūt interrogati Barb. conf. 8. col. j. 2. conf. 41. col. 2. lib. 1. Dec. conf. 428. Boer. q. 42. n. 3. Alba conf. 64. nu. 2. qui sanè Alba nu. 21. affirmat, ex solafama probari, qd probant ex relatis plures. sic p recognitionem probatur dominiū. latè Crau. conf. 153. nu. 5. sic pbat ex uerbis enuntiatius alijs coniecturis cōcurrētibus. Alci. respon. 9. in fi. Cum uerò agitur de directa probatione t dominijs in personā illius, qui re uendicare intendit, is quatuor det probare, titulu, traditionē, pretij numerationē, & tandē qd diu possederit. sic Bal. in l. cum res, col. 2. uers. nūc ergo restat. C. de prob. quem secuti sunt ibi Castr. & ceter. idē Castr. in l. proprietatis. C. de probat. Paris. d. conf. 104. nu. 100. lib. 1. qui affirmat, nec esse nō fore probare uēditore fuisse dominū, & si alij plures, quos retulit Boer. d. q. 42. n. 25. aliter fenserint: quoru opinionem intellgo procedere cu Paris. d. conf. 104. nu. 99. cum sumus in dubio: aliās. n. sufficit illa quatuor probare. Verum contingit dubitare, quantum tempus requiratur ut is agens rei uēdicatione t diu possedisse dicatur, eoncludit Bal. d. l. cum res, esse in iudicis arbitrio. qd & clarè rñdit Paris. d. conf. 104. nu. 99. lib. 1. nec dissentit Castr. conf. 170. Viso quodam processu. col. ult. uers. praedictis uerò. lib. 1. in antiquis. & si eo loci a Nicolai relata sententia ac a Bal. confirmata, recedere uideatur.

S V M M A R I V M.

- 1 Bonafides ex temporis diuturnitate praesumitur.
2 Tempus cuius initij memoria non extat, bonam fidem arguit.
3 Tempus immemoriale uim priuilegij habere.
4 Tempus immemoriale uim donationis habere.
5 Inspatronatus acquiri tempore immemoriali.
6 Tempus immemoriale sine tituli allegatione ad acquirendum.
7 Malam fidem cessare ex cursu triginta annorum.
8 Bonafides quando cursu decennij praesumatur.
9 Iudicis arbitrio relinquitur, quod longum sit, ut bona fides praesumatur.

QUANDO EX TEMPORIS DIVERTITATE BONAFIDES PRÆSUMATUR.

Malafides cursu longi tps tollitur, & ex eo tps bonafides præsumitur, ut scribunt oēs in l. clā. possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acq. poss. cōm. re. statur Ripa in c. cum Ecclē. Sutrina. nu. 99. de caus. poss. & pprie. quo loci tres casus distinguit. Primus est in tpe, cuius initij memoria non est in cōtrariū, & hoc in casu cessat oīs dubitatio: cōveniunt enim oēs oēm malafidem cessare, ex c. 1. de præscrip. in 6. sic et respondit Barb. à Ripa relatus. ita et Rui. con. si. 18. nu. 3. lib. 4. uera est conclusio hæc, quia tpus hoc immemorabile, nīm privilegij habet. l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quot. & æst. latē. Afflic. decis. 254. nu. 4. Dec. consi. 85. nu. 2. qui nu. 6. inquit habere tps uim donationis, ut idem Dec. in l. traditionibus. nu. 11. C. de pactis, scripsit ex tanti tps cursu dominium acquiri. idem consi. 117. in. si. respondit, ex tanto tpe tps ius patronatus in ecclesia acquiri. acquiritur & iura meri & mixti imperij. Soc. iun. cōf. 76. nu. 55. lib. 1. sic etiam facultas exigendi collectas. Soc. iun. consi. 49. nume. 23. lib. 1. in d. rñdit Bello. consi. 1. nu. 5. sufficere tps allegatōnem nulla facta fide de titulo ab eo tempore causato, cuius rei ratio uidetur, quia superior Princeps uidetur huic præscriptioni acquiescisse. Sig. consi. 76. nu. 21. Hinc etiam ad rem nostram scripsit Dec. consi. 698. nu. 4. in hac tanti temporis præscriptione nō esse necesse quod ad sit bona uel malafides. Craue. tamen in tract. de antiq. temp. 2. parte quartæ partis princ. nu. 9. 10. inquit, hoc non esse proprium privilegium.

Secundus est casus in cursu triginta annorum, in quo etiam cessat præsumptio tps omnis malæ fidei. hæc communis est nostrorum sententia, ut testatur Ripa d. c. cum eccl. nu. 99. & latissimè retuli in tract. de recuperanda poss. in 13. remedio, nu. 70.

Tertius est casus in minori tempore, ut putā in decennio, & tunc concludit Rip. d. c. cum eccl. nu. 99. quod non apparente antiquiore possessore, in nouo illo possessore tps bonafidem præsumi, sed dubitat interpretes quod longum tempus hoc dicatur. tandem concludit Abb. post Inno. in d. c. cum ecclē. Sutrina, ubi Ripa. d. nu. 99. hoc esse tps iudici arbitrariū, quod placuit & Rui. consi. 105. nu. 10. lib. 1. & consi. 118. nu. 3. lib. 4. sentit Parisius in c. si diligenti. nu. 18. 21. de præscrip. post Abb. & Feli. ibi.

S V M M A R I V M.

- 1 Arbitrium quando finiatur, cum controuersia est cōmissa iudicis arbitrio.
2 L. ult. §. sed & si quis. C. communia de leg. sensus & declaratio.
3 Voluntatem testatoris in pendentē stare non posse.
4 Electio personarum quousq; fieri possit.
5 Arbitrandi facultatem triennio finiri, ex aliquorum opinione.
6 Arbitrandi facultatem tandiū durare, quandiū durat ipsa actio, ex quorundam opinione.
7 Facultati nunquam præscribi.
8 Facultati offerendi nunquam præscribi.
9 Arbitrium liberum præscriptione non tolli. & infra

deklaratur.

- 10 Facultatis quæ esse dicantur.
11 L. uiam publicam. ff. de uia publica, explanatur.
12 Iudicis arbitrio relinqui, quanto tempore præscribitur facultati arbitrandi.

CASVS XLIIII.

QUO TEMPORE FINIATUR ARBITRANDI FACULTAS: & QUÆ FACULTATIS ESSE DICANTUR: explicatum.

Arbitrio uiri boni sapissimè cōtrouersiam solent contententes committere, ut apud interpretes in l. si quis arbitrato. de uerb. oblig. Dubitant tamē omnes quo tempore arbitrium finiatur. Prima fuit Bart. opinio in d. l. si quis arbitrato. & in l. ult. §. sed & si quis. ubi Ias. nu. 4. Cōtia de leg. anno terminari posse ex l. ult. §. sed & si quis. C. commu. de leg. Bar. sunt secuti Bal. & Ang. ut retulit Ias. d. l. si quis arbitrato. nu. 24. uersi. Tertium principale mēbrū. Petras. sing. 27. Libero arbitrio. in si. Verum horum snia iure non pbatur: nā tps d. §. sed & si quis, solum pcedit in ultimis uolun. in quibus ita expressè dispositum est: nā eo, cui data est eligendi & arbitrandi facultas, non arbitrande, ad aliū transit. Cuius rei rō est, quia tps ultima uoluntas in pēdenti stare nō potest. sic in illo. §. sed & si quis. nu. 8. in si. atq; ita intelligunt, cum in rebus legatis eligendis datū est arbitriū, secus cū agitur de tps electione personarū: nam tunc facultas arbitrandi, durat donec per litē contestatā fuerit is ad eligendū interpellatus, ita Bart. & ceteri relati ex l. cū quidā, la. 2. ff. de legatis 2. cuius rei est ratio, quia periculū est in mora, ob id statim dēt arbitrari, cum interpellatur in iudicium, ita Ias. d. §. sed & si quis. num. 3.

Secunda fuit opinio Castren. in d. §. sed & si quis, ut ibi retulit Ias. nu. 4. hanc facultatem tps arbitrandi triennio finiri, quemadmodum & instantia iudicij, ex l. sed si cōpromissum, & ex l. item si unus. §. si multo post. ff. de rece. arb. quas in hanc sniam prius citauit Bal. in d. §. sed & si quis, nu. 9. nam tanto tempore instantia iudicij ordinarij finitur. l. properandum. in princ. C. de iudic. uerum hæc opinio non probatur dictis legibus, cum nihil clarè ibi sit difinitum.

Tertia fuit eorum opinio, qui affirmarunt tanto tps tempore facultatem hæc durare, quāto durat actio ipsa: ita Abb. in c. quintanallis. nu. 37. de iure iur. Bal. d. §. sed si quis. nu. 10. & consi. 65. Nunquid arbitet. lib. 3. communem testatur Ias. d. l. si quis arbitrato. nu. 24. uersi. Tertiu principale. & ibi Soc. nu. 3. 4. alios etiam citauit Goz. d. consi. 100. nu. 14. quam sententiam & ipse probauit. Verum nec hæc sententia iure sustinetur: nam tex. l. uiam. ff. de uia publ. quo illi ad ducuntur ad demonstrandum, quæ tps facultatis sunt, non præscribi, ut eo textu adducti scribentes in l. pētens, ibi Decius num. 6. C. de pac. affirmant, facultati declarandi nunquā præscribi, tps sic facultas offerendi tempore non tollitur. l. cum notissimi. §. sed cum illud ubi glo. & omnes. C. de præscr. 30. uel 40. ann. Dec. consi. 164. col. 4. uersi. Venio ad aliud dubium. Balb. tracta. præscrip. 5. partis princ. q. 2. quo loci in quæst. prima plura refert, non præscribi quæ facultatis

tis sunt, & is eo loci. d. q. j. i. scribit, libero arbitrio, tps aliquo tpe non præscribi, ex gl. l. j. i. prin. in uerbo, p socio. C. de annali excep. ubi Bal. nu. 6. idem Bal. in d. l. cum notissimi, in fine p incipij. Verum iure non pbatur horum opinio: nā ad rem haud multum cōfert, qps facultati non præscribat, qm illud procedit, quia tps facultatis esse dicuntur, qps a iure conceduntur ad iuris proprij conseruationem: ita Bar. in l. j. nu. 4. ff. de cond. ex l. & in d. l. cū notissimi, & in fine principij. C. de præscrip. 30. uel 40. anno. Balb. d. q. j. uersi. sed operæ prætiū. Gome. iusti. de actio. in princ. nu. 30. sed hoc in casu nō datur ius propriū iudici huic in rō, nec is dilatione arbitrandi demōstrat se aliquid agere ad iuris sui conseruationem. tps Nec urget d. l. uia publicā. quia intelligitur, qps nō mutato statu ip sius uie populus ea nō utitur, sed alter ex uicinis per multos annos ea usus est, ut is non possit alterū phibere. uel intelligitur qps is uicinus uia illa uteretur, tamqps esset res ppria: nā qps iuris publici sunt præscribi nō possūt. ita dclarauit Crau. tract. d. antiq. temp. 4. par. princ. in 4. particula, incipit Materia ista. n. 79. Nō pariter urget, libero arbitrio nō præscribi, quia uerū quidē est, ea rōne, quia, ut annotauit Bal. in d. l. cū notissimi, liberū arbitriū in esse deductū non producit ius aliquod agendi: at hic non datur liberū arbitrium arbitrandi quando cunq; sed ex tacita partiū uoluntate dicitur præstitutum aliquod tempus.

- 1 Contumacia actoris maior est illa rei.
2 Actor difficilior moram purgat.
3 Reus citatus expectare quantum debeat actorem.
4 L. ul. §. ult. ff. qd uel aut clam. in qua psona loquatur.
5 L. et post edictū perēptoriū. §. 1. ff. de iudi. deklaratur.
6 Iudicis arbitrio reus actorem expectare debere.
7 L. 3. §. si ad diem. ff. de re milit. deklaratur.
8 Cap. consuluit. de offi. deleg. explicatur.
9 Reus ad certam horam citatus, actorem qui ea hora ad iudicium non uenit, in horam sequentem expectare debere ex iudicis arbitrio.

CASVS XLV.

QUANDO ACTOR EXPECTANDVS EST, AD IUDICIUM DEBITO TEMPORE NON UENIENS.

Actoris tps ad iudicium prouocantis maior & grauior, qps rei, esse solet cōtumacia, ut probat rex. in c. causam, de dolo & contuma. & ideo tps difficilior moram purgat. Bar. l. hæc cōditio. la. 2. in si. ff. de condi. & dem. latē Tiraq. de retractu cofang. §. 8. gl. 2. nu. 1. 2. Dubitari tamen aliquando cōtingit, an tps citatus ad iudicium qps prouocatus teneatur prouocatore saltem per diem, uel horam expectare. Prima

fuit opinio Bal. in l. si ea, col. ult. uersi. ultimò nota. C. qui accus. non pos. & in consi. 268. Factū tale est, ad instantiam. lib. 1. uisus est affirmare, expectandū non esse, nec dissentit Inn. in c. cōsoluit. de off. deleg. nec Bar. in l. ult. §. ult. ff. quod ui, aut clam. ex tex. illo. Verum is tps rex. loquitur tam in actore, qps in reo, ut eū intellexit Abb. in d. c. consuluit, & ibi Deci. nu. 3. & in si. rectius sensit, d. §. ult. loqui in denuntiante extraiudicialiter, qui cum etiam elapso illo die & hora possit adhuc denuntiare; non mirum, si etiam expectare multum sua non interfit. Secundo, quia hic actor consentit in terminum illū, quare prorogari ei minimè potuit. c. oblata. de appel. uerum intelligitur de longa termini prorogatione uel restrictione, quam iudex sine cā iusta facere non pōt. ita annotauit Dec. nu. 5. secus hic, ubi de iusta causā huius actoris contumacis. ex eo constare potest, quod modico hoc tpe potuit esse impeditus. Tertio adfertur tps l. & post edictum perēptoriū. §. 1. ff. de iudicij, dū uult, actore ipso absente, citationem circumscribit atq; ita annullari. Verum intelligitur qps iudex expressè non prorogauit, ita Decius d. c. consuluit, nu. 3. in si.

Secunda fuit snia Bal. in c. 1. in secunda lect. num. 11. de iud. quem secutus est Tiraq. d. §. 8. gl. 2. nu. 1. r. qui alios citat, hoc esse tps in iudicis arbitrio, ut is actor expectetur, & per quod tempus, ea rōne utitur, quia iudex considerare potest, actorem illum fortè impeditum fuisse. tps l. 3. §. si ad diem. ff. de re mil. uerum (inquit Tiraq.) is tex. loquitur tps pna, à qua excusare militem desertorē & emensorem ad nullius est præiudiciū. diuersum est hoc in casu nostro. Alia est ratio, quia quemadmodū ex æquitate facere potest iudex, ut citator citatum expectet. d. c. consuluit. eadem ratio è contrā, cum in iudicij seruanda sit equalitas. l. ult. C. de fructibus & litium expen. hanc sententiam uerè probat d. tps c. consuluit. & ibi gl. in uerbo, æquitate. de off. deleg. nec enim is tex. distinguit, an citatus actor sit, uel reus; & tamen uult, iudicem expectare debere, ita equitate suadente, pbat ex c. ueniens. §. pen. de renut. quo aductus Dec. c. cōsoluit. nu. 3. uersi. item limitatur tex. affirmat iudicē posse expectare, etiā si ius parti quæsitus sit: ita ergo iudex arbitrari poterit, quod sanè arbitrium pro cedit fortius eo casu, cum tps actoris pro certa hora dicit citari iussisset reum: nā, si nō cōparet illa hora actor, iudex expectare illū in hora sequenti poterit; ita Bal. in l. cum non eo die. uersi. quæro si iudex. C. quom. & quan. iudex. Dec. d. c. consuluit. nu. 3. uersi. ulterius limitatur, qui plures alios retulit. & aliqua scripsimus supra lib. 1. q. 63.

S V M M A R I V M.

- 1 Testis, qui per dictionem, uel circā, deponit, non probat.
2 Testis qui deponit, aliquem possedisse per decem annos, uel circā, non concludit.
3 Dictio, uel circā, de quo tempore intelligatur.
4 Iudicis arbitrio relinqui quod tempus significet illa dictio, uel circā.
5 Clausula dispensationis quinto decimo tuæ ætatis anno, uel circā, quod tempus demonstret.
6 Statutum Mediolani. 129. sub Rub. qualiter intelligatur hæc dictio, circā, deklaratur.

QVOD TEMPVS SIGNIFICET ILLA dictio, uel circa, cum dicitur, aliquem possedisse per decem annos, uel circa. & statutum unum Mediolani declaratum.

Interogatur sapissime testes, quo anno, mese, die & hora gestum actum uel quid sit, hi uel lapsi memoria, uel ob temporis diuturnitate respondere solent, anno uigesimo, uel circa; ut ea nota ostendat, se quidem certe nescire tempus illud, sed ab eo designato tpe non longe recedere. & quamquam horum testimonium sepe rejici soleat, ut docuit Butr. in c. ult. de despons. impub. ex illo text. quem est secutus Cur. iun. consil. 144. nu. 4. & idem respondit Ruin. consil. 10. nu. 3. lib. 5. sed dic secundum Bal. lab hostibus. §. ulti. nu. 3. ff. ex quib. cau. maio. ut infra dicam.

2. & si quis deponat aliquem qui possedisse decem annis uel circa, uel 20. annis uel circa, non probat. sic Guid. Papæ sing. 436. quem est secutus Rebuffus in praxi beneficiorum, in tit. De dispensatione ratione ætatis, in uerbo, uel circa. nu. 6. qui sub nu. 5. aliud retulit exemplum, ut in clerico, qui per quinquennium debuit iuri operam dedisse, ut certum sacerdotium consequatur. nec enim sufficeret dicere studuisse per quinquennium, uel circa. ex quo forte minus recte rñderunt Cur. iun. & Ruin. si recte perpendatur. attamen illis in casibus in quibus testimonia hæc recipiuntur, dubitari contingit de quo tpe intelligatur dictio illa, uel circa, quæ uerè de modico tpe interuallo intelligitur, ex gl. d. c. ult. Rui. rñdit interrogatus consil. 130. nu. 5. lib. j. hoc esse in iudicis arbitrio. idè sensit gl. in c. 1. §. penu. in uerbo, circa, de off. ord. in 6. dum interpretatur illa uerba, in sua prouincia, uel circa illa. & eam secutus est Ferrus Rebuffus in praxi beneficiorum in tit. De dispensatione ratione ætatis, in uerbo, seu circa nu. 3. dum affirmat, uerba illa, quæ quotidie in dispensationibus ratione ætatis adijci solent: Quintodecimo tuæ ætatis anno, uel circa. uerba illa, uel circa, ad iudicis arbitrium intelligi duob. quatuor, quinque, uel sex mensibus ad summum. quod rñdit & Alex. consil. 88. nu. 1. lib. 6. in cæteris aut iudicis arbitrio res finiatur. Mediolani extat statutum 126. sub rub. qualiter intelligatur hæc dictio, circa, quo est declaratum, dictionem hæc, circa, importare usque ad quinque pro centenario arbitrio iudicis. & a centenario infra ad ratam. quæ quidem rata ipsius iudicis arbitrio declaratur. ut puta, si dicatur Caium possedisse per decennium uel circa, illud uel circa, intelligitur de tot diebus ad rationem centenarij, hoc est, de quindecim diebus, si dicatur, erat ætatis annorum sexaginta uel circa, intelligitur de tribus annis, habita ratione ad quinque pro centenario. & ita a quinque supra nullum ibi est iudicis arbitrium, sed solum a quinque infra.

S V M M A R I V M.

1. Dictio, & plus, quid significet, cum testis inquit Caium possedisse per decennium & plus.
2. Iuramenti delatio efficit iurantem esse testem in propria causa.
3. Pluris cum res est, tanti etiam est.
4. Hæc adiectio, de uerbo, sig. declaratur.

5. L. cum furti. ff. de in litem iuran.
6. Summam minorem maiori inesse.
7. Testis deponens de tempore, & inquit, decem annis, & plus, quando probet.
8. L. Arethusa. ff. de statu homi. declaratur.
9. Interdictio uti possidetis obtinet is, cuius testes deponunt, eum per decennium possedisse, & plus, cum testes aduersarij simpliciter de decennio deponant.
10. Iudicis arbitrio relinqui, quod tempus illud sit, cum dicitur per decem annos, et plus.

CASVS XLVII.

TEMPVS QVOD SIT, CVM DICITVR per decennium & plus. & quando testis per dictionem, & plus, deponens probet.

Relatus casus in memoriã illum reuocat, cum testes interrogantur, quato tpe agrum possiderit Sempronius, & rñderet per decennium, & plus possedisse. quid significant uerba ista, & plus. Guliel. Cune. & Iac. de Are. in l. si quis in suo. C. d. in of. testa. ut eo loci retulit Cy. & Bal. in lab hostibus. §. ult. nu. 3. ff. ex quib. cau. maio. opinati sunt nihil significare, quia in hac hominis dispositione ob illius incertitudinem habetur perinde ac si dictum non fuisset. l. 2. ff. de ijs qui pro non scrip. hab. sed potest rñderi hoc procedere, quoniam agitur de certo tpe probando; sed cum dicitur possedisse per decennium, & plus, iam decenij tempus per absoluto & perfecto habetur, uti tur alia ratione Cyn. post Iac. ex l. cum furti. ff. de in litem iura. iuncta l. ult. C. de fideicom. cui iuramentum defertur, testis in sua causa sit, d. l. ult. & tamen, si iure iura. affirmat, rem tanti esse, necesse non habet adijcere, eo pluris uel: quia quo res pluris est, utiq; tanti est. d. l. cum furti. hac ratione adductus, idem censuit Bartol. in d. l. cum furti. & Alexan. consil. 108. nume. septimo, in fine, libro secundo, ac Bracheus in in l. hæc adiectio. nume. sexto, de uerbor. significa. Verum istis intelligitur, quando agitur de re certa probanda, ita sentit Bart. ibi. nam uerè cum tempus debet esse certum tanquam de substantia negotij, nihil operatur adiectio illa, pluris uel, ita Bald. d. l. hostibus. §. ult. nu. 3. uerfi. item contra. nec aduersatur l. cum furti, quæ non probat esse infra adiecta illa uerba, pluris uel, quin aliquid operentur: sed mensuris iurisconsulti fuit ostendere illum sic iurantem, non esse periurium, si dum iurare debet rem centum ualere, iurauit centum ualere & plus: nam si ualet plus centum, ualet etiam centum, quia in maiori summa inest & minor uerè ac proprie. l. j. §. si stipulanti. & ibi late Ias. nume. 4. de uerbo. oblig. Parisi. consil. 87. nume. 39. lib. tertio, & pulchre Didacus libro 1. uaria. refol. cap. ult. num. 7. uerfi. Nec fatiscit, quod ergo operetur, uel non operetur adiectio hæc, in d. l. cum furti, non diffinitur, sed in iuris dispositione relinquitur. quamobrem, sic dicendum esse uerius opinor, testimonium hoc iure substinere, quando negotium super quo profertur, tale est, ut prodesse illi possit: ut duo sunt exempla a Baldo relata in d. l. ab hostibus. §. 1. nu. 3. ex quib. cau. maio. cum de puncto quaestio uerfatur, ut in l. Arethusa. ff. de statu hom. si contentio de duplici partu sit, quorum.

quorum alter prius editus sit: nam cum simul uno impetu nasci non possint, natura id non permittente, d. l. Arethusa, uerè is primogenitus dicitur, qui prior de utero exiit: ita Arer. in l. ex duobus, col. 1. de uulg. & pup. post Io. Andre. quæ citat, & scribit Tiraq. trac. Primoge. q. 2. erit ergo utile testimonium illi, si unum datur hora decima natus, alter uerò hora decima & plus: nam demonstratur unum altero ratione momenti tpe prius natum esse. Adferri in hac specie possent casus alij plures, ut ex l. si quis eum. §. si suo testamento. de uulg. & in l. si mulier, ubi Soc. de reb. dub. & plura refert Tiraq. d. q. 2. nu. 2. Adfertur etiam in specie nostra aliud exemplum a Bal. in d. §. j. nu. 3. quoniam duo ex interdictione uti possidetis, contendunt se esse in antiquiori possessione, iuxta ca. licet cam, de prob. si testes unius dicant, illum decem annis & plus elapsis possidere, hic posterior in antiquiori possessione præfertur, cum illa uerba, & plus, hoc significant, ut illud tempus sit ultra decennium, cum Baldo idè sentit Fel. in ca. pasto ralis, nu. 5. uerfi. Tñ uidi. de rescrip. & eo loci duo alia exempla subiicit Fely. ut illud, cum agitur de prioritate impetrationis priuilegij, qua de re in subsequenti casu dicemus. In cæteris autem cum tempus est de negotij substantia, non proderit hoc testimonium, lob carmen. §. ult. de testib. & simile retuli supra in casu præcedenti. Sed dubitari nunc contingit, de quo tempore sit iudicandum illud, & plus. Cynus in d. l. si quis in suo, in fi. C. de in offi. test. & Bal. in d. l. ab hostibus. §. j. nu. 3. ex quib. cau. maio. scribunt, iudicis arbitrio relinqui. cõferunt quæ infra in casu 126. i. 27. referemus.

S V M M A R I V M.

1. Rescriptum alteri præferri ex utriusque data deprehenditur.
2. Hora facit ut unum rescriptum altero prius concessum dicatur.
3. Momentum temporis esse considerabile, ut unus actus alteri præferatur.
4. Rescriptum unum esse prius altero concessum, testibus probari posse.
5. Rescripti qualitatem testibus probari posse.
6. Testibus probari posse qualitatem debiti, & si non possit probari debitum, statuto impediante.
7. Baldus in l. nec ex eplo. in fine. C. de falsis. declaratus.
8. Statutum Mediolani 84. sub rub. Quod per testes non possit probari bannitum, declaratur.
9. Iudicis arbitrio relinquitur, quod sit illud tempus, cum testes deponunt, rescriptum fuisse concessum hora duodecima & plus ante.
10. Possidens ex rescripto præfertur in dubio alteri habenti rescriptum.
11. Beneficiu qui obtinuit a Vicario si illud possidet, præfertur in dubio obtinenti beneficium ab Episcopo.
12. Possessionem rejicere onus probandi in aduersarium.
13. Dignitatis titulum cum possessione qui consecutus est, præfertur illi, qui solum titulum adhuc obtinuit.
14. Beneficiu qui prius acceptauit alteri præfertur, qui illius possessionem prius adeptus est.
15. Rescriptum obtentum a Principe superiore præfertur in dubio, rescripto obtento ab inferiore.
16. Dignitatem qui consecutus est a principe superiori, præfertur in dubio illi, qui obtinuit ab inferiore.
17. Beneficij collatio ab Episcopo facta præfertur in dubio collationi facta ab eius Vicario.

18. Hora prima dici in rescripto posita arguit ante illud rescriptum aliud non fuisse concessum.
19. Marianus Soc. iun. in l. i. nume. 57. ff. sol. marr. reprobens.
20. Iudicis arbitrio relinqui, an aliud rescriptum fuerit concessum ante rescriptum habens horam certam.
21. Hora ultima diei in rescripto posita arguit hoc rescriptum fuisse ultimo loco concessum.
22. Beneficia tempore noctis conferri posse.
23. Iudicis arbitrio relinqui, an uerisimile sit quod post horam uigesimam quartam rescriptum aliud sit concessum.
24. Hora meridiana an arguat aliud rescriptum fuisse prius concessum.
25. Rescriptum habens horam certam præfertur alteri hora carenti.
26. Horæ certitudinem rejicere onus probandi in aduersarium.
27. Famam certi temporis probans præfertur probanti illam incerti temporis.
28. Gradum certum consanguinitatis probans præfertur probanti incertum.
29. Io. Andreæ c. duobus, de rescrip. in 6. declaratur.
30. Stylus curie apponendi horam in rescriptis.
31. Cap. si a sede. de præben. in 6. declaratur.
32. L. de rebus. C. de dona. ante nup. explanatur.
33. Decij distinctio & opinionum conciliatio, quando rescriptum horam habens alteri præferatur. explosa.
34. Possessio non est modus probandi, sed est releuatio ab onere probandi.

CASVS XLVIII.

QVANDO VNVM RESCRIPTVM ALTERI PRÆFERATUR uel ratione datæ uel ob prærogatiuam concedentis, uel prius adeptæ possessionis, uel ob horam in uno eorum adscriptam; accurata & subtilis disputatio.

Non semel ex facto euenisse scio, ut duo rescripta gratiosa duobus eodem ferè tempore concedantur: unum in curia a Pontifice Max. alterum ab Ordinario. dubitari itaque solet quod præferatur. sic dubitari potest, cum de eadè re duo instrumenta eodè ferè tpe celebrata sunt. Ego prætermittis aliorum declarationibus plures casus distinguo atque constituo.

1. Primus est, cum ex data ipsorum rescriptorum constat de prioritate & posterioritate, tunc res est clara, ut illud præferatur quod prius concessum fuit. c. duobus, ubi gl. in uerbo, si apparet. de rescrip. in 6. & gl. cap. si a sede. de præben. in 6. quæ quidem prioritas consideratur non solum ratione diei, ex glossa cap. si eotempore. in uerbo, iam. de elect. in 6. sed etiam ratione horæ: ita glo. in l. si ex pluribus. §. ult. in uerbo, die. ff. de solutio. Baldus in l. Imperator. lect. 1. num. 4. ff. de statu hom. & in l. præscriptione. nu. 15. C. si contra ius uel util. publ. & in l. de rebus. numero 2. C. de don. ante nupt. Fel. & Dec. in c. pastoralis. i. prin. uterque nu. 5. de rescrip. & Fel. c. 1. nu. 12. de fid. instr. & Dec. in l. in ambiguis. i. fine. de reg. iuris. & in specie nostra est gl. d. c. duobus, idem scripta reliquit Io. de Sylua tracta. de Beneficio, parte 3. q. 15. nu. 13. imò ratione momenti unum alteri præfertur. l. Arethusa. in fine, & l. seq. ff. de statu hom. & in l. ter enixa.

ff. de verb. sign. & in l. si ita fuerit legatum. §. planē. ff. de reb. dub. & alia recenset Dec. d. c. pastoralis. nu. 5. quibus accedit rex. cap. q. sit periculosum. 7. q. j. & clarus Genes. c. 2. 5. & alia recenset Tiraq. tract. De iure primigen. q. 2. accedit simile i. l. si in emptione. §. ult. de cotrah. emp. & l. qui duos. & l. quod de pariter. de reb. dubijs.

- 4 Secundus est casus, cum ex data non constat de prioritate horę, uel diei, sed testibus probatur. & tunc idem est dicendum quod in casu precedenti: ita Fel. & Decius d. cap. pastoralis. nu. 5. & uerē ista qualitas testibus probari in instrumentis & rescriptis potest, quamquam regulariter rescripti substantia non nisi scriptura proberetur, ut affirmat Bald. in l. humanū. in fi. C. de legib. & scribunt oēs in rubr. De cost. atq; ita sentit in specie, preter Abbat. in c. auditis. 2. notab. de rest. in integr. a Decio relatus i. d. c. pastoralis. Cassiod. dec. 20. nu. 7. de præb. post Rotā deci. 27. de præbendis, in nouis. idē censuit Crau. quē mox referam. & Io. de Sylua tract. de beneficio, parte 3. q. 2. 2. nu. 10. Cōfirmatur ex doctrina Bart. & aliorum in l. certi conditio. §. qm. ff. si certū petā. & ibi Dec. nu. 7.
- 6 si debitum non nisi scriptura probari potest, ita disponente statuto: poterit tñ probari quātitas interesse, q̄ ex principali debito prouenit. est rō, quia postea q̄ debito principali constat, facile est, ut probetur illa qualitas. & idem affirmarunt Crauer. tract. de antiq. temp. 1. 1. particula primæ partis princ. nu. 24. 2. 5. & pulchrē admodū declarat Natta conf. 420. nu. 8. li. 2. Hinc infert Dec. in d. c. pastoralis. nu. 5. malē sensif se t̄ Baldū in l. nec exēplo. C. de falsis. dū dixit, errorē rescripti testib. p̄bari non posse: q̄a imō p̄bari p̄t.
- 8 Verū Bald. dubitatuē solūm locutus est, his declarari potest t̄ statutū Mediolani c. 88. sub rubr. Quōd per testes non possint p̄bari bannū, emācipatio &c. nā licet in substantia probari testibus non possint, poterunt tñ qualitates, ut puta esse facta certo tpe, certo loco & sub certis pactis & conditionibus: ita etiā de clarantur nouæ constitutiones Pedemontium, titulo delle prone. §. neffuno debitore. quæ certis casibus reijciunt probationes per testes: nā intelligitur quōd ad negotij substantiam, non quōd ad qualitates. hic casus procedit etiam si testes clarē & explicatē non deponerent de prioritate ipsius horę, sed solūm dicerent concessionem fuisse factam hora duodecima & paulō ante: nā adhuc sufficeret: ita sentit Fel. d. c. pastoralis. nu. 5. ex doctrina Bal. in lab hostibus. §. si qd simpliciter. numero 3. ff. ex quib. cau. maior. quod autem sit illud plus, ex paulō ante relatis in præcedēti casu intelligimus esse in t̄ arbitrio iudicis.
- 10 Tertius est casus, cum ambo sunt pares in tempore, ut quia uerē ignoratur quod prius & quod posterius concessum sit: sed eorum unus est in possessione rei, & beneficij concessi: tūc is, qui est in possessione præferatur: ita loquitur cap. si a sede, primo respo. de præben. in 6. quod procedit etiam i collatione facta
- 11 t̄a Vicario Episcopi ut præualeat illi Episcopi, si p̄uisus a Vicario est adeptus possessionem: ita Rebuffus trac. De pacificis possessoribus. nu. 297. & in praxi benes. in tit. de forma Vicar. Archiep. nu. 123. illa est ratio, quia hoc est commodum possessionis, t̄ ut possessorem ab onere probandi releuet, onusque illud probationis reijciat in aduersarium. l. circa. ff. de p̄b.

Ripa c. sape. nu. 2. de rest. spol. Rui. consil. 143. nu. 23. lib. 5. si ergo aduersarius possessoris nihil probat, is possessor absoluitur. hic casus confirmari atque exornari potest multis similibus, quæ recenset Tiraq. tract. de iure Primigen. q. 17. opinio. undecima. q. d. c. si a sede, ac Doct. in d. c. pastoralis, in hanc sententiam retulit, quibus & illud simile accedit: cum duo de prioritate adeptæ t̄ dignitatis contendunt, si eorum unus ante alterum quasi possessionem dignitatis consecutus est, alteri præferatur: ita celsit Dec. in l. cum quid, prima lect. nu. 19. ff. si certum pet. Ias. consil. 192. nu. 2. uerfi. Secundò moueor. lib. 2. Ruin. consil. 19. nu. 9. lib. 1. & egregiē Natta consil. 351. lib. 2. qui fortius affirmant, hūc, qui possessionem prius adeptus est, præferri alteri, etiam si is priore loco ad dignitatem electus fuisset, sed hæc aliō spectant: hūc casum declarat Fel. in c. capitulum sanctæ Crucis. num. 16. de rescript. non procedere, cum is qui nō possidet, prius collatū beneficiū acceptasset: nā inquit ille, illa prior acceptatio præualeat priori possessioni. & idem sentit Io. de Sylua tract. de bñficio, parte 3. q̄one. 17. n. 17.

Quartus est casus, cum nemo possidet, & ambo pares sunt in datā, sed unus rescriptū a principe superiore obtinuit, ut puta a Papa, alter uerō ab inferiore, ut ab Episcopo: hoc casu ratione prerogatiuæ concedis præferatur qui a Pontifice rescriptū consecutus est, ita probat d. c. si a sede. in fi. de præb. in 6. quod multis traditis a Io. de Sylua tract. de beneficio. parte 3. q. 29. cōfirmari potest. Huc spectat qd scribitur Dec. in l. cum quid omnes, & Ias. in l. si quis maior. n. 163. C. de trans. ex duobus, qui t̄ dignitatem doctoralem eodem tempore consecuti sunt, ille præferatur, qui a superiori & digniori eam adeptus est, id quod p̄bat tex. l. 2. ff. de albo scrib. & text. in cap. per tuas. ubi gl. de maior. & obed. confert text. ubi etiā gl. in l. restituenda. in fi. C. de aduoca. fisci. Hinc respondit Calde. conf. 7. de præb. quem secutus est Fel. in c. capitulum Sanctæ Crucis, nu. 16. de rescri. qd si Episcopus unij beneficiū conferat, & alteri conferat Vicarius Episcopi, præferēdā esse i dubio Episcopi collationē. Rebuffus in praxi beneficiorum, titu. de forma Vicariatus Archiep. nu. 122. Ioan. de Sylua tract. de beneficio. 3. parte. q. 15. nu. 17.

Quintus est casus, cū unus obtinuit rescriptū ab inferiore, alter uerō a superiore: & unū ex rescriptis hēt horā certā cōcessionis, alterū uerō rescriptū nullā horā certā hēt: & illa t̄ hora certa ē prima hora diei, ut puta mēsis Iunij hēt horē octauā, uel nonā: hoc in casu scriptū reliquit Marian. Soc. iun. l. n. 57. ff. sol. mat. rescriptū cōtinēs hāc horā primā præferri. duæ sunt rōnes (inquit ille) una q̄ a Doctorib. considerari solet, & quā infra septimo casu referā, qm̄ maior adest certitudo rōne maioris expressionis. altera est rō, quia ex quo cōtinēt primā horā diei, nō est uerisimile q̄ aliud rescriptū fuerit cōcessū ante, ex quo necesse foret dicere esse cōcessū tpe noctis: id qd uerisimile non est, & argumētū (inquit Socinus) a uerisimili ualet. l. ult. ff. qd merus cā. qua de re latē infra in casu 8. attingemus, & hoc adeo uerū eē opinatur is Soc. ut hic hēns rescriptū cū expressione primæ horę præferatur aduersario etiā possidētī, qui quidem aduersarius aliās rōne possessionis præferatur. d. c. si a sede, & diximus supra in tertio casu huius disputationis.

- 19 Ego opinor, hanc Socini doctrinā non esse perperuā & absolutē uerā. illa n. p̄cedere fortē possēt, qm̄ duo rescripta essent ab uno & eodē concessa: nā tūc prima hora unius rescripti ostendit quodammodo, & si nō oīno certē, nihil ante cōcessum. Accedit, q̄ si eadē hora, uel paulō ante facta esset alterius rescripti concessio, quē admodū in uno rescripto facta est horę expressio, ita etiā facta fuit in altero. nec n. est uerisimile q̄ eodem tpe momento uariam atque diuersā rescribendi formā obseruauerit: sed dubitatio nostra uersatur, cum duo rescripta a diuersis concessa sunt: unum ab ordinario, alterū a Pontifice, iuxta d. c. si a sede, qua in re ego sentio casū hunc procedere ob aliā rōnē, q̄ & septimo casui, quō mox referā, conuenit, & ob id hic casus ab illo septimo non discrepat, quidquid Socinus dicat, uel si cū eo dicēdum est,
- 20 ego uerius in hoc multum iudicis t̄ arbitrio tribuere: nam hæc facti potius, q̄ iuris sunt. l. idē erit. ff. de stat. hom. & l. Sæia. §. ult. ff. de fund. instr. q̄ in nō diffimili specie loquitur. quo circa prudēs iudex a uerisimiliori prioritate suū arbitriū moderabitur: nā iter dū fieri p̄t, ut unus habens horam primam sit par in tempore: ut puta, si Pōtifex in suo rescripto apposuit horam diei primam, nonne & rescriptum Ordinarij eadem hora concedi potuit: imō paulō ante, ex personarum qualitate, cum Pōtifex, uel illius Datarij nō consueuerit tam summo mane cubitu surgere & negotia tractare; cum tamen in Ordinario hoc facilius dici possit: & econtrā, si in rescripto Ordinarij prima hora est expressa, & in rescripto Pontificis nulla, iudicabit iudex, Ordinarij rescriptum esse prius concessum, cum illa hora uel ante Pontifex uel Datarius negotia tractare nō cōsueuerit, & iō doctrina Socini iunioris possēt eo in casu defendi cum prima hæc hora ē expressa i concessione Ordinarij, non aut qm̄ expressa foret i concessione Pontificis, quia tūc idē est dicendum qd in casu septimo, quem subiiciemus de instrumentis hoc in casu est dicendum, ut mox dicā.
- 21 Sextus est casus, cum in uno t̄ rescripto non adest certa hora, in altero uerō adest hora, quæ illius diei ultima est, ut puta hora 24. tunc rescriptum non habens horam præferatur alteri eam habenti, ita Soc. iun. in d. l. j. nu. 57. ff. sol. mat. qui uerū hoc adeo esse intelligit, ut procedat etiam si is habens horam sit in possessione. est ratio, quia uerisimile non est, q̄ post illam horā aliquid sit factū. Accedit, q̄ si post illam horam esset facta beneficij concessio, facta diceretur tempore noctis, quod iure permissum nos uideretur. Verū & hic casus dubitationem, quā supra in quinto casu retuli, recipit; siquidē rescripta a duobus concessa, unū ac alterum potuit eadem hora concedi: imō post horam illam ultimā rescriptum Ordinarij concedi potuit, quia non est minus uerisimile in Episcopo, quin noctis tpe negotia pertractet, præsertim tempore hyberno: quanquam in Pontifice uerisimile non uideatur. Nec uerū est q̄ tēpore noctis beneficia conferri non possint, quia imō possunt, ut in specie affirmat Io. de Sylua par. 3. q. 17. post Fel. in c. consiluit, col. ult. de offi. deleg. iudicis
- 23 t̄ itaq; arbitrio relinquendum est, an uerisimile sit post ultimam illam horam esse aliud rescriptum cōcessum. in instrumentis aut clariis hoc iudex cōiiciet ex qualitate actus; nam aliqñ instrumenta magni

ponderis sunt, quæ multorum præsentiam requirūt, quæ ita de facili haberi non potest, aliqñ facile explicari possunt: iudex ergo pro suo arbitrio iudicabit.

24 Septimus ac ultimus est casus, qm̄ in uno rescripto adest hora, quæ est in media ipsius diei, uel similis: ita quod uerisimiliter & ante & post aliud rescriptū concedi potuit. hoc in casu magna est Doctorū dissensio: Verū magis recepta opinio est, t̄ rescriptū horam certam cōtinens, præferri. hanc p̄bavit Soc. sen. in l. 1. nu. 12. ff. solu. mat. qui scriptum reliquit, se ita aliās consuluisse, sed uere cōtrarium respōdit ut mox referam, hāc cōmunē probauit pariter Dec. i. c. pastoralis. nu. 5. de rescrip. & conf. 169. in fi. & in l. in ambiguis. in fi. d̄ reg. iur. Ias. l. j. n. 6. & ibi Parpal. nu. 13. & latius Ripa nu. 7. sol. mat. Mar. sing. 319. Tiraq. De retractu consang. §. 11. gl. j. nu. 10. & de iure Primigen. q. 17. opinione 11. n. 2. & Petrus Placa lib. 1. epitom. delicto. c. 39. nu. 22. qui & alios citarūt, qui bus accedit Cassiod. decif. 20. de præben. qui testatur, opinionem hāc cōprobasse Rotā Romanā. idē sentit ipse Cassiod. super Regula Cancellarij. Quōd cōmissiones causarū & processus & c. decif. 4. in fi. solidissimū est huius sententiæ fundamentum, qm̄, ut detur rescriptorū cōcurfus, temporū paritas adesse debet: quæ sanē paritas nō datur, cum de certitudine alterius eorum nō constat. nā cum hora certa scripta nō est, fieri potest, ut ita ante, quemadmodū & post, cōcessum sit: dubia ergo p̄batio nō prodest, l. neque netales. C. de proba. c. in præsentia. extra eod. standū itaque est horæ certæ, donec aduersarius de prioritate sui rescripti hora carētis probet, quā uerē probare debet ut obtineat, posteaquā i præciso & determinato illo tempore fundamentū cōstituit, l. matrē. C. de proba. & hoc est, q̄ dicebat recētor ille, quem eius nomine suppresso, malē ridet Soc. iun. d. l. 1. nu. 60. uerfi. & si dicas. solu. matr. dicebat ille Socini collega in circularibus disputationibus, hanc horā certitudinē trāsferre probādi onus in aduersariū. hoc ridet Socinus, ut pote, quōd iure nō probetur, sed ridendus est Socinus ex iam relatis. si enim rescriptū sine hora, ut incertū, nō offuscat rescriptū habēs horam certā, & cui standū est, nonne sequitur, aduersarium probare debere sui rescripti prioritatem, atq; ita probandi onus ei incumbit: qm̄ (ut diximus) qui horam certam habet, melius p̄basse dicitur, quo circa & illud minus uerum est, quod docuit idem Soc. iun. d. l. j. nu. 59. uerfi. non obstat. solu. matr. nempē & certitudinem adesse in rescripto, in quo sola dies adest, quia fateor adesse certitudinem, sed solius diei, non autem horæ, quæ quidem hora considerabilis est. & ideo comparatiuē maior inest certitudo, cum hora adscripta est, quā qm̄ nō est apposita. ob id habens horam præferatur, cum uerē melius probauerit. Hinc respondit Rui. consil. 13. nu. 15. lib. 4. illum melius probasse t̄ famam, qui certi tpe illam probauit. hinc et scripsit Tiraq. De retractu consang. §. 28. l. 1. gl. 1. nu. 10. illum consanguineum t̄ in commodo retractus præferri, qui certum consanguinitatis gradum probauit. idem affirmat Petrus Placa lib. 1. epitom. delicto. c. 39. num. 22. Nec huic receptæ Doctorum sententiæ aduersantur rationes & argumenta, quibus adductus parum sibi constans Soc. sen. cōfil. 67. lib. 3. aliter respondit, quā docuit, & quibus etiam

etiam Felin. in c. pastoralis. nu. 5. de rescr. ita perplexus redditus est, ut nos reliquerit cogitates, & cū Soci. sen. & Fel. sensit Alc. tract. præsump. reg. 3. præsüp. 43. in fi. & idē uisus est sentire Soci. iun. d. l. j. nu. 58. sol. mat. dū scripsit, Rotā Romanā malē sen sisse. aducebatur Soc. sen. ex doct. Io. And. in c. duobus. de rescr. in 6. dū sentit, tūc ordinarij collationē præferri collationi Pōtificis, cū de hora utriusq; constar, nempē de prioritare horę collationis ordinarij. Rūdeo. Io. And. rectē suo in casu sentire: sed nō licet sumere argumentū a sensu contrario ab eius doctrina: quæ quidem probabilis est, non tñ necessaria: nam, ubi sumeretur argumentum a sensu cōtariō, iā constaret eum receptæ aliorum opinioni refragari.

Secundō nitebatur Soc. sen. ea ratione, q̄ cūm ex 30 † stylo curiæ non consuerit adscribi hora in rescriptis, ut inquit gl. in c. duobus. in uerbo, si non apparet, de rescrip. in 6. sequitur, non esse adscribēdū negligentia illius qui in suo rescripto horā non habet. quamobrem potuit & illud rescriptum hora carens ante concedi. Verū idemmet Soc. sen. in d. l. j. nu. 13. sol. mat. & ibi Soc. iun. nu. 60. huic rationi satisfacere uidetur. clarius ego ita satisfacio. Fateor, stylum excusare a negligentia, sed non sequitur, ergo hoc rescriptum debet preferri habenti horam, qm̄ potuit post illud concedi, & si uult is dicere concessum ante, probare debet, ut iā diximus. Accedit, q̄ licet stylus excuset negligentia, non tñ efficit, ut ex ea excusatione commodum sentiat, nēpē, ut præferatur. Nec uerum illud est, quod inquit Alcia. tract. præsump. reg. 3. præsüp. 43. in fi. horæ appositionem contra stylum, suspectum reddere rescriptum, iuxta c. quā graui. de crimine falsi, qm̄ rñdeo, non oīnō esse contra stilum, posteaquā Soc. & Cassio. referunt ita aliquādo obseruatum fuisse, imō audio Datarios aliquñ ut amicis ac benemeritis faueant, horam adscribere.

31 Non etiam aduersatur † c. si a sede. de præbend. in 6. qm̄ illi respondet Soc. sen. d. l. j. nu. 13. uerū, nam tex. sol. mat. nam uerē is tex. intelligitur, ut sola prærogatiua personę Pontificis concedentis operetur, qñ termini pares sunt, ut patet, quia si hora in neutro rescriptorum expressa est, is præferatur, qui est in possessione: aliās uerō si nemo possidet, præferatur, q̄ a Pontifice obtinuit. si ergo de prioritare constar, ratione horę expresse, ille præferatur, sed hic constar, quia illa dicitur prima concessio, quę magis certa est, ex 32 reg. † l. de rebus. C. de dona. ante nupt. ubi illi, qui uolunt dicere se habuisse obligata bona mariti ante donationem factā sponſæ, pbare debent, quia de tēpore factæ donationis sponſæ constar: atque ita sponſa creditoribus præferatur. à recepta igitur opin. 33 recedēdū non esse suadeo. Dec. † tamē in d. c. pastoralis. n. 7. de rescrip. & in l. in ambigu. in fi. de reg. iur. quem pbauit Tiraq. d. trac. de iure primige. q. 17. opinione 11. n. 2. distinguit. Aut nullus possidet, uel ambo possidere prætendunt: tunc, qui horā certā habet, præferatur, & hoc casu pcedit opinio cōis, & rectē. Aut, inquit Dec. is qui horam certā in rescripto non habet, possidet, & tunc is possessor priuari non debet, ab habēte horam certā, quia, inquit Dec. licet hora certa sit, non tñ inferri prioritare: & ideo melior est conditio possidentis. d. c. si a sede. ita procedere potest opinio Socin. sen. d. consil. 67. Est ra-

tio, quia in hoc concursu potentior uirtus uidetur illa possessionis, qd̄ multis similibus cōfirmat Tiraq. d. opi. 1. n. 1. 2. Verum hoc secundum membrum distinctionis Dec. non uidetur uerū: nā pcedere potest secundum terminos d. c. si a sede, qñ scilicet data terminorum paritate unum tm̄ possidet: sed diuersum est in casu nro, ubi ex latere unius adest possessio, ex latere alterius adest certitudo hore. Est modō dubium, quorum alterum ex his præferatur. ego opinor, habentem horam certam præferri, quia iam habet tempus probatum determinatē, nec possessio 34 quicquā prodest aduersario, quia possessio non est probatio, sed releuatio ob onere probandi, quia dicitur solū transferre onus probandi in aduersariū. l. circa. ff. de pba. & supra attigimus. & ideo qñ duo sunt pares, ut quia non constat de aliquo tpe data, is qui possidet, præferatur, non, quia ipse anterior sit, sed quia eius aduersarius actor est, & actore non pbante reus absoluitur. l. qui accusare. C. d. eden. sed in casu nro probatio certa est, & habetur ut anterior, quia aduersarij probatio, ut incerta, nullius confiderationis est, atq; ita Dec. distinctio malē d̄fendi pōt.

S V M M A R I V M.

- 1 Heres quę prestare teneatur in restitutione fideicommissi.
- 2 L. cum res. §. culpa. de leg. 1. intellectus.
- 3 L. mulier. §. sed enim. ff. ad Treb. sensus et intellectus.
- 4 Iudicis arbitrio relinquuntur quas res distrahere debuerit heres & non distraxit, ut fideicommissario teneatur, si illę perierunt.
- 5 Res quę sint, quę seruando seruari possunt.
- 6 Tutoris negligentia quomodo probetur, quod non emerit prædia pupilli nomine, sed reliquerit pecunias ociosas in arca.
- 7 Partus ancillarum in fructu non esse.
- 8 Scæuolę & Manilię ac Bruti dissensio, an partus ancillarum in fructu sint.
- 9 Ratio cur partus ancillarum in fructu non sit.
- 10 Homo creaturarum dignissimus.
- 11 Animalia ad hominis usum creata.
- 12 Seruum pecudis instar esse.
- 13 L. Paulus. ff. ad l. Falcidiam. explicatur.
- 14 Dubitandi ratio in l. Paulus. ff. ad l. Falcid.
- 15 Ratio decidendi ad l. Paulus. ff. ad l. Falcid.
- 16 L. deducta. §. hereditatem. ff. ad Trebel. declaratio & sensus.
- 17 L. Paulus. §. 1. ff. de usuris. declaratio.

CASVS XLIX.

QVÆ RES AB HÆREDE DISTRAHI debuerunt, ne, si pereant, is fideicommissario teneatur. & cur partus ancillarum in fructu non sint. diligens & egregia explanatio.

P Lura egregia scribit Vlpianus in l. mulier. §. sed enim. ff. ad S. C. Treb. cūm agit de restitutione fideicommissi uniuersalis, ad quę. l. teneatur hæres. & illud, inter cetera, diffinit, in uniuersum † heredē tneri prestare, quæ suo dolo, uel lata culpa perierunt, non econtrā, si leui uel leuissima culpa. Seruos ergo sine sua culpa mortuos, ades uetustate cōsum

præs-

præs nō præstabit, præstabit autem res, quas cum distrahere debuit, sua culpa non distraxit si interierūt. & quanquā huic sententię aduersari uideatur text. 2 † l. cum res. §. culpa. de leg. 2. quo loci idem Vlpianus, posteaquā paulō ante affirmauit, heredē tneri prestare, quæ sua culpa perierūt, subiicit, culpā intelligi nō solum cū lata est, sed & cū leuis. Verūm tamen satisfaciunt Bar. in d. §. culpa. & ante eū Petrus, ut ipsemet Bar. scribit in l. qd̄ Nerua. in ult. q. ff. de depo. & alios cenſet ac sequitur Carolus Molinæus in consuetud. Parisi. ti. 1. §. 1. glo. 3. nu. 53. ita ergo distinguit in d. §. sed enim. heredem solū dolū, aut latā culpā prestare, cum principalis causa aditionis sit ad cōmodū fidei commissarij, cui tota ferē hereditas restituēda est. & d. §. culpa, loqui cum gratia ipsius hæredis principali ter, ut potē illi cui maior hereditatis remanet, adita est hereditas, cū uerō gratia utriusque est adita, q̄a par cōmodum est, tunc de leui tantū tenetur: atque ita intelligit Bar. tex. l. si seruus legatus. §. cum quid. de lega. 1. à quo (ait Bar.) hæc sumitur casu uera distinctio, nec dissentiūt alij plures, ut apud Alex. in d. §. culpa. nu. 1. qui cōmunem esse testatur. idem in d. l. mulier. §. si hæres. col. 2. ad Trebelli. Sed maius dubium 3 uersatur in illo responso Vlpia. in d. † §. sed enim, dū ait, quod si res quas distrahere debuit & non distraxit, perierunt, heredē restituere debere, ambigitur apud nostros, qñ intelligatur debuisse distrahere, & quæ distrahēda erant. Iacobus Concenna. lib. 1. quę 4 stio. iuris, cap. 3. nu. 7. scribit, hoc iudicis arbitrio relinqui, nec enim ob facti ignorantia i re diffiniri potuit. hæc Concennarij declarationē uerā esse arbitrator. credo tamen iudicem hunc nostrū duo cōsiderare debere, unum ratione rei distrahēda, alterū ratione temporis quo sese offerebat oportunitas. ratione rei erit, qd̄ diligenter consideret, an res talis illa esset, quæ cōmodē cenſeri non posset, ut si ex illis esset, quę seruando seruari non possunt, † quales sunt 5 uestimenta, fructus & similia, quæ ultra triennium seruari non possunt, & si cōtingat aliquādo seruari, ut sensit notab. glo. ubi Bald. in l. 1. C. si aduersus. cap. gl. in l. diuortio. §. interdum. ff. sol. matr. & tradit post alios Iaf. in l. 1. §. fuit questum. n. 3. ad Trebel. & ibi Ripa nu. 18. Paris. cōsi. 55. nu. 66. lib. 3. nā has ne sua culpa perirēt, distrahere debuit. Ratione uerō temporis, quo sese offerebat occasio distrahendi est, quod consideret, an extarent qui rem illā emissent id q̄ probare fideicommissarius debet, qui heredis 6 negligentia arguit. sic dicimus cum conuenitur tutor, q̄ tanquā negligens pupilli pecunias ociosas in archa habuerit, cūm prædia & redditus pupillo acquirere potuit, ut n. negligentia hæc probetur, erit quod probet pupillus eo tēpore prædia & redditus uenales extitisse, qui tāta summa emi poterant, ita Bar. in l. tutor qui reperiuntur. §. qui post depositionem, in fi. ff. de administra. tuto. Bar. alij plures sunt secuti, quos retulimus in tractā. recuperandę possessio. remedio. 7 numero 23. quo loci alia similia congeffi.

Vnum etiā nūc subiiciam in huius §. sed etenim, interpretatione, quod & si è re nostra non uideatur, ob loci tamen elegantia tacitus prætereire nō potui. scribit hic Vlpianus, partus restituendos esse si extāt, & partuum partus, quia in fructu isti nō sunt. sentit 7 Vlpia. partus † ancillarum, ideo esse ab herede si deico-

missario restituendos, quia in fructu nō sunt: absurdum etenim est, ait Caius in l. pecudum. de usur. & Iustin. in §. in pecudum. instit. de rerū diu. hominē esse in fructu, cū omnes fructus, hominū gratia natura comparauerit. quare grauis admodū dissensio 8 fuit inter grauissimos uiros P. † Scæuolā & M. Maniliū & Brutum, an partus isti i fructu essent. Scæuola enim & Manilius in fructu esse contēdebāt, Brutus contrā. cuius quidem disceptationis meminit M. Tullius in primo de finibus bonorū & malo. his uerbis: An partus ancillę sit in fructu habendus, differetur inter Principes ciuitatis P. Scæuolā & M. Maniliū, ab hisq; Brutus dissentiet. qd̄ & acutū genus est & ad usū ciuiū nō inutile, nosq; ea eorū que scripra, reliqua; eiusdem generis, & legimus libenter & legemus, hæc quæ uitā cōtinēt omnem, negligenter hæc Cicero. Bruti sententia obrinuit, ut scribit Vlpia. i. l. uetus est quæstio. ff. de usuf. & d. §. sed enim. 9 Brutum fortē mouit rō, quā refert Alexā. ab Alex. lib. 1. dierum genia. ca. 10. quoniā ex serua natus sui potens nō est, nec alieni iuris aut ditionis sit, sed in seruitio & famulatu domini ita adiectus, ut sine domini iussu permisso ue i ius alterius uenire aut mācipio nexuue obligari nō possit. ideo ancillæ partus in ius ministeriumq; usufructuarij nō uenit, sed uelut mācipium domino adijcitur, qd̄ in pecore enato secus dici cōuenit. si quidē pecus enatū cum in manu & fructu sit unā cum pecore legato, tanquā adiectū perinde manet, ac si legatū esset. uerūm huius Alexaratio, nō satis solida uidetur, quippe, quod par sit in utroque casu ratio, si pares sint termini, si supponimus de re principali dispositum, ut esse legatū usum fructum pecudum & legatum ancillæ usufructū, ut fœtus pecudis ueniunt, ita & partus, cum utrunque ratione adiectionis unū cenſeatur: ut n. fœtus pecorum à pecoribus legatis pēdet, sic partus ancillæ: qui sanē partus dici nō possunt dñi pmissū nō dispositi, imō uerē ratione accessionis obligati cenſentur. Nec nodum plene dissoluit illa alioqui uera rō, q̄ considerauit Corafius lib. 5. Miscella. iuris. c. 8. nu. 5. illa cenſerit in fructu esse, q̄ ad hominū usum inducta sunt. l. 10 pen. de usufr. leg. † hominē at oīum creaturarum dignissimum, l. iustissimē. ff. de edil. edict. non ad alterius usum creatum esse, sed per contrarium hominis gratia fructus omnes naturam comparasse, d. l. in pecudum. Hæc sanē ratio ostendit quidem ideo partū fructus nomen non obtinere, sed cur saltem fructus loco non debeat usufructuario, apud quem cū sit ancillæ usufructus, etiam illius partus esse pōt, non demōstrat. rectius ergo uisus est sentire eruditus Frac. Conna. lib. 4. commenta. iuris ciuiliſ, cap. 2. n. 2. ideo 11 ita sensisse Brutū, quod omnia animalia sint unius hominis causa procreata, d. l. in pecudum. propterea eorum naturam proferre, ut in fructu hominū esse cenſeantur non modō ipsa, sed quæ ex ipsis nascuntur, ut hō, qui sua natura liber est, & naturali ratione in nullius dñium cadit, ne in fructū quidē ueniet. at etus origo naturalis est, quare nec ex ea fructuario debetur, sed nullius est, at ui dñicæ potestatis, quæ ipsa à iure gentium est, sit domini: quod ius ad fructuariū nō pertinet: sic fit ut partus ancillæ nō fructuariū debeat, sed domino, apud quem residet ius potestatis. Pro Scæuola autem partum ancillę inter fructus

ctus connumerandū esse, facit magni Philosophi Aristotelis testimonium, q̄ Politicorum primo scribit: **12** † feruum nihil hominis habere, sed pecudis instar esse, ac rei familiaris & domesticæ instrumentū. instrumenta, inquit, alia sūt inanimata, alia animata. Gubernatori clauus tanq̄ minister inanimatus, qui pro am regit, animatū instrumentū: minister .n. in oibus artibus gerit specie instrumenti. sic opes erunt uitæ de tegendæ instrumenta, q̄ sine illis, aut nullo mō, aut non satis cōmodè uiui pōt. quartū uniuersarū nostra est possessio, feruus similiter aīatum quiddā est: possū detur tñ a nobis: estq̄; ut & minister oibus i reb; nostris, præstātissimū instrū. hæc ille, cuius meminit ad rē hāc Conna. d. lib. 4. commē. c. 2. nu. 2. & idē lib. 2. c. 2. nu. 1. sed intelligo Philosophum improprie loqui, illudq̄; solū pcedere habita rōne cōmodi ipsius hoīs. fortius ergo pro Scæuola pugnat Pauli responsum in † l. Paulus, ad l. Falcid. partus ancillarum ante diē fideicommissi editos ad hīdes eius, qui rogatus ē, pertinere, eosq̄; i quartā, & quartæ fructus cōputandos, si de lege falcidia q̄stio incidat. sentire ergo Paulus cū Scæuola uidetur, partus ancillarū fructus censeari, cū certū sit, fideicommissio grauatum, quidquid est hīditatis, teneri restituere, solosq̄; fructus eū retinere, quos in quartā imputat. In fideicommissaria. ff. ad Trebellia. Verū eo loci satisfacit Connanus, atq̄; lege falcidia cautū esse, ut quidquid ex successione defuncti puenit ad hæredem, restituere imputetur ipsi in quartā, quare ea rōne partus ancilla numeratur in fructu quartæ, non quia fructus sit, sed quia is ad eū tanq̄ ad dñm peruenit ex defuncti hæreditate. q̄ declarationē confirmat Conna. ex l. Paulus respondit. ff. de usur. dum scribunt Paulus & Neratius, partus ancilla non uenire in restitutionē cū muliere fideicommissa, qm̄, etsi hic dñs certo tpe, tñ restituere grauatus sit, interim tñ editum partum sibi quærit non iure fructus, quia fructuari⁹ nō est, sed iure dominij, **14** q̄ habet licēt nō perpetuū. & in d. l. Paulus, erat † dubitandi ratio, propterea q̄ hères nō simpliciter rogatus erat hæreditatē restituere, sed hæreditatem sine reditu, quare putabatur hæreditatem oēm & quidquid ex ea prouenerat, restitui debere, atq̄; ita partus reddendos, cū non sint in reditu: quasi illa uerba sine reditu, exceptiue posita essent, ac si uoluisset hæreditatem restitui, excepto reditu. Contrariū diffinit **15** Paulus, rationē decisionis illam considerauit Conna. quia illa uerba, sine reditu, uim declarationis, nō exceptionis habent, quasi dicere testator uoluerit, oēm hæreditatem suam debere restitui, nō ēt si quid præterea uenisset ex ea. sic is intellexit † l. deducta. §. hæreditatem. ff. ad Trebelli. Nam dum ait Papinian⁹ hæreditatem post mortem suam exceptis redbus restituere rogatus, ancillarum partus non retinebit, nec foetus pecorum, qui submissi gregem retinent, si .n. testator illa uerba non addidisset, exceptis redbus, is hæres foetus & partus retineret: foetus, quia & si partē hereditatis non faciāt, sunt tñ in fructu atq̄; hæredis sunt, partus uerò retineret, quia pp hæreditatem ei iure dominij obuenerunt, atq̄; ita tanq̄ fructus & reditus nō cōsiderantur. Corasius uerò d. lib. 5. miscella. c. 8. nu. 5. 6. nodū hūc soluit atq̄; intel **17** ligit in d. † l. Paulus. §. 1. de usuris, partum sub redit⁹ appellatione comprehendī, quia latior significatio ē

ditionis, reditus, quàm fruct⁹. ex l. usufructu legato; ff. de usufr. leg. & l. frugem. in prin. de uerb. sign. gl. in c. generali. de elect. in 6. hæc sanè declaratio nunq̄ placuit, quia & si lata sit hæc significatio, non tamē tam ampla est, ut partum comprehendat, & illa Caij ratio & hoc in casu procedit: nam cum reditus & p uentus hominis causa parata sint, ipse homo in reditu esse non potest, non etiā eiusdem Corasij interpretationem ad l. deducta. §. hæreditatem, probō, cū nō parum diuinare mihi uideatur, quæ uerò à Lud. Charondo scripta sunt lib. 2. uerisimili. iuris. c. 3. missa facio, cum leuia admodum sint. Cætera, quæ ad huius §. sed etenim, elucidationem attulit doctē Conna. d. c. 2. lib. 4. uideri apud eum possunt.

S V M M A R I V M.

- 1 Mensis quot diebus constare debeat.
- 2 Menses duo concessi in edicto edilitio sexaginta dierū sunt.
- 3 Aediles quo anno creati.
- 4 C. Cæsar annum ad luna cursum ordinauit.
- 5 L. Aediles aiunt. in princ. ff. de edd. edi. declaratur.
- 6 L. ult. §. sed quia. C. de iure delib. intellectus.
- 7 Auth. iubemus. C. de iud. exponitur.
- 8 L. 1. C. de temp. appell. explicatur.
- 9 Menses ad appellationem prosequendam esse triginta unius diei.
- 10 L. 1. C. de temp. appell. interpretatio.
- 11 Constitutiones nouæ Serenissimi Ducis Sabaudia in titulo delle appellatione. dum sex menses statuunt ad prosequendam appellationem. declarantur, menses scilicet esse triginta unius diei.
- 12 L. quinquaginta. ff. de excus. tut. declaratur.
- 13 L. penul. C. de fideiuss.
- 14 Mēsis in casu simplici intelligitur de mēse 30. dierū.
- 15 Mensem à luna dictum.
- 16 Luna quot dies habeat, & paulò infra.
- 17 Plinij loc⁹ in historia naturali lib. 2. c. 9. declaratur.
- 18 Plutarchi locus lib. 2. de placitis philosophorum. ca. ult. explanatur.
- 19 L. septimo mēse. ff. de sta. ho. de quo mēse intelligatur.
- 20 Constitutiones nouæ Mediolani titulo de rescriptis. §. 1. declarantur.
- 21 Mensis cum sit mentio in dubio relatione ad principium mensis habita, de quo mense intelligatur.
- 22 L. ubi lex. ff. de reg. iur. declaratur.
- 23 Statutum Mediolani cap. 215. sub rub. Quod deposita, contestationes & c. & statutum c. 237. sub rub. Quod præteritis sex mensibus, enucleatur.
- 24 Bal. in l. eos. §. sin autem, in fin. C. de appell. notatus.
- 25 Gom. opinio in §. rursus. n. 35. inst. de actio. explosa.
- 26 Decretum antiquum Pedemontium, lib. 3. sub rub. de donationibus, uenditionibus, & c. declaratur.
- 27 Mensis utilis quis, & de iudicis arbitrio in eo constituendo.

C A S V S L.

QVOT DIEBUS CONSTET MENSIS, multa præter alios diligenter declarata.

GRauis fuit admodū inter antiquos iuris interpretes disputatio, nec nostris adhuc tēporib. satis discussa & cognita, quot diebus † mēsis constare debeat,

debeat, cum mensis in iure sit mentio, an scilicet uiginti octo dierum, uel triginta, uel triginta unius; multorū opiniones retulit Bal. in c. licet, de supplen. neglig. præla. Signorolus consil. 38. Si quærat. Gomef. in §. rursus. nu. 35. inst. de actio. Guliel. Mayne. l. ubi lex. de reg. iur. ceteros statim adferam: & tāta fuit rei perplexitas, ut Signorolus & Gomef. cōsuerint multis in casibus hoc in iudicis arbitrio esse positum. Vt res hæc quātum fieri potest, explicetur, per plures casus distinguo. quorum omnium prim⁹ est, cum in lege est, uel ex uerbis, uel ex mente expressum, de quo mense agatur, tunc cum in clausis uerfermur, nulla erit dubitatio. Extat in primis exemplum in ædilitio edicto, quo iudicium redhibitorium intra duos † menses conceditur. l. si uenditor. ff. de edilitio edicto. quos duos menses esse dies, sexaginta, ostēdit Iureconsultus in l. ædiles aiunt, in princ. ff. eod. tit. nec sanè mirum hoc casu, qm̄ edictū illud ædiliū sic ante C. Cæsarem anni ordinatorem præpositū fuit. scimus .n. † ædiles creatos anno tricentesimo octuagesimo octauo ab urbe condita, ut auctor est Lilius in fine libri sexti. † C. uerò Cæsar annum ad solis cursum ordinauit anno tertio sui consularatus & M. Amilij consulatu, ut auctor est Censorinus, & meminit eruditissimus Lilius Gregorius Gyraldus libro de annis & mensibus, q̄ ex supputatione doctissimorū Holobrandi ac Galerani contingit anno 708. à condita urbe; quo tpe solus imperium arripuit & multa constabiliuit, qua ratione sic intelligendus est text. d. † l. ædiles aiunt, in princ. dū meminit de semestri q̄ conceditur emptori, ut ob morbi & uitij cām uenditori iumentum restituat, quē locum egregiè explicat Alexan. ab Alex. lib. 4. c. 4. gen. ial. dier. huc spectant uerba illa diuini Platonis dialogo decimo de legib. Si artifex aliquis huiusmodi rerū peritus signaro & rudi cuipiā tale aliquid uēdidit, qui emit, citra sex menses in alijs, i morbo uerò sacro usq; ad annū integrū reddere possit. Casus est huius relato similis in l. ult. §. simili modo, & in §. donec tñ. C. de iure delib. quo loci statuit Iustinianus, tempus mensis ad inuentarium inchoandum, & duorū deinde iā inchoatū pficiendum, qui sanè menses triginta dierum pro singulis erat, ut ipsemet imperator ostendit in illa ipsa l. ul. §. sin autem dubius est. ex quo textu sic declaratur & rex. d. † l. ult. §. sed quia quidam. dum in alio casu à relato, non parum diuerso de noni mēstre agit, erit. n. noni mēstre triginta dierum pro singulo, iuxta d. §. sin autem dubius. sentit & Bar. in l. cum bisextus, de uerb. signifi. similis est casus in † l. auth. iubemus. C. de iudi. quo loci triginta dies primò conceduntur ad al legadum aduersario, cum pars altera ius suum deduxit: q̄ si non fecerit ad eius malitiam superandā dari mensem alterum, ecce iam præsupponere, dies illos 30. mensem alterum constituere, q̄ & habetur i nouella 111 §. sed & hoc, è qua auth. iubem⁹, est desumpta. Econtra at extat constitutiones aliæ, quibus mensis triginta unius diei stabilitus fuit, ut in † l. 2. C. de rep. appell. qua tēpus, q̄ fatale dicitur, statutum fuit trium & itetū triū mensiū ad appellationē psequendum. subditq; eo loci Theodosius illius cōstitutionis promulgator in §. q̄ si ab arbitro, tres menses nonaginta tres dies cōstituere. clarius exponitur i l. ult. §. 1. C. eod. tit. his .n. in locis rem clarius exponendo lex

ulterius processit, ut animaduertit, & rectè Soc. aut quisquis is est, tract. fallen. reg. 260. fallen. 1. & ex d. l. 2. §. quod si ab arbitro, & ex d. l. ult. §. 1. C. de temp. appell. intelligimus † in tractatu appellationū mensem triginta unius diei esse, ex quibus declaratur † l. 1. C. illo titu. & aliæ plures. iferri etiam potest egregia de claratio ad nouas constitutiones Serenissimi Sabaudiæ Ducis in tit. Della prosecutione dell'appellatione. quibus statutū est tempus sex mensium ad appellationem prosequendā, iuxta d. l. 2. C. de tēp. appell. cū ergo de quo mēse intelligatur, dubitatur, triginta unius erit, ex d. l. 2. & d. l. ult. quod annotadū est.

Secundus est casus, cū in dubijs uersamur, & mēsis simpliciter ac absolute sit mentio, non habita relatione ad principium uel finem ipsius mēsis, ut aliqua iuris loca aliquando annotaui. unum in † l. quin quaginta. ff. de excusa. tuto. alterum in † l. pen. C. de fideiuss. & in capit. 2. quo tempo. miles. in uisibus feud. ubi Bal. hoc i casu intelligūt nostri interpretes † mensem esse dierum triginta tantum, hanc probauit opinionem Gemin. in cap. quām sit. in uerbo, mense, de electio. in 6. Baldus in l. eos. §. sin autem, propē finem. C. de appella. & clarius i cap. licet, ubi Butrius de supplen. neglig. præla. Alex. consil. 114. nu. 1. 2. lib. 5. Soci. tract. fallen. reg. 260. Dec. in l. ubi lex. nu. 2. uersic. secundò conclusio, de regu. iur. & ibi Cagno. nu. 1. Gomef. d. §. rursus. nu. 35. inst. de actio. Alcia. in l. cum bisextus, in fi. de uerb. signifi. soler adferri text. d. l. ult. §. 1. cum §. sin autem dubius. C. de iure delib. qui tamen (ut admonui) non in casu dubio, sed claro loquitur, ut & alij plures à Butrio citari in d. c. licet, ex multis urget illa una ratio, quam perpendit Alcia. tus in d. l. cum bisextus, in fine, dum inquit, † mensem à luna fuisse dictum, cum luna græcè Mion appelletur & mensis Mon. Vnde mensis tot cōtinet dies, 16. quot luna at † illa dies habet 30. cum, tardissimè à coitu solis luna remoratur, ad suas uices reddat, cursumq; cōficit, inquit Alcia. cuius cōsideratio confirmatur † Plinij auctoritate in naturali historia, lib. 2. c. 9. his uerbis: Proximus ergo cardini, ideoq; minimo ambitu uicenis dieb. septenisq; & tertia diei parte peragit spatia eadem, q̄ Saturni sydus altissimum triginta (ut dictum est) annis deinde morata in coitu solis biduo, cum tardissimè è tricesima luce rursus ad eandem uices exit. posteriora hæc Plinij uerba clare Alciati sniam cōfirmare uidentur, q̄ clarius facit **18** † Plutarchus lib. 2. de placitis Philosophorum, c. ult. dum sic scribit: Lunæ dies 30. hic .n. est pfectus mensis à primo lumine usq; ad coitum. Verior tñ est snia, lunā cursum suum dieb. uigintinouem & horis duodecim ac quibusdā minutis pficere. q̄ affirmat Astrologorum diligentis, Georgius Perurbachus i suis tabulis, sentit & Alex. ab Alexandro lib. 3. dierum. genialium, cap. 2. 4. & clarius doctissimus Lilius Gregorius Gyraldus in doctissimo libro de mensibus scribit ex ueriori multorum sententia in hæc uerba. De mūm lunaris annus quadrisariam accipitur.

Primus est, cū luna uiginti septem diebus & horis octo signiferum percurrans ad id signum, ex quo egressa est, reuertitur.

Secundus est diebus duobus & horis 4. prolixior, qui ex usū mēsis appellatur. cū Solē à quo noua digressa est 29. & 12. horis exactis iam defecta reperit.

Tertius

Tertius qui duodecim mēſibus huiusmodi. i. diebus 354. expletur, & uocatur annus communis.

Quartus est, qui intercalaris & embolimus dicitur, id est, interiectus. Nec ab hac sentētia dissentit Plinius loco iā citato. quam obrem intelligimus Alciari rationē nō cōcludere, siquidem mensis nō triginta dierū, sed nīgintinouē cū dimidio tātū esset. nō ergo iure & ratione probatur rēcepta hęc interpretū sententia. Accedit q̄ nulla uerē est differētia inter casū hunc & subsequēntem, cū in utroque necesse sit sēper dari initium & finē, idemq; terminus & dilatio ad actū celebrandū iuxta mēsem à quo initū actus is sumit, & menses subsequēntes in quibus actus perficitur, terminari præſiniriq; debet, ut in casu, quem nūc subjiciā. Hinc potest inferri declaratio ad

19. 1. septimo mēse. ff. de statu hom. ut de mēse lunari intelligatur, quēadmodū rectē interpretatus est doctissimus Alciarius in l. Gallus. in princ. nu. 29. de libe. & posthum. qua de re infra casu 89. probata tamē recepta doctorū opinione, infertur declaratio

20. ad nouas constitutiones Mediolani. tit. de rescr. §. 1. quibus est cautū simpliciter, rescripta intra mēsem esse præſentāda, intelligitur intra triginta dies: nisi dicamus illā dictionē, intra, referri ad principium.

21. Tertius ergo est casus, cum sumus in dubio, t̄ sed mēsis fit mentio, habita relatione ad principū illius mensis in quo actus fit: ut si die 23. Augusti (qui mēsis unū & triginta habet) datur dilatio per mēsem, quā à die illa sumat initium, finietur die 23. Septembris, atque ita is mensis erit dierū triginta unius, ex quo Augustus triginta unum habet. si uerō dilatio sumit initium à die 23. Septembris, finem recipiet die 23. Octobris & ita mensis erit 30. dierum cum Septēber habeat solum dies 30. hęc opinionem probauit glo. in c. quā sit. de electio. in 6. quā crebrius secuti sunt interpretes nostri, ita Bar. in l. cum bis sextus. ubi Alciar. de uerbo. sign. Bal. & Imo. in l. de diuisione. ubi etiam Alex. nu. 4. communem hanc esse testatur. ff. solu. matr. idem Alex. in l. luti. in princ. nu. 6. in fi. C. de iure deliberan. & confi. 42. nu. 4. lib. 3. Soc. sen. confi. 99. colū. 1. lib. 3. & tracta. fallent. reg. 260. fall. 2. & Ruinus qui in indiuiduo eiusdem casus cōsultat cum Soc. relato. Ruinus inquam cōfi. 61. nu. 37. lib. 3. Decius l. ubi lex. nu. 1. de reg. iur. & ibi Cagno. nu. 2. adducuntur ex cap. licet, de supplen. negligē. præla. qđ non explicat de quo m. ate intelligatur, quotq; diebus consistet, minus ad rem confert. l. 2. ff. de diuer. & temp. præscr. in quo de mente ne uerbum quidem, textus autem l. 2. §. 1. C. de temp. ap. pel. ut iara retulimus, in casu claro loquitur. rectius

22. itaque probari uideretur in fl. ubi lex. ff. de regu. iuris, quanquā Bal. in l. eos. §. si nautem. C. de temp. appell. & Decius d. l. ubi, dixerit non ex iure, sed ex benignitate potius procedere, quemadmodū in fauorabilibus intellexit Alcia. in d. l. cum bis sextus, quorum interpretationes mera uigilantium somnia esse, nemo est qui nō uideat. ipse ergo intelligo d. l. ubi lex, satis probare casum, quem proposuimus: quādo quidem de bimestri loquitur, qđ si rectē computetur ex omnibus mēſibus, Februario excepto, semper sexaginta unius diei erit. quare iure cōs. rationem habuit instituti ordinis à C. Cæsare, cū forte apud eum dubitaretur ex antiquo ordine ante Cæsare à Numa Pōpilio

instituto, qui singulos mēſes dierum 30. Agyptiorū more cōstituit, ut literis mandauit Lilius primo ab urbe cōdita. & in uita Numæ fufius Plutarchus. si ergo, uel à Martio mēse, uel à quouis alio, Februario excepto, (de quo curādū nō est, ut de singulari in tanto numero) initū sumamus, semper bimestre sexaginta unius diei erit, ita ut intelligamus, ex rīso illo cōem cursum spectandū esse. Accedit nunc illa ratio, q̄, nisi ita obseruauerimus, magna huius ordinis obseruati pararetur confusio: nam, cum multiplex fuerit apud antiquos anni ordo, cur est q̄ C. Cæsaris ordine posthabito, magis obseruauerimus illū Numæ Pompilij, uel potius Agyptiorum, quā illi Romuli, qui annū decem mensū, mensesq; triginta sex dierum, uel ut Lilio Gregorio placet triginta, & triginta unius diei, ordinauit & cur idem nō est i his q̄ in Cæsaris ordine uel quā in mensibus aliarū regionū, quæ quotquot fuerunt, tot ēt ordines habuerunt, ut fufissimē simul ac doctissimē exequitur Lilius Gregorius, & ex nostris summam Tirāq. tracta. de retract. cōſang. §. 1. glo. 10. nu. 1. 2. 3. Ex quibus satis superq; intelligimus uerā esse relatā sniam doctorum, mēsem habere aliqñ 30. uel 31. dies, habita relatione ad mēsem in quo incipit dilatio cōcessa. Hinc in

23. fertur declaratio ad statutū t̄ Mediolani c. 215. sub rubr. Quōd deposita, cōtestationes & sequeltra cōsequantur infra sex menses. uult illud statutū sex menses incipere à die facti depositi, cōtestationis & c. si ergo depositū sit factū die 23. Augusti, primus mēsis erit 31. diei, atq; ita deinde finē recipiet die 23. Februarij subsequēntis anni. sic statutū eiusdē ciuitatis c. 237. sub rubr. Quōd præteritis sex mēſibus, declarari pōt. & male sensisse t̄ Bal. in d. l. eos. §. si naut, ppē si. uerfi. tu dic indistinctē. C. de appella. qui in hoc ipse casu absolute docuit, mēsem esse 30. dierū, ex l. ult. §. ult. C. de iure delibe. quæ ad rem nō cōfert, ut mox admonui. intelligimus quoque absurdū esse se opinionem t̄ illā Gomeſij in d. §. rursus. nu. 35. uerfi. Et hoc qñ. dū credidit, esse sumēdū partim ex uno, partim ex altero mēse, nā hoc modo mēſis esset triginta dierū & cū dimidio, quo nihil absurdius. Ex his infertur declaratio ad antiquū t̄ decretū Pedemōtiū lib. 3. sub rubr. de donationibus, uenditionibus & c. ubi intra mēsem notarius tenetur instrumentum grossare (ut ibi dicitur) & in prothocollo redigere. intelligitur intra mēsem ex communi cursu, ut tunc decurret, ex statim relatis.

27. Quartus est casus, cū de t̄ mēse utili agitur, hoc est, sublati ferijs, quo i casu docuit Dec. in dic. l. ubi lex. nu. secundo. & ibi Cagno. nu. 1. post Alex. confi. 114. nu. 12. lib. quinto. mēsem esse dierum triginta. quē quidem Alex. adducitur Bal. autoritate in d. l. eos. §. si nautem. C. de appellatio. quem paulō ante retuli. Verū iura quibus nititur Bal. ut iā admonui, in casibus claris loquuntur. & quanquā hoc in casu cesset ratio illa confusionis, quā supra in primo casu retuli, at tamen nulla est ratio, nulla que lex, qua firmari hęc possit sentētia, ut dicamus, mēsem utilem esse potius triginta dierum, quā unius & triginta: quocirca ego in ea sententia sum, hoc in iudicis arbitrio positum esse, ut iudicet ac diffiniat an triginta rārum uel triginta & una dies assignāda sit, sic ego sentio. Ceterū, liberum sit unicuique hac de re iudicium.

- 1. Interrogationes in qua iudicij parte fiant.
- 2. Interrogationes in iudicio quibus rationibus fiant.
- 3. Interrogationes fieri in iudicij limine.
- 4. Interrogationis, quæ in iudicij ingressu fit, effectus.
- 5. Interrogatio, quæ in ingressu litis fit, circa preparatoria uersatur.
- 6. Interrogatio hodie actionem non parit, ut olim, & quare.
- 7. Interrogatio hodie quando fieri possit.
- 8. Duarum cōsideratioli. i. disput. annue §. c. 43. reiecta.
- 9. L. 2. & l. 3. ff. de interrogat. act. declaratur. & paulō infra.
- 10. Interrogationes circa q̄ uersentur, nouē explicat.
- 11. Accūsatus notatus in l. ubi cum q̄. de interrogat. act. in secundo exemplo.
- 12. Interrogari licet ante litem contestatam reus quo i titulo possideat.
- 13. Interrogationes post litem contestatam suadente æquitate concedi.
- 14. Filius duplici ex causa domum defuncti patris habitare potest.
- 15. Filius interrogari potest etiam lite contestata, an t̄ quā h̄eres uel tanquā creditor domum defuncti parentis inhabitet.
- 16. Agnatus cum ad feudi recuperationē agit, possessorem etiam lite contestatā, ex causa posse interrogare, an de feudo contractum fecerit, uel non.
- 17. Interrogatoria non omnino ab actore ante litem contestatam proponenda.
- 18. Interrogatoria post cōclusionem in causa fieri ad declarationem exortē dubitationis.
- 19. Interrogatoria post cōclusionem in causa fieri non posse ad litem decisionem.
- 20. Cap. cum dilectus. de fide instr. explanatur.
- 21. Prohibita partibus, esse prohibita & iudicibus.
- 22. Glossa l. filiusfam. §. ueterani, in uerb. permiffum. de procu. reijcitur, & declaratur.
- 23. Conclusionem in causa, & sententiam à pari procedere, & quando.
- 24. Conclusionem in causa, in multis à sentētia differre.
- 25. L. Qui p̄na. §. Diuus quoque. ff. de manumiss. sensus & declaratio.
- 26. L. si rem. §. ult. ff. de euit. intellectus & declaratio.
- 27. Conclusionem in causa uarijs modis fieri.
- 28. Iudici placere dēt, qđ partibus colligatibus placet.
- 29. Interlocutoria dicitur illa declaratio, qua iudex declarat esse in causa conclusum.
- 30. Interlocutoria que executionem secum trahit, uim diffinitiuę habet.
- 31. Interlocutoria, qua pronuntiat capitula non esse admittenda, uel positionibus non esse respondendū, uim diffinitiuę habet.
- 32. Iudicem posse post cōclusionem in causa ad litem decisionem interrogare, sentiunt multi, quorum opinio rectē reijcitur.
- 33. Iudici nunquam in causa concludi, quomodo intelligatur.
- 34. L. ubi cum. ue. ff. de interrog. actio. declaratur.
- 35. L. Offidius. de leg. 3. sensus & intellectus.
- 36. L. Generaliter. C. de reb. cred. intellectus.
- 37. Cap. pastoralis. in fi. de caus. poss. et prop. declaratur.

38. Cap. cum Ioannes. de fide instr. declaratur.

39. Cautela Bal. & Docto. q̄ iudex ex officio possit post cōclusionem in causa testes interrogare, reijcitur.

40. Interrogatoria semper admitti, cum in causa summa rē & sola facti ueritate inspecta proceditur.

41. Statutum Mediolani c. 75. sub rubr. De responsione faciēda certis interrogationibus, declaratur.

42. Constitutiones nouæ Pedemontium tit. Delle interrogazioni. §. ult. declaratur.

C A S U S. L I.

Q V A N D O E X I U D I C I S A R B I T R I O

& potestate interrogatoria admittantur, de cōclusionem in causa, plura ad usum forensē pertinentia, explicata.

Ambigitur t̄ in qua iudicij parte interrogationes fieri debeant. respondit Vlpian. in l. ubi cum que. ff. de interrog. actio. ubi cum que æquitas iudicem mouerit, & que oportere fieri interrogationem. atque ita intelligimus, hoc iure absolute diffinitum non esse, sed iudicis arbitrio relinqui. id quodclare scriptum reliquit Atilius in c. primo, num. 21. in fine, ex quib. caus. feud. amittit. Ego scio duplici ratione t̄ interrogations fieri, primō ad litem præparandam, cum agere nolens dubitat contra quem experiri debeat. j. in principio. & l. 4. & l. 5. ff. de interrogat. actio. atque ita h̄et interrogations in limine iudicij proponuntur, non refertur tamen paulo ante actionem propositam, uel una simul in libello deducantur, modo sit ante litem contestatam. ita Petrus Ferrarius in præct. Papiensi in forma interrogationis fiendæ, in glo. quatenus ex officio. numero 2. post Bart. in l. si finita. §. Iulianus. numero 5. de damno infecto. idem Barto. d. l. prima, de interrog. actio. & clarius Abbas in cap. penul. num. 10. de iura. calum. huius autem t̄ interrogations effectus is est, ut actus certus reddatur an talis sit is interrogatus, ut contra eum suam actionem intendere possit, atque ita nihil opitulatur iuri actoris, qui uel testibus, uel instrumentis uel alia probatione de iure suo docere debet, sicq; se ius contra interrogatum ostendere, quare inquit nostri, hanc t̄ interrogations circa iudicij præparatoria uersari. ita Bal. l. prima. ff. de interroga. actio. clarius Cur. sen. in l. secunda. §. quod obseruari. numero 23. C. de iure iur. propter calum. dan. Nec enim hodie t̄ interrogati responsio actionem interroganti tribuit, ut olim. nam olim (ut rectē sentire mihi uisus est Robertus Aurelia. lib. 4. sentētiarum iuris, capitu. 18.) ex sola ipsa interrogati responsione actio, quæ interrogatoria appellabatur, interroganti dabatur, perinde quasi confessione sua obligaretur. l. si quis in iure. l. de arte. §. 1. & §. qui interrogatus. & l. ult. ff. de interrog. actio. si uero actio iam ipsi interroganti competebat, hęc ipsa interrogatio in eo interroganti proficiebat, ut necesse non haberet amplius de iure suo docere, si quidem sufficeret ipsa sola aduersarij confessio. d. l. de arte. §. qui tacuit. l. si filius. §. ultimo. & d. l. ult. ff. de interroga. actio. Hęc interrogations in desuetudinem (ut inquit Callistratus in d. l. j. §. 1. ff. de interrog. actio.) ea ratione abierunt, hodieque

R minus

minus frequentantur, quia iniquum uisum est Prætori, alijsque postmodum ius reddentibus, ut is qui nullam ab inirio habebat actionem, eam nulla præcedente obligatione ex hac interrogatione sibi pararet. Nam actio non oritur ordinario iure, nisi præcedat obligatio, præterquam si a iure reali oriatur, aut à lege nominatim detur. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procurat. quæ sanè actio ex sola ipsa ratiõne ad interrogationem actoris competeat: non immerito ergo si in desuetudinem abiit, iniquum sanè erat aliquem in iudicium actione contra eum nõ competente trahere, & illum sine iure uexare, & nõ semel ex eius in consulo respõsõ, damno graui afficere, in usu quoque esse in eo desit hac interrogatio, quæ illi cui iã actio competeat, concedebatur ad faciliore ac ualidiorem probationem sibi parandã. d. §. qui tacuit. & d. l. si filius. §. ult. nam iniquum uisum est Prætori, ut absolute omnibus in casibus is reus conuenitus ad actoris comodum posset interrogari. ¶ hodie ergo ita constitutum est, ut primo ante litem contestatã agere uolenti concedatur aduersarium interrogare, ut de illius persona certior reddatur, ne frustra cum eo experiatur. uersatur itaque hæc interrogatio ad certificandam personam aduersarij, ne frustra actor contra eũ actionem moueat. quamobrem dicimus ante litem contestatam fieri, quia actori alias impudandum est, q̄ certior factus non sit de aduersarij conditionibus; post litem uero contestatã etiam conceditur, cum suadente æquitate arbitratur iudex. d. l. ubicunque. atque ita hæc declaratio uerior est illa.

¶ Duareni lib. 1. disputa. anniuers. c. 43. dum opinatus est, has interrogationes hodie minus frequentari, non autem in usu esse desisse, minus in quã frequentari, quia adhuc in ea parte illis utimur, dum competit actio, interrogamus ante litem contestatam, uel post si suadeat æquitas. Ego uero intelligo in desuetudinem in ea parte abiisse, qua actio parabatur: minus uero hodie frequentari, quod non hodie ut olim absolute ad actoris intentionem fundandã omnimode interrogare licebat. hodie enim solum licet ad iudicium certum & legitimum constituendum ante litem contestatã interrogare. Nec est q̄ quis obiiciat, imò has interrogationes uersari circa probationes, & causã merita, ut sentire uidetur Vlpianus ¶ l. 2. ff. de interrogat. actio. & Paulus in l. 3. dum scribunt, ideo Prætor em edictum hoc introduxisse, quia actori difficile est probare suum aduersarium esse hæredem uel bonorum possessorem. & his adductus respondit Neuiza. d. consil. 5. numero 29. 30. hæc interrogatoria admitti etiam ad probandum merita. causã, sicq̄; negocium principale. Ego uero rem hæc aliter declaro, ut iam uno uerbo attingi, atq; dico, has

¶ interrogaciones uersari circa probationes, sed nõ circa negotium principale, ut merita causã probentur. quod ut intelligamus, sciendum est, actorem debere præstare, ut obtineat, Primo ut actionem habeat, qua experiri possit.

Secundò ut probationes ad eam suam actionem iustificandã adferat. Tertio ut agat contra eum, qui uel debet, uel rem detinet, quam actor propriã esse contendit. si illud primum esse considerabimus, interrogatio illi nunquam proderit, cum non haberi non tribuat actionem, ut supra diximus. si quoq; il-

lud secundum considerabimus, nihil adhuc hæc interrogationes proficiunt actori, qui aliunde probationes habere debet. si uero tertium perpendemus, dicendum est has interrogationes releuare ipsum actorem ab onere probandi, illum suum aduersariũ eũ esse, qui conueniri iure potest. ita loquuntur Vlpian. & Paul. qui redunt rationem, quia ut plurimũ difficile est probare aliquem esse heredem uel bonorum possessorem, cũ hereditatem adire, & bonorum possessionem agnoscere in animo hæredis consistat, & secreto ita sæpe fiunt, ut extraneis cognita hæc minimè sint. hæc ergo interrogatio & si respiciat illam probationem, quam actor præstare deberet, atramen conceditur, quia aduersario non nocet, nec actori prodest, ut actio illi, si eam non habet, quæratur, uel ut eã actionem iustificet, si aliunde probationes non habet.

Hinc inferri potest, malè sensisse ¶ glossã d. l. ubicunque; in secundo exemplo, quam perperam secutus est Neuiz. d. consil. 5. nu. 29. qui etiam minus fideliter rētulit Doctores omnes illam sequi, nec n. licet interrogare debitorem, an debeat uel non, sed solum ad fundandum iudicium, ne elusorium sit. & hac ratione conceditur etiam ¶ interrogare super titulo, ut quo titulo teneat, quando est causa dandã certã actionis. ita Soc. tract. fall. reg. 430. fallen. ult. quem secuti Neuiz. d. consil. 5. nu. 30.

Post litem ¶ uero contestatã interrogationes conceduntur, si æquitas suadet. d. l. ubicunque; ut puta, si actor ante litem contestatam aliquibus coniecturis credebat aliquem esse heredem, atq; ita eum hac de re non interrogauit. quæ sanè coniecturæ tunc cessarent, ut puta si ¶ filius domum defuncti patris inhabitat, is duplici ex causa inhabitare potest, ut hæres, & ut creditor habens hypothecata ob causam dotis maternæ bona ipsa mariti, & ideo ex illo actu inhabitationis nõ inducitur aditio, ut scribit Bar. in l. gerit. nu. 21. de acq. hæc. quæ ceteri secuti sunt, ut apud Soc. sen. consil. 131. col. 2. lib. 1. Rui. consil. 51. nu. 18. lib. 4. consil. 60. in fil. lib. 5. & Tiraq. de retractu consil. §. 30. glo. j. nu. 3. præsupponamus ergo actorem hereditatis creditorem actionem contra filium illũ, ut contra hæredem intendere, eum non interrogan-

do ante litem contestatã, an heres eius patris esse uelit uel nõ, cum ex habitatione eum hæredem esse opinaret, & deinde lite contestata actorem hunc incipere suspicari illum fortè non esse heredem, quia fortè excepisset esse in primis deducendũ æs alienũ antèrius, ut dotem matris uel quid simile, quo eũ reũ conuentum esse non posse heredem suspicatur: tunc hac æquitate suadente poterit arbitrari iudex esse locum huic interrogationi. Aliud exemplũ adferri potest, quo defendi posse uidetur illa Neuiza. consultatio quinta, si ¶ agnatus feudum sine agnati consensu uendidit alio uero modo distraxit, & alter agnatus in illo ius aliquod præterdat, si agere cœpit contra ipsum suum agnatum, credens illum adhuc possidere eũ cũ possidere eum semper uiderit, si lite iam contestata superueniat aliqua suspicio, qua suspicari possit ipsũ agnatũ distraxisse, certè interrogari is agnatus poterit, an contractum aliquem de feudo fecerit uel non, illam uero suspensionem iudex ex se cognoscere poterit, qua ex sua æquitate declarare possit in interrogationi locũ esse. est enim ¶ probabilis hæc dubitatio,

ratio, ob quam interrogatio conceditur, ita Alb. in d. l. ubicunque. & Neuiza. d. consil. 5. nu. 14. & in hoc concedendo facilis erit iudex, cũ iure non cogatur omnino actor ante litem contestatam ¶ interrogatoria hæc proponere. nam Abb. in c. pen. nu. 15. de iura. calum. scriptum reliquit, consilij potius quam necessitatis hoc esse. & ob id inquit q̄ si per obliuionem omissa interrogatio fuerit ante litem contestatã, post se post fieri, cum solum uersetur ad iudicij preparationem, ne frustra iudicium agitur: id, quod curare omni studio iudex debet, ut tradit Abbas d. cap. pen. nu. 19. de iura. calum. & alibi sæpe.

Maius dubium in eo uersatur, an etiam ¶ post conclusionem in causa interrogare liceat? Ego in ea opinione sum, posse uel quoad illa, quæ liti decisionem non respiciunt, uel quoad declarationem exortẽ iã dubitationis, atque ita intelligo Felynum in cap. cõ Ioannes. nu. 11. de fide instrum. l. as. repe. l. admonendi. nu. 61. ubi Cur. Sen. nu. 69. uers. 3. fallit. de iure iurã. plura refert Barba. consil. 30. col. 2. uersu. Item præsuppono. lib. 1. & si ipse aliter uideatur sentire, sed cũ Felyno sentit Marsil. sing. 555. Doctrina. Ripa c. j. nu. 21. de iud. Bello. consil. 59. num. 6. Neuiza. consil. 5. nu. 27. id quod fortius uerum arbitror in iudice, qui procedendi arbitrium habet. Quò autem ad fundandam intentionem ¶ interrogari petentis, seu ad liti decisionem, scio iure ordinario, post conclusionem in causa interrogationes fieri non posse, etiam ex solo iudicis officio. id, quod recte affirmarunt quã plures celeberrimi Doctores, quos recenset Ripa in c. j. nu. 21. de iud. qui pariter hanc secutus est sententiã, quam probauit Marsilius d. sing. 555. Doctrina. & Bellontis d. consil. 59. nume 6. nec ab ea dissentiebam, cum d. cap. 1. de iudicijs interpretarer, & si tunc præ-

uiderim multa pro hac sententia adferri argumenta, & rationes, quæ eam non tuerentur. ut illud ex ¶ c. cum dilectus, de fide instrum. & in cap. auditis, de procurat. etiam ex clem. 1. de caus. poss. & propriè. quibus prohibetur, post conclusum in causa per alterũ litigantium probationes exhiberi, ergo nec interrogari per iudicem, cum interrogatio probationis loco cedat, quoniam q̄ ¶ prohibetur parti sic & iudici, ut annotauit glossã in l. filiusfam. §. ueterani, in uerbo, prætermisum est. ff. de procura. Nec sanè argumentatio euitari potest, cum d. c. cum dilectus, & reliqua oĩa possint intelligi, quando iudex id agit ad partis instantiam, non ex suo officio, ita Alexan. in l. 4. §. hoc autem iudicium, nu. 19. ff. de damn. infecto.

Nec aduersatur ¶ doct. glossã. d. §. ueterani, tũ quia à multis rejicitur, ut à Roman. & Seuerino in ladmonendi. nu. 238. in fine, de iure iura. tum quia (si uera est) intelligi debet, quid in hoc à parte distet iudicis potestas, quoniam per admissionem probationũ eã conclusionem reuocare dicitur, sic euitari potest text. c. pastoralis. in fine, de cau. poss. & propriè. ut eum intellexit Seuerin. in d. ladmonendi. nu. 288. in fin. post Roma. ibidem. Euitari etiam illorum argumentatio potest, qui dicunt, duo hæc ¶ paria esse, q̄ lata sit sententia uel quòd sit conclusum in causa. l. qui pœnã, uersu. Diuus quoque, de manumiss. l. quãuis indubitati. C. de adult. & clarius in l. si rem. §. ult. ff. de euid. quibus sic tradunt Bart. in l. si mater. §. eandem. in si. ff. de excep. rei iudi. l. as. in ladmonendi, in

rep. nume. 53. & nume. 56. uersu. primò moueri. r. de iure iuran. Decius in l. edita. nume. 33. C. de eden. & c. 1. secundo notab. de iud. Tiraq. tract. de legib. con nubial. post leges nume. 9. sed post latam sententiam iudex interrogare non posset, quia iudex amplius nõ esset. l. iudex, posteaquam. ff. de re iud. ergo nec post conclusionem in causa. euitari inquam potest hæc argumentatio, quandoquidẽ relata ¶ equiparatio uniuersalis ac perpetua non est. nam lata sententia, non possunt in prima illa instantia produci instrumenta de nouo reperta. l. Imperatores, de re iudic. cum tñ possit post conclusionem in causa, uti iam probauimus supra. sic uidemus post conclusionem in causa, iudicem, iudicis nomen obtinere, & per consequens aliquid in causa agere posse, cũ tamen non obtineat, iam lata sententia. d. l. iudex posteaquam. & pulchrè ad rem respondit Ang. in consil. 196. Vis attestationibus, in fin. sic uidemus quòd ius superueniens prope sententiam conualidat iudicium, & tamen nõ conualidat sententiam. l. quod in diem, in princip. ff. de petitio. hæred. sic superueniens exceptio post conclusionem in causa potest opponi, cum tamen opponi non possit, lata sententia. Felyn. in capitulo. causam quæ. colum. 1. de testib. Nec aduersantur relata iura ut is text. ¶ l. qui pœnã, quandoquidem illud contingit, quia ratio defraudandi fisci, ita procedit uno casu ut in altero, nempe post conclusum in causa, & post sententiam. text. autem d. l. quãuis, ea ratione procedit, quia post conclusionem in causa nil aliud dicendum supererit; ut declarat Alexand. l. 3. §. seruus. ff. de acquir. possess. text. autem. ¶ l. si rem. §. uerbi. intelligitur hos casus equiparasse, quia par aderat ratio: nam quemadmodum uenditor non potest se se tueri sibi facta denuntiatione post sententiam, ita nec post conclusionem in causa: iure ergo dictum fait, denuntiationem ita nihil prodesse emptori denuntianti post conclusionem in causa, quemadmodum si post sententiam denuntiaffet. Hanc ergo sententiam alia ratione ego aliquando defendebam. considerabam etenim ¶ conclusionem in causa tribus modis fieri, partium conuentione, legis dispositione, & iudicis declaratione. cum sit partium conuentione, dubitandum non est, nihil amplius in ea iudicem posse, sibi ¶ enim placere debet, quod placet litigantibus & inter eos conuentum fuit, ut probat l. prima. §. inde quæritur. ff. de operis noui nuntiatio. quo sic respondit Roma. consilio 176. Ista responsiones, columna secunda. uersu. secundò. quia minus potest iudex interrogare, cum legis dispositione conclusum fuit in causa, quandoquidem eam subuertere non potest, ut clari iuris est. maius est dubium, cum sit hæc conclusio in causa iudicis declaratione. uerũ idem dicendum est, quoniam hoc in casu locus non est edicto Prætoris de interrogatorijs actionibus, cum hic non in preparatorijs sed in decisorijs uersetur. præterea, ubi ibi locus esset; nulla hic subesse uidetur æquitas, cum ipsemet se excluderet & declarauerit locum amplius non esse istis productionibus. est præterea iam quæsitum ius alteri litigantium, non ergo ab eo auferri potest. & licet ¶ de claratio hæc iudicis quædam interlocutoria dicatur. ut annotauit Fely. in cap. cum Ioannes. nume. 12. in fine, de fide instrumento. quæ reuocari sui natura potest.

est. l. quod iussit, de re iud. attamen hac reuocari non potest, quoniam et executionem iam secum traxit, id quod probatur auctoritate Bart. in l. cum procurator, §. si dominus. nume. 7. de oper. no. nuntia. qui dixit illam et interlocutoriam, qua pronuntiatur, capitula non esse admittenda, uel dilationem non esse danda, trahere secum executionem. & idem respondit Are. consilio 26. in fine. non ergo reuocari potest ut illi affirmant, & apud Ripam in l. quod iussit. nume. 33. de re iud. post Alexan. ibi numero 24. & idem scribit Ruin. consil. 209. nume. 19. in fin. lib. 1. & apud Tiraque. in l. si unquam, in uerbo reuertatur. numero 309. C. de reuo. don. idem hic, cum per conclusionem in causa iudice negatiue declaratum sit, non esse amplius probationes admittendas. Hac sententia probata, non est, quod deferamus auctoritati illorum, qui parum considerantes affirmarunt contrariam opinionem, ne post conclusionem in causa, et iudicem posse interrogare etiam ad fundandam partis intentionem, ut in hac opinione fuit Decius in ca. 1. in 4. notab. in utraque lectu. de iudi. qui hanc esse receptiorem opinionem dixit, & alios retulit eo loci Ripa nume. 21. quibus addo Iaf. in repe. l. admonendi. nu. 63. de iureiuran. Ruinum consil. 30. col. 1. lib. 4. & Neuzantulatē differentem in consilio 5. nume. 25. horum certe fundamenta leuia sunt. illud praesertim, quo dicitur et iudici nunquam concludi in causa, quin ad sui libitum recipere possit probationes, ut scribit Baldus in l. acculatoribus. in fi. C. de accusa. Fely. d. cap. cum dilectus. nume. 13. de fide instrum. & Decius in ca. 1. prima lect. quarto notab. de iud. nam hoc praeter illud quod falsum est, ut iam uidimus, est, de quo praesens est disputatio, non ergo pro constanti praesupponendum est. Non pariter huic sententiae suffragantur l. ubicunque. ff. de interrog. actio. l. Offidius, de lega. l. Generaliter. C. de reb. cred. cap. pastoralis, in fine de caus. poss. & propr. & cap. cum Ioannes, de fide instrum. quae sane loca pro hac opinione solent considerari. nam is text. l. ubicunque, generali sermone utens de habilitate restringitur, iuxta l. ut gradatim, de mune. & hono. & cum uulg. simil. ita demum ergo iudex interrogabit cum ad interrogandum tempus habile superest. text. autem l. Offidius, cum solum loquatur de dubitatione exorta in instantia appellacionis, non aperit, an in ea instantia in causa conclusum fuisset uel non. Rursus ibi ab Imperatore facta est interrogatio, non qua quaereretur ius parti, sed solum ad demonstrandum, legatarium illum ratione uerisimili haud recte petere: ideo inquit text. quaerendi causa, simile in l. proximè. ff. de ijs quae in testa. delen. & ibi glo. in uerbo, haeredum induxit. in text.

36 uero et l. Generaliter, sumi uerè non potest argumentum à iuramento ad interrogationem, quando quidem ibi iuramentum sententiae loco uenit, quod in interrogatione non contingit. text. quoque et cap. pastoralis, ad re non confert, cum agens petitorio post conclusum in causa ad possessorium non reuertatur, nisi magna suadente aequitate, quam nostro casu cessare praesupponimus. Non etiam refragatur is text.

38 et cap. cum Ioannes, quandoquidem loquitur de interrogatione facta ad declarationem iam exortae dubitationis. Vera ergo est illa sententia, interrogationem hac post conclusionem in causa fieri non posse.

39 Ex quibus inferitur, falsam esse et cautelam illam, quae docuit Baldus in l. amplioem. C. de appella. & quam probarunt Alex. l. 4. §. hoc autem iudicium. num. 13. de damno infecto. Soc. tract. fallen. regu. 304. fallen. 29. & Ruinus consil. 30. num. 1. in fine lib. 4. inquit isti, licere litiganti elapso termino ad probandum, secreto dare iudici testium nomina, & postmodum recedere ac abesse incipere; nam tunc ex officio iudex poterit testes illos interrogare, cum ad utilitatem priuam hoc sit. cautela haec tamen uera non est, & recte eam reijciunt Roma. in d. l. 4. §. hoc autem iudicium, & ibi Ripa num. 85. de damno infecto. cum enim in causa conclusum sit, & aduersario quaesitum ius, non poterit illud per indirectum à iudice auferri, cui ex lapsu temporis sublata est omnis interrogandi potestas. Hac iure ordinario procedere diximus. ceterum in iudice, qui procedendi arbitrium habet, sicque in summarijs iudicijs semper haec recipiuntur et interrogationes. glo. in clem. sepe. §. & quia, in uerbo interrogabilia, de uerbo. sig. ubi Card. Lanfran. & Natta, Neuzia. d. consil. 5. num. 20. cui addo Ioan. à Prato in repe. l. admonendi. nume. 32. de iureiuran. & Barba. consil. 30. colum. 3. uersic. & adduco gloss. lib. 1. cuius rei ratio est, quia in his iudicijs non concluditur in causa, ut diximus supra libro 1. His declarari possunt statuta illa, quae concedunt interrogatoria, in quauis parte litis, ut extat et statutum Mediolani cap. 75. sub rub. De responsione interrogationibus, nam illud statutum intelligitur quoad interrogationes ad declarationem & reddendum certum aduersarium, non autem quod ad eius intentionem fundandam, ex supra relatis, & exempla à statuto relata clarius demonstrant. haec ergo interrogationes fieri non poterunt post conclusionem in causa, nisi in causis summarijs. ita etiam nouae et constitutiones Pedemontium, titulo delle interrogationi, in fine. cetera quae ad hanc interrogationis materiam pertinent, non prosequor.

S V M M A R I V M.

- 1 Dilatio quae breuis, & quae longa dicatur.
- 2 Dilationes decem dierum saltem esse debere.
- 3 Dilationes hodie triginta dierum esse.
- 4 Authen. qui semel. C. quomodo & quando iudex. declaratur.
- 5 Recedere licet à lege ex causa.
- 6 L. per interuallum. ff. de iud. declaratur.
- 7 Dilationes arbitrariae.
- 8 L. 5. ff. de interrog. actio. explicatur.
- 9 Dilatio quibus ex causis coarctari potest.
- 10 Dilationes esse coarctandas cum de re minima disputatio est.
- 11 Quantitas modica quae sit, iudicis arbitrio relinquatur.
- 12 Dilationes esse coarctandas cum alimentorum causa tractatur.
- 13 Dilationes esse prorogandas, cum causa unius uniuersitatis tractatur.
- 14 Dilationes esse coarctandas cum causa est de re breui, tempore peritura.
- 15 Dilationes esse coarctandas, cum ex dilationibus multis res maiorem impensam haberet, quam lucrum.
- 16 Dilationes esse abbreviandas, cum timor est, ne iurisdicatio euanescat.

Constitu-

- 17 Constitutiones nouae Pedemontium in titulo delle citationi. uerf. non sarà necessario, declarantur.
- 18 Dilatio longior in causa senis conceditur, quam in causa iuuenis.
- 19 Dilatio longior nobili quam rustico datur.
- 20 Statutum Mediolani. c. 20. de dilationibus, declaratur.
- 21 Constitutiones nouae Pedemontium titulo de terminis per replicare, §. ult. declarantur.
- 22 Iudex cum ex causa recedit à dispositione iuris communis in dilationibus concedendis, causam exprimere debet.
- 23 Causam in precepto contra stylum inseri debere.

C A S V S L I I.

DE DILATIONVM PROROGATIONE & COARCTATIONE IUDICI ARBITRARIA.

RAbulae forenses, quorum proprium est immortales lites reddere, conuerunt sapissimè apud Magistratus, statutas dilationes, praefixosque terminos breues nimis esse: uel & aliquando, ut iustam reo defensionis auferant facultatem nimis prolixos esse datos. contingit nunc dubitari, breue et uel longum dilationis ac termini tempus iure dici possit. et eam omnem conueniunt iudici arbitrariū hoc esse. sic gl. in c. 1. & ibi Abb. nu. j. de dila. Fely. in c. cum sit Romana. n. 1. de appell. Ripa l. 2. n. 31. ff. de re iud. Boe. in l. consentaneum. numer. 31. C. quomo. & quando iudex. Afflict. c. 1. nu. 21. uer. Itē datur iudici arbitriū in dilationibus, & nu. 22. 23. ex quib. caus. feud. amitta. post Specul. tit. de off. om. iud. §. postremo. uerf. 7. in fine. & hanc dilationū materiā in iudicis arbitrio multū uersari rectè scribit Nicolaus Ant. Grauatius eruditus iurecons. in annotationibus ad praxim Octauiani Vestrif. lib. 4. c. 1. num. 4. aliqua tamen huic snie aduersantur iure cautum uidetur et dilationes saltem decem dierū esse debere, ut probat l. p. interuallū. ff. de iud. ut hunc nodū dissolueret Abbas. d. c. 1. nu. 7. de dilatio. inquit, ex consuetudine non obseruari cum dilationibus, uel ex statuto, uel iudicis arbitrio statuuntur. gl. autem in l. nonnunquam. ff. de iud. aliter sensit, esse quidem à iure sic statutum, ut decem dierū dilationes sint: at iudex potest ex causa coarctare uel prorogare. à qua sententia non dissentit Barto. in l. ad peremptorium. nu. 3. & ibi Curt. iun. nu. 6. de iud. & rectè.

Aduersatur secundo loco text. in auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex, quo probatur, hodie et dilationes esse debere triginta dierum qua constitutione crebrius nostri affirmant corrigi d. l. p. interuallum, ut testatur Boer. d. l. consentaneum, numero 30. non ergo dilationes arbitrariae sunt. & ideo glo. in auth. qui semel, in uerbo, interualla 30. inquit, iudicem non posse illas dilationes minuere, quam glossa dixit eo loci singularem Ang. Verior tamen est sententia ex causa posse restringi, ut docuit Bart. in l. 2. Fely. capit. cum sit Romana. nume. 1. de appell. & ibi Decius nume. 13. Ripa numero 15. de re iudica. & clarius Ripa d. l. 2. nume. 30. dum respondet illis uerbis, non minus, quibus utitur legislator in dicta auth. et qui semel, inquit enim Ripa, taxatiuam excludere casus, quibus exclusis iniquus ac dissonus resularet intellectus, ex sententia l. 3. §. cum Titio. ff. de

adimen. lega. Alexand. & Iaf. in l. 1. C. de bon. poss. secundum tab. & Craue. de antiq. tempo. quarta parte princip. nume. 118. qua responsione dilui potest & difficultas, quam mouet Ripa d. l. 2. numero. 30. in fine, de re iudic. ex l. prima. C. de dilat. quoniam ipse ambigat, ut & aliter uisus est sentire Decius d. capitulo cum sit Romana. nume. 15. de appella. sed uerior haec mihi uidetur. cuius rei magna est ratio, quia ex et causa licet à regulis iuris recedere. l. si hominem, ff. mand. & egregiè ac in specie eam citat Dec. d. cap. cum sit Romana. nume. 13. & plura attulimus supra libro primo.

Verum est quod hic animaduertatur, quoniam si à quibusuis iuris regulis licet recedere ex causa, non tam arbitrarium erit hoc casu, quam in ceteris, quare uerius est, ut distinguamus, ut uisi sunt sentire oēs in d. l. 2. de re iud. dilationem expressè à lege statutam, à praefixa iudicis mysterio. nam primo casu, si lex statuit tempus decem dierum ad comparandum uel 30. terminus ille sic expressè stabilitus non poterit sine causa à iudice uel prorogari uel coarctari. sic loquitur et l. per interuallum. ff. de iud. auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex, & l. 1. C. de dila. & similia.

Secundo uerò casu, quando simpliciter lex terminum et dilationem tribuit non expressè quantitate temporis, quod est deinde à iudice legis ministro declarandum, hoc in quo casu arbitrium iudicis erit illud diffinire, quare hoc casu is cognoscit ex suo arbitrio, an nimis breuis uel longa sit, & hoc casu procedit Abbatis & reatorum doctrina, quod clare sensit Ripa d. l. 2. num. 27. de re iud. & confirmatur ex l. 1. §. ff. de interroga. act. dum dubitatur, quae dilatio concedenda sit illi, qui interrogandus est. & intelligitur tempus non esse diffinitum, ob id iudicis arbitrio terminatur. ita Cuiacius in commentarijs de temp. praeser. & term. cult. Verum idem quoque Ripa prius affirmauit Abb. d. cap. 1. nume. 7. propè medium, de dila. quo loci enumerat et causas, ob quas et dilatio prorogari, uel coarctari potest. quas etiam enumerat Ripa d. l. 2. nu. 26. de re iud. post Bar. quem retulit, & uerè (ut inquit Ripa) ad tres possunt reduci ob causas qualitatē, conditionem temporis, & tertio personarū, ut probat l. nonnunquam. ff. de iudicijs. Exempla primae causae hoc est, ob causae qualitatem, plura adferri possunt, ut illud, quando lis est de re minima, ut in auth. nisi breuiore. C. de sentent. tunc enim et dilationes coarctari possunt. Sic Abb. d. capitulo primo, num. 7. uersic. tertio si causa. & Barto. d. l. 2. num. 5. de re iudic. & quae modica et quantitas sit, arbitrio iudicis relinquatur, ut annotauit Abbas qui supra, & infra suo loco dicemus. Secundum exemplum est, quando agitur de alimentis, tunc et dilationes coarctandae sunt, quia est i ueteri proverbio, Ventrem dilationem ferre non posse. ut in hac specie docuit d. l. 2. nume. 5. uersic. Item est aliud exemplum. & post eam Abbas d. capitulo 1. nume. 7. uersic. Item septima, de dilatio, atque ita cum iure communi conuenit noua constitutio Pedemontium, titulo. De terminis per replicare. §. ultimo. Tertium uero est exemplum e contra, quando iusta est causa prorogandi ac concedendi longas et dilationes, ut si causa est à ciuitate uel uico tractanda, quae necesse habent consilium facere, ut actus solènter ac communi

ni omnium uoto peragatur, iuxta ea quae habentur in l. ult. C. de uend. reb. cit. conuocari debet, ut tradit So. ci. sen. conf. 9. col. 3. lib. 3. egregie Ruinus col. 1. 89. col. 1. lib. 1. & Rol. a Valle conf. 40. nu. 17. lib. 1. hoc enim casu iudex iustam habet causam concedendi longas dilationes. ut probat cap. ult. de dila. Abb. d. cap. 1. nu. 7. uers. quinto ex qualitate. de dila. & ante eum Bar. d. l. 2. nu. 5. uers. Item pro qualitate causae.

Exempla secundae causae, hoc est ob temporis conditionem adferri haec possunt. Primum, quando res est in tempore peritura, si longa dilatio concederetur. probat l. 1. ff. de glande legen. & ibi Bar. inter multa illud exemplum adfert, quando contentio esset inter te & me, quis nostrum esse debeat Rector in duobus his futuris mensibus proximis: nam dilationes coarctandae sunt ne tempus labatur. sic Abbas. d. c. 1. nu. 7. uers. Quarta causa est. & Bar. d. l. 2. nu. 5. uers. Item pro qualitate causae.

14. Simile huic exemplo est, quando ex lapsu temporis ob impensas, quas quotidie erogarent partes, res inutilis redderetur, ut quia maius esset damnum quam lucrum. arg. l. mediterranea. C. de anno. & trib. lib. 10. Abbas d. cap. 1. nu. 7. uers. Sexta consideratio. & Bar. d. l. 2. nu. 5. uers. Item sit pro ut puta si esset contentio de equo, qui in sequestro remitteretur super hospitio, ut probat in §. 1. in auth. ut omnes obed. iud. pro uin. & post Fely. in c. nonnulli. col. 1. de rescrip. Ripa d. l. 2. nu. 26. in fine, de re iud.

15. Simile est, si euanesceret iurisdictio, quando longa daretur dilatio, ut est in causis officialium, qui debent finire intra quinquaginta dies, ut in l. 1. C. ut omnes causae tam civil. quam criminal. sic Abb. d. c. 1. nu. 7. uers. secunda si iurisdictio. Bar. d. l. 2. nu. 5.

Secundum exemplum potest adferri, quando intra modicum tempus quis potest comparere, ut quia sit in ciuitate, ut est in casu constitutionum Sereniss. Ducis Sabaudiae, in titulo delle citationi. uers. non farà necessario. quibus statutus est terminus quique dierum, ut citatus compareat; datum tamen est iudici arbitrium coarctandi dilationem illam, si in loco citatus sit, uel si in loco uicino sit. Tertium exemplum est, quando causa fuisset instructa auditaque, fuissent iuris allegationes, ita ut nil amplius agendum super sit, quam ferre sententiam: tunc breuis dilatio est dada. l. nonnunquam, de iud. Abbas d. cap. 1. nu. 7. uers. Item in peremptorio.

Exempla tertiae causae, hoc est conditionis personarum assignari possunt, ut in iuuenes & in senes. Nam iuueni minor dilatio est concedenda ad ueniendum quam seni, ut probat l. continuus. de uerbo. oblig. d. l. nonnunquam, Abbas d. cap. 1. uers. Item est causa legitima.

18. Simile inter nobilem & rusticum, nam longior dilatio nobili concedi debet, ut commodè uenire possit, quam rustico. nec. n. necesse hēt rusticus equum & similia praeparare, cum non eques sed pedes iter conficere debeat. glo. l. idem que. §. idem Labeo. ff. mand. & sensu in hac specie Zasius in l. continuus. §. cum ita. col. 2. de uerbo. obliga. adferri & illud exemplum potest, ut si is citatus fuit impeditus, & fecit quidquid potuit, ita uno uerbo Abbas d. cap. 1. nu. 7. uers. Item est causa legitima. iustum enim impedimentum excusationem regulariter praestat. l. ut perfectus. C. de an

na. excep. Roma. conf. 22. col. 1. Craue. conf. 271. col. 2. in fine. Boer. q. 40. Tiraq. de Retractu confang. §. 3. glo. 4. num. 4. 5. 6. & §. 1. 2. glo. 3. Relata exempla sunt annotanda pro interpretatione statuti ciuitatis Mediolani, cap. 26. quo arbitriū tribuitur iudici in causis summarijs, ut pro qualitate personarum & causae dilationes abbreviare ualeat. nam causae relatae considerari possunt. ita etiā declarari possunt nouae constitutiones Pedemontium titulo de termini per replicare. §. ult. quae ratione temporis, rei, & personae uolunt dilationes a iudice coarctari posse. Recte autem faciet iudex, si in casibus illis, in quibus praesertim a iuris communis dilationibus ex causa recedit, causam exprimat, quod admonuit & Abbas d. cap. 1. nu. 8. de dila. & lat. Fely. in d. cap. cum sit Romana. nu. 9. ibi Decius. nu. 25. de appella. Decius in l. 1. nu. 7. C. de eden. ubi scribit, quod quando ex causa reus cogitur rationes actori edere ad eius intentionem fundandam, causam illam esse exprimendam. sic cum quis ex causa citatur ut personaliter compareat, cum alias procuratorem posset mittere, causa illa exprimi in precepto debet. Bal. in l. 1. §. usus. in fine. ff. de procura. alia familia congesit Decius in cap. consuluit. de appella. an autem credatur iudici ita asserenti, explicauit supra lib. 1. q. 76.

SVMMA RIVM.

- 1. Promittens soluere tribus in terminis, quomodo sint termini in distinguendi.
2. L. stipulatio ista. §. sed si ita. de uerborum obligatio. declaratur.
3. Verba illa, annua, bima, trima die. quid significant.
4. Dies annua pro anno sumi.
5. Iudicis arbitrio relinquitur terminorum distinctio, cum quis promisit dare tribus in terminis.
6. Terminum pro fine dilationis sumi.

CASVS LIII.

IUDICIS ARBITRIO TERMINOS esse distinguendos, cum quis tribus dare promisit.

1. Incauti stipulatores, qui pecuniam sibi solui in tribus terminis stipulantur, non distinguentes terminorum tempora, non semel a cautiore promissoribus falluntur, cum ignoretur, qui statuti ad solvendum sint termini. & non semel Barto. nostro aut thore in triennium solutionis tempus differunt. Bar. enim in l. 3. in fi. principij. ff. de annuis leg. in ea opinione fuit. hos tres terminos esse de triennio intelligendos, a quo non dissentiunt Roma. & Alex. in l. q. bona. §. ult. de dano infecto. & Alex. l. stipulatio ista. §. si quis ita. nu. 6. de uerbo. oblig. & Barb. col. 18. col. 6. in princ. lib. 3. Fely. in c. plerunque. de rescrip. eal. 3. §. sed si ita. ff. de ann. leg. adducitur, quae uere non probat, ut recte animaduertit Ias. l. eum qui calcedis. nu. 3. ff. de uerbo. oblig. nam interpretatur Vlpia. in d. §. sed si ita, testatoris uoluntatem, & uerba dum dixit, trima die, ut plus dictum sed minus scriptum credatur. Confirmatur, quia dies absolute posita tempus significat, & seminino genere pronunciat, quod doctè multis in specie declarando haec uerba annua bima trima die annotauit eruditissimus Gulielmus Bud. in anno.

ni anno. Pandectarum ad l. si necessarias impensas. ff. de pign. actio. & tunc die annua pro anno dici, probat locus Ciceronis ad Atticum lib. 12. Episto. j. sed tunc nihil de re, nomen illud, quod a Caesare tres hēt conditiones, aut emptione ab hasta (perdere malo, & si praeter ipsam turpitudinem, hoc ipsum puto esse perdere) aut delegationem a mancipio annua die.

Secunda fuit opinio Roma. in d. l. eum qui Calendis. de uerb. obl. intelligi de tribus diebus ex tex. illo l. eum qui uere non probat: nam promissio intelligitur quod de primis. sed in casu nostro quales sint primi termini, non satis ex illa l. eum qui, possumus intelligere. & quae ratio in d. l. eum qui, intelligitur de tribus proximis mensibus, declarat ibid. Alex. qui legit d. eum qui, cum stipulatio ista. §. si quis ita, num. 6. illo titulo, de uerb. oblig.

5. Tertia fuit Raphaelis Comensis sententia, hoc iudicis arbitrio relinquitur, a qua sententia non recessit Ias. in d. l. eum qui. nu. 3. in fi. & Alc. nu. 5. 6. & recte, mea opinione, utuntur argumentum d. l. 3. uers. q. si adiectum. de ann. leg. quo intelligimus, portionem non adiectam expressè uiri boni arbitrato deberi.

6. Accedit secundum Alcia. quod terminus pro dilationis fine intelligi potest, quae sane dilatio ubi expressa non est, iudicis arbitrio conceditur: ex l. j. ff. de iure liber. & supra diximus in casu praecedenti: quare dilationes istae uarijs modis pro rei qualitate constituuntur. l. sine praefinito. ff. de poenis.

SVMMA RIVM.

- 1. Promittens aliquem iudicio sisti tempore non adiecto, ex iudicis arbitrio sistet.
2. Tempus sistendi in iudicio in stipulatis personae residere.
3. Iudex moderatur tempus sistendi aliquem in iudicio ex qualitate personae & loci.

CASVS LIIII.

QUANDO QVIS ALTERVM IVDICIO sistere promisit, & tempus non est adiectum, iudicis arbitrio illud terminari.

1. Non multum a relato statim casu recedit is, qui habetur in d. de die, in princ. ff. qui satisd. cogatur. si stipuletur tempus a promissore quod Caius iudicio sistet, nec sistendi tempus expressum, declaratumque sit, sistendi tempus in stipulatoris uoluntate est, moderato tamen spacio iudicis arbitrio. quod & eo loci annotarunt oēs, praesertim Ias. idem Ias. in l. ita stipulatus. nu. 9. in fi. de uerb. obl. Affl. in c. 1. nu. 2. uers. Item datur iudici arbitrium ponendi diem. ex quib. cau. feud. amitta. esse autem tempus sistendi in stipulatoris potestate positum, illis rationibus est factum.

2. Primum ea ratio, quia is nouit quo tempore opus sit, ut Caius in iudicio ueniat, quod ignorat promissor. Altera, quia is promissor Caius nunquam sisteret, sed in centum annos res (ut ita dicam) differret, inutilisque efficeretur promissio: tempus ergo in stipulatoris uoluntate est positum. uerum iudex ex suo officio illud moderatur, ut ratio habeatur distantiae locorum, qualitaris personae ac temporis, iuxta l. continuus. §. cum ita, de uerb. oblig. & saepius supra dictum fuit. in simili uidemus saepissime in partis uoluntate multa esse posita, adhibito postmodum iudicantis moderamine, ut in iu-

ramento affectionis. l. in actionibus. ubi docto. de in litem iuran. & suis locis dicemus.

SVMMA RIVM.

- 1. Bona cessantium soluere pensiones publicas sub hasta alienari.
2. Ciceronis locus pro lege Manilia.
3. Bona cessantium soluere pensiones, ut sub hasta alienari possint, per quod tempus is debet cessasse.
4. Fiscus causam cum causa ecclesiae a pari procedere.
5. Aequiparatio qualis esse debeat, ut ab ea argumentari liceat.
6. L. obsistere. C. de anno. & trib. lib. 10. intellectus & declaratio.
7. L. Imperatores. §. ult. ff. de publ. declaratur.
8. L. actuarij. C. de erog. mil. anno. lib. 12. explanatur.
9. Iudicis arbitrio terminari tempus cessationis non soluitis publicas pensiones, ut eius bona subhastetur.
10. Fiscus quo ordine capiat bona cessantium soluere pensiones.

CASVS XLVI.

TEMPVS CESSATIONIS SOLVTIONIS pensionum, ut bona ipsius cessantis subhastari possint.

1. Pensiones publicae multis priuilegijs decorantur, illo inter cetera, quod cessantium bona sub hasta irreuocabiliter uendi possint, quia de re extat Antonini constitutio in l. j. C. si propter pub. pensita. Est enim pensitare, saepe & frequenter soluere, praesertim uectigalia & tributa, ut apud M. T. pro lege Manilia. Quo tadem aeo esse existimatis, aut eos, qui uectigalia uobis pensitant, aut eos qui exercent atque eliguntur. Verum unum illud ex multis in dubium solet reuocari, quod quanto tempore cessare is debeat, ut uendi possint: plures sunt interpretum opiniones.

2. Prima fuit Hugo. & Azonis opinio, quae uisus est probare Sali. d. l. j. col. 2. uers. 2. casu. C. prop. publ. pensit. qui intelligit, quod annua pensio fisco debetur. inquit; Sali. haec esse magis aequa, ob maximum detrimetum, quod infertur illi debitori. cum Sali. trāsit lo. Platea in l. 3. nu. 5. uers. sed quare. C. de iure fisci. lib. 10. ut per biennium cessasse debeat. quemadmodum dicimus in emphyteuta ecclesiae, qui, ut re ipsa priuetur, tanto tempore cessare debuit. §. ult. in auth. de alienan. & emphyt. sic & in fisco, cuius causa ecclesiasticae causae aequiparatur. l. ult. C. de sacrosan. eccle. uel ut in colono priuati, qui cessando per biennium pensionem soluere, iure suo priuatur, & a colonia expelli potest. l. quare. §. inter. ff. loc. Verum uitari potest haec argumentari liceat, quando equiparatio est facta in puncto de quo agitur. ita Alex. in l. Galus. §. forsitan. nu. 5. de lib. & posth. Ias. in l. 2. nu. 19. de iure iuran. Paris. conf. 49. nu. 86. lib. 3.

3. Secundò ex l. ulti. C. de in re dom. imp. ubi biennium statuitur debitori, ut pignus luat, aliàs uendi a creditore potest. sed quis est, qui non uideat, diuersos hos casus esse?

4. Secunda fuit opinio, sufficere si sex mensibus a solutione cessauerit. ex l. obsistere. C. de anno. & trib. lib.

lib. 10. Verum illa loquitur secundum Sali. qui supra in exactione soluti, non autem in uenditione praedij, & uerus sensus is est, a quo non recessit ibi Io. a Platea. & Iac. Cuiacius, ut possessor rei tributo supposito statim anno elapso soluat: quod si non soluit, exactori datur facultas, intra sex menses tamen exigendi a domino praedij tributarij: sex menses ergo conceduntur domino, quia non suo facto, sed possessoris est. re tardata tributi solutio: soluto autem tributo dominus iure suo contra possessorem experiri potest. non ergo ad rem confert.

Tertia fuit opinio Andreae de Barulo in l. ulti. C. de exact. trib. iustitiae si per dies 30. cessauerit, ex l. Imperatores. §. ult. ff. de publ. sed, ut animaduertit Saly. d. l. 1. C. si pp. pub. pen. loquitur in pertranseunte cum rebus vectigali suppositis, q. publicanis statim debent denunciari, alias cadunt in commissum. sic in eo, qui re tributaria emit, statim denunciare debet. l. ul. C. sine ces. uel reliq. sed q. dicitur in d. §. ult. d. l. Imperatores, est speciale in pupillo. Secundum ex l. actuarij. C. de erog. mil. anno. lib. 12. quae ad rem non confert, cum in diuersa admodum specie loquatur, in actuarijs scilicet seu annonae susceptoribus, qui ne milites annona fraudentur, intra 30. dies profiteri debent annonae quantitate pro militum numero: quod si cessauerint e proprio damnus resarcire tenentur. quid autem sit pietatum, cuius meminit is text. in tract. de recuperan. posses. exposui.

Quarta fuit opinio Pet. & Cyni, ut retulit Bald. d. l. 1. col. 1. uersic. alij dicunt. C. si prop. pub. pens. tempus hoc a iure non esse diffinitum; & ideo hoc totum relinquere iudicis arbitrio, qui terminum assignare poterit ad soluendum: quo elapso declarabit filio uiam patere ad ea bona consequendum, & pro libito distrahendum. poterit ergo assignare decem, uel uiginti, uel etiam triginta dies. Quia in re illud est annotandum, hanc opin. non dissentire ab illa, quam probauit Nicol. de Martarel. & refert Bal. d. l. 1. col. 1. uer. Nicol. de Martarel dicit. dum eam adfert praxim, quam & Bal. p. bat & ibidem Sali. adhibita tamen distinctione, & clarius hanc confirmat Ioan. & Platea in l. ult. nu. 6. C. de exact. trib. lib. 10. inquit enim, q. cum tributa certis temporibus solui debeant, si in solutione cessatum sit, ut si ficum duo habere remedia. Primum, ut bona possessoris cessantis uti sibi hypothecata occupet, & distrahat pro sui tributi satisfactione. l. cum possessor. §. ult. ff. de cens. lib. 12. C. de exacto. tribu. lib. 10. Alterum, ut praedium accipiat tributarium & alteri coe dat sub eade pensione pro tpe futuro, non autem praerito. l. 2. C. de fur. rei priu. & l. ult. C. de exacto. tribu. lib. 10. & huius translationis meminit l. placet. C. de sacrosanct. eccle. & l. de his. C. de epis. & cler. Cum ergo fiscus primo remedio uult uti, statim elapsa die solutionis, quae pro homine interpellat. l. optimam. C. de contrahen. & commi. stipul. statim inquam contra eum iudex procedere potest. & cum hac sententia conuenit & illorum opinio, qui dixerunt statim dici cessatum, cum interpellatus cessat. quam quidem opinionem probat Ang. d. l. 1. C. si propter publ. pens. ibi, is ergo iudex statuet terminum pro sui arbitrio debitori, ut soluat: q. si faciet, moram purgabit. l. actuarij. C. de erog. mil. an. sin minus, carcere macipari poterit, donec soluat. l. missi opinatores. C. de exact. tri

bu. lib. 10. At, cum secundo remedio experietur, bona illa loco primi decreti poterunt occupari, & postea statuti tempus ad soluendum uel luendum, quo elapso fient subhastationes, & irreuocabiles alienationes intra illud tempus, quod iudici uisum erit: seruatis tamen solemnitatibus, quae habentur in l. edicto. C. si adu. fisc. & in l. si quis. C. de trib.

S V M M A R I V M.

- 1 Profitendi tempus in religione, quod sit.
- 2 Cap. Gonsaldus. 17. q. 2. exponitur.
- 3 Cap. monasterijs. 19. q. 3. declaratur.
- 4 Cap. si quis incognitus. 17. q. 2. sensus.
- 5 Iudicis arbitrio statuti tempus intra quod quis in religione professionem emisit dicatur.
- 6 Concilium Constantinopol. canone 41. quid statuerit de professione religiosorum.

CASVS LVI.

PROFESSIONIS RELIGIONIS TEM-
pus quod sit.

Religionem ingressus intra quod tempus professionem emittere possit, dubitatum adeo est, ut gl. in cap. ad Apostolicam, in uerbo, anni, de regularib. & ibi Abb. nu. 7. uarias attulerit opiniones. sic etiam glo. in jc. Gonsaldus, 17. q. 2. in gl. unius anni. Prima fuit, ut per annum in monasterio commoretur. quod eo textu probatur. Verum is solum loquitur quod ad ordinem monasticum, iuxta regulam forte Diui Benedicti, qua ita ordinatum est. ut probatur in d. cap. Gonsaldus, atque ita non in omnibus religionibus unum tempus statuitur.

Secunda fuit opinio, intra triennium tantum professionem emitti, ex cap. monasterijs. 19. q. 3. Verum glof. & caeteri text. illum intelligunt, quando uita ipsius ingredientis religionem incognita est.

Tertia uidetur opinio intra triennium hanc professionem emitti, ex ca. si quis incognitus. 17. q. 2. qui tamen in casu illo singulari loquitur, quando aliquis incognitus monasterium ingreditur. Nam, si alienigena reciperetur, euenire facile posset, ut dominus proprio seruo tam breui tempore priuaretur.

Quarta ergo fuit opinio glossae iam relatae, hoc esse in iudicis arbitrio, q. iure procedit, ubi in religione illa nulla extat hac de re constitutio. Scio tamen ex sexto sacro Constantinop. concilio, in canone 41. constitutum fuisse, ut ingredientibus monasteria debeant in primis per triennium separatim ab alijs uita habere: & ei qui in maiore praestit, in Dei timore parere: deinde per annum extra claustrum se gerere: post hoc tempus, si ei in monasterio esse placuerit, ab eo egredi amplius non poterit. erit ergo quod iudex diligens cognoscat, an extet illius religionis ordo & regula, q. si extabit, seruabit; sin minus, suo arbitrio, inspectis aliorum regulis & ordinibus, quod uerius apud se sibi uidebitur, iudicabit.

S V M M A R I V M.

- 1 Aetas hominis uariè partitur.
- 2 Aetas hominis ab Hippocrate diuisa.
- 3 Aetatis diuisio ex Varrone, Pytagora & Seruio grammatico.

Aetatis

- 4 Aetatis diuisio ex Seruio Tullio Romanorum Rege.
- 5 Mundi aetates quot.
- 6 Aetates hominis sex ex multorum sententia.
- 7 Aetas infantiae quae.
- 8 Infans q. in utero est adhuc, uel in cunabulis appellatur.
- 9 Infantiam anno septimo expleto perfici.
- 10 Puer quando quis dici incipiat.
- 11 Cap. de his, 28. distict. declaratur.
- 12 Infantiae proximus quis.
- 13 S. pupillus. insti. de inuti. stip. sensus & intellectus.
- 14 Infantiae proximum non esse, q. annum septimum non excessit.
- 15 Infantes doli capaces non esse.
- 16 Minores septenni non esse doli capaces.
- 17 Infans em fari non posse.
- 18 Infantiae proximum dici usq. ad annum octauum perfectum.
- 19 Theophilus. S. pupillus. insti. de inuti. stipula. declaratus.
- 20 Pubertati proximus quis dicatur.
- 21 Proximum pubertati dici, ex multorum opinione, qui annum decimum & cum dimidio expleuit.
- 22 S. pen. insti. quib. manumit. licet, uel non, declaratus.
- 23 Abbatis ratio una explosa.
- 24 Viam mediam in dubijs esse eligendam.
- 25 Glo. l. Nefennius. ff. de neg. gest. du improbat morem rusticorum diuidentium controuersias, declaratur.
- 26 Pubertati proximum dici, qui per semestre ab aetate pupillari distat, ex aliquorum sententia.
- 27 L. non tantum. ff. de excus. tut. intellectus.
- 28 L. excipiuntur. ff. ad S. C. Sillanian. intellectus & declaratio.
- 29 Cap. continebatur. de desponsa. impub. sensus & declaratio.
- 30 Dictiones propè, proximè, circa, & circiter, ad quae referantur.
- 31 Potètia triplicè considerari in contractu matrimonij.
- 32 Puerum decem annorum ad coeundum potentem.
- 33 Puerum annorum nouè grauidà reddidisse nutrice.
- 34 Matrimonium posse ab impubere contrahi, si malitia aetatem supplet.
- 35 Proximum pubertati dici, qui per tres dies ab ea distat. & Hostien. opinione.
- 36 L. 3. §. pen. ff. de liber. exhiben. declaratur. & de litera eius uera.
- 37 Praetextam uestem quo tempore sumerent & deponerent olim Romani. pugnantem referunt opiniones Budei, Ant. August. Criniti, & Lazari Bayssi.
- 38 Cap. ad mostrā. de regula. declaratur atq. exponitur.
- 39 Eguinarij Baronis, q. proximo pubertati opinio reiecta.
- 40 Proximum pubertati dici, qui annum septimum expleuit, ex noua quadam opinione, quae deinde confutatur.
- 41 Doli capax est, qui annum septimum excedit.
- 42 Maiorem septem annis intellectum habere.
- 43 Fari posse qui annum septimum expleuit.
- 44 Iudicis arbitrio relinqui quis pubertati proximus dicatur.
- 45 Iudex quid obseruare debeat in diiudicando aliquem esse pubertati proximum.
- 46 Longobaridi & Normanni pueri caeteris callidiores.
- 47 Hispani callidi, uersuti & elati.
- 48 Sclauones mali.
- 49 Cathelani fidefragi.
- 50 Galli stolidi.
- 51 Siculi acuti.

- 52 Asiatici luxuriosi.
- 53 Iudicem cautè agere debere, cum minorem decem annis pubertati proximam iudicare uult.

CASVS LVII.

AETATES HOMINIS QUAE, DE INFANTIA, PROXIMO INFANTIAE, PUERO, & PROXIMO PUBERTATI, ACCURRATA DISPUTATIO. plura iuris loca enucleata, & multae Doctorum opiniones explicatae.

Hominis aetas uariè a uiris sapientissimis discreta fuit. magni Hippocratis sententia fuit, aetatem septem partes recipere: infantiam, pueritiam, adolescentiam, iuuentutem, uirilitatem, senectutem, & decrepitem: infantiam ad septimum usq. annum protèdi dicebat, quo perfecto pueritiae aetas incipit, quae anno decimo quarto in masculis, & in feminis duodecimo perficitur: runcq. effecti dicuntur puberes. eo tempore incipit adolescentia, quae ad uigesimum usq. annum protendit, & eo perfecto incipit aetas iuuentutis usq. ad trigésimum quintum: uirilitas deinde ad quadagesimum octauum, senectus ad quinquagesimum sextum: decrepitas uero ad extremam humanam uitae diem. alij tamen quinq. tempora constituerunt, ut Varro Terentius togatorum doctissimus, nec non & Seruius Grammaticus. Pytagoras uero in quatuor tempora distribuebat, du quatuor anni temporibus comparabat. quae diuisionem probasse uidetur Accursus. nos in l. hereditatu in gl. 2. ff. a l. Fal. Seruius Tullius Romanorum Rex, ut auctor est Gallus lib. 10. noct. attica. c. 28. cum censum urbis constitueret, ciues suos in tres partes diuisit, in pueros, iuniores, & seniores, quae de re egregie Petrus Crinitus lib. 5. de honesta disciplina. c. 9. & Brachaus in l. pueri. de uerb. sig. qui & alia ex Platone, Galeno & alijs scribit. Glossator uero sex libri decretalium in praemio sexti, in glossa perfectus, sex hominis aetates constituit; quemadmodum & sex esse mundi aetates dixit. quamquam idem glossator in c. 1. de celebra. missa. septem esse scripserit. quam posteriorem glossam secutus est Hiero. Zanetinus tract. de differentijs iuris civilis & canonici, nu. 138. Albe. in suo dictionario, in uerbo, aetas. Io. Sylua tract. de beneficio, par. 1. q. 3. nu. 3. sed ad rem, sex esse hominis aetates cum glossatore sexti asseruit Anton. Fumeus tract. de substitutionibus. nu. 34. & Io. Corasius in l. praebus. nu. 26. C. de impub. & alijs substituit. hanc partitionem ego nunc sequor. Prima itaque est aetas infantiae, quae in ipsa natiuitate incipit. quod scriptum reliquit Alber. in l. j. in princ. num. 3. de uerbo. oblig. & confirmat Theophilus in institutionibus, titulo de inutilibus stipulationibus, §. pupillus, scribit enim in hac uerba: Quoniam autem de pupillo sermo incidit, sciendum est generali ter aetatem pupilli in tria diuidi. Pupillorum enim alij sunt infantes, ueluti qui adhuc lactant, aut ijs paulo maiores. haec ille. imò & infans aliquando dicitur, qui adhuc est in matris utero. Et factum est, ut audiuit salutationem Mariae Elisabeth, exultauit infans in utero eius. Luca. c. 1. quamquam improprie hoc dici credam, siquidem infans iam appellatur inspecto futuro natiuitatis tempore. & hac de re aliqua dicemus.

mus infra i casu 3 53. ubi agemus de pena illius, qui abortiu causam dedit. Infans etiã dicitur qui adhuc est in cunabulis. cap. ex parte. l. 2. de corpore uitia. aliquando etiam infans appellatur octo dierum. Genes. c. 17. qui tres tantu menses agit, uel legitur Exodi cap. 2. ubi Moyfes cum tres menses ageret, infans dicitur & anniculus infans. l. inter foceru. i. princ. ff. de pact. dota. & tandem usque ad septimum annu perfectum infans appellatur. ita enim se habet receptissima doctorum sententia. quam probauit primo glo. in l. etiã infantem. ff. de adopt. & ibi Corasius ita quoque glo. in l. 1. §. initium. de postula. in l. quod infans. de rei uendi. l. 3. §. si pupillus. de tutel. l. seruus. de bono. possess. & in §. pupillus. in sti. de inuti. sti. pul. ita etiam glossator iuris Pontificij in capi. singulis. 77. distinctio. c. 1. 3. 1. quæst. 2. in cap. si eo tempore. de rescriptis. in 6. & i. c. 1. in prin. de despon. impub. lib. 6. & alibi sapius. Bart. Bald. Ias. & ceteri omnes in l. si infanti. C. de iure deliber. Socin. sen. i. l. §. ad piscimur. de acquirenda possessione. Alcia. l. pueri. & ibidem Brachæus nume. 7. de uerb. signifi. Corasius. d. l. precibus. nu. 26. C. de impube. Bellonus. §. is quoque. num. 25. in sti. quib. mod. re. contrah. obligat. & alibi sapissime Doctores nostri. his accedunt Portius. §. minorem. inst. de adoptio. Zasius quæstio. 2. de Iudæis. in princ. & Didacus Couarr. in epitome de spõ salibus. parte prima. cap. 2. nu. 2. qui dixerunt in genere. infantem esse septem annis inclusiue. atque ita anno septimo perfecto. id quod satis probare uidentur. l. 1. §. sufficit. ff. de administrat. tutor. & l. si infanti. §. ult. C. de iure deliberadi. anno septimo perfecto

10 fætas pueritiæ incipit. ut relati omnes scribunt. præsertim glossa in procm. sexti. & in c. si eo tempore. de rescrip. lib. 6. Bar. l. Mela. in principio. de aliment. & cibar. lega. Abbas cap. quod sedem. nu. 3. de frig. & malefi. & Alcia. in l. pueri. de uerboru signifi. &

11 glossa in cap. de his. 28. distinct. dum exponit textu illum. infantia. hoc est. pueritiæ. Ego aliquando sum opinatus. illa uerba. à primis infantu annis clericatus officio. esse exponenda. à primis infantia. hoc est. post primos infantia annos. atque ita septimo anno perfecto. nam illa præpositio. à. idem quod post. præsertim atque significat. ut multis ostendit Tiraqu. in repet. l. si unquam. in uerbo & postea. num. 21. C. de reuoc. donat. & tract. de retractu consang. §. 1. glof. 11. nume. 52. 53.

Vel etiã exponi potest a primis infantia annis. id est. ab annis proximis infantia. nam ex ueriori sententia exacto anno septimo. dũ pueritiã incipit. illa 12 ætas appellatur etiã proxima infantia. id quod affirmarunt eruditissimi Iureconsulti Ant. Aug. Hispan. lib. 3. emenda. iuris ca. nono. Duarenus in l. 1. in principio. de uerborum oblig. Eguinarius Baro. Minfyngierius & Iacobus Cuiacius in §. pupillus. in sti. de inuti. sti. pul. sic omnes intelligentes textum d. §. pupillus. quem ego pariter ita intelligo atque declaro. dũ enim declarando quis sit is pupillus. qui recte negotia gerit. ait Iustinianus. is dicitur. qui intellectum habet. non autem est intelligendum (inquit ille) de infante & proximo infantia. quia isti nõ habent intellectum. dum ergo loquitur in hæc uerba. nam infans & qui infantia proximus non est multum à furioso distans. illa dictio infans. intelligitur etiam de

eo qui annum septimum expleuit. ob illa quæ supra explicauimus. illa uerò uerba. & qui infantia proximus est. intelliguntur. de eo qui annum septimum excessit. illa est ratio. quia aliàs frustra dictum esset. & qui proximos infantia. si enim infans idest qui annu septimũ expleuit. furioso similis est. sine dubio & is. qui adhuc non attigit annum septimum. ut ergo dubitationem habeat casus Iustiniani. est ita sumenda interpretatio. quod agens annum septimum furioso similis sit. & etiam qui eum annum excessit.

Quibus constat contra Iustiniani uerba esse. dice re. quod proximus infantia is dicitur. qui minor annis septem adhuc est licet enim proximi infantia intellectu careant. d. §. pupillus. & l. seruus. ff. de pupill. saluam fore. quemadmodum carent & minores septem annis. iuxta. l. in sponsalibus. la. 2. de sponsa. nõ tamẽ ex hoc sequitur. infantia proximos esse minores septem annis. quãdoquidem Iustinianus in d. §. pupillus. manifestam inter eos differentiam constituit. uultq; infantes ipsos nihil penitus posse. proximos uerò infantia ex benignitate quadam posse. ita pariter dicendum est. si diceremus infantia proximu carere consensu. l. pupillus. de regul. iuris. quo caret & minor septẽ annis. cap. literas. & cap. accessit. de

15 despon. impube. uel etiã si diceremus ita nõ esse doli capaces. l. impuberem. ff. de furtis. quod intelligimus infantes. non alia ratione furtu non committere. quã quia doli capaces non sunt. quo sanẽ dolo nec capaces sunt minores septem annis. glo. i cap. 1. in uerbo. grandiusculis. de delictis puero. nam uerè proximus infantia & si annu septimum excedat. nihilominus caret consensu. nec doli capax est. quoniam quod ad hoc iuris rigore inspecto idem de utroque iudicatur. non sequitur tamẽ quod sit unum & idem nec enim que paria. & similia sunt. idẽ per oia sunt. tũ præsertim ubi aliqua extat manifesta differentia. ut in casu hoc nostro. quin recepta magis ex

17 tat doctorum opinio infanti. atque ita qui annu septimum expleuit. dari non posse. ut communem esse opinionem testatur Ias. in l. 1. in princ. nu. 22. de uerbo. oblig. ubi etiam Alciatus nu. 38. & tamen in proximo infantia receptissima est Doctorum sententia eum dari posse. quemadmodum relati Doctores attestati sunt. & omnes in d. §. pupillus. in sti. de inuti. sti. pul. clarẽ igitur constat quid plus inesse huic infantia proximo quã ipsi infanti. & in dubium reuocare has receptas interpretu opiniones uani atque inconsiderati hominis esset. posteaquã de alio nostra est disputatio. Cetera quæ sex ab hinc annis publice Papiæ docens de illo. §. pupillus. & hac de re adferrebã. ex industria prætereo. Illud unum est. infantia proximum eum esse qui annu excessit septimũ. atq; ita octauum est ingressus. id quod clarẽ magis ostendit Theophilus in d. §. pupillus. dum loquitur i hæc uerba. Neq; is etiam qui proximus infantia est. qualis fuerit. qui septimum aut octauum annu agit. que uerba septimum. uel octauu annum. intelligo de anno septimo octauoq; perfecto. alioqui. si de septimo solum cœpto itelligeremus. nõ infantia proximus. sed infans diceretur. Intelligimus etiam ex Theophi

18 lo hunc infantia proximum dici usque ad annum suę ætatis octauum. id quod clarius affirmauit Baro in commetarijs ad §. pupillus. Ego tamen aliquando arbi-

19 arbitratus sum. Theophilum nõ determinatẽ. sed explicatiue locutu fuisse. & ob id et ultra annu protendi. iudicis tã arbitrio: ut potẽ de tpe minime in re præfinito: quemadmodum & de tpe proximo pubertati. ut mox dicimus. Hac itaq; ætate infantia & ætate illi proxima perfecta. altera succedit. quæ dicitur proxima pubertati: nam utraq; in ipsa pueritiã ætate continetur. sed magna est apud nostros cõtro-

20 uersia. quã incipiat puer dici & proximus pubertati. Vna fuit opinio glo. in l. pupillum. de reg. iur. in l. j. ff. de nouat. in d. §. pupillus. inst. qui. mo. re cõtrah. oblig. & in §. in summa. inst. de oblig. q̄ ex delicto. il-

21 lum dicitur pubertati proximum. qui annum decimũ & dimidiatum expleuit. quam quidem opinionem probarunt Bar. & Cag. in d. l. pupillum. Ang. Aret. d. §. pupillus. & ibidẽ bene erudicus Iuuenalis à Costaforte Serenif. Ducis Sabaudia Consiliarius sub nu. 34. Bal. Ang. & ceteri in l. properadum. §. & si quidẽ. & ibi Ias. nu. 2. cõem testatur. C. de iud. Abb. in cõntinebatur. in fi. de despon. impub. Soc. sen. l. j. ad piscimur. de acq. hæc. Calca. consi. 12. nu. 16. Franc. de Marchis. q. 122. nu. 10. par. 2. Nat. consi. 43. 4. in fi.

22 lib. 2. foler pro hac opinione adferri tex. §. ulti. insti. quib. ex cau. manumit. non licet. Verum euitari potest: quandoquidem ibi media uia electa fuit ad libertates concedendas. non tamen ad casum nostru inferri potest. citant alij textum l. 3. §. pen. de lib. exhib. qui uerè non probat. quemadmodum paulo infra ostendam. ¶ Abb. uerò in d. c. continebatur. eam adfert rõnem. in masculo infantia ad septenniu usq; est. ut iam diximus. in femina uerò ad quinquenniu. cum ergo masculus decennium cum dimidio excessit. magis proximus pubertati dicitur. quã infantia. Hæc ratio probabilis nõ est. nedum uera. & si. n. qui decennium cum dimidio excessit. proximus magis dicatur pubertati. quã infantia. hoc comparatiue pcedit. non autem uerè: quoniam ex hoc uerè non cõstat ab eo tempore omnino incipere hanc ætatem pubertati proxima. Non etiam concludit illa ratio. quia cõiter contingentibus doli capaces sint. qui eam ætatem agunt: quandoquidem. & qui septem annos excefferunt. doli capaces sunt. ut supra admonui ex

23 gl. in c. 1. de delictis puero. & alibi legimus. puerum nouem annorum grauidam reddidisse propria nutricem. quæ infra attingemus. Non pariter urget illa 24 ratio. quæ in re maxime dubia. media uia eligenda est: quemadmodum fecit Tiberius Imperator. l. & hoc Titius. de hæred. inst. & §. ult. insti. de uulg. substi. & probant nostri. ut latissime scriptum relinquerunt Dec. cõf. 245. nu. 2. Neuz. li. 6. Syluæ nupt. n. 6. Boe. q. 42. col. ult. & q. 239. nu. 4. Soci. iun. consil. 33. lib. 2. & Tiraqu. de iure Primigen. q. 17. opinione 4. nu. 9. ubi per plura ex more congesti. quibus declaratur

25 §. glo. illa l. Nefennius. de nego. gest. quæ diuidere in medio quæstionem rusticis tribuit. nec enim in re maxime dubia rusticis est. sed Imperatori & uiro prudenti conuenit. Ad rem nostram tamen haud multum confert hæc ratio: quoniam non equalis ac uina est semper hominum conditio tũ ratione sui generis. tum ratione regionis. unde nati sunt. sed hoc pendet ex facto atq; euentu. quod lege uno semper modo determinare impossibile est. quemadmodu paulo infra dicam: non ergo media uia semper eligi

potuit. ut factu a Tiberio uidemus. Cũ itaq; recepta hæc magis opinio nec iure. nec rone. pbeatur: recte eam reiecerunt Sali. in l. impunitas. C. de penis. Dec. l. pupillum. de reg. iur. Zas. q. 2. de Iudæis. nu. 1. 2. & Viglius in §. testes autem. nu. 11. inst. de test.

Secunda itaq; fuit opinio glo. in c. continebatur. 26 ubi Inn. de despon. impuberum. & pubertati proximum dici. qui sex mensibus plus minus à pubertate distat. eiusdem opinionis uerè fuit Ias. in auth. sacramenta puberum. num. 15. C. si aduersus uendi. alios plures recenfer Zasius dicta q. 2. de Iudæis. illis addo Baldum & Igneum in l. excipiuntur. ff. ad S. C. Sylania. alios recenfer Petrus Placa lib. 1. epit. delicto. c. 34. num. 4. & Io. Oldendrop. tract. de usucap. titulo de ætate hominis. nu. 2. & si ipse ab hac dissentiat. in hanc opinionem adducti sunt relati iuris interpretes ex l. non tantum. ff. de excusa. tuto. uerum illud eo in casu solum contingit. ob id non sequitur. ita in omnibus statuendum esse. Præterea non excludit is textus. eum dici pubertati proximu. qui plus quã sex mensibus a pubertate distat. nec enim taxatiue

27 loquitur. citatur etiam §. d. l. expiciuntur. ff. ad Sylania. sed nec illa uerè probat. cũ solum illud affirmet. Trebium Germanum legatum iussisse supplicium sumi de eo impubere. qui pubertati proximus erat. sed non subiungit ibi ille Iurisconsultus. cuius ætatis is impubes esset.

29 Adfertur etiam tex. §. ca. continebatur. de despon. impube. ex illis uerbis. si autem fuerit ætati. ut in undecimo. uel circa duodecimum annum. ita in c. at testationes. eod. titu. ibi. uel circa finem duodecimi anni. hæc enim & dictiones. propẽ. proximẽ. circa. circiter. & his similes. ex subiecta materia. ad modicu referuntur. l. 2. §. exactis deinde Regibus. ff. de origi. iuris. §. si uerò intra. ubi Bart. in auth. de monachis. imò ad semestre retulit Iustinianus in l. properandum. §. si quidem. C. de iudi. cuius meminit gl. in d. l. non tantum. & dictio. propẽ. sicq; hoc positium. pro superlatiuo poni solet. l. Diuus. ff. de tutor. & cura. datus ab his. §. ultimo. insti. loca. glo. in l. sed est quæstionis. ff. de iniurijs.

Verum hæc in cõtractu matrimonij stabilita sũt. 31 quippẽ quæ in eo & triplex potentia considerari solet. prima quod ad coeundum: nam. si uerba habilia intercedunt. non modò qui per semestre a pupillari ætate distat. contrahere potest. sed & qui per annum. ex snia Guliel. d. c. continebatur. imò & qui per bennium. cũ re ipsa uideamus. puerum & annorum decem ad coeundum potentem. uxorem ducere posse. c. ult. de eo qui cogno. consang. uxo. suæ: imò. quod 32 fortius est. usu compertum fuit. & pueru nouem annorum coiuisse ac propria nutricem grauidã reddidisse. quod diui Hieronymi auctoritate memoriae proditum est à glo. in summa 20. q. j. & ad rem nostram recenfer Coras. lib. 6. miscella. iuris. c. 24. nu. 4. & Brechæus dicta l. pueri. numero 10. de uerbor. signifi. & ante eos Calcanus consil. 121. numero 16. & egregiẽ Tiraquel. de legi. connubial. l. 6. nume. 25. quare contractum ab eis matrimonium sustinetur. cum ergo carnalis copula secuta est. supermalitia. uel potentia ambigendum non est. nec aliquod in hoc est iudicis arbitrium. ut inquit Calcan. d. consil. 121. num. 7.

34 Secunda est potentia, quando malitia aetatem supplet, & si apud is ad coeundum non est, hoc casu si distat impubes a pubertate per semestre tantum matrimonium contrahere potest, ita glof. in cap. ad id, de sponsa. cap. 1. de desponsa. impub. Calca. d. consil. 121. nume. 7. uerf. est etiam secunda.

Tertia est potentia, quae deest ipsa potentia coeundi ac etiam malitia; tunc sola ad contrahendum matrimonium potentia ab annis mensuratur; nempe cum puer decimum, quartum annum expleuit, uel prope finem decimi quartum agit, uti probat is tex. c. attestaciones, quae sic intellexit Calcanus d. consil. 121. n. 9. uerf. est & tertio. Praeterea opinor d. c. continetur, contra relatos interpretes probare. nam dum dicitur in undecimo anno intelligi haec uerba possunt, imò debent, de ipso anno undecimo, egypto, non de penè perfecto, quia si illa uerba, quae subsequuntur, uel circa duodecimum, intelliguntur de semestri ante finem duodecimi, necessario sequitur illa uerba in undecimo esse intelligenda de undecimo solum coepto & non dimidiato.

Tertia fuit opinio Hostien. in d. c. continetur, illum dici proximum pubertati, qui per tres dies a pubertate distat, adductus ex tex. l. 3. §. pe. ff. de lib. exhiben. quò probatur, proximum praeterea dici, qui puberem aetatem nunc ingressus est, quòquid in textu alias male legebatur, impuberem aetate, quae loco ex Florentino codice nobis restituit doctiff. Ant. Aug. lib. 3. emenda. iuris, cap. ult. quo loci post Gulielmum Budaeum iannot. Pandectarum ad l. ult. ff. de sena. scribit, et Romanos consueuisse statim quo pupillarem aetatem erant ingressi, hoc est masculi anno decimo quarto expleto praetextam sumere, & quam anno decimo septimo exuebant, supra uirili toga. Lazarus tñ Baifus libello de re uestiarum ca. 10. multorum auctoritatibus contendit Romanos anno suae aetatis decimo sexto consueuisse togam sumere, quam sententia probauit, & Petrus Crinitus lib. 3. de honesta disciplina. c. 7. ex quorum declaratione iam intelligimus d. l. 3. §. pen. nihil probare, quoniam is, qui puberem aetatem est ingressus, expleuisse dicitur annum decimum quartum, & dicitur praetextam proximus, qui eam statim sumere potest, quod rei nostrae non conuenit.

38 Adferri etiam pro hac sententia solet ca. ad nostram, de regula, quo constitutum est, minorem quatuordecim annis non alligari monasterio: egressum uero annum illud decimum quartum & per triduum in ea religione perseverantem, uere dici ingressum religionem: quemadmodum ergo spacium trium dierum facit, ut is iter maiores habeatur, ita hoc loco efficere debet ut pubertati proximus dicatur. Verum ad rem non cõfert, quia dato quod dicatur proximus, qui distat per tres dies, non tamè negatur quin & is proximus sit, qui per multum plus temporis distat. Accedit, si liceret argumentari a casu d. cap. ad nostram, sequeretur quòd quemadmodum is qui ultra triduum per plures dies & menses, perseverat in religione, multò plus inter maiores connumerari debet, ita etiam hic proximus pubertati, id quod esset contra Hostiensem & illius sequaces. Praeterea casus sunt diuersi, nos loquimur de proximo pubertati, hoc est, de eo qui adhuc annum decimum quartum non expleuit; is uerò textus de eo qui expleuit, & decimum quintum est ingressus.

39 Quarta fuit opinio Eguinarij Batonis in d. §. pupillus. inst. de inutil. stip. proximum pubertati dici, qui in undecimo anno est, sed hanc opinionem quae nec iure nec ratione ille probat, manifestè refellunt iam relata. Quintam ergo aliquam opinionem excogitabam, cum anno 1557. Papiam docerem, atque interpretarer. §. pupillus, quemadmodum iam supra retuli, sum equidè aliquam opinam, et proximum pubertati illum dici, qui annum septimum iam expleuit, hisq; adhaerebat rationibus, ac primo, quoniam ut paulò ante diximus, proximum pubertati est doli capax. l. apud. Celsus. §. deinde. ff. de dolo. & ibi glof. qui iurasse. ff. de iur. iur. an. l. impuberem. ff. de furtis. ita etiam doli capax est, qui annum septimum excessit, ut in uerbo grandisculi. de delictis puero. sequitur ergo proximum pubertati excedere annum septimum. Uerò animaduerti deinde sophisticam hanc esse argumentationem, quia aut nolumus dicere eum proximum esse pubertati, quia annum septimum statim excessit, & hoc est manifestè falsum; cum is dicatur in infantia proximus, ut iam diximus supra probare. d. §. pupillus. Aut uolumus dicere esse proximum pubertati, qui excessit annum septimum absolute & non qui restrictiue statim quo excessit & tunc rectè dicimus, quia si ex d. §. pupillus, intelligimus proximum pubertati, esse plus quam sit infantia proximitas, quae anno perficitur, sequitur si ne controuerfia proximum pubertati dici post annum septimum, quia si est post octauum, fortius est post septimum, & quòd dicitur eos esse doli capaces, qui annum septimum excesserunt; uerum est, modò excesserint etiam octauum, atque ita ne sint adhuc proximi infantia, quemadmodum probat is §. pupillus, his diluitur & illa secunda ratio, dum dicebam, maiore 42 et septem annis intellectum habere. l. in sponfalibus. la. 2. ff. de sponsa. quemadmodum habet & ipse proximus pubertati. l. excipiuntur. ff. ad Syllaniam. §. in summa. inst. de oblig. quae ex delicto. diluitur inquam, ex relatis. Accedit, quod si ita argumentari liceret, sequeretur & maiorem uiginti annis dici proximum pubertati, cum & is doli capax sit, quemadmodum & proximus pubertati. ita etiam satisfacio illi tertiae rationi 43 atque argumentationi, qua sic dicebam. Is, qui per tres dies, annum septimum expleuisse creditur, l. §. sufficit. ff. de adm. tut. sed proximus pubertati dari potest. l. §. pen. ff. de actio. & oblig. l. feruum. ff. rem pup. saluam fore. ergo proximus pubertati est, qui annum septimum excessit, est inquam falsa argumentatio ex iam relatis, accedit non licere simpliciter ita argumentari, quia non sequitur, annum septimum excedit, ergo est proximus pubertati, quamuis econtrà argumentari liceat, est proximus pubertati, ergo annum septimum excessit, his dilui possunt aliae similes argumentationes, quas huc adferre ex industria nolo.

Sexta itaque & uerior est opinio, hodie magis recepta, et iudicis arbitrio relinqui, qua aetate ante decimum quartum annum masculus pubertati proximus dicatur, hanc equidem ueram iuris sententiam probarunt Io. Fabri in d. §. pupillus. inst. de inutil. stipul. Butri in cap. attestaciones. de desponsa. impub. Salic. l. impunitas. C. de pœnis. Decius l. pupillum. de regul. iur. Viglius §. restes autem, num. 1. inst. de testam. Corasius lib. 6. miscella. iuris, cap. 23. nume. 4. Didacus. Couar. clemen. si furiosus, in initio tertiae partis, nume.

nu. 5. de homici. idem clarius in epitom. de spõsa. parte 2. cap. 5. nu. 5. & Petrus trac. regulari regula 259. limi. 3. iudex autem non tantum annorum numerum, quatum personae conditionem actusq; qualitatè spectabit, erit etià spectanda qualitas regionis, unde is puer natus est. nam una regio altera callidiores habet pueros, quemadmodum de pueris Normannis & Logobardis notauit glo. in l. sequitur. §. pupillus. ff. de usucap. idem de Hispanis dicitur, quos uersutos & callidos esse sensit idem glof. in l. doli. C. de dolo. & Oldra. cõf. 84. in si. fortius idem est dicendum de Scclauonibus, cum hos mortaliu nequiores esse scripserit Odofredus in l. Iulianus. ff. de actio. empr. & Gomef. §. sic itaq; nu. 18. inst. de actio. qui etià subiungit ex Bal. i. c. 1. de pactis, et Cathelanos esse fidefragos, quò tradit & Boer. q. 179. in si. econtrà erit de Gallis arbitrandum, quoniam sui natura stolidos esse memoriae proditum est à Iulio Materno in Astronomicis in haec uerba. Quaedam (inquit) gètes ita à cœlo formatae sunt, ut propria sint moru unitate perspicuae. Scythae immanis feritatis crudelitate grafsatur: Ita fuit regali sèp nobilitate prafulgidi: Galli stolidi: Auaris Syri: facuti Siculi; luxuriosi semper Asiatici, & uoluptatibus occupati: Hispani elata iactantiae animositate praepositi: Haec ille, quem recenset Petrus Crinitus lib. 1. de hone. discipl. c. 7. & Gallos ingenio simplici atque barbaro esse, scriptum reliquit idem Petrus Crin. lib. 4. de hone. discipl. c. 14. Illud etià obseruabit iudex, ut si pueru adhuc non excedentè decimum & dimidiatum annum iudicare uult esse proximum pubertati, id non faciat, nisi persuasus maximis coniecturis: & cautissimè id agat, & tandè raro. post illa uerò aetate non exiget iudicis arbitrium ita urgentes coniecturas: fat. n. erit aliquot mediocria signa perpedere, ex quibus arbitretur, puerum esse proximum pubertati. haec Didacus d. c. 5. de spon. nu. 5. qui subiungit, illum pueru, cui sex tñ menses ad aetatem perfectam deerunt, audacius ac leuioribus argumentis esse iudicandum pubertati proximum, in ceteris hominis aetatis nulla est controuerfia, sed econtrà aetate excepta, de qua infra casu ab hoc secundo agemus.

S V M M A R I V M.

- 1 Potens ad coeundum quis dicatur.
- 2 Potentiam coeundi ex corporis aspectu iudicari.
- 3 Platonis locus lib. 2. de legibus.
- 4 Corporis inspectionem ad noscendam coeundi potentiam reprobari.
- 5 Mulieres Romanas uelato capite incedere consueuisse.
- 6 Patainarum puellarum habitus.
- 7 Nuditas reprobata.
- 8 Iudicis arbitrio relinqui quis ad coeundum potens sit.
- 9 Generandi potentiam aliquando deficere in eo qui laborat calculo in uestica.
- 10 Sexagenarios esse ad generandum impotentes.

C A S V S LVIII.

QVIS CENSETVR AD GENERANDVM impotens, & quomodo cognoscatur.

Quoniam de impubere doli capace & potèri ad coeundum aliqua proximo relato casu diximus, non ab se fore existimauimus, casum huc huc

adferre: quando scilicet quis ad coeundum potens dicatur. Qua in re plures fuerunt interpretum opiniones, ut retulit Calcanus consil. 121. nu. 19.

Prima fuit Host. in c. continetur. d. spõ. illu ad coeundum potèti dici, qui per facti euidentiã coire potest, atque Host. carnalem copulam requirit. uerum ut rectè admonuit Calcanus ab oibus haec opinio rejicitur, quoniam & alijs probationibus potentia haec probari potest, praeterea in re clara Host. opinio uersatur.

Secunda fuit opinio, et potètiã iudicari ex corporis inspectione, si lanuginem hēt. c. puberes. de despon. impu. sic constituit Plato lib. 1. 1. de legi. dū scribit conuenientiã aetatis ad nuptias & cõtra, iudex nudos oimares puberè usq; inspicies iudicet, sic apud Romanos olim obseruatum fuisse testatur Iusti. in §. i. inst. q. b. mo. tut. h. & l. ult. C. qu. cur. uel tut. esse desinat, quò locu Hierony. Maggus uir apprimè doctus lib. j. miscella. c. 2. explicat. Veru ab oibus, & haec pariter opinio rejicitur, ut loco iam relato Calc. scribit: nam ut pudori parcat, & quatum fieri potest, honestas seruaret, constituit Iustinianus d. §. 1. & in d. l. ult. non esse locu huic et corporis inspectioni, quòd cũ à Iustiniano factu est, tanto melius a summo Pontifice (ut inquit Calc.) fieri ac obseruari dēt: imò indecoru ualde existimarunt antiqui illi, qui legis Euagelicæ lucē adhuc non receperat, si masculus, uel femina nuda inspiceretur, legitur Efa. ca. 20. Nuda & discalciata discoperitis natibus, ad ignominiam Aegypti. & c. 47. nuda turpitudinē tuã & discoperi, humerum releua. & Roma. constituerunt non licere mulieribus aperto capite foris uersari, quò ob cam multi uxores repudiarunt, ut scriptu reliquerunt Valerius Max. li. 6. c. 3. Plutarchus in praecipis con nub. c. 3. 2. & Alex. ab Alex. lib. 4. dieru Genial. cap. 8. hunc morem (quem miru in modu agrè ferre solēt scholastici nostri) uelandi caput, hodie seruant et puellae, hic Patauij, imò & olim seruauerunt, si Martiali has ob id laudandi credimus dū scribit.

„ Tu quoque nequitias nostri lususque libelli.
„ Vda Puella leges, sis Patauina licet.

Haec & alia permulta recenset Tiracu. de legibus con nub. l. 4. nu. 5. cuius dicta tacito authore ad littera ferè transcriptu Petrus Placa libro Epitom. delicto. c. 32. nu. 4. uer. rursus. referunt & isti Diuū Hieronymum & Ambrosium accerrimè danantes sedã hanc et nuditationem. Praeterea ex alio secunda haec opinio uera non est: non enim concludens argumentum potentiae coeundi adfert lanugo circa pudibundam, ut sensit Abbas in d. cap. continetur. nume. 8. & Calcan. d. consil. 121. nu. 19. nam in feminis dicimus, manum obstetricis saepe falli. l. 1. ff. de uentre in sp. cap. ne aliqua. 27. q. 1. sic etiam in masculo dicendum est, nam lanugo in 13. & 14. incipit pullulare, & tñ reperti sunt pueri nouem, decem ac undecim annorum, qui coeuerunt & generauerunt, ut supra in praecedenti casu retulimus, sic in iam sene & aetate confecto cernimus, ut statim dicemus.

Tertia fuit opinio, hoc iudicis arbitrio relinqui, ita Alber. glossator antiquus. Hostie. sibi cõtrario in c. ult. de desponsa. impub. & ibi Goffredus, Io. Andre. Butri. & Abbas, quos secutus est Calc. d. cõf. 121. nu. 19. iudex ergo noster arbitrabitur, aliquò esse potentem ad coeundum, inspecta personae qualitate, mem proxum dispositione & ualitudine bona. Nam mul

S ti re

ti reperiuntur adoloscens impotentes ob mala ualitudinem sic sentit Iurecon. in l. filium. ff. de ijs qui sunt sui uel alie. iur. ibi, infirmitate interueniente, uel alia causa ut generare non possit. Hinc consultus respondit Paris. consi. 29. nu. 80. lib. 2. illum t generare no potuisse, cu laboraret, morbo calculi i uesica. pender et iudex hic noster etate: na senio cofecti coire atq; ita generare no possunt, ut scribi Philosophoru Princeps Aristo. li. 1. de Genera. anima. c. 18. Hinc 10 l. Papia Poppea constitutu fuit, ne t sexageni uxore duceret. quam oim prius abrogauit Claudius Cesare, ut auctor e Claud. Suetonius in Claudio Cesare c. 23. & post eum Iustinia. in l. pen. C. de nup. qui sciuit clare licere sexagenario & quinquagenarie matrimonio cotrahere, & si adgerandiu impotentes sint. qua de re fusissimè dicemus infra in casu 89.

SUMMARIUM.

- 1 Senex qua etate quis censeatur.
2 Senex quò ad subeundum munera quis.
3 Iudicis arbitrio relinquitur quis senex dicatur.
4 Septuagenarium a munere tutela excusari.
5 Senex is dicitur, ut a muneribus personalibus excusetur, qui quintum & quinquagesimum annu agit.
6 L. non aliter. §. 1. de leg. 3. explicatur.

CASVS LIX.

QUA ETATE SENEX QVIS CENSEATUR.

Retuli iam per transfennam, ueluti, qua etate senex quis censeatur. uerum noua (ut aiunt) subincide hoc reuocatur. est. n. perplexa & apud nos de sene controuersia. Vna fuit opinio diuini Hippocratis, tene dici a quadragesimo etatis sue anno usq; ad quinquagesimu sextu. qua sane opinio ad ius nostru relata no pbat, sed contrariu potius, ut mox subijcia Seruius Tullius senes eos iudicauit, qui annu sextu & quadragesimu excefferant. Varro senes credidit, qui quintu & quadragesimu annum impleuerant. Galenus uero lib. 5. de tuenda sanitate. qui in hac snia a Brachæo Turonensi in l. pueri, nu. 9. de uerb. sig. citatur, etate senis tripartitò diuidit. Prima eoru esse dicit, q dicuntur uiridi senectute praditi, ob idq; ciuilia negocia adire potetes, quiq; consilio naltet. Hec Senectutis prima pars ab anno quinquagesimo, ad sexagesimu perducitur. Scpa exordiu facit a sexagesimo, & in sepuagesimu exteditur. Tertia qd reliquum etatis coficit. iure nostro receptor illa uidetur sententia, senem dici, qui annum quinquagesimum perfecte attingit usq; ad septuagesimum. quam sententiam omnium primus probauit glossator in prm. sexti, in uerbo, perfectus. ubi Io. Andre. & gl. in cap. 1. de celebra. missa. glo. in l. non aliter. §. ult. ff. de leg. 3. idem censuit Gramm. decis. 34. num. 4. Corasius in l. precibus. nu. 29. C. de impub. Io. de Anan. in rub. de delictis puero. col. j. Afflid. in commentarijs ad constitutiones Neapolitanas. lib. 2. rub. 37. in fi. adducuntur ex d. l. non aliter. §. ult. de leg. 3. quo loci non diffinitur, qua etate inter iuuenes & inter senes, quis enumeretur. adferri posse uidetur l. 3. §. ult. ff. de decu. l. 3. C. eo. & l. ult. C. qui etate se excus. lib.

10. quibus probatur excedentes quinquagesimum quintum annum, ut senes & maiores a muneribus personalibus excusari. Verum illud in eo casu solum est statutum, non generatim in omnibus. Hinc uidemus, alia esse onera, a quibus solum septuagenarij excusantur, ut in tutela, ut infra dicam. Adfertur & tex. cap. 1. de renun. Verum ibi non diffinitur, qua etate is possit dici senex, qui ad Ecclesiam regenda se impotentem allegat, ut nec declaratur in cap. nisi. §. alia. eo. titu. de renuntia.

Secunda fuit opinio, ut retulit Abbas c. quoniam frequenter, nu. 18. ut lite non contestata. uersic. Ego puto senem dici septuagenariu, nec ab hac etate infra (inquit ille) nil iudicis arbitrio relinquitur, cu satis certum sit hunc esse senem, ex quo in iure passim a muneribus is excusatur. l. 3. ff. de iure immu. §. ite maior. inst. de excusa. tuto. Verum non concludit, quia uidemus etiam illum excusari qui quinquagesimum quintum excedit. d. l. 2. §. ult. ff. de Decurio. & supra attrigi. Nec auctoritas glossa, qua mouetur Abbas, necessaria est, sed probabilis.

Tertia fuit opinio Barbatia, qui in consil. 2. l. col. pen. lib. 2. affirmauit, hoc t iudicis arbitrio relinquitur. idem in consil. 2. col. 3. lib. 3. post Io. Andre. in cap. quoniam frequenter, ut lite non contesta. quo loci Maria. Soc. sen. col. 3. uers. Secundo declaratur. idem Barb. consil. 80. in fi. eo. lib. 3. & in consil. 45. col. pen. lib. 4. ita etiam sentit Bal. in sua Margarita, in uerbo, senex. Flor. in l. lege aquilia si deletu. ff. ad l. aqu. que secutus est Fel. in d. c. quonia frequenter, col. 6. uers. ad tertiam quaestionem. hanc sententia ego sequor in his casibus, in quibus nulla clara iuris extat constitutio. ubi enim est ita constitutum, illud seruamus, nam ad excusationem tutela & curia: is senex dicitur, qui annum agit septuagesimum. d. l. 3. de iure immu. d. §. item maior. inst. de excus. tuto. sic t senex is dicitur qui annum agit quintum & quinquagesimum, ut a psonali munere excusetur. d. l. ult. C. qui etate. 10. ubi ergo diffinitum non est, qua etate quis senex dicatur, iudicis arbitrio relinquitur. atq; ita erit interpretandus tex. l. non aliter. §. primo. de leg. 3. sic etiam l. inuiti. ff. de testib. cap. nisi. §. alia. de renunt. & cap. quoniam frequenter, ut lite non contest. ita in dominio Mediolani senex dicitur, qui annum sexagesimum agit, ut ad aeternam rei memoriam examinari possit, ex const. in tit. De probationibus, c. 1.

SUMMARIUM.

- 1 Valitudinarius quis.
2 Testes ualetudinarios ante litem non contestata posse examinari.
3 Valetudinarij in multis excusantur.
4 Valetudinarius est, qui infirmus est.
5 Iudicis arbitrio relinquitur quis ualetudinarius censeatur.
6 Mulier pragnans ualetudinaria dicitur.
7 Senex ualetudinarius dicitur.
8 Senectus est morbus.
9 Regulam Cancellariae De infirmis resignantibus, lo cum non habere in senibus.
10 Infirmitas quid sit.
11 Constitutiones nouae Mediolani tit. de probationibus c. 1. ibi, periculosa infirmitate declarantur.
12 L. ciuitatibus. in princ. de leg. 1. declaratur.

- 13 L. 5. ff. de dona. causa mor. declaratur.
14 Debilem inter ualetudinarios enumerari.
15 Debilitatus quis.
16 Infirmus quis.
17 Morbus duplex, in toto corpore & in parte.
18 Debilitatos domi examinandos esse.
19 Debilitatum excusari a muneribus personalibus.
20 Delegatum ob debilitatem uices suas subdelegare.

CASVS LX.

VALETVDINARIJ, ET DEBILES QUI CENSEANTUR, & E QUIBUS MUNERIBUS EXCUSANTUR, DILIGENS EXPLICATIO.

Postea quam de sene uerba fecimus, non est incongruu hoc loco declarare, qd t ualetudinarius censeatur. est. n. utile admodu hoc scire, cu plura illis soleant concedi, ut habetur in ca. qm frequenter, ut lite non contesta. quo constitutum est, t testes ualetudinarios ante litem contestata posse examinari, cu periculum in mora esse uideatur. sic t ualetudinarij non coguntur inuiti uenire ad dicendu testimoniu. l. inuiti. ff. de testib. sic excusantur ab onere tutela & curia: ab onere ferendi testimoniu. in §. ite propter aduersam, institu. de excusatio. tuto. sic Tribuni officium olim erat inuisere ualetudinarios, l. officiu. ff. de re milit. sic etia ualetudinarius non cogitur ad iudicem ire, ut iusiurandum subeat, sed ei ad domu transmittitur. l. ad personas. ff. de iureiuran. Quis ergo ualetudinarius sit, ambigitur, plures doctoru opinionones retulit Abb. d. c. qm frequenter. num. 19. Vna fuit Ioan. Andre. t ualetudinarios esse, qui sunt infirmi, cu contra natura morbo aliquo laborat, ueru hac declaratio perplexa & subobscura est. Altera fuit opinio Innoc. dicentis, ualetudinarium dici qui pp corporis debilitate infirmus est, sed laborat aliqua febre acuta. attamè hac opinio est admodum obscura, ex eaq; rem hanc intelligere non possumus. Vnde ergo est tertia illa Abbatis declaratio, t hoc totu iudicis arbitrio relinquit. q sententiam probauit Bald. in authentica sed si quis ab aliquo. numero decimotertio. C. de testibus. Lucas a Penna in l. unica. colum. secunda. C. de mend. ualid. libro 11. Socin. sen. consil. 244. columna quarta, libro secundo. & Marsilius in l. quaestionis modum. nume. 19. ff. de quaestio. hic ergo iudex, eos iudicabit ualetudinarios, qui malo corporis habitu & effectu sepe male ualent, atq; ita frequenter egrotant. ita Gemin. in cap. 1. de cler. agro. in sexto. Soc. d. c. quoniam frequenter, colum. quarta. uersicu. 3. declaratur. inter ualetudinarios enumerari solet a nostris t mulier pragnans. ex l. 2. §. sed & si non propter. ff. si quis caut. ita Floria. in l. inuiti. ff. de testib. Verum Fel. in d. c. quoniam frequenter. nu. 6. eam rejicit, & rectè, cum d. §. sed & si. differentia constituat inter pragnantem & ualetudinariam: imò pragnantem, qua peperit, & adhuc cubantem, non esse ualetudine mala impeditam, sed quasi, si que improprie male ualere creditur. sunt & qui inter ualetudinarios, t senes enumerant, ut huius opinionis fuit Abbas in cap. magna. col. 1. de uoto. dum docuit, statutum loquens de infirmis, in senibus locum habere, & probat c. 1. §. sin autem Episcopus, de

cler. agro. in sexto. ubi dispositum in Episcopo agro tante, ut possit coadiutorem impetrare, statutum est in Episcopo senio egrotante. quod respondit et Parisius consil. 29. num. 68. lib. 2. Vnde Comicus ait, t senectutem per se ipsam morbum naturalem esse. sic M. Tull. in Oratore de Q. Mutio loquens inquit, & ille senectutis morbus non aequidem incidens est & transiens. Verior tñ & recepta snia est, inter ualetudinarios & infirmos, senes non esse connumerandos, ut hanc probat Felinus & Soci. sen. d. ca. qm frequenter. ex illo textu. sic Gomez. in t regula Cancellariae de infirmis resignantibus. q. 7. dum multis affirmat, regulam illam non habere locum in senibus resignantibus, qui uere infirmi non dicuntur, quod placuit & Rebuffo in praxi beneficio. titu. De infirmis resignantibus. gl. 2. nu. 13. sic etiam Alciatus sentit tract. De praesumptio. reg. 1. praesumpt. ultim. d. scriptum reliquit diffinitionem infirmitatis non conuenire senibus; est enim t infirmitas habitus cuiuscunque corporis contra naturam. l. 1. §. sed sciendum. ff. de aedil. edicto. qui sane habitus contra naturam non inest senectuti, cum illa ex natura sit. probat & hanc sniam text. d. c. 1. §. sin autem Episcopus, de cler. agro. in sexto. dum diffinitiuam ponit inter senem, & infirmum, probat & l. cui dens. ff. de aedil. edicto. Hanc ego sententiam ueram esse intelligo, nisi is senex adeo senio confectus esset, ut illi negotio de quo ageretur, superesse non possit: ut puta in casu d. cap. quoniam frequenter. si ita senex testis sit, ut secundu naturae cursum parum a morte distat, ualetudinarius infirmusq; dici potest; examinari tñ ante litem cõte statam ita potest, ut uere senes possunt. ex clara illius canonis dispositione, ita etia sunt interpretandae non uer t constitutiones Mediolani, titulo De probationibus, cap. 1. quibus cautum est, constitutos in infirmitate periculosa posse examinari ad aeternam rei memoriam. periculosa infirmitas intelligitur illa, ob quam mors sequi posse ante tempus quo in iudicio ordinariè examinandi essent. sic in casu d. §. sin autem Episcopus. Quo circa dicendum est, senectutem non esse morbum: sed ualetudinario, & infirmo senem tunc equiparari cum graui senio confectus est. atque de his erit intelligendus text. t l. ciuitatibus, in princ. de legat. primo. sic etia text. l. 1. §. quem ita senio. ff. de uac. mune. quo loci dicitur senio confectu excusari a munere personali. sic quoque erit declarandus text. capitu. si quis testium, de testibus. quo est constitutum, testes senex domi esse examinandos. sic intelligendus est text. t l. quinte. ff. de donatio. ca mortis, ubi senex dum donat, causa mortis donare dicitur. & ab hac declaratione non dissentit Abbas dicto capitulo quoniam frequenter. & Alcia. d. praesumptio. ultima. nu. 4. inter ualetudinarios solet etia enumerari t debilis; ita Fel. d. cap. quoniam frequenter. nu. 6. uersic. dum dicitur hic, quod uerum existimo, cum debilitas a mala corporis dispositione & tēperie prouenit, alias non, nam ab infirmitate distat debilitas, ut colligitur ex rub. de cler. agro. uel debil. & ibi in ca. 2. debilitatum illum appellat cui manus abscissa fuit. quare Barto. l. 2. in fin. de publ. iudic. & Bald. in l. 3. in fine. & ibi Decius nume. 13. C. de ser. fugiti. t debilitatum eum appellant, qui officio aliquius membri impeditur. idem censuit Decius post

Abbatem & alios in cap. si pro debilitate. nume. 1. 2. de off. deleg. est; & text. in l. non solum ubi Ange. de rei uend. infirmus aut is proprie dicitur, qui intrinsecus morbo aliquo ex humoru excessu causatus, laborat, ita Ripa tract. pestis, in prin. nu. 2. 3. quem secutus est Hispan. super d. regula Cancellarie de infirmis resigna, q. 7. uer. sed predictis, & est tex. notabilis in l. 1. §. sed sciendum. ff. de ædilitio edicto. dum morbu duplicem intelligit in toto corpore, ut febris, in parte ut cæcitas, uel pedis debilitas. Cuius Iuriconsulti uerba retulit Gellius lib. 4. noct. Attica. cap. 2. si ergo, debilitatus quis ita sit, ut illi muneri de quo agitur incumbere ita non possit, ut non potest ualentinarius & infirmus, a paritate rationis dispositio loquens de infirmo, in debilitato locum habebit, ut in casu cap. 2. de cler. agroran. uel debil. & in casu capit. si qui testium. de testibus. quo est constitutum, ita debilitatus esse domi examinandos, ut sunt examinandi ualentinarij & senes. sic uidemus debilitatum excusari a muneribus, quæ corpore implenda sunt. l. 2. §. corporis debilitas. ff. de uaca. mune. sic debilis excusatur a munere cognoscendi & iudicandi. Hinc, si debilis delegatus datus sit, alteri uices suas mādare potest. d. ca. si pro debilitate, de off. deleg. q. intelligitur de tali debilitate, q. illius muneri executionem impediatur. ita sentiunt Ias. l. 1. nu. 83. & ibi Rimal. nu. 26. & Purpur. nu. 540. ff. de off. eius cui mand. est iurisd. Feli. in d. c. si pro debilitate. de off. deleg. Gaspar Vallascus in l. Imperiū, n. 14. de iurisd. om. iud. ex industria cætera, prætereo.

S V M M A R I V M.

- 1 Mortis in periculo qui peregrinātes esse censeantur.
- 2 Testes ad æternā rei memoriā examinari posse, cū de eorum uita timetur.
- 3 L. 3. ff. de dona. causā mortis, explanatur.
- 4 Mare nauigās ī periculo mortis est. infra declaratur.
- 5 Nauigatio periculosa & incerta.
- 6 Cato trium se pgnitere dicebat.
- 7 Anacharsis dictum contra eos, qui mare nauigant.
- 8 Peregrinatio longa pedestris mortis periculū habet.
- 9 Regulam Cancellariæ de infirmis resignantibus, locū non habere in eo qui mare nauigaturus est.
- 10 Iudicis arbitrio relinqui an iter faciens terra, mariq; in mortis periculo sit.
- 11 L. Vtiq; §. culpa. ff. de rei uend. declaratur.
- 12 Vegetij locus de maris tuta nauigatione.

C A S V S LXI.

QUANDO ITER FACTVRVS TERRA, uel mari in mortis periculo ueretur.

Qui in mortis periculo ob longam peregrinationem ueratur, ualentinarij ac senio cōfessis, multis in casibus i iure æquiparari solēt, ut in casu c. qm̄ frequenter, ut lite non contestata, quo est constitutum, ad æternam rei memoriā testes tunc examinari posse, cum de eorum uita timetur, ut quando peregrē sunt profecturi, præsertim, si mare nauigādum est: ita ibi scribentes, quos statim referā. sic in casu tertie, cum l. seq. ff. de dona. caus. mortis, ubi donatio causa mortis dicitur, cum quis infir-

mitate detinetur & donat, ut cum est in ipso mortis periculo ob peregrinationem. Dubitant ergo nostri qn̄ quis dicatur in mortis periculo ob peregrinationem? Ant. But. in d. c. qm̄, tunc esse dixit, cum mare nauigandum est, uel cum p loca infidiosa est trāseundum, ex d. l. 3. & l. 4. de dona. caus. mortis. sic ex illis censuit Bal. in c. pastoralis. nu. 4. de off. ordina. declarando textum illum, ut nauigaturus ab excommunicatione absolui possit à subdelegato, ut is qui est in mortis periculo, cum nauigatio sit incerta & periculosa. l. cuius. C. de off. Recto. prouin. Hinc Cato ille censorius dicere consuevit, trium, quæ in uita egit, se pœnitere. Primum q. arcana fœminæ credidisset. Secundum, si quis dies ipsi absq; fructu effluxisset. Tertium, si quopiam nauigio uectus esset, quo pedestri itinere peruenire licuisset. sentiens periculosam esse admodum nauigationem. Hinc Anacharsis Schita, dum aliquem, qui nauigauerat, interrogasset, quāta esset spissitudo tabularum nauicarum, isque responddisset, quatuor digitorum, tantillum tunc (Anacharsis inquit) a morte abfuisi. & iterum interrogati cui dam, an nauigantes inter mortuos uel inter uiuos referret? in utroque dixit, numero pono. sentiens maximum esse nauigationis periculum. sic Ouidius.

Nam propē tā latum quā propē cernit aquā. & alia nonnulla adfert Gomef. in reg. cancellariæ de infirmis resignantib. q. octaua. sic dicitur esse in mortis periculo, qui longam & si pedestrem peregrinationem sit suscepturus: ita Hostien. d. c. quoniam frequenter. Verū hęc opinio non est ita absolutē uera, cum in iure constituatur differentia inter constitutum in mortis articulo, & nauigantem mare: cum nauigans in periculo esse non dicatur, si oportunitis temporibus mare ingrediatur, ut ostendit Paulus in l. utique, §. culpa. de rei uend. dum negat, eum esse in culpa, qui tēpore congruo ultra mare nauigans naufragium fecit, in quam culpam certē incidisset, si sua natura nauigatio periculum mortis præ se ferret. Accedit, quod nunquam excusarentur, qui fortuito naufragium passi sunt, contra l. quoties. C. de naufrag. lib. 10. Hinc etiam scriptum reliquit Gome. d. q. octaua, regulam Cancellariæ de infirmis resignantibus, locū non habere in eo, qui nauigaturus est, etiam si in mortis periculo uideatur.

Secunda ergo fuit opinio Abbatis in d. cap. quoniam frequenter. hoc relinqui iudicis arbitrio. hic ergo iudex arbitrari poterit nauigantem non esse in mortis periculo, si maria nauigari consueta nauigauerit, ut mare Hadriaticum, Ligusticum, Hispanum, & his similia: & si hęc congruis temporibus ingreditur, hoc est à Calend. Aprilis usq; ad Calend. Octobris, ut inquit text. l. quoties in fine. C. de naufrag. & hoc in casu intelligi debet d. l. utique, §. culpa, de rei uend. non si alijs temporibus, quibus maria clauduntur, ut est apud Vegetium de re milita. libro quarto, dum inquit: Ex die tertio Iduum Nouembris usque ad diem sextum Iduum Martij, maria clauduntur: nam lux minima, noxque proluxa, niuium densitas, aeris obscuritas, uentorum, imbrium, uel niuium geminata sanitia, non solum classes à pelago, sed etiam com meatus à terrestri itinere deturbat. Hęc illa. His ergo temporibus nauigans in mortis periculo esse poterit iudicari. atque ita hoc casu intelligo

telligo l. 3. de dona. caus. mortis. Non etiam illud inficias ideo iudicem posse arbitrari, idē esse in eo, qui in longinquas regiones iturus est terrestri itinere, uel etiam maritimo, illi, qui in mortis periculo est: nō quia iā mors instet, sed quia ob temporis diuturnitatē, locorū distantiam, & multa incōmoda, quæ peregrinatio adfert, domum nō sit reuersurus. ideo in d. c. quoniam frequenter, longa peregrinatio facit, ut testis ad æternam rei memoriā possit examinari, quemadmodum & ualentinarius, sic in ceteris, quæ parem rationem habent, dicendum est.

S V M M A R I V M.

- 1 Testes ad æternam rei memoriā examinari posse ante litem contestatam, ob diuturnam eorū absentiam.
- 2 Absentia longa & diuturna quæ.
- 3 Iudicis arbitrio relinqui, quæ diuturna absentia sit.
- 4 Absentia longa æstimatur, cum adferre potest damnum creditori.
- 5 Testes ob absentia diuturna suspicionem ad æternam rei memoriā examinari possunt.

C A S V S LXII.

QUANDO OB DIUTURNAM ABSENTIAM examinari possint testes ad æternam rei memoriā.

Cum in duobus iam relatis casibus attigerim testes ad æternam rei memoriā sicq; ante litē contestari, cum mortis subest periculum, uel ob senium, uel malā ualentinam; nō præteribo pariter ob diuturnam absentiam examinandos esse, ex d. c. quoniam frequenter, ut lite non cōtestata. ubi interpretes oēs. sic Bar. in l. lege aquilia si deletum. ff. ad l. aquil. Bar. & Bal. in auth. si quis ab aliquo. C. de testi. Pract. Papien. in forma capitulorum quando testes prod. ad æter. rei memoriā, in gl. j. Soc. sen. conf. 244. col. 3. lib. 2. Soc. iun. conf. 86. nu. 14. lib. 2.

1 Sed dubitari nunc contingit, quæ dicatur longa & diuturna absentia. Abb. in c. quoniam frequenter. num. 17. inquit, ex communi Doctorum opinione, hoc iudicis arbitrio relinqui. idem censuit Marian. Soc. sen. d. c. quoniam frequenter. col. 6. uerfi. Tertio declaratur. hic ergo iudex ex rerum, locorum, ac personarum uarietate omnia diligenter æstimabit, quamobrem, si iter adeo longum sit, ut actori adferre possit magnum incōmodum expectando, ut quia solutionis dies propē sit, tunc absentia diuturna iudicari poterit: si uerō debitum sit in longum diem, & talis futura sit testis absentia, ut ætate solutionis diem uenturus sit, non iudicabitur diuturna. ita Inn. ab Abba. d. nu. 17. relatus. idem illi affirmant, quando actor esset creditor sub conditione. Ego contra sentio, quia conditio, quæ a futuro euentu pendet, potest statim quod testis abesse cœpit, euenire, atque ita magno incōmodo creditorem afficere, nisi is testis interrogaretur: tum præsertim hic, ubi ab initio litis actori fauendum est, ut scribunt omnes in l. de die. ff. qui satisda. cogan. & nostram hanc sententiam probat d. l. lege aquil. si deletum. nisi conditio talis iudici uideatur, quæ uerē euenire potest, post redditum testis ad locum, & in his magna solet exi-

gi causæ cognitio. sufficit enim si iudex suspicionē aliquam de absentia & alia iusta causā habeat. ita Bar. in d. l. lege aquilia si deletum. in fi. ad l. aquil. Maria. Soci. sen. in d. c. quoniam frequenter. col. 6. uerfi. Tertio declaratur. quem secutus est Bartholomæus Soci. illius filius d. conf. 244. col. 3. uerfi. præterea & secundo lib. secundo. Cætera apud relatos interpretes uidentia erunt.

S V M M A R I V M.

- 1 Tempus octo dierum quod conceditur ex instrumento uenditionis in retractu, locum etiam habeat cum adhibitis testibus sit uenditio.
- 2 Testium fides & instrumentorum quando a pari procedant.
- 3 Constitutio de retractu apud Gallos, declaratur, & de eius ratione.
- 4 Heredem mitti in possessionē ex edicto Diui Abriani, cum testibus heredem se esse probat.
- 5 Statutum admittens solā probationem ex instrumentis, admittere etiam ex testibus iam examinatis.
- 6 Instrumentorum appellatione uenire testes iam examinatos.
- 7 Cōmunis loquēdi usus peritorij ī statutis spectatur.
- 8 Verba ubi non cōueniunt, nec dispositio declaratur.
- 9 Ratio ubi eadem est duobus in casibus sit intellectiua interpretatio, non extensio.
- 10 Omissum in legis dispositione haberi pro omisso.

C A S V S LXIII.

CVM RETRACTVS CONSTITVTIO octo dies, putā, à die confecti instrumenti agnatis concedit, an illud idem tempus concessum censeatur, cum adhibitis testibus sit uenditio.

Legem municipali sapissimè statutum est, agnatione proximiores, uel uicinos posse rem a proximioe uel uicino alienatā recuperare, restituo ipsi emptori numerato pretio, cuius quidē pretij fides sit ex ipso emptionis documento: qua fide facta certū temporis spaciū a lege datur ad pretiū illud persoluendum, ut putā octo dierum. Nunc dubitari cōtingit, an tempus appositum cum instrumentum fuit celebratum, locū sibi uendicet, cum solum testibus adhibitis uenditio facta est? And. Tiraq. uir multę lectionis in tract. de retractu consang. §. 2. gl. j. nu. 11. 18. rem hanc attigit, atq; concludit, hoc iudicis arbitrio relinqui: nam, & si (inquit ille) tempus octo dierum præstitutum sit, cum extat instrumentum, non tñ cum solis testibus declarari emptio potest. quamobrem, ut tempus non diffinitum, nec iure cōmuni nec municipali, iudicis arbitrio statuendum, erit. Ego uerō in illa opinione sum, tunc demum tēpus hoc iudicis arbitrio relinqui, cū testes in promptu quidem essent, sed adhuc non examinati & diligenter interrogati, ita ut de eorū fide adhuc dubiū sit: nam tunc alia est ratio in illis ac in instrumentum, cuius fides clara & aperta est, ut ex Baldo in l. 2. C. de edicto diui Adria. tollen. censuit Tiraquef. in d. glof. nume. 20. ubi infinitos propē congestit, & alios nos retulimus in tract. de recuperanda possess. primo remedio,

medio, nu. 224. sed quādo iam testes de pretij quantitate fidem fecissent, essentq; publicati, nec aliqua amplius de eorum fide subesse dubitatio, dicerem illud tēpus, quod in casu instrumenti prestitutum est, esse pariter & praestituendum, cum testibus fides facta est, nā par est uirtus. in exercendis. C. de fide instru. c. cū Ioannes, de fide instru. & tradit Bart. in l. si quis ex argentarijs. §. nec iterum. nu. 3. ff. de eden. & alios retulit in tract. de recuperanda possessione, primo remedio, nu. 227. est et rō utriusq; casus, & cōstitutio. n. solū cōsiderant fraudes tollere, dū de pretio uero fides sit, q̄ fides ita fit ex testibus, q̄ ex instrumento. & si fraus uno casu cōsiderari potest, sic & altero.

Hinc cōstitutio illa Gallie requirit iuramentū ipsius corporis, si proximus de fraude timet. Nec hic militat illa rō Tiraquelli, quod testium probatio nō sit tam prompta & expedita, ut illa que fit per instrumenta, quia responderi potest, primò in hoc non esse horum constitutionum rationem, non enim considerarunt, quod citissimè de pretio fides fiat.

Secundò dico, quod terminis paribus prae-suppositis, idē est. nā uidemus et in instrumentis fidē nō esse aliquā ita promptam & apertā, ut qn legitime exceptiones obijciuntur, ut multos recensimus in dicto primo remedio recuperadae possess. nu. 225. Rursus ex eo confirmatur, quia uidemus, ut et Tiraq. d. gloss.

1. nu. 14. refert, & hīc institutū posse cōsequi missio nē in possessionem ex illo edicto Diui Adriani, ex l. ult. C. de edicto diui Adri. toll. si testibus se institutū heredem fidem is fecerit. ita gl. in d. l. ult. in uer. de positio nibus, quam multi à Tiraquello relati, sunt secuti. illis ego addo Vbertinum Zuccardum ibi nu. 346. uerfi. Secundò fallit, qui hāc esse communem testatur. Neuizanū consi. 26. nu. 4. Sapia d. l. ult. nu. 82.

Confirmatur, quia uidemus, q̄ & si statutū uelit tm aliquo in casu probatio per instrumentum, admitti tm possunt probationes ex testibus, iam examinatis & publicatis. ita Decius in c. 2. propē fin. uerfi. Decimo quartò statutū, de proba. post Ange, in d. l. ult. C. de edicto diui Adri. quē secuti sunt Alexā. consi. 93. lib. 6. Matthæ. notab. 5. & Marfi. sing. 484. Feli. c. sicut. col. 3. declarationē primā, de re iud. quas et is Tiraq. retulit. sic Sapia. d. l. ult. nu. 83. Nec aduersatur illa prima ratio Tiraquelli, instrumenti appellatione nō cōtineri testes, tā ex iuris cōis dispositione, q̄ ex cōmuni usū loquendi, ut multorū autoritatibus ille confirmauit: nā quod ad iuris cōmuni dispositionem, dico & instrumentorū appellatione testes iā examinatos & publicatos uenire, ex relata doctrina Angeli & sequacium, atqua ita clarè affirmant Bar. & Alcia. in d. l. notionem. §. instrumentorum. de uerbo. sign. qui hoc ex sermonis proprietate esse affirmarunt: & si reclamant alij in rub. extra de fide instru. qua ex re cessat illa Tiraquelli ratio, constitutionē hanc de instrumento loqui, atq; ob id nō posse intelligi de testibus, quia ex communi usū loquendi, appellatione instrumentorū non ueniunt testes, ut annotauit Bar. & Alcia. d. l. notionem. §. instrumentorum. de uerbo. sign. Feli. & Decius in rub. extra de fide instrum. nā illud hoc in casu non procedit ubi constitutio hanc, & aliā huic similes à uiris doctis & peritis scriptae sunt, quorum & communis usus loquendi spectandus in his est, ita sentit Baldus in l. lege 12. tab. num.

3. C. de legit. hered. qui dixit, statuta ut à iuris peritis condita, recipere interpretationem secundum artem liberalem. hoc clarius sensit Alexand. in l. stipulatio ista. §. hęc quoque. in fi. de uerbor. oblig. & Curt. sen. consi. 9. Ticinensi statuto, colum. 8. uerfic. uerba. n. statutorū. Cagnol. in l. si librarius. nu. 1. de reg. iuris. cessat & illa argumentatio Tiraquelli, quod ubi fuerit ba nō conueniunt, nec dispositio. l. 4. §. toties. de damno infecto, cū multis ab eodem Tiraquello cōgestis in l. si unq̄. in uerbo, libertis. nu. 2. C. de reuocan. dona. nā & si non conueniāt uerba, conuenit tm mēs & ratio, atque ita dispositio, quia ubi eadem est rō, idē ius constituitur. l. illud, in princ. ff. ad laquil. l. Titio. de uerbor. oblig. hinc censuit Bal. in l. quamuis. C. de fideicom. in prin. q̄ ubi eadem est & ratio in duobus casibus, non fit extensio, sed intellectiua interpretatio. egregiè Oldra. consi. 185. Thema tale, respondit legē enucleari, non autem extendi, cum eadem subest ratio. alios congeimus in tract. De recuperada possessione, remedio 14. nu. 19. 20. latissimè Tiraq. in d. l. si unquam. in dicto uerbo, libertis. nume. 45. 46. quo loci sic satisfacit regulā d. l. 4. §. toties, de damno infecto. praesertim is Tiraquel. ibi numero 47. dum multis Iureconsultorum locis ostendit, quod & si uerba deficiunt, esse tamen ita ex ratione dicendum, atque ita etiam dilui potest illa argumentatio, quod ubi aliquid in legis & dispositione omisum est, pro omisso haberi. cap. pen. de iureiuran. Bald. in l. si mater. C. de instit. & substi. Decius consi. 188. alios citat Tiraquel. quem statim referam. §. 20. glo. 1. nu. 19. nā omisum illud non censetur, in quo eadem ratio subest, ut ipsemet Tiraquel. in dicta glo. prima, nu. 19. fatetur, & eodem tracta. de retract. consang. §. 20. gl. 1. in fi. post multos, quos citat: quibus addo Signorolum consi. 38. uerficu. Nec placet. mea hęc est hac de re sententia.

S V M M A R I V M.

- 1 Dies apposta in instrumento, quando in sequenti censetur repetita.
- 2 Dies apposta in uno instrumento repetita censetur in altero illi primo colligato.
- 3 Dies apposta in uno instrumento unius libri, qui plura instrumenta continet, non censetur in ceteris repetita.
- 4 Iudicis arbitrium uersari, quādo dies apposta in uno instrumento repetita in altero censetur.
- 5 Notario credi, an dies posita in uno instrumento, sit etiam in altero repetita.
- 6 Dies apposta in uno instrumento diuersorum quinterorum non conglutinatorum quomodo in altero censetur repetita.
- 7 Dies apposta in instrumento diuersorum quinterorum conglutinatorum quomodo in altero censetur repetita. & ibi quid iudicis arbitrio in hoc relinquatur.
- 8 Tabulas secundas uacuas non rumpere primas.
- 9 Notarij cautela, cum chartam uacuum in medio scripturae relinquit.
- 10 Bartoli rationes aliquot improbat.
- 11 Relatio de uno ad aliud cessat, cum absurdū resultat.
- 12 Dies unius instrumenti non censetur repetita in altero ex locorum coniectura.
- 13 Duobus in locis remotissimis una die esse potest.

Diuis

- 14 Diuis Ambrosius una eademque die Romae & Mediolani uisus est.
- 15 Qualitas duorum instrumentorum cum est incompatibilis facit, ut dies posita in uno, non sit in altero repetita.
- 16 Dies apposta in medio libri conglutinati censetur in altero instrumento repetita.
- 17 Dies apposta in ultimo instrumento, an repetita in altero censetur.
- 18 Inclusio unius quando non sit exclusio alterius.
- 19 Clausula praecedens melius determinat sequentia quā econtra.
- 20 Quod ab antecedenti prouenit, magis sequenti debetur, quā econtra.
- 21 Data libri sexti decretalium, quid significet.
- 22 Clausula posita in medio ad qua referatur.
- 23 Clausula posita in fine ad praecedentia referri, cum fiat per se principaliter.
- 24 Clausulam positam in fine referri ad praecedentia, cū eadem subest ratio.
- 25 Relationem à subsequenti ad praecedentia cessare ex uerisimili mente disponentis.
- 26 Notario credi quomodo dies apposta in uno instrumento in altero repetita censetur.
- 27 Statutum Brixiae in ciuilibus cap. 172. sub rub. de loco, die, & testibus, declaratur.

CASVS LXIII.

PLENA MANU EXAMINATUR, quando dies in uno instrumento adscripta, in altero censetur repetita.

Abellionum mos, uel initium potius, aliquādo, imò saepe, est, ut in singulis documentis nō inscribant certam diem celebrati actus, sed unum tantum in libri initio, uel in medio uel in fine scribūt.

Dubitari contingit, quomodo & quando repetita censetur & dies in alijs? Iureconsultorum nostrorum signifer Bar. in l. si quis ex argentarijs. §. si initium. in repet. nu. 17. 18. 19. ff. de edēdo, rem hanc late explicauit; uerū non parum obscure affirmauit ille multis in casibus iudicis arbitrio controuersiam finiri. Ego autem, ut clarius rem omnem absoluam, sic plures casus distingo.

Primus casus est, qn in primo instrumento & appositus est dies, & in secundo nō, q̄ tm duo instrumenta simul se cōtinēt & colligata quodammodo sunt, tūc dies censetur in secūdo repetita: ita Bar. d. §. si initium. nu. 17. uerfi. Quāro an dies, ex tex. illo. cū Bar. sentiūt ibi Bald. idē sensit Soc. iun. consi. 102. nu. 2. lib. 3. q̄ fortius hoc procedere intellexit, cū in secundo instrumento esset scriptum, dicta die, ut statim dicam.

Extendit hunc casum is Socinus d. nu. 2. uerfic. & licet. procedere, etiam si duo hęc instrumenta, proxima tamen, cum alijs pluribus, non in libro, sed in filzia, quae paginas, singulasq; chartas habet se paratas, ut Papiae fieri solet, cōtinerētur: nā adhuc dies primi instrumenti censetur repetita in secundo. Hāc doctrinā uerā ego intelligo illo casu, qn illa duo instrumenta in duobus folijs simul conglutinatis scripta essent, secus si in separatis; nec alia adesset coniectura, q̄ eadem die essent celebrata, quia tūc esse pos-

set, quod illud scdm per multos dies post conscriptū esset, atque ita fortius esset, quando plura essent instrumenta in filzia sine die. sic etiam quando in ipsa filzia chartae essent sine ordine. ita Bar. d. §. si initium. prima lectu. nu. 7. & ibi Bald. & latius in repet. nu. 22. Alexand. consi. 153. nu. 11. in fi. lib. 2.

Secundus casus est, quādo plura & essent instrumenta in uno libro multarum paginarum, liberq; esset, ut fieri solet, ligatus, & folia recte conglutinata, tunc dies positus in primo instrumento, non censetur repetitus in oibus subsequētib, in quibus nulla dies apposta esset, ita Bar. d. repe. §. si initium. num. 18. in prin. Cuius snā uera rō est, quia non est uerisimile, imò nec possibile, notariū illū potuisse tot & tāta instrumenta una die recipere atque de illis rogari. hanc rōnem considerauit Bart. in d. §. si initium, in repet. col. 3. uerfi. pone tabellionē. quo loci Bar. recte satisfacit textui d. §. si initium, qui alioqui huic snā aduersari uidebatur. in hoc tm nō parū uersabitur & iudicis arbitriū, qui ex qualitate cōtractuū in instrumentis cōtentorū, ac ex qualitate psonae Notarij, arbitrabitur, an tot instrumenta una die recipere potuerit. fieri n. pōt, ut cētū ac ducētū recipiat. uerbi cā. Magnū prelati in festo diui Martini à suis censuarijs & emphyteutis recipit censum & canonem, quia res parui est momēti, illis oibus receptionis instrumentum facere pōt notarius & nomina soluentium & testiū uno in folio scribere illa die, & deinde, ut ipse Bar. d. uerfi. pone tabellionē, fatetur, extēdere in libro prothocolli.

Declaratur non procedere, quando & Notarius ad huc uiueret, qui possēt recordari de die celebrati instrumenti, in quo certa dies non esset adscripta: ita Bar. d. repe. §. si initium, num. 18. in princ. uerfi. Nam si uiueret, ea ratione utitur, quia in hoc ipsi notatio creditur tamq̄ officiali de officio sibi cōmisso. Iapparitores. C. de exac. tri. li. 10. l. si quis decurio. C. de falsis. & late dicemus infra suo loco, cū agemus quando nuncio referēti credatur. & de notatio tradit idē Bar. in l. si librarius. nu. 4. de reg. iur. & infra attingā.

Tertius est casus, & quando dies est scripta in primo instrumento & usq; ad dimidiū libri prothocolli non sunt in ceteris instrumentis dies adscriptae, liber que prothocolli est diuersorum quinterorū simul nō colligatorum, nec folia sunt simul conglutinata, ita, ut uideantur esse diuersi uoluminis: ut cum unus quinterus est altero maior: tunc dies posita in primo instrumento solū censetur repetita in instrumentis illius quinteri, non autem alterius quinteri. ita Bar. d. §. si initium. num. 18. uerfi. Dico sic, erit tamen quod iudex consideret an sit uerisimile illum Notarium potuisse una die tot instrumenta conscribere.

Declaratur nō procedere, qn scriptura unius quinteri cū scriptura alterius quinteri cōtinuaret. ita Bar. qui supra, uerfi. Et hoc puto uerū, illa rōne adducitur, quia illa scripturae cōtinuatio facit esse eundē librum, eadēq; tabulas, sicut. n. (inquit Bar.) nihil refert, adimatur aliqd re, uel uerbo. l. nihil. ff. de adimen. leg. ita nil refert q̄ iste quinterus cōtinuet cū sequenti re, hoc est, q̄ sit eiusdē uoluminis & ligatur: uel uerbo, hoc est, q̄ sit cōtinuata scriptura. Rursus (inquit Bar.) est hac de re casus in librorū. §. qd ergo, ibi, nō cōglutinati. de lega. 3. idē sensit Alex. d. §. si initium. nu. 3. ex doct. Bal. & Bart. in rub. ff. sol. mat. Bald. tamen

tamen sentit hanc continuationem solum procedere ob repetitionem anni & indictionis, cum (inquit Alex.) d. §. si initium, intra hoc tempus plura instrumenta recipi potuerint, quod in die non est ita uerisimile. ego dice rem idem esse, quoniam termini pares sunt, ut supra dixi.

7 Quartus est casus, quando liber prothocolli est diuersorum quinternorum simul atamen conglutinatorum, ita ut unus sit liber eademque tabula: tunc dies posita in principio libri censetur in subsequenti bus repetita. ex d. §. si initium, ut ibi sentiunt oēs, Bal. Ang. Alex. Iaf. Zasius & ante eos clarius Bar. in repet. nu. 19 uer. quandoque, qui hoc absolute uerū fateatur, quod ad instrumentum immediatum, quo uero ad alia multa subsequencia eodem in loco celebrata, inquit, iudicis arbitrio relinqui, qui ex consilio aliorum tabellionum, qui grauis sint iudicij & consilij, iuxta l. comparationes. C. de fide instr. l. 1. §. 1. ff. de uent. in spi. l. semel. C. de re milit. lib. 1. 2. arbitrabitur, an sit uerisimile, quod illa die in illa ciuitate celebrari potuerint tot instrumenta & contractus illius substantia & qualitatis, hoc tamē arbitrium cessaret, ubi adhuc testes instrumentarij uiuerent, ijque possent declarare, quae die celebrati contractus illi forent: nam testibus istis deferendum erit. ita Bar. eo loci ex l. iuris gentium. §. quod feret. ff. de pact. cessat etiā dubitatio quando in secundo instrumento esset scriptum, dicta die, & c. ita Soc. iun. consi. 102. nume. 3. lib. 3.

Declaratur primò non procedere, quando in illo libro scriptum est primum instrumentum cum die, deinde plures chartae non scriptae subsequuntur, & post has chartas albas extaret aliud instrumentum sine die, tunc illa dies primi instrumenti non censetur repetita in hoc secundo. ita Bar. d. repet. §. si initium. nu. 18. uer. si pone quod in prin. libri, & ibi Bal. & Sali. illa rōne utuntur, quia chartae illae non scriptae arguunt, mentem ipsius notarij fuisse uelle aliud instrumentum ibi scribere, atque ob id, inquit Bar. non est continuatio secundi instrumenti ad primum, sicque non sunt eadem tabulae, nec idem liber. & inquit Bar. rōne est deficientis uoluntatis non sit repetitio, quia fortè aliu diem in illo instrumento ibi describendo apposuisset. Cum ergo maximus sit defectus, ut uidemus ex l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de test. sequitur supplementum non posse: atque de uno in alterum repeti. cōfert text. l. si binæ tabulae, de iniusto rup. testa. quo probatur, secundas tabulas uacuas non ruperere primas. cuius rei rō est, quia non constat de disponentis uoluntate. cuius text. argumento dixit Boer. q. 274. nu. 3. mandatū non ualere, in quo nomen procuratoris non est scriptum, sed in uacuo relicto. Hanc declarationem uerā intelligit Bart. nisi per errorē is notarius chartas illas non scriptas dimississet. quod contingit aliquando, cum scriptor festinat scribere, qui sanè error probatur ex ipsius tabellionis asserione. arg. l. j. §. ult. ff. de his que in test. delent. uel si alio signo errorē ostēdat: nā (inquit Bar.) cautus notarij in non scriptis chartis lineā ab una in alterā partem ducunt, ibique scribunt, uacat, ut ostendant, se in eo loco nil amplius scribere uoluisse.

Declaratur secundò non procedere, quando notarius in primo instrumento scripsit annum & diem, deinde in secundo scripsit annum tantum, & spaciū scribendi diē omisit: tunc illa dies primi instrumenti non censetur repetita in secundo, ita Bar. d. repe. §.

si initium. nu. 19. illa ratione, quia apparet notarium aliam diem uoluisse apponere, & ex eo quod ibi millesimum repetijt, aliās dixisset eadem. Ego ueriores rationem hanc esse arbitror, quia esse potest, quod ibi aliam diem apposuisset. non. n. (ut male docuit Bar.) in casu claro sumus. nec illa secunda Bar. ratio solida est, quia millesimum ad maiorem declarationem extendi adscribere placuit. idem (inquit Bart.) est dicendum cum in secundo diē & numerū omisit. fortius etiam procedit, quoniam in secundo mensis uariaret, ut, quia in primo est scriptum, Anno 1567. mēse Ianuario. & in secundo esset dictum, mēse Maio. ita Bar. ibi, nec res haec dubium habet, & est in argumentū l. si idem cum eo. in fin. de iurisd. omni. iud. quo dicitur, must relationem de uno ad aliud cessare, quando absurdum resultaret. idem censuit Iaf. in l. talis scriptura. nu. 3. de leg. 1. ita responderunt Dec. consi. 195. col. pen. uer. si. Quarto hoc idem. Goz. consi. 9. num. 30. Craue. consi. 70. nu. 3. & consi. 266. col. 3. uer. si. Quarto nisi hic autem absurdum resultaret, quia dies unius mensis esset in altero mēse ab illo diuerso ac penitus remoto repetita.

12 Declaratur tertio non procedere ex cōiectura a locis sumpta, ut puta, si in primo instrumento scriptum esset, Patuij, & in secundo esset scriptum, Romae: nam hoc casu dies primi non dicitur repetita in secundo. ita Bar. repetitio. d. §. si initium. nu. 19. uer. si aut non sit perueniunt. distat. n. horū locorū arguit, eadē die non esse duo haec instrumenta celebrata. nec. n. quis unā die in duobus his locis esse potest, nisi miraculose hoc eueniat, ut fertur de Diuo & Ambrosio, qui uno mane missa Romae celebravit, & eo mane, Mediol. affuit, quemadmodum retulit Bal. in l. optima. col. j. C. de contrahenda & committenda stipulatio. & Boer. q. 165. nu. 8. qui alia similia miracula recenset.

15 Declaratur quarto non procedere, quando qualitas secundi instrumenti non se cōparatur cū qualitate primi, ita Zas. d. §. si initium. nu. 2. uer. si. Secundò limitata. adfert exemplū, ut si in primo essent scriptae impensa factae in meo doctoratu & in secundo impensa factae in mea lectione. haec. n. non se compatiuntur, cum non sit possibile eadē die haec fieri potuisse.

16 Quintus est casus, quando dies est apposita in uno instrumento in medio illius libri recte conglutinati & compaginati, tunc refertur etiam ad subsequentes, in quibus non est posita ipsa dies, ita Bar. d. §. si initium. prima lect. nu. 2. & in repe. nu. 20. & Iaf. nu. 4. nam & hoc initium esse dicitur, quod in sequentibus potest dici repetitum: atque ita dicendum est hoc in casu, ut in iam proximè relato. qua ratione fit, ut hic cōueniant declarationes ad illum relatæ. Huic conclusioni aduersatur, inquit Iaf. in c. inquisitioni. de appel. quo probatur, clausulam positam in medio, solum ad sequentia non trahi, sed ad praecedentia. uerum satisfaciā infra in ultimo casu.

17 Sextus est casus, quoniam dies est posita solum in ultimo instrumento totius libri prothocolli, an referatur ad caetera oīa instrumenta praecedentia, & in dubio non referri, censuit Bar. d. §. si initium. prima lect. nu. 3. & secunda lectura nu. 2. post glo. ibi, idem cum Bartolo censuit Alex. ibi num. 10. & in l. patris & filij, in fine. de uulg. Rui. consi. 23. in si. lib. 4. & adducitur Bar. ex text. d. §. si initium. ibi, postmodum,

mea. quae uerba non ad praecedentia, sed ad sequentia referri sentiunt. sed potest euitari, quia haec uidetur argumentatio ab inclusione unius ad alterius exclusionem, quae non procedit, cum ille casus, qui exclusus uidetur alia dispositione legis uel ratione includeretur. ita Dec. in l. 1. in princ. in tertia lectu. num. 84. ff. si cert. peta. & consi. 11. num. 18. & in specie magis ita Parisius consi. 111. num. 39. lib. 1. & rationes hic posunt aliquae considerari, ut infra subiiciam.

19 Secundò inquit Bar. quia clausula praecedens potentior & fortior est, ut sequentia determinet, quam econtra. l. quisquis. & ibi glo. de lega. 3. & l. filij. ff. quoniam dies leg. cedat. & ex d. l. filij. sic dixit Bar. in lauia, in princ. uer. si. item oppono. de cod. & demō. Rom. sing. 665. in si. Matthaeus. notab. 151. Nota sing. Decius consi. 92. col. 1. uer. si. Quarto hoc. & consi. 500. nu. 8. Gozad. consi. 82. n. 13. Iaf. consi. 64. col. ul. li. j. & consi. 12. col. 1. in si. lib. 3. & consi. 99. uer. si. praeterea clausula. lib. 4. Ruius inquit Bar. quod ab antecedenti prouenit, magis debet sequenti, quam econtra. l. scripto. ff. unde liberi. Hinc respondit Iaf. d. consi. 12. col. 2. in princ. lib. 3. & d. §. si initium. post Bal. in rub. extra de pact. & Iacobus de Aret. simulatione contractus melius à subsequenti contra contractus detegi, quā à praecedenti.

Haec Bartoli argumentatio euitari potest, quia & si potentior sit clausula, ut sequentia determinet, atamen hoc comparatiuum non negat suum positum: imò illud praesupponit & confirmat, clausulam scilicet in fine positā determinare praecedentia, & si non ita efficaciter, ut econtra. ea tamen ratione hanc communem opinionem uerā existimo, quia uerisimile non est, notarium omisisse adscribere diē in primo instrumento, ut deinde scriberet in ultimo, atque ita ordine praeposito illa dies respiceret ac determinaret praecedentia. est enim uerisimile quod si eadē die essent celebrati omnes, quod in primo, non in ultimo die adscripti essent: non ergo hic adest illa ratio, quae in casu contrario consideratur.

Verum huic communi sententiae plura aduersantur, ac illud primum, quod obijcit ipsēmet Bar. in repet. d. §. si initium. nu. 21. uer. si. sed contra. dū inquit datam libri sexti ad integrum librum referri. Recte

21 satisfaciā Bar. quod data, non originem compilationis, sed perfectionem ac publicationem respicere. Secundum est quod fortius urget, quia clausula in fine posita refertur ad omnia praecedentia. l. in fin. C. de liber. praete. cōfirmatur ex l. 3. §. filij. & §. seq. de libe. 22 & posthu. ubi clausula posita in medio, ad praecedentia, non ad sequentia refertur. sic probat cap. inquisitioni. de appellat. Verum possumus respondere, & primò ad d. l. 1. C. de iure deliberan. tunc clausulam positam in fine referri ad praecedentia, quoniam per se principaliter est posita, secus si ad aliam qualificandam, ut hic, ubi est ad qualificandum instrumentum, in quo adiecta est dies. ita respondet Iaf. §. si initium. ex declaratione Barto. in lult. ff. de rebus dub. Bartolum secuti sunt Decius consi. 92. nu. 1. Bolog. consi. 40. col. 5. Anto. Capicuo decisione 108. nu. 12. & Soci. iun. consi. 26. numero 5. lib. 3. tertio. idem sentit ipse Iafon d. l. talis scriptura. numero 37. Non multum mihi placet haec Iafonis responsio, quia, si uera esset, dicendum foret idem esse, cum dies est posita in primo instrumento: nam non red-

dit ratione diuersitatis Iafon, cur magis in casu illo dies stet per se principaliter, non qualificatiue ad illud instrumentum, quam in casu isto. rectius itaque erit responsum ex his, quae statim referam. illi uerò cōfirmationi ex l. 3. §. filij. de libe. & posthu. & ex d. c. inquisitioni, non satisfaciā Iafon, cum solum dicat in his certam doctrinam non posse dari.

24 Hic ego sic responderi puto, tunc clausula in fine positam ad praecedentia trahi, illaque determinare, quoniam eadem utriusque casus ratio subest, secus si maior & diuersa: ita post Bal. in l. in actionibus, tertio notab. ff. de his qui notant. infam. & alios plures respondit Dec. consi. 213. nu. 6. & clarius Rubeus consi. 49. nu. 4. Soc. iun. consi. 158. nu. 49. lib. 2. & consi. 68. nu. 17. li. 3. Craue. consi. 70. nu. 10. ratione uerò maiorem ac diuersitatis supra reddimus, cur ad sequentia debeat extendi dies in primo instrumento posita, quam econtra: nā uerisimilis mēs huius tabellionis scribentis fuit, aliam diem in praecedentibus adscribere, ut iā retuli. Ex quo sequitur illa declaratio nostrorū, qui dicunt ex uerisimili mente disponentis cessare hanc relationem. ita Oldr. consi. 152. Alex. consi. 48. lib. j. quos est secutus Craue. d. consi. 70. nu. 9. & Soc. iun. consi. 81. nu. 20. lib. 3. His dilui potest alia argumentatio, quae aliquando faciebatur ex d. §. si initium, quo probatur diē adscriptū in instrumento esse commune caeteris: quae sanè cōmunio operari uidebatur, ut ita trahatur ad praecedentia, ut ad sequentia. nā, si quid est inter te & me commune, ita à me ad te refertur & econtra. haec argumentatio diluitur, quia dicitur cōmunis per quādam improprietatem, quasi quod in primo sit scriptum etiam respectu secundi, quod non intelligeretur, si in secundo esset positum, ut referatur ad primum.

Declaratur non procedere, quando notarius hoc expressisset: ita Bar. d. repe. §. si initium. nu. 20. uer. si. quandoque notarius expressit, ea rōne, quia notario in his creditur. idem Bar. in l. si librarius. nu. 4. & ibi Dec. nu. 6. Cagno. nu. 2. de reg. iur. Alex. consi. 110. nu. 3. in si. lib. 2. creditur etenim unicuique in suo officio, ut supra attigimus, nā i claris cessant cōiecturae. sic etenim se in casu claro loqui scribit Bar. à quo non dissentit caeteri. Haec annotanda sunt pro interpretatione statuti Brixienis in ciuilibus c. 172. sub rub. de die, loco & testibus distincte ponendis de breuiaturis. quo quod statuto data est facultas notario, cui iā de functi breuiaria, seu prothocollo commissā sunt, ponēdi seu scribēdi diem extensē, quē reperiet sic scriptū anno, die & hora superscriptis. poterit extendere, ut puta, anno 1567. die 4. Decēbris. hoc sanè statutū procedere, & in illis casibus, in quibus eadem rōne tempus cēseretur repetitū ex praecedenti scriptura in sequentē, ut supra suis locis declarauimus. in casibus autē duobus bene consultum erit notario, si iudicē consuluerit, ut is pro suo arbitrio, quod aequum est, statuat.

S. V. M. M. A. R. I. V. M.

1 Pauper sit, & quis diues.
2 Diues est secundū aliquos, qui quinquaginta coronatos habet in bonis.
3 L. nonnulli. ff. de excus. declaratur.
4 S. sed nostra. insti. de success. liber. declaratur.
5 Diues qui secundum M. Crassum.
6 Diuites apud Romanos, qui.

- 7 Iudicis arbitrio reliqui quis sit dives, & quis pauper.
- 8 Ecclesia quando pauper dicatur.
- 9 Inops quis iudicis arbitrio dicitur.
- 10 Pauper quis sit, ut a munere tutela excusetur.
- 11 Pauper testis quando dicatur.
- 12 Pauperias fidem non minuit, relinquitur tamen arbitrio iudicis.
- 13 Statutum Veronae lib. 2. cap. 153. De causis pauperum declaratur.

CASVS LXV.

QVIS DIVES, QVIS PAUPER, ET quis inops censetur, late explanatum.

Nondum satis cognita uideretur apud Iureconsultos nostros controuersia, quis diues iure dici possit, & contra quis pauper. Vna fuit eorum opinio, qui opinati sunt eum diuitem esse, qui quinquaginta coronatos in bonis (ut nostri dicunt) habet, ex l. nonnulli. ff. de excus. qua sanè sniam retulit gl. in auth. Præterea. C. unde uir. & uxor. uerū casus is est a iure sic declaratus, ut clarè docuit Bar. in l. si constat, n. 14. & ibi Ripa nu. 29. soluto matrimonio, & alij, quos mox referam, accedit text. d. l. nonnulli, non conferre ad rem; nam & si pauperem eo casu eum iudicet Iureconsultus, qui quinquaginta non hēt in bonis, nō tñ e contra eum credidit diuitē, q̄ quinquaginta habet. Altera fuit opinio gl. §. pen. auth. de exhib. reis. eū esse diuitem, qui centū habet aureos, ex §. sed nonstra. inst. de success. liber. quos sanè aureos summam centū triginta coronatorū ex nostratibus constituere scripsit Alc. lib. 1. 2. Parerg. iuris, c. 11. dum eū §. sed nostra, interpretatus est. Verū is tex. ad rem nō cōfert; nec enim eo loci iudicauit Iustinianus, libertū centum aureos habentem, diuitem fore, uel pauperem. Alij dixerunt, eum esse t̄ diuitem, qui proprijs redditibus possit legionem alere, ut dicere cōsuevit M. Crassus. author est Putarch⁹ i illius uita, & quem maxime irridet M. Tull. c. ult. paradoxorum. qui diuites eos esse, s̄m philosophos censuit, qui sapiētes sunt, apud Romanos t̄ diuites illi habebantur & in nobilium nu. quibus quadrigentorum sexteriorū ipsi patri auoque census fuisset, ij in ludis spectādis in nobilium subellijs sedere poterāt. author est Plinio lib. 23. natur. histo. c. 3. & Alex. ab Alex. lib. 5. de iur. genialium c. 26. In tanta perplexitate, crebriore calculo recepta fuit illa opinio, hoc totū esse t̄ iudicis arbitrio, qui iuxta personarum qualitatem iudicet diuitē ac pauperem. ita censuit Bart. d. l. si constat, nu. 29. ita glo. in auth. Præterea, ubi Dec. nu. 15. & Curt. iun. nu. 23. & Pepus nu. 7. C. unde uir. & uxor. idem Dec. cons. 163. nu. 5. alios plures huius sniæ retulit Didacus lib. 2. uaria. resolu. cap. 6. nu. 8. qui huius opinionis retulit Feli. Soc. & Calcan. illis ego ad do Barb. cōsi. 1. col. pen. lib. 2. cons. 2. col. 3. cons. 80. in fi. lib. 3. & cons. 4. col. pen. lib. 4. Soc. sen. cōsi. 1. 2. nu. 27. lib. 4. his accedit Ioan. Lopez. de Palatios Ruuios in rubr. extra de donationibus inter uirum & uxorem. §. 11. nu. 11. Lucas à Pēna. l. unīca. colu. 2. C. de inend. ualid. lib. 1. 1. Hieronimus Gigas tract. de pensionibus, quæst. 89. nu. 10. communem testatur Grauatina in annota. ad praxim Vestrij, lib.

4. cap. 4. nume. 30. Ruin. cons. 55. nu. 45. lib. 1. Marfil. l. questionis modum. num. 8. ff. de questionibus, Alc. respo. 252. nume. 2. & Tiraquellus in l. si unquam, in uerbo, omnia uel partem, nume. 31. C. de reuoc. donat. Gaspar. Vallaschus. l. imperium. nume. 264. de iurisd. omn. iud. Afflictus cap. 1. numero 21. uerfic. Item habet arbitrium interpretandi, ex quibus cau. feud. amirra. sic duas ecclesias pauperes dici arbitrio iudicis, ut simul uniri possint, scribit Rebuffus in praxi benef. in titulo de unionibus, nu. 39. ita pariter quando dicitur clericus pauper, ut ei possit conferri beneficium, & non diuiti: cap. ad aures; de rescrip. iudicis arbitrio relinquitur, ita eruditus Iurecons. Marcus Mantua summa mihi amicitia cōiunctus in d. c. ad aures. numer. 13. ij itaque censent omnes ex personarum & rerum qualitate, eum esse iudicandum uel diuitem, uel pauperem. Vnde fit ut nobilem, iuxta suam conditionem pauperem iudicemus, et si in bonis mille is habeat; & e contra diuitem credimus rusticum, qui centum habet. Sic t̄ inops quis, iudicis arbitrio dicitur, ut præcitati interpretes scribunt, qui in opem quid minus ipso paupere habere dixerunt, ut Decius. d. auth. præterea. nu. 16. uerfic. sed potest saluari. Cunde uir & uxor. Soc. sen. cons. 30. in fin. lib. 4. Afflict. decif. 179. & si aliter, & rectius sorte senserit Ias. in d. l. si constante. num. 144. ff. solu. matr. & in l. ab arbitro, nu. 13. ff. qui satisda. cog. cuius sententiam probat rex. in §. qm. in Auth. de exhib. reis. erit ergo iudicis arbitrium iudicare, quando quis pauper sit, ut a munere tutelæ se se excusare possit. l. paupertas. ff. de excusa. tuto. §. sed & propter paupertatem. inst. eo. & si eo loci dixerit Accursius, pauperem eo casu esse iudicandum non ex bonis, sed ex facultate administrandæ tutelæ, ut quæ alijs implicitus negotijs toto oneri superesse nō possit, cum laboribus quætere debeat unde se ipsum aliat. uerius tamen est, hoc in iudicis arbitrio esse. sic iudex arbitrabitur quando t̄ pauper testis dici possit, ut illius fides minuat, iuxta tex. l. 3. §. tu magis. ff. de testi. ubi glo. & ibi Amilius Ferretus nu. 2. quæ sententiam sunt secuti Io. And. & Imola in cap. si qui testiu, de testi. & ibi Are. sic Crotus tract. testiū, nu. 24. uerfic. circa tertiam. Verū gl. d. l. 3. & d. cap. si qui testiu, contrarium uerius dixit, dummodo t̄ honesta persona sit, quæ sanè snia uerior est, ac crebrior. Cy. l. 3. q. 7. C. de reb. cre. Marfil. lex libero. de quæst. Dec. cons. 163. nu. 4. quos retulit & probauit Didacus lib. 2. uaria. resolu. cap. 6. nu. 8. Verius itaque est, pauperem in totū a testimonio non repelli, sed esse aliquē in causa ut eius fides minuat, ut si ob eā suspectus sit, ut sensit gl. in cap. prohibentur, in uerbo, paupertatem. 2. q. 2. hoc totū ergo a iudicis arbitrio pendet, ut in specie annotarunt ibi Alber. Sal. & Fel. d. c. si qui testiu, nu. 8. & Auferius de reprob. testiū. nu. 78. & Didacus qui supra, & alia referam infra in casu. 97. Erit pariter iudicis arbitrium iudicare qui inops sit, ut munera publica nō subeat; iux. l. cura. §. inopes. ff. de mune. & hono. sic quis pauper & quis diues in casu §. pen. in auth. de exhib. reis, erit in iudicis arbitrio: & si eo loci glo. senserit, eū pauperē esse, qui cētū in bonis non habeat, cætera uide apud Ias. d. l. si constat. Hinc inferri pōt declaratio ad statuta, quibus pauperibus aliquid eam ob causam concedi

tur

tur, ut extat statutum Veronæ lib. 2. c. 153. sub rubri. De causis pauperum, quo multa conceduntur in causis pauperum tractandis, que non in alijs permittuntur, & licet eo loci pauper intelligi uideatur, qui non pōt expensas per uia ordinariā agēdo sustinere, nihilominus adhuc in hoc declarando, an sustinere possit, uel non, uersabitur iudicis arbitrium.

S Y M M A R I V M.

- 1 Miserabilis psona q̄ sit, iudicis arbitrio relinquitur.
- 2 Statutum Patavinum sub rubr. De causis miserabilium, declaratur.
- 3 Pupilli & uiduæ inopia laborantes inter personas miserabiles enumerari.
- 4 L. 1. C. quādo Imper. iter pupil. et uiduā, declaratur.
- 5 Cap. significantibus. de off. deleg. declaratur.
- 6 Decretum antiquum Pedemontium lib. 2. Causa rusticorum, uiduarum, & c. declaratur.
- 7 Statutum Medilani c. 47. sub rub. de summaria rōne faciendā, ibi, & miserabilium personar. declaratur.
- 8 Constitutiones nouæ Mediolani, tit. de notarijs publicis, c. Notarij, il tertio. §. Hi uerò. declaratur.

CASVS LXVI.

PERSONA MISERABILIS QUÆ SIT.

Non longè dissimilis à iam relato casu est, qui nunc subiicitur, quis t̄ miserabilis in iure dici possit. receptissima est Doctorum snia in iudicis arbitrio hoc positū esse, ita Inno. & Bar. quos refert & probat Dec. in auth. præterea. nu. 16. C. unde uir & uxor. sic Albe. tract. statuto. par. j. q. 3. Barb. cons. 2. 1. col. pen. lib. 2. cons. 2. col. 3. consil. 80. in fi. lib. 3. & cons. 45. col. pen. in fi. lib. 4. Calca. consil. 47. nu. 12. Guido Papæ q. 566. quia secundum Marfil. l. questionis modum. nu. 11. ff. de quæstio. Ripa l. si constante. nu. 30. sol. matr. Oldendor. de iure sing. in tit. de priuileg. miserab. nu. 1. Neuz. lib. 6. Syluæ nupt. nu. 34. 35. Alcia. l. nec adiectio. nume. 78. de uerbo. signifi. Mantua in c. nonnulli. nu. 12. de rescrip. Dida. lib. practica. quæstio. c. 6. nu. 3. in fi. post Rebuff. in constit. regias. to. 1. tit. de sentent. prouisionalibus. gl. ult. hanc iuris communis sententiam secutum est t̄ statutum Patavinum sub rub. de causis miserabilium, quo cautum est, Prætorem declarare debere, quæ sint personæ miserabiles. iustus ergo iudex qualitatem personæ considerabit, & iuxta eius conditionem arbitrari poterit, an iure illa inter miserabiles haberi possit. inter miserabiles habere conuenit t̄ pupillos ac uiduas inopia laborantes, ut probat l. j. C. qn̄ Impe. inter pupil. & uiduas, ibi, si pupilli uel uiduæ, alij fortunę iniuria miserabiles iudiciū nostræ ferentis optauerint. quod clarius affirmat Alex. cons. 121. nu. 14. lib. 1. dum respondit, miserabiles dici uiduas & pupillos, cum pauperes sunt; nec sufficere, si uiduæ tantum uel pupilli sint, utrunq; enim concurrere debet. quam sententiam probauit & Ias. in l. Titie textores. num. 6. de leg. 1. & alij plures, quos retulit Rol. a Valle. cons. 76. num. 38. 39. 40. lib. 1. Rebuff. in comment. ad constit. regias. tomo 1. titu. de sent. prouisio. glo. ulti. col. 2. Afflict. in commentarijs ad

constituti ones Neapolitanas lib. 1. rub. 33. de dādis aduocatis, pupillis & miserabilibus. nu. 4. contrariā opinionem ut ueriores secutus est Rol. d. cons. 76. nu. 45. lib. 1. pupillum & uiduā miserabiles dici, quāquā diuites, ex opinione Alex. d. l. Titie textores. nu. 7. & Affl. decif. 257. Abb. c. ex parte, de foro compe. Bal. Nouell. tract. dotis. par. 9. priuileg. 12. Bulgar. l. j. nu. 125. sol. matr. Neuz. qui supra. quibus addo Io. Lupum in c. per ueltras, in secundo notab. nu. 12. de dona. iner uir. & uxo. Dida. autem uir acris iudicij lib. pract. quæstio. c. 6. nu. 2. uerfic. obtinet. posteriorem hanc sniam in eo affirmat q̄ priuilegia fori censētur quidem uiduis & pupillis diuitibus concessa, nō cætera. sicq; d. l. j. C. quando Imper. inter pupil. & uiduas. habere locum in pupillis ac uiduis diuitibus. Nec dissentit Affl. d. rub. 33. nu. 5. post Iserniam, quæ citauit. quibus accedo, cum clara sint constitutionis uerba, si pupilli uel uiduæ alijq; fortuna miserabiles, dictio, alij, similiū repetitiua, ostēdit inter miserabiles, uiduas & pupillos simpliciter enumerari. Nec huic posteriori sniæ aduersatur t̄ tex. in c. significantibus. de offic. deleg. quoniam in eo non negatur, uideam inter miserabiles connumerari, sed solum negat illi uiduæ profuisse rescriptum expresso mendacio impetratum. duas causas expressit, una q̄ uidua esset, altera q̄ pauper: quæ simul iunctæ Pontificem mouerunt. imò subicitur impetrans illa, se potuisse consequi iustitiæ administrationem a suo iudice seculari: qd̄ si fuisset expressum, rescriptum non obtinisset, ut tex. in n. uir. est rō, qm̄ ad iudicem Ecclesiasticum non est cōfugiendum, cum suus iudex laicus paratus est iustitiā administrare, ut probat tex. in c. nouit, de iud. & scribunt oēs in c. ex parte B. de foro compe. id quod etiam in possessorio recuperandā locum hñe cēsuit Dida. lib. pract. quæst. c. 6. nu. 2. uerfic. imò. ex qua interpretatione erit declaratio ad antiquum t̄ decretum Pedemontium, lib. 2. sub rub. Causa rusticorum, uiduarū, & c. ubi agitur de personis miserabilibus, & ad relatam statutum Patavinū. ita pariter declaratur t̄ statutum Mediolani c. 47. sub rub. de summaria ratione faciendā in certis causis. ibi, & miserabilium personarum. in dominio tñ Mediolani t̄ ex nouis constitutionibus titulo de Notarijs publicis, c. Notarij, il 3. §. Hi uerò. uidetur diffinitum, illos esse miserabiles, quos suo iuramento aliqui ad minus hoc electi esse affirmabunt. ij tamen arbitrio suo iudicabunt miserabiles ex supra relatis.

S Y M M A R I V M.

- 1 Nobilis quis.
- 2 Virtus nobilitat;
- 3 Iudicis arbitrio quis nobilis.
- 4 Nobilem quem dici ex patrię consuetudine.
- 5 Statutum Mediolani 218. sub rub. Quod pro depositis nobiles teneantur, declaratur.

CASVS LXVII.

QVIS NOBILIS DICATUR.

Controuertitur nō semel, quis t̄ nobilis dici possit, & e contra, quis uilis & deploratę conditio nis? & quāquam plura sint, quæ hominem reddunt nobilem,

- 2 nobilem, ut f uirtus precipue, qua de re fulsissimè apud Tiraq. tract. de Nobilitate, c. 4. apud quem ea tractantur in hac materia, que hominis ingenio excogitari poterunt. euenit tamen aliquado, ut statuto, uel ex consuetudine, nobili aliquid concedatur, nec explicatur quis nobilis, & quis uilis conditionis censetur. quare in eam sniam itum est, hoc esse in iudicis arbitrio positum, ita post Bal. in l. Gracchus. C. ad l. l. de adulte. Alex. in annota. ad Bar. in l. 3. in prin. ff. de testib. scriptum reliquit Tiraq. in d. tract. nobilit. c. 10. nu. 10. & in l. si unquam, in uerbo, omnia uel partem, num. 31. C. de reuo. dona. & Bal. secutus est etiam Ripa in l. si constante, num. 30. sol. mat. inquit tamen Tiraq. c. 10. nu. 12. iudicem arbitrari debere eum nobilem, qui t nobilis uel iure communi, uel statuto, uel consuetudine patrie nobilis creditur. cuius rei ueritas pendet ab his, que diximus supra lib. 1. q. 2. 3. His declaratur t statutum Mediolani, c. 218. sub rub. Quod pro depositis nobiles teneantur. quis enim nobilis eo in casu sit, non declaratur: ob id iudicis arbitrio relinquatur.

S V M M A R I V M.

- 1 Illustris persona que.
2 Iudicis arbitrio relin qui quis illustris dicatur.
3 Præfctus urbis illustris est.
4 Præfcti urbis potestas maxima.
5 Messalam Coruinum præfecturam recusare.
6 Præfctus urbis magnificus appellatus quandoque.
7 Cancellarij supremi Principum illustres hodie esse.
8 Quæstores illustres esse.
9 Quæstores sacri palatij, & quod eorum munus.
10 Quæstores magnificos interdum appellari.
11 Cancellarij supremus in Gallia loco antiqui Quæstoris est.
12 Cōsules illustres eē, sed iterdū Clarissimi appellatur.
13 Consules superillustres.
14 Consules nō animaduertisse in caput ciuis Romani.
15 Consulum potestas suprema.
16 Consules absolutum imperium non habuisse.
17 Consules Regiam dignitatem habuisse.
18 Consularem dignitatem iure nouissi no imminu tam.
19 Cancellario supremo hodie loco Consulum esse.
20 Senatores illustres esse.
21 Senatores superillustres esse ex aliquorū opinione.
22 Principem in Senatorum numero esse.
23 Episcopus sedēs in capitulo tanquam canonicus antiquiores canonicos præcedere non debet.
24 Rector Gymnastij præcedit Episcopum existentem in studio, cum scholasticus est.
25 Consiliarij in collegio Doctorum tanquam collegiati sedentes, antiquiores Doctores non præcedere.
26 Senatores clarissimos esse.
27 Clarissimus dignitatem generalem esse.
28 Senatorij ordinis potestas olim.
29 Senatus consulta, an olim legis uim obtinuerint.
30 Senatus auctoritas a quo imminuta.
31 Senatum Principi non aduari.
32 Senatus Delphinatus auctoritas.
33 Senatus Mediolanensis, Pedemontium, & Mōtisferati auctoritas.
34 Appellari non posse a sententia Senatus.
35 Consiliarios Principis esse illustres.

- 36 L. 1. C. de prepos. labo. lib. 12. declaratur.
37 Illustrare idem esse quod nobilitare.
38 Baritonfor Principis nobilis, an sit.
39 Consiliarios Principis cū Senatore a pari pcedere.
40 Dictionis, etiam, significatio.
41 Consiliarij Principis ad honores illustres, an sint.
42 Consiliarij honorarij post poni consiliarijs in administratione existentibus.
43 Doctor qui per uiginti annos legit, illustris an sit.
44 Antecessores qui iure dicantur.
45 Doctores qui per uicennium docuerunt publicè Comites & Duces appellari, an possint.
46 Comites illustres aliquando esse.
47 Doctor qui per uicennium docuit Vicariatus dignitate, an fulgeat.
48 Comites militum illustres, an sint.
49 Vicariatus dignitas, an illustris esset.
50 L. pen. C. de procura. explanatur.
51 Proconsules spectabiles esse.
52 Comes sine comitatu, an propriè comes dicatur.
53 Episcopum sine Episcopatu esse propriè Episcopū.
54 Marchiones Liguria.

C A S V S LXIII.

PERSONÆ ILLUSTRÆ. ET IBI qua dignitate fulgeant Præfcti urbis, Quæstores, Consules, Senatores, Consiliarij Principis, & Doctores qui uicennium publicè docuerunt.

Smilis est ferrè hic casus præcedenti, quando filius illustris dici quis possit. tandè Tiraq. in l. si unquam, in uerbo, oia uel partem, nu. 31. C. de reuo. dona. scripsit, iudicis arbitrio esse, ex gl. sententia in c.ulti. in uerbo, illustrium, de re iud. in 6. que uix hoc sentit. scio tñ in iure esse in plerisq; diffinitū qui illustres dici possint, ut sunt Præfcti Urbis, qui ab imperatore in l. uiros. C. de pala. sac. lar. lib. 12. sub tit. huius dignitatis nominatur. sic sentit Dec. in l. j. in prin. nu. 3. & nu. 11. ff. de offi. eius. idem sentit gl. in rub. ff. de off. præfcti urbis. est. tex. in l. pen. ff. de off. præfcti prætor. orien. & in l. quidquid. C. de off. diuer. iud. sed Iustinia. in l. ult. §. pen. C. ubi sena. uel clar. præfcturā illustri hā urbis appellat. Nec sane mirū qd esset illustris: nā summa erat eius t potas: ceteras. n. dignitates antecellebat Cæsarij sculo. l. 3. de off. præfcti urbis. iusq; deportandi habebat. l. inter. §. 1. ff. de interd. & releg. & ex Vopisco in Floriano scribit Corasi. in l. 2. au. 4. ff. de off. præfcti urbis, omnium potestatum appellatioues fuisse ad urbis præfctū, penes quem etiam aliquando fuit summa totius rei, ut ipse Corasi. scribit in l. 2. §. & hæc omnia. ff. de orig. iuris. Hinc legitur Messalam Coruinum eam dignitatem reculare ob immodicam eius potestatem. auctor est Crinitus lib. primo de honesta disciplina. c. 12. Est etiam illustris præfctis prætorio, ut docuit gl. in rub. ff. de offic. præfct. præto. quam sunt secuti Deci. in d. l. prima. in princ. num. 11. Curt. iun. num. 10. de offi. eius. ex l. præcipimus. C. de appella. Zeno tamen in l.ulti. §. pen. C. ubi Sena. uel Cariss. sedem t præfcti Prætorio magnificam appellat. sed augendè dignitatis uiderur, ut iam retuli ex sententia Baronis in d. l. ult. de sena. nam sic in l. prima. C. de senten,

ten. passif. Clarissimi, qui terminus generalis est, Dec. d. l. j. nu. 21. de offi. eius. illustres ergo hodie iure appellari possunt supremi t Cancellarij Principum, qui eam dignitatem præfcti Prætorio hodie genere dicuntur, ut annotauit Longouallius in l. Imperium, nu. 94. ff. de iurisd. om. iud.
8 Quæstores etiam illustri dignitate fulgent ut annotauit gl. in rub. ff. de off. quæsto. quo loci Alberic. docuit, quæstores oēs, quos multos fuisse scimus, illustres esse. gl. opinionem secutus est Deci. in d. l. j. nu. 12. ff. de offi. eius, ex l. præcipimus. C. de appel. Verum is tex. non absolute de quocunq; quæstore, sed de t quæstore sacri palatij tm loquitur, hi quæstores cā didati appellantur in l. j. §. 1. ff. de off. quæsto. ubi Baro. eorum munus præsertim sub Augusti temporibus erat Principis loco in rescriptis legendis uel emittendis uel subscribendis, uel si quid uel iudicandum uel respondendum principibus esse, illa pertractare, ut est auctor Cassiodo. libro Variarum de forma quæsturæ. & in auth. ut diuine iussio. tanta huius fuit potestas qd eius arbitratu magistratus & dignitates dabantur, l. j. & 2. C. de offi. quæsto. in qua l. 2. illustri appellatur. hic ergo quæstor is erat, qui cognoscebat unā cum Præfcto prætorio de appellatiouibus spectabilium iudicū. & clarius habetur in auth. de appel. sic eruditus Cuiacius in l. 2. C. d. petitio. bono. subla. lib. 10. scribit, Quæstorē hunc, qui leges dictabat, epistolas recitabat & subscribebat, sacri palatij fuisse, & hunc candidatum dictum fuisse scribit Alex. ab Alex. lib. 2. c. 2. sed sanè mirum, qd Quæstor hic, cuius suprema erat auctoritas eo cā didati nomine appellaretur. quod ostendebatur hinc additū reliquis adeundis magistratibus auspiciari. d. l. unica, in fi. ff. de off. Quæsto. Lampridius in Alexandro: Quæstores candidatos ex sua pecunia iussit munera populo dare, sed ut post quæsturam præturas acciperent, & inde prouincias regerent. Verum in d. auth. ut diuine iussio. t magnificos Quæstores solum appellat. & in l. ult. C. de precib. Imper. offe. & in ea auth. ut diuine iussio. quæ est nouella. 114. appellat etiam Quæstores magnificentissimos. Baro. in l. ult. ff. de Sena. inquit, augendi illustratus causa hoc illustres ab Imperatoribus uocari aliquando solitos magnificos & magnificentissimos & eminentissimos, & rectè: Nā titulus hic magnifici uel magnificentissimi dignitatis gradū non ostendit, nec a Doctoribus inter hos gradus enumeratur. Cum ergo Quæstorū uices nunc iustineant magni Franciæ t Cancellarij, ut scribit Cuiacius d. l. 2. C. de petitio. bono. subla. lib. 10. qui id quod scripsit ante Bart. in d. l. unica in fi. ff. de offic. Quæsto. & ibi consentit Corasius. scribit etiam Baro, Cancellarium loco nunc præfcti Prætorio esse.
12 Consules pariter t illustres fuisse annotauit gl. in rub. ff. de of. Cōsul. & in l. j. C. de dignita. li. 12. quæ secutus est Dec. in d. l. j. nu. 7. in fi. & n. 12. in fi. de off. eius. sed Consules clarissimos tm esse, probatur ex constitutione Iustiniani de Iustinia. C. confirma. & in seq. de emenda. Cod. Imō t Consules esse superillustres probauit gl. l. j. §. deniq; de appel. & in l. quories, in uerbo, Vbricaria. Cod. ubi Sena. uel Clar. qui secuti sunt Odofred. & Alber. ut retulit Deci. loco iam citato, a qua sententia non dissentit Baro. l. ult. de sena. Duare. lib. 2. disputa. annuier. c. 1. in fi. & Iaco

bus Cuiacius in l. j. C. de dignita. lib. 12. Purpur. in d. l. j. nu. 65. 66. ff. de offi. eius. Gaspar Vallacius in l. Imperiū, nu. 77. 84. de iurisd. om. iud. & ad fuisse dignitatem supra illam illustrem probat l. eos. §. super. C. de usur. in l. si quando. C. de appel. & in §. in summa. insti. de iniurijs. & latè defendit Bolog. in d. l. j. nu. 8. de offi. eius, qui nu. 14. scribit, Cōsules superillustres fuisse, ex l. 2. §. exactis deinde Regibus. de ori. iuris. cui satisfacit Decius, t Consules non fuisse omninō assecutos locum Regis: nam inconulto populo non poterat in caput ciuis Romani animaduertere. qd ibi latius declarat Zafi. Verum, & si in hoc tanta nō fuerit Consulium potestas, in cæteris tñ regiā dignitatem & potestatem obrinebant: nam testatur M. T. lib. 3. de legib. l. 12. tab. ita fuisse cautum. Regio Imperio duo sunt. & L. uis lib. 2. ab urbe cōdita, scribit, Imperiū, quod antea Reges potiebantur, in Consules translatum fuisse. hinc M. T. in 4. Philippica testatur, sub Consulium potestate & imperio prouincias oēs esse. & Gellius lib. 12. noct. attica. c. 12. scriptum reliquit, Consules imperium cum iurisdictione habuisse, cum in ius uocare possent. quod scribit Longouallius in l. Imperium. nu. 94. & Alci. nu. 22. de iurisd. om. iud. & ibi Goueanus, qui cum cæteris intellexit, t Consules non habuisse imperium absolutum ex d. l. 2. §. exactis. alias tñ corporis cōerctiones habuisse, iuxta l. solent. l. si quid. ff. de off. Procōf. in l. j. ff. de term. amo. in l. accularij. §. sunt quidam. ff. de extraord. crim. hæc tñ ego intelligo antequam Cōsulum auctoritas imminuta fuisse: nā statim quo exactis Regibus creati sunt, Regium omne imperiū uita necisq; sunt consecuti, nec ab eis erat ad populum prouocatio. quod testatur Dionysius Halicarnass. lib. 10. Antiq. Roma. & L. uis d. lib. 2. idq; conringit anno 16. ab eiectis Regibus. quo tēpore magna cum potestate creati sunt tribuni plebis. quod scribit Sigonius lib. 1. de antiquo iure ciuium Romanor. c. 20. & alia Alex. ab Alex. lib. 3. dierum Genial. c. 3. Vnum hoc est, t dignitatem habuisse regiā. id quod ostendit l. j. & 2. C. de Consul. lib. 12. dum eos lictores, & solium eburneum, quo Reges utebantur, habuisse scribitur. & refert Corasius in rub. ff. de offic. Consul. nu. 2. 3. sola ergo hæc regiā dignitas sufficere uidetur ad conferendum sibi titulum hunc, ut superillustres dicti sint ac ipsi reges; ex eiusdem Decij declaratione d. l. j. nu. 17. uerū. Non obstat. De off. eius Hodie autem, hoc est iure nouo & Iustinia- ni temporibus aded imminuta est t Consularis potestas, ut uix antiquæ umbram retinere uideatur. §. 1. in auth. de Consul. dignitatem tñ nunquam amissile scriptum non reperio. Nostra grate loco Consulū esse supremos t Cancellarios scripsit Baro in fituli de off. Consul. & minus rectè, cum hic Consulibus mungra, & ut ipse testatur, non obeat. quin ipse Baro in fi. l. 2. de orig. iuris, & in l. j. ff. de off. Præfcti prætor. scriptū reliquit, magnos Cancellarios esse loco antiqui Præfcti prætorio ut supra retulimus. uix ergo est inuenire, qui hodie illorū loco sit. id qd post Pyrrum de magistratibus, scripsit Purpur. in d. l. j. nu. 70. de off. eius. t Senatores illustres esse scribant Decius in d. l. j. num. 6. de off. eius. Cur. iun. num. 8. Purpur. num. 46. Paul. Orian. nu. 13. Iacobus Niger nu. 7. Bellonus lib. 4. supp. iuris cap. 10. ex l. quisquis. T Cad

C. ad l. Iul. Maie. ibi uirorum illustrium Senatorum. sed labitur Deci. qm̄ in textu illo sic legitur, de nece etiam uirorum illustrium, qui consilij & consistorio nostro interfunt, senatorum etiam &c. non ergo appellat senatores illustres, melius ergo probat l. Decurionibus. §. his additis. C. de silentia. l. 1. 2. Spartianus in Senero illustres senatores appellat. & pbat. l. ult. C. de tuto. uel cura. illul. Iaf. tñ in d. l. j. n. §. de offic. eius.

21 docuit, q̄ senatores esse superillustres. Primò, q̄a Principi æquiparantur. l. j. §. de qua autem. ff. de postula. l. quom̄ inus. ff. de flum. quare legem potuisse condere non dubitabatur. l. non ambigitur. ff. de legib. Verum Dec. d. nu. 6. fatiscit, quod & si in multis, Senatus Principi equiparetur, ut recenset gl. d. l. j. §. qua autem. de postula. non tamen hoc absolute contingit, ut scribit Bart. in d. l. non ambigitur. & alia infra subiiciam. Secundò, qui hanc tuebatur opinionem, adducebantur ex l. ius senatorum. C. de dignita. lib. 2. 1. 2. quo loci scriptum est, q̄ Principem esse in Senatum numero: at Princeps nō illustris modò, sed etiã superillustres est, ut oēs fatentur in d. l. j. de offic. eius, ergo & Senatores. Deci. respondet, hoc casu Senatores non adæquari Principi, sed Principem Senatori; ita, ut Princeps eo casu non ut Princeps, sed ut Senator consideretur: ut de Episcopo, q̄ dñ fedet̄i capitu

23. ut Canonicus; non consideratur ut Episcopus, sed ut Canonicus. c. à collatione. de appel. in 6. ubi gl. & ibi Gemina. scribit, Episcopum existentem in Gymnasio studiorum causã f̄ rectorem non debere ea ratione præcedere. cum Episcopus ibi, non ut Episcopus, sed ut scolasticus consideretur. Felyn. in rubr. de maior. & obed. nu. 9. Lud. Bolog. in auth. habita. nu. 363. C. ne filius pro patre. qui hoc intelligit quò ad actus scolasticos solum, non quò ad reliqua. alia plura similia recenset Purpur. in d. l. j. nu. 190. cum pluribus sequentibus, de offic. eius. qui inter multa refert

25 hoc esse contra dominos f̄ Consiliarios Taurini, q̄ dum in collegio Doctorum sedent, non debent præcedere antiquiores collegiatos. Anno elapso unam ego uidi motam contouersiam inter duos summa mihi amicitia iunctos, uiros certè illustres in amplissimo Taurinensi Senatu sedentes, quorum alter altero iuniora Serenissimo Principe illo supremi consilij creatus est Consiliarius, ut tamen in Senatu etiã sedere posset. is antiquiori Senatori se præferri contēdebat: e contra dicebatur non potuisse, cum in Senatu ut Senator non ut Consiliarius federit. quem finem hæc contouersia consecuta sit, ignoro: nam

26 paulò post hic Patavij hæc contuli. Sed ad rem, f̄ Senatores non esse illustres, sed clarissimos uel nobilissimos, ex his probari uidetur, quæ scribit M. T. lib. 2. Epist. fam. ubi nobilissimos Senatores appellat, & Imperator in l. si Senator. C. de dign. lib. 1. 2. ubi, si Senator, uel alius clarissimus, & in l. 2. C. dijs qui uen. eta. impe. & in l. 2. de senen. pass. Alc. l. si quis in cōscribendo. nu. 7. C. de pact. lib. 3. dispunct. c. 4. qui hoc Lampridij auctoritate in uita Alexan. confirmat. sic Duare. lib. 2. disputa. ann. uel. c. 1. rectè mihi uisus est sentire Baro. in l. l. in fi. ff. de sena. Senatores antea depra dignitate clarissimos, ea adepta illustres esse, uel secundum Bellonum d. c. 10. f̄ dignitatem clarissimam esse generalem & conuenire alijs multis, ut Prætori & alijs & sc̄it Dec. d. l. 2. n. 2. 1. & infra attin

gam. Ego arbitror has opiniones conciliari posse: olim Senatores fuisse non modò illustres, sed et super illustres, temporum diuersitate considerata. tēpore enim quo a Romulo f̄ Senatorius ordo ex centum patribus electis est constitutus poterat dici superillustres, cum regiã potestatem auctoritatemq̄; nactus quodamodò esset. nam totius Reipub. cura apud eū fuit, cunctarumq̄; rerum potestas, ut testatur Dionysius Halicarn. lib. 3. antiq. Roma. scribit tamen nullam Senatus potestatem fuisse in creãdis Magistratibus, faciendis legibus, mouendo bello, & ineundo federe. Polybius lib. 6. suæ historiæ, cuius meminit & Siginus lib. 2. de antiq. iure ciui. Rom. c. 2. in fi. qui scribit Senatum potestatem indicendi bellū habuisse. in omnibus ferè ergo amplissima potestas erat, ita ut nō Rex, nō Dictator, nō Consul, aut Imperator Senatu inconsulto se de Reipub. nullatenus interponere poterat. unde frequenter in iure nro legimus, D. Marcū aliosq̄; Cæsares orationem ad Senatum habuisse, ut ei quòd rogabant in ore maiorum Senatus auctoritas accedere, ut in l. cum ij. ff. de transact. in l. si & rem. ff. de peritio. hæred. l. Diuus. ff. de ser. fug. l. cum hic status. ff. de don. inter. uir. & uxo. qui uerò Reges Dictatores, aut Imperatores contra fecerunt tyranni iudicati sunt. sic leges à populo latæ, ita ratæ erant, si Senatus auctoritate approbarentur. imò a primo urbis ortu post exactos Reges de nulla re populus iudicauit aut suffragia tulit, nisi ex consulto Senatus, ut scribit Alex. ab Alex. lib. 4. dierum Genial. c. 1. qui alia per multa de suprema Senatus auctoritate & potestate recenset. refertq̄; quanti eam dignitatem fecerint Romani Imperatores, ut Octauia nus, Nero, Alexander, Nerva & Hadrianus, qui sanè Hadrianus (ut Spartianus in illius uita testatur) cum Senatore crearet, dicere solitus est, se nihil amplius habere, quod in eum cōferret. Tiberius uerò Cæsar, (ut in illius uita auctor est Suet. c. 30.) neq̄; tam paruum quicquam, ueq̄; tam magnū publici priuatiq̄; negotij fuit de quo non ad P. C. referretur. aucta est etiam Senatus auctoritas electis Regibus: nam cum esset difficile populum conuocare, cura Reipub. ex integro demandata illi est: quare quod ab eo cōstituebatur, inuolabiliter obseruabatur. l. 2. §. deinde quia difficile. de reg. iur. illa ergo eius Senatus cōsulta ius habebat ppetuum. §. Senatus consultum. inst. de iure naturali gen. & ciuili. quamquam apud iam citatū Dionysium lib. 9. Antiq. Roma. legerim, f̄ Senatum cōsulta non habuisse uim legis perpetuæ, sed fuisse instituta unius anni. nisi dicamus Dionysium referre, non autem probare illius Gn. Genutij contionem ad plebem concitandam per calumniã, perpetuam Senatus auctoritatem negãtem. Cæsari uerò temporibus non parū imminuta fuit Senatus potestas. Nam bipedū nequissimus Heliogabalus Senatū adeò contēpsit, ut Senatores oēs expulerit ab urbe, illosq̄; seruos togatos esse dixerit, auctor est Alex. ab Alexand. dicto cap. 11. dierum Genial. & Lampridius in Heliogabalo, qui scribit, hunc probris omnibus hominem coinquinatum, Senatulum mulierum in colle Quirinali constituisse, & in Senatoriū ordinem eius matrem, (sine qua nihil unquam in Reipub. dicitur fecisse) adlegisse. hoc ergo tempore non modò illustres dici nō poterant Senatores, sed

nec

nec in aliqua dignitate erant, cum tã impiè esset f̄ data. sic auctoritas imminuta iam fuit à Julio Cæsare Imperiū occupate, erepta inq̄; fuit Senatui auctoritas in mandandis exercitibus, in constituenda Reipub. & alijs permultis, ut apud Budæū in annot. ad l. ult. ff. de Sen. in aliquibus tñ ea ætate potestatis reliquias retinuit: nam & Cæsarum temporibus Senatus rexit prouincias per Proconsules. l. 2. §. nouissimè, ubi Corasius, de orig. iuris. in illis ins cōstituit, ut auctor est Sueton. in Augusto c. 35. & Vopiscus in Probo. in Urbe uerò Romana passim ius constituere poterat. l. cum hic status, in prin. de donat. inter uirum & uxo. ideo in Ianica. C. de sena. constitutum legitur, Senatus de creta uim legis habere. non ergo mirum, si Vlpia. ind. l. non ambigitur, dixit, ambigendum nō esse, quin Senatus ius facere possit. & eo loci alia per multa scripsit eruditus Corasius, qui affirmat illo sculo, Senatus auctoritatem adæquatã propè fuisse potestati Principis, ex d. l. 1. §. de qua. ff. de postula. quod Principi. ff. de aqua plu. arcen. l. filius. ff. de condit. inst. l. quominus. ff. de flum. Iustinianus uerò hanc auctoritatem multo plus imminuit, quippe, q̄ sibi soli legis condendæ potestatem attribuit. l. ult. C. de legi. §. j. in auth. de rapt. uirg. Senatumq̄; sibi in consilium tantum assumere uoluit. l. humanū. C. de legib. non tamen iã à Senatu promulgata iura abrogauit Iustinianus, sed potius confirmauit. d. l. ultim. in fi. C. de legib. constat ergo Iustiniani temporibus

31 f̄ Senatum Principi non adæquari, ac ob id tanto titulo non ornari, quo ipse Princeps. quare solum illustri dici possit. Nostræ ætatis Senatus illis antiquis comparari non possunt, nam Corasius in ea. l. non ambigitur, in fi. ff. de legib. & in rub. ff. de Sena. nu. 21. scribit, illa Galliarum Parlamenta, Tolosanum: ac et Parisinū retinere quidem Senatus nomē, sed parū aut certè nihil cōionis hære cū ueteri illa Romani Senatus auctoritate, quod scriptum etiam reliquit Pyrrhus lib. 2. de magistr. col. 3. Purpur. tñ in d. l. 1. nu. 57. de offic. eius. post Guid. Papæ conf. 72. col. j. docuit

32 f̄ Senatum Delphinatum eam habere auctoritatem, quam ille antiquus Romanorum obtinebat, nempe ut Principis personã referat. quod rñdit & Crauet. conf. 144. nu. 20. uerum hoc in aliquibus tñ cōtingit: nã nostri temporis Senatus ex legis præscripto non iudicat, sed ex equitate & sola facti ueritate inspecta, ut ipse Princeps facere consueuit: ita Senatus ille Delphinatus, quemadmodum retulit Guid. Papæ q. 39. & q. 58. Purp. d. l. 1. nu. 155. de offic. eius. sic d̄ Senatu f̄ Mediolanensi scribit Alc. in c. 1. nu. 89. de off. ord. & clarius responso 301. nu. 9. & retuli supra lib. 1. q. 50. num. 5. sic de Senatu Taurinensi respōdit Crauet. conf. 198. nu. 7. qui in hoc defendi potest, dum scribit, Senatum etiam hodie representare personam Principis & hæc facultatem condendi legem: nam, uerum hoc est quò ad solam causarum definitionem, non in cæteris. Quò circa falsã mihi uis una Iasonis consultatio in conf. 16. colu. prima. uerf. sed præmissis. lib. 3. dum respondit, Senatum Montisferati non esse illustrem, & ob id ab eius f̄ snia posse prouocari: nam in his adhuc dignitate potitur nec prouocari potest, ut docuit Iaf. in l. si quis aduersus, nu. 1. C. de precib. Im. offeren. Afflictus decif. 231. sic ergo respondit post alios Neuiz. conf. 70. nu. 1. a sen

tetia Taurinensis Senatus appellari non posse. uerè ergo hac ratione nostri temporis Senatus illustres dici possunt, non autem super illustres, cum solam dignitatem, non antiquam potestatem habeant.

35 Illustres etiã f̄ sunt Cōsiliarij Principis, ut docuit Ang. in l. quisquis. C. ad l. Iul. Maie. Iaf. in d. l. 1. n. 13. de offic. eius. idè affirmat Ant. Corset. in tract. de Regia potestate. q. 2. 1. & Alex. conf. 94. consideratis. col. 2. uerf. 3. lib. 1. ex d. l. quisquis, cui respondet Deci. d. l. 1. nu. 15. & ibi Purp. nu. 122. 123. & Bolog. nu. 18. de offic. eius. loqui de consiliarijs, qui antea uiri illustres erant, ut in simili declarat Bar. in proæmio Digestorum nu. 12. & paulò infra f̄ uisus attingam. Nec multū pbat fl. 1. C. de præpos. labo. lib. 1. 2. ubi, quos nostri lateris comitatus illustrat: nata ibi f̄ illustrare pro nobilitate accipitur, quasi dicat, ignobiles nobiles reddi, cum hærent Principis lateri: ut post Ang. declarauit Iaf. in l. omnium. C. de testa. & Purp. d. l. j. num. 13. ff. de offic. eius. sic Ripa lib. 2. responsum, c. 26. nu. 5. argumentatur, An f̄ barbari in for Delphinum cum eius ad hæret lateri, nobilis efficiatur. sic Decius in l. 1. nu. 15. C. de in ius uocã. argumentatur, An maritus nobilitetur ab uxore, qui Regiæ lateri adhæret. nec ibi aliter sentit Alc. & alia scribit. Tiraq. tract. nobilita. cap. 18. nume. 39. Decius ceteriq̄; relati sentiunt, Consiliarios Illustres non esse, sed nō declarant quo dignitatis titulo fulgeant. Credo ego ueram esse Angel. & Iaf. sententiam, f̄ Consiliarios illustres & in pari gradu cū Senatoribus esse quoad dignitatis titulum, eos tamen antecederet: hoc ostēdit ordo literæ d. l. quisquis, de nece etiam uirorum illustrium, qui consilij & consistorio nostro interfunt, Senatorum etiam (nam & ipsi pars corporis nostri sunt) uel cuiuslibet. Postremo, accedit, quòd illa dictio, etiam, stat ampliatiuè, atq̄; ita extendit illã cōstitutionem, ut cōprehendat etiã Senatores, de quibus maius erat dubium, quã de Consiliarijs: talis enim est natura dictionis etiam, ut ampliet & implicet casum magis dubitabilem. ita gl. cle. 2. in uerbo Ecclesiæ, de hæret. Dec. in l. qui se patris. nu. 11. C. unde liberi. Alc. responso. 113. nu. 5. latè Crauet. conf. 294. n. 7. uerf. septimò pōdero. Nec illud obstat, hos consiliarios esse ante uiros illustres. concedo, cum ad hæc magnam consiliariatus dignitatem non euehantur omnes, sed uiri tantum celebres & magni, q̄ per multos gradus hanc scandere potuerunt: nã, ut initio de Questoribus diximus, certis erãt gradus & quedam dignitatum initia, quibus paulatim supremam aliquando contingebant. Hæc uera ita demum esse intellexit Decius d. l. prima, num. 15. quando uerè ij consilij & consistorio Principis intercedunt, se

41 cussit dignitate tantum sine administratione (inquit ille) poriantur, ut probare uidetur dicta l. quisquis. atque hinc infert Decius, Bartolum Caroli quarti Imperatoris Consiliarium illustri dignitate cohonestatum minimè fuisse, ut Angel. & Iaf. malè opinantur, cum consilij & consistorio Imperatoris re ipsa non interesset. Purpur. tamen in d. l. 1. nume. 133. de offic. eius, docuit, hos Consiliarios, quos honorarios, & rectè uocat, esse Illustres, nec enim administratio dignitatem imminuit, quemadmodū ex Decio in d. l. 1. numero 17. in fine, de offic. eius, supra attigimus. quæ sanè Purpurati sentetia probatur in l.

T 2 ultim.

ultim. Cubi Senar. uel Clariss. ibi, uiros autem illustres in hac incluta urbe degentes, qui sine administratione honorarij decorati fuerint codicillis, &c. clarior probatur in l. secunda. C. ut dignit. ordo. serue. lib. 1. 2. ibi, secundo ueniant uacantes, qui praesentes in comitatu illustri dignitatis cingulum meruerint.

42 ita enim uacantes ut administrationi praepositos uocat illustres. sola inter eos est differentia, quia administrantes praeferruntur. sic probat l. omnes. C. de meatu lib. 1. 2. ibi, caeteris uero quibus illustri dignitas sub cingulo uel citra cingulum pro suo sub honore delata est. ob honorem ergo sibi delatum, quo honorarij uocantur. l. penult. C. de Conf. lib. 1. 2. Cuius l. prima, ubi Corasi. ff. de Sena. tit. dignitatis, ut ce-teri ordinarij habere dicunt, quo tamen omnis tollatur ambiguitas, admonuit Purpura. in d. l. 1. nu. 1. 27. de offic. eius. efficere debere, qui honorariam hanc ambigunt dignitatem, ut in eorum tabulis & documentis scribatur, quod possint consilij, & consistorio Principis pro sua uoluntate arbitrio interesse.

43 Illustres etiam ex receptiis nostrorum sententia sunt Doctores, qui per uiginti annos publice docuerunt. ita Bart. in rubr. proem. Digestorum, num. 5. in l. penult. C. de testamen. mil. in l. prima. C. de professo. qui in urbe Constantinop. lib. 1. 2. cum Barto. alij sentiunt, ita ut Ias. in d. l. prima, num. 1. 2. de offic. eius, attestatus sit hanc esse receptam magis, a qua non dissentit ibi Niger num. 1. 8. & Sapia num. 5. & Curt. Iun. num. 1. 2. adducuntur ex rubr. d. proemij, ibi, illustribus antecessoribus appellat Theophilum, Tribonianum, Dorotheum, caeterosq; copilatores

44 antecessores illustres. at eo loci, antecessores, iuris pfectores esse intelligimus. l. 2. §. quae oia. C. de uete. iur. enuclea. & si male Alc. lib. 3. dis. punct. iuris, c. 1. 2. fluctuans, cum d. §. quae omnia, non prauideret, non antecessoribus, sed assessoribus legendum esse scriptum reliquerit. & animaduertit Cagn. in rubr. proemij, nu. 89. qui ostendit textum illum ad rem non conferre, quandoquidem iure aliquo non probatur, id fuisse illustres, q. p. uiginti annos legerint, nec enim temporis mentio fit. Rursus ibi Tribonianus, Theophilus, & caeteri copilatores appellatur illustres ex alijs dignitatibus, quibus functi erant & fugebatur, no aut ex eo solo q. iuris antecessores essent. No pariter hanc adiuuat opinionem argumentatio, qua utitur

45 Dec. l. j. nu. 17. du aduersus Alex. inquit, Doctores, qui per uicennium pfecti sunt, Comitibus ac Ducibus equiparatur, gl. l. 1. C. de profess. qui in urbe Const. & post Bar. in proce. C. fatetur Alexander, at Comites & Duces illustres sunt, l. prouincialium. C. de eroga. mil. anno. & licet sine Comitatu sint atq; ita abusu Comites & Duces, attamen dignitate potiuntur. Hac inquam argumentatio no est uera, quandoquidem

46 inter hos aliqui sunt qui illustres sunt. l. si qn. C. de app. aliqui uero spectabiles sunt, ut ibidem probatur: na eos illustres esse recte intelligit Alciatus de singulari certamine c. 3. 2. nu. 6. qui principatu ac in eorum ditionibus regalem partem obtinent; sic in Comitibus. l. 1. C. de aduo. diuer. ind. & d. l. prouincialium. Dec. d. l. 1. nu. 2. de officio eius. Dum ergo uni & alteri equiparari posse uideatur, dicendum forte est, equiparari solum spectabili, cu priuilegia stricta interpretationem recipiant. cap. priuilegia, de rescrip.

nisi dicam, hoc esse beneficium, q. d. latissime interpretari solet. Precerea no defenditur argumentatio ista, q. ut et sensu Pura. d. l. 1. nu. 136. iure no probatur, iuris professores Ducale uel Comitatus dignitate co sequi, uel illis equiparari, cum in d. l. j. C. de pfecto. qui i urbe Costa. solum constituti sit, eos connumerari iter hentes uicaria dignitate, q. qualis sit. infra dica.

Tertio ergo loco Purp. in d. l. 1. nu. 135. sic est argumentatus, Doctor, qui p annos uiginti docuit, illis, q. dignitatem uicariatus obtinent, equiparatur. d. l. unica. C. de pfecto. qui in urbe Costa. sed Vicarij praeferruntur Comitibus militaribus. l. 1. C. de of. uic. q. simpliciter citat Alex. l. Centurio. nu. 14. de uulg. Comites militum illustres sunt. d. l. prouincialium. C. de erog. mil. anno. lib. 1. 2. ergo a fortiori Doctores ij illustres erunt, id q. fortius confirmatur ex l. pe. C. d. p. cu. auth. subsequenti. na in d. l. pe. enumeratur q. p. procuratorem litigare debeant, & inter caeteros refert Vacarios; deinde in d. auth. inquit Iustinianus, illa constitutionem ad oes illustres usq; se se extendere: Vicarios ergo inter illustres ut connumerare, ita uoluit argumentari Cur. iun. in d. l. j. n. 1. 2. de offic. eius. Verum haec argumentatio uera no est, cum Vicarij spectabiles tm sint, ut docuit Cuiacius l. 1. 4. C. de anno. & trib. lib. 10. nec multu urget d. l. 1. C. de offic. uicarij. q. n. quidem in ciuilibus Vicarius Comiti militum, in militaribus uero Comes Vicario antefertur. Rursus Vicarius praefertur non rone suae personae, sed sui principalis, cuius dignitatis titulum ferro no pot. No obstat, q. l. pen. C. de procur. cum subsequenti auth. qm censo esse animaduertendum. Nam Valentinianus & Theodosius generatim constituerant oes in dignitate collocatos, no p se sed per procuratorem suas lites tractare debere. d. l. pen. quo loci enumerat quidem positos i dignitate, ut Praefectos, Proconsules, Magistros militum, & Vicarios, non tm ibi titulu cutusq; illorum dignitatis recenset Iustin. deinde in d. auth. sequenti, que desumpta est ex auth. ut ab Illustribus, quae in uersione Holoandri est nouella 71. generalem illam Theodosij constitutionem restringit, ut solum pcedat in uiris illustribus, quos non declarat, sed relinquit in iuris dispositione.

51 Cum ergo ex dispo. iuris, Proconsules sint spectabiles. l. unica. C. ut omnes iudices, & in d. l. pen. C. de procur. post Proconsules referat hos Vicarios, sic que illos inferiores gradus, aut saltem aequales Proconsuli faciat, sequitur, illustres non esse, id q. d. uno uerbo sensit Bolog. in d. l. 1. nu. 27. in fi. de offi. eius. atque ita male argumentatur Curt. Iun. quin potius d. l. pen. contra communem sententiam facit. Ultimo Iacobus Niger in d. l. 1. nu. 18. defendendo commune hac opinionem sic argumentatur: Doctor, qui per annos 20. docuit, Vicario equiparatur. d. l. 1. C. de pfecto. Vicarius uero equiparatur Comitibus primarum dispositionum. l. unica. C. de Comit. & Arch. libro 12. & Comites primarum dispositionum illustres sunt. l. iubemus. C. de prox. sacro. scrip. lib. 1. 2. iuncta l. precedenti. in qua dicitur, Consularem dignitatem consequi, & Consul illustrius est ut supra diximus, ergo & Vicarij, & per consequens Doctores. uerum non urget argumentatio, quandoquidem Consularis illa dignitas illustris non erat, sed tantum Clarissimus, qui titulus clarissimus

simatus generalis, non autem specialis aliquarum dignitatum erat, attamen uerius opinor esse titulum dignitatis, ut ex iam relatis constat. Nec dissentiunt Barto. d. l. ult. ff. de Sena. & Cuiacius in multis iam relatis locis. Contrariam itaq; opinionem defendit Alex. d. l. j. de offic. eius. & ibi Purpur. nu. 136. & Bolog. nu. 20. & hanc affirmauit ueram ibi Ias. nu. 11. ea ratione adducuntur, q. Doctor hic Duci & Comiti equiparatur, qui sane Comites & Duces illustres non sunt. Verum satisfactum est ex relatis.

52 Accedit q. ubi Comitibus essent, abusu essent. Bal. c. j. Quis Dux uel Marchio. Iacobinus a Sancto Georgio in iustitura feudali, i uerbo, Comes, n. j. Soc. sen. consi. 67. col. j. uerf. circa primam. lib. 1. non ergo aliquem dignitatis titulum ferre possunt. Respondet Dec. d. l. j. nu. 17. in fi. imo dignitatem habere. id quod docuit Alc. in l. liber homo. nu. 6. 7. ff. de uerb. obl. qui post Abbatem in c. 1. in fi. de cler. non resident. docuit, Patriarcham sine Patriarchatu, Patriarchatus dignitate frui, sic atq; in Episcopo Theofalonicensi, qui Episcopus proprie dicitur, quod ad dignitatem, argumentum c. legimus. 39. dist. 1. licet Episcopatum nudi nominis habeat. iuxta l. j. C. de nudo iure Quir. tollen. Alcia. tamen libro de singulari certamine, c. 3. 2. in fi. scriptum reliquit, Marchiones ac Comites bonis fortunae lapsos, non retinere dignitatem, quamquam nudum retinere nomen uideatur.

54 atque hinc infert, q. Marchiones, quos magno in numero habet Liguria, ut praesertim Marchia Cera, non posse proprie dici Comites. nisi Alcia. loqui intelligamus de illis Marchionibus, qui dignitatem, ob id quod se agrestium more exercent, perdunt. Quapropter ut rem concludam, sentio, Doctores nostros & si per uicennium publice docuerint, nec illustres nec Comites effici.

S V M M A R I V M.

- 1 Persona grauis & honesta quae.
- 2 Cap. Statutum. de rescrip. in 6. declaratur.
- 3 Praelatos personas honestas interdum dici.
- 4 Iudicis arbitrio relinqui, q. honesta persona dicatur.
- 5 Honestissima matrona quae dicatur.
- 6 Honestam mater familias quae in concubinato est, no dicitur.
- 7 Statutum Patavinum cap. ad calumnias reprimendas. declaratur.
- 8 Honestam personam patroni quae.
- 9 Appellari posse coram honestis personis deficiente persona iudicis.
- 10 Excommunicatum uirum bonum non dici.
- 11 Canonicum deseruire posse per substitutum penedte appellatione ab eo interposita super residentia.

C A S V S LXIX.

QVAE GRAVIS, ET QVAE HONESTA persona dici possit, & Statutum Patavinum explicatum.

Non semel ambigitur apud nostros iuris interpretes, cum de aliquo munere, uiro graui, discreto & honesto deseruire agitur, quae grauis, discreta & honesta sit haec persona; an scilicet grauis

ratione aetatis accipi debeat, ut apud Liuium in decimo ab urbe ingressi milites, refractis foribus, paucos graues aetate, aut inualidos inueniunt, & apud Virg. in 5. Aeneidos.

Hic grauis Entellum distis castigat Aestes. Sic de honesta persona, an illa esse intelligatur, quae honestos habet mores, uel an discretae ac honestae persona illa intelligatur, quae in dignitate aliqua collocatae sunt, iuxta cap. statutum, in princip. de rescri. in 6. & certe no ita absolute dicendum est. nam d. cap. statutum, solum in causarum delegationibus locum sibi uendicat: ex illo enim declarari uideatur text. capitul. si pro debilitate, de offic. delegat. ubi Baldus in fine, & Abbas ac Decius secundo notab. Caepolla tamen cautella 78. Quia in electione, in fi. scribit, honestas personas Praelatos dici (sed utinam semper) ex cap. pastoralis. §. ultimo. de officio ordinarij. qui tamen hoc non exprimit.

Verius ergo dicendum est, hoc totum esse in iudicis arbitrio, ut uirum eligat ac iudicet grauem & honestum, iuxta negotij qualitatem. ita docuit Baldus in cap. si pro debilitate, in fine, de officio deleg. & Marsi. in l. questionis modum. numer. 40. de quaestio. erit ergo in iudicis arbitrio, quae honestissima matrona dicatur, ut eligi possint illarum aedes, in quibus praegnans ad uentrem per obstetrices inspiciendum reponatur, iuxta Praetoris edictum & Imperatorum rescripta, ut retulit Vlpianus in l. prima. ff. de uent. in spic. illa tamen in iure honesta mater familias non creditur, quae in concubinato est. l. stuprum. ff. de ritu nupt. & si iure ciuili sit permixtus concubinatus. quod est summopere annotandum ad interpretationem statuti Patauini sub rubr. de uulneribus, cap. ad calumnias reprimendas, in fine, dum statuit, mulierem uulneratam in loco, qui decens non est uideri per uiros, esse inspiciendum per matronas honestas, & fidedignas. quae haec sunt matronae, statutum no declarat, ob id erit arbitrio iudicis. sic cum agitur de interrupta praescriptione annali, ut fiat interpellatio coram honestis & legitimis personis. c. pastoralis. §. ultim. de officio ordinarij. quae sunt personae illae honestae, arbitrium erit iudicis. & si Iustinianus in l. ut perfectus, in fine. C. de annali except. cum de simili praescriptione interrupta agit, simpliciter exigat trium testium praesentiam absque illa qualitate honestatis. Simile in l. quareo. §. ultim. ff. de adili. edicto. sic in l. legitimos, in princip. ff. de legit. tut. persona illa honesta patroni, ut satisficere non teneatur, cum liberti legitimus est tutor, esse dicitur, quae uilis & abiecta non est, ut subsequenter ostendunt. Simile est quod legitur i cap. ultim. de appellar. deficiente iudice & Episcopo. coram uiris bonis posse appellationem interponere. boni uiri erunt iudicis arbitrio. Decius tamen in illo cap. ultim. numer. 4. docuit, honestam personam & uirum bonum no dici, qui excommunicatus est, quia eum non tolerat Ecclesia. Butrius cap. cum dilectus, de purg. cano. & in specie Socin. sen. consi. 45. col. 2. uerf. quis autem dubitat. lib. 1. sic in c. peruenit. il. 2. de appella cum

11 canonice per sententiam monitus ut resideat, si appellat, interim quod appellationem profequitur, per Vicarium (quem honestam personam is rex appellat) deseruire debet.

- 1 *Personas egregias ad iudicē ire cogi iterū nō posse.*
- 2 *Personae egregiae quae.*
- 3 *Nicolaus Antonius Grauatius Iurecons. laudatur.*
- 4 *Cardinalis persona egregia est.*
- 5 *Episcopum esse personam egregiam.*
- 6 *Episcopus an maior Cardinali.*
- 7 *Auditor Rotae egregia persona iure dicitur.*
- 8 *Auditorum Rotae laudes.*
- 9 *Doctōr egregia est persona.*
- 10 *Aduocatus egregia persona.*
- 11 *Iudicis arbitrio relinquitur q̄ honesta p̄sona dicatur.*
- 12 *Statutum Ferrariae lib. 2. sub rub. de modo procedendi in causis. declaratur.*
- 13 *Mulierem honestam egregiae personae equiparari.*

CASVS LXX.

EGREGIAE PERSONAE QVAE SINT.

Egregijs personis nonnulla iure nostro concedūtur; nam non coguntur ad iudices ire, ut delatū sibi iusurandum subeāt, sed domi illis a iudice transmittendum est. Iad personas egregias, ff. de iureiur. sic egregiae personae non coguntur in iudicium ire cā ferendi testimonium pro aliquo, sed domi interrogandae sunt: ita glo. in cap. si qui testium, ubi Abb. Felyn. & ceteri, de testib.

2 Dubitari nunc contingit, quae personae egregiae dicantur, & uerē hoc iure diffinitū non inuenio, ob id opinor relinqui iudicis arbitrio, id qđ in specie annotauit Nicolaus Ant. Grauatius non uulgaris eruditionis Iureconsultus, cuius consuetudine petuenda paucis ab hinc mensibus Venetijs usus sum, is inquam in nunquā p̄nitendis additionibus ad praxim Octauiani Vestrij lib. 6. c. ult. nu. 1. Solent tñ Doctores nostri inter personas egregias has enumerare atque referre. ac primō Cardinales. ita Roma. sing. 169. Tu audiui, quod sine controuersia cōcedendū est. si quidem nouimus amplissimam esse eorum dignitatem, quemadmodum fuissimē scriptū reliquit Andreas Barbat. in integro illo tractatu de praestantia Cardinalium, & alia apud Gondil. tractatu de potestate Cardinalium.

5 Secundō, egregiam personam illam Episcopi esse affirmauit glo. d. l. ad personas, & idē Roma. d. sing. 169. & rectē, cum maxima sit illius dignitas, ut multis scripsit Bertach. in integro illo tractatu de Episcopo. imō sunt, qui affirmant Episcopum esse ratione dignitatis maiorem ipso Cardinali, quamquā ratione officij minor sit. ita senserunt Bar. & ceteri in l. prima §. si quis. ff. de appellat. & clarē Marcus Mantua tract. de concilio. num. 66.

7 Tertio, egregia persona dicitur sacre Romanae Rotae, uel palatij Auditor, ita Felyn. in c. si qui testium. nu. 6. de testi. quem secutus est Gomez. in c. 2. nu. 4. 5. de iud. in 6. sunt ij tamquam stellae in firmamento caeli, ut inquit Sebastianus Vantius tract. nullitatum titulo de nullitate ex defectu iurisd. deleg. num. 17.

9 Sic & quartō egregiam personam esse Doctorem censuit glo. d. l. ad personas, de cuius dignitate diximus paulō ante. quin censuit Bartolus in l. 1. C. de ad

10 uoc. diuer. i. ud. Aduocatum deposito etiam officio egregiam personam dici.

Quintō egregiam personam presbyterum esse cē sūt Speculator in titulo de teste, alia obseruabit diligens & studiosus lector. ubi autem nō reperiretur expressim, iudicis erit arbitrium pro qualitate personae & loci iudicare personā esse & nō esse egregiā.

12 His inferri potest declaratio ad statutum Ferrariae lib. 2. sub rubr. de modo procedendi in causis a lib. 10. march. supra, in illis uerbis, & praedicta uendicent sibi locum in principalibus personis, quae habent legitimam personam standi in iudicio per se tm̄, nisi sit mulier honeste uitae, aut egregia p̄sona, quae ergo sit egregia persona, ex iam relatis intellige re satis possumus, & dum illud statutum, f̄ mulierē honestam egregiae personae equiparat, cum iure cōmuni conuenit. nam, & ius commune hoc facit. l. 1. C. de aduoc. diuer. iud. quae autem honesta persona & mulier dicatur, in casu praecedenti diximus.

S V M M A R I V M.

- 1 *Iudicis arbitrio relinquitur, quae uulgaris persona dicatur.*
- 2 *Vulgaris dicitur persona plebea.*
- 3 *Vulgaris uxor quae.*
- 4 *Ciceronis locus.*
- 5 *L. si uxor. in prin. ff. de adulter. explanatur.*
- 6 *Priuignus quis.*
- 7 *Francisci Hotomani interpretatio explosa.*
- 8 *Vulgaria rectoria quae.*

CASVS LXXI.

QVAE VULGARIS PERSONA IURE DICATUR.

Dubitari et aliqñ solet, q̄ uulgaris persona dici possit. Marfilus in d. l. qñōis modū, nu. 22. de quaestio. post Host. in c. quia nonnulli. de rescript. scripsit hoc iudicis arbitrio relinqui. Ego scio in iure nostro uulgarem eum dici, qui plebeius sit. sic intelligo legitimos, in prin. ff. de legi. tur. dum patronū uulgare p̄sonā, i. uilem satisfacere cōpellit, si tutor legitimus est, sic uulgarem uxorem, i. uilem, interpretatur Gulielmus Budaeus in l. si uxor. §. j. ff. ad l. iul. de adult. a quo non dissentit Alci. lib. 2. Parerg. iuris, capi. 40. nā & uulgare dicimus, qđ uile & cōmune est.

4 Cicero in 2. de inuentione. Magna an parua, facilia an difficilia, singularia sint an uulgaria. idē in Oratione p̄ Roscio Amerino. Mitto haec artes uulgares, cocos, pistores, lecticarios. sic uulgare scortū M. T. in secunda Philippica, uile scortum intelligit.

Verū interpretationē Budaei & Alciati dissentit Franciscus Hotomanus in commentariis uerborū iuris, i. uerbo, uulgaris uxor, interpretatur ille d. f. l. si uxor. §. j. qui sic legitur, sed & in ea uxor pōt maritus adulterium uindicare, quae uulgaris fuerit. inquit Hotomanus, relatiuum illud, quae, non refertur ad uxorem, sed ad uerbum, mulierem, quod subauditur, ut sit sensus; Si quis uulgarem mulierem, id est, quae uulgo ex corpore quaestum facit, uxorem duxerit, potest in ea uindicare adulterium, inquitq; Hotomanus hanc ipsam speciem referri a Scapula in l. priuignus, ff. de grad. affinita. ubi ait, f̄ priuignū eum etiam.

etiam dici, qui uulgo conceptus ex ea natus est, quae postea mihi nupsit. Cuius sententia nunquam uera mihi placuit. nam, si Hotomanus intelligit, adulterium uindicare in uxore, qđ ante matrimoniū uulgo quaestum faceret, fallum est: qm̄ adulteriū nō potest tunc dici cōmissum, cum nō extaret matrimonium. Inter liberas. §. 1. ff. de adulter. si uerō uoluit intelligere Hotomanus, adulteriū post matrimoniū commissum uindicare, res sine dubio est: nec enim illa amplius uulgaris mulier dici potest, id est, qđ uulgo quaestū faciat, sed uxor dicitur, atq; ita uulgaris mulieris nomen nō retinet, cū matrimoniū, illud aboleat. id. qđ nō potest cōsiderari in d. l. priuignus, cum priuignus ex matrimonio eius matris cōditionē suae personae nō mutet; ideoque uulgo quaestus dicitur, & si priuigni nomē assequatur, cū uerē filius sit illius uxoris, qđ si duxit. l. nō facile. §. priuignus, de grad. mis. facio nūc ceteras huius uerbi uulgaris significationes, ut de uulgarib; rectorijs. l. quidā. §. finali. ff. de seru. urba. p̄edi. de uulgari substitutione doc. l. 1. de uulga. & pupillari substitutione, ibi Bartol. & latius Ripa numero 48.

S V M M A R I V M.

- 1 *Iuramentum probationis suppletorium in causis paruis dari.*
- 2 *Iudicem in syndicatu non teneri si in causis paruis statuta loci non obseruauit.*
- 3 *Causa magna, & quae parua dicatur.*
- 4 *S. ne autem. in auth. de iud. declaratur.*
- 5 *Causam parua dici 25. aureorum, uel trium tantum.*
- 6 *Causa parua est, cū impensa lucrum potest excedere.*
- 7 *Tutores excusari si causam pupilli non peragunt, cū illa plus damni quam lucri habet.*
- 8 *Inuentarium non fieri, cum impensa rerum ualorem excedit.*
- 9 *Causam 50. coronatorum esse paruam.*
- 10 *Iudicis arbitrio relinqui quae magna causa dicatur.*
- 11 *Decretum antiquum Pedemontium, sub rubrica Statuta pro breui causarum ex petitione. declaratur.*
- 12 *Actionem de dolo nō dari, cum res ualorem duorum coronatorum non excedit, & quare.*
- 13 *Furtum rei minima fieri, & cur.*
- 14 *Causam minimam esse interdum decem librarū auri.*
- 15 *Libra auri quot coronatis constet.*
- 16 *§. illud. in auth. de appel. declaratio.*
- 17 *L. 3. §. quamuis. ff. si cui plus quam per legem salcid. declaratur.*
- 18 *Possessionis causam dici minimam & leuem: & quare ratione.*

CASVS LXXII.

QVAE CAUSA PARUA, MAGNA, uel leuis dicatur.

Maxima aliquādo est iudicū potestas in causis leuibus, breuibus, paruisq; diffiniēdis, ut uide mus in iuramento probationum suppletorio, quod in causis paruis, non in magnis defertur, ut tradunt omnes in Ladmonedi, ibi Ias. in repeti. nu. 222. de iureiuran. Soc. tract. fall. reg. 204. fallen. 21. sicut uide mus f̄ iudicem nō teneri in syndicatu si statutum in leuibus non obseruauit. Bal. l. quamuis. de cond. &

demonst. Ias. l. 1. nume. 9. C. ut omnes iud. tam ciuil. quam crimi. Tiraquel. de iudicio in rebus exiguis ferendo, in tertio casu, qui in illius tractatus initio retulit nonaginta quatuor casus, in quibus rationē rei paruae lex non habet, qui sanē casus declarari atque intelligi possunt ex his, quae nunc tractamus.

Dubitari itaque contingit, quae causa dicatur magna, & quae parua. Vna fuit sententia glo. in §. si tibi, in uerbo, breuiore, in auth. de manda. princip. causam dici minimam, quae centum aureorum est. quae sententiam probauit Barr. in l. Imperium n. 25. de iurisd. omn. iud. Bald. in l. placet. num. 8. C. de pedan. iud. adfertur text. in §. ne autem, in auth. de iud. Verum non probat absolute, cū illud eo in casu p̄ statutum ob sportulas, quas exigunt iudices, qui cum a publico salarium consequantur, illis ademptum est, ne sportulas illis casibus exigant.

Secūda fuit opinio Fulgo. i. l. imperium. ut ibi eū refert Gaspar Vallaschus numero 261. in fine, de iurisd. om. iud. f̄ causam minimam dici aureorum uiginti quinque, sed non uideo quo iure probetur.

Tertia fuit opinio, quam recenset glo. in d. §. si tibi, in auth. de mand. princip. causam esse leuem & breuem, cum quinque aureorum est. ex l. Diuus. ff. de bonis damn. quae ad rem non confert, cum leues, id est, uiles annulos esse dicat, qui ualorem quinque aureorum non excedunt.

Quarta fuit Bart. opinio in l. mediterraneae. C. de anno. & trib. lib. 10. f̄ causam dici paruam, cum eius ualorem impensa excederet. quam obrem eo loci idē Bar. docuit, f̄ tutores excusari, si litem non moueant pupilli nomine, cum timor est ne impensa excedat cae ualorem: quod tradit et Decius in l. pactum curatoris. num. 6. C. de pact. qui declarauit, nisi modo tutori expensae restituendae essent. sic ait Bar. d. l. mediterraneae, nu. 3. non esse faciendum f̄ inuentariū, ubi plus impensarum quam lucri adesset. idem scripsit Boer. quaest. 124. nu. 16. uerum haec opinio casus omnes non diffinit.

Quarta fuit opinio Azonis, ut retulit glo. in auth. nisi breuiore, C. de sent. ex breui. recit. esse causam f̄ minimam quinquaginta aureorum, ex l. j. C. de defenso. ciui. sed absolute in omnib. casibus locum nō obtinet, sed solum in iurisdictione defensoris ciuitatum, cuius potestas in ea tantum summa coarctata est. Iustinianus uero eam iurisdictionem extendit ad tercentos aureos. in §. & iudicare. in auth. de defenso. ciuita. Corasius in l. Magistratibus. num. 9. & l. ult. §. quoties, n. 1. ff. de iurisd. om. iud. qui inquit hanc limitatam esse defensoris iurisdictionem. Crebrior tamen est sententia, hoc totum f̄ iudicis arbitrio relinqui. ita gl. in d. auth. nisi breuiore, & gl. in cap. ult. in uerbo, illustrium, de re iud. in 6. Bart. Bal. & Abb. quos retulit Decius & probauit in auth. praeterea, nu. 15. C. unde uir & uxor. idem Decius in cap. de appellationibus, in fine, extra de appella. in cap. sedes, nu. 7. de rescript. & in c. si pro debilitate. in fi. de offic. deleg. & Barba. conu. 23. col. 3. confi. 80. in fine, lib. 3. & confi. 45. col. pen. lib. 4. Orian. in c. quoniam contra, in uerbo, petitiones, num. 19. de proba. Soc. confi. 136. col. penul. lib. j. & confi. 266. col. 1. lib. 2. Ias. in d. repet. Ladmonendi, nu. 222. de iureiur. & cōfil. 129. col. 2. lib. 1. Curt. iun. d. l. Ladmonendi, nu. 67. Bal.

Bal. cap. ex ratione de appell. Abbas cap. 1. nu. 7. uerf. Tertia causa, de dila. Vallaschus in l. imperiu. num. 263. 264. de iurisdic. omni. iudic. Ioan. Lopez de Palacios Ruuios rub. extra de donation. inter uirum & uxorem. §. 1. nu. 1. Tiraq. in l. si unquam, in uerb. Omnia uel partem. num. 3. C. de reuo. can. dona. qui idem esse aiunt de causa breui, nullam in his differetiam constituentes. las. d. reper. l. admonendi. nume. 223. Natta clem. saepe, in princip. col. 81. de uerb. signi. Afflictus c. 1. 2. 1. uerfic. item arbitrabitur an sit breuis, ex quib. causis feud. amitta. censent hi oes esse in iudicis arbitrio, qui causam iudicabit, uel magnam uel paruam iuxta rerum & personarum qualitatem. id quod recte constitutum fuit in hac Pedemontana regione ex antiquo decreto Philippi Ducis sub rubrica Statuta pro breuiori causarum expeditio. ne. Hinc Albericus in l. in bonafidei. C. de iureiurando, dixit causam ducentorum Florenorum esse magnam inter duos ciues, sed paruam inter duos Reges. & ideo Chassan. conf. 18. nu. 4. causam quinquaginta turonensium esse dixit arduam, qualitate personarum in specta. sunt tamen in iure casus aliqui diffiniri, in quibus causa dicitur magna uel parua. na minima cau-

rari potest per suam petitorij iudicij. Ego alias intellexi causam possessionis esse minimam, cu de solo momento agitur, ut in l. unica. C. si de momenta. possessi. fue. appellata in d. l. admonedi, declarauit Cur. sen. nu. 3. 23. uerf. 2. moueor. que ego sum secutus in trac. de recuperanda possessio. Remedio. 1. 5. nu. 413.

S V M M A R I V M.

- 1 Reductio ad boni uiri arbitrium nulla cautela potest cuitari.
2 Lesio enormis qua in laudo arbitri.
3 L. Vnde si Nerue. ff. pro socio. declaratur.
4 Arbitrio boni uiri stari i diuisione partiu societatis.
5 Iudicis arbitrio considerari lesionem in laudo arbitri.

C A S V S LXXIII.

QVÆ LESIO ENORMIS CENSEATUR IN LAUDO ARBITRI.

Pvlchra est & utilis admodum dubitatio, quoniam enormiter lesus quis in laudo censetur, ut reductionem ad uiri boni arbitrium perere possit. quare quidem reductio, nulla cautela effugi posse creditur: ita scribunt oes in l. si societatem. §. arbitratorum. ibi Bart. ff. pro socio. clare Ferratius cautela. 8. post alios, quoscitat, quibus addo Soc. sen. cōsi. 24. col. 1. lib. 1. Dec. conf. 11. num. 6. conf. 39. nu. 6. conf. 60. n. 2. conf. 89. nu. 47. lib. 1. Cur. iun. conf. 79. Hac ergo in re dubitari contingit, que lesio dicitur enormis. Vna fuit Bart. opinio. d. §. arbitratorum. nu. 2. esse, cum in sexta parte lesus reperitur. nec a Bart. dissentit Orias. cap. quoniam contra, in parte ultim. q. 14. de proba. Raphael Comen. conf. 50. quos retulit Ferratius cautela 8. nu. 2. illis addo Ruini cōsi. 81. nu. 3. lib. 1. adductus fuit Bar. ex d. l. societatem, in prin. & in l. unde si Nerue, cu l. seq. ff. pro socio. Veru Abbas in cap. quinquauallis. nu. 33. de iureiur. recte perpendit, illa lesionem solu fuisse in tertia parte, quem sensu prius habuit Imo. in l. si quis arbitratu. in fine, de uerb. ob. ubi Alex. ostendit Imolae & Abbatis iniam esse eandem cum illa Bar. Rursus d. l. unde si, & sequens abfolute non probant, sed tm in illo societatis contractu loquitur, in quo cum ex lege ipsemet contractus, qui bonafidei est, constitutus sit, partes ex arbitrio uiri boni constituendas esse, ut probat l. in proposita. ff. pro socio. & uir bonus arbitrari heat partes aequales esse dfe, nisi unus plus altero in societatem cōsulerit, ut probat d. l. unde si Nerue, si recte perpendatur, dum rone industriae uult uni plus tribui, q alteri. & Clare probat l. si non fuerint. ff. eo. in contractu ergo societatis statur solum arbitrio boni uiri, non autem arbitratorum laudo. Corneus conf. 285. lib. 1. Soc. iun. conf. 74. nu. 1. 2. lib. 2. in ceteris uero cum illi eliguntur ab eorum suia non receditur, ut uere probat d. l. societatem, inunctis tribus subsequen. lib. quare necessario coniungende sunt, ut perfectus habeatur sensus. In arbitris ergo electis uerior est suia, lesionem enormem considerari iudicis arbitrio, hac sententiam probauit Bal. in l. cum antea. C. de arbit. & conf. 378. lib. 1. Alex. cōsi. 131. num. 15. lib. 2. Decius auth. preterea. nume. 16. unde uir. & uxor & conf.

& cōsi. 29. in fi. Sal. l. si. col. j. in fi. C. de cōtrahen. emp. Imo. & Alex. & ceteri in l. si quis arbitratu. in fi. de uerb. obl. Ripa l. ult. nu. 90. C. de reuo. do. qui alios citat, Paris. conf. 1. 2. nu. 85. & conf. 89. nu. 53. lib. 1. Gratus conf. 24. nu. 2. lib. 2. cōtem testatur Soci. iun. conf. 48. nu. 2. 2. conf. 144. nu. 14. lib. 1. & cōsi. 84. nu. 43. lib. 2. Ferratius cautela 8. nu. 2. Neuiz. conf. 22. pag. antepe. Alc. rñso 367. nu. 3. Tiraq. in l. si unq, in uerbo Omnia uel partem. nu. 3. C. de reuo. do. Dida. lib. 1. uaria. resol. c. 3. nu. 11. Scio tm in multis iuris nostri casibus, lesionem enormem seu magna, esse diffinita, ob quam uel a contractu receditur, uel damnū emédatur, ut in emptionis uenditionisq; cōtractu, lesio enormis ac magna creditur, cum nec dimidia pars iusti pretij numerata est. l. 2. C. de rescind. uend. & in locietate quid constitutum, iam retulimus.

S V M M A R I V M.

- 1 Lesio enormis q, ut ecclesia in integrum restituitur.
2 Cap. Apostolica. de donat. explanatur.
3 Lesionem tertie partis esse enormem ad hoc ut ecclesia restituitur, ex aliquorum opinione.
4 Iudicis arbitrio relinqui, quando ecclesia dicitur enormiter lesa, ut restituitur.

C A S V S LXXIII.

QVÆ ENORMIS LESIO DICATVR, UT ECCLESIA IN INTEGRUM RESTITUITVR.

CAsus hic præcedenti similis est, quæ dicitur tenormis lesio, ob quam ecclesia in integrum restitui postulare pot, iuxta c. 1. de in integrum restit. & in cad nostrâ, de rebus eccle. non alienandis. Vna est interpretu opinio, lesionem ceteri enormem, si in cetera par. ledatur, ex notab. tex. f. c. Apostolicæ, de dona. ubi Abb. uerū is tex. non solum partem centesimam afferre lesionem enormem diffinit, nisi aliq concurrant circumstantia, ut eo loci clare dicitur. Altera eoru fuit opinio, q existimarut, hac lesionem considerari in 3. par. & in hac opinione fuit Abb. i. c. quinquauallis. nu. 33. de iureiur. & in c. 1. col. 3. de in integ. restit. cu quo uisus est sentire Ant. Burgos in c. cu dilecti. nu. 44. in fi. de empt. & uend. ex d. l. unde si Nerue. ff. p socio. q in sola locietate, no aut generalliter loquitur, quare casum nostru non cōprehedit. Tertia fuit opinio eoru, q dixerut enormem esse lesionem, si duos excedat, ut si res ualet uiginti & uedatur p decem & septem. ita Io. And. in addi. ad Specu. in tit. de restit. in integ. §. 1. uerf. Et scias pro hoc beneficiu. sed probabilis non est cu nullo iure fulciatur. Quarta & uerior, crebriorq; est sententia, hoc iure diffinitum non esse, & ob id esse iudicis arbitrio relinquendum. ita uerē sensit, si perpendatur Abb. in d. c. quinquauallis. nu. 33. in fi. de iureiur. Ant. Burgos in c. cum dilecti. nu. 44. de emp. & uend. Marf. in l. questionis modum. nu. 9. de quæst. post Io. And. in c. ult. de don. hanc etiam probauit Soc. iun. conf. 84. nu. 43. uer. sunt etiam qui. lib. 2. Dida. lib. i. uaria. resol. c. 3. nu. 11. uerf. ego sanē.

S V M M A R I V M.

- 1 Lesio enormis q, ut minor in integrum restituitur.
2 Minorem ob lesionem rei modice & praua restitui.
3 Lesio ratione sui, & comparatiue considerari.

CASVS LXXV.

QVÆ LESIO ENORMIS DICATVR, UT MINOR UIGINTIQUINQUE ANNIS IN INTEGRUM RESTITUITVR.

Non dissimilis a precedenti est is casus, quo queritur, quæ tenormis dicitur lesio, ob quam minor consequitur in integrum restitutionem. Bal. in l. j. C. si aduer. uend. pign. docuit, esse in iudicis arbitrio. Bald. secutus est Barb. conf. 51. col. 2. in princ. lib. 1. conf. 21. col. pen. in prin. lib. 2. & confil. 45. col. pen. lib. 4. Alex. conf. 77. nu. 2. lib. 5. Dec. conf. 39. nu. 7. Dida. lib. 1. uaria. resol. c. 3. nu. 11. qui declarando l. scio, de in integ. restit. inquit, pro lesione rei modice restitutionem tunc dari minori, cum ex se ipsa, non cōparatiue grauis esse pot minori, uerbi causa, in contractu mille aureorum modica erit lesio, quæ in quinquaginta continget, si cōparetur lesioni, quæ in quadrigentis accideret, tamen separatim considerata, lesio in quinquaginta grauis adhuc minori esse dicitur. atq; ita intelligenda est eorum opinio, qui dixerunt, t minorē pro lesione rei modice restitui in integrum, ut scripsit Bar. & ceteri in l. 2. C. si aduer. uendi. Alex. d. cōsi. 67. lib. 5. Gomez. §. pœnales. nu. 4. in fi. de actio. Emanuel Costa in repet. l. Gallus. §. & quid si tantum. parte 2. n. 78. de libe. & posth. nam ipsa lesio tunc t consideratur ratione sui. si uerō comparatiue, modica lesio esset, & restitutioni locus esset, ut hanc opinionem probauerunt alij ab ipso Didaco relati.

S V M M A R I V M.

- 1 Remissionem pensionis ob sterilitatem conductori faciendam esse, & quando, nu. seq.
2 Sterilitas grauis que sex referuntur opiniones.
3 Iudicis arbitrio relinqui, q grauis sterilitas dicatur.
4 Fructuum perceptio qualis fuerit ad sterilitatem iudicandam probanda est.
5 Sterilitas digna remissione pensionis est, cum fructus percepti non sufficiunt ad persoluendum dimidiam pensionis.
6 Fundi cultura probanda est ad sterilitatem illius anni demonstrandam.

CASVS LXXVI.

QVÆ STERILITAS GRAUIS, ET DIGNA REMISSIONE PENSIONIS SIT.

Prædiorum conductores multoties conqueruntur, se temporum mala tēperie, aliouē casu fortuito grandem penuriam ac sterilitatē fuisse passos, ut iure ualeant pensionis tēmissionem in parte aliqua a domino locatore cōsequi, iuxta tex. in l. licet. C. locati. & in c. propter sterilitatem, extra eo. Hac ergo in re dubitari contingit, quæ grauis dicatur t sterilitas, magnūq; damnum, ut huic remissioni locus sit. Vna fuit interpretum opinio in cap. propter sterilitatem, de locato. esse cu fructuū pars tertia deperdita fuit. hanc opinionem probauit Abbas d. c. propter sterilitatem, nu. 13. & alij quos retulit

tulit Neuiz. conf. 90. nu. 8. uerfi. quarta opinio. Rui. conf. 81. nu. 3. lib. 1. quæ tamen sententia non uide- tur iure probari, ut animaduertit Dida. libro practi- ca. quæstio. c. 30. num. 1.

Secunda est opinio, sterilitatem grauem dici, cum semen iactum non colligitur, ita antiqui, quos retulit gl. in d. c. propter sterilitatem, quam sunt secuti Inn. & Barb. ibi, Petrus Perticen. in d. l. licet. & clare Neuiza. conf. 90. nu. 1. in fi. qui hanc ueram & in dubitatum esse affirmat. Verum eam alij omnes re- iiciunt in d. c. propter sterilitatem, Abb. nu. 13. & re- ctè, mea sententia, quia & si uerum hoc sit, magnam esse sterilitatem, cum ne semences quidem perceptæ fuerunt, at tamen non sequitur, quod semper ita debeat iudicari ad hoc ut sterilitas sit: nam etiam cum se- mentes & quid plus perceptum est, sterilitatem con- tigiſſe dicitur; id, quod rectè & late ostendit Sali. in d. l. licet. quem Neuiza. non intellexit, cum tamen ipse Neuiza. d. conf. 90. nu. 4. uerfi. secundò respon- detur, hanc perpendat rationem.

Tertia fuit opinio aliorum in l. licet. C. locati, qui hoc damnum dixerunt esse debere ultra dimidiam, hoc est, cum colonus tot non collegit fructus, qui deductis impensis non ualent dimidiâ pensionis sa- tisfacere, pro qua necessaria sit deceptio ultra di- midiam, ita omnes in d. c. propter sterilitatem. ibi Abb. nu. 12. de loca. & infra alios referam.

Quarta fuit opinio Bar. in l. si merces. §. uis maior. nu. 4. ff. locati. quam probauit Aret. conf. 52. col. 2. & Paris. conf. 38. col. ult. lib. 1. tunc propter sterilita- tem pensionis remissionem concedi, ubi colonus deductis impensis nihil ex fundo percepit, quam opi- nionem rectè reicit Abbas d. c. propter sterilitatē, num. 13. & Didacus d. c. 30. nu. 1. in fi. quia si uera es- set opinio hæc, semper ratione sterilitatis fieret totius pensionis remissio, non autem alicuius partis pro rata damni contingentis, quod falsum est, quia etiam pensionis remissio pro rata fieri debet, seu ra- tione damni contingentis, & si damnum non acci- derit ad omnium fructuum amissionem deductis impensis, ut probat e. c. propter sterilitatem.

Quinta fuit eorum opinio, detrimentum hoc ex uulgi opinione æstimandum esse. ita gl. in d. l. licet. C. locati. & ibi Sal. hanc cõem esse testatur, idem do- cuit Bar. in l. si merces. §. uis maior. & in l. si uno. §. ubi- que; ff. locati. sic respondit & Alex. conf. 3. lib. 1. & conf. 107. nu. 18. lib. 3. Soc. sen. cõf. 100. in prin. lib. 1. latissimè Neuiza. conf. 100. nu. 2. 3. 4. Verum dubia & sanè quàm incerta est opinio hæc, aliquan- tum tandem adiuuat, si probatum ita fuerit com- muni hominum uoto megnam fuisse sterilitatem. id quod credidit Dida. d. lib. pract. quæstio. c. 30. nu. 1. alij tamen rationibus demonstrant Sali. & Aret. iam relati ueram non esse.

Sexta fuit opinio Barba. in d. c. propter sterilita- tem, de locato. quam retulit Didac. loco iam citato, hoc totum ꝑ iudicis arbitrio relinqui. eiusdem opi- nionis fuit ipsemet Barba. in conf. 21. col. pen. lib. 2. alios refert & uisus est sequi Neuiza. d. conf. 90. nu. 15. uerfi. octaua fuit opinio, idem sensit Io. Lopez. de Palatios Ruuios in rub. extra de donationibus in ter uirum & uxorem. §. 11. nu. 12. uerfi. ex quo etiam dicebat, Verum quo modo iuste arbitrium hoc ad-

hibere poterit iudex, nisi quid iure alias constitu- tum sit, cognoscat, ut admonit Didacus d. cap. 30. num. primo, nerfi. alijs placet. Aegidius Bossius tra- cta. rerum criminalium, in titulo. de remissionibus. num. 12. ex fide testium ꝑ ergo constare illi debet, quot ex prædio percepti sunt fructus, ut inde arbi- trari possit, an damnum graue colonus passus fuerit, ut mercedis remissio ei fieri possit. nec enim quod- cunque damnum sufficit, sed intollerabile esse de- bet. l. si merces. §. uis maior. ff. locati. d. c. ppter steri- litatem. quare rectè arbitrabitur hic iudex noster, si damnum contigiſſe noscat colonus, ꝑ cum dimidiam pensionis soluere non potest impensis deductis: iux- ta secundam relatum opinionem, quæ crebrior & uerior est; crebrior inquam, quia eam secuti sunt Abbas & Butrius. d. c. propter sterilitatem. num. 12. C. in. & Bart. d. l. licet. Catren. l. ex conducto. §. si uis. ff. loc. Alexan. conf. 3. num. 6. & conf. 112. nume. 1. in fi. lib. primo. & conf. 307. num. 18. lib. 3. com- mune testatur Aret. conf. 52. col. j. Goza. conf. 74. col. 1. Paris. conf. 38. num. 22. lib. 1. Ripa tracta. pe- stis, titu. de priuilegijs contractuum. nume. 25. quos omnes retulit & secutus est Didac. d. lib. pract. quæ- stio. c. 30. num. 1. quibus addo Capicium decif. 88. num. 1. alios retulit Neuiza. conf. 90. nu. 10. erit etiam quod diligenter animaduertat iudex, an is fun- dus eo ꝑ anno rectè cultus fuerit, & ea acta fuerint, quæ necessaria sunt, ita Salic. in l. si uno. col. j. ff. loca- ti. Neuiza. d. conf. 90. nu. 16. qui hac de re duas a- lias opiniones retulit, ut apud eum.

S V M M A R I V M.

- 1 Remissio pensionis ob causam sterilitatis, quæ alis fieri conductori debeat.
- 2 Argumentum à uenditione ad locationem ualere.
- 3 Iudicis arbitrio relinqui qualis fieri debeat pen- sionis remissio ob sterilitatem.

C A S V S LXXVII.

PENSIONIS REMISSIO OB STERI- litatem qualis esse debeat, declaratum.

Cum ob magnam sterilitatem sit remissio pẽsio- nis locatori (ut iam suo loco diximus) dubitari a nostris contingit, qualis, quantaq; esse debeat ꝑ remissio ista. & dicendum uidetur esse faciendâ remis- sionem in totum, cõputata illa fructuum parte per- cepta, quod suadetur, primò, quia iura absolute in- quiunt, mercedis remissionem fieri, at uerba in suo potentiori significatu sumenda sunt, l. j. ff. si ager ue- stig. ergo de tota mercede. Secundò suadetur, ualet ꝑ argumentum à contractu emptionis & ueditionis ad contractum locationis & conductionis, ut argu- mentatur Bar. in l. si merces. §. maior uis. ff. loca. nu. 4. sed ubi in emptione cõtingit, uenditorem ab em- ptore lædi ultra dimidiam iusti pretij, integrum pre- tium suppletur, ita doc. in l. 2. C. de rescind. uend.

Secunda opinio esse potest, quod remissio huius mer- cedis solum fiat usq; ad dimidiam ipsius pensionis, ut si pensio fuerit centum coronatorum, & condu- ctor solum fructus ualoris quadraginta coronato- rum percipiat, quod locator remittat tantum pensionis usque

usque ad dimidiâ & quid plus: ut puta undecim uel duodecim coronatos, qui computatis cum illis qua- draginta ex fructibus perceptis, quin quaginta unū, uel quinquaginta duos constituunt. quæ opinio illa ratione suadetur, quia uidemus, commune esse opi- nionem, pensionem non remitti, si conductor tantū percipiat, quantum possit dimidiam pensionis solue- re, ut iam diximus. lex etenim æquum existimauit ra- tionem habendam nõ esse illius detrimeti, quod di- midiam non excedit, ita ergo hic dicendum uidetur.

Tertia fuit opinio, hanc remissionem ꝑ iudicis ar- bitrio faciendam esse, ita in terminis nostris Barba. respondit conf. 21. col. pen. in prin. lib. 2.

S V M M A R I V M.

- 1 Conductorem posse expelli cum in re conducta malè uersatur.
- 2 Usufructuarii priuari usufructu, cū eo malè utitur.
- 3 Emphyteutâ priuari emphyteusi, cum in ea malè uer- satur.
- 4 Vassallum feudo priuari, si malè in eo uersatur.
- 5 Dominū directū res uassallorū bene tractare debere.
- 6 Deterioratio qualis esse debeat, ut uassallus iure suo priuetur.
- 7 Iudicis arbitrio relinqui, quæ magna sit deterioratio, ut iure suo deterioratus priuetur.
- 8 Fructuarii non posse arbores fructiferas incidere.
- 9 Inquilin⁹ an malè uersetur i domo, iudicis arbitrio est.
- 10 Meretrices in domo ducere, est malè in domo uersari.
- 11 Meretrices posse à uicinia expelli.
- 12 Scholasticos meretrices interdum domi habere.

C A S V S LXXVIII.

QUANDO CONDUCTOR, VASAL- lus, Emphyteuta, Fructuarius & Inquilinus in re à se possessa malè uersari dicantur.

Posteaquã incidit sermo de locatore & conducto- re, libuit & alterum casum de eis iudici arbitra- rium hic appingere. is est: nõ semel expellitur è re lo- cata ꝑ conductor, quia in ea malè uersatur: ut probat l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. auth. qui rē. C. de sacro. eccle. & clarius in l. æde. C. locati. ubi Bald. Rui. conf. 88. col. 1. lib. 1. idem dicimus in emphyteu- ta, ut scribunt omnes in l. diuortio. §. si fundū, solu. matr. clarè las. conf. 17. col. 1. lib. 1. Ruinus conf. 58. nu. 5. lib. 1. & conf. 43. in fine, lib. 2. sic ꝑ fructuarius, si malè uersetur i proprietate, usufructu priuatur. l. æquissimi. §. fructuarius. ff. de usufructu. Hinc consul- tus respondit Rui. d. conf. 42. in fine, lib. 1. mulierē relictam usufructuariâ à uiro usufructu priuari cū in eo male uersatur, imò procedit etiam si iusserit te- stator eam molestari non debere. idem Rui. conf. 48. nu. 2. lib. 2. sic ꝑ emphyteuta ut sentiunt omnes in d. §. si fundum, ibi late las. nu. 4. qui hanc esse commu- nem sentit. à qua tamen ipse post Imolam dissentit. Sic uassallus ꝑ feudo priuatur, si in eo male uersetur deteriorando. Bal. & ceteri in cap. Federicus. §. qui- cunque. de pace tenen. las. in præludij feudo. n. 68. & conf. 17. col. 1. lib. 1. alios plures citat & pbat Car- olus Molina. in consuetud. Parisien. §. 30. nu. 166. tinus tantum Doctissimus iurecon. Iulius Clarus dis- sentit lib. 4. sententia. iuris. §. feudum. quæst. 56. cuius

ratio fortè non est uera, dum ait, non licere argumē- tari ab emphyteuta ad uassallum: nam Doctores non tantum illi rationi innituntur, quam textui d. cap. Fe- dericus. §. quæcunque. quo omnes iâ relati affirmat, uassallorū feudo priuari si sibi subditos malè tracta- uerit, atque ita malè uersatur i feudo, ut plures rerū li in tract. de recuperanda possess. remedio decimo. numero 86. sic econtra ꝑ dominus directus res uas- fallorum conseruare, non autem deteriores reddere tenetur. Molina. in consuet. Parisien. tit. 1. §. 1. glo. 8. numero 51. Quo tamen huic ꝑriuationi locus sit, tria concurrere debere scribit Bal. in d. auth. qui rē. nu. 2. uerfi. secundò not. C. de sacrosan. Eccles. Primò deteriorationem in ipsa proprietate, nõ autem in ip- sis fructibus esse debere.

Secundò per dolum malum, latam culpā, uel leuē, nõ aut leuissimam rem fuisse deteriore redditam.

Tertiò notabilè esse debere deteriorationē hanc: nec enim modica considerari solet. cum Baldo sensit las. d. consilio 17. nu. 2. lib. 1. & in l. diuortio. §. si fun- dum. numero. 4. uer. istam communem. ff. sol. matr. Hinc dubitari contingit, quanta esse debeat nobilis hæc deterioratio. una est omnium sententia, hoc iure diffinitum non esse, & ob id ꝑ iudicis arbitrio relin- qui, ita Baldus in d. l. æde. nume. 14. C. locati, & ante eum Cynus in d. authen. qui rem. C. de sacrosan. Ec- cle. idem responderunt Barb. conf. 51. col. 2. lib. j. conf. 21. col. pen. lib. 2. & conf. 45. col. ult. lib. 4. las. d. conf. 17. numer. 2. lib. j. Tiraq. in l. si unquã. in uer- bo, omnia. num. 31. C. de reuo. donat. & Molina. in consuetud. Parisien. d. tit. 1. §. 1. gloff. 8. numer. 54. in fine. erit ergo iudicis arbitrio iudicare, an ex quanta arborum fructiferum incisione malè uersari & dere- riorare proprietatem relati dicantur. nam, cum con- ductorem, emphyteutam, uassallum & ꝑ fructuarium has arbores incidere non possē nostri scribant in il- lo. §. si fundum, & fufius Tiraq. de retractu conuen- tio. §. 3. glo. 1. numero 23. non tamen declarat quot, quanteq; esse debeat incisæ, hoc ergo iudicis relin- quitur arbitrio. id quod in specie respondit las. d. cõ- silio 17. numero 2. quem in eo malè sensisse opinor, dum scribit non sufficere duas incisas fuisse. nam, cū hoc relinquatur iudicis arbitrio, nõ potuit is dicere duas non sufficere, quoniã fortè iudex potuisset ex prædij & arborū qualitate iudicare duas illas maxi- mum detrimentum proprietati attulisse. erit etiã in iudicis arbitrio iudicare, an malè uersari dicatur ꝑ in- quilinus in domo, cum meretrices in ea aliquando conducit: fieri etenim potest, ut aliquando liceat, & aliquando non; iuxta personarum, loci, & temporis qualitatem, ut sentiunt Bald. & Salyce. in d. l. æde. C. locati. ille numero 4. iste colum. uerfi. cu. ego pu- to. qui affirmat, tempore incongruo ꝑ meretrices domū ducere nõ licere, ne uicinis perniciofius ad- feratur exemplum, quibus etiam licet ipsas ꝑ meretri- ces è uicinia expellere. sic Bald. & ceteri in l. 2. C. de summa Trinitate & fide catho. Decius l. semper i cõ- tractibus. numero 3. de regulis iur. Ripa tracta. pe- stis, tit. de præferu. contra pestem. nume. 164. quod dubium non habet inspecta uicini persona, nõ autē persona locatoris, si sciuit conductoris sicq; in quili- ni conditionem. puta, si esset scholasticus, & eorum aliquis, qui Iustiniano posthabito cum perditis his mulie-

mulieribus uersantur: ut eis ita aliquando licere no-
stri scribunt, Ang. §. quanta, in authenti. quo oporteat
Episcop. Capolla tracta. seruit. urba. prædio. cap. 5.
nu. 3. & Ang. Aret. §. ult. insti. locati. Bologn. in auth.
habita. nu. 377. C. ne filius pro patre. sed absit, quod
iure optimo hoc cõcedatur. hoc enim in casu confi-
derabit iudex, an inspicere debeat persona inquilini,
ut expelli possit, uel inspicere persona locatoris, & ex-
pellere inquilinum possit.

S V M M A R I V M.

- 1 Absentia diuturna que in conductore, ut dominus possit rem locatam apud se recipere.
- 2 Iudicis arbitrio relinqui que longa dicatur absentia in conductore, ut res illas a domino recuperet.
- 3 L. cum domini ff. locati intellectus.

CASVS LXXIX.

QVÆ ABSENTIA DIUTVRNA CON-
ductoris dici potest, ut rem locatam, ualeat
locator apud se retrahere.

- I**Neodẽ locationis ac conductionis tractatu, alter
est casu iudici arbitrarij. cõtingit aliquãdo cõ-
ductorem rei, re ipsa conducta incipere abesse, ita
ut dñs nec re frui, nec pensionem recipit, quare
post longam moram a lege, datum ei est rem condu-
ctã ingredi posse. Sed ambigitur quõ iudicetur esse
diuturna hæc ÷ absentia. aliqui in ea opinione sunt,
ut biennio concludatur, ex l. cum dñi. ff. locati. Bald.
uero post Nicolaum de Mattarel. in l. ædem. nu. 3.
2 C. locati, hoc esse in iudicis arbitrio scribit. sic intel-
ligens d. l. cum dñi, uerba illa, tempus autem in ea re
bienni debet obseruari. referri ad pensionis solutio-
nem, non autem ad absentie tempus, id quod ratio-
ne confirmari posse uis, quia durum admodum esset
q̄ tandiu absentem conductorem expectare debe-
ret dominus, & ita re non frui & pensionẽ amittere.
3 Verum, si recte is ÷ text. perpendatur, illius biennij
tẽpus ad utrũq; refertur. nec n. datur differentie rõ,
cur magis ad unũ, q̄ ad alterũ referri debeat. nec alle-
gata rõ urget, qñ quidẽ sibi cauere dẽr locator, ut ui-
deat cui locat. rursus illata & inuecta cautionis loco
sũt. illud tñ libẽter admiserim, si suspicio aliqua eẽt,
cõductore clam inuecta oĩa e domo, uel horreo ex-
portasse, iudicẽ posse quouis tpe pro sui arbitrio in-
grediendi facultatẽ hanc cõcedere. erit tñ cogitãdũ.

S V M M A R I V M.

- 1 Gabellarum conductores quãdo ob casum fortuitum excusantur a solutione pensionis.
- 2 Casus fortuitos i se suspiciẽs, quos suscepisse dicatur.
- 3 Conductorem excusari a solutione pensionis ob insoli-
tam siccitatem.
- 4 Statutum Patauinum sub rubr. Quod uilla teneatur
de damno dato in uilla, declaratur.
- 5 Statutum Papiẽ in criminalibus sub rub. de p̄na cõ-
munium terrarum. exponitur.
- 6 Casus fortuitos ualde insolitos, conductores gabella-
rum excusare a pensionis præstatione.

- 7 Casus ualde insolitus & omnino incogitatus quis di-
catur, sex sunt opiniones.
- 8 Iudicis arbitrio relinqui quis casus dicatur insolitus
& nullo modo cogitatus.
- 9 Locustarum in Italiã uolatus, casus ualde insolitus.

CASVS LXXX.

QVI CASVS DICATUR INSOLITVS
& minimẽ cogitatus, ut ex illius euentu
conductores gabellarum uel prædio-
rum a pensionis præstatio-
ne excusentur.

- A**Vdacter nimis solent prædiorum, uel gabella-
rum, aliorumq; reddituum cõductores (ut de
his aliquid adhuc subiiciamus) casus omnes fortui-
tos, & insolitos sub suo periculo suscipere, ita ut non
ualeant reculare præstitutam pensionem soluere, si
incogitata mala fortuna, fruges, redditusq; omnes
deperdantur, iuxta sententiam Baldi, Ang. Fulgosi,
Castrensis & Alexan. l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si
quis cautio. quam probauit Imola in cap. primo. de
locato. & Ias. consilio 107. columna 2. lib. primo. af-
firmat enim suscipientem in se casus ÷ fortuitos, in-
telligi etiam suscepisse insolitos, atque ob id nõ pos-
se se excusare. hanc sententiã uisus est sequi Crauet
ta consilio 294. numero 8. uersic. infertur ex præmis-
sis. Quam sententiã declarant alij, qui scripserunt,
conductorem excusari a solutione pensionis, si casus
fortuitus admodum insolitus contigerit. qua in sen-
tentia fuit Bar. d. §. quæsitum. & cum eo crebrius cæ-
teri, ut testatur Ripa tract. pestis tit. de priuilegijs cõ-
tractuum, nume. 97. huius opinionis retulit sibi pa-
rum constantes Baldum, Angelum, Salicetum, Albe-
ricũ, Alexãdrum, Fulgosiũ, Felynum, & Socinum
seniorem. his accedit Alciatus responso 80. nume. 6.
& latius responso 157. nume. 6. qui respondit, ÷ con-
ductorem non teneri ad conuenta conductionis ob
insolitam siccitatem contingentem. ab hac sententiã
non dissentit Anto. Rubeus Alex. in d. §. quæsitum.
nu. 51. idem respondit Neuiza. consi. 91. nu. 5. Alba
consi. 1. nu. 4. Fran. de Marchis. q. 62. in fine, ex l. situ-
las. §. frumenta. ff. de cõtrahen. emp. quo loci Alberi-
cus infert ad statutum ÷ Patauinum sub rub. Quod uil-
la teneatur emendare damnum datum ex incendio.
4 quod ÷ statutum extat & Papiẽ, in criminalibus sub
rubr. de p̄na communium terrarum territorij Pa-
piã. Villam teneri ex incendio exorto ex fulgure tã-
quã ualde insolito. in specie Albericum secuti sũt
Ripa & Rubeus iam relati.

- Has ergo Doctorum controuersias sic conciliat
Corneus cõsi. 12. lib. 4. distinguendo aliquos esse ca-
sus ÷ fortuitos ualde insolitos, qui uerisimiliter a
quouis uiro prudenti cogitari nõ potuissent, & hos
excusare conductorem in se simpliciter casus fortui-
tos suscipientem, cum hi uerisimiliter comprehensi
non fuerint. & hoc casu pcedat Bartoli & sequaciũ
opinio. subdit Corneus aliquos esse casus fortuitos
insolitos, sed non ita insolitos quin a uiro prudenti
& diligenti præuideri possint. & hos non excusare
conductorem, qui eos etiam suscepisse intelligitur.
& hoc casu procedat opinio Baldi & aliorum. hanc
Cornei

Cornei distinctionem rectẽ secuti sunt Ripa. d. titu-
de priuilegijs contractuum. nu. 99. Rube. in d. §. quæ-
situm. nu. 51. in fin. unus tantum Aymo Craue. consi.
294. col. pen. uersic. octauõ dico. a Corneo dissentit,
nec rectẽ satis: quandoquidem ratione naturali fir-
matur Corn. distinctio, non enim dici potest cogita-
tum, quod uel euenit nunquam, uel si euenit, mira-
culosẽ & præter oĩum opinionẽ euenisse creditur.

- 7 Dubitari ergo contingit, quis hic ÷ casus dicatur
insolitus, ut cogitatus minimẽ dicatur. Vna fuit opi-
nio Bar. in l. Seio. §. medico. ff. de annuis le. dici tunc
casum insolitum, qui solet semel in mille annis eue-
nire. Bar. est secutus Ias. d. consi. 107. col. 3. uersic. 3. re-
spondetur. Goza. consi. 27. nu. 9. & nu. 24. Rube. con-
si. 153. nu. 2. Alba. consi. 1. nu. 8. Deci. consil. 8. colu-
pen. Alex. autem in consi. 107. nu. 16. lib. 3. dixit Bar.
exemplificatiuẽ loqui, quod exemplum non restrin-
git. l. damni in facti quidam. §. ult. de damno in facti.
quare secundam is retulit opinionem, casum dici in-
solitum, cum nõ solet communiter euenire. Verũm
adhuc dubia remanet & perplexa Alexan. sententia,
quamquã ab Alex. non dissentiat Alcia. responso
157. nu. 6. uersic. uel qui. & Alba d. consi. 1. nu. 8.

Tertia fuit sententia Cornei consi. 12. lib. 4. esse
insolitum, qui præter omnem cogitationem & ueri-
similitudinem euenit, licet a prudentissimo uiro cogi-
tari potuisset. Verũm in obscuris adhuc agimus;
nec enim adhuc constat, quomodo cogitatio hæc
possit considerari.

Quarta fuit eiusdem Cornei opinio consi. 23. col.
pen. lib. 2. dici insolitum, si semel tantũ intra centũ
annos euenit. iure tñ hæc opinio non probatur.

Quinta fuit opinio Soc. sen. consi. 123. nu. 4. lib. 4.
esse insolitum, qui longissimo tempore euenit, ut
in 40. annis. ita exemplificat Ripa. d. titulo de priui-
legijs contractuum, nume. 102. Verũm Soc. sen. non
declarauit de quo tempore intelligantur sua illa-
uerba, & si Ripa sic declarat, quæ sanẽ declaratio iu-
re non probatur.

- Ultima uidetur fuisse opinio Ripæ d. tract. pestis,
tit. de priuilegijs contractuum, nu. 103. hoc relinqui
8 ÷ iudicis arbitrio, qui consideratis qualitatibus &
circumstantijs casus fortuiti, eum uel solitum uel in-
solitum iudicabit. a qua sententia non dissentit Ti-
raq. in l. si unquam, in uerbo. oĩa. nu. 31. iudicis ergo
hæc erit diligentia, ex multis circumstantijs iudica-
re, an casus sit solitus uel insolitus. Ego aliqñ respon-
di, casum fuisse ualde insolitũ, cum in Italiã aduola-
9 uit immensa illa ÷ Locustarũ quantitas, quæ in hac re-
gione uisa est nunquam. uel si uisa aliquando est, iã
mille elapsis annis uisa est. Cuius rei meminimus in
tract. de recuperanda poss. Remedio 12. nu. 36. 37.
& licet cogitari potuerit de locustis, ut in l. excepto,
C. locati, non tamen de tam ingenti quantitate, quã
illa fuit, quæ aduolauit eo anno 1542.

S V M M A R I V M.

- 1 Consuetudo quot actibus indicatur.
- 2 Consuetudinem actuum frequentiam postulare.
- 3 Consuetudinem induci ex tot actibus, quot colligi pos-
sit populi consensus.
- 4 Iudicis arbitrio relinqui quot actus & qui consue-

- 5 Consuetudo in feudandi quot actibus introducat.
- 6 Cap. 2. de feudis. declaratur.
- 7 Dispositionem uerificari in primo actu.
- 8 Consuetudinem alienandi feudum ex duobus acti-
bus alienationis induci.

CASVS LXXXI.

QVOT ACTIBVS CONSVETVDO IN-
ducta censetur.

Controuertit interpretes nostri, quot actus fie-
ri debeant ad hoc, ut ÷ consuetudo inducta cen-
1 seatur. scimus enim ÷ consuetudinem actuum fre-
quentiam postulare. l. j. C. que sit longa consue. l. ter-
2 tia. C. de ædif. priua. hinc receptum est, unicum ac-
tum quamquã notorium consuetudinem non
inducere, ita Bart. l. de quibus. prima lectura, num.
11. & in repe. num. 13. ff. de legib. & ibi Ias. num. 51.
Abbas in cap. ulti. num. 17. de consue. Hac ergo in-
re nostra, una opinio fuit, duo actus sufficere. quæ
quidem opinio iure non probatur: nec enim omni-
bus in casibus duo actus gesti arguerent totius po-
puli consensum. id quod sensu. d. loco Bar. dum di-
stinguit, aliquos esse actus, quorum maior numerus
potest consuetudinem inducere, aliquos uerõ ubi
maior numerus exigitur. imò duo actus non dicuntur
actuũ frequentiam ostendere. litem apud La-
beonem. §. aliud est. ff. de iureiura.

Altera fuit opinio Bal. in l. prima, nume. 2. C. quæ
sit longa consue. & Abbatis in cap. ulti. nume. 17. de
consuetud. ubi Rochus Curtius col. 56. uersic. sed hic
succesiuẽ, testatur communem, tot ÷ actus exigi ex
quot colligi potest populi consensus. inquit enim
Bal. pbari oportere quod frequenter & plurimum
ita obseruetur. sed ualde obscura & perplexa est ho-
rum doctrina. nec enim adhuc satis in telligere pos-
sumus, quibus actibus frequentia hæc inducatur, iux-
ta rerum ac factorum diuersitatem.

Tertia fuit & uerior opinio in repet. d. l. de qui-
bus. nu. 12. & ibi Ias. num. 51. hoc totum a ÷ iudicis
arbitrio pendere, quam sententiã probarunt Car-
dinal. consi. 62. Corn. consil. 179. lib. 3. Rochus d. c.
ult. col. 56. & Marsilius in l. quæstionis modum. nu.
44. de questio. placuit & hæc sententia Ioanni Cora-
sio in commentarijs de iure ciuili in artem redigen-
do, parte 2. cap. 19. index ergo uir prudens animad-
uertere debet, quot actus & quot exempla necessa-
ria sint, ut ex eo, quod frequenter factum est, consue-
tudo confirmata dici possit.

Ex his finiri potest ardua illa iuris disputatio, quã
feudistæ faciunt, quot actus requirantur ad hoc, ut in-
troducenda dicatur in feudandi ÷ consuetudo. quam di-
sputationem post scribentes in cap. 1. qui feudum
dare poss. late regulit Curtius iun. in tracta. feudo. le-
cunda parte. q. tertia. qui in ea opinione fuit post I-
ferniam in d. c. 1. de ijs qui feu. dare poss. & in c. r.
de cler. qui inuesti. post Hosti. in summa de feudis.
§. quis possit. & post Imo. in l. quod dicitur. colu. ult.
de uerbo. oblig. solam solennem in feudationem in-
feudandi consuetudinem introducere. hæc sanẽ o-
pinio licet multorum auctoritate corroborata sit,
V non

6 non tamen iure probatur. Nam tex. f. c. 2. de feudis, qui a Curtio precipuus habetur, nil confert, quia & si nihil de actum pluralitate dicat, attamen nec concludit unicum tantum sufficere: nam, cum de hoc nulla ibi esset disputatio, in iuris dispositione relinquitur. & quod ait Curtius f. dispositionem simpliciter prolatam in primo actu verificari, iuxta regulam l. boues. § hoc sermone, de uerb. sig. intelligitur in hominis, non autem legis dispositione, ut hic. ita post. Cyn. Bart. Alex. & Iaf. in l. ult. §. hac uox: ff. de eden. ex illo textu late tradit Tiraq. in commentarijs ad d. §. hoc sermone, limitatione nona.

Rufus, hec consideratio refragatur coi omnium sententia, qua affirmatum est, actum unum quamq notorium consuetudinem non inducere. quamobrem Afflict. in d. c. 1. in princ. nu. 17. de ijs qui feudare possunt, inquit, duos actus cum cursu temporis inducere f. consuetudinem alienandi feudum. idem placuit Zasius in epito. feud. par. 5. nu. 52. Rectius ergo erit hoc rotam iudicis arbitrio relinquere.

S V M M A R I V M.

- 1 Consuetudo rationalis qua.
- 2 Iudicis arbitrio relinquitur, qua rationalis sit consuetudo.
- 3 Iudicis arbitrio relinquitur, an actus fuerit cum ratione gestus.
- 4 Consuetudinem contra legem, esse irrationabilem.
- 5 Consuetudinem praeter legem ratione non carere.
- 6 Consuetudinem libertati Ecclesiasticae repugnantem esse irrationabilem.
- 7 Consuetudinem fini aeterno repugnantem, esse irrationabilem.
- 8 Consuetudinem bono publico aduersantem, irrationabilem esse.
- 9 Leges cedentes usuris & praescriptionem ratione & iuste olim promulgatas.
- 10 Usura olim Clericis tantum prohibita.
- 11 Legumlatores nihil unquam uoluisse statuere, quod ratione caveret.
- 12 Lex quid sit.
- 13 Baldi explosa sententia consuetudinem sine ratione procedere.
- 14 L. non omnium. ff. de legib. declaratur.
- 15 L. prospexit. ff. qui & a quibus, sensus & intellectus.
- 16 Consuetudinem iudicari rationabilem & irrationabilem diuersis de causis.
- 17 Consuetudinem irrationabilem esse cum peccatu nutrit.
- 18 Consuetudinem esse sine ratione, cum aliquis indebitè grauat.

C A S V S LXXXII.

QVÆ CONSVETVDO IRRATIONABILIS IURE CENSEATUR.

IN eodem consuetudinis tractatu contingit dubitari, quando rationalis esse dicitur f. consuetudo. id quod & statuto dicitur. gl. in c. 1. in uerbo, rationalia, & ibi late Gomez. nu. 223. de consti. in 6. dixit, ex opinione Hosti. esse in f. iudicis arbitrio. qua opinionem sunt secuti Card. in c. ult. ibi late Abbas,

nu. 5. & Marcus Mantua eruditiss. iureconf. nu. 17. Oldr. consi. 220. quem secutus est Craue. consi. 116. nu. 5. Adde Ang. in tract. de societate, par. 2. num. 3. Barb. consi. 51. col. 2. lib. 1. Marf. l. quaestiois modū, nu. 8. de quaestio. quo loci nu. 20. simile scribit ex Hosti. in c. cum re. de re iud. f. iudicis arbitrio relinquitur, an actus cum ratione gestus esse dicatur. Hac doctrina intellexit Gomez. d. c. 1. nu. 223. & nu. 226. procedere qn sumus in dubio; nā, si clarū esset f. consuetudine esse contra legē, non est dubiū, quin sit irrationabilis. c. 3. de his q mitt. in poss. gra. rei ser. Dec. c. 2. n. 9. de prob. & ideo tunc ad iudicis arbitriū nō recurritur. Idem quando constat f. consuetudinem esse praeter legem scriptā, tunc clarum est esse rationabilem, ex legis praesumptione, secundū Bal. d. l. de quibus. nu. 3. alia refer. Gomez. d. c. 1. nu. 224. in duobus ergo iudicis arbitrium uersatur. Iustus autem iudex plura debet perpendere, ut rationabilem iudicare possit consuetudinem, & irrationabilem.

Vna ergo fuit doctrina glossae in d. c. ult. gl. ratio-nabilis, de consuet. f. irrationabilem dici, quae ecclesiasticam disciplinam, uel ecclesiasticam libertatem oppugnat, quam doctrinam probarunt Bart. d. l. de quibus. nu. 30. de legi. & satis probat c. 1. & c. ult. de consuet. Verum perfecta haec non est doctrina: nam, & aliquando his non repugnat consuetudo, & tamē irrationabilis creditur, ut mox subijciam.

Secunda fuit Io. And. doctrina, quam refert Abb. in d. c. ult. num. 5. de consuet. iudicem procedere debere a similibus ad similia. In non possunt de legi. sed obscura adhuc est haec doctrina, quia adhuc ignoratur, quae sint inter se similia, ut infra subijciam in casu 82. declarando dictam l. non possunt.

Tertia fuit doctrina Butr. consuetudinem esse rationabilem secundum unum quodq ius, quod ad finem illius iuris accedit: iure ergo potestio perpenso illa iudicabitur rationalis f. consuetudo, quae fini aeterno non repugnat. c. consuetudo, in fi. distinct. j. Nec huic primo capiti declarationis Butr. aduersatur Abb. consideratio d. cap. ult. num. 5. dum obijcit tex. c. cum dilectus, de consuet. & p. cum ecclesia, de caus. posses. & propr. & subijcit satis esse, quod consuetudo peccatum non nutriat. Nam hoc dictū non repugnat doctrinae Butrij, qui dixit, consuetudinem rationabilem esse, quae fini aeterno non repugnat: si ergo repugnet, cui dubium, quin nutriat peccatum? & quamquam in d. c. cum dilectus, & d. c. cum ecclesia, non tendat consuetudo ad felicitatem aeternam, non tamen illi repugnat; alioqui, ut irrationabilis eradicanda foret. Iure uero ciuili considerato, illa rationalis f. consuetudo dicitur, quae bono publico non refragatur. Cum igitur finis iuris ciuilis sit bonum publicum, & iusta ratione sit fundatum, quod ad se erit rationalis consuetudo, quae ad eum finem tendit, quare infert Butrius, hoc iure inspecto, f. leges, usuras & praescriptionem cum mala fide inducentes, fuisse rationabiles. Nam & si nūc, quod lex Evangelica nos illuminauit, irrationabiles sint, attamen eo tempore, quo illi legumlatores ita constituerunt, bonum tantum publicum inspicientes, recte & cum ratione sic constituta fuerunt. nec enim credendum est, legumlatores uoluisse leges ferre, quae aeterno fini repugnent: nam quod

de usuris concessit Iustinianus, recte factum esse credidit Alciatus lib. 6. Parerg. iuris, cap. 20. qm olim de clericis dictum uidebatur, solum ad uitam perfectiorem paranda uidebatur dictum: id quod rectius hodie ex iure pontificio omnibus interdictum est. Minus quoque credendum est, illos prudentes f. legumlatores uoluisse aliquid statuere, qd sine ratione & publico commodo esset. scribit enim M. Tullius in primo de inuentione, ea uirtute & sapientia maiores nros fuisse, ut in legibus scribendis, nihil aliud sibi, qd ciuium salutē & utilitatē rei publ. proponerent. sic rōnem semper in legibus condendis consideratā credimus. Cum (ut ait M. Tullius in primo de legib.) lex nihil aliud sit qd recte a numine Deorum tracta ratio. alioqui, ut scribit Damasus in cap. cor. Episcopi 68. distinct. quod ratione caret, extirpari debet. Hinc conijcimus male sensisse Baldum in l. de quibus. n. 3. ff. de legib. dū scrip. tū reliquit, consuetudine sine ratione stare posse: cū rō illius substantia non sit. ext. l. non oīum. ff. de legib. & ex l. prospexit. ff. q. & a quib. fallitur inquam Beldus, cum non neget Iulianus, quin oīa rōnem habeant, sed illud docet, non esse cuiusuis de unaquaque legis snia arcanam & latentem rationem assequi. quod intelligamus nos in perscrutandis legum causis non plus aequo sollicitos anxiosq; esse oportere: alioqui ut Neratius scribit l. & ideo, de legib. multa ex his quae certa sunt, subiret erentur. quem sensum habuit ante omnes Lancelotus Politus in l. filium quem. nu. 90. C. famil. ercif. & Baro. & illorum suppressis nominibus Corasi. in ea ipsa l. non omnium, interpretatione, & in commentarijs de iure ciuili in artem redigendo, parte 1. cap. 3. in fine, quo loci sic explicat. l. prospexit ff. qui & a quib. legem. illā ratione non carere, quamq oibus cognita & p̄specta non sit, ac ob id dura uir. Ego credo rationem summam a Iureconsulto in d. l. prospexit, fuisse consideratā, nempe seruos tunc agentes p̄dente de adulterio accusatione intra sexaginta dies manumittēdos nō esse cū accusatae mulieris mores, seruis in agro uel in prouincia existentibus, cogniti esse possunt, ut ex illis facile conijci, uel saltem inspicio nasci commissi deinde criminis. quam argutam & probabilem considerationem fecit Iaf. in lex facto. num. 13. in fi. de uulg. quam tacito authore sibi tribuit Alc. lib. 1. de uerb. sign. nume. 14. qui subdit non fuisse eo casu magnum serui detrimentum, cum intra sexaginta dies erat manumittendus. Hinc etiam inferitur male sensisse eundem Baldū d. l. de quibus, consuetudinem contra rationem introductam sustineri, distinguendo tm rationem generalem a speciali, ut multis uerbis is explicat, & n. sine inspecto, nunquā contra rationē lex edita fuit: nam & si hodie uideatur contra rationem aliquam, non tamen tempore quo promulgata fuit. Accedit quod scribit Abb. in d. c. ult. num. 6. quod diuersis rationibus inspectis, f. consuetudo rōnabilis & contra rationem aliquā iudicabitur, & exemplis his clarē demonstrat. quorum unum est extra omnem conuentionem positum, irrationabilem esse f. consuetudinem, quae peccatū nutrit, ut cum inhonesta & turpis est, ut post alios tradit Paris. consi. 27. nu. 46. lib. 1. sic qn est scandalosa. Ruin. consi. 154. nu. 1. lib.

de usu-

de usuris concessit Iustinianus, recte factum esse credidit Alciatus lib. 6. Parerg. iuris, cap. 20. qm olim de clericis dictum uidebatur, solum ad uitam perfectiorem paranda uidebatur dictum: id quod rectius hodie ex iure pontificio omnibus interdictum est. Minus quoque credendum est, illos prudentes f. legumlatores uoluisse aliquid statuere, qd sine ratione & publico commodo esset. scribit enim M. Tullius in primo de inuentione, ea uirtute & sapientia maiores nros fuisse, ut in legibus scribendis, nihil aliud sibi, qd ciuium salutē & utilitatē rei publ. proponerent. sic rōnem semper in legibus condendis consideratā credimus. Cum (ut ait M. Tullius in primo de legib.) lex nihil aliud sit qd recte a numine Deorum tracta ratio. alioqui, ut scribit Damasus in cap. cor. Episcopi 68. distinct. quod ratione caret, extirpari debet. Hinc conijcimus male sensisse Baldum in l. de quibus. n. 3. ff. de legib. dū scrip. tū reliquit, consuetudine sine ratione stare posse: cū rō illius substantia non sit. ext. l. non oīum. ff. de legib. & ex l. prospexit. ff. q. & a quib. fallitur inquam Beldus, cum non neget Iulianus, quin oīa rōnem habeant, sed illud docet, non esse cuiusuis de unaquaque legis snia arcanam & latentem rationem assequi. quod intelligamus nos in perscrutandis legum causis non plus aequo sollicitos anxiosq; esse oportere: alioqui ut Neratius scribit l. & ideo, de legib. multa ex his quae certa sunt, subiret erentur. quem sensum habuit ante omnes Lancelotus Politus in l. filium quem. nu. 90. C. famil. ercif. & Baro. & illorum suppressis nominibus Corasi. in ea ipsa l. non omnium, interpretatione, & in commentarijs de iure ciuili in artem redigendo, parte 1. cap. 3. in fine, quo loci sic explicat. l. prospexit ff. qui & a quib. legem. illā ratione non carere, quamq oibus cognita & p̄specta non sit, ac ob id dura uir. Ego credo rationem summam a Iureconsulto in d. l. prospexit, fuisse consideratā, nempe seruos tunc agentes p̄dente de adulterio accusatione intra sexaginta dies manumittēdos nō esse cū accusatae mulieris mores, seruis in agro uel in prouincia existentibus, cogniti esse possunt, ut ex illis facile conijci, uel saltem inspicio nasci commissi deinde criminis. quam argutam & probabilem considerationem fecit Iaf. in lex facto. num. 13. in fi. de uulg. quam tacito authore sibi tribuit Alc. lib. 1. de uerb. sign. nume. 14. qui subdit non fuisse eo casu magnum serui detrimentum, cum intra sexaginta dies erat manumittendus. Hinc etiam inferitur male sensisse eundem Baldū d. l. de quibus, consuetudinem contra rationem introductam sustineri, distinguendo tm rationem generalem a speciali, ut multis uerbis is explicat, & n. sine inspecto, nunquā contra rationē lex edita fuit: nam & si hodie uideatur contra rationem aliquam, non tamen tempore quo promulgata fuit. Accedit quod scribit Abb. in d. c. ult. num. 6. quod diuersis rationibus inspectis, f. consuetudo rōnabilis & contra rationem aliquā iudicabitur, & exemplis his clarē demonstrat. quorum unum est extra omnem conuentionem positum, irrationabilem esse f. consuetudinem, quae peccatū nutrit, ut cum inhonesta & turpis est, ut post alios tradit Paris. consi. 27. nu. 46. lib. 1. sic qn est scandalosa. Ruin. consi. 154. nu. 1. lib.

4. sic cum aliquem indebitè grauat, quia peccare illud est, ita Ruin. consi. 116. nu. 8. 9. lib. 4. & Soc. iun. consi. 98. nu. 41. lib. 3. & eontrā, est rationalis illa consuetudo, quam ecclesia approbat. Abb. cap. cum tanto, de consuet. Gome. d. c. 1. nu. 229. de consti. in 6. De his satis.

S V M M A R I V M.

- 1 Consuetudo quanto tempore firmetur.
- 2 Consuetudine cursu decennij secundū aliquos firmari.
- 3 Praescriptionem uarijs modis currere.
- 4 Consuetudo inueterata aliquando appellatur, & aliquando antiquissima.
- 5 Consuetudinem cursu centum annorum firmari.
- 6 Iudicis arbitrio relinquitur quanto tempore firmetur consuetudo.
- 7 Consuetudinem in rebus ecclesiae non minori tempore quam quadraginta annis firmari.
- 8 Consuetudinem super bonis clericorum eodem firmari tempore, quo consuetudo in rebus laicorum.
- 9 Consuetudinem in rebus grauibus firmari solum tempore immemoriali.
- 10 Consuetudine interpretatiuā paruo tpe ob firmari.

C A S V S LXXXIII.

QUANTO TEMPORE INTRODVCTA consuetudo obseruetur.

NON preteribo & hunc casum in tractatu consuetudinis iudici arbitrium, quāto tpe consuetudo firmetur. multae sūt Doctorum opiniones, una fuit glossae in l. de quibus in uerbo, inueterata. ff. de legib. & in c. ult. de consue. in 6. sic Cynus l. 2. C. quae sit longa consue. Bart. l. de quibus. & ibi Iaf. nu. 43. Zasius nu. 14. de legi. Curt. iun. consi. 42. col. pen. Crauetta. de antiq. temp. 4. parte principali, nu. 7. f. decennio firmari, illa prima ratione, quia leges longum tempus requirunt ad eam indicendam. l. 1. in fine. ff. de aqua plu. arcen. l. 2. C. de seru. l. 1. C. quae sit longa consuetud. & in l. sed ea quae. ff. de legib. & in l. non tantum. §. ult. ff. de decur. at longum & diuturnū tempus decennij esse dicitur, ut C. de praescrip. longi temp. & clarē in l. si cum fideicommissa. §. Aristot. ff. qui & a quibus. §. 1. instit. de usucap.

- 5 Pater dans aliquid filio, non donare, sed committere creditur.
- 6 Donare non creditur, qui interrogatus, an uelit rem illam donare, respōdet, nō hanc, sed oīa quę habeo.
- 7 Donationem non presumi, etiam fauore Ecclesie.
- 8 Iudicis arbitrio relinqui quibus cōiecturis donatio presumitur.
- 9 Donationem ob consanguinitatem presumi.
- 10 Donationē ex multis simul concurrentibus presumi.
- 11 Pater filij nomine expresso in instrumento adquisitiōnis non presumitur ei donare.
- 12 Fili⁹ impēdēs in cām patris donare nō presumitur.
- 13 Donare non presumitur uirtricus, qui in causam priuigni impendit.
- 14 Donare nō presumitur socer, qui in causam generi impendit.
- 15 L. si seruus communis. ff. de dona. inter uir. & uxo. sensus & intellectus.
- 16 Donationem tribus concurrentibus presumi.
- 17 L. Procula. ff. de proba. sensus & intellectus.
- 18 Alciati cōsideratio ad l. Procula. ff. de proba. explosa.
- 19 Donationem presumi ex coniectura diuisionis partium sepe facta, quod ibidem declaratur.
- 20 Donare presumitur mater uel auia cū alimēta filio prestitit animo nō repetēdi, quod ibidē declaratur.
- 21 Iudicis arbitrium multum uersari, an mater prestās alimenta filio donare presumatur.
- 22 Mater impendens in causam filij uiuo patre diuite, a patre impensas repetere potest.
- 23 Mater impendens pro filio diuite, ab eo repetit.
- 24 Patruus impendens pro patruēle ab eo repetit.
- 25 Frater impendens ab eo repetit.
- 26 Mater impendens pro filio cum protestatione, quod repetendi animo impendit, repetere poterit.
- 27 Iudicis arbitrio relinqui, quę modica impensa dicatur, ut a matre filio donata presumatur.
- 28 Donare non presumitur mater magnam impensam pro filio factam.
- 29 Donare presumitur mater, quod in filij captiui redemptionem erogauit.
- 30 Donationem presumi ob nobilitatem & affectionē.
- 31 Verbum, concedo, donationem significare.
- 32 L. uxori. §. ult. de leg. 3. sensus & intellectus.
- 33 Donationem presumi cū mater extra dotē aliquid genero nomine filie dat.
- 34 L. Donationes. §. species. ff. de dona. intellectus.
- 35 Bartoli cōsideratio reiecta.
- 36 Dos ab extraneo data, an donata presumatur.

lā traxerunt. Nec uereor, quin rectè etiam facturus sit iudex noster, si cōsi milibus coniecturis impulsus, ita iudicium suum proferat.

Extenditur hic casus, ut etiam procedat, quando loco illius coniecturæ sumptæ ex ratione sapius calculata, adesset coniectura desumpta ex diuisione bonorum facta. sic in specie decidit Gramma. decis. 103. nu. 39. Declaratur primò hic casus, ut locum sibi non uendicet contra eum, qui probabiliter ius suum ignorauit. ita sentit glo. l. si seruus cōis. ff. de dona. inter uirum & uxorem & clarè Soc. in. consilio 128. nume. 126. lib. 1. & satis probat l. cuius per errorem, de regulis iuris.

Declaratur secundò non habere locum contra eum, qui in iure errauit, ut post Imo. in l. recusari. ff. de ac qui. hered. decidit Afflict. dec. 13. nu. 13. utriusque declarationis ratione omnibus cognitam opinor.

Secundus casus est in l. 1. & l. alimeta. C. de neg. gest. ubi donatio saliquibus coniecturis facta præsumitur, cū mater alimeta filio præstitit, quia non repetendi animo, sed donandi præstitisse præsumitur. sic in auia erga nepotem. l. Nefennius. ff. de nego. gesto. una est coniectura ipsæ sanguis, altera est alimetau fauor, cuius causa multa iure constituta sunt: nā magna in his æquitas & parentum affectus considerari solet. l. si quis a liberis. §. utrumque. & §. si mater. & l. penul. ff. de lib. agno. extat & plura priuilegia enumerata a Bar. in leg. Mela, in fine prin. ff. de alimeta. & ciba. lega. Tertio rei tenuitas: nā si magnæ impensæ essent, repeteret, ut docuit Alex. in d. l. alimeta. nu. 8. in fine, & in hoc multum uersatur iudicis arbitrium, ut probat l. si quis a liberis. §. si mater. ff. de lib. agno. ibi, iudices æstimabunt. quo loci affirmat Vlpianus, matrem non posse repetere a patre ipsius filij quod in causam alimentorum pro filio ipso materno affectu impedit, siue magna; siue tenuis (ut ubi exponit glossa impensa) fuerit.

Declaratur nūc primò hic casus, ut non procedat, quando pater filij, cuius interest alere filium, esset superstes ac diues, & filium in potestate haberet, tunc mater repetit quod in causam suorum alimentorum impedit, cum uerisimilis donandi animus non adfuerit. d. §. si mater iuncta glossa ibi, Bal. d. l. alimen. nu. me. 2. in fine. C. de nego. gesto. Rui. consil. 171. num. 2. lib. 1. & consil. 145. nume. 3. lib. 4. Alcia. responso 153. nume. 2. sic etiam repeteret mater ab eo, qui ex obligatione filium illum alere teneretur. ita Soc. sen. consilio 26. col. 2. lib. 1. quæ etiam subintelligo, nisi materno affectu impenderit mater, quod iudex arbitrabitur. d. §. si mater.

Declaratur secundò non procedere, quando filius esset diues, & mater bona eius omnia fortè tamquam tutrix administrat, tunc si alimenta præstat, non donandi, sed repetendi animo præstare dicitur, ut probat d. l. Nefennius, ubi Bar. nume. 3. & Bald. nume. 5. sic respondit Ruinus consil. 171. nu. 4. lib. 1. & consil. 1. nu. 23. uersic. secundò quia. lib. 3. & Decius consil. 616. num. 7. sic etiam respondit Raphael Comensis consil. 87. col. 2. qui idem esse censuit in patris sui patris tutore & administratore. sic i duobus fratribus scribit Petrus Vbaldus tractat. socie. parte. 6. q. 23. uersic. 4. fallit.

Declaratur tertio non habere locum, quando ma-

ter fuisset protestata se alimenta præstare animo repetendi, tunc in claris uersatur, & re ipsa constat, donationem non esse, ut probat d. l. Nefennius, ubi Bar. & ceteri omnes. Dec. consil. 21. nu. 7. & consil. 616. numero 4. Tiraq. De retractu consang. §. 36. glof. 2. nu. 53. id quod extendit Alex. in l. 1. nu. 3. uersic. Verum nisi, C. de nego. gesto. procedere, etiam si impensa modica sit. quæ autem hoc casu modica sit impensa, iudicis arbitrio relinquitur: ita Purp. in l. cum quid. nu. 124. ff. si certum petat.

Declaratur quartò non procedere, quando magna esset impensa: tunc animus donandi non præsumeretur. ita Bald. d. l. 1. oppo. 5. C. de nego. gesto. Petrus Vbaldus tractat. de socie. par. 6. q. 23. uersic. secundo quando. Alexan. d. l. alimenta. nu. 9. Ruin. consil. 100. nu. 4. lib. 4. Purp. d. l. cum quid. nu. 129. si cert. petat. quæ autem magna sit impensa, iudicis arbitrio (ut iam dixi) relinquitur.

Tertius est casus l. liber captus. C. de cap. & post limi. reuer. ubi donatio ex coniecturis præsumitur, cū mater filium redemit captiuum, quia non repetendi, sed donandi animo impedisse præsumitur. ibi. n. cōcurrit maternus affectus, & uotū, quibus mater non in filij, sed in propria causam impedere uidetur. Hinc Bal. ibi nu. 4. docuit, hoc in fratre cessare, cui par ratio affectionis non est, quæ in matre. Baldum est secutus Decius consilio 628. numero 8. concurrunt & redemptionis fauor, qui maximus in iure solet considerari, ut in l. sancimus. ubi glo. & docto. C. de sacrosanct. eccles. Ex quibus colligimus, minorem rationem non esse in hac, quàm sit in causa alimentorum. quo circa docuit Bald. in l. Nefennius. nu. 3. in fi. de nego. gesto. parem esse rationem alimentorum, & huius redemptionis, adde Baldum Nouellum l. 1. nume. 81. sol. matr.

Quartus est casus, in quo donatio præsumitur ali quibus coniecturis. in uxori. §. ult. de leg. 3. quæ attigit Ale. de præsumptio. 3. nu. 2. Verum Bal. in l. 2. nu. 2. C. de iure dotium, uisus est intelligere textum illum procedere i ratione affectionis & nobilitatis concurrentis, quorum utrumque falsum est, cum ne uerbum quidem de illis. Bar. uerò in illo ipso §. ult. sentit, illud ibi contingere, quia is testator uisus fuit

uerbo, concedo, quod etiam donationis nimirum habere uidetur. l. uxorem. §. in testamento. ubi idem Bart. de leg. 3. late Ruinus consil. 38. nu. 1. consil. 42. nu. 5. & consil. 51. lib. 1. qui sic intellexit d. l. uxori. §. ult. Sic Iaf. consil. 45. nu. 2. lib. 1. & Soc. iun. consil. 102. nu. 12. lib. 1. Verum uerbum illud, concessit, est iure consulti narrantis factum, ob id in illo uis facienda non uidetur; iuxta glo. l. unica, ubi Iaf. nu. 22. C. quoniam non

peten. partes. Ego saliquando considerabam, ibi ex eo donationem præsumi ex facto subsequuto: nam ibi Seius testator prius luit pignorat ab uxore; deinde uerbo uniuersali, quicquid, legauit, atque in stipulatu eius concessit, & hoc amplius uicenos aureos annuos. Hoc etenim legatum tam amplum arguit mentem Seij testatoris fuisse, illa centum, quibus pignorata fuit, non esse repetenda, quia donandi animo uxoriam nomine soluit. Iure consil. ergo præsumptum animum donandi colligit ex legato illo tam amplo, non autem ex illo uerbo, concessit, quod personam creditoris potius, quàm uxoris respicit.

Sextus

Sextus est casus in d. l. donationes. §. species. ff. de don. ubi i donatio præsumitur, cū mater res aliquas extra dotem eius genero nomine filij, filia præsentem tradiderit, matrem ipsam filiam donasse præsumitur. & annotauit tex. hunc Bar. in l. quæ dotis. nu. 5. in fi. sol. matr. & ibi Iaf. nu. 55. Alcia. d. præsump. 32. nu. 2. sed idem Alcia. in rub. de uerb. oblig. nu. 7. sentit ex ipsa acceptatione generi, cuius intererat suæ uxori acquirere, donationem confirmatam fuisse. Considerari etiam ibi matrimonij fauor potest, quo multa in iure constituta sunt, sed, mea opinione, i ibi non uersatur in casu dubio, sed in certo. ibi eum mater filiam prius donauerat, deinde filia præsentem uiro nomine filiam res tradidit. Gener. deinde cauit, res has usui tantum causa eius uxori ab eius socera traditas esse. quam ob cautionem mater offensa a filia usum illarum rerum reuocare uolebat; respondet Papinia. reuocationi locum non esse, rationibus ab eo perperis. Erat ergo dubium, quia uidebatur dicendum, species illas ad usum tantum fuisse traditas, non autem in totum donatas, cum sic uir, qui uxoris nomine, ac cepit sua cautione declarauerit, id quod ei licuisse uidebatur, ex quo suo medio uidebatur ei uxori acquisitum. Papinia. tamen contrarium diffinit, ea ratione præcipua, quia mater donans ex uerbis suæ donationis modum donationis non declarauit, nec usus a proprietate separare illis uerbis uoluit, sed illud tantum ut species illæ essent filia in peculium, non in dotem, quare eam suam uoluntatem maritus filiam interuertere non potuit. & si enim ei species traditæ fuerint, attamen non a matre, sed ab ipsa filia manu breui traditas fuisse dicitur, ex illis uerbis & ab ea, si filia, uiro traditas uideri, quod sanè est uerbum, uideri, non referitur ad personam matris, quæ iam prius donauerat filiam, sed ad personam filiam, ut sit hic sensus, species à matre filiam donatas, & deinde ab ipsa matre filia præsentem uiro ipsius filiam traditas, uideri traditas a filia ipso uiro suo. & hæc in iure traditio breui manu facta dicitur. l. singularia. ff. si certum petatur. Illud unum est obiter uolo lectorem nostrum beneuolum annotare, i Bart. alioqui iureconsultorum Coriphæum, malè ex eo textu collegisse, si res donatur ad usum, proprietatem donatam uideri. ita is textum illum in compendium redigit, & clarius paulo post confirmat. illi assenserunt deinde Decius consil. 262. nu. 9. in fi. Rui. consil. 21. nu. 5. & consil. 41. nu. 3. uersic. circa tertium. lib. 1. & Cur. iun. consil. 38. nu. 3. nam hoc ex d. §. species, colligi non potest. quoniam ibi mater non donauerat filiam usum illarum rerum, sed Papinia. præsupponit species illas absolute filiam donatas fuisse, sed contra uerborum significationem uirum filiam uoluisse interpretari, donationem fuisse totam usus concessionem. quæ sanè interpretatio a Papiniano reiecta fuit.

Septimus est casus in l. unica. §. accedit. C. de rei uxore. actio. ubi i dos data ab extraneo mulieri donata præsumitur, si is extraneus a marito illius mulieris stipulatus non sit eam sibi reddi soluto matrimonio. idem constitutum est ex l. ult. C. de iure dot. quod dotis specialis fauore est, ut illis in locis annotauerunt omnes, sic omnes in l. 2. §. 1. ff. solu. matr. clarè Bart. in l. quæ dotis. nu. 6. sol. matr. inquit, dotem esse cautam piam. l. cum is. §. pen. ff. de condi. indebi. sic Soc.

ci. sen. consilio 100. col. 2. lib. 3. Decius consilio 35. num. primo, & esse speciale hoc casu respondit Parisius consil. 12. num. 109. lib. secundo, Soci. iun. consil. 79. num. 74. lib. 3. & alij permulti ex his, quos statim referam.

Extenditur hic casus i locum etiam habere, cum dos absente muliere ab extraneo datur. sic Dec. consil. 35. num. 1.

Extenditur secundò, ut procedat, etiam i quando is extraneus nomine mulieris sibi reddi stipularetur: nam adhuc manet donationis præsumptio, & sua illa stipulatio facta ab eo præsumitur, tanquam ab eo, qui per mandatum a muliere ad ita stipulandum adhibitus fuisset: ita Bald. Nouel. in l. j. nume. 412. solu. matr.

Extenditur tertio, ut procedat fortius i in patre dotante, cū dotare non teneretur ita Soc. sen. d. consil. 110. col. 3. lib. 3. & si enim hoc casu extraneo equi paretur, nihilominus fortius in eo præsumitur donatio, q̄ in extraneo, ut Soc. ostendit, imò, quando pater dotem dat, intelligitur donasse filiam, non solum ratione primi matrimonij, sed etiam secundi. ita Dec. d. consil. 35. nu. 6. ex tex. in §. ga uerò. in auth. de equal. dotis. sic in patruo Soc. iun. d. consil. 79. nu. 74. lib. 3.

Extenditur quarto procedere, etiam in fratre dotante sororem etiam diuitem. ita post alios Ripa. l. j. num. 9. solu. matr.

Declaratur hic casus, ut non procedat, quoniam i alia coniecturæ urgent in oppositum, quibus dotantis animus colligitur non esse donandi, ut puta cum incontinenti alter nomine d. mulieris ipsi dotanti satisfacere promitteret; uel si ipsa mulier a fratre suo dotetur, & illa die sequenti per instrumentum fatetur se tacitam & contentam: nam dos donata non præsumeretur, sed data pro eius portione bonorum patris. ita duos hos casus recenset Soc. sen. consil. 121. col. pen. uersic. postremò dico. & consil. 135. col. j. uersic. sed sequendo. lib. 1. & cum dat pro portione bonorum compensare uoluit. ita sentit Rui. consil. 145. nu. 3. lib. 4. sic quando soluit i dotem tanquam fideiusor mulieris iam obligatæ. Bal. Nouel. in l. j. n. 338. in fi. sol. matr. Sic quando is i extraneus, uel etiā frater esset debitor ipsius mulieris, quia dotem dedisset uideretur non animo donandi, sed repetendi. ita Rui. consil. 223. nu. 1. lib. 1. & consil. 152. nu. 9. lib. 5. & sentit Bar. l. uxorem. §. pater naturalis. de leg. 3. Ruin. tamen consil. 65. nu. 67. lib. 3. aliter uisus est sentire, sic cum maxima esset summa. Soc. iun. consil. 79. nu. 99. lib. 3. eum omnino uide.

Declaratur secundò non procedere, quando pater mulieris esset diues: nam tunc, qui dotem dedit, non donandi animo, sed repetendi à patre dedisse præsumitur. ita Cui. d. consil. 171. nu. 3. lib. 1. & consil. 145. nu. 3. lib. 4. post Castr. consil. 97. Si dicta Cornelia per legem, lib. 2. in nouis. idem respondit Alc. respon. 153. nu. 2. Sic etiam intelligitur, quando pater prius dotem permisisset, & deinde hic extraneus eam soluere; nam animo repetendi soluisse creditur. ita Bal. Nouel. l. j. nu. 338. propè si. ff. solu. matr. sic intelligitur, quando i mater hoc casu dat dotem, uide-

tur dedisse animo repetendi a patre, ita Baldus Nouellus d. l. j. nu. 82. solu. matr. & conferunt, quæ supra de alimentis diximus.

X 2 Decla-

46 Declaratur tertio non procedere, quando mulier haberet bona, quibus dotem sibi constituere posset, & illa extraneus administraret: nam tunc dotando, dotasse praesumitur ex bonis ipsius mulieris, quorum administrator est, non autem ex proprio. Ita Bal. in l. ult. nu. 12. C. de dotis promiss. qui in fratre ita

47 dotante loquitur, & nu. 13. idem in fratre subijcit, sic in fratre respondit Soc. sen. consi. 121. col. penult. uerf. & probatur. lib. 1. sic etiam Ruinus consi. 171. nu. 3. & consi. 200. nu. 1. lib. 1. licet ipse Ruinus consi. 65. nu. 6. lib. 3. aliter respondisse uisus sit. Et in patrum Soc. iun. consi. 79. nu. 94. lib. 3. Alcia. responso 153. nu. 3. Ripa in l. 1. nu. 94. fol. mar. quo loci Bald. pouellus nu. 78. idem de matre imo, & fortius de patre administrante, quod uerum non puto, ut aliter sentit Ruin. d. consi. 200. in fi. lib. j. & communē testatur Ripa in l. 1. nu. 90. fol. ma. uerum itaque est quod scribit Bal. d. l. fi. nu. 12. 13. C. de dot. promiss. Ex quibus col

48 ligi facile posset male de iure respondisse Albam consi. 12. Praesens casus, qui nu. 1. dixit contra Baldum communem esse sententiam: & Baldum esse solum in hac opinione. & nu. 10. subijcit, Baldum male intellexisse Cynum in d. l. ult. in q. 3. cum loquatur Cynus etiam hoc casu, cum frater administrat: nam est quod aduertatur, Cynum loqui, cum bona sunt communia: atque ita praesupponit, ambo, fratrem. l. & sororem administrare, & ita uisus est intelligere ibi Alber. in fi. l. 1. 33. nu. 12. lib. 4. & Soc. sen. consi. 291. col. 8. uerf. cu. Ad tertiam rationem. lib. 2. rationibus quibus Alba adducitur contra Baldum non respondeo: nam etiam relatis supra latis. superq; satisfactū credimus, si diligenter perpendantur. Octauus casus in quo donatio praesumitur, is à nostris. Doctoribus

49 enumeratur, cum aliquid à uiro nobili & diuite datur: nam, inquit, isti, praesumi donatum. ita gl. in l. uxori. §. ult. in gl. ult. de leg. 3. & de diuite, gl. in l. sed & si ego. §. ult. ff. ad S. Conf. Velleia. & post Cynū, scriptum reliquit Rom. sing. 644. Nobilitas. Bald. in l. si paterno. C. de nego. gest. l. in l. cum quid, secunda lectura. num. 19. & ibi Purpur. num. 2. ff. si cer. per. idem l. in l. contra iuris. §. 1. col. 1. ff. de pactis. Tiraquel. tract. nobilita. c. ult. nu. 47. qui multis comprobatur. Quem casum nos non semel non parum dubitabilem existimauimus, cum re uera iure aliquo non

50 uideatur probari. nec glo. d. l. uxori. §. ult. affirmare uidetur, cum relata Azonis interpretatione, ad aliam pertransseat. & ubi illud affirmaret, probabilis, non autem necessaria esset illius auctoritas, ut etiam eorum est, qui turmatim, re minus diligenter perpenfa, eam secuti sunt. at ubi ueram hanc esse opinionem dicemus, ea tamen adhuc procedere intelligimus, cum actus à nobili gestus donationi conuenit, secus si non conueniret. ita sentit l. consilio 47. nu. 3. in fi. lib. 1. Rurfus intelligitur, cum non agitur de re graui & magna: ita sentit Bar. in d. l. uxori. §. ult. de leg. 3. Quae autem res grauis & magna uel parua

51 iure dici possit, iudicis arbitrio relinquendum esse supra diximus. is ergo iudex p qualitate personarū & rei quidiuri. cōsentaneū sit, iudicabit. & pulchre Soc. iun. consi. 79. nu. 99. lib. 3. & probat tex. cap. & si quaestiones. de simonia. ubi glossa refert egregiū re

52 sponsum Antigonij Macedonum Regis, qui à Tiraquillo Cynico rogatus, ut drachmā ei donaret, rēdit

Rex, nō est, inquit, Regium munus. Cynico subijcitur, talentum igitur da. at non est, inquit, Cynicū tale munus accipere. atq; utroq; cornu repulit postulatoris improbitatem, quem existimabat nullo beneficio dignum.

53 Nonus est casus, in quo donatio praesumitur, quā si praecesserunt benemerita, nā quod postea simpliciter datur, donatū creditur, ut probat l. si uero nō remunerādi, §. idē Papinianus. ff. mādari, quē in hāc sententiā annotatū Bal. in l. 2. nu. 2. C. de iure dotium. Bal. nouel. in l. 1. nu. 4. 10. fol. mat. l. in l. ex hoc iure. nu. 57. de iusti. & iure. Purpur. in l. cū qd. nu. 129. ff. si certum pet. Cur. lun. consi. 33. nu. 5. & consi. 54. nu. 1. 3. Bello. consi. 60. nu. 10. latē Tiraq. in l. si unquam, in uerbo, donatione largirus. num. 50. C. de reuo. dona.

54 Extenditur, ut procedat, etiam si quod datum fuit, excedat ualorem benemeritorū: nec enim animi gratitudo cum re nummaria compensari potest. ita Purpur. dict. l. cum quid. nu. 130. Verum rectius distinguit & declarat Tiraquel. d. uerbo, donatione. nu. 81. 83. 84. 85. non hic referam, cum fufus sim infra in casu 134. hac de re dicturus.

55 Extenditur secundum, ut procedat etiam si si dotis fauor cōcurreret, quamquam aliter semper senserit Bar. ut apud eū. d. §. idem Papinianus. & in l. quae dotis. nu. 6. fol. mat. ex tex. l. idem q; §. si cui. ff. eo. mādā. Nam Baldus Nouellus in d. l. 1. nu. 4. 1. fol. matr. interpretatus est. d. §. si cui, ad rem Bartoli non conferre, cum ibi mater, quae dotem dedit, mandante filia, sicque filie nomine stipulata sit, cum Baldo nouello sentit l. d. l. quae dotis. numero 25. fol. matri. qui eiusdem opinionis Raphaelē Comētem retulit, et rectē mea opinione.

Decim⁹ est casus, in quo donatio praesumitur, in l. 56 Capanus. ff. de ope. liberto. ubi libertus, qui sciens se ad opas nō teneri, nec grauari à manumittēte posse, passus est se ad illa obligari, praestare eas tenetur, quae donasse praesumitur. Bal. in l. 2. nu. 2. C. de iure dotiū, sē sit illud factū, quae remunerationis gratia libertus promissit, sed falsum hoc est, quāquidē ibi libertus ab eo, quae ex fideicommissi causa eū manumittit, nihil consequitur, sed totum à testatore. l. ad. uero l. i. iuris gentium. §. sed cum nulla. nu. 28. ff. de pactis. in tellexit. d. l. Campanus, procedere in casu claro, cū scilicet quis ex certa scientia dare promittit, quod se dare non debere sciebat: nam tūc donare dicitur. l. cuius per errorem, de regu. iuris. atque ita is textus regulam potius cōtrariam probat. ut pro regula cōtraria illum sic citauit idem l. consi. 193. nume. 1. lib. 2. sic Decius in d. l. cuius per errorem. nu. 3. & idē, quod l. on. d. §. sed cū nulla, prius sentit Aretinus, & Alex. in l. Titio, de uerbo. oblig. quos secuti sunt Cur. iun. consi. 56. nu. 5. & consi. 13. nu. 1. & Bellonus in §. 1. nu. 10. inst. quib. mod. re contrah. obliga. possumus sic, & rectē dicere, donationem praesumi, cum quis simpliciter dat, uel promittit, sciens se nō teneri. nam, & si certa adsit dantis scientia, attamē respectu tituli donationis non expressi in dubio uersamur, atque ita praesumitur donatio, ergo haec praesumpta dici potest. quod utile admodum est cognoscere, cum non semel disputent nostri, an si dispositio, quae in donatione uera loquitur, locum etiā sibi uendicat in praesumpta, ut uno uerbo attingit l. ad. §. sed

§. sed cū nulla, nu. 28. in fi. & latē apud Tiraq. de leg. connubial. in gl. 3. num. 5. ceteros sciens praetereo. Undecimus est casus in l. is qui amicitia. ff. de neg. gest. ubi qui paterna amicitia iuuit amici filium cū à suspectis tutoribus fraudaretur, impensam non reperit, sed donare dicitur. ex quo colligit Bar. l. 2. nu. 4. C. de neg. gest. procuratorē adiuuātem si iū amici in iudicio praesumi ob amicitia, quam cū eius patre gerebat, eū adiuuasse, & ob id impensam uel salariū aliquod consequi nolle. sic colligit Bal. in l. 2. nu. 61. 2. C. de iure do. donationem praesumi amicitiae causa, sic Rui. consi. 100. nu. 2. §. lib. 4. Hinc ob eam amicitiae praesumitur, quae actui consenserit, & illū probauerit, cui alias nō consentiret. sic Bal. Sal. & alij in l. inuitus. C. de procu. Alex. consi. 1. nu. 17. lib. 3. Crau. consi. 237. col. j. uerf. imo, latissime de effectu amicitiae in iure nō scribit Tiraq. in l. si unquam, in uerbo, libertis. nu. 93. 94. C. de reuo. do. hūc tñ casum procedere intelligo, cū tria concurrunt. primò amicitiae secundò pietatis causa, ne quis opprimatur. l. is qui amicitia, & in l. j. C. de neg. gest. tertio modica impensa, ut annotauit Bal. d. l. 2. nu. 2. C. de iure dot. Hos casus, in quibus donatio praesumitur, enumerasse sufficiat; ceteros, in iure, si quos inueniet, obseruabit diligens lector, quē monitū uolo, §. gl. in l. sed si ego. ff. ad Velleia. tres alios enumerare, unū ex l. j. §. 1. ff. de tut. & ratio. distrah. alterum ex l. cum plures. §. 1. ff. de adim. tuto. tertium ex l. affectionis. ff. de dona. ex quibus aliquos probauit Purpur. l. cum quid. nu. 126. 127. si certum petat. sic quartum addit Bal. d. l. 2. nu. 2. uerf. est & l. ex. C. de iur. dot. uerum iure illi nō probantur illis iuribus, cum in illis non agatur de donatione praesumenda, uel non praesumenda, sed solum agitur, ut fauore illarum causarum donare is possit, qui alias non potest. Haec sufficiant.

S V M M A R I V M.

- 1 Filiationem difficilis probationis esse.
- 2 Iudicis arbitrio relinqui, quibus coniecturis probetur filiatio.
- 3 Filiationem probationem triplicem esse.
- 4 Filiationem probatione necessaria probari non posse.
- 5 Homeri locus.
- 6 Palaeotus Cardinalis laudatur.
- 7 L. Lucius. ff. de condi. & demo. intellectus communis reiectus.
- 8 Conditio impossibilis quando vitiet.
- 9 L. Lucius. ff. de condi. & demo. intellectus Comens. & Alciati reprehensus.
- 10 L. Lucius. de condi. & demon. intellectus auctoris.
- 11 Filiationem probare concludenter impossibile.
- 12 Pater certus quomodo in iure intelligatur.
- 13 Filius certus quomodo in iure intelligatur.
- 14 Actus uerus ex ficto nascitur.
- 15 Possessio uera ex translatione ficta praesumitur.
- 16 Filij legitimi ex putatiuo matrimonio nasci.
- 17 Scire certò is dicitur, qui per praesumptiones & coniecturas a iure probatas scit.
- 18 Filius uerus interdum probatur.
- 19 Filiatio probatur ex eo quod domi natus sit, scientibus uicinis, ex uiro & uxore.
- 20 Filius praesumitur legitimus quamquam adulterium mater commiserit.

- 21 L. Miles. §. defuncto. ff. de adulter. intellectus.
- 22 Praesumptio fauorabilior in dubio sumenda est.
- 23 Praesumitur potius possibile honestum, quam inonestum.
- 24 Boerij doctrina explosa.
- 25 Filius praesumitur legitimus, & si mater extra domū commoretur, modo pater ad eam accedat.
- 26 Filius naturalis ex concubinato quomodo praesumitur.
- 27 Filius legitimus praesumitur, & si mater cōtradicat.
- 28 Filius Regis stultē regno renuntiauit, cum creditur matri, se Regis filium non esse.
- 29 Cautela uidua, quae filium illegitimum admisit ad successionem cum legitimis.
- 30 Moriens non semper praesumitur bonus.
- 31 Filius legitimus praesumitur & si ex muliere sit natus, quae diu fuit sterilis.
- 32 Filius legitimus non praesumitur cum est natus patre iam diu absente.
- 33 L. 1. §. idem Iulianus. ff. de lib. agnoscen. intellectus, & uerus sensus.
- 34 Partum septimestrem iustum & perfectum esse.
- 35 L. intestato. §. ult. ff. de suis, & legit. declaratio.
- 36 Macrobij de partu septimestri reiecta opinio.
- 37 Partus septimestres debiles esse.
- 38 Partum octimestrem uitalem non esse.
- 39 Partum nonimestrem uitalem esse.
- 40 Partum decimestrem uitalem esse.
- 41 Menses decem in partu decimestri quomodo computentur.
- 42 Aristotelis & Plinij sententia de partu decimestri.
- 43 Partus decimestres apud Athenienses illegitimos fuisse.
- 44 L. Gallus, in princ. de lib. & posth. quomodo decem menses computet in partu.
- 45 Iudex quid considerare debeat in iudicando partu decimestri, an legitimus sit, uel non.
- 46 Hadriani decretum de partu decimestri, Hippocratis opinioni repugnare.
- 47 Marij Solomonij & Aemilij Perroti lapsus.
- 48 Glo. l. Gallus, in princ. de lib. & posth. reiecta.
- 49 Partus undecimestris uitalis an sit.
- 50 Partus quatuordecim mensium.
- 51 §. ult. in aut. de restitu. & ea quae parit in undecimo mense, sensus & intellectus.
- 52 Alciatus ab Aemilij Perroti morfibus uendicatus.
- 53 Filius legitimus non praesumitur cum pater ad generandum impotens esset.
- 54 L. filii. §. ijs qui sunt sui uel alieni iuris. declaratur.
- 55 Senex ad generandum impotens.
- 56 Sexagenarij ex l. Papia Poppea uxorem ducere non potuisse.
- 57 Lex Papia Poppea à Claudio Casare abrogata.
- 58 Sexagenarios secundū ius ciuile generare nō posse.
- 59 L. si maior. C. de legit. hered.
- 60 Federicum Imperatorē ex quinquagenaria natum.
- 61 Mafinissam generasse, cum annum 86. ageret.
- 62 Caronem censorium octuagenarium generasse.
- 63 Ratio cur Iustinianus statuerit natum ex quinquagenaria legitimum esse, cum de nato ex septuagenario uerbum non fecerit.
- 64 Probationes ualidiores requiri, cum allegatur partus quinquagenaria, uel sexagenarij legitimus.

- 65 Filius illegitimus multis coniecturis simul iunctis probatur.
- 66 Probationes plures imperfectae simul iunctae perfectam reddunt.
- 67 L. spadonũ. S. qui iura. ff. de excus. tut. declaratur.
- 68 Alexandri & Cornei responsa declarata.
- 69 Filiationem probari ex tractatu & educatione.
- 70 Filiationem ex tractatu & educatione probari etiã in iudicio petitorio.
- 71 Possessio uel quasi quãdo sufficiat i petitorio iudicio.
- 72 Filiationem probari ex tractatu facto etiam patre mortuo.
- 73 Filiationem ex tractatu probari, & si deinde pater respuat filium ipsum.
- 74 Filium probari ex solo actu tractationis.
- 75 Filiationem non probari ex tractatu, quando nouus tractatus primo contrarius intercessit.
- 76 Filiationem non probari ex tractatu cã pietatis facto.
- 77 Filiationem ex parentum nominatione nõ probari.
- 78 Nominationem interdum filiacionem probare.
- 79 Filiationem probari ex confessione iudiciali patris.
- 80 Filiationem probari ex libro patris, qui diem illius natiuitatis scripsit.
- 81 Nominationem geminatam filiacionem probare.
- 82 Nominationem factam praesente filio probare illius filiacionem.
- 83 Confessionem incidenter factam parte praesente praedicare.
- 84 Filiationem probari ex nominatione in antiquis.
- 85 Statutum Brixiae in ciuilibus, c. 56. sub rub. de pena negantis positiones filiacionis declaratur.
- 86 Filiationem ex sola fama interdum probari.
- 87 Fama circa quæ uersetur.
- 88 Famã probare in his, quæ difficilis sũt probationis.
- 89 Famam quasi possessionem tribuere.
- 90 Famam esse uanam uocem populi.
- 91 Famam rumorem esse incerti auctoris.
- 92 Vox populi, uox Dei.
- 93 Famam semiplene probare.
- 94 Statutum Papiæ in ciuilibus, nu. 30. sub rub. Quod mors & filiatio declaratur.
- 95 Statutu Veronæ lib. 2. c. 33. sub rubr. de pna illius q in iudicio negauerit aliquẽ esse filiũ. declaratur.
- 96 Filiationis probandæ praxis.
- 97 Filiationem ex similitudine probari.
- 98 Similitudo faciei inter homines unde proueniat.
- 99 Similitudo faciei quid.
- 100 Similitudo maxima duorum diuersarum regionum.
- 101 Augusti Cæsaris dictum, & illius delusio.
- 102 Similitudo oris coniecturam facere.
- 103 Iudicis arbitrium multum posse in iudicanda filiacione ex oris similitudine.

C A S V S LXXXIX.

QVIBVS PROBATIONIBVS FILIATIO probetur; & de partium tempore, plura hactenus non explicata, enucleantur.

- 1 CUM filiacionis probatio nõ modo difficilis iure nõ, sed & penẽ impossibilis credatur, factũ est, ut opinetur oēs, coniecturas sufficere: easq; in iudicis arbitrio positas dixerũt ita Bal. in l. non

ignorat. C. de ijs qui accus. non poss. clarẽ Alex. c. fi. 90. nu. 17. lib. 6. & consi. 88. nu. 7. lib. 7. idẽ rñdit Parisius consi. 10. nu. 80. lib. 2. Alc. tract. præsump. reg. 3. præsump. 37. in fi. Quã rem cũ ego nouerim esse in foro & iudicij quotidianam & admodum utilẽ, nec oĩbus in casibus uerã esse Baldi; Alex. & Parisij doctrinam existimaui, me rem non ingrãtã studio sis & beneuolis facturũ, si rem ipsã paulo altius & diligentius q̃ haectenus factum uiderim, explicauero. Principio itaque sciendum est, triplicem esse filiacionis probationem, necessariã, probabilem & præsũptiuã, necessariã quod ad solã matrem intelligim⁹, quã sepe est certa; probabilis, quod ad patrem, cum nominatus est filius. l. filium. ff. de ijs qui sũt sui uel alie. iuris. præsũptiuã, quã ex coniecturis & præsũptionibus colligitur, ita Bald. in l. 1. nu. 52. C. de ijs qui accus. nõ poss. probatione necessariã filiatio probari minimẽ pot̃, qm̃ certa scientia illa esse d̃r, qñ aliquis de certo & proprio sensu attestari potest. l. testium, ubi gloss. C. de testibus. Bar. in l. admonedi. nu. 18. & ibi Ripa nu. 82. de iure iurã. sed filiorũ creatio cadere nõ potest i certũ hominis sensum, cũ testificari nemo possit, talẽ ab illo ganitũ, aut cõceptum fuisse; uerẽ ergo probari non potest. quare re cõte cecinit Homerus de Telemacho:

„ Ex illo natum mater me dicit, at ipse
„ Nescio, nam certum quis possit ferre parentẽ?
Cuius carminis rectẽ ac doctẽ ad rem nostrã me

minit Gabriel Palæotus, qui ob singularem eruditionem, & admirabilem uite puritatem & integritatem, omnium summo applausu Cardinalis declaratus est à Pio. 4. Pont. Max. is ergo Palæotus in tracta. de Nothis spurijsq; filijs, cap. 2. hanc sententiam probat. & Paulus in l. Lucius. ff. de cond. & demonstr. dũ affirmat, conditionem illã, si filium se probauerit, ideo annullare testamentum, quia illi hæres satisfacere non potest, ut ibi Bar. intellexit, & cum eo communis est sententia, ut testatur Decius in rubri. extra de probatio. nume. 14. & in l. qui accusare. in fi. C. de eden. qui tamen scribit, textum illum ad rẽ non conferre, cum ibi hæredis institutio non uitietur ex eo, quod uerẽ conditio impleri non possit, quia illa impossibilitas ibi non consideratur, nec impossibilitas illa est in causa, ut corruat testamentum, sed illud euenit quia ibi filius fuit à patre sub ea conditio ne, quã non potestatiua, sed potius mixta dicitur institutus, cum pendeat illa conditio à testibus & alijs probationibus; sub qua quidẽ mixta conditio filius institui non potest. l. suus quoque. §. puto. de hæredi. insti. l. si pater. C. de inst. & subst. hunc sensum probauit & Ruinns in l. Gallus. §. & quid sit tantum. nu. 46. de lib. & posthu. idẽ sensit Accursius ante alio in l. 1. in uerbo filium. C. quorum bono. & clarius Bal. in d. l. si pater. nu. 10. C. de inst. & substi. sensit Fely. rub. de proba. nu. 13. & ibi Decius confirmat hunc sensum, quia si illa conditio in d. l. Lucius impossibilis fuisset, omnino reijceretur, atque ita testamentum sustineretur, ex l. 1. ff. de condi. inst. cum ergo in casu d. l. Lucius, testamentum non sustineatur, dicendum nõ est conditionem fuisse impossibilem, sed adijci nõ potuisse, atque ita adiectionem testamentum uitiare, cum ea sub forma disponere testator non potuerit.

Ego

Ego opinor hunc intellectum genuinum nõ esse: nam unum præsũponunt Doctores, illum Aureliũ Claudium à testatore institutũ, fuisse institutũ tamq̃ q̃ filius ipsius testatoris esset; quod sanẽ præsũpositum uerum non est. nam ibi testator instituit illum sub nomine proprio, adiecta quadam demonstratio ne, dũ dixit, natum ex illa muliere, ut ostenderat testator se nõ agnoscere illum in filium, sed dubitare: si enim uoluisset testator instituire illum ut filiũ, dixisset in hæc uerba: Aurelium Claudium filium meũ hæredem instituo, si probauerit se filium meũ esse, hac enim formula demonstrasset Aureliũ illũ fuisse in quasi possessione filiacionis. nostram hæc considerationem probat. l. 2. §. si quis filiũ. ff. de Carbo. edic. ibi, non quasi filium suum. Nec obstat illa confirmatio Decij, quia censo animaduertendum, q̃, aut eq̃ ditio est impossibilis de iure, aut de facto: si de iure, uitiat, non aut uitiat dispositionem. ita intelligitur d. l. 1. de cond. inst. & ibi Bar. declarat. si uerõ est impossibilis de facto, non uitiat, sed uitiat, ut probat. l. cum hæres. ff. de statuliberis. & glo. in §. impossibilis, in fi. de hæred. insti. de hac conditione impossibili de facto loquitur d. l. Lucius. nam ibi illa conditio non improbat à iure tamquã turpis, & contra bonos mores, quales sũt conditiones, quas de iure impossibiles dicimus, ut docuit Bar. d. l. 1. nume. 5. de cond. inst. sed improbat: tamq̃ impossibilis, cum de facto satisfieri illi nõ possit, nam à cõmuniter cõtingentibus filiatio probari non potest, ut declarat glo. & ibi egregiẽ Bar. C. quorũ bono. & in quaestione sequenti dicimus. Præterea, supposito etiam q̃ conditio de qua in d. l. Lucius, fuisset impossibilis de iure, hoc est, à iure reprobata, adhuc tamen non uitiat fuisset, iuxta d. l. 1. de cond. inst. sed cum agatur de institutione uitasset dispositionem, iuxta l. filius. ff. de condit. insti. ut eam intellexit Alex. in l. si pater. num. 3. C. de inst. & subst. nec dissentit Bar. in d. l. 1. nume. 5. uer. oppono de l. filius. de cond. inst. atque ita considerationem hæc posteriorem aduersus Decium tenet Crotus in l. sciendum, nu. 12. de uerborũ oblig. hic ergo intellectus reijci rectẽ potest.

Respondet secundo loco Alciatus in tract. præsump. in præludij in tertia parte nu. 4. & ante eum Raphael Comens. in d. l. Lucius. inquit istũ illum Aurelium Claudium fuisse in quasi possessione filiacionis, ob quã habebat præsũptionem legis pro se q̃ esset filius; atque ita alia probatione ei opus non erat, ex glo. in l. Titia, ubi omnes, solu. matrimo. Unde, cum testator instituerit eũ, si probauerit se filiũ, ostendit se ea præsũptione contentum non fuisse, sed uoluisset plenẽ & directõ probari. q̃ autem is Aurelius esset in quasi possessione filiacionis, ex eo (inquit Alciatus) demonstratur, quia ibi tex. præsũponit, q̃ absque alia probatione testamentum nullius momenti sit, certẽ nisi fuisset in quasi possessione, requirebatur probatio, se filium esse, quoniã erat hoc fundamentum suæ intentionis, ad hoc scilicet ut uitiatõ testamento hæres tamquã filius remaneret. Verum ex iam dictis negari potest, Aurelium Claudium illum fuisse i quasi possessione filiacionis. Nec obstat illa cõfirmatio Alciati, q̃ si Aurelius annullatõ testamento, effectus sit testatoris hæres ab intestato tamquam filius, quoniã est diuinare, neque enim eo in

textu affirmat Paulus Iur. cons. illum Aurelium esse hæredem ab intestato: solũ ait, testamentum nullius esse momenti. Non etiã obstat, q̃ illa uerba, nõ sub ea cõditione institutũ uideri, quã in potestate eius est cõuenire filio, qui tamquã filius non potest sub alia conditione quã potestatiua institui, quoniã alius est sensus illorum uerborum, ut mox attingam.

10 Respondeo itaq; tertio loco, & erit nouus sensus in casu d. l. Lucius, illum Aurelium certo modo à testatore fuisse creditum filiũ suum esse siue modo ex fama, siue, q̃ cum eius matre consuetudinem habuisset, siue aliqua alia ex causa, quã coniectura ex eo sumitur, q̃ eum instituit sub illa cõditione, si se filium probauerit. erat enim dubitatio apud testatorem an eius esset filius, uel non. & scimus dubitationem prouenire ex æqualitate rationum cõtrariã, ut post. Idem docuit Ripa in l. admonedi. nu. 87. de iure iuran. aliqua ergo rationes ipsum testatorem mouebant, ut crederet Aurelium illum eius filium esse, aliqua mouebant & trahebant eum in contrariam opinionem. hac ergo ambiguitate stante dum conditio nem illam adiecit testator, ostendit se non fuisse contentum ea probatione filiacionis, quã fortẽ ex fama & alijs supra relatis causis proueniebat, sed uoluisset habere plenã probationem. nõ enim intellexit de sola illa probatione sibi cognita, & de qua dubitabat, sed de euidentiori, idq; argumento: l. solemus, de cõd. & demõ. quã sanẽ probatio cũ de facto cõsuetur impossibilis uitiat dispositionem. l. cũ hæres. §. 1. ff. de statulib. gl. in §. impossibilis. inst. de hæred. inst. ut supra attingimus. Est ratio, quia potius cõteri debet inutile quod agitur, quã fiat dura interpretatio contra testatoris uoluntatem. l. uerbis ciuilibus. ibi, ne fiat cõtra uoluntatem, de uulga. qua ex re intelligimus i dispositione cõditionali, appellatione probationis de propria intelligi, ex d. l. Lucius. Rectẽ itaque omnes cenlent filiacionem esse difficilis probationis, imò impossibilis. ita scriptum relinquunt Bar. d. l. 1. num. 1. 2. C. quorum bono. Bald. in l. filium. ff. de ijs qui sũt sui uel alie. iur. idẽ cõf. 74. Verba domini colum. 1. lib. 1. & consi. 437. Tertius habebat. colũ. 1. lib. 5. Decius in rubr. extra de probatio. & in cap. in praesentia. num. 25. eo. & consi. 272. Marfilii rub. C. de probatio. nume. 9. Parisius consi. 10. numer. 39. lib. 2. Gratus consi. 10. nu. 1. lib. 2. Alciatus tract. præsump. in præludij, in præmissis parte tertia num. 5. & Palæotus d. tract. de nothis spurijsq; filijs. c. 2. 1. Nec aduersatur, q̃ in multis iuris locis certus pater, ut in l. quia semper, de in ius uoc. uerus filius, ut in l. 1. §. pna. ff. de lib. agno. appelletur, quoniam (ut doctẽ ait Palæotus. d. c. 2. 1.) intelliguntur uerus filius & certus pater ex præsũptionibus illis & coniecturis à iure probatis, quas dum lex pro ueris & concludentibus probationibus habet, is ita probatus filius, certus filius dicitur atque ideo pater eum recusare nõ potest. l. 1. §. si quis. ff. de carbo. edicto. & quamquã ficta hæc & impropria probatio dicatur, attamen filius ita probatus, uerus filius dicitur. d. l. 1. §. si quis, de carbo. edicto. quemadmodũ uidemus ex actu ficto uerum produci; ut in constituto, quod & si factam quandam traditionem habeat, possit esse tamen ex eo translata uera & propria possessio dicitur. l. certẽ. §. 1. de precario. sic ex actu ficto delationis hæredita

tis

- risuera & propria hæreditas queritur. Soclen. cõf. 147. col. 1. lib. 1. Bellonus lib. 4. supputa. iuris. c. 17.
- 16 nu. 13. sic ex putatio matrimonio filij nascuntur legitimi. c. is qui fidem, de spons. Dec. cõf. 153. col. 2. sic ergo dicendum & in casu nostro. Ex quo inferitur, defendi posse testimonium illius, qui dixit, se p certo scire, ob coniecturas & præsumptiones a iure probatas. ita egregie Bald. d. cõf. 74. lib. 1. & d. cõf. 437. lib. 5. Inferitur quoque malè sensisse Beroium, qui in c. in præsentia. num. 142. de proba. scriptum reliquit, hæc filiationis probationem non esse impossibilem, sed difficile tantum: nisi intelligamus, eum loqui de probatione sola probabili, uel præsumptiua, non autem de necessaria. Vnus tamen aliquando datur casus, in quo filius probatur uerus necessaria probatione, ut puta, quando puella una cum uiro sub arctissimis custodijs carcere manciparetur, & post annu prægnans reperiretur: nam eo casu natus ex illa diceretur certè & indubitare à uiro cum illa carcerato fuisse generatū. ita Barto. l. 1. nu. 2. C. quod bono. idem scripsit Bal. in l. filium. ff. de ijs qui sunt sui uel alie. iuris. Boer. q. 299. nume. 2. quamq; Palæotus. d. cap. 21. neget uerè, & propriè filiationem probari, cum nil de concubitu, nil de conceptione adferatur, atque ita sola est probatio extrinseca, uergens tamè adeò ac necessaria ut negari minimè possit. Veru, quæ maior probatio & urgentior ueritatis demonstratio haberi potest illa, quæ ab ipsa natura prouenit nec enim hæc aliqua ratione improbari potest.
- 19 Prima itaq; coniectura, & præsumptio, quæ filiationem probat, illa est, cum est probatum, illum esse natum ex uxore illius uiri, ita clarè probatur ex l. filiu, de ijs qui sunt sui, uel alie. iuris. l. non epistolis. C. de proba. l. si uicinis. C. de nup. c. per tuas, de prob. & c. transmissæ. qui filij. sint leg. quæ sanè coniectura non solam quasi possessionem filiationis, sed ipsam proprietatem respicit; ita Parisius cõf. 10. nu. 2. cõf. 13. col. j. lib. 2. Palæotus de nothis & spurij cap. 22. Extenditur hæc coniectura, ut procedat etiam si probatum fuisse, si mulierem illam cum adultero eo tempore consuetudinem habuisse. ita docuit Baldus rub. C. de proba. num. 6. & cõf. 74. colum. 1. lib. 1. rep. cõf. 437. lib. 5. sic alij plures relati a Curt. Iun. cõf. 31. nu. 31. & a Parisio. d. cõf. 10. nu. 4. 5. & cõf. 11. num. 13. lib. 2. & ab Alciato tractat. præsumpt. reg. 3. præsumpt. 37. & tradit Crem. ling. 126. adferri solet notabilis text. §. l. miles. §. defuncto. de adulter. Verum is tex. nõ probat ex interpretatione Alcia. d. præsumpt. 37. & prius Gozad. cõf. 13. nu. 48. quoniam Iureconsultus solum affirmat fieri posse, ut filius ille mariti sit, & tamen mater sit adultera. non ergo inquit Iureconf. filiu illu præsumi a marito conceptu. sunt enim multa possibilis, quæ non præsumuntur. l. neque natales. C. de prob. in d. facta, quæ regulariter possibilis sunt, non præsumuntur. l. in bello. §. factæ. d. cap. & postlimi. reuer. Præterea in illo. §. defuncto, res erat inter alios acta, quæ filio nõ cere minimè poterat. toto titu. C. res inter alios acta. Rectius itaq; probatur hæc extensio ex illa ratione, quia benignior & fauorabilior præsumptio sumèda est in dubio. c. estote. de reg. iur. Et in dubio quod honestius est, præsumi debet. Abbas. c. intelleximus. de adulter. Hinc docuit Bal. in d. filium, nu. 1. de ijs
- 23 qui sunt sui uel alie. iuris. potius præsumi possibile honestum, quàm possibile inhonestum. Cum ergo hoc casu mulier & cum uiro, & cum adultero consuetudinem habuerit, præsumitur filius ille natus ex marito, ut fauorabilior sit p eo interpretatio. Illud unum tamen non cõcedo, quod tradunt Marf. in l. 1. §. 1. in fine, de quæstio. & Boer. q. 290. nu. 9. hanc præsumptionem esse iuris & de iure. nõ falsum hoc est, id quod scriptu relinquit Emanuel Costa Lusitanus in l. Gallus. §. & quid si tantum. in 4. parte, num. 45. de lib. & posth. est enim tantum præsumptio iuris, quæ probationem in contrarium admittit. l. 1. §. quæ admodum. de liber. agno. & in l. 1. §. idem ait, & l. 3. §. si mater. ff. de carbo. edicto.
- 25 Extenditur secundo procedere, etiam si mulier habitaret extra domum mariti, si modò ad eam maritus accedere solebat; ita Dec. cõf. 657. num. 3. post Barb. cõf. 68. lib. 2. & Alex. cõf. 88. col. pe. lib. 7. Palæotus d. c. 24. nu. 1. Est ratio, quia cum causa matrimonij cõcurrat & ipsa cohabitatio, qua fieri potest, ut filius ex ipso marito sit procreatus. idem censuit Iaf. cõf. 125. col. 2. uerf. primò ut. lib. 4.
- 26 Extenditur tertio, ut procedat etiam in naturali bus filijs, qui ex concubitu nati præsumuntur: ita glo. in c. Michael. de filijs presby. Ancha. cõf. 225. Alciatus. d. præsum. 37. nu. 3. uerf. secundo ampliatur. Paris. d. cõf. 10. nu. 3. lib. 2. Palæotus qui supra. q. 22. & latius. q. 28. Iaf. cõf. 125. colum. 2. uerf. Secundo ampliatur, libro 4.
- 27 Extenditur quarto ut procedat, etiam si mater firmet, filium illu ex proprio marito, uiroq; illo nõ esse generatū; nec enim hæc matris assertio filio detrimentu aliquod adferre potest: ita gloss. in l. etiã. ff. de proba. & in l. ult. ff. eo. Bar. in l. filiu. ff. de ijs qui sunt sui uel alie. iuris. Gozad. cõf. 12. nu. 27. Alciatus de præsum. d. reg. 3. præsum. 37. nu. 4. Palæotus de nothis & spurij, cap. 24. quorum sententiã rectè probat l. 1. §. si quis nõ ab aliquo. ff. de carbo. edict. l. transactio. matris. C. de transf. rursus a regula l. filiu, de ijs qui sunt sui uel alie. iuris, non est recedendu, nisi uerè de exceptione & fallentia ostendatur. Quia ex re inferitur stultè egisset illum Regis filium, qui nimis credulus matri credidit se non Regis, sed militis filium esse, & ob id Regno renuntiavit. cuius rei meminit Cyn. & Bar. in d. l. filiu. & Bal. ibi, & cõf. 74. Verba D. Cyni. lib. 1. & Neuiz. lib. 1. Syluæ nupt. nu. 50. quibus addo Barb. cõf. 58. col. 2. lib. 2. accedit Corn. cõf. 263. in fi. lib. 4. qui dixit illum Regem malè egisse renuntiano, quia etiam in foro conscientie erat tutus, & Corneum est secutus Andreas ab Exea in c. 1. num. 336. de constituto. quod in foro conscientie uerū esse existimo, nisi tam uehemens esset matris persuasio, ut illi credere possit filius. ita declarauit Dominicus Soto de iustitia & iure. lib. 4. q. 7. art. 2. uerf. tametsi. Refert tamè Alciatus d. præsumpt. 37. & lib. 9. Parerg. iuris. c. 12. Viduam quandam Aucionem cautela hac usam fuisse, cum in extremis ageret, & iam animam efflare uellet, accersuisse ad se tres, quos habebat filios, & dixit; filij mei, ne mortua anima meæ detrimentum patiar, sum, antequam ex humanis excedam, hoc unum uobis dictura, nepe uestrum unum nõ ex legitimo complexu, sed ex adulterino à me progenitum, atque ita illum mariti

mei

- mei alioruq; patris bona iniuste possidere: hoc sū declaratura, nisi uos iniuste pacto conuento ius omne uestrum remittatis. Cum unus de altero dubitaret, libenter uoluntati maternæ oēs acquieuerunt, & ita pacti sunt; quare mater non declarauit, sed inquit Alcia. matrè illa satis apud Deum tutã esse redditam, ex cap. officij, de penite. & pactum inter fratres legitimum & obseruandum esse ait. Verum cautela hæc minimè probabilis est quo ad filios. quoniam ne eorum timere debuit matris declaratione, ex iam relatis: nec q; in extremis ageret, eius assertioni fides aliqua addi poterit; cum non omnis timoriens credatur inustus, & (ut nostri aiunt) Sanctus Ioan. Baptistã, ut inquit Baldus in tit. de pace constantiæ, in uerbo, Vasalli. Gramma. decis. 42. nu. 9. & decis. 56. num. 16. nec pactum inter fratres initum, si quando ueritas rei detecta fuisset, legitimis detrimento esse poterat, qui metu potius, quàm spontè pacti sunt. timentur enim unufquisque, ne mater eum illegitimè natu declararet, & hanc cautelam ratione ista imputauit Didacus in cap. peccatum. parte. 1. §. 1. uerf. Nec mihi placet. de reg. iuris. in 6.
- 31 Extenditur quinto, ut procedat, & si mulier diu sterilis diuertat a uiro, & aliquot post dies reuerfa filium domi pariat, ita Palæotus d. c. 24. nu. 5. auctoritate Plinij lib. 7. naturalis histo. cap. 13. qui scribit, mulieres aliquas semel trã parere, alias post certum tempus, ut post inueta, alias sicut uarios celi & syderum motus, nunc secundas, nunc prorsus steriles reddi.
- 32 Declaratur primò nõ procedere eo casu, quando maritus a domo absuit diu. ut puta per decennium, & domum reuersus anniculum inuenit: nam tunc cessat præsumptio ex d. l. filiu, quod sit filius illius uiri, id quod probat d. l. filium, ex sententia Iulianij relata in l. 1. §. idem Iulianus, de liber. agno. & si gl. d. l. filiu, contrariam sententiã illu adferat, & quandam ineptam satis considerationem facit: nõ id semper sentit Iulianus, sed uicium in lectione fuit, quam rectã & integrã nobis restituit Laelius Taurellus uir eminentissimè eruditionis, ut huius rei meminit eruditissimus Anto. Aug. lib. 1. emeada. iuris. cap. ult. scribunt doctissimi illi uiri sic esse legendum, ceterum esse satis iniuriosum ait, si quis longo tempore, & c. alij enim Codices antiqui sic legunt: Si quis longo tempore & c. & malè, & cum: exempli gratia de decennio locutus sit Vlpian. idem dici potest de nata post decimum uel undecimum mensem a die quo abesse cepit uir, uel a die quo mortuus esset: Veru magna iuris perplexitas uidetur; quò ergo res melius explicetur, repetam paulò altius rem hanc. Ius civile de legitimis partibus sic statuit.
rijs & faeneratoribus. Argentarij ergo isti sui faeneris ac negotiationis libros rationum conficiebant, quod multis iuris locis constat. erat eorum ius munus publicum, non dico ciuile neque enim eo tunc fungi potuissent serui. quod attinet. de reg. iur. cum tunc administrasse constet. l. præter. ff. de eden. Argentarij ergo multorum apud se pecunias habebant, ut mutuatitas sub faenore dabant. quamobrem Caius in l. Argentarius, in prin. ff. de eden. dixit Argentariorum causam publicam esse, quod recte interpretatur Alcia. in l. j. nu. 14. C. de eden. quia principalis eorum opera erat in pecunijs his suscipiendis & mutuandis, rationes diligenter conficiendo, ut cognoscerent, qui cum illis negotia tractabant, quantum lucri unusquisque eorum fecisset. Scio tamen Budæum iam a me relatum in citato loco scriptum reliquisse, publicam causam Caium intellexisse, quoniam auctionibus interueniebant, ipsas pecunias rerum emporibus exigebant. quamobrem dicebat hos nunc instar esse feræ apud nos, qui uinarij, ueditores pecuarijque dicuntur, & catarij piscarijque; operam negotiatoribus præbentes identidem commeatibus, ne in foro diu federe cogatur, & a singulis emporibus pretia expectare. quod sane comparatio argentarijs fortè illis inutilis, qui rationum codices non conficiebant, cõuenit, ut et Budæi nomine suppresso sensit Corasius. d. §. præterea. nu. 5. Ceterum si intellexisset Budæus, hos uinarijs ceterosque esse instar illorum Argentariorum, qui pecunias faenerabantur (id quod non opinor) haud rectè satis esse fuisse. illi rationum codices scribebant, isti non scribunt. illi in foro diu sedebant, & per longa tempora mutuo pecunias suscipientibus credebant, isti non credunt: imò nec maioribus illis Argentarijs non posse comparari mercatores nostri temporis, scribit Alc. in l. j. nu. 14. C. de eden. idē sensit Baro. in l. Argentarius. ff. de eden. nec non i mercatores nostri temporis, publicam causam, hoc est ministerium, uel negotium, (ut illi interpretantur) gerunt, sed solum ad sui commodum scribunt nec in scribendo eorum principale munus est, ut Argentariorum munus erat: & si hoc argentariorum ministerium & munus hodie Venetijs extat, ut Budæus iam a me citatus testatur, & quos Banqueros hodie esse scribit Corasius. d. §. præterea. nu. 7. dicendum est eorum codicibus credendum esse tam pro se, quam contra se, ac et contra tertium, cum quo gestum est negotium, ut probat l. Argentarius, in prin. ff. de eden. ubi, nec interest cum ipso argentario cõtrouerfia sit, an cum alio. frustra. n. cogeret prætor argentarium edere et contra se, nisi illi tertio fides libri nocere posset, quod intelligo et ad plenam probationem, ut & in libris officialium nostri temporis, quorum fides de publico est approbata, tradit Bar. l. quedam. §. numularios. ff. de eden. & cum eo est communis sententia, ut testatur Crau. de quo statim nu. 70. ad commodum autem eorum quorum nomine officiales scribunt libros, hoc fidem facere probat l. quedam. §. numularios. ff. de eden. ibi, quarum probatio scriptura codicibusque eorum maxime continetur, & frequētissime ad fidem eorum decurritur. ita cõcludit Sal. in d. l. 2. col. 3. uerbi gratia, quare secundo. C. de eden. & ante eum sensit gl. l. quedam. §. numularios. id quod ea ratione cõfirmatur, quia si libro priuati administratoris, institoris, & procuratoris scribente creditur, ut statim attingat, quanto fortius ei, qui fidem de publico cõsecutus est uerè maior fides adhibenda

adhibenda est illi ratione publici officij, quam alteri cuiuslibet priuato. arg. l. 2. C. de offi. ciuiliu iud. quod in specie post Ias. in l. decem. nu. 3. §. 3. 6. de uerb. ob. tradit Crau. in tract. de antiq. temp. sexta particula primæ partis principalis, nu. 68. quo loci aduersus ceteros scribit, libro publici officialis, etiã ad illius cõmodum credendum esse. Cõtrariã tamen opinionem probauit Bar. d. l. quedam. §. numularios. nu. 2. uer. sed aduertendum, qui clarè scribit, nec olim datã fuisse fidem libris argentariorum ad eorum commodum, nisi libri illi rationes ita connexas habuissent, quarum pars acceptari, & pars repudiari non potuisset. in hanc sententiam adductus est Bar. quia uidemus instrumentis notariariorum, quorum fides de publico probata est, fidem ad eorum commodum non præstari, cum pro se instrumenta conficere non possint. l. de eo. l. Diuus. ff. de falsis. & C. de his qui sibi adscrib. in testa. atque; ita hac rone de notario tradit Crau. d. 6. particula, nu. 66. 67. post Bar. & Bal. in l. si consul. ff. de adoptio. & alios plures, ut apud eum. & cum Bar. sensit Alex. l. j. in fi. C. de eden. quod Bartoli ratio ugens est admodum. Verum satisfacere ei sic possumus Argentariorum fidem a publico sic olim probatã fuisse, ac hodie etiã Banquiorum seu campforum esse ut illis de oī peracto pecuniario negotio credendum sit: nam, cum munus hoc circa pecuniarum mutationem, & cetera iam relata uersetur, in illis pariter eorum fides probatur. quare eorum codex accepti erant, & dati, expensisque, si ergo plus expensum quam acceptum in illo scriptum cõperiebatur, ei credebatur: quoniam in his eorum fides erat probata. l. si quis ex argentarijs. §. rationem. ff. de eden. quo etiã probatur, nullam eorum fuisse fidem, si quod præter eorum officium gestum foret. hoc idē in notarijs esse cõperimus, eorum munus est in publicis documentis aliorum contractus & gesta redigere, atque in hoc solo eorum fides approbata est; non autem ut & ipsi propria negotia gerat, & suis rationibus concludant. quare si quid dubij eueniat, quod eius munus tamen respiciat, is ille erit, qui explicabit, ut scribunt oēs in l. si librarius. de reg. iuris. uera itaque est gl. & Sal. sententia, nempe libris Argentariorum olim datã fuisse fidem in oībus etiã ad eorum cõmodum, quod idem hodie erit in nostris Banquiorum & campforibus, si eorum persona & munus a publico approbata erunt: nam sic hodie uidemus libris officialium approbatorum a publico, in oībus credi, ita Bar. d. §. numularios. & alij plures relati à Crau. d. sexta particula, nu. 62. eum secuti sunt. Quibus accedit Carolus Molinæ in consuet. Parisien. titu. 1. §. 5. n. 23. qui alios recenset. sic in ceteris mercatoribus, quorum libri ex statuti dispositione fidem habent. Ias. repet. l. admonendi, nu. 116. uer. ultra Bart. ff. de iureiur. nam, cum par sit ratio horum omnium, cum tamen hodie, quam olim eorum fides approbata est, sequitur idem ius esse statuendum. l. illud, in princ. ff. ad l. Aquil. cum Iaso. iam relato d. l. admonendi, sensit ibi Ripa nu. 127. Extenditur hæc conclusio, ut locum etiam sibi ueniat dicere, quoniam si liber magnas summas contineret, ita post Abbatem in cap. bonæ, il 2. colum. ulti. de postula. præla. scribit Ias. in repe. d. l. admonendi, nu. 119. de iureiura. & rectè mea quidem opinione, quoniam quidem absolute approbata est a publico horum fides. Contrarium tamen uisus est sentire Dec. in l. 1. n. 4. C. de eden. qui dixit, libro rationum fidem adhiberi in modicis, non

in magnis summis. in hæcque opinionem multos ille retulit. addo Ripam d. l. admonendi, nu. 126. Credo has opiniones sic posse conciliari, nempe Decium loqui in libro rationum illius, cuius fides de publico approbata non est: Iasonem uero in eo qui probatus est. Vel secundo, Iasonem loqui in summa magna, uerisimili tamen, ut quæ probabiliter conueniat qualitati personarum & negotiationis: Decium uero loqui in summa indiscreta & non uerisimili. quæ summa magna sit & indiscreta, à iudicis arbitrio pendet, ut sensit Abbas. d. c. bonæ. il 2. colu. ult. qui à Iasone & Decio refertur. & clarius hoc affirmauit Iasone. & idem sensit Perrus Anch. consil. 44. quem secuti sunt Craue. consil. 182. nu. 15. & Ioannes Ancharanus Regiensis. q. 55. nu. 10.

Declaratur primò, ut non procedat in nostræ aetatis Argentarijs & numularijs, id est, Banquiorum, seu Campforibus, qui de publico probatã fidem non habent, atque ita solenniter non gerunt argentariam ut olim. nam horum libris plenè non creditur pro se, sed iudicis arbitrio. ita Sali. d. l. 1. col. 3. uerbi gratia. Quare secundo. C. de eden. & Barba. d. consil. 53. col. 5. lib. 3. reiecta interpretatione gl. d. §. numularios. Salicetum secutus est Ias. in repe. l. admonendi, nu. 121. in fi. de iureiur. sed idem Ias. ibidem nu. 127. ut dissentire à Saliceto, nisi ita intelligatur, quoniam Campfores isti non essent de publico uel ex consuetudine approbatissimi: ita ergo persona qualitatem & rei quantitatem; ex alijsque uerisimilibus circumstantijs fidem illi libro ad commodum Banquiorum & Campforis scribenti adhibere poterit iudex, adhibito præsertim iuramento. id quod ea ratione equum esse existimauit Salicetus, quia non cessauit in eo cursus ille publicus, homines, nec diligentia conficiendi librum rationum. ubi autem de publico eorum persona & munus probaretur, puta ex statuto, dubium non est quin eorum libris etiam pro eis fides esset adhibenda, ut de mercatoribus nostri temporis dicitur, quorum libris, & si ad sui fauorem regulariter non credatur, creditur tamen cum sunt uiri probi & legales, saltem semiplenè uel magna presumptione. Ias. repe. d. l. admonendi, nu. 107.

Declaratur secundo non procedere, quando horum Banquiorum & argentariorum codices, quibus alioqui fides adhibetur, suspitione aliqua falsi laborarent, tunc illis non creditur, ita Sal. loco iam citato, ex l. si quis. §. 1. ff. eden. & l. si unus, de testa. Ias. repe. d. l. admonendi, nu. 127.

Declaratur tertio non procedere, quando si aliqua præsumptio esset in contrarium: ita Salic. qui supra ex relatis iuris locis, exemplum esse potest, cum uerisimilia non continet, tunc enim nullo modo probaretur; ita in specie nostra Dec. in l. 1. nu. 3. C. de eden. qui Alex. & alios plures retulit. quibus nunc addo Craue. d. sexta particula, nu. 24. & nu. 35. qui nu. 36. subdit, esse iudicis arbitrio, quæ his casibus dici possunt uerisimilia. & conferunt quæ supra retulimus in casu 85. sic de uerisimilitudine tradit Guido Papæ q. 441. Craue. consil. 285. nu. octauo, & nono. Declaratur quarto non procedere, quoniam si liber huius Argentarij seu campforis ac Banquiorum quod a suo ministerio ac munere diuersum contineret, ut dicitur libro mercatoris, uel officialis de publico approbati, scribunt Ias. d. l. admonendi repe. n. 119. in fi. & ibi Ripa nu. 114.

ff. de iureiur. idem Iaf. in l. age, nu. 3. C. de tractatio. Dec. cap. post cessionē, nu. 5. extra de proba. quos secutus est Crau. d. sexta particula, nu. 7. 2. quibus accedit Dec. conf. 40. nu. 3. Marf. fing. 560. Ripa lib. 1. respon. c. 12. nu. 2. Alc. de præfump. reg. 3. præfump. 9. nu. 12. idem in simili de iudice scribit Beneuenu. Straccha tract. de mercatura, tit. Quo procedendum fit in causis mercato. parte 1. nume. 42. Crau. confil. 243. nu. 15. confil. 171. nu. 13. sic cum agitur de fide ad hibenda Campfarij, sigillo, & similibus intelligitur quod ad cam ipsam ad se pertinentē. Crau. conf. 196. nu. 3. & cōf. 221. nu. 12. 13. & cōf. 336. nu. 7. Purp. d. l. admonendi, nu. 209. qui tamen hac de re dubitat, ut etiam dubitat, imò contrariū affirmat Dec. in d. l. age, num. 5. cuius rationes uno uerbo tolluntur: quāquidē horū fides i hoc officij gñe pbata tm̄ est: ef fer. n. ridiculū si aliorū diuerfa negotia & penitus ab horrentia à munere suo, in eorū codicibus referret.

25 Declaratur quintò non procedere cōtra tertiū absentem cū quo actus aliquis gestus nō esset, nā res inter alios acta alijs nocere nō dēt, ita Alex. cōf. 36. lib. 5. & si Imo. confil. 96. in fi. quos secutus est Crau. d. l. sexta particula, nu. 7. 1. qui de libro officialis à pu blico deputati sic affirmāt, qd̄ duobus similibus cōprobat Crau. etia, uno a fortiori, quia uidemus infra tertio, cum quo gestū nihil est, non nocere l. admonendi, de iureiuran. & tradit latissimē Tiraq. tracta. Res inter alios acta.

27 Altero, quia t̄ liber æstimi ēt non probat contra tertiū: ita Alex. d. cōf. 46. Iaf. l. decē, de uerb. ob. Dec. c. cū cam, de pb. quibus accedit Molina. in cōf. iur. Parisien. tit. 1. §. 5. nu. 18. Afflic. decisio. 303. in fine.

S V M M A R I V M.

- 1 Libris sociorum fidem adhiberi inter eos.
- 2 Iudicis arbitrio relinqui quando credendum sit libris rationum inter socios.
- 3 Bald. in rubr. C. de fide instr. nu. 35. declaratur.
- 4 Socij persona & fides ab alijs probata censetur.
- 5 Libro rationum societatis non credi, cum uerisimilia non continet.
- 6 Libro rationum societatis non credi, cum formam rationum, hoc est, dati & accepti non continet.
- 7 Libro rationum societatis non credi, cum manu alterius quādam socij fuit scriptus.
- 8 Liber rationum probat contra scribentem, & contra mandantem illum scribi.
- 9 Libro rationum societatis non credi, cum ab altero ex institutoribus scriptus est.

C A S V S X C I I.

DE FIDE, ET PROBATIONE LIBRI rationum societatis, clara & dilucida explanatio.

REcte fecisse uideor, si posteaquam de fide & probatione libri rationum uerba facere cepi, hūc etiam casum, in quo magnum uersatur iudicis arbitrium, subiicero. Disputant nostri, quanta sit fides adhibenda libro rōnum inter negotiatio nis socios. Qua in re est quod intelligamus, Docto. hoc in casu loqui, cum eorū fides de publico nō est approbata:

nam ubi probata est, dubitari non contingit. Bald. in rub. C. de fide instr. nu. 35. scriptum reliquit, his t̄ libris inter ipsos socios plenē credi tam pro se, q̄ cōtra se. Purpur. t̄ in l. admonēdi, nu. 207. de iureiur. simpliciter intelligit Bal. hoc relinquere t̄ iudis arbitrio, ut ēt eum intellexit Soc. sen. confil. 240. col. pen. uer. si. Quartò & ultimò r̄ideo, lib. 2. Ego uerò sic t̄ Bal. interpretor, librum rōnum societatis inter socios plenē tam pro scribente, q̄ cōtra scribentem probare, si duo concurrant. Primò, q̄ uerosimilia contineat. Secundò q̄ connexē sint parcelle, hoc est, q̄ sint dati & accepti. Quid aut̄ uerisimile sit, item quid connexū dici possit, relinquit Bal. iudicis arbitrio, ut de uerof. simili iam supra latē diximus, de connexis autem dicemus infra in casu 95. Nec quidquam docuit Bald. hoc casu, quin & in alijs libris rationum intelligi debeat: de libro rationum argentarij, bāquerij, ac mercatorum nostrā etatis diximus in casu præcedenti. Regulam ergo cum Bal. sic statuo: Librum rationū societatis plenē inter socios probare. sic sensit Alex. confil. 186. nu. 1. lib. 2. ex l. inter chartulas. C. de conuen. fisci debito. lib. 10. & ex l. j. ff. de duob. reis, sed melius confert hæc ratio, quia eorum t̄ persona inter eos approbata adeò est, ut unus non ualeat alterius factum improbare, & uerè nō est qui dissentiat, quando liber ab utroq̄; sociorum est scriptus, hoc est, modò parcella una ab uno, modò altera ab altero, ut usu uenit, ita Crau. d. tract. de antiq. temp. sexta particula primæ partis principalis, num. 59. secutus Bal. & Alex. relatos, & Soc. sen. ac Dec. confil. 68. primo dubio, in fi. quod non solum procedit in paruis summis, sed & in magis. Craue. qui supra num. 60.

Declaratur modo primò, ut hic casus locū non habeat, quando hic liber non continet uerosimilia, ita Bal. d. rubr. C. de fide instr. nu. 35. Craue. qui supra num. 60. & supra in casu præcedenti in declaratione diximus. & que uerisimilia sunt, iudicis arbitrio relinquitur, ut toties admonui. Ripa d. l. admonendi, num. 129. Craue. confil. 75. nume. 23. Tiraqu. l. si unquam, in præfatione, nu. 51.

Declaratur secundo nō procedere, quando t̄ liber solum contineret data per scribentem sociū & non accepta ab eo, atq; ita non esset liber rationū in forma dati & accepti, ita Bal. in l. rationes, num. 1. C. de pb. Iaf. in l. admonendi, in repe. nu. 111. uer. si. secūdo limita. ff. de iureiur. & ibi Purpur. nu. 199. qui re etē affirmat, librum rationum malè confectum probare contra scribentem, non pro scribente: nā hic socius, qui uult iuari contra sociū libro illo, debet ēt ferre incōmodum eius, quod ab eo suscepit rōne connexitatis rationum: que autē connexæ proprie dicantur parcellæ, infra dicemus in casu 95.

Declaratur tertio, ut locum sibi non uendicet casus iste, qn̄ t̄ liber societatis alterius manu, q̄ manu unius sociorum scriptus esset, etiam si is qui scripsit, ab altero sociorum adhibitus fuisset ad scribendum, altero tamen non mandante. ita Alex. d. confil. 186. nu. 2. lib. 2. ante eum ita in specie respondit Bal. confil. 278. Punctus questionum uertentium. lib. 3. Ratio est clara, quia ut scriptura huius socij fidem habeat, constare debet esse scripturam ab eo confectā, iuxta regulam. l. Diuus. ff. de milit. testa. & dum manu alterius quā socij scribitur, alter socius non dicitur

citur illi cōsensisse, atq; ita eius personā approbasse, quamobrem illius scriptura ei nocere non dēt. quāquam prodesse possit. Confert, quod scribit Iaf. in repe. d. l. admonendi, nu. 109. i 10. t̄ librum rationū alius cuius cōtra ipsū probare siue modò scriptura illius manu confecta sit, siue alterius eo mandante, Paris. confil. 47. nu. 4. lib. 1. quod latius confirmauit Crau. de antiq. temp. 6. particula. primæ partis prin. nu. 56. & probat contra se, nō autem pro se. Diuersum quidem esset quando ist̄ liber fuisset scriptus ab infitōre ab oibus socijs approbato, & illi muneri delegato; ita a sēsū cōtrario sensit Alex. d. confil. 186. nu. 2. & clarè in nostra specie sic Crau. d. 6. par. nu. 55. post Castren. 314. col. 2. lib. 2. & Soci. sen. confil. 291. col. 8. uer. si. præterea etiam prædicta cōprobantur. li. 2.

S V M M A R I V M.

- 1 Liber rationum quomodo pro producente & contra producentem probet. ibi tres referuntur opinionēs.
- 2 Iudicis arbitrio relinqui quando fides adhibetur libro rationum tam pro producente quā contra.
- 3 Index que considerare debeat, ut fidem adhibeat libro rationum tam pro producente, quā contra.
- 4 Libro rōnum non credi tam pro producente q̄ cōtra, cū inter personas diuersas de rebus diuersis agitur.
- 5 Libro unius negotij quomodo credatur iter diuersos.
- 6 Libro scripto manu institutoris unius societatis quando credatur.
- 7 Libro rationum in summis diuersis ex diuersa causa stare nō cogitur, qui pro una causa pro se produxit, ut contra se in alia probet.
- 8 Variatio non improbat cum cause sunt diuersæ.
- 9 Appellare licet ab una parte sententiæ solum.
- 10 Librum rationum negotij tractati inter easdem personas probare tam pro producente, quā contra.
- 11 Abbatis responsum 36. in fine. lib. 2. improbatum.
- 12 Parcellam libri, qui probauit pro se, non tenetur alteram probare contra se, si causa est diuersa.
- 13 Approbans substitutiones in testamento factas non tenetur approbare legata eiusdem testamenti.
- 14 Libri parcella in totum quis teneatur approbare, uel improbare, ibidē dicitur, hoc iudicis arbitrio relinqui.
- 15 Ioannis Bolognetti consideratio reiecta.
- 16 L. Publica. §. ult. ff. depositi declaratio & sensus.
- 17 Trep̄hima, quid.
- 18 Excurrere, quid.
- 19 Liber rationum cōnexa continens in totū pbari dēt.
- 20 Testamēti pars pbari, et alteram improbari nō pōt.
- 21 Confessionis pars pbari & improbari non potest.
- 22 Glo. l. si quidem. C. de excep. improbat.
- 23 Opinio Ultramōtanorū et Consilij Burdegal. reiecta.
- 24 Responso positionibus facta cum suis qualitatibus est acceptanda.
- 25 Responso facta iuramento delato cum sua qualitate acceptari debet.
- 26 Statutum quod iuramento delato simpliciter respondeatur, admitti responsonem qualificatam.
- 27 Sententiam in connexis non posse acceptari & pro parte improbari.
- 28 Cap. cum olim. de censibus. sensus & declaratio.
- 29 L. de atate. §. si cū heres. de interrog. act. intellectus.
- 30 Testimonij quis pōt contra se ferre, non aut̄ pro se.
- 31 L. inter stipulatē. §. si Stichū. d. uerb. obl. intellectus.
- 32 Pluralitatem personarū & nominis pprii nō p̄sumi.

- 33 Probatio contra qualificatam probationem libri rationum recipitur.
- 34 Confessionem qualificatam admittere probationem in oppositum.
- 35 L. si quidem. C. de excep. declaratur.
- 36 Libro rationum in parcella qualificata non creditur si presumptio illi aduersatur.
- 37 Confessioni di centis. se occidisse ad sui defensionem, quomodo standum.
- 38 Confessio qualificata a delinquente emanata, a qua pena eum excuset.

C A S V S X C I I I.

DE FIDE LIBRI RATIONVM TAM pro actore illum producente, quā contra se: copiosa & dilucida explicatio.

IN hac de fide libri rationum perutili disceptatione solet & hic casus considerari: in quo magnum iudicis arbitriū consideratur. Dubitant simulq; que runt interpretes nri, cum in libro rōnum cuius fides de publico approbata non est, acceptū & datū scriptū est; an is contra quē t̄ libera scribente pducitur, teneatur illi libro credere tam p se, q̄ contra se: Exēplū sit: Sēpronius in suo libro rōnum scripsit se a Caio cētū mutui nomine accepisse, in alia parcella dein de scripsit, se soluisse quinquaginta ipsi Caio; an Caius, qui uult iuari illo libro rōnum contra scribētē Sempronij, teneatur ēt illi libro stare cōtra se ipsū? Perplexa grauisq; hæc uidetur disputatio: i qua tres adesse uidetur opinionēs. Vna affirmatiua, teneri credere tam pro se, q̄ contra se. hanc probauit Bar. in l. quedā. §. numularios. ff. de eden. Bal. in l. rōnes. C. de fide instrumeto. Iaf. in repe. l. admonendi, nu. 125. de iureiur. qui eiusdem opinionis alios permultos recēset, alios etiam retulit Craue. de antiq. temp. quarta particula primæ partis prin. nu. 68. & confil. 275. n. 4. Carolus Molinaus in consuetud. Parisien. tit. 1. §. 5. nu. 19. & clarè pro hac respondit Paris. confil. 90. n. 2. lib. 1. quorum opinionem sic absolutē intellectā minimē ueram opinor, ut statim explicabimus.

Secunda est opinio negatiua: huic libro rōnū nō esse credendū in cōmodū scribētis, & si ei credatur contra ipsū scribentem, hanc probauit Abbas in c. 2. nu. 10. in fi. de fide instr. & in c. bonæ, il 2. col. ulti. de postula. Præla. hanc probauit sibi parū constans Parisius confil. 47. nu. 10. lib. 1. alios sciens prætere eo. Hæc pariter opinio ita absolutē affirmata falsa est.

Tertia ergo fuit opinio, hoc t̄ iudicis arbitrio relinqui, ita sensit Bal. in rub. C. de fide instr. num. 35. Curt. sen. in l. admonendi, nume. 125. de iureiuran. Dec. in l. j. num. 5. in fi. & ibi Io. Bologne. num. 23. in fi. C. de eden. idem Decius in d. c. 2. nu. 21. in fi. de fide instr. sensit Craue. d. quarta particula. num. 70. & clarè Carolus Molinaus. d. §. 5. nu. 19. in fi. & nouissimē Ioannes Ancharanus Regienfis q. 55. nu. 14. hanc ego opinionem dubio procul uerā esse existimo: quoniam uerè probatur in l. Publica. §. ult. in fi. ff. depositi, ibi, iudicem æstimaturum. quo adductus sic in specie de libro rationum consultus respondit Baldus confil. 156. Cum duę sunt. col. 2. uer. si. Sed ego non recedo. lib. 3. qui ex hoc demonstrat, non esse

relata confessionis partem acceptari potuisse, & partem improbari. Confirmatur quoniam ex simili, si quis respondet positionibus, & unam fateatur aliquam cum qualitate, illa responsio in totum debet a ponere acceptari, uel in totum rejici, ita Soc. sen. cons. 208. col. prima. uersic. ex quibus inferendo. lib. 2. idem sentit Bellonus cons. 46. nu. 13. in fin. & Cur. sen. in tracta. positionum, nume. 56.

Confirmatur sexto ex simili, si quis delato sibi iuramento respondeat aliqua adiecta qualitate, responsio eius in totum acceptari, uel in totum rejici debet. Ita Io. Fabri in §. item si quis postulante, in princip. inst. de actio. & late ibi Gome. nu. 17. Boer. q. 243. n. 5. sic Ias. in l. i. iurandū, & ad pecunias, §. ait prætor. nu. 4. & l. manifestat. nu. 7. de iureiur. qui ex Baldo affirmat, & 26. etiā si cautū sit statuto esse iurandū simpliciter, ut iuramentū est delatū, posse tamē iurari qualitate adiecta, putā, hoc modo: Iuro qd si tu mihi mutuo dedisti, me etiā reddidisse, qd & in responsionibus positionum probauit Cur. sen. iam relatus d. nume. 56. Capolla cautel. 136. Si debitor. res tamen hæc dubitationē habet ex traditionibus nostrorū in l. prima. §. si qs simpliciter. de uerborū obligat. & ad rem nostrā plura retulit Boer. q. 243. n. 12. & q. 339. col. 2.

Confirmatur septimo ex simili quo dicimus i con nexis sententiam pro parte acceptari non posse, & pro parte improbari, ex l. i. hoc iudicio. ff. famil. ercisc. ubi Bald. Card. Zaba. cons. 29. colum. penul. uersic. item qd non potest. Fel. c. cum inter, nu. 5. in fi. de re iud. Boe. q. 243. n. 6. Ias. in repe. d. ladmonendi. nu. 12. 5. in fin. qui etiam citauit c. cum olim, ubi glo. de cētib. sic in trāfacione tradit Bellonus d. consil. 46. nu. 9. Nec obstat declaratio Abb. c. bonæ. il secōdo, 28 nu. 29. in fin. de postula. præla. d. ꝑ. cum olim, loqui in scriptura publica, quia respondetur, hoc ex illo non procedere, quia etiam scriptura publica in parte potest acceptari, & in parte non, qd est de re separata d. l. etiam. §. 1. de minor. Nec huic sententiæ aduersari aliqua uidentur, quæ solent a nostris objici.

Et primò tex. ꝑ. l. de ætate. §. si quis cum hæres. ff. de interroga. actio. quo loci Iacobinus a Sancto Georgio docuit, ꝑ. licet confessio probet contra confitentem. non tamen probat pro eo. & retulit Boerius d. quæst. 243. nu. 3. in fin. qui non satisfacit, cum ipse aliter sentiat. Responderi uno uerbo potest, Iacobini doctrinam procedere posse in confessione distincta & separata seu simplici sine qualitate, non autem in connexa & qualificata, & tex. d. §. si quis cum hæres, uerè in simplici, non autē in qualificata confessione loquitur. Non etiā obstat illa, quæ recenset Ias. in repe. d. ladmonendi, nu. 125, quæ fuit Abb. d. c. 2. nu. 30. in fi. de fide instr. qd qs potest quidem contra se testimoniū ferre, nō autē ꝑ. se. c. 1. 14. q. 2. & quā rationē retulit & Cynus in d. l. unica. q. 13. C. de cōfess. nā ratio hæc nō cōcludit, qm hic nō dicitur ꝑ. se testimoniū ferre, sed lex illa est, quæ in casu isto dubio præsumit cōfiteētē i omnibus uerū dixisse, cum aliās nō cogere ita fateri: ut ergo ei fide i uno creditor sequitur, sic stāte hoc dubio i cæteris seq. debet.

Non pariter obstat text. ꝑ. l. inter stipulantes. §. si Stichum, de uerborum oblig. qui a glo. l. si quidem. C. de except. adducitur, si fateatur reus in iudiciū litem cum actore cōtestando, Stichum promississe, sed

nō sensisse de illo, eius confessioni qua se promississe fateretur, creditur, reiecta illa qualitate, se de illo nō sensisse. Nam respondetur, illud ibi euenire, quia pluritas personarum & nominis ꝑ. prii nō præsumitur, ut docuit Bar. in l. si quis seruum. §. si inter duos. d. leg. 2. & Ias. l. 2. nu. 9. C. de bono. possessio. secundum tabulas. Crauet. cons. 267. nu. 1. 2. uersic. tertio respondeo. & cons. 269. nu. 3. & iudicium redditur in inuitum, qui ergo in litem contestatione de Stichore spondit, ut deinde iudicium elusorium reddat, non potest dicere, se de alio Stichore sensisse: si enim hæc exceptio admitteretur, semper negaret reus de illo sensisse, atque ita iudicium effugeret. qd omnes declarant in d. §. si Stichum, præsertim Alcia. nu. 4. qui ex illo tex. ostendit ad contractibus distare iudicia. Iudicium etenim cōsistit, & si de uno sentiat reus, de altero actor, quia res illa i iudiciū uenit de qua actor sentit: illa uerò i stipulationē uenit de qua uterq; cōsensit.

Declaratur egregie casus iste sextus, ut locum nō habeat qd aduersarius huius scriptoris, qui acceptauit scripta in libro ad sui commodum, probare uellet scripta deinde ad sui detrimentum uera non esse. puta, scripsit Sempronius in suo codice: Ego Sempronius centum a Caio mutuo suscepi, ex quibus deinde quinquaginta restitui. inquit Caius accepto ipsam confessionem me mutuo dedisse centum, & nō ego me deinde recepisse quinquaginta, qd probare uolo. Vel si ita est scriptum: Ego Sempronius a Caio centum mutuo habui, quæ sub conditione ꝑ. missi restituere, tunc Caius potest negare conditionem aliquam restitutioni adiectam fuisse. hæc declaratio ꝑ. batur tex. d. l. Aurelius. §. i dem quæsiit, de libera. lega. & ibi Bar. Bal. dicto cons. 156. in fin. uersic. ex his concluditur, libro tertio. quibus addo Cynum in l. secunda. in fin. C. de donatio. ante nupt. Abbatem c. primo. nu. 7. de postula. prælato. & Niconitium in rubrica de operis noui nunciatio. numero 61. Huius declarationis est ratio, quia confessio illa qualificata confitentis prodest in dubio, cum eius fides probata uideatur ab aduersario: quæ ratio cessat ubi contrarium probatur.

Confirmatur hæc declaratio ex tex. ꝑ. l. si quidem. C. de trāfaccio. secundum declarationem Bald. & Salice. ibi, & clarius Ias. in l. prima. in princ. nu. 11. uersic. quinto fallit. ff. si quis iudic. non obtempera. Niconit. qui supra nu. 60. debitor interrogatus, an deberet centum, respondit se debere quinquaginta tantum. hæc confessione creditor potest uti ad sui commodum, ut quinquaginta cōsequatur: nec prohibetur ex hoc quin residuum petere possit. Iason qui sit præ inquit posse hunc creditorem residuū probare, & recte sentit ex relatis. & quamquam d. l. si quidem, concedat petitionem, nec de probatione uerbum faciat, nihilominus ita intelligi debet. nā, dum ibi ꝑ. supponitur, debitorem illum ante litē cōfessum esse se quinquaginta putā tantum debere, cum creditor peteret centum, nō dicitur fateri totum sub qualitate, sed solum partem: ut ergo creditur residuum consequatur probare illud debet, quoniā eius sola assertio non sufficit. & ideo ibi recte Sali. dixit, dictionē tantum, non qualificare, super quo ibi Iason hoc nō intelligens, dubitare se ait, qualificaret enim si ita facta esset confessio: fateor me olim mutuo centum a Caio

Caio suscepisse, ex quibus nunc solum debeo quinquaginta: nam confessio illa de ceterum deinde qualificatur ex sequenti parte responsionis, quæ tñ qualificatio cōtrariā probationē nō impedit. De his satis.

Declaratur secundò hic sextus casus, ut locū nō habeat, quando illi qualitati adiectæ responsioni uel scripturæ libri, præsumptio aliqua aduersaretur; puta scriptū est in libro rōnum: ego Sempronius centum a Caio mutuo suscepi, ex quibus quinquaginta reddidi, modò constat ipsum Sempronium fuisse debitorem pro alia summa ipsi Caio cui astrictus erat grauiori obligatione, ita, ut præsumptio sit hæc quinquaginta fuisse solum in grauiorem, iuxta l. his, de solutio. uel alia similis est præsumptio contra ipsū scribentem. hoc casu scriptura pro parte acceptari poterit quātum creditor prodest, & pro altera parte rejici: ita clarè respondit Alex. cons. 2. in fine lib. 4. sentit idem Alexan. d. cons. 87. col. secunda. lib. j. ex multis, præsertim ex doctrina Barto. in d. l. Aurelius, §. idem quæsiit. num. 2. uersic. primo casu. dum inquit confessio dicentis se occidisse ad sui defensionē, posse acceptari quatenus se occidisse dicit, & rejici, quatenus ad sui defensionem affirmat, cū contra sic confitentem stet iuris præsumptio. quam doctrinā in specie nostra probauit Butrius cōsil. 65. Primo aspectu. & cū Bartolo communem esse sententiā testatur Alex. d. cons. 2. in fi. quibus accedunt Gramm. uoto secundo. nu. 2. & consil. 69. nu. 2. 3. & receptiorem testatur Ias. in l. ut uim. numero 13. de iust. & iure. Ferratus cautel. 5. nu. 2. Marf. ling. 185. in l. repetitio. nu. 30. de qd. Dec. in c. cū uenerabilis, nu. 19. in fine, de exceptio. & cum hac Bartoli opinione resider Soc. sen. in l. prima, in princ. nu. 11. in fine, de uulg. & pupilla. Galiaul. l. prima. §. si quis simpliciter. nu. 20. de uerb. oblig. Ex quibus constat, Boerium d. quæstio. 243. num. 5. in fine falsò asseruisse contra Bartolum in hoc communem esse opinionē, ut etiam falsò idem asseruit Marf. cons. 136. num. 31. & 44. & lib. secundo, allegant enim inconsideratè Marfilii, & Boerius multos, qui non modò Bartolo non repngnāt, sed etiā clarè cum eo sentiunt. il lud quidem uerum fatentur, ꝑ. confessionē hæc qualificatam confitentis prodesse, ne capitis pœna plectatur; sed alia mitiori pœna iudicis arbitrio, ut infra dicemus in casu 350. ubi Abbatem in cap. audiris. nume. 12. de præscriptio. retulimus.

S V M M A R I U M.

- 1 Epistola quid.
- 2 Epistola ad quid inuenta.
- 3 Epistola salutationem continere, an debeat.
- 4 Mandatorum scripturas in inscriptiones habere.
- 5 Constitutiones Imperatorum, & Iureconsultorum responsa in inscriptiones habere.
- 6 Epistolam regulariter non probare pro scribente.
- 7 Epistolam in connexis pro scribente probare.
- 8 Epistolam probare pro scribente cum is cui est missa, non contradixit.
- 9 Epistolam probare contra scribentem.
- 10 Epistolam etiam in uerbis enunciatiuis probare contra scribentem.
- 11 Epistolam probare contra scribentē, et si data careat.

- 12 Epistola caræ data loci, quo è loco data presumatur.
- 13 Epistolam probare contra scribentem, etiam si subscriptione careat.
- 14 Subscriptionem totam epistolam representat.
- 15 Epistolam probare contra scribentem, etiam si titulum suæ dignitas non contineat.
- 16 Epistolam Pontificis uel Imperatoris carentem titulo dignitatis non probare contra scribentem, si titulo dignitatis careat.
- 17 Epistola contra scribentem non probare, si epistola forma epistolæ careat.
- 18 Epistolam non probare contra scribentem cum ei adhuc presentata non fuit.
- 19 Epistolam contra scribentem non probare, si eo mortuo presentata fuit, cui scribatur.
- 20 Epistolas credentiæ non probare contra scribentem.
- 21 Epistola carens nomine, & cognomine nō probat contra scribentem.
- 22 Epistolam contra tertium non probare.
- 23 Epistolam Episcopi tertio non præiudicare.
- 24 Epistolas Argentariorum & Banqueriorum etiam contra tertium certis casibus probare.

C A S U S X C I I I I.

QUAM PROBATIONEM FACIAT EPISTOLA PRO SCRIBENTE CONTRA SCRIBENTEM, & CONTRA TERTIUM, ENUCLEATUM.

Quæquæ que in proximè relato casu diffiniant, quale sit arbitrium iudicis cum de fide epistolæ dubitari contingit, uerumtñ, ut aliqua speciatim de ea dicamus, libuit hic casū hunc adscribere. Est epistola græcū uocabulū Epistylū apud tu epistolo qd ē mittere, quia ad absentes mittitur. M. Tull. Cice. ad Q. fratrem lib. 1. epistola prima, illud quod est epistola: proprium, ut is ad quem scribitur, de his rebus, quas ignorat, certior fiat, prætermittendū esse non puto. Nec probabilis ratio esse uidetur, rō dignoscendæ epistolæ, salutatio in scripta, quam tñ probauit Duarenus libro primo disputa. anniuers. cap. 45. nam, ut contra eum sentit Robertus Aurel. libro quarto sententia. iuris, c. 20. multæ extāt antiquorum epistolæ sine inscriptione. Accedit, scripturas mediatorum inscriptiones habere l. si procurator. de procurato. l. si mandato. ff. penul. l. si uerò nō remunerandi. §. cum quidam. ff. mand. & tamen epistolæ non sunt, sic Imperatorum ꝑ. constitutiones & Iureconsultorum responsa in inscriptiones habent. l. interdum, in principio. & §. penultimo, de publica. l. Domitius. de test. l. procurator, de iure dotium. Ut intelligamus quam probationē epistola faciat, tres casus sunt distinguendi.

Primus est, quando agitur, ut probet ꝑ. scribentem, in quo quidem casu affirmant nostri regulariter nō probare, ita probat tex. in c. 2. de fide instr. omnes in ladmonendi. ff. de iureiurando. ibi Bartol. nume. 30. Ias. in repetitio. numero 135. Ripa nume. 137. & Corasius nu. 72.

Declaratur primò nō procedere, quando epistola duo connexa contineret, unū scilicet pro scribente, alterum uerò cōtra scribentem; nam, si is cui mittitur, pro se acceptat, altera pars iuabit scribentem, quod

CONNEXA ET SEPARATA QUAE DICANTUR, & INIBI DE CAPITULORUM CONNEXITATE & SEPARATIONE PLURA SCITU NON INDIGNA, ENARRATA.

Deum iam in proximo relato casu & multis alijs in locis retulerim aliqua capita connexa dici, & aliqua separata, atque ibidem non semel pollicitus sum, me hoc loco fufus rem hanc explicaturum, graue existit mai fidem fallere, quamquam alia ratione casus iste ordinem egrediat. Connexum ergo dicimus ex duobus compositum. est enim connectere, duo simul iungere ac ligare, ut apud M. Tul. in primo de finibus. Amicitia cum uoluptate connectitur: & in oratione in Pisonem dixit, connectere alicui rei aliquid. Hinc Virg. in 4. Georg. dixit, apes connexas pedibus esse, aut illas pedibus connexas ad limina pedent. & c. recte itaq; docuit Bal. in c. cum omnes. nu. 3. de constitu. & ibi Andreas ab Exea. nu. 66. connexum non esse idem. quod placuit & Felyn. in cap. translato. nu. 6. de constitutio. qui ideo dixit, claustrum domui connexum, domum non esse, nec cimiterium annexum ecclesiae, ecclesiam esse, cum duo sint in sui quidem substantia separata, sed simul deinde nexa. In iure tamen nostro tanta nata obscuritas uidetur, ut quae connexa dici possint, quodam modo ignoretur. Hinc est factum, ut censuerint aliqui iudicis arbitrio hoc relinquendum esse. ita Imola consil. 13. num. 9. & post eum Alciatus respon. 167. nu. 1. auctoritate prius glossae cap. si ciuitas, de sentent. excommuni. in 6. quam ego opinionem aspernandam penitus non iudico. uolo tamen iudicem esse admonitum, & connexum in iure nostro dici, quod separari non potest, cum scilicet duo illa, quae connexa sunt, unum ad alterius perfectionem tendit. hoc mihi probat Vlpianus. in l. eum actum. §. plane si quid connexum. ff. de nego. gesto. si feruus negotia gerens aedificium reficere incipiat, & factus liber in refectioe perleueret, actus illi quamquam diuerso tempore ac a persona diuersi status facti, connexum tamen negotium habent, atque ita de toto rationem esse reddendam Vlpianus respondit. & licet actus plures in se sint, cum tamen connexa sunt, unius loco iudicantur, illa scilicet perfectione inspecta, cum unus omnium sit finis. Hinc plura uulnera quibus homo interficitur, efficiunt, ut is percussor non uulnerasse, sed occidisse dicatur. Lillud, in fine, ad l. Aquil. quo adducti de iure interrogati responderunt Signorolus & Fulgo. in responso inserto post commentaria Capollae ad titulum C. de seruis fug. & connexa negotia esse, quae ad unum finem tendunt. & in hanc sententiam citarunt gloss. l. cum filius. §. primo, de uerborum obligatio. sic docuit Bal. in l. ampliore, in fine, C. de appellatio: & post eum Felynus in capitul. cum inter, numero 7. de re iudic. connexa & copuncta dici, quae ex consequentia factorum diuisionem non recipiunt. Connexa pariter dicimus quae sub una specie continentur, ut probat text. §. etiam si. §. primo. ff. de minor. Pupilla a suo curatore conuenta, fuit condemnata ad restituendum fundum, item ad domum restituendam. pupilla aduersus unum caput sententiae restituta est.

Z puta,

quod tamen ita absolute non intelligimus, sed iudicis arbitrio, ex d. l. Publica. §. ult. ff. de posi. quam in superiore casu explicauimus.
8 Declaratur secundum, ut non procedat, si quis is cui mittitur epistola, ea accepta, non contradixit, sed tacuit, nam illius fide approbasse ceteretur, ex l. filiusfam. ff. ad Macedonianum. qua de re fufissime diximus supra in casu 2. ad quem locum lectoris putauimus reijciendum, ne crambe (quod ainn) repetita, stomachum moueat.
9 Secundus est casus, quando de epistola agitur, an fidem contra scribentem ipsam faciat. recepta doctorum sententia est, fidem facere. ita omnes in dicto capitulo secundo, de fide instrumentorum. ibi Abbas numero octauo. Decius numero decimo quinto. sic omnes in dicta admonendi, ibi las. in repetitio. nume. 135. & Ripa num. 133. adducuntur ex d. l. Publica. §. ultimo. ff. de posi. l. si aliquid. l. si per epistolam. l. nec ambigi. C. de donatio. debet tamen in primis & ante omnia constare scriptam esse ab illo, id, quod sit literarum comparatione, ut docuit Bar. in dicta l. admonendi, nu. 30. & las. in repetitio. nu. 135. Parisius consilio decimono nono. num. 110. libro secundo. Boerius quaestio. 282. nu. 6. Constat etiam per sigillum scribentis: ita glo. l. secunda. C. de rebus alie. non alien. Spec. in titu. de probatio. §. ultim. uerficu. decimo. quem sunt secuti Rom. d. l. ad admonendi, nu. 55. & ibi Cato Saccus num. 51. & Orianus num. 51. Paris. consil. 19. num. 108. lib. 2.
10 Extenditur primo, ut procedat etiam si quod ad uerba enunciatiua, quemadmodum asseruntur Bar. d. l. Publica. §. ultimo. ff. de posi. Bald. in rub. C. de consuetu. pecu. nu. 12. Felin. cap. 2. nu. 17. in fine, de fide instrumento. Bald. tamen in l. non epistolis, C. de probatio. aliter uisus est sentire.
11 Extenditur secundum, ut procedat etiam si data careat haec epistola, quoniam adhuc contra scribentem probatur: ita scriptum reliquit Ripa d. l. admonendi, nu. 135. & lib. 3. responso. c. 12. in fine, per tex. l. cum tabernam. §. idem quasi. ff. de pign. quo tex. idem censuit Matthes. notab. 45. Nota quod tempus, nec aliter sensit Ruinus consil. 69. nu. 13. libro quarto. Cagn. in rub. proemij Digestorum nu. 101. 102. Alcia. responso. 122. nu. 3. Est ratio, quia dies & Consul solent in scripturis apponi ob causam prioritatis & posterioritatis. l. scripturas. C. qui potior. in pigno. hab. quae sane prioritas, uel posterioritas ipsi debitori nil tribuit:
12 nil etiam refert, si careat & data loci, quia praesumitur data esse loco domicilij. argum. l. quae conditio. §. cum ita. de cond. & demon. ita censuit Ripa in d. l. admonendi. nu. 135. & ibi. Corasius nu. 69.
13 Exteditur tertio, ut procedat etiam si careat subscriptione, dummodo mittentis nomen contineat, ita Cyn. & Bal. in proem. Digestorum, ibi Bal. nu. 19. per l. cum antiquitas. C. de testa. & ex facto contigisse, Baldus ait. idem censuit Felin. capitulo secundo. nu. 19. in fine, de fide instrum. Corsetus sing. in uerbo, Epistola, incipit, Aliquis scripsit epistolam suam. uel
14 & si solus subscriptionem mittentis habeat, cum illam tota scripturam representet. Paris. in his terminis consil. 19. num. 108. lib. 2.
Extenditur quarto, ut procedat et si non continet epistola dignitatem eius, cui transmissa est epistola, uel etiam ipsius mittentis: nec enim hoc fide

admittit. ita Bal. in proem. Digestorum nu. 20. Corsetus qui supra nu. 20. & Felin. cap. 2. nu. 19. in fine, de fide instrument. nisi esset constitutus & in dignitate magistrali, ut in Pontifice & similibus. nam si careret eius epistola titulo dignitatis, non probaret, imo esset suspecta ob stylum curiae non seruatum: ita post alios Cagn. d. rub. proem. Digestorum, n. 51. Niconitius in rub. ff. de ope. noui nuncia. num. 85.
Extenditur quinto, ut epistola etiam probet affinitatem contra ipsum scribentem: ita Bal. in l. non epistolis, nu. 2. uerfi. tertio casu. de probatio. qua de re supra in casu 89. ubi de probatione filiationis egimus.
17 Declaratur primo, ut non procedat, quando epistola haec suam solitam formam non habet, illa dicitur esse forma ut mittentis nomen, & eius cui mittitur, habeat item narrationem, conclusionem, & datam. ita Albericus in proem. Digestorum colum. ult. qui addit & salutationem esse & forma. quod probat & Ripa in dicta l. admonendi, nu. 134. uerum quod de salutatione scribunt, necessarium minime existimo ex supra relatis in principio.
18 Declaratur secundo non procedere, quia epistola non fuit praesentata cui mittitur, ita Ripa d. l. admonendi, nu. 136. ex l. si absentis. ff. de donatio. na. cum illius acceptatio atque ita consensus secutus non fuerit, non obligat mittentem, atque ita contra eum non probat.
Declaratur tertio non procedere, quando illi, cui mittitur, epistolae praesentatio facta fuisset mortuo scribente. nam tunc epistola nec obligat, nec aliquem effectum parit, ita Rom. in l. nuda, de dona. que sunt secuti las. in d. l. admonendi, in rep. n. 136. & Ripa n. 136. Est ratio, quia consensus simulaneus deficit. idem placuit Felin. in d. c. 2. nu. 19. de fide instrum. q. scribit, epistolam quidem probare & obligare etiam post mortem scribentis, sique eius haeredem, dummodo eo uero non fuerit praesentata illi, cui mittitur, idem censuit Marsilius in rub. C. de proba. num. 267.
20 Declaratur quarto non procedere in epistolis quas literas credentiae appellamus: nam, cum generales illae sint, nullum obligationi, uel probationi effectum pariunt: censentur enim potius ad commendationem datae, quam aliam ob causam: ita Bar. in l. Lucius. nu. 1. ff. de fideiuss. ex tex. l. ult. C. quod cum eo, & ex l. & eleganter §. ult. ff. de dolo. quam declaratione multis modis temperat Bar. in d. l. Lucius, quas sane declarationes ego non prosequor, tum quia rem nostram egredi uidentur, utpote quod obligationis effectum potius quam probationis respiciant: tum etiam, quia apud Bartolum uideri possunt, cui accedunt Bal. in rub. C. de constit. pecu. nu. 13. Feli. d. c. 2. n. 19. uer. & habent, de fide instr. Soc. sen. consil. 244. col. 1. lib. 2. Boe. q. 282. Benue. Stracha tracta. De mercatura, titulo Quomodo in causis mercatorum procedi possit. uerficu. De probationibus. nume. 15.
21 Declaratur quinto non procedere, quando epistola non habet solita nomina & cognomina ipsius scribentis: nam tunc contra scribentem non probatur: ita Feli. d. c. secundo. nu. 19. in fine, de fide instrum. etiam si haberet sigillum, ut eo loci Felinus scribit. Cagno. in rub. proem. Digestorum, nu. 50. Ratio esse potest, quia sigillum de se nihil tribuit, ut infra dicemus in casu 113. idem censuit Anton. Corsetus sing. in uerbo, Epistola, incipit, Aliquis scripsit epistolam.

Tertius

22 Tertius est casus, cum de epistola agitur ut fidem faciat contra tertium. recepta Doctor. sententia est, non probare contra illum: ita Ripa d. l. admonendi. nume. 140. ex l. exemplo. C. de probatio. melius probat l. epistola, in princip. ff. de pactis. & tradit Bald. in l. non epistolis. nu. 2. uerf. secundo casu. C. de probatio. Boerius consil. 25. num. 18.
23 Extenditur primo, ut procedat etiam in epistola Episcopi suo sigillo sigillata, nam illa adhuc tertio non nocet: ita Archidia. in c. placuit. 6. q. 2. Salic. in auth. si qua per calumniam. C. de epil. & cle. Guido Papae. q. 185. quos est secutus Ripa in d. l. admonendi. nu. 140. qui communem esse testatur, aliosque in hanc opinionem retulit. Est ratio, quia haec literae non sunt de his, quae ad eius officium spectant, iuxta cap. post cessionem, de probatio. quod sic intelligit Ripa, sed considerantur tamquam literae priuati cuiusdam amici amico datae.
24 Declaratur non procedere in epistolis argentiarii, seu Campsorum, quos Bancherios appellamus, qui ex more literas transmittunt de receptis, nam quemadmodum eorum codices contra tertium aliquam probationem faciunt, ut supra iam diximus, ita & haec epistolae. ita argumentatur in specie Card. Zabarel. consil. penult. colum. prima, quem secutus est Boer. quaest. 333. nu. 8.

S V M M A R I V M.

- 1 Connexum quid.
2 Connexum non esse idem.
3 Cimiterium ecclesiam non esse.
4 Connexa quae dicantur, iudicis arbitrio relinquuntur.
5 Connexa inseparabilia dici.
6 Connexa negotia quae ad unum finem tendunt.
7 L. etiam si. §. 1. ff. de mino. exponitur.
8 Connexa sunt quorum unum sine altero stare non potest.
9 Connexa indiuidua esse.
10 Cimiterium ecclesiae connexum dici.
11 Continentia quae.
12 Porticus domui connexos esse.
13 Porticus securitatem ita praebet, ut domus:
14 Capitula connexa quae.
15 Adulterium lenocinio connexum esse.
16 Connexa dici, cum unum est consequens alterius.
17 Sententia, uel laudum, quo est pronuntiatum, absolute Caium, hoc adiecto, ut conueneri possit, duo connexa continere.
18 Capitulum quando duo connexa contineat.
19 Capitula separata quando dicantur.
20 Bartolus in l. Aurelius. §. idem quaesit. de lib. legat. 6 reprehensus.
21 Bald. & Fely. in cap. translato, de consti. notati.
22 Capitula diuersa censeri, cum concurrere simul non possunt.
23 Petrus Bellus serenissimi Ducis Sabaudiae consiliarius laudatur.
24 Arma, qui ad hostes deferre non potest, an uaginas ad enses recondendos deferre ualeat.
25 Ensem esse quid a uagina separatum.
26 Arma cur ad hostes uehere non liceat.
27 Cotem ad ferrum acuedu cur ad hostes ferre non liceat.
28 Armorum strepitus in castris non sinit leges audiri.

puta, quo domum restituere condemnata est; actor uult ex integro in eam agere, quasi tota sententia rescissa sit, respondit Modestinus, non posse, cum due species domus & fundus sint separatae, nec unum alteri cohaeret. Ego intelligo postmodum tunc cohaerere unum alteri, puta, si restituatur pupilla, ut domum consequatur; erit etiam in eo rescissa sententia, ut pretium eius aduersarius consequatur, cum pretium ipsi rei cohaereat. quare recte ex textu illo docuit Aret. in c. translato, primo notab. de constit. & connexa dici, quorum unum sine altero stare non potest, & Aretinum secutus est Franciscus Niconitius in rubr. ff. de oper. no. nuntia. nu. 58. a qua opinione non dissentit Aret. consi. 29. nu. 20. uerfic. His breuiter pramissis, qui respondit, connexa illa dici, quorum unum pendet ab altero, ut in necessarium antecedens uel necessarium consequens uenit. quocirca inquit ille ipse Aretinus, mandatum de suscipiendis mutuo pecunijs pro negotiorum administratione, esse quid connexum ipsis negotijs gestis & administratis. ex l. 1. §. non autem, de exercito. act. ex l. si tutor post pubertatem, de tutel. & ratio. distrah. ex l. ita autem. §. si tutor, de admini. tuto. & ex l. 3. §. in iudicio, de contra. iudi. tutelae. quam egregiam Aretini declarationem probauit Marfil. rub. ff. de fideiussor. nu. 218. & Craue. consi. 232. nu. 1. quo loci subijcit Crauetra post Angelum consi. 326. Et themate, colum. 3. in 4. dubio, & connexa ceteri indiuidua. & ob id respondit Angelus, quod si unus haeredum contrahit contractui ob dolum uel metum illatum, in totum etiam quo ad alios rescindi; quoniam contractus connexitas quid indiuiduum iudicatur. his accedit Ancha. consi. 160. Praesupponitur in themate, col. 2. uerfic. Item dicitur: qui respondit, connexa dici indiuidua, puta domus una alteri connexa est, cum ex una ad alteram patet additus. l. quod conclaue. ff. de damno infe. & alibi Paulus in leg. praedijs. §. balneas. ff. de lega. 3. has domos coniunctas habet, quod idem est ac si connexas dixisset. sic (inquit Ancha.) & cimiterium Ecclesiae connexum dicitur, ob id polluto cimiterio, polluta ecclesia dicitur. c. 1. de consecra. eccle. uel alia. Rota decis. 6. de concess. praeb. in nouis. quae ob id decidit, quod habens gratiam in certa ecclesia de beneficio inibi uacaturo, potest acceptare beneficium uacans in cimiterio, uel ambitu, uel capellis ipsi ecclesiae contiguas situatum, hac etiam ratione, inquit idem Anchara, plura aedificia continentia esse ciuitati, quae serie quadam continuata ac ueluti connexa sunt. l. 2. §. aedificia, de uerbo. sign. c. si ciuitas, de senten. excomm. in 6. ita pariter M. Tul. in primo de inuentio ne, his scripsit: & Continetia cum ipso negotio sunt ea, quae semper affixa esse uidentur ad rem, neque ab ea possunt separari. sic porticus ecclesiae dicitur esse connexus ipsi Ecclesiae, ita ut confugiens in porticu immunitatem consequatur ac si ad Ecclesiam confugisset. c. si quis conuocatus. 17. q. 4. quo tex. adductus sic docuit Roma. in repet. l. si uero. §. de uiro. nu. 224. fo. l. ut. matr. adeo & porticus esse domui connexos, ut in porticu uulneras, in domo uulnerasse dicatur. confert. l. cetera. §. hoc Senatusconsultum. il. 2. de leg. primo, & quae scribunt ibi omnes, & in l. plerique. ibi Iaso. nu. 19. ff. de in ius uoca. ut is qui non potest in domo apprehendi, nec etiam possit in porticu.

Hinc ergo recte Bar. in l. Aurelius. §. idem quaesit, in fin. ff. de liber. lega. & connexum capitulum esse docuit, cum ipsum solum factum cum suis qualitatibus continet, puta, si dico, me tibi centum sub conditione promississe. ita plura capitula connexa dicuntur, inquit ille, si dico me tibi centum promississe, pacto in continenti adiecto, ut tu pro me ires Romam, nam, cum inesse dicatur, quod in continenti sit. leg. lecta. uerfic. dicebam, si certum petat, perinde est, ac unico contextu facta esset promissio. Barto. assentit Felyn. in c. cum inter. num. 7. de re iudica. sic capitula esse connexa dixerunt iam a me relati Signorolus & Fulgo. qui Bartolum secuti sunt, si dicerem me tibi decem promississe, sed a te mihi factum esse pactum, de non petendo. quod sane exemplum probauit Boerius quaestio. 243. n. 9. Verum, si conferatur cum Bartoli traditione, ab eius opinione non parum recedere uideretur, cum separata illa esse sentiat Bartol. quae per temporum interualla gesta sunt: rectius tamen sensisse Signorolum & Fulgosium ac Boerium opinor, ut statim dicam, sic (aiunt illi) sunt duo capitula connexa, cum unum ab altero descendit, quod placuit glossa in d. l. etiam. §. primo, de mino. quam secuti sunt Bald. in l. 2. nu. C. de re iudicata. Soci. Sen. inter consilia Curt. Sen. consi. 20. Saepenumero, colum. 10. uerficul. si ergo respectu. Ripa in leg. admonedi. nu. 124. de iureiuran. & Craue. consi. 275. nu. quarto, quare & adulterium cum lenocinio connexum, ut potest ab eo descendens, dixit Bar. in leg. is qui reus, de publi. iudic. & l. 2. §. si publico, de adu. sic, ut inquit Boerius dicta quaest. 243. nu. 5. & connexa dicuntur, quando unum est consequens alterius, puta fautor me per apocham esse confessum a te accepisse centum, sed illud asseuerauit dixisse sub spe futurae numerationis. Vel si dicam te mihi dedisse decem, quae tibi solui. His accedit quod respondit Cardinalis Zabarella consilio 29. Iudex id est, de iure & c. colu. penult. uerfic. praeterea quod potuerit, & c. Si uerbiter laudum sic proferat, absoluo Titium a petitione Sempronij, hoc adiecto, ut Sempronius conqueri possit, si laesum se esse senserit. respondit ille, esse duo capitula connexa. Idem pariter sensit Zabarella, si sic arbiter pronuntiat, pronuntio Titium debitorem in centum, & declaro illum quinquaginta soluisse. quo fit (inquit ille) si unam partem acceptare ualerit, sic & alteram, & e contra, ex capitul. translato. de constit. capit. cum super, de offic. deleg. & l. 1. §. ite quaeritur. ff. de aqua quot. & est, & alijs multis. Non etiam illud praeterebo quod a Bar. scriptum est in l. 3. §. filius. nume. 3. de lib. & posthum. dum docuit, unum & capitulum dici simul connexum, quando plura in unum concurrere possunt, puta plures haeredum institutiones in uno gradu. connexa etiam dicuntur, quando unum fuit causa alterius, ut si fideiussores occasione laudi intercesserunt: dicitur causa fideiussionis cum causa laudi connexa. ita causa excommunicationis cum causa ob quam lata est, connexa dicitur. ita Decius consil. 33. numero 2. post Rotam, quam citauit. Et quamquam ex his satis potest intelligi, quae separata dici possunt, attamen quo clariora reddantur omnia, & de his speciatim aliqua dicenda sunt.

19 Separata ergo capitula esse dicuntur, secundum Bar.

Bar. d. §. idem quaesit, in fi. si unum non uenit ad alterius determinationem, ex d. l. et. §. 1. ff. de mino. quare recte per se intelligimus separata dici, etiam si incontinenti sunt, eademque scriptura complectantur: cum in sententia ibi uno tempore de rebus diuersis prolata separationem consideret Modestinus, ut e contra Vlpia. in d. l. eum actum. §. plane, de neg. gest. considerat connexitatem non inspecto temporum interuallo, quo gestum perfectumque est negotium. Hinc cognoscimus male sensisse & Bar. d. §. idem quaesit, dum ex gl. l. si quidem. C. de excep. dixit, capitula separata dici, cum continent plura diuersis temporibus facta; puta, si dicerem, mutuasti mihi decem, quae post annum tibi restitui. est enim hoc aduersus d. l. eum actum. §. 1. ubi temporis diuersitas non consideratur. Sic pariter falsum esse intelligimus quod scribitur 21 & Bal. in c. translato. nu. 4. quem ibi secutus est Fel. n. 6. de constit. dum dixit quod ut aliqua sint connexa, non sufficere eo tempore esse facta, nisi simul facta sint: nam, & separatim facta esse possunt, & tamen connexa dici, ut negotia plura eiusdem rei & personae causa tractata. d. §. plane, & e contra eo tempore & simul facta, & tamen diuersa considerantur in d. l. et. §. 1. Hinc quoque intelligimus male sensisse Dec. in c. 2. nu. 21. de fide instr. & Io. Anch. Regiens. q. 55. nu. 15. qui connexa illa esse dixerunt, quae eo tempore facta sunt, re & ergo relati Fulgo. & Signoro. censuerunt haec esse capitula separata, dico me tibi debere decem ex mutuo, & te mihi debere quinq; ex causa emptionis. Vel si dicerem, tibi debeo centum ex mutuo, sed tu mihi equum ex comodato. quare recte dixi in casu praecedenti, parcelas libri rationum connexas dici non posse, cum diuersa negotia & diuersas personas respiciant, quamquam unum in codice contineatur, & e contra aliquas dici connexas, & si diuersis temporibus acta sunt. Illud tandem accedit quod scripsit Bar. in d. l. 3. §. filius. n. 3. de lib. & posth. & Fel. d. c. cum inter. nu. 7. de re iud. d. & diuersa capitula ceteri, cum simul concurrere non possunt, sed unum uenit in alterius defectum. His diffiniri etiam potest egregia illa disputatio, quam in castris aliquando euenisse refert Consultissimus Petrus Bellus in tract. De re militari. parte 9. tit. De saluis conductibus. nu. 26. fuerat conuentum inter Duces belli, ut merces possent ultro citroque deferri, exceptis armis cuiusvis generis. mercator detulit uaginas ad enses recondendos. dubitatum fuit an incidisset in commissum? Aduersus mercatorem dicebatur incidisse in commissum, quoniam armis prohibitis censentur etiam prohibita uaginae, uti armis connexa, nempe ensibus, cum sine uaginis uix esse possint. Ex iam relatis satis constat haec connexa dici non posse, sed potius separata; cum uere unum sine altero esse possit. Accedit quod diuersa penitus ratio erat in uaginis quae in ensibus & ceteris armis. fuerat enim arma excepta, ne hostis ualidior redderetur, ut extat egregia constitutio Imperatoris Martiani in l. 2. C. quae res expor. non poss. quo loci per exemplum declarat, quae arma deferri non possint ad hostes: ut loricas, scuta, arcus, sagittas, spathas & gladios. nec eo loci uerbum de uaginis, uel similibus, cum illa non possint hostem ualidorem reddere. Si hac ratione uideamus, & e contra prohiberi, quoniam ex illis arma a cui possunt. l. eodem ferro. in prin.

ff. de publica. & uectigal. & in hanc sententiam potius inclinat Bellus, & si relata ratio non attulerit, inquit tamen illi mercatori male contigisse sed non mirum, quoniam in castris (ut C. Marius dixit) armorum inges strepitus non permittit leges audiri. Confert etiam relata disputatio ad declarationem statutorum, quae statuunt in causis connexis esse illud obseruandum, quod in causa principali obseruari solet. ut extat statutum Mediolani c. 50. sub rub. De sacramento praestando per creditorem, in fine.

S V M M A R I V M

- 1 Paupertas an fidem testis minuat.
- 2 Paupertatem non repellere testem.
- 3 Iudicis arbitrio relinqui, an paupertas minuat fidem testis.
- 4 Paupertatem et in causa criminali testem non repellere.
- 5 Testem ob paupertatem non repelli etiam in causa matrimoniali.
- 6 Paupertatem repellere testem, cum requiruntur omni exceptione maiores.
- 7 Testis pauper & familiaris simul repellitur.
- 8 Testis pauper & subiectus simul reuocatur.
- 9 Testimonium diuitis preferri testimonio pauperis.
- 10 Pauperem suo uicio & prodigalitate a testimonio ferendo repelli.
- 11 Testis inuentarij pauper esse non debet.

C A S V S XCVI.

QUANDO OB CAUSAM PAUPER-TATIS FIDES TESTIBUS NON ADHIBEA-TUR, DILUCIDE EXPLICATUR.

Hactenus egimus de probationibus, quae a fide libri rationum, & ab epistola proueniunt, quas quidem probationes, esse in iudicis arbitrio ostendimus: nunc congruus hic locus postulat, ut casus aliquot de testibus iudici arbitrarios in specie subiiciamus. Exordiar ergo ab his causis quae a testibus procedunt; nam, & illa magis sub iusta iudicis potestate sunt. Referam ergo hic casum illum, de quo uaria sunt interpretum iudicia, an scilicet paupertas in causa sit, ut testibus alioqui recte testimonium dicentibus, non credatur? Quae in re, una fuit glossae opinio in §. si uero absunt, in uerbo, substantiam, in auth. de here. & falc. illum idoneum non esse testem, qui tot in bonis non habet, quanti ualoris est causa, super qua interrogatur, illius opinionem sunt secuti plures a Ias. relati in l. si constante. nu. 153. sol. mat. & in auth. praeterea. nu. 27. C. unde uir & uxor. qui hac a nemine haec tenus reiectam uidisse scribit. eam quoque sunt secuti Calca. consi. 6. nu. 4. Marfil. consi. 28. in fi. & consi. 31. nu. 31. lib. 1. Verum iure non probatur haec opinio: nam is textus §. si uero absunt, de quo hoc colligitur, glo. ibi; alium habet sensum, ut infra artigam. imò huic opinioni aduersatur tex. c. si qui testium, de testib. & arresta. & l. 3. in princ. ff. de testib.

2 Altera fuit opinio, & paupertate a testimonio aliquem non repellere: nam admitti praesupponit tex. d. l. 3. in princ. ibi, locuplex uel egenus sit, & ibi glo. & in cap. si quis testium, de testib. & index tamen ipse arbitrabitur an suspectus dici possit ob paupertatem.

Iuxta qualitatem personæ & causæ, ut d.l. 3. probat, ita docuit Abb. in d. c. si qui testium, in fi. Ias. l. si constate. nu. 156. & ibi Rip. nu. 34. sol. mat. Crau. consi. 249. nu. 12. Albe. d. trac. testium, tit. quando repellatur testes ratione defectus personæ, nu. 15. examinabit ergo iudex cuius propositi hic testis sit, & diligenter perpendet, an suspicio corruptionis in eo sit. ita sentit gl. d. l. 3. in prin. in verbo, egenus, si itaq; nullâ inesse suspicionem uidebit, ei fidem adhibebit. idē esse censuit Didac. Couar. lib. 2. uaria. reso. c. 6. uerfi. qualiter paupertas. lib. 2. qui quidem relati grauissimi iurisperiti docent arbitrio iudicis esse, quos dici possit pauper hoc casu, id quod uerè sentit glo. d. §. si uerò absunt.

4 Extende procedere, etiam si causa esset criminalis: nam adhuc ob paupertatem testis non repellitur. Abbas d. c. si qui testium, in fi. Soci. tract. fallen. reg. 289. fallen. 2. latē Crauet. consi. 260. colum. 4. uerfi. paupertas. qui respondit, pauperes, qui male fidei sunt, sine tormentis non admitti. alios in sequenti extensione referam.

5 Extende secundò, etiam quò ad causam matrimoniale, ita Are. consi. 14. nu. 16. Ripa d. l. si constate, nu. 33. egregiè Dec. consi. 163. nu. 5. qui multos retulit ita affirmates, & si alij dissenferint, præsertim Rui. consi. 149. nu. 34. li. 5. qui in indiuiduo contra Dec. consuluit, & malè. Socin. iun. consil. penul. num. 38. lib. 2. qui ad redarguendum instrumentum de falso idoneos esse respondit.

6 Declaratur primò non procedere, quò lex postulat testes omni exceptione maiores: nam, tunc pauper non admitteretur, si pauper & uilis est. ita scribit Ripa d. l. si constate. nu. 34. post Spec. & Barb. quos citat. Verum multos esse in ea opinione reperio, qui duo sola uitia nēpè uilitatis, & paupertatis, uel paupertatis, & famulatus, repellere testes affirmarunt; Et si lex omni exceptione maiores non requirat: ita cum paupertas & famulatus concurrat, respondit Bar. consi. 111. col. 2. lib. 1. sic respondit Roma. consi. 382. q. & si causa subiectionis non repellit testem.

7 repellit tamē quando pauper is est & subditus. sic Anch. respondit consi. 64. col. pen. affinitatem aliàs minus iustam causam repellendi testem, tunc repellere, quando cum ipsa paupertate concurrat. hos secutus respondit Crau. consi. 249. nu. 11. in fi. testem pauperem suspectum maximè esse, quando alius concurrat defectus, quibus accedūt Are. consi. 14. nu. 16. Dec. consi. 311. nu. 5. Soc. iun. consi. pen. nu. 38. lib. 2. & hoc casu quis pauper sit, arbitrat iudex.

8 Declaratur secundò non procedere, quando pauper cum diuite concurrerit: nam diues præfertur. ita sentit Ripa d. l. si constate. nu. 33. post Bar. l. ex libero. & ibi Marf. nu. 8. de quæstio. sic Are. d. cōsi. 14. nu. 16. Soc. iun. d. consi. pen. nu. 37. lib. 2. Est ratio, quia uerè pauper, testis omni exceptione maior nō dicitur, ita Anch. consi. 194. in fi. Dec. cōsi. 310. col. ult. & alios refert Crau. consi. 249. nu. 11. sic intelligi potest Ripa relatus supra declaratione prima.

10 Declaratur tertio non procedere, quando suo uicio, & ob sui luxuriam, uel prodigalitatē pauper esset effectus, ita Soc. d. reg. 289. fallen. ult. Est ratio, quia aliud uitium hic concurrat cum paupertate, ita Alex. consi. 237. num. 2. lib. 6.

11 Declaratur quartò non procedere, quò si fideicommissarius inuentarium de rebus fideicommissis supposito restituendis conficeret: nam tunc pauper nō recipitur i testem. d. §. si uerò absunt, in auth. de hered. & falc. nam eo casu requiruntur testes dignissimi, ut ibi dicitur. & clarius in nouella prima. Ripa d. l. si constate. nu. 33. & eo etiam casu quis pauper dicatur, iudex arbitrat, ut gl. ibi & rectè adnotauit.

S V M M A R I V M.

- 1 Mors memoriam adimit.
2 Iudicis arbitrio relinquitur an credendum sit testimonio illius, qui in extremis laborat.
3 Locutio inarticulata quæ.
4 Iudicis arbitrio relinqui, an testator interrogatus, ita testari uoluerit.
5 Testator grauatus infirmitate interrogari non poterit, an ita uelit testari.

C A S V S XCVII.

QUANDO FIDES ADHIBENDA SIT testimonio illius, qui in extremis laborat, & de testamento condito ad alterius interrogationem.

Dubitari etiam aliquando solet, an adhibenda sit fides testimonio eorū, qui dū i extremis humanæ uitæ agūt, aliqua de re interrogati testimoniū ferunt. Et dubium est non leue quod non probent, cum trepidatione mortis uacillare (ut nostri aiunt) uideantur. mors enim seu infirmitas ad mortem sensus occupat, & memoriam adimit. Verum Marius in l. quæstionis modū. nu. 33. de quæst. docuit, post Bal. in l. hac consultissima. nu. 8. C. qui testa. facere poss. hoc iudicis arbitrio relinqui. diligens itaque iudex perpendere habet, dum illum interrogat, an uagetur, & ad rem rñdeat, uel non. considerabit etiam an lingua sit præter sui morem balbutiens ac inarticulata. is aut inarticulatè loquitur, qui clarè exaudiri & intelligi nō potest. ita Ang. in l. iubem. & ibi Ias. num. 2. C. de testa. & uocem inarticulatam esse illā, quæ sensum non habet, post Corneum scriptum reliquit Soc. iun. consi. 176. nu. 30. lib. 2. Hac ratione possumus & nos dicere, esse in iudicis arbitrio, an testator qui in extremis agens ad alterius interrogationem testm condidit, ita testatus uerè sit, in terrogari etenim posse multis casibus. dicimus, ut apud oēs in d. l. iubemus. C. de testa. nō tñ pot eo casu, cum in infirmitate adeò grauatur, ut nō intelligat quid agit, & qualis ei facta interrogatio sit, ita censuit Ias. in d. l. iubemus. col. ult. uerfi. tenendo tamen. sic Castr. consi. 377. Viso pūcto & allegationibus, in fin. lib. 1. quem secuti sunt Soc. sen. consil. 92. col. 2. uerfi. sed præmissis, lib. 3. Rui. consi. 9. nu. 12. lib. 2. & consi. 8. nu. 7. lib. 3. Dec. consi. 489. nu. 8. Soc. iun. consi. 183. nu. 35. lib. 2. Cetera sciens prætereo.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudicis arbitrio relinqui, an testibus actoris, uel rei magis credendum sit.
2 Testibus rei magis quam actoris in dubio credi.
3 Presumptio una est semper pro reo.

Probatio-

- 4 Probationibus rei desertur, & si aliquantulum probationes actoris excedant.
5 Clericorum testimonium ceteris præualeat.
6 Sacerdotis testimonium efficax.
7 Reus per accidens, actor uerè reus iudicatur.
8 Actore uiro bono non probante, reus & si uir nequā absoluitur.
9 Iudicis pronuntiatio non liquere de causa.
10 Principem posse paribus probationibus pro uiro probo contra uirum nequam sententiam ferre.
11 Iudex qui liberum arbitrium habet, potest ferre sententiam pro actore uiro bono contra reum uirum malum, etiam stante probationum paritate.
12 Guidonis Papa q. 29. a recentiorum oppugnationibus defenditur.
13 Senatū secundum suam conscientiam posse iudicare.
14 Probationes actoris esse fauorabiliores probationibus rei ob bonam qualitatem personæ actoris.
15 Actore non probante reus non absoluitur in foro conscientie.
16 Regulam l. qui accusare. C. de eden. etiam in causis beneficialibus locum habere.

C A S V S XCVIII.

ACTORIS VEL REI TESTIBVS ET probationibus quando plus credatur.

Controuertunt quoq; Doctores nri, an testibus actoris potius q̄ rei conuenti, uel econtra, de ferendum sit. qua in re scriptum reliquit Abbas in c. ex literis, in 3. nota. & ibi Dec. post alios, & Alc. trac. præsump. reg. 3. præsump. 44. nu. 5. hoc iudicis arbitrio relinqui. Verum, quia non semel admonui, arbitriū hoc esse dñe iure & rōne regularum, qd ad rem nostrā adonauit Dec. d. c. ex literis, nu. 3. ideo dicendum est in t̄ dubio esse deserēdū potius testibus rei, q̄ actoris, ita probat d. c. ex literis, de p̄batio. ibi plures relati à Dec. idē Dec. in l. qui accuare, nu. 16. C. d. edē. q̄ huius opinionis Bal. Roma. & Alex. retulit. Huius sniā una est ratio, ceteris prætermis, quia ubi pares sūt probationes, ex latere rei. una semper adest iuris præsumptio, siue in criminali iudicio siue in civili uerferemus; ne scilicet deliquisse credatur. l. merito. ff. pro socio. id quod de iudicio civili dicitur, ne aliena occupare uideatur, quod est peccare. c. peccatū, de reg. iur. in 6. quā rōnem perpendit Alc. d. præsump. 44. nu. 5. cum ergo ob præsumptionem reus saltem actorē superet, illius iura iuribus actoris præferri debent. Accedit & illa ratio quā Aristoteles in Problemat. sectione 29. q. 13. considerauit: nempe fatiuisse nocentem absolueret q̄ innocentem cōdēnare. quod ait & Iureconsultus in l. absentem. ff. de p̄cenis. quin inquit sapientiss. uir ille, magnis delictis magna supplicia statuta sunt, itaq; si iudices iniustā sniā hominem capite damnarint, post, suum errorē emendare, nullam temporis facultatem nanciscuntur: sed si minus itegrè liberarint, si hoc ita cautè tū fecerint, ut nihil præterea delinquere ille uellet, quid quæso errauerint indices, p̄ hominem usq; eò emendatum liberauerint? sed si posthac etiam delictum idem commiserit morte tūi utriusq; delicti causā multādum lex præcepit. Hac Aristoteles & a-

lia perplura diligenter perpendenda scribit.
4 Extenditur primò procedere, et si ex latere actoris probationes in aliquo excederēt, ut putā, si testes actoris essent digniores testibus rei, ut si testes actoris essent clerici, & testes rei laici: nā, & si testimoniū clericorum præualere testimonio laicorū credatur, c. clerici. 81. dist. nihilominus adhuc pro reo sentire dēt iudex, quā qualitas testiū non dēt posse tollere absolutionis prærogatiuā. ita Abb. d. c. ex literis, & ibi Dec. nu. 5. de prob. Alc. de præsump. 44. nu. 5. Dec. tñ d. nu. 5. quò ad cām ciuilem ambigit, ex gl. in c. monā 77. dist. q̄ dixit, testimoniū quatuor clericorū præualere testimonio sex laicorū. efficacior ergo probatio hoc casu considerabitur ex latere actoris. gl. d. c. monachus. secuti sunt Soc. sen. consi. 28. col. 3. lib. 3. Ias. consi. 13. col. 1. li. 3. quos retulit & p̄bauit Crau. cōsil. 267. nu. 2. & consi. 272. nu. 16. uerfi. Tertio probatur. Et de testimonio sacerdotis idē ferè celsuit Alex. consi. 43. nu. 2. lib. 7. plures retulit Crau. consi. 137. nu. 5. lib. 5. Rola. a Valle consi. 24. nu. 54. lib. 1. ob id Dec. solum doctrinā hanc in cā criminali procedere intellexit, qñ quidem in ciuilibus præsumptio est et pro actore, ex d. l. meritò. sed rectius dissentit ab eo Alc. ob regulam c. peccatum. Accedit, probabile esse, non autem necessariam auctoritatem d. gl. d. c. monachus. imò ueram non esse censuit Molinæus in additio. ad Deci. d. c. ex literis.

7 Extenditur secundò procedere, et etiam in reo, qui per accidens esset actor, iuxta l. diffamari. C. de ingenuis & manumif. nam, & si actor uideatur, attamen cum re ipsa reus sit, rei cōmodum obtinet, ut in dubio absoluat. ita post Butr. & alios tradunt Dec. d. c. ex literis. nu. 5. uerfi. 2. quod dictum. Alcia. d. præsump. 44. nu. 4. nam, ut omnes affirmant d. l. diffamari, reus uerè dicitur.

8 Extenditur tertio procedere, etiam si actor esset persona legalis & honesta, & econtra reus esset uir nequam & infamis, adhuc stantibus paribus probationibus pro reo est pronuntiandum. ita post alios Dec. in l. qui accusare, nu. 6. C. de eden. & ibi Ias. nu. 5. Alc. nu. 17. Purpur. nu. 13. secuti auctoritatē Gellij lib. 14. noct. attica. qui se pronuntiasse refert, sibi de causa t̄ non liquere, cum hic casus euenisset. illa est ratio, quā non est quisquam tam sanctæ inculpateq; uitæ ut solius assertioni standum sit. gl. in c. sicut, in fine, de sent. excom. c. 1. ut lite pend. & ibi Bal. nā lex euangelica duo, uel uel tres testes requirit, c. licet, de rest. & ad rē nostrā cū de iudicis arbitrio loquere tur, Gellij auctoritatem retulit Robertus Aur. li. 4. sent. q̄. iuris, c. 15. in fi. & similia Neuiza. lib. 6. Syluæ nuptia. num. 3.

Hæc doctrina fortè locū non haberet, qñ noster hic iudex haberet arbitrium in causis diffiniendis, ut quia tanquam princeps possit sniā ferre; nam quemadmodum t̄ Princeps hoc casu pro actore uiro probo ferre posset sniā contra reum uirum nequam, ut sentiūt Purpuratus & Alc. in d. l. qui accusare, & clarius tradunt oēs in l. j. C. ut q̄ defunt Aduo. Fely. in c. pastoralis. §. quia uerò, de off. deleg. Alber. in l. illicitas. §. ueritas. de off. Præs. Didac. Couarru. 11 lib. 1. uaria. resolu. c. 1. nu. 7. in fi. sic poterit hic t̄ iudex, qui liberum habet arbitrium. Et hoc casu potest defendi decisio t̄ Guidonis Papa q. 29. ab impugnatione

DISPUTATIO ACCVRATA QVAN-
do credatur testimonio singulari illius, qui
de gestis a se ipso deposuit.

Egregia est iuris disceptatio, an adhibenda sit fides testimonio unius testis tantum, qui de factis & gestis a se ipso testimonium fert. & quamquam Zasius consil. 2. nu. 30. lib. 2. hoc in iudiciis arbitrio relinquit; a quo non dissentiunt Tiraq. de retractu con-
f. 1. gl. 1. 4. nu. 37. in fi. & Petrus Benei ten. con-
cl. 63. in fi. attamen quo res clarior reddatur, atque etiam, ut intelligat index quod suum sit hoc arbitrium, casus aliquos distinguo atque constituo.

1 Primus est, cum hic testis ratione sui officij, quo fungitur, testimonium fert de actu a se gesto, & cuius causa ipse non commodum, uel incommodum, non laudem, uel uituperium expectat: tunc ei plena fides adhibetur. quemadmodum testis notario attestanti aliquid esse a se scriptum, ita Cy. l. si quis decurio. oppo. 1. 8. & ibi Sal. opp. 4. C. de falsis. nec aliter eo loci sedit gl. & Bal. sic intelligo Castr. consil. 84. Vila. col. ult. uersu. 3. quareo. lib. 1. & clarè ita affirmavit Alex. in l. 2. §. si absens, nu. 1. ff. de ex noxa. cau. aga. & clarius consil. 191. nu. 13. lib. 6. & Hercula. Petrus in commentarijs. Qui tenetur probare negatiua. n. 218. ita pariter dicimus creditur nuntio publico referenti ea, quae eius officium spectant. Bar. in extranag. ad reprimen. in uerb. per nuntium. in fi. qua de re latius infra dicemus in casu 11. Ita et dicemus credi iudicanti attestanti de gestis a se in officio, si modo non sentiat commodum, uel incommodum ex eo. ita probat ca. cum a nobis, de testib. quod ita interpretatur Rui. consil. 105. nu. 6. lib. 4. & clarius ad rem nostram Blanchus trac. de compromiss. 8. quaestione, de ordine procedendi. in fi. qua de re plura supra li. 1. q. 73. scripsimus. ratio huius doctrinae est, quoniam horum fides est publico approbata est.

2 Secundus est casus, cum hic testis in aliqua excelsa dignitate positus est, tunc ei attestanti de gestis a se ipso plenè creditur. ita de Regis testimonio uerba faciens in specie respondit Oldra. consil. 105. col. pe. uersu. q. autem. Card. consil. 128. col. j. uersu. item et. Dec. consil. 151. col. pen. alios recenjet Hercula. quem iam citauimus. nu. 218. alios plures recenjet Crau. trac. de antiq. temp. 1. parte. nu. 23. ratio est quod ob dignitatis celsitudinem nunquam praesumitur eum dicenturum, quod minus uerum est.

3 Tertius est casus, cum testis est persona honesta, & agit de proprio comodo consequendo, uel incommodo euitando, uel alia adest causa affectionis particularis; tunc ei soli attestanti de factis a se ipso non adhibetur fides. ita sentit Castrè. d. l. 2. §. absens. ff. de ex noxa. cau. aga. Dec. consil. 56. nu. 4. Crau. consil. 73. nu. 30. & uerè non est qui in hoc dissentiat, ut alios huius opinionis recenjet Tiraq. d. glo. 14. nu. 51. & Hercula. loco iam citato. nu. 215. Est ratio, quoniam duo hic defectus & causae impediunt concurrunt; una singularitatis, altera affectionis: quo fit, ut licet una earum forte potè hoc casu non uideatur ad huius testis fidem prosternebam, ambae tamen simul iunctae sine dubio efficiunt, ne huius testimonio fides adhibeatur. quemadmodum scribunt Marfi. sing. 378. & 385. pul-
chrè

chrè Crau. consil. 6. nu. 55. 57. Paris. consil. 2. num. 85. lib. 4. Gram. consil. 35. nu. 34. qui responderunt, duos defectus omnino testi fidem adimere, nec eis etiam in subsidium credi, uel posse iuramentum in supplementum deferri.

4 Quartus est casus, quando testis est persona uilis, & non agit de proprio comodo, uel incommodo, & disputatur, an ei aliqua fides adhibenda sit, cum deponit de factis a se ipso; hoc casu credo eius testimonium non repellit, sed eam fidem facere, quam faceret alius singularis testis, qui uir honestus esset. ita intelligo Alex. d. l. 2. §. si absens. nu. 9. ff. de ex noxa. cau. aga. & ibi idem uerè sentit Castrè. nu. 4. sic rñdit Dec. consil. 363. nu. 3. & alij non dissentiunt, ut scribit Tiraq. d. glo. 14. nu. 48. uersu. & q. praeterea. Est ratio, quia licet personae uilitas fidem testis minuat, nihilominus fides augetur ex hoc, quod de gestis a se ipso attestatur, & uerè probat. tex. ff. l. quareo. §. ult. ff. de edil. edicto. quae passim in hac tractatione Doctores nostri sine defectu allegant, si. n. ibi plenè creditur seruo cum alia concurrunt indicia, ergo, non concurrentibus inditijs, semiplenè creditur; atque ita persona uilitas obseruitur, fidem hoc in casu non tollit. sic probat l. cum probatio. C. de proba. perpèdendo secundum Castrè. d. §. si absens. nu. 4. imò respondit Soc. iun. consil. 61. nu. 16. lib. 2. infamiam huius testimonium non repellere, Gram. consil. 13. nu. 17. & consil. 58. nu. 18.

5 Quintus est casus, cum testis est persona honesta, nec agit de aliquo eius comodo uel incommodo, & disputatur, an huius testimonio magis credatur quam testimonio alterius; atque ita comparatiue tunc non. n. dico quod ei plenè debeat credi uel non, sed solum an potèrior sit probatio, quae ex huius testimonio fit, quae ex testimonio alterius, qui ipsemet, ut hic, actum non gessisset. hoc in casu uerè opinor potèntiore esse probationem ex huius testimonio. atque ita loquitur Castrè. consil. 187. In causa quae uertitur. Paris. col. 3. in prin. lib. 1. id quod clarus affirmavit post Inno. ca. inquisitionis. de accus. Butr. in c. cum causam. de testib. & Aret. consil. 71. col. 2. uersu. secundò conuincitur. Crau. consil. 178. nu. 7. qui Doctorum controuersia ita conciliat. idem Crau. consil. 220. nu. 18. consil. 277. col. 3. in fine, & ab eo non dissentit Petrus Beniten di. d. concl. 63. in fine, ita etiam comparatiue loquitur Soc. sen. consil. 28. col. 2. uersu. 3. quia. lib. 3. dum dixit, huius testimonio probatione reddi faciliore, ita etiam sentit Dec. consil. 650. nu. 9. in fi. dū inquit, huius testis probationem esse potèntiorem, ita quoque & clarius rñdit Goz. consil. 13. nu. 60. dum dixit, magis credendum esse testibus deponentibus se numerasse pecunias, quae illis, qui dixerunt se uidisse in libro scriptam numeratione. ita comparatiue loquitur Crau. consil. 2. nu. 9. & consil. 73. nu. 30. idè sentit Tiraq. d. glo. 14. nu. 48. in fine, post Feder. de Senis col. 119. col. ult. Ratio est, quoniam hic testis deponit de sensu magis proximo: maior ergo fides ei adhibenda est.

6 Sextus est casus, cum testis persona honesta deponit de gestis a se ipso, nec agit de eius comodo uel incommodo: & disputatur solum an eius testimonio singulari plenè credendum sit, ob eam causam, quod de gestis a se ipso testificatur. hoc in casu uariae extant Doctorum altercationes: & magna etiā inter ipsos

met inconstantia fuit. opinionem affirmatiuam probant Castrè. con. 34. Ego Paulus. col. 2. uersu. pro secundo uero facit. lib. 1. dum respondit, esse credendum. 13. Abbati soli, ut etiam ei & monachis in iustro attestatibus se nomine monasterij consecutos esse legitur. & idem illo in casu senserunt Abbas. c. ult. col. pen. de praescrip. & alij relati a Tiraq. d. glo. 14. num. 48. & si Castrè. in hanc sententiam non referat, atque ita sentiunt horum testimonium ferre posse detrimentum ecclesiae. quamquam in hoc sibi parum costans dissentiat idem Castrè. consil. 336. Primo quaeritur. col. 3. uersu. itè non obstat. lib. 1. sic etiam consuluit idem Castrè. consil. 110. Visa petitione. col. 2. in prin. lib. 2. esse credendum illi soli testi super simulatione contractus: dum deponit, quod uenditor uoluit sibi pignori dare rem illam, quae alteri deinde uendidit. ita etiam consuluit Alex. consil. 197. nu. 3. in fine, lib. 7. unum ex contrahentibus credi super actis in contractu. idem respondit Soc. sen. consil. 28. col. 2. uersu. tertio quia, & consil. 49. col. 2. uersu. quoniam fortius. lib. 3. ita etiam rñdit Dec. consil. 56. nu. 4. quod unius testimonio creditur ad probandam possessionem ex actibus possessorijs a se gestis. & in illo ipso casu possessorijs idem censuit Paris. consil. 104. nu. 80. lib. 1. Sic rñdit Dec. consil. 342. nu. 1. esse adhibendam fidem testimonio solius mulieris super controuersia suppositi partus, cum ipsa de actu suppositionis a se facto deponit. Sic in alio simili casu consuluit Dec. consil. 650. n. 9. eadem opinio placuit las. in l. cunctos populos, prima lect. nu. 66. C. de sum. Trin. idem pariter affirmavit Marsilius in pract. crim. §. diligenter. nu. 13. dum scriptum reliquit, esse credendum deponenti de facto a semetipso. ob id subinfert, quod ubi alia non extant probationes, creditur testis posito in articulo mortis quod ab aliquo fuerit uulneratus, cum hic alioqui uir probata uita existit. idem Marsil. consil. 111. nu. 7. ita pariter uisus est sentire Afflic. dec. 369. nu. 7. quamquam forte dici possit alia in casu Affli. adfuisse. huius est opinio nis fuit Soc. iun. consil. 61. in fine, lib. 1. dum inquit, credi maxime, quoniam alij coniecturae concurrunt, atque ita sentit, quod etiam sine coniecturis fides huic testi adhibetur. clarius idem Soc. iun. consil. 31. n. 33. & uersu. pen. nu. 54. lib. 2. Gram. consil. 13. nu. 17. & consil. 58. nu. 17. Verum mea quidem sententia, ut re non probatur horum patrum opinio. nā tex. ff. l. quareo. §. ult. ff. de edil. edicto. qui pro hac opinione citatur, non probat: si quidem ibi alia concurrere debent indicia. nec est dicendum ibi indicia requiri ob personae uilitatem, quae uilitas cessat in casu nostro, quoniam dico illud uitium ibi non considerari, ex quo de eo facto agit, quod non ita omnibus cognitum esse potest, quo casu seruilis conditio, & personae uilitas impedimento non est, ut probat in specie l. cum probatio. ff. de prob. & l. serui rñso. ff. de testib. ita uisus est intelligere Alber. tract. de testibus, titu. Quae repelluntur testes ratione defectus personae. §. uidentur est, nu. 2. Non etiam hanc opinionem probat tex. l. seruos. C. de prob. quoniam fateor, seruum posse eo in casu interrogari pro domino, sed an plenè probet, uel minus, ibi non terminatur. Verior itaque est eorum sententia, qui dixerunt non plenè credendum testimonio singulari personae, qui de facto a semetipso testificatur. in qua quaedam opinione fuit uerè Bar. consil. 29.

13 tione Dida. decidit is Guido Senatum Delphinatus posse iudicari, si suam conscientiam spretis allegatis & probatis, quod multis comprobauit Rol. a Valle consil. 70. nu. 22. 23. lib. 1. affirmant Senatum personarum Principis referre, & posse quae Princeps potest, eo quia talis auctoritas a Principe data creditur.

14 Declaratur primò haec sententia non procedere, quando actoris causa fauorabilis est. is enim praeponderare uidetur fauori conuenti, ut stante probationum paritate pro actore pronuntiandum sit. ita Decius in d. c. ex literis, nu. 5. uersu. Praedicta conclusio, de constit. Alcia. d. praesump. 44. nu. 7. exempla illi adferunt, ut cum causa esset libertatis, uel pia, uel filii: id quod nunc non discutio.

15 Declaratur secundò, ut non procedat in foro animae: tunc tutior uia eligitur. gl. in c. 1. de scrut. & in c. iuuenis, de sponsa. ita Deci. post alios in d. c. ex literis. nu. 6. & Alcia. d. praesump. 44. nu. 11. qui & illud addit, hoc etiam procedere in foro iuris Pontificij, quod postremum forte uerum non est, ex c. si a sede apostolica, de praeben. lib. 6. quo adductus Oldra. consil. 1. col. 2. uersu. unde si, & post eum Crau. consil. 204. in fi. respondit, regulam l. qui accusare. C. de eden. ut actore non probante reus absoluitur, & de eden. etiam in causis beneficialibus. si ergo paritas probationum datur, non facit ius Pontificium ut rei fauor tollatur. & ideo ita frequens est haec regula illo iure, ut iure caesareo, quod probat capit. cum ecclesia sutrina, de cau. possess. & proprie.

S V M M A R I V M

- 1 Testis, qui de gestis a se ipso deponit, creditur iudicis arbitrio.
- 2 Testimonio singulari ratione sui officij creditur de gestis a se ipso.
- 3 Notario attestanti aliquid a se scriptum credi.
- 4 Nuntio publico credi de gestis a se ipso.
- 5 Testimonio singulari ob excelsum dignitatem credi.
- 6 Testimonio singulari persona honesta non credi, cum de eius interesse tractatur.
- 7 Testis ob duplicem defectum & causam omnino repellitur.
- 8 Testis qui de factis a se ipso deponit, fidem facit, quam quam persona uilis & minus honesta sit.
- 9 L. quareo. §. ult. ff. de edil. edicto, declaratur.
- 10 Testis infamis non repellitur, cum de gestis a se ipso deponit.
- 11 Testimonio illius magis creditur, qui de gestis a se ipso testificatur.
- 12 Testimonio singulari an credatur de gestis a se ipso, & infra.
- 13 Testimonio Abbatis & monachorum credi contra monasterium sibi esse solutum legatum monasterio relicto.
- 14 Testimonio contrahentis credi de gestis in contractu.
- 15 Testimonio mulieris, quae partum supposuit, credi.
- 16 Vulnerato solo credi cum in extremis laborat, si deficiant aliae probationes, a quo is sit uulneratus.
- 17 L. quareo. §. ult. ff. de edil. edicto, declaratur.
- 18 Iudicis arbitrio relinqui qualia esse debent indicia, quae concurrere debent cum testimonio singulari ad fidem faciendam.
- 19 Singulare testimonium regulariter non probat.
- 20 Testimonio singulari interdum index credere potest.

IACOBI MENOCHII
IURISCONSULTI

PRAESTANTISSIMI,

DE ARBITRARIIS IUDICIUM

Liber Secundus:

CENTVRIA SECVNDA.

S V M M A R I V M.

- 1 Nutritores & nutrices idoneos esse testes pro alumno, secundum unam opinio. Secundum vero aliam non posse, dum illum domi educant. nume. 2.
- Sed tertia opinio, indistincte vult, admittendos non esse. num. 3.
- Quarta vero sequitur D. Author, hoc. s. iudicis arbitrio relinquendum esse. nu. 5
- 4 Nutritoris & nutricis amorem erga alumnos magnum & incredibilem uideri.

C A S V S C I.

TESTIMONIO NUTRITORIS PRO eius alumno credendum an sit.



NON inelegans nec infrugifera est illa Doctorum disputatio, dum ambigunt, an adhibenda sit fides nutritori, qui pro eius alumno testimonium tulit. Vna fuit opinio, hos idoneos testes esse. ita Bart. in l. de tutela. C. de integ. testi. Bal. in l. parentes. nu. 4. & ibi Sali. col. 1. C. de testi. & Soc. sen. consi. 54. col. 3. uerfic. Nec est obstat. li. 3. idē scribit Petrus Placa libro epitom. delicto. ca. 42. nu. 12. ea ratione adducuntur, quia à iure horum testimonium reiectum non reperitur: approbatum ergo ceterum. l. 1. §. 1. in fi. de testi. sed euitari potest argumentatio, quoniam quidem aliqui tatus est nutritoris amor erga alium, ut uere suspectus dici possit. lex etenim huic loco patris habet. l. si quis alumna. C. de nupt. 2. Secunda eorum opinio fuit, qui censu erunt hos nutritores & nutrices non posse ferre testimonium pro alio, dum illi domi educant: posse autem cum eorum patribus iam educatum reddiderunt, ita Sal. in l. parentes. C. de testi. arg. l. etiam. C. eo. quia domestici a testimonio arcentur: sed nec perpetuum hoc est, siquidem, ut statim dicemus, euenit saepe, ut reddito patri alio, tatus adhuc sit in eum amor, ut illum uice filij habeat educatores, & econtra ille alius loco parentum illos amet. M. Tul. De amicitia his beneuolentiam educatorum ostendit, oino amicitiae corroboratis iam co-

firmatisque & ingenijs, & aetatibus iudicandae sunt: nec si qui ineunte aetate uenadi, aut pilae studiosi fuerint eos habere necessarios oportet, quos tamen eodem studio praeditos dilexerunt: isto. n. modo nutrices & paedagogi iure uetustatis plurimum beneuolentiae postulabunt: qui negligendi non sunt, sed alio quodam modo colendi.

3 Tertia est opinio, hos nutritores, & nutrices nullo unquam tpe idoneos testes pro eorum alumnis censeferi posse, ita sibi parum constans Sali. in l. testi. idoneus. ff. de testi. quae sane opinio, ea solida ratione fundatur, quod magnus & incredibilis quodammodo horum erga alios amor uideatur. hinc legimus apud optimos auctores, educatores hos & nutrices patris & matris nomine appellari, quod ex nostris placuit Alc. l. ult. nu. 5. C. de in ius uoca. & lib. 4. Parerg. iuris, ca. 3. hinc in iure nostro passim obseruamus innumera prope eis collata esse priuilegia: quorum late & doctè meminit Tiraq. l. si unquam, in uerbo, susceperit liberos, nu. 49. §. 54. C. de reuoc. don. qui infinita prope tamen ex bonis auctoribus, tamen ex iure nostro ad hanc concessit, & ab eo plura suffuratus est Placa d. c. 42. nu. 7, 8. ut facere saepe consueuit. Tiraq. tamen eo sub nu. 54. de re nostra, uerba faciens constanter ac clare quid sentiat, non scribit. haec opinio perpetua non est: siquidem (ut iam dixi) leuis aliquando magna est affectio & beneuolentia inter hos educatores & alium.

4 Quarta fuit aliorum opinio, qui hoc iudicis arbitrio relinquendum esse censuerunt, ita lo. à Platea in §. in testi. insti. de testa. quem secutus est Oliuerius Textorius in tract. de success. ab intest. in quarto necessario ad cognoscendam graduum cognationem, nu. 5. uer. limita tertio. horum opinio ego sequor. euenire etenim solet, ut aliquando magnus sit educatores huius, ac nutricis erga alium amor & beneuolentia, cum per multos annos eum apud se educauerint: tunc ergo rectè omnibus perpensis facile iudex cognoscere poterit ac iudicare illius testimonium suspectum esse. Aliquando uero accidere potest, ut nulla uix sit affectio, cum paucis diebus alium educauerint: atque ita M. Tullius loco a nobis iam citato, educationem hanc iure uetustatis considerauit colendam.

S V M M A R I V M.

- 1 Parentum testimonium pro filijs minimè idoneum.
- 2 Parentum testimonium interdum pro filio recipi in causa

In quaestione proposita nume. 4. lib. 2. dum inquit, plenè probare si alia praecedant probationes. idem clarius sensit Cynus in l. si quis decurio. 18. oppo. C. de falsis. ita etiam sibi parum constans Castren. consi. 336. Primò queritur, col. 3. uerf. item non obstat. lib. 1. idem affirmarunt inconstantes Alex. & Iaf. in l. 2. §. si absens. ff. si ex noxa. causa aga. & clarius idem Alex. consi. 192. nu. 13. lib. 6. idem respondit sibi parum constans Ruinus consi. 105. nu. 6. consi. 161. nu. 1. lib. 4. consi. 19. nu. 2. & nu. 6. & consi. 56. nu. 2. lib. 5. eadem sententiam probauit à seipso dissidens Soc. iun. consi. 62. nu. 6. lib. 2. & Blancus trac. de compromiss. q. 8. in fine. uer. ad illud quod dicitur. dum inquit, relata Doctorum opinionem affirmatiuam procedere, cum alia concurrunt coniecturae: sentiens sine eis plenam fidem adhibendam non esse, & Cur. sen. tracta. testium conclus. 96. sensit huius testimonium probationem semiplenam facere. idem etiam sensit Herculanus Perusinus in d. commentarijs, Quis teneatur probare negatiuam. num. 213. dum inquit, quod retenta opinione Castrensis affirmatiua, illa procedit, si alia concurrunt inditia, quo loci is Herculanus scribit, illa inditia quae lia esse debeant, si iudicis arbitrio relinqui. Et licet horum uera iuris sententia non probatur relatis fundamentis à Iafone d. l. 2. §. si absens. in fine. si ex noxal. causa agatur. cum illis satis rectè respondeat Blacus loco iam citato, atramen satis probatur ex regula iuris communis, quae habet, testimonio singularis personae credendum non esse. l. Iurisiurandi. C. de testi. & huic regulae inherendum est, donec de fallentia constet. Bar. l. 1. nu. 2. ff. si quis iusd. non obtemp. & Dec. l. 1. nu. 7. de regu. iur. cum similibus, uersabitur tamen in hoc multum iudicis arbitrium, quoniam talis esse posset testis persona, & facti qualitas, ut ei plenam fidem adhibere ualeat. Cum & saepe in ipsius iudicis arbitrio positum sit credete etiam testibus singularibus: id, quod late explicauimus supra in casu 90. iam dicta non repeto.

S V M M A R I V M.

- 1 Patre spiritualis testimonium pro filio spirituali ferre potest.
- 2 L. si quis alumnam, in fine. C. de nup. declaratur.
- 3 Compatriis testimonium non esse omni exceptione maius.
- 4 Iudicis arbitrio relinqui, an compatriis testimonium pro filio spirituali fidem faciat.

C A S V S C.

TESTIMONIUM PATRIS SPIRITUALIS fidem an faciat.

Disputatum est non semel à grauissimis iuris prudentiae interpretibus, utrumne pater pro filio suo spirituali, quem è sacro fonte leuauit, uel pro filio suo patre, quem compatrem appellamus, ferre testimonium possit: una est Doctorum sententia, ferre posse: ita docuerunt Roma. & Alex. in l. generaliter.

ff. de in ius uoca. & Sali. in l. parentes. C. de testi. Alex. col. 42. in fil. lib. 3. Iaf. l. apertissimi. ff. C. de iud. & §. poenales. nu. 68. inst. de act. quos est secutus Craue. consi. 169. nu. 1. 2. cum Roma. & relatis seu sit Ruinus consi. 81. nu. 19. lib. 3. & alios quam plures retulit Tiraq. in l. si unquam, in uerbo, susceperit liberos. nu. 38. C. de reuoc. dona. sic censuit Petrus Placa lib. 1. epitom. delicto. c. 40. nu. 11. uerf. secundo impetit. & uere haec ex auctorum dinumeratione communis est. idem sensit Molina. in annota. ad Decium in cap. cum speciali. nu. 6. de appella. Textorius tract. de success. ab intesta. in quarto necessario ad cognoscendam grad. numerationem, nu. 5. Huius opinionis fundamentum est, quia quilibet idoneus est testis, nisi expressè prohibitus reperiatur. l. 1. §. 1. de testi. at pater spiritualis expressè prohibitus non est, ergo recipi debet. Aliqui respondent, quod quemadmodum pater naturalis prohibetur, l. parentes. C. de testi. sic pater spiritualis, quoniam cum filio spirituali arctius uinculum contraxit. c. si dormierit. 17. q. 2. ca. ita diligenter. 20. q. 3. quod infra declarabimus.

Secunda fuit opinio inconstantis Bildi in l. generaliter. de in ius uoca. & Fulgo. in l. 4. §. Prator ait, eo. tit. Sali. sibi contrarius in l. testis idoneus. ff. de testi. sic Alex. Francus, Afflictus & Bertran. relati à Tiraquello ubi supra nu. 30. ratione supra relata, quia haec cognatio spiritualis dicitur esse maior temporalis, sed leue uideatur fundamentum, cum haec cognatio solum operari uideatur ad impediendum matrimonium, & quod ad praestandam reuerentiam. Adfertur etiam text. l. si quis alumnam, in fine. C. de nup. uerum affectio illa ratione sacramenti, solum considerari uideatur ad matrimonij impedimentum quod perpetuum hoc casu est, secus quod ad caetera.

Tertia fuit opinio Firmiani in reper. in uerbo, Cō pater. uerf. 14. Fulgo. consi. 11. Alex. consil. 237. nu. 10. lib. 6. Cur. sen. tracta. testium, conclus. 30. Ripa l. admonendi. nu. 181. de iure iuran. Alcia. in l. 1. nu. 2. C. de in ius uoca. quos secutus est Tiraq. in d. l. si unquam, in uerbo, susceperit liberos. nu. 39. qui omnia repetijt in eo tracta. quem publicum fecit de pœnis legum, causa 21. nu. 8. Compatriis testimonium ex toto repellendum non esse, sed eius fidem ita minui, ut omni exceptione maius testimonium appellari non possit. Verum aliter sentiunt Capolla consi. 5. col. 3. Corne. consi. 61. col. 3. & Craue. consi. 169. nu. 2. qui adeo testimonium compatriis esse sine exceptione dixerunt, ut in causa matrimoniali, quae alioqui grauis dicitur, recipiatur.

Quarta ergo & probabilior est illa Decij opinio in ca. cum speciali. in prin. nu. 6. de appella. hoc totum iudicis arbitrio relinqui, nec dissentit iam relatus Tiraq. quos sequor. prudens ergo index prepen-det qua affectione, quoque amore & beneuolentia, uel secus, compater hic filium suum spiritualem prosequatur. Illud etiam relinquo iudicis arbitrio, an maior adhibenda sit fides huic testimonio, tam pro ipso filio spirituali quam quando pro ipso compatre prolatum est: inter quae testimonia differetiam constituit post Baldum Ruin^o d. consi. 81. nu. 19. lib. 3.

causa matrimoniali.

- 3 Testimonium parentum pro filio in causa matrimoniali repellitur, cum mulier est illo filio maior nobilitate uel diuitijs.
- 4 Testimonium patris pro filia, quæ asserit se nobiliore & ditioem in uirum recepisse, repellitur.
- 5 Cap. super eo, il secundo, §. 1. de testib. declaratur.
- 6 Iudicis arbitrio relinquitur, an patrem testimonium profert filia asserenti se in uirum accepisse ditioem & nobiliorem se, cum is uir eam deperiret.
- 7 Iudicis arbitrio relinquitur, an parentum testimonium filijs profert in matrimonio, cum uiri & uxoris par est conditio.
- 8 Præsumptio est, patrem nolle filiam in concubinato tradere.
- 9 Pareres sepe studere ne filiorum turpitudine detegatur.
- 10 Iudicis arbitrio relinqui, quando testimonium patrum admittatur pro filia, si mulier & masculus sunt duo excedentia & excessa.
- 11 Testimonium parentum recipi pro filijs in causa matrimonij spiritualis.

CASVS CII.

QUANDO PARENTVM TESTIMONIUM PRO FILIJS IN CAUSA MATRIMONIJ RECIPIATUR, DIFFUSI EXPLICATUM.

- 1 Quamquam uera sit iuris constitutio, & parentes pro eorum filijs idoneos testes non esse, l. pareres. C. de testib. l. testis idoneus. ff. eod. uenit tamen, ut aliqui idonei iudicentur, quæ admodum multos casus enumerauit Soc. tract. fall. reg. 4. 27. & Oliuierius Textorius tract. de success. ab intestato, in quarto necessario ad cognoscendum & c. & plura apud oes in d. l. parentes. Vnus tamen est casus omnium maximè notabilis, cum agitur de testimonio & parentum in causa matrimonij filiorum, an idonei, uel minus iudicari deant, quia in iudicis arbitrium multum uersari nostri scribunt in ca. super eo, il 2. d. testib. & testa. & alibi, ut mox referam. Ego, ut hanc Doctorum disceptationem absolnam, plures casus considero, & in singulis dicam, quantum sit iudicis arbitrium.
- 3 Primus est casus, cum & parentes ferunt testimonium pro eorum filio masculino, qui contendit, se aliquam duxisse in uxorem. hoc casu, si mulier est superior uiro uel nobilitate, uel diuitijs, uel alia causa, dubium non est, testimonium parentum minus idoneum pro filio esse. Si uero mulier est uiro inferior, dubium est non esse pareres testimonium ferre posse pro muliere contra filium, quia non casus uix ex facto contingit: nam tantus est patrum in filios amor, ut contra illos ueritate obterege non recusent. nullum itaque hic ueritari uidemus iudicis arbitrium.
- 4 Secundus est casus, & cum contra pro filia, quæ aliquem in uirum duxisse affirmat, pareres testimonium ferunt & uir ille mulieri longe superior est, uel nobilitate uel diuitijs: tunc ob imparitatem, parentes minus idonei testes iudicandi sunt. ca. super eo, il secundo. §. 1. de testib. nam (ut ubi summus Pontifex scribit) parentes filia incrementum honoremque diligunt, illorumque commoda proprijs præferre solent. ut infinitis prope de parentum amore erga filios uerba factis ostendit Tirac. in l. si unquam, in præfatione, n. 7,

cum multis sequentibus. C. de reuo. don. fieti. n. postet, si hoc casu idoneum esset horum testimonium, ut ignobilis nobilissimum, pauperrima ditissimum, & tandem muliercula Regem in uirum pererit, quod ut anto rarunt omnes d. c. super eo. ibi Abb. n. 8. & Fel. nu. 6. in. 6. ualde absurdum est. Idem sentit Soc. sen. conf. 17. col. pen. uerfi. Nec obstant allegata, lib. 2. Alex. conf. 1. 54. nu. 2. lib. 5. Cur. iun. conf. 27. nu. 4. & Parisius, qui eodem casu idem rñdit cum Curt. iun. Paris. inquam conu. 1. 5. nu. 2. lib. 2. nec hoc casu aliquod arbitrium relictum iudici nostro est, si quidem tex. f. d. c. super eo. §. 1. dixit non esse aliquatenus admittendo, quod negatiua, ut in præfata omnem negat potentiam, ut perpendit text. illum Dec. conf. 3. 1. nu. 2. & si legat, nullatenus, quæ dictio non differt à uerbis, non esse aliquatenus admittendum, & in quid minimo non admittendum interpretatur Paris. conf. 58. nu. 3. 4. li. 4. sic d. c. super eo, declaras, qui & illud rñdit, ita hoc casu parentum testimonium suspectum esse, ut ab initio rejiciendi sint. Et quæquæ is tex. c. super eo. copulatiue loqui de diuitijs & nobilitate uideatur, at tamen, ut rectè rñdit Dec. d. conf. 3. 1. nu. 1. & Paris. conf. 5. 5. n. 3. 2. li. 24. exèpli grã locus est Põtifex quã obrẽ sufficit, si in altero enumeratorum uir mulieri superior sit.

Non procedit nunc hic casus, quando uel dines, uel nobilis plebeia, uel pauperem ualde formosam, uel magnis uirtutibus ornata deperiisset, tunc iudicis erit arbitrium recipere, uel repellere parentum testimonium, ita scribit Host. quem secutus est Abbas in d. c. super eo. nu. 8. uerfi. hinc dixit, & Fel. nu. 7. Paris. d. conf. 5. 5. nu. 3. o. lib. 4. Considerabit etenim, an uerisimile sit, uirum hunc potuisse illam ducere, ex circumstantijs multis concurrentibus.

Tertius est casus, quum inter uirum, & mulierem adest conditionis paritas, tunc arbitrium iudicis erit adhibere, uel non adhibere eis fidem, iuxta qualitatem personæ & affectionem, quæ hac in re habebit, ita Spec. in tit. De testib. §. 1. uerfi. 4. quem secutus est Barba. conf. 26. col. pen. in fi. lib. 4. Alex. conf. 1. 53. num. 6. & conf. 1. 54. nu. 2. lib. 5. Gramma. conf. 26. nu. 40. & si Spec. aliter intelligere uideatur. Abbas tamen in d. c. super eo. nu. 8. aduersus Speculatorem sentit, quod data in omnibus paritate, recipiendum est parentum testimonium pro filia, nisi probabilis causa iudicem ad repellendum mouent. Sed ego cum Speculatore sentio, ut hoc testimonium idoneum iudicetur, iudici tamen arbitrio relicto, an pares illi sint, cum iure diffinitum non sit, quando inter duos paritas extar: uix enim est, ut tanti unus sit, quanti alter. ita etiam sentio, quando unus in quid modico alterum excederet: nam in se testimonium admitti debet, & si super eo modico excessu iudicis uerfetur arbitrium. ita etiam uisus est sentire Abbas d. c. super eo, num. 8. in prin. huius aut casus ratio adferri potest, secundum Bal. d. c. super eo. nu. 4. quia non est uerisimile quod mater attestaretur nisi pro rei ueritate, ex quo aliàs sequeretur, quod & filiam traderet in concubinatum atque ita malè filia suam cõsuleret, quod iuris præsumptioni aduersatur, nec in ea, de adulte. Hanc Bal. rationem probauit Alcia. tract. præsump. reg. 1. præsump. 2. nu. 4. cum Baldo sentit & Io. de Ana. conf. 5. 2. nu. 1. qui & illud addit, hoc casu credi matris testimonio, etiam in dependentibus a matrimonio, ut i do-

- te, cum mater ex eo non comodu, sed potius danu pasura sit. Non procedit tamen hic casus, quoniam data utriusque paritate, suspicio alicuius causæ, puta magne affectionis, pareres hos suspectos in hoc testimonio faceret: uel si constaret iam mulierem cognita a uiro fuisse: nam tunc cum & parentes studere uideatur omni conatu, uel propria turpitudinem tegere, uel iniuria abstergere, suspecti redduntur, ita Alc. d. præsup. 2. nu. 4. uer. & ex hac addo Dec. conf. 3. 1. nu. 1. in fi. Vel et si de simili iniuria uindicanda ageretur, uti cum alias nuptias posteriores contraxisset, ita rñdit Soc. sen. conf. 27. col. 3. uerfi. item ex alio. lib. 1. sic alij in casibus ratione honoris sentit Fel. d. c. super eo. nu. 6. in fi. & n. 7. qui aduocatos instruit, ut magnam parentum affectionem deducant ac probent, idem sentit Cur. iun. conf. 27. nu. 4. in fi. & Paris. d. conf. 1. 5. nu. 27. 28. lib. 2. & conf. 5. 5. nu. 3. lib. 4. Gram. conf. 26. num. 4. 5. qui rñdit contra testimonium filij pro matre.
 - 10 Quartus est casus, quum uir in uno excedit mulierem, & in alio mulier excedit uirum, ut si mulier est nobilior uiro, & uir ditior muliere: tunc uerè arbitratur iudex, an testimonio parentum credendum sit, ita post Io. And. & Spec. docuit Abb. d. c. super eo. nu. 9.
 - 11 Quintus est casus, cum agitur de matrimonio spirituali, quo gl. c. præses. 20. q. 3. sedit & parerum testimonium idoneum esse, et si de matrimonio ipso spirituali dissolueno ageretur, idem placuit Bur. d. c. super eo. Verum rectè ibi sentit Abb. in fi. hoc est iudicis arbitrio relinquitur, nam & sepe desiderant pareres, ple onusti filias, ac aliqui filios ingredi religionem: iudicabit ergo iudex ex circumstantijs. Quæ de parentum testimonio diximus hoc in casu, locum etiam habent in ceteris consanguineis, ut in fratre & similibus, ita relati ferè oes, præsertim Paris. d. conf. 58. nu. 54. 55. lib. 4. memoria prodiderunt.
- S V M M A R I V M.
- 1 Sponsio & sponsæ asserentibus sponsalia inuicem contraxisse, creditur.
 - 2 Confessione coniugum stari subesse impedimentum in sponsalibus.
 - 3 Testimonio unius coniugum non credi, si is quaerit sponsalia dissolui.
 - 4 Testimonio amorum coniugum asserentium, se ad inuicem matrimonium contraxisse, creditur.
 - 5 Confessione coniugum repertorum in coitu creditur, dum asserunt se iam matrimonium contraxisse.
 - 6 Confessione coniugum non creditur super matrimonio, cum ad alterius matrimonij detrimentum est.
 - 7 Confessione alterius coniugum creditur ad hoc, ut fiat ibori separatio.
 - 8 Confessione coniugum super impedimento non statur, ad hoc, ut uerè matrimonium dissoluatur.
 - 9 Confessione coniugum creditur super impedimento, si ipsi curant ne matrimonium dissoluatur.
 - 10 Confessio impedimenti nocet illi consistenti, qui uellet matrimonium ualere.

CASVS CIII.

DE FIDE ADHIBENDA TESTIMONIO & CONFESSIONI CONIUGIS IN CAUSA MATRIMONIJ.

Quoniam superiore casu egimus de fide, quæ paribus & consanguineis in causis matrimoniali-

bus abhibetur, nunc placet hunc casum subijcere, cum agitur de fide ipsismet coniugibus in causa ipsa matrimoniali præstanda: nam & hoc in casu multum uerfatur iudicis arbitrium, ut statim dicemus. Hac itaque in re ego soleo duo imprimis capita constituere: unum, quod circa sola ipsa sponsalia, alterum quod circa matrimonium uerfatur. Primum in capite plures casus distinguo. Primum est, cum & ambo coniuges fatentur contraxisse sponsalia, tunc eis dubio procul creditur: nam cum sponsalia solo consensu contrahantur, l. 4. ff. de sponsal. & scribunt omnes in l. prima, in prin. ibi Bar. nu. 4. de uerb. ob. & rationem egregiam attulit Corasius lib. 3. mascula. iuris, c. 4. num. 2. si uir ac mulier fatentur contraxisse, et si uerum non esset, attamen eo ipso quod hoc dicunt, contrahere uidentur. Rursus, si ualeat hæc confessio ad probandum matrimonium, ut statim dicemus, fortius ad probandum sponsalia. Præterea, si statur confessioni coniugum subesse impedimentum in his sponsalibus, ut illa dissoluantur, id quod in sequenti casu explicabimus, quanto fortius in casu isto, cum agitur de ipsis sponsalibus conualidandis.

Secundus est casus, cum agitur de ipsis sponsalibus dissolueno, & ambo coniuges fatentur subesse aliquod consanguinitatis impedimentum; tunc eis creditur. ita Abbas in cap. super eo. nu. 5. de eo qui cognoscit consanguineam uxorem. Est ratio, quia nudus ipse consensus contraria uoluntate potest remitti; imo et si adesset iuramenti uinculum, c. 2. de sponsal. Accedit etiam Abbatem, quod impedimentum hoc sola fama uel testimonio unius testis probari satis potest, ut apud eum.

Tertius est casus, quando & agitur solum de ipsis sponsalibus dissolueno ob impedimentum quod asseritur ab eo, qui petit ac cupit sponsalia dissolui: tunc illi confessioni sine dubio non creditur, ita Abbas d. cap. super eo. nu. 5. uerfi. aut alter. Ea ratione mouetur, quia per se confessio nihil prodest hoc casu. c. 1. 24. q. 2. dicendum est clarius, quia hoc modo esset testis in causa propria, quod omni iure improbat. hoc etenim modo (inquit Abbas) facile dissoluerentur sponsalia, si alteri eorum pro se ita asserenti crederetur.

Quartus est casus, quando is qui uult ualere sponsalia, fatetur impedimentum, tunc ei creditur, ita Abbas d. c. super eo, nu. 5. uerfi. aut confitetur is. Illa est ratio, quia asserenti aliquid contra se creditur, cum præ iudicare sibi potuerit, ut est clarum. Accedit, quod hic casus non differt a præcedenti, si rectè consideretur; cum & hic ambo fateantur impedimentum, & si unus contendat sponsalia esse dissolueda, & alter recuset.

Secundum est principale disceptationis nostre caput, cum de matrimonio ipso agitur. In quo quidem capite aliquot etiam casus distinguendos puto. Primum est, cum ambo ipsi coniuges fatentur contraxisse, quod quidem in casu eorum asserenti creditur, ita Abb. d. c. super eo. nu. 5. in fi. uerfi. aut confessio fuit super substantia, idem affirmat Roma. sing. 6. 14. Tu audi uisti. late Dec. conf. 1. 33. nu. 1. & conf. 1. 63. colu. 2. Curt. iun. conf. 27. nu. 2. & Soc. iun. conf. 8. 2. nu. 9. lib. 2. ea ratione ij omnes adducuntur, quia matrimonium solo consensu contrahitur, l. nuptias, de reg. iur. c. sufficit. 27. q. 2. confessio ergo probat, eo quia in dependentibus à sola uoluntate & potestate alicuius, illius asserenti creditur. Bar. in l. si forte. ff. de castris. specul. Hinc uidemus à fortiori stari confessioni coniugum

fugum, qd matrimonium contraxerint, ad euitandam poenam fornicationis, ut puta scholasticus cum puella deprehensus inquitur de stupro, ad euitandam poenam, uel etiam uindictam consanguineorum puellae ei, & puellae confitentibus contraxisse iam matrimonium creditur, ita gl. in l. pen. C. de fideiuss. qua secuti ibi sunt oes, ut Bal. Ang. & Salice. idem affirmavit Alex. consi. 24. nu. 1. 5. lib. 2. Dec. in ca. causam matrimonij. nu. 8. de offi. deleg. Marfi. sing. 22. latif. simè. Tiraq. De legibus conubia. l. 5. nu. 29. qui in finitio propè congesit, quibus addo Roma. cōf. 506. Marfil. consi. 17. nu. 10. & Betrum Gerard. Petrasancta. sing. 55. is tñ Tiraq. d. l. 5. num. 29. in fine, hoc uerum esse intelliget, cum deprehensi paris conditionis sunt, & inquit, coniecturas esse inspiciendas, an probabiliter matrimonium contraxisse uideantur, id quod a iudicis arbitrio pendet qui has coniecturas a personarum qualitate iudicabit.

Declaratur casus iste, ut non procedat, cum horū cōiugū confessio esset aduersus aliud matrimonium, quod cum altero eorū factū asseritur. ita Abb. d. c. super eo. nu. 5. in fi. & rectè, quoniam eorum testimonio ad sui commodum & in alterius detrimentum crederetur, id quod nullo iure conceditur.

Secūsus est casus, cum non de confirmādo, sed de infirmando matrimonio agitur, tūc, si solum agitur de separatione thori, confessioni unius tantū contra se ipsum creditur, ut puta, mulier fateatur se commississe adulterium, huic confessioni creditur cōtra eā, ut a uiro separetur. ita Abbas d. c. super eo, nu. 5. uer. 2. casu. Roma. d. sing. 614. Tu audiuit. uerfic. 1. qd confessio. per tex. in c. ex literis, de diuort.

Tertius est casus, qñ agitur de ipso matrimonio in substantia uerè dissolueno, tunc etiam si ambo, qui matrimonium dissolui uolunt, impedimentum allegarent, non tñ eorum assertioni crederetur: ita Abbas in d. cap. super eo. num. quinto, in fi. Est ratio, quia non est in eorum potestate matrimonium dissolueri: quos enim Deus coniunxit, homo non separat. capitulo quos Deus. 3. 2. q. 2. quamobrem de impedimento eorum assertioni credendum nō est, iuxta l. si forte, ubi Bar. de castr. peculi. & alibi diximus.

Quartus est casus, cum ambo ipsi coniuges non cupiant matrimonium dissolui, sed uolūt potius ualidum esse, si ambo fatentur impedimentum, & cū eorum confessione concurrat fama, tunc eorū assertioni credendum esse affirmavit Abbas in d. cap. super eo. nu. 6. uerfi. aut confessio. quo loci, hanc esse cōem Doctorum sniam testatur. idem sensit Butrius in c. 3. loco, de praesumptio. rationem statim in casu sequenti intelligemus. Ego opinor hoc à iudicis arbitrio pendere, qm collusio aliqua subesse possit inter ipsos coniuges, quemadmodum in casu sequenti dicemus.

Quintus & ultimus est casus, qñ alter coniugū, q cupit matrimonium ualere, fateatur impedimentū, tunc ei creditur, s̄m Abbatem d. c. super eo, in fi. uer. aut alter eorum. Alij tñ opinantur hoc esse iudicis arbitrio, nisi fama concurrat: ita Hofst. in c. attestationibus. de despons. impub. & ibi etiam ipse Abbas nu. 8. Areti. consi. 82. colu. secunda, qui hoc uerum etiā sensit, cum fama concurrat, quod & respondit Barb. consi. 26. colu. 6. lib. 4. Iudex ergo prudens animad-

uertet, an aliqua subit coniectura & suspicio fraudis, an collusio, ut tutè arbitrari possit.

S V M M A R I V M

- 1 Testimonium fratris pro fratre in ciuilibus recipi.
2 Testimonium fratris cohabitantis repellit.
3 Testimonium fratris ob magnam affectionem, iudicis arbitrio repellitur.
4 Fratris testimonium in causa graui rejici.
5 Iudicis arbitrio relinqui, quae causa grauis dicatur, ut fratris testimonium sit suspectum.
6 Fratris testimonium recipi in criminalibus pro fratris innocentia.
7 Statutum Ferrariae lib. 3. sub rubr. De occidente uel vulnerante inuentum in domo, declaratur.
8 Furem in domo inuentū testibus domesticis probatur.

C A S S C I I I.

DE FIDE ADHIBENDA TESTIMONIO fratris pro fratre.

Cognitum oibus est, fratrem pro fratre, consanguineum pro consanguineo testimonium ferre posse aliquando, aliquando uerò non posse, regulariter in ciuilibus potest: ita gl. c. pareres. 4. q. 3. & in c. 1. 3. q. 5. Bal. in l. parentes. nu. 3. C. de testib. & ibi Sal. & alij. Verum Bal. in d. l. parentes, declarat non procedere, qñ simul habitarent, ex l. si ut allegas. C. de castren. pecul. lib. 1. 2. idem Bal. in l. 1. nu. 8. C. de sacros. eccle. quam doctrinam tanquam singularem annotauit Corsetus suo singulari in uerbo Testis, incipit, Licet frater. Idem etiam est, quando simul habitarent, sed magna inter eos esset affectio, id qd esse etiā iudici arbitriū egregiè tradit idem Bald. consi. 188. Quia consobrinus. l. 4. Iudex ergo perpendet, num tanta sit inter eos domesticitas, & tanta affectio, ut admitti, uel rejici mereatur: nam, & magna ipsa affectio repellit non fratrem modò, sed & ceteros amicos & consanguineos. sic Ang. inter consi. Bal. consi. 405. Ego Angel. lib. 1. idem sensit post Vgonè, quem refert Abbas in c. in literis. nu. 5. de testib. & attestat. qui, dū loquitur de teste domestico, inquit, Iudicem arbitrari debere, num tanta sit familiaritas, ut repellit ille debeat. & ideo secundū affectionis qualitatem, ei plus & minus creditur. ita Abbas c. literas. nu. 8. uerfi. aut queritur nunquid frater, de praesumptio. Repellitur etiam frater à fratre seorsum habitans, cum cā grauis est & ardua magni scilicet pōderis, ita omnes in d. l. parentes, ibi Bal. nu. 4. oēs in c. in literis, ibi Feli. nu. 1. de testib. idem in c. cū oporteat. nu. 3. uerfi. fallit sextò, de accusa. & cōmunem testatur Soc. sen. consi. 17. colu. tertia, uerfi. qm ista est communis. & consi. 130. colu. ult. lib. 1. qui respondit, & in hoc uerfarij iudicis arbitrium, quando grauis & magna dici cā possit. quod de arbitrio dictum est, comprobatur etiam Tiraq. in l. si unquam, in uerbo, omnia uel partem. nume. 31. C. de reuoc. don. Iudex tamen grauem causam iudicare poterit, cum est multorum bonorum. ita sensit ad rem nostram Fel. in cap. literas. nu. 10. de praesumpt. inquit enim, causam multorum bonorum causae capitali aequiparari, in quibus quidem criminalibus omni-

nō refertur frater, ut relati oēs scribentes affirmāt. Quid autē i causis ipis criminalibus. sicutū sit, plenè hic nō referam. nec enim omnia hoc in uolumine referre constitui, illud tātum dicam. fratris testimonium recipi p̄ defensione fratris in cā capitali. ita ex multisiam relatis scriptum reliquit Feli. in c. literas. nu. 15. de praesum. post Bal. in l. parentes, nu. 4. C. de testi. idē Fel. in c. cum oporteat, nu. 3. uerfi. quinto limita. de accusa. Dec. consi. 459. nu. 8. & consi. 469. nu. 7. late Crau. consi. 119. nu. 9. Rol. à Valle consi. 7. nu. 26. lib. 1. qui plura retulit. & intelligunt relati interpretes, & rectè, cū nullo modo agitur de alterius interesse, sed de mera ipsa defensione. & egregiè omniūque melius declarat Gramma. consi. 12. nu. 19. 20. Et fortius admitteretur cum ageretur de defensione à delicto concessio perpetrari in domo, ut puta, si concedi iure communi, uel statuto occidere furē nocturnū in domo repertū, ut conceditur Ferrariae ex statuto lib. 3. sub rub. De occidente uel vulnerate inuentū in domo d̄ nocte, hoc ergo casu asserēt inuenisse in domo pōt p̄ domesticos pbare, ita clarè Alex. cōf. 24. n. 11. li. 2. & Boerq. 165. n. 7. cōfert l. cōsēu. C. d̄ repu.

S V M M A R I V M.

- 1 Instrumento, an credatur cum a testibus instrumentarijs oppugnatur.
2 Testes instrumentarij contradicentes instrumento optime concludere debent.
3 Testes contradicentes instrumento rationem dicti, etiā non interrogati, reddere debent.
4 Testes instrumentarij cum instrumento contradicunt, constare debet esse illos testes in eo instrumento descriptos.
5 Persona identitas quibus demonstratur.
6 Testes instrumentarij dum instrumento contradicunt, non habent necesse esse omni exceptione maiores.
7 Iasonis duo respoija improbata.
8 Inhabilitas testium tempore instrumenti attenditur.
9 Instrumentum reprobari omnino, cum omnes testes instrumentarij negant se illi interfuisse.
10 Testes, qui negant se fuisse praesentes instrumento, non habent necesse se in comestis uocare.
11 Instrumentum suspectum non redditur, cum unus testis instrumentarius contradicit, integro stante testium numero.
12 Confines duos satis rem demonstrare.
13 Instrumentum testamenti redditur suspectum si unus ex septem testibus necessarijs illi contradicit.
14 Bal. consi. 29. li. 1. & Gram. cōf. 51. n. 5. improbat.
15 Fulgo. consi. 70. col. 2. reiectum.
16 Testamentum uacillare contradicente uno teste ex necessarijs, etiam si ceteri pro testamento deponant.
17 Socini ratio peracuta in consi. 92. lib. 3. confutatur.
18 Instrumentum testamenti, an uacillet si duo ex septē testibus contradicant.
19 Iudicis arbitrio relinqui, an fides instrumenti uacillet, cum unus uel duo testes contradicunt.
20 Instrumentum non uacillat ex contradictione unius testis, si lenis ponderis est causa.
21 Instrumenti fides non uacillat ex contradictione testis, qui ex consuetudine non requiritur.
22 Instrumentum non uacillat cum testis contradicens de mendacio conuincitur.
23 Praxis quae obseruanda, cum testes instrumento con-

- traducunt.
24 Instrumentum, an uacillet, cum duo testes contradicunt, etiam stante numero perfecto.
25 Instrumentū uacillare si unus testis ex descriptis contradicat ceteris tacentibus, uel mortuis.
26 Castrensis opinio reiecta.
27 Instrumentum non uacillat contradicentibus duobus testibus, si ceteri ad fauorem instrumenti deponant.
28 Decij consi. 101. nu. 2. declaratur.
29 Alex. consi. 93. nu. 12. lib. 5. declaratur.
30 Instrumentum non uacillat contradicentibus aliquibus testibus, ceteris culpa aduersarij impugnantis iam uita functis.
31 Instrumentum non reddi suspectum cum testes instrumentarij negāt, se memores eorū, quae scripta fuerūt.
32 Instrumentum falsum arguitur cum duo, uel tres testes deponunt aliter dictum fuisse, quam scriptum.
33 Testes non descripti in instrumento, cum illud impugnaire uolunt, debent esse omni exceptione maiores.
34 Testes non descripti in instrumento debent optime concludere, dum illi contradicunt.
35 Praxis deducēdi tēpus celebrati cōtractus, ut instrumentū cōtradici possit, si testes tēpis memores nō sunt.
36 Instrumentum uacillare contradicente solo teste ex non descriptis.
37 Instrumentum an uacillet, cū duo testes ex nō descriptis cōtradicunt, uariae sunt Doctorum opiniones.
38 L. optimam. C. de cōtrab. & commit. stip. declaratur.
39 Notarium uim duorum testium obtinere. & ibidem declaratur.
40 Notarij testimonium alteri praefertur.
41 Instrumentum probationem probatam facere.
42 Iudicis arbitrio relinqui, an instrumentū uacillet, duobus testibus ex non descriptis contradicentibus.
43 Instrumentum sustinetur cum notarius & unus testium pro illo deponunt.
44 Instrumentum reddi suspectum cum tres uel quatuor testes etiam ex non descriptis illi contradicunt.
45 Instrumentū nō reddi suspectum tribus, uel quatuor testibus cōtradicētib⁹, si alij pro instrumentū dponūt.
46 Instrumentū corā Principe celebratū non redditur suspectū, ex testimonio triū uel quatuor cōtradicētiū.

C A S S C V.

QUANDO REDDATVR SVSPECTVM instrumentum si testes uel instrumentarij, uel ex non descriptis contradicunt, plenissimè explicatur.

Qui in foro & iudicū subbellijs assidue uersatur, frequētissimè obuiū hēnt, q̄ nā fides documentis adhibēda sit, & q̄b⁹ aliqui testibus ea impugna re, si sibi obesse uiderint, accuratè possint. & cum nō nulla iudicis arbitrio hoc casu relinqui uideantur, ut suis singulatim locis referā, ego, q̄ noui disceptationē utilissimā & a nr̄is satis cōfused tractatā, lucē aliq̄ illi p̄ uirib⁹ adferre conabor. Duo ergo capita hanc re cōstituēda cēseo, unū, cū instrumentū à testibus i eo descriptis oppugnatur: alterū, cum impugnatur à testibus extrinsecis, hoc ē, non descriptis in instrumento. Primum caput propositae disceptationis est, cum instrumentum oppugnatur testibus descriptis in ipso instrumento. In hoc quidē capite sunt casus plures

tes distinguendi. Verum antequam eo deueniam, uolo lectorem esse i aliquibus monitum. Primò testes hos optimè concludere debent: nam, & si in omnibus testes concludere semper debeant, ex reg. l. neque: naturales C. de proba. & c. in presentia, extra eod. atramè præcipuum, hoc in casu est, ut optimè concludat. ita Abb. in c. 3. loco, num. 7. de proba. l. a. f. conf. 13. col. 3. uerf. 2. pro eadem. lib. 3. post Alex. conf. 33. nu. 8. lib. 3. Rursus reddere debent sui dicti rōnem, etiā non interrogati, ut post Bal. in l. præbyteri. l. 1. col. ult. C. de episc. & cler. Fel. in c. cum Ioānes. nu. 42. de fide instr. qui uno in casu declarat, cum. l. reprobare tur scriptura non publica. Præterea, constare debet hos testes esse illosmet, qui in instrumento descripti pti fuerūt: ita sensit Ang. in l. 1. §. si quis neget. ff. quē admo. testa. aper. & clarius Fel. d. c. cum Ioannes. nu. 44. in fi. Dec. conf. 101. nu. 2. l. a. f. conf. 13. col. 1. in fi. lib. 3. Fel. in c. auditus. nu. 27. uerf. concludit necesse fariū, de præscrip. Fulg. conf. 79. col. 1. qui respōdit, satis personæ identitate constare, si ex duabus demōstrationibus appareat, & si in cognomine uariatū aliquādo sit, & si l. a. d. conf. 13. col. pen. uer. nec ad hoc obstat. dicat, hoc procedere in materia fauorabili, nō autem in odiosa, ut in casu isto, & malè certè: nam, & contra Iaso. sensit Soc. sen. conf. 28. col. 4. in princ. lib. 3. qui in eademmet facti specie contra eum respōdit. Illud quoque est hic in annotandū, nil referre, an testes isti instrumentarij instrumento contradicētes sint, uel non, omni exceptione maiores, ita Cor. col. 232. col. 3. uerf. Nec etiam obstat qd testes. lib. 1. quē secutus est Crau. conf. 56. nu. 9. qui nu. 10. rationem satis cōcludentem subiicit, nempe, quia testes instrumento adhibiti censentur approbati à partibus, nimirum si deinde eorum persona impugnari non potest. l. si quis testibus. C. de testib. idem respōdit Soc. iun. conf. 189. nu. 52. lib. 2. & conf. 17. nu. 15. lib. 3. quibus intelligimus malè consuluisse l. a. f. conf. 124. col. 2. uerf. sed ad istud, lib. 1. conf. 153. nu. 5. uer. 9. deueniendo. lib. 2. & conf. 12. col. 5. uerf. 3. principa liter. l. 3. qui & hoc casu testes omni exceptione maiores esse debere respondit, quod etiam uisus est sentire Bal. conf. 37. lib. 1. & Capolla conf. crim. conf. 21. nu. 5. 6. falsū est. nam eorum opinio procedit in casu subsequenti, hoc est in testibus extra instrumentū, ut suo loco dicemus. Hæc tamē doctrina intelligitur quò ad defectus, quos testes isti patiebantur tēpore celebrati instrumenti, non quò ad superueniētes. nec enim contrahentes quò ad hos testiū fidē probarūt, ita respondit Alex. conf. 191. nu. 1. lib. 7. nec dissentit Crau. d. conf. 56. num. 10. huc pertinet, qd docuit Bal. in l. 1. nu. 6. C. de testa. nempe testes instrumentarios effectos inhabiles tēpore, quo tractada causa est, pro instrumento, nō cōtra instrū testimoniū ferre posse. cogitabam tñ aliqñ defendi an posset Baldi, Iasonis & aliorū snia: ut uera sit quò ad notariū, qui cū testiū fidem, quemadmodū contrahentes, probasse non uideatur, non potest illius legalitas & fides illorū testimonio impugnari, atque ita uisus sunt sentire Alex. conf. 70. nu. 6. lib. 1. & Capol. conf. 21. nu. 7. Alex. nouissimè secutus est Io. Anch. Regiensis. q. 71. nu. 9.

9 Primus est casus huius capituli, quod testes omnes aduersantur instrumento, dicentes se non interfuisse illi instrumento, tunc dubio procul instrū reproba-

tur, ita, ut uerè falsum dici possit, ita, Bal. in d. l. 1. §. si quis neget. nu. 6. & ibi Ang. ff. quemad. testa. aper. Fel. in c. cum Ioan. nu. 46. de fide instr. qui communem esse scribit Did. lib. 2. uaria. resol. c. 1. nu. 10. uerf. se cunda conclusio. ex. tex. c. 3. loco. de proba. & tex. ca. tā literis, de testib. & probat. d. l. 1. §. si quis neget, quo probatur fidem instrumenti uariare, & (ut nostri dicunt) uacillare, cūm testis unus tantū instrumentarius contradicit, ergo sine dubio falsum arguitur, cūm contradicāt oēs. Adfertur & illa rō qd instrumentū à testiū fidē firmatur. §. sed & si quis. & §. si uerò, in auth. de instru. fide & cautel. gl. in l. generali. C. de tabul. lib. 10. Boe. q. 18. nu. 1. ubi ergo deficiunt, sequitur deficere & instrū. Nec hoc loco considerari potest aliqua testiū singularitas, quāquidem unū & idem concludūt, & si per singulares eorum sensus, ita Bar. d. §. si quis neget. nu. 6. in fine, idem scribit Fel. in d. c. cum Ioan. nu. 35. in fi. post Anch. conf. 63. idem rñdit Crauer. conf. 56. nu. 17. reiecta Abbatis opinione, qui post Inno. in d. c. cum Ioannes, docuit necesse fore, ut testes se uocent in hoc contestes, & cū illis sensit Bal. & Alex. relati à Craue. d. conf. 56. num. 8. quorum in quā opi. est falsa. nā, si neuter illorū adfuit illi instrumento, & unus separatim ab alio examinatur, quò unū alterū, ut contestē nominare poterit? Hic casus procedit, et si alij testes extra instrumentum deponerent i fauorē instrumēti, ut ex infra referēdis clarè patebit.

10 Secundus est casus, cūm unus tm testis contradicit instrumento, in quo adhuc superest integer numerus ad illius actus perfectionem, ut puta, octo testes sunt in testamento adhibiti, si unus contradicit, testamentum suspectum non redditur, cūm pfectus numerus testiū in testi confectione necessarius adhuc superest, ita Bar. d. §. si quis neget. nu. 2. & nu. 7. qui communem testatur, idem tradit Ioan. de Ana. conf. 97. nu. 3. seu Bologn. ibi in additio. & uerè non est, qd differat. Est ratio, tum quia singularis est, tū quia eo subducto actus remanet integer & solennis. Confert, quod scribit Barto. l. demonstratio falsa. num. 15. de condit. & demon. dum ait, qd cū duobus confiniibus res satis probetur, si tertia demonstratio non esset uera, non iuriaret, cum Bart. sentiunt ceteri. Dec. conf. 13. in fi. Paris. conf. 65. nu. 8. lib. j. & conf. 58. nu. j. & nu. 21. 23. lib. 3. Ruin. conf. 11. nu. 2. lib. 3. & conf. 10. nu. 2. & conf. 115. nu. 3. lib. 5. Soci. iun. conf. 127. nu. 18. lib. 3. Alc. respon. 116. num. 9.

11 Tertius est casus, cūm unus testis numerarius, actui qd; necessarius contradicit, puta, si unus septem testiū testamenti, testamentum impugnet, tunc instrumentum suspectum redditur, atq; ita eius fides uacillat, non tamen falsum redditur: solum enim ad probationem faciendā fidem perdit, ita gl. d. §. si quis neget, & ibi. Bar. n. 2. & n. 7. post plures ex antiquis, sic Ang. cōf. 169. Super picto. col. pen. uerf. uenio ad fm. idē scribit Fel. d. c. cum Ioannes. nu. 50. Soc. sen. col. 213. in fi. & col. 229. col. 3. uerf. 2. præmitto. lib. 2. Afflic. dec. 166. nu. 5. Boer. q. 18. nu. 6. qui Comens. & Fulgo. retulit. Zafius libro 2. sing. respon. ca. 23. nu. 11. Didac. d. lib. 2. uaria. resol. cap. 13. nu. 10. uerf. secunda conclusio. & instrumenti fidem tantum infirmari, non autem instrumentum falsum effici, respondit clarè Soc. sen. conf. 28. col. 1. uer. respōdeo etiam, & conf. 92. colum. 1. lib. 3. & Crau. conf. 56. num. 20.

fic

fic Boe. d. q. 118. nu. 15. & nu. 27. qñ unus ex duobus necessarijs contradicit. sic respondit Neuiza. confil. 27. nume. 19. 20. ex quo sequitur, non esse uerum, quod post Bal. conf. 29. lib. 1. consuluit Gramma. cōf. 51. nu. 5. contradictionem huius solius testis in dicitū sufficiens præstare ad torturam: est inquam falsum, quia inquiri solum potest ciuilitate rōne probationis, ita Comens. conf. 135. Ad primum. col. ult. hic casus satis probatur in l. cum tabulā. ff. de bon. poss. secund. tab. Adfertur etiam ratio, quia solennitas testamenti probatoria, quæ septem testibus consistit, deficit: ergo & testamentum. idem in alijs similibus, 15 quibus constat malè respondisse Fulgo. confil. 79. Quidam nomine Britinus. col. 2. uerf. alterius uerò testis. dum dixit testimonium unius ex numerarijs testibus instrumenti contra instrumentum prolatū non nocere ipsi instrumento, quia imò nocet.

Extenditur hic casus, ut locum habeat, etiam si ceteri testes examinantur ad fauorem instrumenti, puta septem testes sunt in testamento, unus contradicit, ceteri sex examinantur pro testamento, sex istius non ueretur testamentū, quin eius fides uacillet. ita respondit Soc. sen. d. col. 28. in prin. lib. 3. qd post Inn. & Imo. hanc rationem acutè perpendit: nā testamentū non substinetur, cūm sex testes tm sunt adhibiti. quare præsuppositō milies huic testamento neminē contradicere, adhuc illud testamētum ex illorum sex testiū testimonio non defendetur: quātò fortius ergo cūm unus ex septē, quibus testamētū conficitur, contradicit. opinione hāc pbauit idē Soc. cōf. 92. col. 1. uerf. sic. nec obstat, lib. 3. Alex. conf. 17. nu. 15. lib. 3. Paris. conf. 162. nu. 24. lib. 4. Soci. iun. cōf. 88. nu. 12. & cōf. 132. nu. 5. lib. 3. & egregiè Alc. respō. 599. Verum acuta Soc. rō, qua in hanc opinionem adducitur, uera nō uis: maxime. n. differt, qd solū ab initio sex testes in testamento sint adhibiti, ab eo qd adhibiti sunt, & unus eorum se subtrahat: nam qñ ab initio non fuit adhibitus, re ipsa constat legis formam non esse obseruatam, atque ita testamētum esse ipso iure nullū: at qñ unus se subtrahit alijs a testantibus de ueritate testamētis, is calūniosè potius, qd uerè repugnare uis, & suū hoc testimoniū confunditur aliorū testimonio, ut egregiè scripsit Pract. Papien. in forma opp. cōtra instrū. in uerbo dignoscitur. nu. 3. in fine, post Inno. d. c. cum Ioannes. de fide instrū. Hinc rñdit etiā l. a. f. col. 2. col. 3. uer. 3. & adhuc. lib. j. conf. 13. col. 2. uerf. sed præmissis. lib. 3. & conf. 137. nu. 7. lib. 4. quòd si duo (qd est fortius) testes testamentarij instrumento testamēti contradicerēt & tres uel quatuor alij ex descriptis in eo deponerent pro testamento, testamēti fides non improbat, infirmaturque. Verum Alc. d. respō. 599. in specie dixit Iasonem malè cōsuluisse, & Doctores ab eo relatos non affirmate illud, ad qd allegantur. cum Iasonem tamen sentiunt Io. à Platea. in §. Item uerborū. inst. de inutilibus & stip. & alij non nulli relati à Boerio. d. q. 118. nu. 12. qui dixerunt, qd si ex duobus testibus instrumento necessarijs, unus instrumento contradicit, & alter cum notorio deponit pro instrumento, instrumenti fides non uacillat. & inquit Boe. ibidem nu. decimo tertio, hāc esse communem, & in conf. Burdegalensi aliās iudicatum p ea fuisse. ipse tamen Boerius illi non acquiescit, quāquam confusè multa pertractet. Sic etiam rñdit Mar

fil. conf. 27. nu. 14. qui allegat Imo. d. c. cum Ioānes. & Alex. conf. 93. nu. 12. lib. 5. sed Imola & Alex. loquuntur qñ remanet perfectus numerus. In tāta ergo Doctorū controuersia dicendum est, esse iudicis arbitrio plurimum tribuendum, qui iuxta testiū conditionem & notarij formam arbitrabitur, an instrumenti fides integra sit, uel potius uacillet, quam qui de sniam confirmant uerba Constantini Harmenopoli in iuris promptuario, lib. 1. tit. 6. rub. de non scripto testimonio uerba hæc sūt, Cū aliud literarum collatio, aliud testimonia afferunt, tū non existimamus longè maiorem esse fidem atq; auctoritatem eorum, quæ a uiua uoce cum iusiurandi religione, dicuntur, quàm ipsius scripturæ. Hoc tamen iudicis solertia & religioni permittatur, ut ijs quæ ueriora putarit, potius quàm suspectis fidem habeat.

20 Declaratur primò hic casus ut locum tibi non uendicet, cum causa leuis præiudicij est, tunc per contradictionem unius testis fides non uacillat. ita Fel. in d. c. cum Ioannes. nu. 51. & Boe. d. q. 118. nu. 7. exemplum adferunt in causa possessorij, quod sanè exemplum improbant aliqui.

21 Declaratur secundò non pcedere qñ ex consuetudine loci testes non requiruntur, si aliqui adhibeantur, & unus contradicat, non tamen fides instrumenti uacillat. ita Boe. d. q. 118. nu. 27. & rectè. Ratio est, quia actus, forma, & solennitas non deficit, atque ita cessat illa ratio Socii idem sensit Fel. d. c. cum Ioannes. nu. 50. in fine.

22 Declaratur tertio non procedere, qñ istius testis contradicens conuinceretur de mendacio, puta, inquit iste non adfuisse illi instrumento, ceteri uerò dicunt eum adfuisse. ita Pract. Papien. supra relatus. atq; ita relati Doctores intelligi possunt qñ ceteri testes nō negarent illū contradicentē non adfuisse, quamq; ita actū fuisse deponat. est tñ cogitandum, quia difficilis est locus, optimum in t praxi erit probare sex alijs testibus de illius contradicētis presentia, sed maius est dubium cū è duobus, qd descripti solum sunt unū contradicit. hoc in casu multum operabitur iudicis diligentia perscrutando de maiori uerisimilitudine.

23 Quartus est casus, cūm duo testes instrumento contradicunt, sed perfectus adhuc in eo numerus superest. hoc in casu instrumentum suspectū reddi scripsit Bar. d. §. si quis neget. nu. 8. puta in instrumento celebrati contractus, adhibiti sunt quatuor testes, cūm duo sufficerent, si duo instrumento contradicunt, dicentes se nunq̄ fuisse illi instrumento præsetes, fides illius instrumenti uacillat. Cū Bart. alij plures sentiunt, ut apud Crau. conf. 56. nu. 2. qui nu. 16. retulit Bal. conf. 128. in quodā instrumento. lib. ij. ubi respondit, qd si in instrumento adscripti sunt quinque testes, cūm duo sufficerent, si tres contradicunt, instrumentū suspectū redditur. Bald. quoq; est secutus Didac. d. cap. 11. num. 10. uerf. secunda conclusio. Zafius idem sensit, & si Baldum non referat, lib. ij. sing. rñ. c. 23. nu. 12. uerf. sed fallit. Fulg. conf. 79. col. ij. cx tex. l. optimam. C. de contrahē. & committ. stip. & rōne illam egregiā considerant Bal. & Crauer. quia ubi testes instrumentarij nō sunt examinati pro instrumento stat adhuc dubitatio, an si examinarentur, deponerēt pro ipso instrumento, & licè præsumi debeat, qd uerè deponerent, attamē tanta non debet esse uis præ-

sumptionis, ut uera probatio ex duorum testimonio illi credere deat. hac ratione recte cessit post Inno. d. 25 c. cū Ioannes, Boe. d. q. 1. 18. nu. 19. q. ubi unus solus, uel duo ex testibus instrumento adscriptis negaret se interfuisse, ceteris tacentibus uel mortuis, et si centum essent descripti, fides instrumenti debilitatur: nam ex hoc (inquit Inno.) occurritur fraudi falsariorū, dū plures testes mortuos instrumento adscribunt, existimantes illud non posse minori numero debilitari & oppugnari, ut uere potest: nā, & si sit praesumptio pro instrumento, quippe q̄ praesumatur testes mortuos stare p̄ instrumentum, atq̄ cū cōtrariū probari possit, si probetur duorum testimonio, cessat illa praesumptio, imò cōtraria deinde insurgit, q̄ si illi iam mortui superstitēs essent, pariter dicerent se praesentes illi instrumento non fuisse, ita considerat Bal. Alb. & Parisa Boe. relati. d. q. 1. 18. nu. 20. in fi. & ideo male sensit Castr. in l. haeredes palam, in prin. de testa, cuius doctrinā dixit singularē Marfil. sing. 245. Multi sunt, & in l. unius fa cinoris. §. ult. nu. 7. de quaestio. nā dixit Castr. quod si in instrumento sint descripti sex testes, cum duo sufficerent, si duo contradicunt, & reliqui sint mortui, instrumentum non redditur suspectum, & male, relata rōne. Declaratur primò hic casus, ut locū sibi non uendi 27 cet. q̄ testes instrumentarij p̄fecti numeri existimantur, & ad fauorem instrumenti deponunt: puta, quinque testes adhibiti sunt instrumento celebrati cōtractus, cū duo sufficerent, si tres uel duo contradicunt in instrumento, & duo alij deponunt pro instrumento, instrumenti fides non uacillat, ita r̄ndit Bal. d. consi. 2. 28 In quoddā instrumento. lib. 2. quem secuti sunt Did. d. c. 13. nu. 10. uers. secunda conclusi. & Crau. d. consi. 56. nu. 16. addo eiusdem opinionis Alex. consi. 17. nu. 14. in fi. li. 3. & consi. 148. n. 10. li. 2. q. ecotrā loquitur, q̄ q̄ numerus reprobantiū multum excedit numerum cōfirmantiū, instrumentum redditur suspectum, quod sensit & Zasius. d. c. 23. nu. 1. 2. uers. 2. fallit, qui arbitrio iudicis multa tribuit, sic praet. Pap. in forma opponēdi cōtra instr. in gl. dignoscitur. n. 4. addo et Soc. iun. consi. 13. 2. nu. 5. lib. 3. qui Crau. r̄nsū retulit, & uere idē sensit Soc. sen. d. consi. 28. in prin. lib. 3. Bal. quoq; d. consi. 2. 28. secutus est Boer. d. q. 1. 18. n. 18. qui aliud Baldi consi. 36. quiddā tabellio. lib. 3. retulit, & hoc ca 28 su intelligi potest procedere cons. Decij 101. nu. 2. ut etiam sensit Crau. d. consi. 56. nu. 15. nō t̄n exprimit Decius in illa facti specie testes instrumentarios fuisse pro instrumento examinatos. Sic etiam intelligi dēt 29 Alex. consi. 93. nu. 12. lib. 5. quē supra retuli. Ratio solida est, quia hoc casu numerus testium perfectus, & forma superest, & licet aliquorum testium cōtradictio adsit, illa tamen tollitur ex testimonio aliorum pro testamento deponentium, id q̄d non contingit in casu praecedenti, ubi perfectus numerus non superest, quidquid male respondendo effutierit Iason.

30 Declaratur secundò non procedere, q̄n is, qui instrumentum impugnare conatur, distulisset per multū tempus, ita q̄ uerisimiliter expectauerit mortē testium, quibus eius aduersarius instrumentum confirmasset: ita Bal. d. consi. 36. Quidā tabellio. lib. iij. quem Boe. retulit d. q. 1. 18. nu. 21. & idem r̄ndit Fulg. consi. 79. Quidam nomine Britinus. col. pen. uers. & uiolenta profectò, qui & illud scribit, cessare suspicionē, quando uigore illius instrumenti is, ad cuius fauorem fa-

ctum est, sciente aduersario dū possedit, alia nonnulla scribit Boer. d. q. 1. 18. nu. 21. 22.

31 Quintus est casus, cum unus uel duo, uel plures ex testibus instrumentarijs non negant se interfuisse illi testamento, sed solum dicunt, se non esse memores eorum, quae acta & scripta fuerunt: tunc instrumentum non redditur aliquo modo suspectum, ita Bart. d. §. si quis neget. nu. 9. Alex. consi. 33. nu. 22. lib. tertio, & consi. 88. nu. 3. lib. 4. Praet. Papien. in forma oppo. contra instr. in gl. dignoscitur. nu. 3. Fel. d. c. cum Ioannes. col. pen. in prin. de fide instr. Ias. consi. 124. col. 3. uers. 2. & adhuc. lib. 1. Zasius lib. 2. respo. singulari. c. 23. nu. 1. uers. fallit. Est ratio, quia nihil hic contra instrumentum dicitur, l. cum precibus. C. de proba. Zasius tamen inquit iudicis arbitrio tribui, ut consideret an factum sit recens uel antiquum, ut uerisimile sit testes esset momeres, uel non.

32 Sextus est casus, q̄n testes hi instrumentarij deponunt contra substantiā ipsius instrumenti. nec. n. hic negant, quin praesentes fuerint, cum celebratum fuit instrumentum, sed dicunt aliter fuisse dictum, q̄ scriptum: tunc, si duo sunt, uel tres uel plures, qui hoc affirmant, instrumentum redditur suspectum, imò falsum arguitur, ut probat l. cū precibus. C. de proba. atque ita concludit Bar. d. §. si quis neget, nu. 10. Fel. d. c. cum Ioannes. num. 48. Bolog. in additionib. ad consilia Ioan. de Ana. consi. 97. nu. 3. & in fine.

Secundum ē nr̄e disceptationis caput, cum scilicet instrumento contradicunt testes, qui in instrumento descripti non fuerunt, deponentes uel instrumentum illud non fuisse unquam eo loco & tempore celebratum, uel aliter actum quam scriptum, in quo quidem capite casus aliqui distinguendi sunt. Verum prius lectorem nostrum uellem animaduertere, testes hos esse debere omni exceptione maiores: ita Bar. d. §. si quis neget. nume. 12. in fine, Fel. in d. cap. cum Ioannes. numer. 44. Cur. sen. consi. 56. col. tertia. Soc. iun. consi. 189. nu. 52. lib. 2. Boer. d. q. 1. 18. nu. mer. 14. col. ult. Craue. consi. 56. num. 9. & consi. 75. nume. 34. Gram. consi. 35. Didacus lib. 2. uaria. resolu. cap. 13. num. 10. uers. u. Prima conclusio, quā doctrinam probat l. optimam, in fine, C. de contrah. & commit. stipul. quā hoc casu intelligi debet. Accedit & ratio, quia magna est praesumptio pro instrumento. d. l. cum precibus. C. de proba. ad elidendā ergo hanc iuris praesumptionem ualidiores probationes requiruntur: iuxta l. ulti. ff. quod met. causa, cum

33 prius lectorem nostrum uellem animaduertere, testes hos esse debere omni exceptione maiores: ita Bar. d. §. si quis neget. nume. 12. in fine, Fel. in d. cap. cum Ioannes. numer. 44. Cur. sen. consi. 56. col. tertia. Soc. iun. consi. 189. nu. 52. lib. 2. Boer. d. q. 1. 18. nu. mer. 14. col. ult. Craue. consi. 56. num. 9. & consi. 75. nume. 34. Gram. consi. 35. Didacus lib. 2. uaria. resolu. cap. 13. num. 10. uers. u. Prima conclusio, quā doctrinam probat l. optimam, in fine, C. de contrah. & commit. stipul. quā hoc casu intelligi debet. Accedit & ratio, quia magna est praesumptio pro instrumento. d. l. cum precibus. C. de proba. ad elidendā ergo hanc iuris praesumptionem ualidiores probationes requiruntur: iuxta l. ulti. ff. quod met. causa, cum

34 sexcentis similibus. Praeterea, testes isti debent optime concludere, dicēdo se fuisse eo tempore & hora illo in loco, in quo instrumentum hoc asseritur confectum, ibique instrumentum nullum fuisse celebratum, quoniam celebrari non potuisset quin ipsi uiderent, ita Bartol. d. §. si quis neget. numer. 13. Ias. d. consilio decimotertio, col. 4. & col. penul. uers. sic. Quarto facit. lib. tertio, Alex. consi. 93. nu. 12. lib. 5. Dec. consi. 101. col. 2. Craue. consi. 56. nu. 6. in fine: nam ubi de eodē tempore, & loco non deponerent, nihil concluderent; quia alio tempore & loco celebrari potuisset. quare consilium erit secundum Bartol. d. §. si quis neget. num. 13. ut si testes bene temporis

35 non sunt memores, capitulum producatur, in quo deducatur contractum illum semel t̄m inter partes celebratum fuisse, q̄d si fatebuntur partes, optime concludunt

cludunt tests deponentes illo in loco instrumentum celebratum non fuisse. Bartoli consilium probatur Bolog. in additionibus ad consilia Io. de Ana. consi. 97. nu. 3. & Fel. in c. cum Ioannes. nu. 6. de fide instrum.

36 Primus nunc est huius capituli, quando unus t̄m testis contradicit, tunc dubium non est instrumenti fidem non debilitari, tum quia singulare testimonium est, tum quia ualidior instrumenti fides est, & hoc in casu nemo est qui dubitat.

37 Secundus est casus, cum duos testes instrumento contradicunt, quo quidem in casu sunt Doctorum uariae opiniones. Vna fuit Inno. Ioan. Andr. Butr. & Cald. ut retulit Abbas d. cap. cum Ioannes. nu. 13. & Fel. nu. 35. de fide instrum. instrumentum suspectum reddi, & falsum posse dici, idem respondit Gram. consi. 51. nu. 4. & Zasius lib. 2. singularium respo. c. 23. nu. 13. qui nu. 15. fortius dixit, etiam si adesset sigillum publicum, uel iudicis auctoritas. relati Doctores sunt in hanc sententiam adducti ex tex. l. optimam. C. de contrah. & commit. stip. ex c. 3. loco, de prob. & in c. tam literis, de testib. Verum d. l. optimam, non probat, cū nō exprimat ibi quot numero testes illi esse debeant, & ideo glos. eo loci intelligit de tribus, uel quatuor testibus, sic responderet ad d. c. tam literis. Quarto ergo loco fortius urgere uideretur illa argumentatio, fides & auctoritas instrumenti à notario pendet. cap. ad audientiam, de praescrip. sed notarius unus tantum est, ergo duorum testimonium illius testimonio praeferi debet. Verum nec hoc fundamentum satis solidum est, quando quidem sunt qui affirmant, notarium duorum fidem habere. quae de re infra statim.

Secunda fuit opinio glossae in l. in exercendis C. de fide instr. in d. l. optimam. C. de contrah. & commit. stip. & in d. c. 3. loco. testimonium duorum non sufficere ad impugnandum instrumentum, sed tres saltem esse debere. quā opinionem sunt secuti Guido Pape & alij, quos retulit Did. d. li. 2. uaria. resolu. c. 13. nu. 10. uers. prima conclusi. idē scribit Praet. Pap. in forma oppo. contra instrum. in gl. dignoscitur. nu. 1. uers. 2. casu. & omnia horum argumentatione, quā destruit & recte Bar. d. §. si quis neget. nu. 12. sic melius f̄m Bar. argumentari potest, instrumentum uim duorum h̄t, 39 rati enim ponderis est notarij auctoritas: sic sensit & Ruin. consi. 36. nu. 1. lib. 4. & Bolog. in additio. ad consi. Io. de Ana. consi. 97. nu. 4. non ergo duo contrarij testes sufficere, q̄m par esset probatio, & in dubio praeualere debet instrumentum, l. cum precibus. C. de proba. Verum nō probatur maior illa propositio, instrumentum seu notarium duorum testium uim h̄t: in cuius quidem propositione elucidatione erat à nostris elaborandum, cum ab eo tota difficultas praesentis disputationis pendere uideatur. Reperio Bal. in l. ult. nu. 18. C. de fideicom. sic distinguentem: aut notarius examinatur ut testis, ut probatio per uocem uiuam fiat, & tunc unius testis personam sustinet: Aut probatio fit per scripturam, tunc notarius in numerum testium non computatur, cum in forma testis non deponat. idē Bal. in rub. C. de fide instr. nu. 19. idem sensit Bar. in l. Domitius Labeo, in fine, de testa. Barba. consi. 42. col. 6. lib. 4. sed forte nos sumus in hoc casu, quia non quaerimus an in numero testium computetur, uel non, Baldus ergo in auth. sed 40 cum testator. nu. 16. C. ad l. Falcid. docuit, plus cre-

dendum esse notarij testimonio, q̄ alterius testis. Verum non declarat Bal. ad rē nostrā, cum sola scriptura notarij reperitur, & is non examinatur. credo itaque hoc non esse iure diffinitum, cum in iure t̄m cōstitutū sit, notarium hanc h̄t facultatem recipiendi instrumenta, quae magna illa praesumptione adiuuantur, ut uera credantur. l. cum precibus. C. de prob. 41 imò dicunt nostri instrumentum continere probatione probatam, ut late aliquando retuli in tract. Reperandae possessionis, Remedio primo, nu. 225. nō tamen declarant, an instrumentum, seu notarius uices duorum, uel trium testium sustineat.

Tertia itaque fuit opinio antiquorum, Nicolai f. de Marthar. & Iacobi de Arena, quos retulit, & secutus uere uis, si recte praedamus, Bar. d. §. si quis neget. nu. 12. hoc iudicis arbitrio relinqui. idem aliqui sentiunt, ut retulit Fel. d. c. cum Ioan. nu. 35. & Didacus lib. praet. q̄o. c. 20. nu. 6. quibus hoc in casu accedo. Inquit itaq; Bar. iudicem caute & diligenter inspicere d̄t personā notarij, quae si suspecta ē, uel scriptura aliquo nitio laborat, testibus magis credendum ē: si uerò ois cessat suspicio, tunc magis instrumentum q̄ testibus credi debet. d. l. optimam, in fine, C. de contrah. & commit. stip. atq; ita intelligi & declarari potest locus Constantini Hermenopoli, quem supra nu. 19. retuli.

Non procedit tamen haec opinio, quando p̄ ipso 43 instrumento examinatur unus testis: tunc fides notarij & huius testis omnino praeualere testimonio duorum in instrumento contradicentium, ita Imola. d. c. cum Ioan. & d. §. si quis neget. nu. 5. quem sic declarat Crau. d. consi. 56. nu. 15. sic etiam procedere hoc casu potest quod respondit Ias. d. consi. 13. col. 3. in prin. lib. 3. qui tamen subdit, iudicem ex negotij aptitudine inclinare debere pro instrumento. Ego absolute sentio iudicem omnino hoc casu pro instrumento pronuntiare d̄t. ita etiam hoc casu potest procedere responsū Alex. consi. 93. nu. 11. lib. 5. & singulare Marfilij 61.

44 Tertius est casus, quando tres, uel quatuor testes contradicunt huic instrumento, tunc ex oīum opinione redditur suspectum instrumentum.

45 Declaratur primò nō procedere, q̄n instrumentum duobus testibus examinatis sustinetur: nam tunc suspectum non redditur, & ut uno dicā uerbo, q̄n instrumentum contradicunt testes, quod ab alijs sustinetur, plures sepe numero esse debent reprobatorij. ita Ruin. consi. 35. nu. 1. & clarius consi. 36. nu. 1. lib. 4. si etenim tres sunt comprobatorij, quinque debet esse reprobatorij, cū duorum testium uices sustineat instrumentum, & si dubitabile hoc sit ex iā relatis. idem censuit Zasius. li. 2. singularium r̄nsi. c. 23. col. ult. uers. hanc adfertio.

46 Declaratur sc̄dò non procedere, q̄n ageretur de instrumento corā Principe celebrato: ita Zasius. d. c. 23. in fi.

S V M M A R I V M

- 1 Testis pro uniuersitate sua recipitur i civilibus, cum aliunde probationes haberi non possunt.
- 2 Testes alios nec actu nec habitu potuisse interuenire requiritur, ut testes pro sua uniuersitate probent.
- 3 Testes uniuersitatis p̄ ea deponēdēs p̄fectē nō phare.
- 4 Uniuersitatis testes probant, cum nullum ipsi commodum sentire possunt ex cause exitu.
- 5 Consilia uniuersitatis probari per testes eiusdem uniuersitatis.

- 6 L. consensu. §. super plagis C. de repud. declaratur.
 7 Affectio maior an sit illa patriæ quam parentum.
 8 Testes uniuersitatis cum pro ea recipiuntur, directè & non in subsidium recipi.
 9 Iudicis arbitrio relinqui quando testes probent pro uniuersitate plenè & perfectè.
 10 Testes de uniuersitate in pari causa minus probant.
 11 Testis de uniuersitate ratione commodi & ob affectionem repellitur.
 12 Testis de uniuersitate & ab ea salariatus pro ipsa uniuersitate idoneus non est.
 13 Testes de uniuersitate repelluntur à testimonio, si commodum, uel incommodum inde sint consecuturi.
 14 S. legatarijs, in st. de legatis, explicatio & intellectus.
 15 Testes de uniuersitate non probant si per indirectum commodum ex causa sentiunt, uel incommodum.
 16 Clericus pro sua ecclesia idoneus testis non est.
 17 Testes de uniuersitate in causa criminali pro ipsa uniuersitate idoneos non esse.
 18 Testis de uniuersitate in causa criminali recipitur contra alterum eiusdem uniuersitatis.
 19 Affectio paritas suspicionem omnem tollit.
 20 Testes de uniuersitate recipiuntur etiam in causa criminali, si magna est uniuersitas.
 21 Testes de uniuersitate ad probandam innocentiam recipi.

CASVS CVI.

DISPUTATIO AMPLA QUANDO TESTES DE UNIUERSITATE PRO IPSA UNIUERSITATE RECIPIANTUR.

- A**gitur sepius in foro & iudicij quanta sit adhibenda fides testibus, qui pro eorum uniuersitate testimoniū dicunt, ut cum ciuis pro sua ciuitate, oppidanus pro eius oppido, monachus pro eius monasterio testimoniū fert. Quia quidem in re, multa iudicis arbitrio tribuuntur, quò tamen is melius suum hoc arbitrium moderare habeat, integram hanc disputationem absolua. casus itaque aliquot distinguo, & suis locis quod sit iudicis arbitriū, referā. Primus itaq; casus est, cum cā est ciuili, & agitur de eo actu probando, qui probari non potest ab alijs, q̄ ab illis de uniuersitate, ut putā in electionibus, quæ secreto inter ipsos de uniuersitate fieri tantummodò solent, ij testes recipi debent, & eorum fides sequi. na censuit gl. in c. 3. loco, ubi omnes, de prob. Bart. l. in tantum. §. uniuersitatis. nu. 1. de rerū diuis. Afflict. decis. 400. nu. 1. Petrasan. sin. 24. Gramma. consil. 26. nu. 36. Plotus. l. si qñ, num. 142. C. unde ui. quorum sententia satis probatur in d. c. 3. loco, sic & in cap. si Christus, in fine, de iure iur. l. cum probatio. ff. de proba. in l. consensu. §. super plagis. C. de repud. & in l. interrogari. C. de quest. & rectè certè, quia aliàs ueritas periret. Declaratur primò hic casus, ut tunc demū habeat locū, si cum in negotio illo nec actu nec habitu alter, præter eos, qui ex uniuersitate sunt, potuit interuenire, si habitū poruit interuenire, & non interuenit: puta si negotium adeò secretū erat, ut extraneo nulla ratione cognitum esse debuisset, uel quid simile euenisset, ita oēs declarant d. l. consensu, de repud. & similes, ita in re nostra cōsuet Petrasan. d. singu. 24. Dec. consil. 311. num. 3. uerf. & in isto, Ruinus consil.

120. nu. 8. & consil. 149. nu. 35. lib. 5. Parisi. cōs. 15. n. 32. lib. 2. Marf. sing. 73. Gram. consil. 26. nu. 37. consil. 45. nume. 12. & consil. 59. num. 1. Neuiz. consil. 54. nu. 16. Rola. à Valle cōs. 24. n. 67. li. 1. Quia qui dē in re obseruandū illud erit, qualitatē hāc, nullos testes ex teros in actu illo interuenisse, nec interuenire potuisse, esse deducendam & probandam: ita Alex. cōs. 64. num. 5. lib. 1. Gramma. consil. 58. nu. 4. Plotus in d. l. si quando, num. 149. C. unde ui.

Declaratur secundò, ut non procedat quò ad plenam probationem, nec enim absolutè & perfectè probant, ita Alex. d. consil. 64. nu. 5. libr. 1. Butr. consil. 24. Marf. d. sing. 73. Rolan. d. consil. 24. nu. 69. lib. 1.

Secundus est casus, quādo alijs testibus fieri posset probatio, sed soli nunc testes uniuersitatis extant, & comodū uel incomodū, qd̄ à causā exitu prouenit, solam uniuersitatem, & non singulos de uniuersitate afficit, puta, cum agitur d̄ legato ciuitati uel collegio, uel monasterio factò pro edificijs extruendis uel reficiendis, iuxta l. ciuitatibus, de leg. 1. hoc casu recipiuntur testes uniuersitatis, ita Bar. d. §. uniuersitatis. & cū eo receptissima est oīum opinio, ita Alex. cōs. 68. nu. 14. lib. 2. Fel. in c. insuper, col. 1. & ibi Dec. nu. 7. extra de testib. Sic ad probationem finiū admittuntur testes de uniuersitate, ita Ruin. consil. ult. nu. 161. lib. 4. post Bal. quem refert Ripa in l. 1. §. sin autē collegiū, nu. 2. ad Trebell. & probatur in d. c. 3. loco, de prob. & in c. insuper & c. cum nūtius, de testib. & ex ca. de prudentia. 14. q. 2. sic et̄ pbat d. l. in tm̄ §. uniuersitatis, de rerū diuis. & in l. sed si hac. §. qui manumittitur, de in ius uoca. Adferri et̄ solet illa rō, quia is à testimonio repellitur, cum de suo interesse agitur, l. testis idoneus, ff. de testib. at testis iste d̄ uniuersitate nō agit de proprio interesse, poterit ergo testimoniū ferre, illa minor propositio probatur: is d̄ in re aliqua interesse h̄re, qui agere pot̄, uel excipere. l. 2. §. sed ali. ff. qñ appell. sit. l. sed si unus. §. pcurator. ff. d̄ iniur. at isti de uniuersitate nō possunt suo eorū noīe proprio agere, nec et̄ excipere, c. cam, il. 1. supra de iud. ca. edo ceri, de rescrip. clem. religiosus, de procura. ergo de eorū interesse non agitur. Scio tm̄ contra hanc receptam magis opinionem sensisse Ang. Aret. inst. de rerū diuis. in princ. nu. 1. quē secutus est Petrasancta sing. 24. Vtrū ciuius. aiunt isti, q̄ cum alijs testes adhiberi potuerūt præter istos, his haud facillè credendum nō esse, ex l. consensu. §. super plagis. C. de repud. à sensu cōtrario. Verum constitutio illa loquitur in uerè domesticis, qui in domo cohabitāt, id quod sentiens Petrasancta subiicit maiorē esse affectionē illā, quā quis erga patriam h̄r, q̄ illa sit, quā h̄r erga patrē priū, cū patriæ nascamur. l. 1. §. & generaliter. ff. de uere in poss. mitt. Hinc sentiunt multi, licere filio proprio patrē perduellionem interficere. l. minimè. ff. de relig. & sumpt. fune. qua de re supra lib. 1. q. 90. Accedit, patriā posse suo ciui & incolæ imperare. l. ueluti. de iust. & iure. imò scribit Bart. in l. j. §. qd̄ seruus. ff. de ui & uirg. ex l. postliminiū. §. filiū. ff. de capt. & postlimin. reuer. maiorē esse præter patriam in ciuē suum q̄ patris in propriū filiū. Verum his satisfacere possumus, magnam esse differentiam inter affectionem, quam quis habet in patriam, & in patrē: nā nos consideramus affectionem illam ratione sanguinis, ac etiam successionis bonorum, quæ, ut ipsa quoti-

quotidiana experiētia demonstrat, magis mouet q̄ faciat illa naturalis, quæ nos patriæ obligat. habet. n. in se solū quandā antidotalem obligationē, iuxta l. sed & si lege. §. consuluit, de petitiō. h̄re. Hinc uideamus, leges absolutè reiecisse testimoniū filij pro patre, cum tamen nō reiecerit illud ciuis pro sua ciuitate. sentio itaque horū testimoniū esse admittendum, nisi iudex noster aliquid obesse, pro sua potestate & arbitrio uiderit, ut nunc subiiciam.

- Illud unū hic addo, testes hos in casu hoc ipso nō admitti aliquo modo in subsidium, sed propriè & directò, ut rectè cōtra alios Feli. in c. super. nu. 7. uer. fallit sextò, post Abb. ibi, de testib. Illud etiam addo, horum testimoniū recipi ad integrā ac plenā fidem faciendā, ita Felinus d. c. insuper. nu. 2. & ibi Abbas. idem respondit Alex. consil. 68. nu. 14. lib. 2. quamq̄ Butr. ac alijs nonnulli aliter senserint, & malè. nam, si nil est, qd̄ eis obijciatur, cur non absolutè ac perfectè probare non debent? Decius tamen in c. insuper. nu. 7. in fi. rectè cōsuet, hoc iudicis arbitrio relinqui, iuxta personarum & negotij qualitatem. ab illo non dissentit Craue. tract. de antiq. tempo. septima particula primæ partis princip. nu. 18. qui alia scribit. Declaratur primò nō procedere, qñ iudex uerius uniuersitatis alijs testibus contrarium probasset: nā in pari causa maior fides est adhibenda illis, qui etiā hac qualiquā suspicione carēt. ita Abb. d. c. insuper. nu. 2. Afflict. decis. 400. nu. 8. & Fel. d. c. insuper. nu. 3. qui hoc uerum esse intelligit, cum ueritatē ita unus ac alter nouit, aliàs enim illis magis creditur, qui magis instructi sunt, etiā si affectione carere ob domesticitatē nō uideatur; quæadmodū annotauit Bar. l. quoties. C. de nau. lib. 10. & Soc. se. cōs. 17. col. 2. li. j.
- Declaratur secundò, non procedere, qñ magna esset affectio ob annexum commodum, sic Feli. in d. c. insuper. nu. 5. uerf. fallit quartò, idem sensit las. in l. sed si hac. §. patronum. in fi. de ius uoca. Soc. tract. fallen. regu. 408. fall. 5. putā, qñ magna aliqua iurisdicō est in hoc iudicis arbitrium, uel magni aliqui fines. erit tamen in hoc iudicis arbitrium, ut diligenter consideret, an tanta sit horum testiū hac de causā affectio, ut repelli iure possint. ita in specie admonuit Didacus Couarr. lib. prac. questio. c. 18. nu. 4. prop. fin.

- Declaratur tertio, nō procedere, qñ præter id qd̄ testis de uniuersitate est, esset etiā salariatus ab illa uniuersitate, ita respondit Decius consil. 94. nu. 2.
- Tertius est casus, qñ causa est ciuili totius uniuersitatis, sed singuli commodum sentiunt in particulari, tunc idonei ij testes non sunt, puta, si agatur de pascuis uniuersitatis, in quibus singuli de uniuersitate sua animalia depascere solēt. ita de pascuis uerba faciens scribit Capolla tracta. seruit. rust. præd. cap. de seruit. iuris pascendi. num. 18. Didacus. d. lib. pract. quest. cap. 18. num. 4. qui eiusdem sententiæ alios retulit. addo Craue. tract. de antiq. tēp. septima particula primæ part. princip. nu. 19. Idem quando contentio est de nemoribus, in quibus singuli de uniuersitate ligna accipere possunt: ut in specie scribunt Decius in d. capit. insuper. numero sexto, Alex. consil. 99. numero 15. libr. quinto, quo loci declarat non procedere, quando absolutè his non liceret ligna capere, sed necesse illis esset aliquid publicanis solnere & ab eis licentiam petere. Ratio illa considerari so-

let, quia quemadmodum idoneus testis quis non est in sua causa principali. l. in omnibus. C. de testib. ita nec in causa est, quā in consequentiam commodum sentire potest: illa enim commodi affectio oculos caliginare creditur. Nec aduersatur text. §. legatarijs: insti. de lega. quo adductus contrariam opinionem tuetur Petrasancta d. sing. 24. in fi. dum Iustinianus constituit, legatarios idoneos esse testes in causa testamenti, è quo legati commodum sentiunt. & licet Bartol. in l. qui testamento. ff. de testa. & omnes i. l. dictā tribus. C. eo. scribant, legatarium hunc non posse in particulari testimoniū super eorum legato ferre, sed solū in uniuersum; id, quod affirmauit etiā Belonus consil. 15. nume. 7. & Craue. consil. 232. nume. 9. Veruntamen idem est ratione commodi, qd̄ in cōsequentiā uenit. Satisfacio itaque & primò declaratione eruditi Viglij d. §. legatarijs, esse speciale in causa testamenti. Ratio specialitatis una est, quia legatarij non sunt iuris successores. Secunda, quia testamentum satis confirmatur testibus adhibitis. l. si quis ita. de uerbo. obliga. si ergo relictum est legatum testibus, quo testamenti faciendi negotium facilius explicetur, & ob testimoniū meritum, aliquid eis datur, non debet euertere testamentum hoc, qd̄ ad eius confirmationem factum est. arg. l. legata inutiliter. de adim. lega. Vel secundò respondeo, sic distinguendo, aut cum testimonio legatariorum concurrat notarij scriptura, & tūc, cum magna notario fides adhibeatur, et̄ testib. creditur, ex quo qualis qualis illa suspicio, quæ testibus inest, efficaciori presūptione ex notarij qualitate tollitur. argumento. l. Diuus. ff. de integ. restit. & ex duabus rationibus pugnantibus illa obseruari debet, quæ alteri præponderat. l. ij qui accessio. de fidei iusso. Aut secundo casu nulla extat scriptura, & omnino legatarius est consecutus legatum; puta, quia d̄, testatorem in sua dispositione adiecisse clausulam codicillarem, tūc legatarius idoneus est testis, cum in omnem casum uel ualeat, uel non testamentum hoc, legatum is consequi possit. Aut tertio casu nulla extat scriptura, nec clausula codicillaris, sed si legatarij testimoniū non sustinet testamentum, legata amittunt, tunc idonei testes non sunt. sic sensit Abbas in c. insuper. nu. 9. & ibi Feli. n. 20. Soc. iun. consil. 89. nu. 12. cum multis subsequentiibus, lib. 1. ultimum tamen hoc distinctionis capitulum ad d. §. legatarijs, non parum diuinare uidentur.

Extēdiur primò, ut procedat etiam eo casu, q̄ quādo per indirectum, & in quandam cōsequentiā testes isti comodū uel detrimentum sentire possent, quamquā non sentiant de præsentī. puta, si esset cōtentio super exactione gabellarum & collectarum, quamquā in communi ponatur, & ab exactoribus uniuersitatis exactio fiat, nihilominus, quia particulares ex hoc sentire possunt commodum uel detrimentum, commodum inquam, quia si fieret exactio ab aduersarijs, ipsi minus soluerent: detrimentum, quia si aduersarij exigere nō possent, ipsi plus soluerēt, iō reijci iure debent: ita interrogatus respondit Fulgo. consil. 174. colum. secunda, uerf. Sed & alia occasio ne, idem uisus est affirmare Afflictus decis. 400. addo Baldum cōs. 443. Questio antiquissima. lib. quinto. qui respondit, testes uniuersitatis non esse idoneos pro uniuersitate cōtra creditorem uniuersitatis, quādo pro

do pro solutione illius debiti necesse haberet uniuersitas collectam indicere, & à singulis de uniuersitate eam exigere, sic docuit & Ias. in l. sed si hac. §. patronum. in fi. uerfic. 3. limita. ff. de in ius uoca. idem scribit Craue. in tract. de antiq. tempo. in septima particula prima part. prin. nu. 20. addo Bal. consi. 391. Ap. paret publicum, lib. j. Non ignoro tamē Alex. consi. 68. nu. 14. lib. 2. & consi. 99. nu. 16. lib. 5. aliter sensisse: cuius opinionē uisus est sequi Decius consi. 342. col. 2. nu. 3. & Rubeus consi. 9. n. 22. nisi intelligam⁹ Alex. & ceteros loqui, qñ omni casu particulares isti tantum soluere deberent. hanc interpretum discordiam conciliare uidetur Crau. d. loco. n. 21. Bal. f. opinionē procedere, qñ certū est collectā esse imponēdā: illā uerò Alex. & aliorū, cum est dubiū & incertū.

16 Extenditur secundò, ut procedat etiam in clericis non habentibus collegium, ut in praelato: tunc nec is idoneus testis est pro sua ecclesia. ita Feli. d. c. in super. nu. 8. post Abb. ibi. sic Soc. trac. fallen. reg. 408. fallē. 4. Bellonius. consi. 63. nu. 18. rationes plures ibi considerant, quas ego nūc ex industria omitto. Cetera etiā quæ à his clericis afferri possunt, uidentia erūt apud omnes d. c. in super. & apud Craue. d. 7. particula, nu. 19. 20. loca nunc indicasse sufficiat.

17 Quartus est casus, quādo causa testis criminalis, tūc testis de uniuersitate pro ea, uel pro aliquo ex illa testimonium dicere non potest, ita communem esse sententiam scripsit Feli. in d. c. in super. nu. 4. de testi. ex tex. in cap. super prudentia. 14. q. 2. & in cap. 1. 3. q. 5. Id quod fortius procedit, quando tota uniuersitas deliquisset, iuxta tradita per Bar. in laut facta. §. non nunquam, de pœnis. & diximus in trac. De recuperāda possessione. Remedio nono, nu. 125. nā tunc omnino reiicētur. l. semper. §. 2. ff. quod ui aut clam.

18 Declaratur primò non procedere, qñ unus de uniuersitate testimonium diceret contra alterū eiusdem uniuersitatis: ita Feli. d. c. in super. nu. 4. uerfic. 2. nota. & ibi Dec. nu. 10. Bell. consi. 63. in fi. post Mar.

19 in l. 1. §. seruū. de quæstio. Ratio est, quā par affectio- nis causa suspiciōē tollit. l. nō solum. ff. de ritu nuptia. glo. in c. cum olim. de off. deleg. sic uidemus conuictū pro conuictō posse testimonium ferre. Bal. l. qui testamento. C. de testa. Deci. l. q. iurisdictioni. n. 7. ff. de iurisd. om. iudi. Corasi. li. 3. miscella iuris. c. 7. in fi. Declaratur secundò nō procedere in uniuersitate magna. Fel. d. c. in super. n. 4. uerfic. 3. nota quod. & ibi Decius nu. 9. & Bellonius d. consi. 63. in fine. ea ratione, quia cessat illa familiaritatis conuersatio, quæ militat qñ uniuersitas est parua. c. repellatur. de accusa.

Declaratur tertio non procedere, quò ad probandam innocentiam, ad quam probandam etiam do- mestici admittuntur. ita Decius consi. 459. numer. 8. Craue. consi. 119. nu. 9. & alibi diximus.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudex an ferre possit testimonium super sententia à se prolata. remissiuè.
- 2 Iudicis arbitrio relinquatur quāta adhibēda sit fides testimonio illius iudicis, qui pro sua sententia deposuit.

C A S V S C V I I.

QUANTA ADHIBEATUR FIDES TESTIMONIO IUDICIS PRO LATA À SE SENTENTIA.

Explicauimus superiore libro sub q. 73. an Iudex, qui in cā ināiam tulit, super ea ināia testimo-

niū ferre possit, si de ea nascatur controuersia. Dubitari nunc solum contingit, quanta fides adhibēda sit huic testimonio, illis nēpē casibus, quib. admittitur, & iudicis arbitrio relinqui scripsit Blanc. trac. De cōpromissis. q. 8. prin. nu. 25. post Inn. in c. 2. de in integrū rest. & But. in c. cum à nobis, de testibus. nam aliquando qualem qualem facit probationem, aliquando semiplenam, aliquando etiā plenam fidem facit: ut eo in casu, cum partium consensu & uoluntate is suum testimonium profert: quemadmodū relati in terpretes scribunt. apud illos multa, quæ huc recensere nolui, extant. satisfactum esse credimus ex his, quæ in d. q. 73. attulimus.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudicis arbitrio relinqui, an credendum sit testi, cum in iudicio unum, & aliud extra dixit.
- 2 Testis qui in iudicio contraria, uel uaria dixit, non probat.
- 3 Testis uaria & contraria tunc dixit, cum in substantia uariavit.
- 4 Testis qui animo se corrigendi contraria dixit, probat.
- 5 Incontinenti quando dicatur testis se correxisse, ut probet.
- 6 Iudicem uidere debere, an correctio testis sit uerisimilis uel non.
- 7 Testis, qui unum in iudicio, deinde ex interuallo contrarium dixit, non probat.
- 8 Error quomodo probetur, cum testis dicit, se per errorem contraria deposuisse.
- 9 Testis periurus est, cum contraria deposuit animo nō se corrigendi.
- 10 Testimonio primo esse credendum, cum testis animo se corrigendi contraria deposuit.
- 11 Testimonio primo credi, etiam si illud primum iudicium esset summarium.
- 12 Testimonio contrario animo etiam se corrigendi, non credi ad commodum ipsiusmet testis.
- 13 Testimonio contrario credi cum hæsis detegitur.
- 14 Testis qui unum dixit, deinde coactus tormentis dixit contrarium, non probat, nisi ex testimonio cum tormentis.
- 15 Testis contrarius quando pro se, uel pro se & altero probet.
- 16 Testi non credi etiam in tormentis, ob periurium.
- 17 Testimonio primo uerisimiliori credi, reiecto primo.
- 18 Testimonio primo sponte prolato credi, & si cum secundo concurrant tormenta.
- 19 Testimonio primo prolato in iudicio credi, cum secundum non est in forma iudicij.
- 20 Testimonium iudiciale preferri extraiudiciali, etiam in mortis articulo prolato.
- 21 Testimonio contrario etsi aliquando credatur, non tamen plenè.
- 22 Testimonium secundum iudiciale preferri primo extraiudiciali.
- 23 Testimonium primum extraiudiciale preferri secundo iudiciali.
- 24 Testimonium extraiudiciale cum alijs coniecturis & presumptionibus preferri iudiciali.
- 25 Testimonium extraiudiciale scriptura factum, preferri secundo iudiciali.

- 26 Testimonium primum parte presente dictum preferri secundo iudiciali.
- 27 Testimonium secundum iudiciale cū primo extraiudiciali preferitur, integram tñ & plenā fidē nō facit.
- 28 Sententiam ferri non posse ex testimonio secundo iudiciali, quod primo extraiudiciali aduersatur.
- 29 Testimonium iudiciale receptū apud iudicē incōpetētē, nō preferri alteri iudiciali apud iudicē cōpetētē.
- 30 Testes sine iuramento in iudicij non admitti.

CASVS CVIII.

TESTIVM IN IVDICIO AVT EXTRA uariatum, contraria uè dicentium materia luculenter extrahatur. Item & perbellè demonstratur, primo potius an secundo credendū sit testimonio.

Quotidie usu uenit qd testis extra iudiciū interrogatus unum affirmat, deinde iterum in iudicium examinatus aliter rñdit. quare dubitari solet, an hic reiiciendus sit, uel ei fides adhibēda. Bar. in l. eos. nu. 3. ff. de falsis, inquit esse sub iudicis arbitrio. & idē scribit esse etiam alijs casibus post alios Didacus lib. 2. uaria. resolu. c. 13. nu. 7. quo melius iudex noster intelligat, in quibus hoc casu suum ueretur arbitrium, multos casus sic distinguo.

1 Primus est casus, qñ testis i eodē iudicio contraria, uel uaria dicit incōtinēti, absq; ullo correctionis animo, uel absque iusta causa correctionis: tūc eius testimonium fide penitus caret. l. qui falsa. ff. de testib. d. l. eos, in prin. ff. de falsis. l. cū precū. C. de lib. caus. c. licet causā, de probatio. Alcia. trac. præsup. reg. 2. præsup. 29. nu. 4. & Didacus lib. 2. uaria. reso. c. 13. nu. 8. uerfic. Ceterū. Rol. à Valle cōsi. 72. nu. 303. lib. j. f. cōtraria etenim & uaria tūc dixisse creditur, cū uariat i negotij substantia. Bar. d. l. eos. nu. 5. & ibi latius Marf. nu. 23. d. l. 2. nu. 17. 18. C. de bono. poss. secund. tab.

2 Secundus est casus, quando testis in eodem iudicio statim contraria dicit, sed corrigendi animo: tūc statim atque ita creditur secundæ attestatiōi. §. quia uerò, in auth. de testib. c. præterea, de testib. cogend. ita Bar. in d. l. eos. nu. 3. Fely. in c. præterea. nu. 10. de testib. Alcia. trac. præsup. reg. 2. præsup. 29. nu. 1. Dida. d. c. 13. nu. 8. uerfic. 2. si testis. f. Incontinenti autē tūc correctio facta dicitur, quando adhuc suum testimonium perfecte scriptum non est, uel si est perfecte scriptum, ipse tamen testis adhuc non subscripsit. ita gl. in cap. misericordē. 32. q. 1. quam ualde notabilem dixit Alex. in l. qui bona. §. si quis stipulatus. nu. 6. ff. de dam. infecto. l. as. l. error. col. 2. C. de iuris & facti igno. sic hoc casu incōtinēti dicitur, quādo testis iste nondum allocutus est partem, id quod iudicis arbitrio relinquatur. ita scribit Didacus q. supra, post Fely. d. c. præterea. nu. 10. & Crotum. trac. testij, nu. 340. debet enim Iudex hoc casu uti magna diligētia, ut intelligat an correctio ista sit uerisimilis uel non, an hic testis potuerit alloqui partem, à qua subornari potuerit, uel non; & an hic testis uir probus sit uel non. ita sensit Alci. d. præsup. 29. nu. 2. nec uerum est hoc casu quod scribit Bar. d. l. eos. nu. 3. esse errorem probandum, quoniam hoc euenit solū, ubi ex interuallo error allegatur, ut infra statim dicam; & tradit in specie Didacus ubi supra.

3 Tertius est casus, quando testis in eodem iudicio unū prius dixit, deinde ex interuallo, corrigēdi animo, contrariū dixit: tūc secundæ attestatiōi fides exhibetur, si modo doceat de errore iusto. ita Abbas & Fel. in d. c. præterea, ille nu. 3. iste nu. 5. de testibus cog. idem Fel. in c. qualiter, il. nu. 30. de accus. Decius c. cum causam. col. 2. de appella. Alciat. d. præsup. 29. nu. 3. Didacus. d. c. 13. nu. 8. uerfic. Sed & si testis ostenderit. Capicius. decif. 51. nu. 12. Error autem hoc casu ostēditur & probabilis dicitur, qñ uerisimilis obliuio allegatur. Bald. l. presbyteri. C. de episc. & cler. Alcia. qui supra. id qd iudicis arbitrio relinquatur, ex his quæ diximus supra de obliuione, & de uerisimilitudine. imò sensit post Abbate Fely. in d. c. cū in tua. nu. 3. uerfic. Item fallit, idē esse, qñ calore iracundiæ diceretur primum testimonium prolatum fuisse. idē que sensit glo. in c. ex literis, de diuor.

4 Quartus est casus, qñ in eodem iudicio ex interuallo contraria deponit absque animo se corrigēdi; hoc casu conueniunt omnes, hunc esse periurum, ut apud omnes. d. l. eos. Sed dubium in eo ueratur, an priori testimonio, uel secundo adhibenda fides sit. magis recepta opinio est, esse credendū priori testimonio ad cōmodum illius partis, pro qua prolatum fuit. ita Abbas, & Fely. in c. cum in tua. ille nu. 10. iste nu. 4. & ibi Aret. nu. 5. de testib. Corne. consi. 27. col. pennil. lib. 3. Decius consi. 175. nu. 7. & consi. 189. n. 10. Didacus d. c. 13. nu. 8. uerfic. tertium est qd. qui hāc esse communem testatur. Ratio est solida, quæ colligitur ex c. sicut nobis, de testib. qd fortius procedit, ubi primum testimonium ratihabitione secuta confirmatum fuisset. ita Decius d. consi. 175. nu. 8. & alijs probat Rolan. d. consi. 73. nu. 33. lib. j. quibus constat male sensisse Butri. in d. c. cum in tua, & Bal. l. gesta. col. 2. C. de re indi. qui dixerunt nullum testimonium ex his recipi, ex d. l. eos. & d. c. præterea, quæ hoc in casu nō militat, sed in casu subsequenti declarationis.

Extenditur primò, ut procedat, etiam si primum iudicium fuisset summarium: nam adhuc primum testimonium secundo preualet. ita Fely. in d. c. cum in tua. nu. 4. propè finem, de testib. post gloss. in cap. ueniens, de testibus, ea ratione utuntur, quia quoad fidem ipsius testis, iudicium summarium non dif- fert à plenario.

Extenditur secundò procedere, etiam si hic testis sub prætextu declarationis, quæ non conueniret, uel let se corrigere: ita Alcia. d. præsup. 29. num. 3. in fi.

12 Declaratur hic casus, ut non procedat, qñ quādo ad commodum ipsiusmet interrogati, cuius dicta non recipiuntur ob uarietatem. d. l. eos. d. c. præterea, quæ sic intellexit Didacus, quem paulò ante citauit.

13 Declaratur secundò, ut non procedat in crimine hæresis, nam tūc, & si ex interuallo contraria testimonia prolata fuerint, nihilominus statim illi testimonio, quo hæresis reuelatur, quare, & si primū testimonium sit iuramento firmatū, & hæresim non detegat, secundum uerò detegat, deferendum potius est huic secundo: ita post multos scribit Didacus d. c. 13. nu. 9. ex text. ca. accusatus. §. licet, Fel. d. cap. cum in tua. num. 5. in fi. inquit enim relati omnes esse speciale in crimine hæresis, ut illi testimonio magis fides adhibeatur, quo hæresis detegitur, ne tam horrendū crimen occultum sit. id quod rectè intellexit Didacus

Didacus procedere, cum inditijs manifestis constar, hos suum testimonium corrigere non leuitate ducti, non corrupti pretio, sed fidei orthodoxa zelo. intelligitque procedere siue agatur de ipsius testis persona, siue de eius socijs, cum maxima sit ueritatis presumpcio, propriae culpae cognitio: & eius apud iudicem professio, quod (inquit ille) iudicis discreti arbitrio committendum est.

14 Quintus casus est, cum testis unum sponte dixit, deinde tormentis coactus contrarium protulit: tunc fides adhibetur illi testimonio in tormentis prolato. ita Bar. in d.l. eos. nume. 2. & cum eo senserunt Ang. & alij, in l. si postulauerit. §. sed si. de adulte. Alciar. d. presump. 29. nu. 7. Didacus d. c. 13. num. 8. in fin. ex tex. d. l. si postulauerit. §. sed si negauerit. de adult. qui casus intelligitur praesuppositis temp. habilibus, hoc est, locum torturae esse posse; iuxta declarationem Alcia. d. presump. 29. in fin. quem secutus est Cephalus conf. 234. nume. 8. lib. 2.

15 Declaratur primo hic casus, ut non procedat quoad commodum alterius, uel sui & alterius quis interrogatur, tunc a primo non receditur, & si secundum cum tormentis prolato fuerit: ita Bar. in l. i. §. quaestioni, de questio. quem secuti sunt Areti. consil. 71. col. 2. Soc. sen. consil. 253. col. 2. lib. 2. Decius consilio 175. numero 8. uersic. Non obstat. consilio 189. numero 10. Alcia. d. presump. 29. nu. 7. Crauet. consil. 6. nu. 45. Cephalus consil. 234. nu. 10. lib. 2. Gra. consil. 59. nu. 7. Didacus. d. c. 13. nu. 8. in si. qui saltent in criminalibus, hoc sine dubio esse admittendum censet. q. 3. & si perinrium tollatur per tormenta. l. ob carmen. §. pen. ff. de testib. §. si uero, in auth. eo. non tamen in criminalibus, in quibus aliud solet seruari, ut annotauit Bart. in l. 1. nu. 12. C. de sum. Trini. & fide cathol. & Cephalus. d. consil. 234. nu. 19. lib. 2.

16 Declaratur secundo non procedere quando hic testis ex secundo testimonio in tormentis prolato, prius efficaciter, ita Craue. consilio 6. nume. 16. post Decium consil. 189. nu. 10. prope finem, quibus addo Ruinum consil. 146. n. 3. 4. lib. 5. & Cephalum consil. 234. nu. 2. 3. lib. 2.

17 Declaratur tertio non procedere, quando primum testimonium sponte prolato esset uerisimilius, ita in specie Soc. sen. consil. 253. col. 2. uersic. uel etiam & clarius, lib. 2. Rolan. d. consil. 73. num. 33. lib. 1. Crauet. consil. 6. nume. 49. & consil. 75. nu. 32.

18 Declaratur quarto non procedere quod iam sponte hic contrarium testimonium protulisset, deinde tortus idem dicit, quod secundo loco dixerat, tunc statim primo dicto: ita declarando Bar. d. §. sed si negauerit, respondit Cephalus. d. consil. 234. nu. 13. lib. 2. uersic. dubito non parum, cum secundum dictum sit duplicatum & tormentis confirmatum.

19 Sextus casus est, quando primum dictum fuit in forma iudicij prolato, secundum uero sine forma iudicij, puta post publicationem ipsarum attestacionum tunc priori testimonio fides adhibetur, secundo reiecto. ita Bar. d. l. eos. nu. 4. ex tex. l. generaliter. C. de no. num. pecu. cum Bar. idem sensu Fely. in d. c. cum in tua. nu. 6. de testib.

20 Extenditur ut procedat, etiam si secundum testimonium prolato fuerit in mortis articulo, adhuc enim primo testimonio deferendum est: ita in specie

nostra scribit ipse Baldus. d. l. gualiter, ultimo notab. & ibi Salic. Fely. d. c. cum in tua. nu. 6. de testib. & Didacus d. c. 13. nu. 7. in fine, ex tex. l. si quis in graui. §. primo, ff. ad S. C. Syllania. quo loci scribit Bar. non esse credendum illi, qui moriens dixit, se aliquando falsum testimonium pro aliquo dixisse, ita etiam iudici non creditur, si in extremis agens dixit, se malam uelle sententiam. & cum Bartolo senserunt Alexand. consil. 24. n. 15. lib. 2. Cur. sen. consil. 70. col. 1. Gram. decisio. 56. numero 14. & uoto 3. nu. 15. Alcia. tract. presump. reg. 3. presump. 4. Placa lib. 1. Epito. delict. c. 13. nu. 15. 17.

21 Declaratur ut non procedat quoad integram & perfectam fidem: nec enim hoc testimonium est absolute perfectum & idoneum, sed eius fides minuitur, ut infra statim in casu sequenti referam. & in specie huius casus sic declarauit Fely. d. c. cum in tua. nu. 6.

22 Septimus casus est, quod testis primo unum protulit testimonium extra iudicium, deinde contrarium dixit in iudicio, tunc ex magis recepta opinione statim secundo testimonio, primo reiecto. ita affirmarunt glo. in c. cum causam, de testib. Bald. l. nullum. nu. 2. C. de testib. communem testatur Decius in cap. per tuas, de proba. in fine. idem Fely. d. cap. cum in tua. numero 7. Alexan. consil. 63. lib. 1. & consil. 222. nu. 13. lib. 2. Capella Tolosa. quaestio. 280. Marfil. l. eos. nume. 11. & nu. 22. de falsis. Craue. consil. 6. nume. 7. alios recenser Didacus. d. lib. 2. uaria. resolut. cap. 13. numer. 7. Boerius. q. 108. nu. 3. communem esse testatur post in finitos, quos recenser, praesertim post Ferrat. cautela 13. Rolan. a Valle. consil. 40. numero. 2. 4. 5. lib. 1. Neuza. consil. 8. nume. 48. hocque ea ratione affirmant, ob iuramenti religionem, & iudicis auctoritatem, cap. sicut nobis, de testib. & ca. 1. in prin. quod sit inuestitura. Quibus constat male sensisse eos, qui dixerunt, huius testimonio nulla ratione credendum esse, quin ut falsarium esse mulctandum, ita Barto. d. l. eos. numer. quarto. & cum illo senserunt Anch. clement. 2. de testibus Butri. d. capi. cum in tua. de testib. & alij plures, quos retulit Ferratius d. caute. 13. Questio est.

23 Declaratur primo, ut locum sibi non uendicet relatus casus, quando primum testimonium extra iudicium cum iuramento emissum fuit, nam tunc secundum in iudicio prolato illi contrarium, facit ut utriusque fides obscuratur & tollatur. & hoc casu relata Bartoli & sequacium opinio locum habere potest, ita sensu Didacus d. capi. 13. numero 7. post Decium d. consil. 189. numer. 10. in fine, & d. cap. per tuas, in fine. Craue. consil. 6. num. 5. & ita clare docuerunt Abbas & Decius d. cap. per tuas, in fine, de probatio. & ante eos ita Bul. consilio 384. col. ult. lib. 3. & alios recenser Rolan. a Valle consil. 40. nu. 10. lib. j. est ratio, quia periurus est. Et hanc sententiam probauit Ferratius d. cautela. 13. Quaes. in fine, qui scriptum reliquit se bis in iudicij hic Patuij obtinuisse. idem censuit Boerius q. 108. nu. 3.

24 Declaratur secundo, ut locum non habeat hic casus, quando contra secundum testimonium iudiciale plures urgerent coniecturae & praesumptiones, nam tunc potius fides adhibenda est primo testimonio pro quo coniecturae ipsae militant. ita Roman. consil. 505. col. 2. Fely. d. c. cum in tua: in fine, de testib. & in c. l. teras,

teras. 2. notab. de praesumptio. Decius d. cap. per tuas. in fine. de proba. Didacus. d. cap. 13. nu. 7. uersic. est & aliud. Rolan. d. consil. 40. num. 13. & consil. 73. nu. 34. lib. 1. Marfil. sing. 298. Craue. d. consil. 6. num. 45. & consil. 75. num. 31.

25 Declaratur tertio non procedere, quando primum testimonium extra iudicium fuisset per scripturam prolato; ita Barba. & Aret. d. cap. per tuas, in fine, & ibi Dec. ex d. l. eos. secundo responso.

26 Declaratur quarto, ut non procedat, quando primum testimonium parte praesente fuisset prolato. ita Decius. d. c. per tuas, in si. post Tyndarum tract. testium, qua in re non parum dubito, cum ad fidem & religionem testis partis praesentia pertinere non uideatur.

27 Declaratur quinto, ut locum non habeat quo ad plenam & integram fidem; quia hoc casu, & si secundo testimonio credendum sit, attamen eius fides minuitur. ita scriptum reliquerunt Didacus d. cap. 13. nu. 7. uersic. est & aliud. & Rolan. d. consil. 40. nu. 12. post Inno. in cap. praeterea. de testib. cogen. Aret. consil. 71. col. 3. Alex. consil. 124. col. 2. lib. 6. Ruinus consil. 35. col. penul. lib. 4. Marfil. d. l. eos. numero 21. de falsis, & consil. 109. col. ult. Craue. consilio 6. numer. 46. consilio 74. numero 6. & consilio 75. numero 30. idem scriptum reliquit Alciatus d. presump. 29. nume. 4. uersic. debilitatur tamen, qui ait, ex huius testimonio iuramentum in supplementum deferri non posse, quare docuit Fely. in d. c. cum in tua. nu. 6. de testib. quod si haec nulla esset lata sententia, non esse ferendam ex huius testis testimonio. Marfil. d. l. eos. nume. 17. sed doctrina Fely. non procedit, ubi duo testes essent: ita Alcia. d. presump. 29. nu. 4. uersic. Sed quod si essent, post alios quos refert.

29 Octauus est casus, quando testis primum testimonium in iudicio, sed apud iudicem incompetentem; & postmodum contrarium dixit in iudicio apud iudicem competentem. quo quidem in casu scriptum Specula. in titulo. De teste. §. 1. num. 72. secundo testimonio esse credendum. Specula. est secutus Fely. in cap. cum in tua. n. 5. de testib. & communem testatur Rolan. a Valle d. consil. 40. nume. 6. lib. 1. Accedit Soc. sen. consil. 253. col. 2. uersic. primo quod imo. lib. 2. aliter scribit Didacus d. cap. 13. nume. 7. uersic. ex quo apud me. ea ratione utitur Didacus, quia apud iudicem non recipiuntur testes sine iuramento. l. ius iurandi. C. de testib. nec aliter sensit Abbas d. cap. per tuas, col. ult. nu. 11. euenit tamen aliquando, ut non iuratus iudicialiter interrogetur, ut sensit Bald. in l. ult. C. de re iudi. & Fel. cap. cum in tua. num. quinto, id quod si eueniet, eo casu defendi poterit Specula. opinio. haec sufficiant.

S V M M A R I V M.

- 1 Testis, qui uirtute monitorialiū deponit, repetendus est in forma iudicij.
2 Testis semel interrogatus an in secunda interrogatione respondere possit, dico ut alias dixi.
3 Iudicis arbitrio relinqui, an testis iterato cogi possit respondere.
4 Testimonium prolato in iudicio nullo, posse in alio iudicio a iudice ratum haberi.
5 Testamētū inualidū solo uerbo a testatore ratificari.

- 6 Testimonium prolato in iudicio sumario, in plenario esse repetendum. ad hoc ut probet.
7 Testis coram arbitro examinatus non potest se ad illud dictum referre, si in alio iudicio repetatur.
8 Testes facilius coram arbitris mentiri.
9 L. ult. C. de testibus, sensus & intellectus.
10 Testis non potest se referre ad primum dictum cum illud falsum est.
11 Iudicem recusare posse testis responsionem, dum se refert ad primum testimonium.
12 Testis secundo loco examinandus petere potest primas attestaciones sibi legi.
13 Testis protestari certa sub forma debet, cum iterato examinandus est.

C A S V S C I X.

QUANDO LICEAT TESTI IN SECUNDA INTERROGATIONE SE AD PRIOREM REFERRE.

Hic casus proximè accedit iam relato. Non semel euenit, quod iam interrogati repetendi iterumque interrogandi sunt; ut sit, cum ex utriusque literarum monitorialium excōicationis timore propalarunt; seu eorum testimonium dixerunt: nam, ut eis credatur, reperi in iudicio debet, ut annotauit Neuiz. lib. 3. syluæ nup. nu. 61. quod supra lib. 1. q. 26. in fine attingi. euenit etiam hoc, & alijs casibus, ut cum minus solemniter examinati fuerunt. quod statim subijciam. Cum ergo hæc eueniunt, solet dubitari, an testis iure ita respondere possit, dico prout alias dixi. uel a iudice cogi ualeat, ut iterato singulatim respondeat?

Prima fuit opinio Bal. in l. ult. in si. C. de testib. cog. posse, ut iterato respondeat. idem placuit Fel. in c. p. tuas, in fin. de proba. licet in c. cum in tua. nu. 1. in si. de testib. dubitet. sic cum Bal. sentiunt alij relati a Boer. q. 108. nu. 6. Sed Baldi rationibus respondet Salic. in l. iuris iurandi, col. ult. uersic. Sed potes respondere. C. de testib.

Secunda fuit opinio Bar. in d. l. eos. nu. 6. ff. de falsis. hanc nouam esse apud eum iuris disceptationem, quæ dum absoluit, inquit, hoc iudicis arbitrio relinquendum esse, qui quidem iudex potest si uult, & econtra, cum Bar. idem senserunt Soci. sen. consil. 98. col. 9. uersic. postremo etiam, lib. 3. Fel. c. cum in tua. nu. 1. de testib. Alex. l. legata inutiliter. nu. 7. & ibi Iaf. nu. 16. de leg. 2. & Neuiz. lib. 3. Syluæ nuptia. nu. 91. alios recenser, & si ipse dubitet. sed esse iudicis arbitrio ante alios sensit Castrè. consil. 169. Super primo dubio dicendum est quod cum. col. 2. uersic. super secundo dubio. lib. j. & Boe. q. 108. nu. 6. cum. n. iudex responsionem hanc admittit, ostendit se satis confidere, uel de propria, uel de alterius iudicis adhibita diligentia: cum uero negat, responsionem hæc admittere, ostendit se dubitare; & ob id uel ne uidere qua trepidatione, qua constantia testimonium is dicat, iux. l. de minore. §. tormenta, de quaest. si itaq; testimonium hoc a iudice recipitur, ei fides adhibenda est; atque ita primum est caput.

Extenditur primo, ut locum etiam habeat, quando is testis iam in iudicio nullo & inualido deposuisset: ita sensit Bar. d. l. eos. nu. 6. dum adfert illam rationem ex testatore, qui ubi testamentum inualidum condidit, potest illud absque alia uerborum expressione confirmare. l. 1. §. sed si filius, de leg. 3. l. quidam ex liberis. §. testis.

est. de bono possess. secund. tab. l. querebatur. de te sta. mil. hoc idem clarius affirmavit Iaf. d. l. legata inu rilitur. nu. 17. de leg. j. & Sal. d. l. iurifurandi. col. ult. uerf. sed iuxta. Fel. in d. c. cu i tua. nu. 1. uerf. 2. limita. de testi. nec dissentit Neui. d. lib. 2. Syluæ nup. nu. 6 r. dñ retulit d testimonio plato i curia episcopali, qd in foro ciuili non sufficit ad pbadū, ut supra attingi.

Declaratur primò, ut non procedat, qñ in iudicio summario facta esset prima illa examinatio: tunc testis non pot ad illa se referre, cum dicatur illa minus diligenter facta, ita Aret. in d. l. legata inu rilitur. eum est secutus Soc. sen. d. c. l. 98. col. 8. uerf. postremò. l. 3. qui his adductus rñdit, idē esse qñ testis priuatim ad partis instantiam testificasset, quoniam cessat om nis diligentia, qua iudex uti solet. & hoc casu secun dum Aretinum procedere potest Baldi sententia.

Declaratur secundò, ut locum non habeat, quādo testis coram arbitro iam fuisset examinatus: nā tūc nō potest se referre ad priorem depositionem. ita Sa li. in l. ult. C. de testib. col. 2. uerf. sed ubi. quem secu ti sunt Fel. d. c. cum in tua. col. 1. uerf. hoc aut. & c. So ci. sen. d. consilio 98. col. 9. uerf. postremò. Illa ē rō, quia non dicitur ea diligentia interrogatus, qua corā iudice ordinario interrogari solet. facilius. n. testes corā arbitris mentiuntur, cum plecti ab eis non pos sint corā ordinarijs. hic est casus d. f. l. ultima. C. de testib. quæ uerē loquitur de testib. coram arbitris examinatis, & hoc casu rectē loquitur ibi Bal. in fi dum eo textu adductus, inquit, qd aliās illa dispositio esset elusoriē condita. Baldi itaque doctrina secundū legem, quam allegat, est, intelligenda ut inquit Bar. i l. non solum. §. si liberationis. num. 7. de lib. leg. Soc. iun. consi. 68. nu. 27. lib. 1.

Declaratur tertio, ut locum hæc sibi non uendi cēt cum testimonium illud primum fuit nullum rō ne falsitatis: nam tunc ad illud nullo modo hic testis se referre potest, ita Sali. in l. iurifurandi. col. fi. uerf. sed iuxta. C. de testib. Fel. d. c. cum in tua. col. j. uerf. secundò limita. de testib. ratio est manifesta, quoniā ueritate ipsa caret.

Secundum uerò huius disceptationis caput ē, qñ iudex recusat simplicem illam responsionem, ut inquit Bar. rectē facit ex causa, quoniā uult uidere quo uultu, qua in patione testis iste deponit. d. l. de mi nore. §. tormenta. ubi iudex suspectum habet testem, hoc omninò facere pot, & debet, ut scribit Bald. l. 1. §. editiones. ff. de edea. Maril. d. l. eos. numero 4. in fi. de fals. & l. ex libero. numero 15. de quæstio. Hoc ergo secundo capite duo præbet consilia Bartol. d. l. 12 eos. Primum, ut petat f testis sibi exhiberi primas suas attestations pro meliori informatione. argu mēto. l. cum si exhibuisset. §. 2. de publi. qd sanè con silium probant ibi Marfi. nu. 6. & Boe. d. q. 108. nu. 9. imò Bar. d. l. eos. num. 7. intelligit procedere etiam si adhuc attestations publicatæ non sunt. Ego mo neo iudicem in hoc diligentem esse debere, ut ani maduertat, an rationabiliter hoc a teste petatur: nam si uerisimile non esset testem iusta causa hoc petere; debet iudex eum repellere, putà si factum non esset ita perplexum, uel tã de antiquo, ut ex integro posset testimonium ferre. quorsum enim hoc peteret, si de se iam satis est instructus, potius enim calumniōse petere hoc uideretur. Secundum consilium est, ut

cum hac protestatione respondeat, dico ut nūc mi hi uideretur, qd si constabit, me iam aliās aliter dixisse, meā hanc depositionem ad illā primā refero, cū tūc melius horū memor essem. idē affirmarūt relati Mar fi. & Boer. q post multos solū intelligit pcedere pos se in perito, quia scit ita ptestari; nā uix esset, q igna rus hāc faceret protestationem. præterea ex causa reijcere eam protestationem posset iudex.

S V M M A R I V M

- 1 Inimicum a testimonio repelli.
2 Iudicis arbitrio relinqui, q inimicitia testē repellat.
3 Inimicitia capitalis, q sit, a iudicis arbitrio pendet.
4 Inimicitiam grauem causari ex omnium bonorum controuersia.
5 Causa ardua est, quæ omnium bonorum est.
6 Pecunia secundus sanguis appellatur.
7 Causam capitalem inimicitiam causare, qua testis recusare potest.

CASVS CX.

QVÆ INIMICITIA TESTEM A FE- rendo testimonio repellere possit.

Inimicū f repellit a testimonio nemo est qui igno ret, quod clare probare uidemus in auth. si testis dicatur, ubi omnes. C. de testib. & in §. si uero quis, in auth. de testib. Ripa in c. 1. num. 18. de iud. & multa diximus supra lib. 1. q. 28. quo loci latissimè declara ui; non licere iudici arbitrium habenti testimoniū inimici recipere. Sed ambigitur apud nostros, qua lis ac quanta esse debeat causa huius inimicitie, tan dem concludunt esse in iudicis arbitrio. ita censuit Barba. consi. 21. col. pen. lib. 2. consi. 22. col. 3. pro pē fi. consi. 80. in fi. lib. 3. & consi. 45. col. pen. in fi. Afflic. c. 1. nu. 21. uerf. Item habet arbitrium decla randi quæ sit, ex quib. causi. feud amitta. ex glo. in c. cum oporteat, in uer. inimicos, de accus. quam etiā probauit Marfi. in l. quæstio. nu. 2. de quæstio. & q ca pitalis f dicatur inimicitia, iudicis arbitrio relinquitur Gram. consi. 57. nu. 9. Hic autē iudex illā graue esse f inimicitiam hoc casu iudicare poterit, quæ ex controuersia omnium bonorum orta est. Bal. in l. pa rentes. C. de testib. qui docuit, causam pecuniariam arduā capitali æquiparari. quæ sanè arduā f causa tūc iudicatur, cum de uniuersa substantia controuertiunt. ita respondere Anch. consi. 26. & Barb. consi. 3. col. 11. & consi. 16. col. 4. in fi. lib. 2. & capitalem. inimicitiam satis ex eo probari, q de omnibus bonis lis est, ita egtegiē affirmauit post Ale. Rom. Cur. & Io. de Ana. Crau. consi. 31. nu. 3. uerf. & in termi nis. consi. 75. nu. 1. sic Gram. decif. 28. nu. 5. Huius snæ est ratio, quia f pecuniæ hodie præsertim sunt loco sanguinis, gl. l. Aduocati. C. de aduo. diuers. Iud. Iaf. l. nec quicquam. §. ubi decretū. nu. 2. in fi. de offi. Proconsi. Petraf. sing. 37. col. 1. Afflic. decif. 24. num. 4. Ripa in c. 1. nu. 18. de iud. qui in specie hac dere nostra loquitur, f Causam autē capitalem causare ini micitiam dignam, qua testis suspectus habeatur, pro bat tex. in d. §. si uerò quis dicat, in auth. de testib.

S V M M A R I V M.

- 1 Acta inter alios alteri non nocent.

Testes

- 2 Testes examinati inter alios semiplenè probant.
3 L. a sententia ff. de appella. declaratur.
4 Appellationem a leui præiudicio admitti.
5 Testimonia antiquitus prolata non nocere.
6 Iudicis arbitrio relinqui, quam fidem faciant testes inter alios axaminari.

CASVS CXI.

QVAM FIDEM FACIANT TESTES inter alios Interrogari:

QVæ inter alios aguntur alijs nō nocere, ostēdit integer ille rituius. C. res inter alios acta, quæ amplissimis commentarijs illustrauit magni nominis uir Andreas Tiraq. multis tñ in casibus nocere solent, ut cum inter alios f testes examinantur: nam alijs ita nocere dicantur, ut contra eos semiple nē pbare credantur. ita docuit Bar. in l. admonendi. n. 45. de iureiur. qui intelligit, qñ de nouo examina ri testes illi nō possent, si enim possent, nihil penitus probarent; qm negligentia illius adscriberetur, qui eos interrogari non curaret. cum Bartol. senserunt Alex. in l. sape. nu. 70. de re iudi. & alios recenset Fel. in cap. quamuis. col. 1. de re iud. Rui. consi. 14. nu. 1. lib. 2. consi. 13. nu. 3. consi. 59. nu. 3. in fi. consi 92. nu 15. lib. 4. Marfil. sing. 435. Decius l. 2. num. 50. C. de eden. dixit esse cōem. hanc quoq; probauit idem De cius consi. 272. num. 3. in quā opinionē adducti sūt argumentatione à simili sumpta à snā ad probatio nes, ex f la sententia, de appell. qui sanè tex. hanc opi nionem probare non uñ, cum loquatur in iure con nexo inter illum contra quem est lata sententia, & il lum tertium, uel dicendum est (ut ait Alex. d. l. sape. num. 71.) solū affirmare, quòd ratione præiudicij appella elicit: sed clarū satis est permitti f appella tio nem, ratione leuis præiudicij, non tantum. ff. de ap. l. l. & in minoribus. C. eo. non ergo semiplenam p bationem faciunt testes, nec semiplenum detrimen tum sententia. imò huic sententiæ aduersatur cap. in ter dilectos, de fide instru. quo affirmatur, f testimo nia antiquitus lata nihil alteri nocere, cum certū est non potuisse iterum examinari, tex. illum sic consi derauit Aret. quem statim referam, & post eum Cur. Sen. de quo infra.

Secunda fuit opinio, hos testes solam præsumptio nem inducere; ita Aret. in cap. causam quæ, col. 4. de testib. & cōsi. 165. nu. 3. Ferdinan. Loazes in l. filiuf sam. §. Dmi. n. 329. de leg. 1. Carolus Molinæus in cō sue. Parisi. tit. 1. §. 5. nu. 38. quos etiam secutus est Di dacus libro pract. quæstio. cap. 13. num. 1. uerf. Cæ terum. Ratio est, quia solemniter præsumuntur uel receptæ probationes, uel lata sententia ex præsumptio ne bona, quæ pro iudice est. l. 2. C. de off. ciuil. iud. Tertia opinio eorum fuit, qui dixerunt, hoc f iudi cis arbitrio relinqui. ita docuit Abbas d. ca. quāuis, nu. 3. de re iud. & clarè Marfi. in l. qōnis modū. n. 60. de qō. idem scribit Alc. in l. 2. nu. 29. C. de eden. non dissentit Tiraq. d. trac. Res inter alios acta. limit. 29. Didacus qui supra, qui sēfir, duas has posteriores opi niones unam esse, nēpē has probationes contra hūc tertiu præsumptionē facere, quæ qualis, & quanta sit iudicis est arbitrio; nec aliter cæteri relati sētiūt, præ

sertim Cur. sen. consi. 13. Magnifice uir, col. 3. qui rem hanc satis latè explicauit. & tanta esse pot, ut et semiplenè pber. ita Molinæus d. §. 5. nu. 39. iudex ita que prudens considerabit negotij statum, an conne nexitatem aliquam cum iure tertij habeat uel non, an c lare pbationes illæ sint, uel non: nam omnibus diligentissimè perpensis, iudicare rectē poterit, an se miplena probatio, uel sola qualis qualis præsumptio ex illis infurgat contra. tertium illum.

S V M M A R I V M.

- 1 Nuntio publico credi in spectantibus ad eius officij.
2 Nuntio solo non credi in regione Pedemontium ex no uis constitutionibus.
3 Nuntium publicum personam uilem esse.
4 Notario solo non credi.
5 Præsumptionem esse pro arbitro.
6 Præsumptionem esse pro iudice, & ibidē declaratur.
7 Delegato non credi de mandato sibi factō.
8 Iudicis arbitro relinqui, an publico nuntio credatur de pertinentibus ad eius officium.
9 Nuntio publico non credi cum de graui præiudicio agitur.
10 Nuntio publico uita illaudata contra personam ual de honestam non credi.
11 Nuntio publico non credi, cum citatus cōiecturis & præsumptionibus ostendit, se non fuisse citatum.
12 Nuntio publico non credi de his, quæ extra suum offi cium sunt.
13 Nuntio publico referenti se a reo citato uulneribus affectum, non credi.
14 Iudicis arbitrio relinqui, an credendum sit nuntio re ferenti a se citato uerberatum.
15 Nuntio publico referenti se ab aliquo impedimentū fuisse suum officium exequi, non creditur.
16 Nuntio publico credi in connexis sui officij.
17 Nuntio publico referenti dixisse, se nolle uenire, credi.
18 Citatione mandata, an mandata censeatur responsio.
19 Antecedens quando suum consequens ad se trahat.
20 Nuntio publico nō credi super bonorum ex cussione.

CASVS CXII.

QVANDO PVBLICO NUNTIO REFE- renti adhibenda sit fides uel non, plenius & dilu cidius quàm hæctenus factum sit, declaratum.

Perplexa admodum est apud nostros iuris disce- ptatio, qñ quibusuē casibus, publico nuntio, quæ apparitorem uocamus, credi debeat. & cum multa iudicis arbitrio diffinienda tribuant, quòd res in foro quotidiana clarius enucleetur, duos casus principa les sic distinguo. Primus f est, cum agitur de his, quæ ad ipsius nuntij officium spectant; puta, cum refert se citasse, & citatum personaliter inuenisse, uel cum refert se misisse in possessionem, quæ iudex mittēdū esse pronuntiauit. hoc in casu una fuit opinio affir matua, credi. ita eam probarunt glo. in cap. cum pa rati. in uerbo, nuntius, de appel. Bar. in tract. ad repri mendum, in uerbo, per nuntium. sic Bal. Specul. Imo. Fely. Roma. & alij nonnulli, quos retulit Decius in d. c. cum parati. nu. 10. ubi hanc esse magis commu nem affirmauit, qd facit & Tiraq. de retra, consang. §. 8. glo. 9. nu. 10. 11. qui & alios ita affirmātes præter

Dec. reulit. His accedit Alci. de præsum. reg. 3. præsum. 14. nu. 1. & Vantius tract. nullitatem, tit. de nullitate ex defectu citationis. nu. 150. quam sanè sententiam probari credunt in d. cap. cum parati. de appell. & in l. 2. C. de execu. & exact. lib. 12.

Secunda fuit opinio negativa, huic nuntio solo non credi, quam probarunt Sal. in l. tres denuntiationes, col. 2. uerf. sed an credatur nuntio. C. quomodo & quoniam iudex, & ante eum glo. c. quoniam contra, in uerbo, citationes. de proba. & gl. ca. quod sicut, de elect. Baldum ac alios retulit Tiraq. d. gla. 9. n. 3. inquit isti, non credi soli nuntio de citatione ab eo facta, & ob id duos testes adhibere debere. quam opinionem probauit (ait Tiraq.) consuetudo Galliarum. sic est decretis Pedemontium, statutum in nouis constitutionibus, in tit. delle citationi. §. tutte le citationi. ea ratione adducti, quod si uis persona sit & abiecta: Cuius fraus & dolus multum detrimenti adferre potest: uilem autem personam esse, experientia quotidiana demonstrat. atque ita hunc appellant multi ex nostris quos longa serie enumerat Tiraq. d. glo. 9. numero 2. Verum leuis admodum est ratio ista, quia & si uiles personæ hæc sunt, eorum tamen officium ita à iure probatum est, ut credi ei debeat.

Secunda ratio alij utitur, quod unius uox nec condemnat, nec iustificat. c. admonere. 3. 2. q. 2. & c. licet ex quadam, de testib. sed responderi potest, iura illa loqui in testibus, ut unius testimonium singulare idoneum non sit, quo condemnetur aliquis. l. ubi numerus, de testib. quare testimonio unius uiri, quantum uis probi non creditur, at nos in nuntio loquimur, cuius fides & auctoritas à iure probata est.

Tertio argumentatione à fortiori alij utuntur, quod si soli notario non creditur, si uerò absunt, in auctoritate hæred. & falcid. sic nec iudici nec arbitro. l. ne in arbitris. §. pen. C. de arbit. c. quoniam contra, de proba. ergo nec nuntio. sed facilis est nodi dissolutio, cum relata iura in his procedant, quæ specialem quandam determinationem habent: nam tex. d. §. si uerò absunt, negat, eo in casu tantum soli notario non credi, in nuens in cæteris credi, ut probat l. si quis decurio. C. de falsis, & latè scribit Alci. tract. præsump. reg. 3. præsump. 13. sic text. d. l. ne in arbitris. §. penul. procedit, quoad iustificationem eorum laudi. qua de re plura scripsi supra libro primo q. 62. nam regulariter pro arbitris præsumptio est, ut multis ostendit Alci. qui supra præsump. 12. & alia tradit Parisius consilio 89. numero 8. 9. lib. 1. & consilio 24. num. 153. lib. 2. sic quod de iudice dicitur, pro eo est quidem præsumptio. l. 2. C. de offic. iud. sed declaratur in casu d. c. quoniam. contra, de proba. ut pro eo non præsumatur pendente appellatione, ita declarat Alci. d. reg. 3. præsump. 9. nume. 4. adferri etiam solet quartò pro hac opinione tex. l. ult. C. de bo. uaca. lib. 10. & l. 1. C. de decurio. lib. 12.

Quintò à simili argumentantur ex l. 1. C. de manda. Princip. cum contingat, de rescrip. capit. cum in iure peritus, de offic. deleg. dum scribitur, non credi Delegato se mandatum habere, ita nec hic. Sed diuersa admodum est ratio: nam mandatum illud est, quo auctoritas & iurisdictio fundatur, & cum de illo non constat, ut uir priuatus is Delegatus habetur, nimirum si ante factam de mandato fidem, non cre-

ditur: sic & in ipso nuntio dicimus, ut ei non credatur de commissione seu mandato iudicis, ut hæc cõem. esse sententiam testatur Alci. d. præsump. 14. nu. 5. & rñdit Rui. consi. 189. nu. 2. li. 1. & consi. 15. nu. 8. li. 4.

8 Tertia eorum fuit opinio, qui hoc iudicis arbitrio relinquendum esse dixerunt. ita Hostien. Abb. & alij multi in d. c. cum parati. de appella. & multos retulit Tiraq. d. §. 8. glo. 9. n. 9. quibus accedunt Barba. consi. 21. col. pen. lib. 2. & consi. 45. col. pen. in fi. lib. 4. Marf. l. quæstionis modum. nu. 26. de quæstio: idem censuit Marcus Mantua in c. quoniam contra. nu. 46. de proba. hos pariter ego sequor. prudens ergo iudex noster qualitatem personarum, & negotij considerabit, atque ubi nihil contra nuntij grauitur urget, probabit illius fidem & rationem: nã in dubio pro regula, quæ ad fauorem ipsius nuntij est, pronuntiabit. multæ autem sunt causæ, quibus à fide nuntij recedet iudex. ac primò, quando graue præiudicium uerfatur: nã tunc soli nuntio non creditur. ita Bar. in l. Diuus. la. 2. num. 8. de custo. reo. Alex. consi. 75. col. penul. lib. 4. Decius consi. 94. col. 2. num. 3. Tiraq. d. glo. 9. num. 7. & nume. 30. Marfil. consi. 6. num. 9. & Gramma. uoto 21. num. 2. & Alci. d. præsump. 14. in fi. puta (ait ille) in causa criminali. & in his opinor nec etiam credi Curfiori Papæ, quamquam illius fides magis probata sit, quam aliorum nuntiorum ut inquit Rota decis. 15. in fi. de dolo & contum. in nouis, quæ ita declarari potest.

10 Recedet secundo, quoniam si persona citati ualde honesta esset & integræ fidei, nuntius uero nita illandate aut alia iusta causa suspectus; ita sentit clarè Deci. d. c. cum parati. nu. 10. in l. de appel. & Tiraq. d. glo. 9. nu. 8. & nu. 31. post Ang. in l. perfectus. C. de anna. exc. & hoc est in quo magis iudicis arbitriū uerfatur, cum personarum qualitas in facto non in iure consistat, & a coniecturis hæc pendent, quæ iudicis arbitrio consideranda subiiciuntur.

11 Recedet tertio, quando is citatus, se citatum fuisse negaret, idque uel claris probationibus, uel ualidioribus coniecturis & præsumptionibus uellet probare, id quod sentit Tiraq. d. §. 9. num. 4. 5. qui aliquos recenset, qui affirmarunt soli iuramento citati credi, se citatum non fuisse: in qua opinione fuerunt Specu. in tit. de citatione. Io. Fabri in l. ea quidem. C. de accusa. & contrarium probari posse multis affirmauit idem Tiraq. d. tractatu de Retractu consang. §. 4. glo. 1. num. 6. atque ita etiam quod de Curfio Papæ est dictum, declarari potest.

12 Secundus casus principalis est, cum de his agitur, quæ extra nuntij officium sunt: nã in his nulla ei adhibetur fides, ita rectè censuerunt glo. & alij permulti in d. c. cum parati. de appella. multos retulit Tiraq. d. glo. 9. nu. 6. his accedit Alci. tract. præsump. reg. 3. præsump. 14. & relati omnes supra in primo casu, dum uolunt credi in his, quæ ad suum officium spectant. ergo à sensu contrario fides non adhibebitur in his, quæ sunt extra. Huius sententia ratio est, quia eorū fides in eo tñ approbata est, sic ut aliàs supra diximus in casu 9. n. 23. libro mercatoris in his tantum quæ ad eius negotiationem spectant, fidem adhiberi, & eo loci alia congeffimus his similia. Ex quo casu rectè nunc ad plura infertur, ac primò, si nuntio non credi, cum refert, se ab illo, quem citauit, uerberibus affectum

sectum: nec enim hoc ad eius officium pertinet. ita Perus. in c. cum parati. ubi alij multi, de appella. ita etiam post multos censuit Alci. d. præsump. 14. nu. 3. & alios plures retulit Tiraq. d. glo. 9. nume. 14. inquit tamen Alciat. in hoc etiam non parum uerfari iudicis arbitrium, dum inspecta nuntij & citati persona existimat, uerisimile an sit nuntium ab illo citato uerberatum fuisse. Infertur secundo, non credi si nuntio referenti, se ab aliquo impeditum fuisse, ne sibi mandata exequeretur; puta cum mandat iudex duobus uel pluribus executoribus, ut aliquem præhendant & in carcerem detrudat, si impediatur isti, uel ex eorum manibus iam præhensum eripiant, eis non creditur, si referant, ita euenisse: ea est ratio, quia connexa hæc eorum officio non sunt. ita post alios Alci. d. præsum. 14. nu. 3. uerf. sed pone iudex.

26 Tertius est casus, cum agitur de his quæ i nuntij officio connexa sunt, tunc nuntio etiam fides adhibetur. ita affirmant omnes in d. c. cum parati. & Alci. ac Tiraq. locis iam citatis, cuius quidem assertionis ratio multiplex haberi potest ex traditis a nobis supra in casu 95. ubi quid connexum in iure dici potest, fulissimè esse sequi sumus. Quo quidem ex casu rectè nunc infertur ad multorum diffinitionem, ac

17 primò, credi si nuntio referenti citatum respondisse se nolle uenire: nam cum responsio sit de conexis citationi, sequitur de illa nuntio credi. quam quidem sententiam probarunt Bar. in l. ult. ff. de in integr. restitu. Abbas d. c. cum parati, & ibi Deci. num. 12. qui alios plures refert. sic & Alci. d. præsump. 14. nu. 1. & Tiraq. d. glo. 9. nu. 18. sed ex eo dubitabilis hæc sententia uidetur, quod hoc propè connexum citationi non est; cum citatio de se stare possit sine hac responsione: nec enim indiuidua hæc sunt, ut sunt ea, quæ connexa applicantur, quemadmodum suo loco explicauimus. Eise. n. separata probari ex eo satis potest, quod citatio de se ualet sine illa responsione: cum ut contumax citatus iudicetur, expectari per tempus, quo ad iudicium uenire debet, iure possit. Accedit quod multoties citati eo ipso citantur, calore iracundia ita respondent, deinde ad iudicium ueniunt. Rursus, uera non uidetur illa ratio, qua relati interpretes utuntur, dum aiunt responsionem uenire in quandam consequentiam citationis, & ob id citatione mandata mandatum censerit, quod in illius consequentiam uenit. l. 2. de iurisd. om. iud. c. præterea, de offi. deleg. quoniam responderi potest, ut satisfacit Ias. l. prope randum. §. & si quidem. nu. 9. C. de iud. regulam hanc

18 locum non habere, ubi si consequens maius est suo antecedenti. l. penul. §. illo. C. de necessa. hæred. instit. & declarat Bar. d. l. 2. de iurisd. om. iud. at hic dubium non est ratione delicti contumacis plus quid responsioni inesse, quæ citationi, non ergo uno mandato aliud uenit. Rursus dicere possumus, d. regulam solum locum habere in his, quæ sunt uel in necessarium antecedens uel consequens, ut omnes scribunt in d. l. 2. & d. c. præterea. Qua rone sit, ut Bal. & alij nonnulli quos retulit ac secutus est Ias. d. §. & si quidem. nu. 9. contra Barto. & illius comites senserit. Ego multum hac in re iudicis arbitrio tribuere soleo, ut is consideret personam citatam qualitatem, ac negotij leuitatem, uel grauitatem, ut aliqui credat nuntio, aliqui non: nam & Barto. ac Tiraq. iam relati sentiunt, non

esse credendum huic nuntio ad plenū præiudicium. 20 Secundo & rectius infertur, si nuntio referenti super bonorū excussione, cum refert mobilia non inuenisse, & ob id ad immobilia deuenisse. iuxta la. Diuo Pio. §. in uenditione, de re iud. si enim est mandatum nuntio, ut creditori satisfaciatur ex bonis debitoris siue mobilibus siue immobilibus, fides adhibenda rit nuntio referenti se mobilia non reperisse; quoniam sine eo ad immobilia deuenire non potuisset. d. §. in uenditione. quam illationem rectè affirmarunt Bar. & cæteri in d. §. in uenditione. Alci. d. præsump. 14. nu. 2. & Tiraq. d. glo. 9. nu. 28. de his satis.

S V M M A R I V M.

- 1 Sigillum de se nullam probationem facere.
- 2 Sigillum specialem commissionem non probare.
- 3 Sigillum ut fidem faciat, tria requirit.
- 4 Sigillans ignoranter scripturam, non dicitur cõprobare.
- 5 Principem non censerit confirmasse scripta in papiro a se iam prius sigillato.
- 6 Sigillans an necesse habeat per testes subscribere sigillatam scripturam.
- 7 Sigillū ad illū usum destinātū esse dēt, ut ei credatur.
- 8 Sigillum authenticum solum fidem facit.
- 9 Sigillū priuatū fidē non facit, multa tamen operatur.
- 10 Sigillum idem operatur, quod subscriptio.
- 11 Sigillo probato probata est ueritas.
- 12 Sigillū nō probare cū adest suspicio alieuius falsitatis.
- 13 Iudicis arbitrio relinqui, quæ concurrere debeant, ut sigillum probet.
- 14 Sigillum non esse de substantia instrumenti.

C A S V S CXIII.

QUANTA SIT ADHIBENDA FIDES sigillo, egregiè declaratur.

Controuersa admodum est iuris quod, quæ probationem sigillū faciat. in qua quidē iuris disceptatione multū uerfatur iudicis arbitriū, ut suis locis dicemus. Ego rē hæc ita soleo explanare. Regulā primis cõstituo, si sigillum de se nihil probare, nihilque operari, cum sit testis mutus & incertus. ita Bal. in tit. de pace Cõstatiæ, in uerf. Imperialis. nu. 8. quod ideo dixit, cõmissionē, maxime specialem, ex solo sigillo non probari, cum sit sigillū res inanimata, idē sēsit Bal. in l. falsus, in fi. C. de furtis. Fel. & Dec. in c. 3. loco. nu. 1. de proba. Crau. consi. 46. nu. 5. Carolus Molinæus in consue. Parisi. tit. 1. §. 5. nu. 12. post Abb. in c. 2. col. ult. de fide instr. scribit tria requiri, ut si sigillum fidem faciat. Primò, quod literis exprimat, cuius sit. Secundo à quo appositum fuerit: nã in dubio non præsumitur uoluntate domini sigilli appositum, si is hoc negat. ita Albe. in l. si per procuratorem. de pto. c. Molinæus d. §. 5. nu. 22. & Dida. lib. Pract. quæstio. c. 22. in fi. & si Deci. d. c. 3. loco. nu. 2. post Butr. & Crauet. de antiq. tempo. 1. 1. particula primæ partis princ. nu. 46. aliter senserint. poterit tamē multum in hoc iudicis arbitrium. Fallit in hærede, & in conuicto de mendacio, ut apud eos. Tertio requiritur, ut constet quæ ex causa appositum sit, id quod uisus est sentire Barr. in procem. Digestorū, nu. 5. & in l. testium. §. si quis ex testibus. ff. de testa. Accedit ratio, quia si is qui adposuit sigillum, ignoraret causam adpositionis, nihil

hil penitus prodesse. ita Castren. l. 2. C. de reb. ali. nō aliena. quem est secutus Purpur. l. admonendi. nu. 177. de iureiur. qui subiecit post Angelum in l. si ita stipulatus. §. Chryfogonus, de uer. oblig. † Principem nō censeri cōfirmasse scripta non papiro se prius scriberetur sigillato. inquit tamen Purpur. onus p badi esse sigillantis quod ignorauerit. Quartum requisitum addit Soci. sen. consi. 257. col. 2. uerf. Tertio etiam respondetur. lib. 2. post scribentes in capit. post cessionem, de probatio. inquit ille, † subscriptio ne testium necessarium fore, id quod fallū crediderunt plures relati a Decio, quos ipse secutus est in d. c. post cessionem, nu. 7. quibus addo Didacum libro Pract. q. c. 2. in fine. Guid. Papæ q. 175. sufficere ergo dēt, q̄ constet sigillū esse ipsius sigillantis. id q̄ sine difficultate procedit cum ab Episcopo, uel capitulo. q̄s procurator cōstituitur qm̄ tunc sufficit scriptura narrare q̄o constituitur, & illam scripturam solo sigillo munire. ita Rōta in nouis, & in titulo de procu. cur. decif. 12. & in antiquis decif. 32. & decif. 39. eo. tit. certis tamē casibus a Decio relatis. d. c. post cessionem. nu. 1. subscriptio testiū necessaria est, ut apud eum. ad euitandas tamen disputationes omnes, optimū est addere subscriptionem. Illud etiam i sigillo, præsertim Magistratus, requiritur, q̄ sit † sigillum solitum & ad illa negotia destinātū. cap. significantem, de appella. Roma. in l. admonendi. nu. 55. & ibi Cato Saccus nu. 5. de iureiur. Fel. cap. post cessionem. nu. 7. de probat. Octauia. Vestrius in sua praxi lib. 6. cap. 1. num. 9. Cū † sigillum est authenticum, absolute fidem facit, nec necessaria est alia recognitio, cum satis notum sit esse sigillum authenticū alicuius Magistratus. Cum uerō est sigillum priuatum, idem operatur quod priuata scriptura, ita Barto. & ceteri in l. si sed procuratorem. ff. de procu. Crau. d. consi. 46. nu. 5. & Molinæus d. §. 5. nu. 12. Est ergo necessaria sigilli recognitio, ut illi scribunt. nec dissentit Vestrius d. cap. i. num. 10. operatur tamen hoc priuatum sigillum, ut facilius ipsa scriptura recognoscatur: nā quo plura signa & solennia adhibentur, eō facilius redditur certior scriptura. operabitur etiam, ut sigillo uerificato intensius contet de actus cōplemento & solenni consensu, approbatione q̄; sigillantis, ut apud ipsum Molinæum. cui addo Calc. consi. 29. num. 13. Cum itaque de ueritate † constat, idem operatur q̄ subscriptio, ut multis ostendunt Guido Papæ q. 175. Franc. de March. q. 991. num. 7. & q. 992. num. 7. Alc. respō. 97. num. 13. 14. & ideo probato † sigillo probata est ueritas & cōsensus ipsius actus. oēs d. ca. 2. de fide instr. Capela Tolos. q. 24. & q. 31. Craue. d. tract. de antiq. temp. 1. part. primæ partis prin. nu. 44. qui nu. 45. declarat post Dec. & alios in d. cap. 2. in si. de fide instr. nisi subscriptio esset de forma & solennitate. Præterea his accedit, q̄ tunc demum sigillum fidem facit, si relata requisita illa in scriptura reperiuntur, at secus † cum aliqua defunt uel suspeta sunt. Abbas etenim in c. inter dilectos, num. 4. & Fely. nu. 5. de fide instrum. quem secuti sunt Fran. de Marchis q. 990. num. 23. Soci. sen. consi. 258. col. 3. uerf. lex quibus concluditur, lib. 2. & Crau. consi. 46. nu. 6. scriptum relinquunt: sigillū fidem non facit, si illud in sculpturis non cōgruit dignitati sigillantis, si literæ sigilli legibiles omnes nō sunt, ita ut cer-

tificari non possit esse illius sigillum, si ita factum ē, ut colligi non possit cuius sit ratione signi. Vltimō, cū charta interior sigilli uetustissima ē, sed per glutinum nouæ cere fuit chartæ annexum. Verūm dubitant Abbas Fely. & is Franc. de Marchis, an hæc quatuor concurrere simul debeāt, uel potius unum quodq̄; simpliciter de se sufficiat, tandem in quiunt, 13 arbitrio iudicis relinqui. iudex tergo prudēs ex qualitate læsi sigilli, & alijs circumstantijs iudicare poterit, an ei fides adhibenda sit uel non, nec enim his certa regula tradi pōt: cum a facto, & ipso rerū enentu pendeant. Hæc uera esse intellexit Fely. in priuilegijs & similibus, in quibus sigillum est de solennitate, uel substantia actus, secus ubi non est necessarium, quoniam tunc, & si in totum difficiat, nihil tamen obest, id q̄ & eo loci affirmarūt prius Inno. Hostiē. & Card. quos secutus est Zaf. consi. 2. nu. 37. lib. j. q. 14 affirmarūt, regulariter in instrumentis † sigillum ad substantiam actus nō adhiberi, sed ut facilius p̄betur.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudicis arbitrio relinquitur, quam fidem comparatio scripturæ faciat.
- 2 Comparationem fidem facere cū a testibus perfecte scriptura recognoscitur.
- 3 Testes omnes nō cogi scripturam recognoscere cū illius comparatio fieri debet.
- 4 Subscriptionem partium necessariam non esse, cū de scripturæ comparatione agitur.
- 5 Subscriptionem esse frustratoriam cū iam eiusdem manu facta est scriptura.
- 6 Comparationem literarum non sufficere ad fidem faciendum, cum scriptura caret testium subscriptione, & ibi affirmatur hoc esse in iudicis arbitrio. §. n. 8.
- 7 §. Sed & si quis. in auth. de instr. fide & cautela, sensus & intellectus.
- 9 Imola, Saliceti, & Alexandri confutata opinio.
- 12 Statum Ferrariae lib. 2. sub rubr. de scripturis priuatis declaratur.
- 11 Comparatio literarum uera & propria.
- 12 Scripturam negans cogi potest scribere, ut ex ea scriptura literarum comparatio fieri possit.
- 13 Angeli & Afflicti opinio explosa.
- 14 Probationē a cōparatione sumptam esse particulosā.
- 15 Scripturam alterius fingere multi nouerunt.
- 16 Iudicis arbitrio relinqui cui magis credendum, an literarum dissimilitudini, uel testium subscriptorum attestationi, cum de literarū comparatione agitur.
- 17 §. Si uerō tale quid in auth. de instr. fide de cautela declaratur.
- 18 Comparationem literarum in apocha facta an credatur, si de similitudine constat, testibus repugnātib.
- 19 Comparationi literarum apochæ confirmatiuam testibus, etiam non subscriptis, plenē probare.
- 20 Scripturam semiplenē probare cum testes nō subscripti affirmāt uidi se scribere, etiā si non adsit cōparatio literarū: arbitrio tamē iudicis multū tribuitur.
- 21 Comparationem literarum cum sigillo fidem facere de ueritate apochæ.
- 22 Comparationem literarum non probare apochæ ex sola testium depositione, qui dicūt, se uidi se scribere.
- 23 Comparationem literarum libri rationum fidem plenam facere.

- 24 Comparatio literarum epistolæ an fidem faciat, a iudicis arbitrio multum pendet.
- 25 Iudicis a. b. r. uel inquit an sola literarum comparatio in scripturis publicis probet.
- 26 Comparatio literarum qua sub forma fieri debeat.
- 27 Periti in arte cū eligi debent, duo salte eligendi sunt.
- 28 Periti electi ad faciendum comparationem literarū iurare debent.
- 29 Periti cum comparationem literarum facturi sunt & quibus literis comparationem sumere debeant.
- 30 Scripturæ certitudinem ex alterius comparatione haberi non posse.
- 31 Periti dum literarum comparationem faciunt, singulas literas & dictiones inspiciere debent.
- 32 Comparatio fidem facit ob omnimodā similitudinem.
- 33 Comparationem scripturarum fieri petens, quid iurare debeat.
- 34 Statutum Ferrariae lib. secundo sub rub. de scripturis, declaratur.

C A S V S CXIII.

DE VI ET EFFECTV COMPARATIONIS literarum in scripturis apochæ, libri rationum, epistolæ, & instrumenti, & de requisitis ad comparationem ipsam faciendam, luculenta, dilucida ac subtilis explanatio.

Comparatione literarum uti maxime solent, qui i foro & iudicij assidue uersantur; ut hæc scripturæ fidem uel probent, uel improbent, quæ sanè comparationis fides & probatio a † Iudicis arbitrio multum pender. quod egregiè probat text. §. si uero tale quod. in auth. de instr. fide & cautela. & scribunt Barto. in l. comparationes. nu. 19. c. de fide instr. Curt. sen. & Purpur. in l. admonendi. ille numero 108. 110. iste numero 171. quod tamen res clarius elucescat, & facilius intelligat iudex noster, quibus in casibus suis ueretur arbitrium, plures casus ita constituo atq; distinguo.

1 Primus est, quando † comparatione facta constat de similitudine literarum, & in illa apocha, (nam de hac prius ut magis controuerſa agemus) super qua est controuerſia, adest subscriptio trium testium, qui graues & honesti sūt, & illi recognoscunt eorum subscriptiones, affirmantes scripturam illam esse scriptā ipsi presentibus ab illo in scriptura cōmemorato: hoc in casu comparatio illa seu illa scriptura plenam fidem facit. ita Barto. in l. admonendi. numero 26. de iureiuran. in l. nuda ratio, nu. 6. uerf. aut quis. ff. de dona. & cum Bartolo sentiunt Purpur. d. l. admonendi. num. 176. quorum sententia uerè probatur in d. auth. de instr. fide & cautela. §. si quis igitur caute. dū Iustinianus formā obseruandam tradidit. Nec ego hoc in casu necessarium fore existimo † q̄ testes omnes recognoscant. sufficit enim q̄ duo ex tribus, quoniam certitudo scripturæ habetur. d. l. comparationes, in princ. & ita senserunt ibi Bal. & Sal. & clarè Castren. consi. 134. in causa ser. Ludouici. lib. 1. Calcan. consi. 29. col. ult. & si aliter senserit Aret. consi. 64. num. 3. & cum eo Socin. sen. consi. 274. col. 7. lib. 2. & alios recenset Crau. de antiq. temp. quinta par. primæ partis principalis, num. 51. 54. 52. uerū nec Areti. nec

Soc. satis rectè satisfaciūt rationi desumptæ a fortiori. d. l. comparationes. Rursus, non credo etiam esse necessarium, quod partes ipsæ se se subscribāt, quāuis Bar. præcatis locis sentiat, partium subscriptionem aliquid conferre. Ego in quā nihil conferre existimo: quia una semper est scriptura, & periculū falsitatis non plus tollitur, quando adest subscriptio, q̄ cū deficit. & ita mecum sentit Alex. & Iaf. in d. l. admonendi. ille, nume. 31. in fine, iste in repet. nu. 85. uerf. in hac differentia, qui post Cynum, Baldum, C. i. str. & alios in l. cū antiquitas. §. cū autem. C. de test. docuit, superfluum esse subscriptionem manu illius, qui iam scripsit. ex quo una est literarum forma. idē sēnt Cur. sen. d. l. admonendi. num. 111. quamuis eo loci Purp. nu. 176. in fine, minus rectè Bartolum intelligens, tueri eum nitatur.

6 Secundus est casus. † quando apocha non habet testium subscriptionem, sed ex sola literarum comparatione apparet literarum similitudo, ita ut uideatur esse scripta manu illius in scriptura memorati, tunc plenē quidem non probat, affirmantur Barto. in d. l. admonendi. nu. 26. & in d. l. nuda. nu. 6. semiplenē ergo probare dixit Bartolus. & cum eo traſeunt Aret. consi. 64. Fely. c. 2. num. 14. uerf. septimō littira. de fide instr. Alex. consi. 76. nu. 3. lib. 3. consi. 80. nu. 4. lib. 4. & consi. 150. nu. 16. li. 5. Bertran. consi. 140. lib. 2. Cur. sen. d. l. admonendi. nu. 115. 117. Rui. consi. 25. nu. 8. consi. 46. nu. 4. 8. consi. 69. nu. 1. 2. & consi. 70. nu. 4. lib. 4. latè Rol. à Valle consi. 26. n. 12. 13. lib. 1. Ego opinor, hoc esse in iudicis arbitrio positū: nā text. † §. sed & si quis. in auth. de instr. fide & cautela. quo relati Doctores mouentur, non affirmat cōparationem hanc semiplenam probationē facere, sed solum ait, non q̄ penitus reijciēda sit ipsa scripturæ per cōparationem examinatio. Rō est, quia ipsa comparatio aiquā uim habere poterit posteaquam facta est, sed non pollumus dicere facere semiplenam, uel plenā, uel minus q̄ semiplenam, cū hoc ab ipso facto, a futuro enentu pendeat: † id quod in arbitrio iudicis esse uidemus. hoc sentit & Bald. in l. comparationes, nu. 19. C. de fide instr. dum dixit, esse in iudicis arbitrio deferre hoc casu iuramentum in supplementū sentiens suo arbitrio esse, an semiplenē uel minus p̄bet, & citat l. 3. de testib. idē clarus sentit Zasius lib. 2. sing. respon. c. 25. Si ergo iudex uidebit comparationem clarè demonstrare, scripturam esse illius manu scriptā, semiplenā fidē ei adhibere poterit si minus clarè, concipiet aliqualem præsumptionē, q̄ alio adiucto adminiculo efficere poterit semiplenā p̄bationē. Si uerō clarissimè constabit de similitudine scripturarū ēt ei plenē credere, quod affirmarūt & Bar. d. l. admonendi. nume. 26. uerf. dico tamen. qui sentit esse in arbitrio iudicis, dum inquit, secundū quod sibi, hoc est, iudici uideretur. & licet Bartoli sententiam nō probet text. §. si uerō aliquid tale. cū is aliū habeat sensum, ut infra dicemus in casu frequenti, at tamen p̄bat text. à me supra relatus & p̄pensus. idem sentit Alex. sibi contrarius consi. 58. nu. 1. in fi. lib. 7. & ideo male sentiunt Imola, Alex. & Sali. qui Bartolo aduersantur, ut retulit Iaf. d. repet. l. admonendi. nume. 86. uerf. item in gutanum, quo loci Abbatem, Butr. & alios Bartoli sequaces recenset. imō ipsemet Alex. consi. 181. num. 3. lib. 2. Bartolum secutus respōdit.

dit, iudicem ex suo arbitrio adhibere posse plenam fidem, comparationi claræ & manifestæ, idē docuit Purp. in d.l. admonēdi. nu. 171. & hoc est adnotandū ad declarationē statutū Ferrariæ lib. 2. sub ru. de scripturis priuatis. quo est cautū, q̄ habita scripturarum similitudine pronūtiatur scripturā esse de manu illius cōuēti. hoc intelligitur cum extat oimoda similitudo, alioqui in dubio, suo arbitrio iudex pronūtiabit. erit aut clarissima comparatio seu similitudo literarū cum in oibus cōueniet. ita Cur. sen. d.l. admonēdi. n. 118. uers. 2. ubi. qui Bar. secutus, sic declarat. & ab eo non dissentit ibidē Purp. nu. 172. Quibus inferitur, negatē scripturā sua manu scriptā cogi posse ad scribēdū, ut inde sumi possit cōparatio, qm̄, uel plena in de oriatur literarū similitudo, & p̄ cōsequēs plena p̄batio, uel oriatur aliqua similitudo, & p̄ cōsequēs uel semiplena p̄batio, uel aliqua præsūptio: nō ergo frustra hoc requirit iudex postea quā ad ueritatē iuestigandā hoc facit. atq; ita in foro obseruari testatur Cur. sen. d.l. admonēdi. nu. 116. & alij plures relati à Gram. dec. 34. n. 16. Mus. in rub. C. de prob. nu. 316. & statuto Ferrariæ iā relato ita expressē cautū est, & uerē ita solet obseruari. & praxis ipsa iure bono & æquo nititur. quam obrē malē scriptū relinquit Ang. in d.l. cōparationes. C. de fide instr. a quo nō dissentiant Afflic. decif. 181. nu. 4. qui subdit nu. 5. ex æquitate quidē posse interrogare, & ad scribēdum cōpellere, & clarius Zaf. lib. 2. sing. resp. c. 25. inquit Ang. negatē suā scripturā testibus non subscriptā, cogi non posse ad scribēdū ut inde sumatur comparatio. est. n. falsa eorum rō, dū inquirunt, q̄ sola cōparatio plenē non p̄bat, & timor subest falsitatis, ergo cogi nō p̄t ad scribēdū. est in quā falsa rō hæc, q̄ fieri p̄t, ut plenē probet ob maximā literarum similitudinē: fieri ēt p̄t, q̄ semiplenē. qd̄ autē de timore falsitatis ipse iudex diligenter animaduertit ad omnia, & cōiecturis poterit, hoc uel iniustam causam habere. negare tamen nō possumus probationem qd̄ experientia docet, hanc esse multum periculosam, cum multi reperiantur, qui alterius manus ita fingunt, ut illā ipsam scripturam esse dicamus: ut aliquos retulit, quos uidit Marf. in rub. C. de proba. nu. 318. & de quodam monacho Zafus lib. 2. sing. respon. c. 25. oculos ergo iudex noster habeat lyncæos.

Tertius est casus quando apocha habet testes subscriptos, & facta literarum comparatione constat de earum magna dissimilitudine: testes autem suas subscriptiones recognoscerent, & attestarentur esse scriptam manu illius: hoc in casu ē in arbitrio iudicis, cui fidem adhibeat, uel literarū dissimilitudini, uel ipsius testibus, qd̄ clarē probat. rex. d. §. si uerō tale quid. in auth. de instrum. fide & cautela. dum Iustinianus tribuit hoc arbitrium iudici, si casus eueniat, ut euenit in Armenia: quem casum ipse Iustinianus in initio suæ constitutionis recenset, & hoc in casu non dissentiant inter se Doctores: nam ita sentiunt Imola, Salic. & Alex. ut recenset Iaf. qui ab eis nō dissentit in d.l. admonēdi. in repet. nu. 86. uersic. item in quantum Bartol. & ibi Clarius Curt. sen. numero 108. & Purpur. num. 171. prudens ergo iudex obseruabit imprimis quo tempore sit scripta illa scriptura, super qua uertitur cōtētio, deindē perscrutabitur, an eiusdem temporis alia eiusdem scripturæ habeant

ur, & adhibitis peritis conabitur ueritatem indagare. si eiusdem temporis uel paulō ante, uel paulō post adhiberi non possunt; sed alia multum distantis temporis perscrutabitur, an is mutauerit personæ conditionem, ut quia senio uel infirmitate ita debilitatus sit, ut ex suis scripturis uideat aliqualem similitudinē, quæ testibus adiuncta efficiet esse illius manu scriptam hanc controuersam scripturam. si horū nihil habere poterit iudex, testium qualitatem considerabit, quos si fide dignos animaduertit pro illorum testimonio iudicare poterit; sin minus integrē fidei cōtra pronūtiabit, si omnia æqualia, sibi non liquere, dicere poterit.

Quartus est casus quando in apocha comparatione literarum facta, de literarū quidem similitudine constat, sed testes contradicunt, hunc casum uisus est formare Bart. in d.l. admonēdi. num. 26. uersic. quod apparet. dum sic intelligit d. §. si uerō tale. clarius formatur ibi Cur. sen. num. 108. Iaf. in repet. num. 86. uersic. item in quantum. & Purpur. nu. 171. & dixit Bart. hoc esse iudicis arbitrio. Ego opinor casū hunc sic formari uix posse, quoniam ex facto uix p̄t coningere. Aut enim uolumus intelligere testes hos esse subscriptos illi scripturæ, & recognoscere eorum subscriptionem, & tunc non possent contradicere, quia contraria allegarent; nam subscribendo attestati sunt illius esse scripturam: nunc negando esse illius manu scriptam aliter sentiūt. Aut intelligimus testes hos non esse subscriptos, & tunc quomodo astruere negatiuam possunt, dicendo nō esse illius manu scriptam, cum contrarium ipsa literarum similitudo ostendat, & ideo Purpur. d. numero 171. dixit, esse difficile exemplificare. Ego aliquando considerabam duos casus, unus est, quādo ipsi testes contradicerent illi similitudini, non dicendo & allegando ratione dissimilitudinis alicuius non esse scriptam illius manu, sed aliam ob causam, ut quia is eo tempore alio in loco esset, quā in loco in quo scriptura facta legitur: tunc comparatio illa nihil proficiet. Alter est casus quando testes essent subscripti, & ipsi pariter suam subscriptionem negarent, quem casum considerauit Purp. d.l. admonēdi. num. 175. post Ioannem Baptistam a Santo Seueri. ibi: nam tunc, inquit isti, nisi magna adsit literarum similitudo, quæ eo casu semiplenam tantum facit probationem, non probabit comparatio; nisi etiam ipsorum testiū subscriptiones per literarum comparationem probentur: ita enim illæ probati possunt, ut scriptura principalis, ita Sal. in l. in bona fidei. colum. 6. uersic. quod ego fateor. C. de reb. cred. & iureiuran. & Purpur. d. nu. 175. in fine.

Quintus est casus quando apocha non habet testes subscriptos, sed literarum comparatione facta, & earum similitudine reperta, testes aliqui testimonium ferunt, se uidisse illum scribere apocham illam ipsā, hoc casu comparationem hanc ita adiuuatam plenā fidem facere censuit Bart. in d.l. admonēdi. nu. 26. uersic. aut habet, & cum eo sentiunt ibi Iaf. num. 85. in repetitio. uersic. ut attende. Ruin. consil. 79. num. 3. lib. 4. uerūm rex. auth. at si contractus. C. de fide instrum. non probat, cum solum dicat solam literarū similitudinem non probare, nec sequitur à sensu cōtrario, ergo adiuta testibus extra scripturā plenē probabit.

habit. quoniam argumentum à sensu contrario strictē & ad uerborū limites sumi debet, ut rectē docuit Decius in l. prima. ultim. notab. de offic. eius. poterit ergo hic sumi, ergo probationem faciet. sed an plenā uel semiplenam, iudex ipse iudicabit. Accedit q̄ textus in corpore unde est desumpta d. auth. at si contractus, loquitur de comparatione literarum in publicis scripturis, in quibus alia forma seruat, ut infra dicemus, opinor itaque casum hunc esse iudici arbitrium, cum à Iustiniano nō sit determinatus in d. §. si quis uerō, in auth. de instrum. fide & caute.

Sextus est casus, quando in apocha comparatio literarum fieri nō potest, nec testes illi scripturæ subscripti sunt, sed solum reperiuntur testes, qui affirmant, se uidisse cum is scriberet scripturam illam. hoc in casu docuit Bartol. in d.l. admonēdi. num. 26. uersic. lo, si uerō approbatur. & in d.l. nuda. nu. 7. semiplenē probare, ex d. §. si quis. & d. auth. at si contractus. & cum Bar. senserunt Salicet. ibi, & Butrius in cap. secundo, de fide instrument. & Ruin. d. consil. 79. nu. tertio, lib. 4. Soc. sen. consil. 174. col. 2. rectius sensit Curtius sen. d.l. admonēdi. n. 110: hoc relinqui arbitrio iudicis: atque ita Bar. sententiam interpretatur, quæ etiam defendit ab impugnationibus Romani, qui dū Bart. aduersatur, censuit, imò hoc in casu testes plenā fidem facere, quod sensit & Iaf. ibi in repe. num. 86.

Septimus est casus quando apocha habet sigillū solum & per cōparationem apparet de literarum similitudine. tunc inquit Castren. dicta Ladmonēdi, plenē probat. uerūm Purpur. ibidem num. 177. scribit, ex eiusdem Castren. opinione, fidem non à literarum similitudine, sed à sigillū ueritate pendere, quæ de re supra suo loco diximus. Ego opinor unū alterū maximē adiuuare, cum id dixerim, comparationem solam aliquam iudicis arbitrio probationem facere.

Octauus est casus quando in apocha agitur de comparatione literarum ex testium testimonio, utputa producit scriptura, quæ dicitur à Caio scripta, & testes plures, qui præsentes non fuerunt cum scriberetur, examinantur, & deponunt, illam esse scripturam manu Caij scriptam, cuius manum notam habent, hoc in casu comparatio ista nihil probat: ea est ratio, quia falicē possunt similitudine manus falli, ita casum hunc probarunt Aret. consil. 64. Imola ca. 7. de fide instrum. Alex. consil. 76. nume. 4. lib. 3. consil. 80. nume. 4. lib. 4. consil. 150. colum. 6. nume. 16. lib. 5. & col. 114. nume. 2. lib. 7. Afflicus decisio. 181. in fine, q̄ affirmat, ita in Consilio Neapolitano decisum, quod facit & Gramma. decif. 84. Ruin. consil. 89. nu. 4. lib. 4. Dec. consil. 615. nu. 3. Paris. consil. 19. nu. 12. lib. 3. & consil. 55. nu. 4. lib. 4. Rol. à Valle consil. 26. nume. 5. lib. 1. Zafus consil. 4. num. 7. in fi. lib. 2. Mar. Rub. C. de proba. num. 318. qui ob id dicunt, probationem per comparationem esse periculosam.

Nonus est casus, cum agitur de comparatione literarum in libro rationū. quo in casu cōcludit Bar. in d.l. nuda. nu. 6. de dona. & in auth. at si contractus. prima lect. nume. 5. & nume. 9. in fin. C. de fide instr. comperta literarum similitudine plenā probationē facere. Cum eo senserunt Alex. consil. 76. col. 2. nu. 2. lib. 3. & consil. 58. num. 1. consil. 114. num. 4. lib. 7. Cur. sen. in d.l. admonēdi. nume. 124. Curt. iun. consil. 118. nu. 8. in fi. & consil. 162. num. 5. Decius c. 2. nu.

16. de fide instrum. Purp. d.l. admonēdi num. 212. Soc. sen. consil. 41. col. 2. lib. 3. Gramma. decif. 34. nu. 16. illa ratione mouentur omnes, q̄ non ita facile est librum rationum fraudare, ut apocham. his accedit Castr. consil. 88. Quantum ad contenta. colum. 2. lib. 2. in nouis. qui idē in paruo libro quem librumculū is appellat, respondit. Rursus, inquit Barto. in apocha impurandum est illi, qui sibi scribi apochā curauit, si plenē & perfectē scripta non est, quia potuit hoc effici, quod nō contingit in libro rationū. hæc rationes locum habent in libro rationum ipsiusmet scribentis, qui in eo ad alterius commodum aliquid contra se scripsit. & qui liber penes ipsum, uel eius successores esse solet, secus in libro rōnum unius, putā Caij, in quo aliquid esset à Semponio scriptum contra se, & eo codice uti uellet Caius. nam hic sola literarum cōparatio non sufficeret, quoniam rationes quæ in apochamilitat, locum etiam habet & hoc in casu, in quo est facile manum illius imitari. & ideo idē hoc casu dicendum est, ut in apocha.

Decimus est casus, cum agitur de literarum comparatione in epistola; quo quidem in casu sunt Doctorum contrariæ opiniones. Bartolus in l. nuda, in fine, de dona. docuit, comparationem hoc casu idem operari quod in casu libri rationū, at in eo plenē probat, ergo & hoc in casu. Cum Bartolo senserunt & Alex. consil. 58. nume. 1. consil. 114. nu. 4. lib. 7. Soci. in l. si ita scripsero, col. ult. ff. de cond. & demon. Decius consil. 219. in fi. qui tamen subijcit, in hoc multū posse iudicis arbitrium. idem Decius cap. 2. num. 16. de fide instrum. qui hanc communem esse testatur. Curt. iun. consil. 192. num. 5. Purpur. in d.l. admonēdi. num. 214. qui tamen aliquantulum dubitat. idem placuit Socin. iun. consil. 162. nu. 4. lib. 2. Gramma. decif. 34. nume. 16. & Crau. tract. de antiq. temp. 5. particula primæ partis prin. num. 65. & clarius num. 68. & Nicolaus Ant. Grauius in annota. ad Praxim Octauiani Vestrj lib. 6. c. 1. num. 27. uerūm horum interpretum rationes minus probabiles sunt. nā dū argumentatur, quia ratio, quæ est in apocha, non militat in epistola: in apocha enim est ratio, quia impuratur ei, qui scribi fecit quod non curauerit eam a testibus subscribi: quæ ratio cessat in epistola, in qua non solent adhiberi testes: hæc argumentatio est leuis, quia non est hæc ratio præcipua & finalis, cur cōparatio in apocha plenā fidem nō facit. nam si hæc esset ratio, sequeretur q̄ nullam p̄cōnitus fidem facere deberet, quia semper negligētia ratio allegari posset, & tamen facit aliquam fidem, ut supra diximus. Vera ratio itaque est, ob falsitatem euitadā, quæ lo cum habet etiam in casu isto. nec me mouet qd̄ scribit Decius in d.c. 2. nume. 16. in fine. Iustinianum in d. auth. de instrum. cau. & fide, præbere consilium apponendi testes, quod consilium solum potest uerificari in apocha, nō in epistola: ergo in apocha solum Iustinianus prouideri. quia respondeo, Iustinianum consilium dedisse eo i casu, in quo dari p̄tuit. sed ex hoc nō sequitur, quin ratio ipsa quæ motus is est ad consilium dandum in apocha, hoc est, fraudis suspicio, militet in epistola, quæ non ita sui natura efficacem obligationem parit, quā ipsa apocha. Accedit, ut inquit Purpur. d.l. admonēdi. nume. 214. nonne facile alicui est fingere epistolam sibi transmissam? quam-

quimobrem comparationem alij plures sentiant, nempe
 comparationem in literarum nihil plus efficere in epi-
 stola quam in apocha. hanc probant Abbas in c. 2.
 num. 8. de fide instrum. Alex. consil. 76. nu. 8. lib.
 3. Curt. in d. admonendi. nu. 123. qui Bald. Iacobum
 Belusium, Sal. & Angelum eiusdem opinionis
 recenset; idem ibi in repe. num. 139. & Curt. in
 nu. 4. nec multum distat Purpur. qui nos cogita-
 tes requirit. idem sentit Decius consil. 615. nu. 2. dum
 absolute de priuata scriptura loquitur. idem sentit
 Didacus libro Practica. questio. capitulo 12. num.
 7. qui uisus est etiam sentire iudicis arbitrio multum
 tribuendum esse. id quod clarius respondit Soc. sen.
 consil. 41. col. 3. uersicul. secunda ratio. lib. 3.

25 Vudecimus est casus, cum agitur de comparatio-
 ne literarum scripturae publicae, ut puta instru-
 menti, tunc, cum de literarum similitudine solum constat,
 scribit Barro. in §. sed & si. nu. 11. 12. in auth. de in-
 strumen. cautela & fide. post Iacobum Belusium ibi,
 iudicis arbitrio relinquitur quod multis confirmat. iux-
 ta ergo literarum similitudinem iudicabit Iudex, an
 plena, uel semiplena adhibenda sit fides: & aliqua
 apud Curt. in iore consil. 162. nu. 5. Paris. consil. 104.
 nu. 6. lib. j. Cum uero aliud adminiculum literarum
 similitudini accedit, plene probatur pura, si unus te-
 stis deponeret, se illi testamento uisuisse. aut ni-
 uens notarius, qui rogatus fuit, uel scriba, qui nota-
 rij nomine scripsit; ut probat text. d. §. sed & si. qui in
 teget contextus ad huius casus declarationem perle-
 gendus est. sunt ueluti casus annotandi ad interpreta-
 tionem iam relati statuti Ferrariae lib. 2. De scriptu-
 ris priuatis. cum ex eo statuto casus hi omnes non di-
 stinguantur. Comparatio autem hac forma & ordi-
 ne (ut & hoc, nec ab re, attingamus) fit i primis, na iu-
 dex si non uult ipse facere comparationem, potest. n.
 si uult ex suo arbitrio, secundum Bal. d. l. compara-
 tiones nu. 17. debet inquam ipse iudex duos nec mi-
 nus, peritos artis scribendi eligere. hoc probat plura-
 lis locutio l. comparationes. §. omnes. ibi, ab his. C.
 de fide instrument. & in specie asserunt ibi Barro.
 in secunda lectu. numero tertio. & Salice. colum. sex-
 ta. uersiculo ad sextam questionem, quae subicit, esse
 eligendos confidentes partium. Curtius sen. in l. ad-
 monendi. numero 114. uersiculo quinto requiritur.
 de iur. iuran. Comparatur ex illa generali ac com-
 muni conclusione, quod ubi in aliquo negotio eligen-
 di sunt periti in arte, duo saltem eligendi sunt. ita
 Barro. in l. in princip. ff. de uentre insp. Alex. l. 1. §. ul-
 tim. & ibi late Guliaul. ff. de uerborum oblig. idem
 Alex. consil. 34. nu. 8. lib. 1. & consil. 180. nu. 2. li. 7. De
 cius in cap. quarto, nu. 10. de probatio. Rebuffus in l.
 uatica. nu. 42. C. de sent. quae pro eo quod interest
 profer. & apud relatos habentur declarationes, quas
 nunc non refero.

28 Requiritur secundo, quod antequam ad compa-
 rationem detentant, iurent, quod comparationem non
 facient, non lucri causa, neque inimicitijs, neque gra-
 tia tenent. ita probant clara uerba d. l. comparationes.
 §. omnes. & ibi Cynus & Alberic. & Bartol. in secun-
 da lectu. in fin. idem dixit Cur. sen. d. l. admonendi. n.
 114. uersicul. quinto requiritur. & opinor sufficere si
 semel iurant antequam faciant comparationem. &
 ob id non uidetur necesse quod post tempore rela-

tionis iuramentum hoc praestent, ut faciunt artis pe-
 riti cum referunt; ut tradit Barro. in l. Theopompus,
 de dote praereg. in repet. l. admonendi. nu. 257. &
 ibi Ripa nu. 196. ff. de iur. iuran. Decius c. 4. nu. 15. de
 probatio. Rebuffus. d. l. uatica. nu. 490. C. de sentent.
 quae pro eo quod interest proferunt. Didacus lib. 2.
 uaria. resol. cap. 13. num. 4.

29 Requiritur tertio, quod periti isti assumant alias
 scripturas, de quibus uolunt accipere comparationem.
 literarum ad scripturam super qua est controversia: quae
 sane scripturae, de quibus comparatio sumitur, debent
 esse certa & uera illius, qui asseritur scripsisse hanc
 scripturam contentiosam. haec certitudo habetur duo-
 bus modis. Primo, cum illae scripturae sunt unius uel
 plurium instrumentorum publicorum manu illius
 confectorum. ita probat d. l. comparationes. ibi, sed
 tantummodo ex forensibus, uel publicis instrumen-
 tis. Habetur & secundo, quando illa scripturae habent
 subscriptionem trium testium, qui omnes, uel duo
 saltem affirmant, & denuo in iudicio deponant illas
 scripturas esse scriptas ab illo se praesentibus & dein-
 de subscribentibus. ita probant clara uerba d. l. com-
 parationes. ibi, ideoque sancimus, non licere compa-
 rationes literarum ex chirographis fieri, nisi trium
 testium habuerint subscriptiones, ut prius literis eo-
 rum fides imponatur, uel ipsius hoc deponentibus,
 siue cunctis, siue omnimodo duobus ex his. Constan-
 tius Harmenopulus in iuris promptuario lib. primo
 titu. 9. Rub. de schedis priuatis. ita scriptum reliquit.
 Ex priuatis scripturis nulla fiat comparatio, nisi sint
 testium subscriptiones, &c.

Sumetur etiam & tertio ex scripturis, uel quibus
 est is usus in iudicio, uel quas sua manu scriptas fate-
 retur: ita Cur. sen. d. l. admonendi. nu. 114. uer. quarto
 quod. Crau. consil. 216. nu. 18. qui alios recenset. & in
 summa, ex omni alia scriptura modo certa sit. ita etiam
 sentit Salice. d. l. comparationes. col. 4. uer. & ex pre-
 dictis, qui subdit fieri etiam ex scriptura reperta in ar-
 chiuo. & Constantius. loco praecitato ait: Quia, & id
 quod ex publicis monumentis profertur, publicis; te-
 stimonij fide subnixam chartam ad comparationes ad-
 mitti uolumus. Et nota quod de certitudine harum scri-
 pturarum, de quibus comparatio sumenda est, consta-
 re debet in iudicio coram iudice ordinario, non coram
 his peritis electis, cum nullam ipsi habeant certitudi-
 nis iurisdictionem. & ideo docuit Bal. in d. l. compara-
 tiones. n. 10. iudicem illum esse qui compellere potest
 hunc, qui scripsisse creditur, scribere sua manu, ut in-
 de sumi possit comparatio. id quod supra latius expo-
 sui. Nota etiam illud, certitudinem hanc haberi non
 posse per comparationem alterius. ita text. d. l. com-
 parationes. ibi, sine comparatione literarum. Est ratio,
 quia res in infinitum tenderet. & quia ex comparatio-
 ne nunquam uera habetur certitudo.

31 Requiritur quarto quod isti periti inspiciant sin-
 gulas literas, seu elementa, dictiones, & elementor-
 um, uerborum uel tractus, signa, stylus & his similia.
 ita Baldus in d. l. comparationes. nu. 18. admonuit. &
 ibi Petrus Perticensis num. 30. & Salice. colum. pen-
 ultima in principio.

32 Requiritur quinto quod isti periti referant iudi-
 ci quid egerint, & iudicauerint de literarum similitu-
 dine. nam suum munus hoc est, non ipsius iudicis.
 Salice.

Salice. d. l. comparationes columna in principio. & l.
 Perticensis in d. l. comparationes. nu. 30. aliter uisus est
 sentire. nisi dicamus facta relatione quae iudicio facto
 a peritis iudex ipse interloqui debeat, illa scriptura
 esse manu illius scripta. atque ita erit sextum requisi-
 tum, ita Salice. loco statim citato. non hoc loco referat
 illud quod requiri etiam ait Curtius senior. d. l. admo-
 nendi. nu. 114. uersicul. ultim. requiritur, de omni-
 33 modis similitudine literarum, quoniam hoc ad ipso-
 rum peritorum cognitionem & iudicium, non ad
 comparationis faciendam formam spectat.

Requiritur sexto ex iure nouissimo quod is, qui petit,
 34 comparationem literarum fieri, iuret se non habe-
 re alias probationes, hac una comparationis literarum
 excepta. ita probat. §. si uero nihil, in auth. de instru-
 c. cautela & fide. & annotauit post glo. ibi Salice. in d.
 l. comparationes. col. 3. uers. oppono sexto. quod sane
 postremum requisitum est annotandum ad interpretationem.
 35 ne praecitati statuti Ferrariae lib. 2. sub rub. De scrip-
 turis priuatis. in quo relata requisita, uno hoc ultimo
 excepto, referuntur. illis addendum est hoc ultimum, ex
 quo enim iuxta iuris communis dispositionem statuitur;
 ab eo quoque interpretari debet, non autem corrigere.
 S V M M A R I V M.

- 1 Probationem plenam in antiquis non requiri.
- 2 Iudicis arbitrio relinqui, quae probationes sufficiant in antiquis.
- 3 Probationem praesumptiuam & adminicularem sufficere in antiquis.
- 4 Praesumptiuam probationem in antiquis sufficere etiam contra iustum & uulatum possessorem.
- 5 Probationem praesumptiuam & coniecturalem in antiquis haberi pro uera & perfecta probatione.
- 6 Praesumptiones & coniecturae a iure probatae plenam fidem facere.
- 7 Coniecturae a iure probatae apertissimam probationem facere.
- 8 Coniecturae quae a iure approbatae dicantur.
- 9 Iudicis arbitrio relinquitur, quae coniecturae plenam fidem faciunt.

CASVS CXV.

QVAE EXIGANTVR PROBATIONES in antiquis. & ibidem de praesumptiuam & coniecturali probatione.

1 R eceptissima est nostrorum sententia, i factis an-
 tiquis plenam illam & exactam probationem,
 quam in nouis exigimus, non requiri, & ob id censent
 leues probationes sufficere. Dubitari tamen contin-
 git, quae & quales haec esse debeant probationes. Cor-
 neus consil. 19. col. ult. uersic. non enim est statutum.
 lib. 2. respondit, nil hac de re fuisse iure nostro statu-
 tum, & ob id iudicis arbitrio relinq. Ego in primis
 scio in antiquis probationem ex coniecturis & indi-
 2 tijs sufficere, census & monumenta, ff. de probatio.
 l. qui ex liberis, de bon. poss. secund. tab. c. cum causa,
 de probatio. c. cum olim, de censib. Castren. consil.
 164. In praesenti causa, quae uertitur coram maiore.
 colum. 1. lib. 2. Ancha. consil. 310. & consil. ultim. quos
 3 retulit & probauit Craue. Tract. de antiq. tempo-
 9 ulti. particula primae partis principalis, nu. 30. &

ibi, num. 31. subicit ex Calanei & Iasonis sententia,
 sufficere praesumptiuam & adminicularem proba-
 tionem, quibus accedit Alex. consil. 187. nu. 3. lib. 2.
 & Soc. sen. consil. 187. col. 5. uersic. Secunda ratio est, li.
 2. qui respondit, qualem qualem sufficere. idem Soc.
 Sen. consil. 205. col. 2. uersic. Quarto optime, li. 2. respō-
 dit, inditia & coniecturas recipi. alijs multis hoc co-
 probat Parisius consil. 104. nu. 42. 43. lib. j. sed hic ad
 huc datur iudicis arbitrium, quales haec sint coniectu-
 ra, quae inditia, quibus adhiberi fides possit, iuxta ea
 quae alia supra retulimus.

Extenditur primo, ut procedat etiam contra eum
 qui esset in possessione iusta cum titulo & bona fi-
 de, non perfecta tamen praescriptione, ita censuit
 Craue. d. ult. particula, num. 33. declarando respon-
 sum Soc. sen. consil. 194. col. ult. uersic. Confirmatur
 lib. 2. dum respondit, hanc probationem praesumpti-
 uam, & coniecturalem non sufficere contra eum, qui
 iniusta possessione est, inquit Craue. non esse hoc ue-
 rum, quando praesumptio non est adhuc perfecta, quia
 tunc haec probatio sufficit.

Extenditur secundo, ut locum etiam habeat pro in-
 casu, in quo lex exigeret plenam & perfectam proba-
 tionem, na adhuc in his antiquis sufficit ista praesumptiuam &
 coniecturalis. ita Craue. d. ult. par. nu. 35. reiecta opi-
 nione contraria Socini, & recte. si enim in antiquis
 lex habet probationem hanc praesumptiuam & coniectu-
 ralem pro perfecta & plena, sequitur recipienda esse
 ubi lex solum perfectas probationes admitti, id quod
 confirmat Craue. auctoritate Decij in rubr. extra de
 probatio. nu. 13. qui affirmat, coniecturas & pra-
 6 sumptiones a iure approbatas, esse ueras & plenas p-
 bationes, ut non immerito scriptum reliquerit Bal. in
 l. 1. nu. 18. C. de fideicommiss. hanc probationem eo-
 etiam in casu sufficere, cum instrumentalis probatio
 exigitur. idem Decius consil. 54. nu. 3. Baldus quoque
 est securus Tiraq. in l. si unquam. in uerbo donatio-
 ne largitus. nu. 159. C. de reuoca. donatio. qui alios
 Bal. sequaces retulit. his ego addo Baldum in l. tem-
 pus, in fine, de haered. insti. qui docuit quod & si super-
 7 tissima probationes sint necessariae cum de persona
 haeredis instituti dubitatur, probati tamen coniectu-
 ris & praesumptionibus a iure approbatis. cum Bal-
 do idem sentit Afflictus decil. 44. nu. 15. qui alia si-
 milia attulit. & plura congecit Iaf. d. l. licet Impera-
 tor. 3. notab. delegat. 1. & Tiraquell. d. l. si unquam, in
 uerbo, donatione. nu. 158. ego hanc sententiam faci-
 le eo casu admiserim, cum in iure expressae sunt haec
 coniecturae, non quando ex facti contingentia eue-
 niunt. nam in iure nostro aliqua exprimentur conie-
 cturae, quas lex probatiois uere loco habet, quemad-
 8 modum i coniecturis ad probandam filiationem quod
 domi sit natus scientibus uicinis, quod talis tractatus &
 habitus sit, ut late supra 89. casu diximus. Quadmo-
 dum etiam uideamus in casu nostro, dum lex probationem
 perfectam iudicat famam in probatione finium dict. ca.
 cum causa, de probatio. in his dubium non est. Sed
 dubitatio uertatur cum aliqua eueniunt coniecturae
 & praesumptiones, quas lex nec considerauit, nec co-
 siderare potuit tamquam quod in facto consistant, hoc
 9 casu (ut iam dixi) iudicis erit arbitrium, qui diligenter
 & accurate perscrutabitur, an coniecturae huius-
 modi sint, ut ad ita credendum adduci possint.

S V M M A R I V M

- 1 Iudicis arbitrio relinqui, qui casus dicantur difficilis probationis.
2 Aetatem esse difficilis probationis.
3 Aetatem matris testimonio probari, uel etiam consanguineorum.
4 Aetatem ex libro patris probari.
5 Statutum Patainum sub rub. Quod pater non teneatur dare partem filio. cap. ult. declaratur.
6 Filiationem esse difficilis probationis.
7 Partus suppositionem difficilis esse probationis.
8 Simulationem contractus esse difficilis probationis.
9 Iudicium difficilis esse probationis.
10 Captiuitatem difficilis probationis.
11 Probationis difficilis esse adulterium.
12 Difficilis probationis esse simoniam.
13 Probationis difficilis esse fraudem.
14 Furtum nocturnum esse difficilis probationis.
15 Tractatus de homicidio perpetrando difficilis est probationis.
16 Matrimonium clandestinum difficilis probationis esse.
17 Metum esse difficilis probationis.
18 Voluntatem & animum esse difficilis probationis.
19 Torturam esse difficilis probationis.
20 Interesse difficilis probationis esse.
21 Dolum esse difficilis probationis.
22 Difficilis probationis casus plenam probationem interdum requirere.
23 Iudicem fuisse pecunia corruptum, difficile est probare.
24 Probationes plenae requiruntur cum probandum est iudicem fuisse pecunia corruptum.

C A S V S C X V I.

DIFFICILIS PROBATIONIS, quae sint.

Veniunt aliquando casus plures, qui difficilis probationis ad eum sunt, ut uix cognosci possint. uerum, qui hi sunt, dubitari non semel solet, inter ceteros tamen Marcellus in l. quaestiois modum. nu. 50. de quaestio. & Carolus Molinaeus in consuetud. Paris. titu. 1. §. 1. nu. 2. dixerunt, Iudicis arbitrio relinqui. Ego scio iure nostro plura dici difficilis probationis, ac primo (ut ab hoc incipiam) difficilis probationis creditur aetas, ut censuit Bar. in l. de aetate. nu. 7. de mino. & Parisius consi. 10. nu. 58. lib. 2. de quo dicam in sequenti casu. quamobrem lex ad eam probanda admittit probationes alias impotentis, nam admittit matris testimonium. l. etiam. ff. de probatio. Capolla consi. ult. col. 1. 3. Capella Tolo. q. 3. & Crauetta loco statim citando. sic consanguineorum, Bar. d. l. de aetate. nu. 7. imò annotauit Alex. in additio. ad Bar. d. l. de aetate. nu. 9. §. librum patris in quo dies natiuitatis scriptus est, aetatem probare. qd responderunt etiam Curt. iun. consi. 118. nu. 8. & Soc. iun. consi. 3. n. 10. lib. 2. & late Crauet. tract. De antiq. tempo. octaua particula primae partis princ. nu. 346. qui declarat, qd si pater uiuit, libri cum eius iuramento semiplene probare: si mortuus, idem esse; quia mors loco iuramenti est, non tamen (inquit) probat cum pater contra filium litigat, ex Bal. consi. 19. lib. 5. Quibus inferitur declaratio ad statutum Patainum sub Rub. Quod pater non compellatur dare partem filio. c. ult. dum

disponit aetatem filij probari ex libro patris cum patris iuramento, intelligitur, patre uiuente, non eo mortuo: tunc enim mors iuramentum supplet. Secundus casus difficilis probationis est filiatione, ut late supra in casu 89. exequuti sumus. Tertius casus est in probatione suppositi partus, ita Soc. iun. respodit consi. 90. nu. 17. lib. 2. qui ob id coniecturis & praesumptionibus probari posse creditur. Quartus est casus, qui difficilis probationis esse creditur, si simulatio contra actus, id quod infra in casu 180. explicabimus. Quintus est casus difficilis probationis, si incendium in domo commissum. Afflictus decisione 57. nu. 3. Sextus casus est, cum miles allegat se ab hostibus captum fuisse. l. non omnes. §. a barbaris. de re mil. de cuius intellectu scribit Corasius lib. 3. miscella. iuris c. 7. n. 7. Septimus casus est adulterium. Decius consi. 577. nu. 11. Paris. consi. 57. nu. 34. & consi. 54. n. 61. lib. 4. So. cinus iun. consi. 32. nu. 12. lib. 2. Octauus est simonia. Decius consi. 342. Crauet. consi. 122. nu. 8. Novus casus est fraus. Crauet. consi. 143. nu. 12. Decimus, si furtum nocturnum. Crauet. consi. 178. nu. 2. uel aliud delictum eo tempore perpetratum. Gramma. consi. 1. nu. primo, consi. 17. nu. 5. Undecimus est tractatus de perpetrando homicidium. Crauet. consi. 220. n. 15. Duodecimus, si matrimonium clandestinum. Crauet. consi. 281. col. pen. uers. non obstat. Decimus tertius, si metus, ut infra dicemus suo loco, & tradit Paris. consi. 53. n. 61. & consi. 60. nu. 21. li. 3. Decimus quartus, si animus & uoluntas hominis. Paris. consi. 79. nu. 1. lib. 4. Decimus quintus, si tortura, quae secreto datur. Mar. consi. 5. nu. 21. 22. Decimus sextus, si interesse. l. ult. ff. de praetor. stipul. Bar. l. 2. in fi. C. de rescind. uend. Rebuffus. l. unica. nu. 482. C. de sententijs quae pro eo quod interest. Decimus septimus, si dolum. ita Boe. q. 101. nu. 3. 4. & ibi alia adfert, & alia etiam retulit Iaf. consi. 141. col. 3. lib. 4. Decimus octauus est cum probandum est aliquem dixisse, se iturum ad certum locum; atque ita uelle abesse: quia non sequitur, dixit se eo iturum, ergo iuit, ita scribit Isernia in commentarijs, ad consi. Regni titulo De literis citatorijs, in uerbo, Cum sit quadam, qui ob id inferit, probationem hanc fieri iuramento afferentis illum absentem ita dixisse: & si aliter reperitur, de periurio non puniri, & multo plura diligens lector obseruare in iure poterit. Illud unum tamen non praeteribo tacitus, aliquando casus aliquos reperiri, qui & si difficilis probationis sint, nihilominus plenam & exactam probationem requirunt. exemplum adferri potest; cum probandum est, si iudicem corruptum pecunia fuisse, & per sordes iudicasse: nam cum haec secreto admodum committi soleant, difficilis admodum est probatio. ita Batol. in l. qui ea mente. colum. ultim. ff. de furtis. a quo non dissentit Aegidius Bossius in tract. caus. criminalium, in titulo De officialibus corruptis. nume. 14. nihilominus ad hanc corruptionem probandam probationes concludentes requiruntur, ita Bald. in l. obseruare. §. proficisci. quae. 11. ff. de officio Proconsul. Bossius praecitato loco, qui tamen nu. 19. in fi. solum hoc intelligit, cum proceditur criminaliter. Gramma. consi. 35. nu. 36. & consi. 54. nu. 56. qd obseruandum maxime est, qm & ceteris in casibus sic dici potest, cum magna extat praesumptio, ut etiam p iudice. l. 2. C. de offic. ciuil. iudi.

S V M M A R I V M.

- 1 Aetatem ex aspectu probari.
2 Iudicis arbitrio relinqui quomodo ex aspectu aetatis probetur.
3 Inspectio in pudibundis ad aetatis probationem reijci.
4 Probationem admitti contra iudicis arbitrium super aetate & corporis inspectio.
5 Statutu Brixiae 58. i. ciuilibus sub rubr. Quod maior. quatuordecim annis. declaratur.
6 Statutum Mediolani ca. 243. sub rubr. de ijs qui non possunt capi ratione aetatis. declaratur.

C A S V S C X V I I.

DE AETATIS PROBATIONE EX aspectu.

Admonui superiore casu, aetatem difficilis probationis esse, & ob id admitti probationes alias minus idoneas. nunc dicendum est, inter ceteras probationes aetatis illam adesse, quae ex aspectu fit: quae quidem multum iudicis arbitrio relinquitur, ut probat. l. minor. 25. annis adito Praeside, ibi clare Alber. ff. de minor. 25. annis. quae est secutus Gramma. de cis. 48. nu. 18. nec dissentiunt ibi Bar. & ceteri. idem Bar. l. de aetate. nu. 8. ff. eo. de minor. Bal. in rub. C. de probatio. in fi. Bal. consi. 19. lib. 5. Iudex ergo hominis facie diligenter inspecta, considerata membrorum qualitate, paratum conditione, loco unde natus est, iudicabit aetatis is est, id quod non modo locum habet in aetate iuuenili, sed etiam in senili: ut annotauit Bar. in l. 2. C. de mend. ualid. lib. 12. & eum est secutus Gramma. d. dec. 48. n. 19. corporis autem aspectus non intelligitur de pudibundis: nam inspectio illa a iure, ut turpis, reiecta est, §. 1. institut. quib. mod. tutel. finitur, sed (ut dixi) de facie & ceteris membris, & dicitur arbitrium hoc datum in casu dubio. esset enim stultum dicere, iudicem posse iudicare senem ex aspectu iuuenem esse, intelligitur ergo cum probabilis adest dubitatio, ut puta habet quis 20. annos, & ex aspectu uidetur habere uiginti quinque, iudicat tunc iudex ex aspectu illo aetatem. ita Alber. loco iam citato. erit qd adnotandum, hoc iudicis arbitrium haud plene aetatem probare, nam contrarium probari potest, & sententia illa retractari. ita Alber. in dl. minor 25. annis adito Praeside, in fine, qui ita uidisse in foro obseruari scribit. & ideo Bal. in l. solam. nume. 12. C. de testib. dixit, sententiam hanc plene non probare aetatem, haec non solum conferunt ad interpretationem iuris communis, sed & statutorum, quae in alicuius aetate nuntur, ut statutum Brixiae in ciuilibus. 58. sub rubr. Quod maior quatuordecim annis. illa enim aetas relatis modis iudicari poterit, ita declaratur statutum Mediolani capitu. 243. sub rubr. De ijs qui non possunt capi ratione aetatis, ibi non declaratur quomodo illae aetates probentur, ob id ex aspectu satis probari intelligimus.

S V M M A R I V M.

- 1 Impedimentum testibus probari posse.
2 Impedimentum probari ex iuramento impediti.
3 Iudicis arbitrio impedimentum probari.
4 Impedimentum non probari iuramento periuri.
5 Impedimentum bis iuramento impediti non probari.

- 6 Impedimentum, quod remoueri potuit, impediti iuramento non probari.
7 Impeditus, ut praetextu impediti excusetur, quid probare debeat.

C A S V S C X V I I I.

Q U O M O D O I M P E D I M E N T V M probetur, & quando impeditus excusetur.

Quoniam superiore casu attigimus, impedimenti probationem esse interdum difficilem, agendum nunc nobis est, quibus probationibus probari possit. Prima fuit eorum opinio, qui dixerunt esse probandum testibus, uel instrumentis, ita aliquos recenset Io. And. in c. 1. de dolo & contu. in 6. Corn. in cof. 56. col. 1. lib. j. & Paris. consi. 67. nu. 90. lib. 3. ex c. praesentiu. 7. q. 1. & ex c. ex literis. §. ult. de restit. in integr. uerum haec sententia omnibus in casibus uera non est, sed in illis tantum in quibus haec probationes praestari possunt, cum ex loci, temporis & facti qualitate adesse potuerunt, atque ita post alios docuit Iaf. in l. 3. §. quod diximus. nu. 2. ff. si quis cautio. qui alia iura sic explicat. Secunda fuit opinio, si impedimentum satis posse proprio impediti iuramento probari, quia propter, de elec. c. 1. 22. q. 1. maxime cum unius testimonio ex c. ex insinuatione, de procura. cum semiplena probatio sufficiat. quam sententiam probarunt Inn. in c. ex literis, in fine, de rest. in integr. & post Spec. & Rotam respodit Soc. iun. consi. 76. nu. 14. lib. 1. Cato Saccus in l. ad monendi. nu. 34. uerum isti intelligunt, qm hic impeditus est persona honesta & fide digna: id quod totum a iudicis arbitrio pendet, contrarium tamen probari potest, ita Inn. d. c. quia propter. col. pen. de electio. Tiraq. de retract. consang. §. 4. glo. 1. num. 7.

Tertia opinio fuit Io. Andr. in c. 1. de dolo, & contuma. in 6. hanc probationem praestari iudicis fieri, quam sententiam eo loci secutus est Gemin. idem c. fuit Guido Papae q. 64. Si altera Cur. sen. l. admonendi. nu. 280. de iure iur. hac communem testatur Alex. in l. 2. §. quod diximus, n. 2. & ibi Iaf. ff. si quis cautio. Ant. Petrus in l. 2. nu. 348. de iure iur. Sebastianus Vantius tract. nullitatu, in tit. de nullitate ex defectu iurisd. ordina. nu. 166. in fine, is ergo recte ac diligenter considerabit personam, loci ac facti qualitatem, & interdum plenam requirit probationem, aliquando semiplenam, aliquando solum iuramentum probationis loco. Euenit etenim interdum ut occurrat impedimenta in remotis regionibus, quae nec testibus, nec instrumentis probari possunt. nostri ergo iudicis erit prudentia de his statuere. erit tamen qd animaduertat, ne imprimis alias periuro iuramentum hoc deferat. c. paruuli. 22. q. ult. & post Roma. tradit Alex. d. §. qd diximus. nu. 4. Non quoque bis super eodem facto iuramentum hoc concedat. ita Alex. d. §. quod diximus. nu. 3. & ibi Iaf. post Angelu ibi ex l. ult. ff. de bonis auct. iud. possid. idem censuit is Ant. Petrus. d. l. 2. nu. 350. de iure iur. & Rebuffus in l. unica, nume. 66. C. de sent. quae pro eo quod interest. nec etiam admittere debet iudex noster probationem illius impediti, quod remoueri poterit: nam is qui impediti praetextu uult iuuari, duo probare debet. Primo illud impedimentum huiusmodi fuisse, ut remoueri.

ueri minime poterit, ut probat l. sed & si per Præto- rem §. 2. ff. ex quib. caus. in a. ubi Bar. idem in l. qui bus diebus, ubi Soc. in tertio nota. de cond. & demõ. Deci. l. 1. in fine, C. de bo. poss. secun. tab. & cõs. 677. nu. 4. Gozad. consi. 38. nu. 1. Soc. iun. consi. 76. nu. 79. lib. j. latè Crauet. cõs. 270. num. 3. Sécundò pro- bare debet is impeditus impedimentum illud in cau- sa fuisse, ne præstiterit, quod præstare tenebatur; quo- niam quantum in se erat, omni diligètia usus est, ut probat rex. annotatio ne dignus in l. qui commearus. de re milita. & omnes in l. 2. §. quod diximus. ff. si quis cautio. ibi Alex. num. 6. & Iaf. num. 5. & plura retulit Craue. consi. 151. n. 2. 2. & consi. 179. nu. 6. istis addo Decium consi. 454. nu. 6. & consi. 552. nu. 7. Boer. q. 40. nume. 4. & Vanti. d. titulo de nullitate sententiæ ex defectu iurisd. ordina. nu. 166. uerf. & erit.

S V M M A R I V M.

- 1 Interesse damni emergentis & lucri cessantis consi- deratur, cum debito tempore debitor non soluit.
- 2 Lucrum cessans quomodo probetur.
- 3 Statutum Mediolani c. 43. sub rubr. de damno & in- teresse, declaratur.
- 4 Lucrum cessans certum difficile probationem habet.
- 5 Lucri cessantis interesse in facto uersari.
- 6 Iudicis arbitrio relinqui, quomodo interesse lucri ces- santis probatur.

C A S V S C X I X.

LUCRI CESSANTIS INTERESSE quomodo probetur, & quando sit in con- sideratione.

Reuocauit in memoriam iã relatus casus, ut hoc loco agerem, quæ ratio habèda sit in interesse iudicando ad creditoris fauorem, cui congruo tem- pore non persoluit debitor, & certum est, esse habè- dam rationem emergentis damni, & cessantis lucri. l. 3. §. ult. ff. de eo quod certo loco. lat. qui natura. §. nõ tantum. de neg. gest. l. socium. ff. pro socio. l. si com- missa. ff. rem ratam haberi. omnes in l. secunda. C. de usur. glos. & ceteri omnes in capitul. conquestus, de usuris. latè Crau. cõs. 189. col. ult. & multos recenset Didacus lib. 3. uaria. resõl. cap. 4. nume. 1. qui quam pluribus Theologorum auctoritatibus comprobat hic creditor, ut si lucri cessantis interesse cõsequatur, probare hoc præcipue debet, quod consuevit mercari, quod præ manib. merces huiusmodi habebat, quibus emptis tantum superlucratus fuisset uerisimi- liter: quod emere non potuit, pecunia hac carens. ita post alios Iaf. l. 3. §. ult. de eo quod certo loco. Ruin. consil. 103. nume. 4. lib. 1. Rubeus consil. 88. Crauet. consil. 320. num. 36. Neuiz. consil. 77. nu. 24. Rolan. consil. 35. nu. 5. 6. lib. 1. atque ita declaranda sunt sta- tuta, quæ concedunt iurari super interesse, ut si statu- tum. Mediolani cap. 43. sub rub. de damno & interes- se. si quis enim tamquam mercator peteret interesse ex forma d. statuti, nihilominus relata requisita pro- bare deberet. certum uerò si lucrum cessans difficile probationem habet: nam ut scribit Ang. & Iaf. d. l. 3. §. ult. nu. 7. Lucrum cessans est non ens, & non entiu nulla sunt causæ; ob id probari non posse uidetur. l.

actori. ff. de proba. coniecturis ergo probabitur, ex glo. d. l. §. ult. & tradit Decius in l. quatenus, nu. 5. de regi. iuris, accedit Bart. in l. traditio. C. de actio. empt. nimirum, cum difficilis probationis sit. l. ult. ff. de præ- stip. & supra dixi in casu 112. probabitur etiã per lo- cum à solitis, nempe à uerisimili, q. uerisimiliter ex solito tm̄ superlucrari creditor potuisset. ita glo. d. l. 3. §. ult. & ibi Iaf. nu. 6. de eo quod certo loco. Alcia. l. unica. in fi. de sententijs quæ pro eo. Verum, quia hoc certum dici non potest, cum aliquando plus for- tuitò eueniant, quibus non solent ita æquè uno ac al- tero tempore superlucrari mercatores, non iniuria ergo dictum est a nostris in facto si interesse uersari. l. quatenus, de regi. iuris. Rebuffus dicta l. unica. nu. 395. Carolus Molinæus tract. usur. nu. 28. 29. inquit: interesse taxatione si iudicis arbitrio relinquitur, id qd̄ p- bat d. §. ultimo, & ibi Iaf. nu. 6. qui in hanc senten- tiam attulit text. & ibi Barto. in l. prima, C. de colo. Illirica. lib. 1. 1. quem prius perpendit Aretin. in l. di- uortio. §. si menses. ff. solu. mat. idem placuit Socio- no in tract. fallen. reg. 3. casu 33. Rebuff. d. l. unica. numero 526.

S V M M A R I V M.

- 1 Venditorem ad interesse teneri cum emptori rem nõ tradit.
- 2 Iudicis arbitrio taxari interesse, quod venditor em- ptori præstat.
- 3 Venditorem morosum teneri ad interesse quanti plu- rimi emptori.
- 4 Valorem rei communem probat emptor dum agit ad interesse quanti plurimi.
- 5 Interesse singulare quomodo probetur.

C A S V S C X X.

INTERESSE EMPTORIS QUOMODO probetur, cum uenditor tempore debito rem uenditam emptori non tradidit.

Est iam relato casui hic similis: si uenditor rem uẽ- ditam emptori non tradidit, atque ita per moram factum est, ut tradendi desierit esse facultas, quo circa in interesse emptori tenetur. l. si traditio. C. de actio. emp. qui sanè textus probat, interesse hoc taxa- ri si iudicis arbitrio. id quod annotarunt ibi Bar. & Bal. qui sanè Bal. nu. 2. censuit coniecturis hoc si inter- esse probari posse. idem clarius docuit Salic. q. 5. & Afflictus in c. 1. nu. 2. uerf. Item arbitrabitur quan- tum sit interesse, ex quib. caus. feud. amitta. qui iudi- cis arbitrio multum tribuit. illud tamen erit obser- uandum, quod scribit Sali. d. q. 5. uenditorem hunc morosum teneri quanti plurimi res ualuit à tempo- re moræ citra, iuxta l. uinum. ff. si certum petatur. at tanti res ualere dicitur, quanti uendi communiter potuit. l. pretia rerum. ff. ad l. Falcid. & tradunt oẽs in l. 2. C. de rescin. uend. emptor ergo cõem ualorẽ probabit, & illud consequetur. si uerò (inquit Salic.) non probabit uenditor communem ualorem, iudex informationes de communi ualore sumet & suo ar- bitrio interesse iudicabit. Cuius doctrinam quo ad interesse commune probato: at quò ad si singulare, dif- sentio

sentio, quia illud à cõi ualore probari nequit; sed ex qualitate personæ emptoris, & ipsius rei, id qd̄ con- iecturis probari pot. & à iudicis arbitrio pèder. De interesse hoc singulari plura apud omnes in l. unica. C. de sentent. quæ pro eo quod interest, profer.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudicem posse recusari in alia causa. alij contra pau- ló infra.
- 2 Causa diffinita odium conceptum inter iudicem & condemnatum perdurare.
- 3 Cap. cum P. Maconella, de accus. declaratur.
- 4 Cap. postremo. de appell. exponitur.
- 5 Argumentum à contrario sensu in rescriptis non pro- cedere.
- 6 Si uerò quis dicat, in auth. de testib. sensus, & in- tellectus.
- 7 Iudicis arbitrio relinqui an iudex causa finita in al- tera possit recusari.
- 8 Præsumuntur durare quæ solo tempore tolluntur.
- 9 L. in ipsius. C. famil. ercisc. declaratur.

C A S V S C X X I.

RECUSARI AN IVDEX POSSIT IN altera causa, cum prima iam per suam senten- tiam est finita, non in subtiliter enucleatur.

Cum de iudicis recusatione à nostris disputatur, quæri ac dubitari solet, an recusari is iure pos- sit, qui in alia causa iam contra nunc recusantem, sè- tentiam tulit: qua in re una fuit Andr. Barb. & Aretini Inia, quæ referunt Dec. & Ripa in cap. 1. de iud. ille prima lect. nu. 7. iste nu. 15. recusari posse. eã opinio- nem secutus est Gomez. Hispa. in §. ruris. n. 25. inst. de actio. ex ratione. l. in ipsius. C. famil. ercisc. quo lo- ci scriptum est, q. & si causa est extincta & finita, nõ tamen finitum esse odium ob illam conceptum. Ve- rum Decius, qui supra, illud uerum esse intellexit, re- bus sic stantibus, non autem causa ipsa absoluta, quia cessante causa odij, odium è cessare intelligitur, ex c. postremo, de appell. de quo statim Gomez. uerò ad hanc opinionem cõprobandã citabat tex. c. c. P. Ma- conella. de accus. quo loci probari uidetur, accusato- re criminis simoniæ, eo extincto & finito iudicio, nõ posse in alio ferre testimoniũ, sed mea Inia, non pro- bat, quandoquidem factũ illud est ob maximam af- fectionem, quam is accusator contra accusatorẽ ha- bebat. id quod ex eo detegitur, quia ipse accusaue- rat, & mox egit sedulo, ut èt eius frater accusaret, ob instantem ergo uicissitudinem (cuius meminit ibi su- mus Pontifex) maxima accusatoris affectio detegi- tur; non mirum, si ad ferendum testimonium non admittitur.

Secunda ergo opinio fuit Decij dicto c. 1. num. 7. quem uisus est sequi Ripa nume. 15. 17. & cum illis sensit Alc. trac. præsump. reg. 2. præsump. 11. qui hãc esse receptionem uisus est affirmare, hunc s. iudicem recusari non posse, ex text. in si capitu. postremo, ubi Abbas in 2. notab. de app. ubi ex rescripto Lucij III. Pont. Max. is iudex rectè recusatur, qui in illo negotio aduocationis officio functus est, non ergo iure in al-

tero recusari poterit. Verum recentiores aliqui cre- diderunt, textum hunc ad rem nihil conferre, qd̄ à Decio reprehenditur. Ego aliquando sum opinatus, Deci. & aliorum argumentationem à sensu contra- rio sumptam in rescriptis iure nõ procedere, ut pro- bat ipse Decius in l. prima, in princip. numero 51. ff. de officio eius. Accedit præterea, non esse fati- sum, si is qui in alia causa aduocatus fuit, in altera hic ab illa penitus diuersa iudex esse possit, cum nullum odium, nullam inimicitiam is cum aduersario sui clientuli contraxerit, sed tantum affectionem quan- dam habuit honori sui, & officij causa, illo ergo fini- to, nulla iusta superesse causa recusationis uidetur. quod sensit Ripa dicto capitu. primo, in fine, de iud. dum scriptum reliquit ex l. qui cum natu maior. §. pen. ff. de bo. liber. inimicitiam ex aduocatione con- tractam, non esse consideratione dignam. Non pari- ter huic opinioni opulentur duo illi canones capitu- l. ad hæc, il primo, & capitu. proposuit, de appell. à sensu contrario sumpto argumento; quoniam, iã dixi, non ita argumentari licere. Minus huic senten- tiæ suffragatur is si text. §. si uerò quis dicat, in auth. de testib. in illis uerbis, donec de crimine iudicetur, ubi ergo iudicatu fuerit, eius testimoniũ uidetur pos- se recipi. in huius loci declaratione multa effudere Dec. Ripa, & Gomez. Ego uerò animaduerti aliquan- do ex uersione Gregorij Holoan. tex. illũ nil penitus probare. is enim sic legit: Insuper, si quis eum, qui ad dicendũ prodit testimonium, inimico dicat, contra se esse animo, & fortè ab ipso in crimen publico po- stulatum iudicio, si protinus ostendatur criminalẽ in- ter eos causam agitari, non procedito inter testes, is qui in tantum alienato ab hoc est animo, ut etiam de crimine ipsum publico postulet iudicio.

Tertia ergo & uerior est opinio eorũ, qui hoc iudicis relinqui arbitrio dixerunt. ita censuit But. in d. c. 1. de iud. quem ibi uno uerbo uisus est p- bare Dec. 1. lect. nu. 6. in fi. & Ripa nu. 17. & Alc. d. reg. 2. præ- sump. 11. Verum, quia suo loco diximus, arbitriũ hoc esse debere iure ac ratione regulatum, erit q. summa dilig. ntia animaduertat iudex hic nõ, quomodo hoc in casu suũ arbitriũ proferat. si nihil hæc arbitrari facultas daretur, iudicari, inspecta qualitate persona- rum, quæ iam contendeabant, an ex rei qualitate su- per qua erat controuersia, tanta oriri potuerit inimi- citia, ut causa ipsa diffinita odium continuatiũ cau- sare potuerit, & tunc iudicari, iudicem hunc recusari posse: illa ratione, quam ex d. l. in ipsius. C. fam. ercisc. considerauit Gomez. in d. §. ruris. nu. 25. in fi. q. illa quæ solo temporis tractu non immutatur, si du- rare præsumuntur, cum semel sunt in esse deducta. l. si cui. §. iisdem. ff. de accusa. l. non omnes. §. à barba- ris. de re milit. sunt etenim iste animi passionem, que durare præsumuntur, ut docuit Baldus in l. ex perso- na, nu. 4. C. de probatio. quem est secutus Felya. in c. scribam. nume. 3. de præsum. sic declarantes si d. l. in ipsius. quæ uerè probat, cum ad demonstrandam te- statoris uoluntatem mutatam, & illũ animi odiũ de- posuisse, necesse sit, seruorum merita ad uoluntatis mutationem, congrua intercessisse, probare. Si uerò uiderem controuersiam ratione personatum ac re- rum talẽ fuisse, ut graue odium in animum cõteden- tium concipere non potuerit, & talem contractam

non fuisse inimicitiam quae perseverantiam uerisimiliter habere non poterit, recusationi locum non esse pronuntiatem.

S V M M A R I V M.

- 1 Damnum passo quod interesse resarciendum sit.
2 Iudicis arbitrio restituitur interesse damnum passo.
3 Artifex vulneratus quod interesse ob damna sua consequatur.

CASVS CXXII.

INTERESSE QVOD DAMNV M PASSO resarciendum sit.

Recte ac sancte lex constituit pensanda esse dana illi, qui alterius facto iniquo detrimentum sensit, hoc etenim in l. ueteri praecipit Dominus populo suo, ut legitur Exodi cap. 21. in hac uerba. Si rixati fuerint uiri, & percussit alter proximum suum lapide, uel pugno, & ille mortuus non fuerit, sed iacuerit in lectulo: si surrexerit & ambulauerit foris super baculum suum, innocens erit, qui percussit, ita tamen, ut operis eius & impensas in medicos restituat. Sed dubitat nri, quod interesse & damnum passo resarci deat? Iaf. in l. si qn. nu. 21. C. unde ui, docuit esse iudicis arbitrio, id est scriptum reliquit Afflict. in c. 1. nu. 21. uerfi. ite her arbitrii taxadi, ex quib. caus. feud. amitta. ex d. l. si qn. C. unde ui, & clarus text. in c. ult. de his q ui metusue cau. fut. ubi Abbas & caeteri omnes, ita etiam cum quis artificem uulnerat atq; ita debilitat, arbitrio iudicis det illi sua dana repedere ita Bar. in l. interdum. §. qui fur, de furtis. Placa libro epit. delicto. c. 6. nu. 32. huc spectat quod Plato scribit dialo. nono de legibus in hac uerba. Si alienum seruum interemit, suumq; putauerit, dno danu restituat, uel duplu pretij reddat. quati uero pretij fuerit seruus a iudicibus statuarur. hac ille. Diligenter ergo iudex noster considerabit pro naru qualitate, nepe qs is sit, q sibi danum illatu allegat, uel rem subtrahat, an in qua nobilis sit uel mercator, diues uel pauper: quis et is sit, qui danu dedisse dicit: qualis res illa fuerit in qua danu allegatur datu.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudicis arbitrio relinqui quomodo bona inter socios diuidantur.
2 Sociorum maior partes facere an debeat, et minor eligere.
3 Iudex partes aequales inter socios facit, & uni unam, alteri alteram assignat.
4 Papiensium consuetudo quae sit in diuisione bonorum communium inter socios.
5 Consuetudo aliarum regionum in diuisione bonorum communium inter socios.

CASVS CXXIII.

BONA INTER SOCIOS COMMVNIA qua sub forma diuidantur.

Pura iudicis arbitrio tribuuntur, cum de bonis communibus inter socios uel fratres diuidendis agitur.

tur, est enim receptior opinio, iudicis arbitrio relinqui, quomodo diuidi haec bona debeant, ut infinitis prope auctoritatibus probauit Tiraq. in tract. de iure Primigen. q. 60. nu. 10. nec enim maior partes constiturere & minor eligere debet, sed iudex ipse partes aequales facit, & uni unam, alteri alteram assignat. illi addo Marfilium in l. quaestiois modum. nu. 25. de quaestio. Ruinum consi. 146. nu. 1. lib. 4. Boer. q. 46. nu. 1. poterit tamen iudex noster suo arbitrio res aestimare, deinde modo unum, modo alterum interrogare quati uellet rem illam apud se retinerere. ita docuit Bar. in l. 2. in fi. C. coi diuid. uel et diuisione facta, forte dirimere poterit, cui electione tribuat. ita Bart. in l. 2. nu. 5. C. qn. & quib. quar. pars lib. 10. Ego scio apud Papientes esse usum receptum, ut frater aetate maior partes constituat, & deinde forte dirimatur cui uia, cui altera adiudicanda sit, atq; ita utuntur consuetudine, cuius meminit Ang. in l. sancimus. §. ne autem. C. de don. & Ang. Aretan §. quaedam. nu. 9. in fi. inst. de acti. cuius quidem opinionis Ang. dum meminit Tiraq. d. 59. 60. nu. 14. eam intelligit, ut consuetudo sit, maiorem partes facere debere, minorem uero eligere, cum tamen sentiat Angelus, maiorem quidem partes ponere, quas deinde fors adiudicat, caetera apud Tiraquelli copiosam & eruditam explicationem uidebit diligens lector.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudicis arbitrio relinquitur quis dicatur maior frater, cum agitur de bonis communibus diuidendis.
2 Fratrem maiorem ratione maioris etatis dici, secundum aliquos.
3 Maior de domo quis.
4 Fratrem maiorem dici ratione administrationis, seciudum alios.
5 Clericus in ecclesia maior quis dicatur ad optionem prebendae.
6 Doctor maior de collegio quis.

CASVS CXXIII.

QVIS DICATUR FRATER MAIOR IN diuisione bonorum, & quis maior in domo, in ecclesia, & collegio.

Quonia proxime iam relato casu attigimus aliqua de fratre maiori in bonoru diuisione; conuenit, ut hoc loco explicemus, quomodo maior iure dicatur. quo quidem in casu alia complectar praeter tractatum diuisionis bonoru. Cum ergo de bonis diuidendis agitur, maior frater dicitur ex iudicis arbitrio, ut rudit Barb. consi. 21. col. pen. consi. 51. col. 2. lib. 2. consi. 80. in fi. lib. 3. & consi. 45. col. pen. in fi. lib. 4. idem rudit Alex. consi. 4. lib. 4. quem secutus est Comes. §. quaedam, in fi. inst. de actio. & Marfil. l. qonis modum. nu. 5. de quaest. Aliorum quorum tamen fuit opinio, maiorem fratre dici ratione aetatis. ita aliqui senserunt in d. c. 1. de paroch. & ob id Io. Baptista a Santo Seuer. in Loes populi. nu. 242. de iust. & iure, post Bal. §. maior domus illum dixit, qui aetate maior est, sic docuit Anch. in c. 1. in fi. de constit. que est secutus Barba. in l. cu acutissimi. nu. 108. C. de fideicom. quod si testator heredi suo substituat maiorem de domo sua, maiorem intelligi ratione aetatis.

Alij

Alij uero censent maiorem dici ratione administrationis bonorum, ita Abbas in c. 1. num. 4. de paroch. & multis comprobauit Tiraq. d. trac. de iure primig. q. 60. nu. 7. qui pari ratione scribit, illum dici maiorem in optione praebendae, qui diutius in ecclesia militauit, ex glo. c. cum in tua, de consuet. in 6. quam multi ab eo relati secuti sunt, sic maior & antiquior (ait ille) in consilio est, non ratione aetatis, sed cooptationis. Sic in §. Doctore, is maior ceteris, qui prius dignitatem est consecutus, ut post Roma. l. si uero. §. de uiro. nu. 85. solu. marr. tradit Gaspar Valla. in l. Imperium. nu. 11. de iurisd. om. iud. Accedit quod scribit glo. in c. edes, de rescrip. arbitrio iudicis relinquitur, quis absolute maior uel minor dicatur, & alia tradit Tiraq. de nobilitate. c. 10. nu. 11.

S V M M A R I V M.

- 1 Diuisione bonorum inter socios qualis fieri debeat.
2 Societas ubi simpliciter contracta est, partes in diuisione aequales esse debent.
3 Iudicis arbitrio relinquitur quando industria unius socij correspondeat pecunijs alterius.
4 Societate certa sub forma contracta, & ea non seruata, quomodo diuisione faciendae sit.
5 Socius qui in societate plus contulit, plus etiam accipere debet.
6 Socios posse de partibus aequalibus pacisci, etiam si unus in societate plus altero conferat.

CASVS CXXV.

QVAE DIVISIO PARTIVM ESSE DEBEAT inter socios, & si unus plus altero in societate contulit; paucis, sed dilucidè explicatum.

Dum inter se societatem contrahunt socij, nulla interdum certa & clara diuisionis forma praestituitur. quam ob re dubitari sapissime contingit, quomodo faciendae sit diuisione. Ang. in trac. societatis, parte secunda. nu. 3. 4. & Petrus Vbaldus illius frater in eius pariter tract. societatis, parte. 4. col. 1. & 2. multa dixerunt iudicis arbitrio relicta, quae ut in facto consistentia, de iure diffiniri minimè poterunt. Ego duos casus constituo.

Primus est, cum simpliciter contracta est societas, & itaq; ita in dubio partes aequales esse debent. l. si non fuerit, in prin. ff. pro socio. nam cum fraternitatis instar societas sit, iuerum, in prin. ff. pro socio. iuri naturali conuenit aequalitatem seruare, quemadmodum inter fratres obseruandam esse supra diximus, & hic casus procedit siue ambo socij tantum pecuniam, laboris ac industriae conferant, uel unus pecuniam, alter uero industriam; quonia in dubio industria pecunijs correspondet. l. cum duobus. §. si in coeunda. ff. pro socio. Petrus Vbaldus loco praecitato col. 1. uerf. ex quo inferitur, qui tamen & rectè, subdit esse in iudicis arbitrio, quando correspondeat, cum non semper hoc eueniat, & eo loci illud pulchre scribit, quod ubi industria pecunijs correspondet, si finita societate nihil super lucretum est, illa pecunia capitalis diuidi debet, non autem e contra, cum industria non correspo-

deat; quoniam tunc iudicis arbitrio diuisio fit. l. si societatem mecum, ff. pro socio. & alij exemplis declarat is Petrus d. parte. 4. q. 2. & egregie Soc. iun. consi. 74. nu. 12. lib. 2. qui Corneum & alios refert. & inquit, iudicem habere debere ratione pecuniae & industriae. Didacus lib. 3. uaria. resol. cap. 2. nu. 2.

Secundus casus est, quando de portionibus constituendis actum quidem est contra societatem certa sub forma, sed forma illa non seruata est, ut puta, tecum contraxi societatem, ut ego industriam ponerem, tu ducenta, & aequalis esset lucri diuisio modo tu centum tantum contulisti, lucri diuisio erit arbitrio boni uiri; quoniam, & si pactum fuerit de aequali diuisione faciendae, attamen ego qui industriam contuli, interesse consequi a te possum, cum tantum non contuleris, quantum conferre promisisti. ita Petrus Vbaldus d. tract. societatis, in quinta parte princip. q. 19. qui in subsequenti questione casum econuerso posuit, quoniam is qui promisit contulit centum & contulit ducenta, adhuc ratione illorum centum ultra conuentionem lucri diuisio iudicis arbitrio fit, habendaq; sepe erit ratio, ut quod plus contulit, plus accipiat, & quod nihil, nihil consequatur. d. l. si non fuerint. ff. pro socio. Bal. in l. 1. q. 4. C. pro socio, qui iudicis arbitrio tribuit, & ibi Sal. q. 7. late Soc. iun. consi. 74. nu. 8. lib. 2. Alba consi. 53. nu. 1. Paris. consi. 85. nu. 12. 13. lib. 1. Purp. in l. si pascenda. n. 27. C. de pactis. & hoc est uere geometricam proportionem & aequitatem seruare. non nego, tamen, quoniam ualeat pactum, quod partes aequales sunt, etiam si unus plus altero contulit. ita enim sentiunt nostri interpretes, ita inquam declarat Corne. consi. 187. col. 3. & consi. 166. col. 1. lib. 3. quem est secutus Craue. consi. 173. col. 1. uerf. sed ad praemissa, caetera apud relatos uideri possunt.

S V M M A R I V M.

- 1 Diuisio lucri quae inter patrem & filium, cum filius ex pecunijs patris negotiatus est.
2 S. i. inst. per quas perso. nob. ac q. declaratio & sensus.
3 Romani distinctio, quomodo lucrum sit inter patrem & filium diuidendum.
4 Lucrum aequa lance esse diuidendum inter patrem & filium, cum filius ex pecunijs paternis est negotiatus.
5 Iudicis arbitrio partes constitui inter patrem et filium, cum filius est negotiatus cum pecunijs paternis.
6 Iudex quid obseruare debeat in diuisione lucri facti a filio cum pecunijs paternis.
7 Iudicis arbitrio adiudicari cui placet lucretum ex insperata fortuna factum a filio negotiante cum pecunijs paternis.
8 Actus praesumitur utiliori modo factus.
9 Actus censetur factus in dubio omni meliori modo.

CASVS CXXVI.

LUCRI DIVISIO QVALIS FIERI DEBEAT inter filium & patrem, cum ex paternis pecunijs filius negotiatus est, clarè & copiosè enucleatum.

Quaestio iuris est frequens apud iudicem subsellia inter patrem & filium, cum sua industria praecipua affirmat filio, negat patre, se multa ac-

fuisse; & ob id sibi, non patri deferri debere, quare ambigitur, quæ rō habenda sit industria filij, & pecuniæ paternæ in negotiationibus erogata: & cui acquisita adjudicanda sunt. Quia in re animaduerti aliquando plures esse interpretum opiniones. Vna fuit glossa in l. cum oportet, in prin. C. de bonis quæ liberis, quam ibi sunt secuti Fulgo. & alij nonnulli, & clarè Specu. in titu. de iudicijs, quarta parte. §. sequitur.

2 Quid si alter in totum patri acquirit ex test. §. i. inst. per quas perso. nob. acquir. uerum is tex. intelligitur cum aliquid filio prouenit ex re patris: ut hic præter rem patris intercedit ipsius filij industria, quæ uerè a re patris separata est: non ergo patri in totum acquiritur. hac ratione dissoluitur, & illud dum inquit gl. in d. l. cum oportet, patri acquirit, cum eius contemplatione acquisitum uideatur, ex l. sed si plures §. in arrogato. de uulg. nã imò filius dum sua industria aliquid acquirit, sua non patris cōtēplatione acquirit.

3 Secunda fuit opinio Rom. in l. illud. C. de colla. qui quatuor casus distinguebat, quorum primus est, quando filius cum pecunia patris, ipsius patris nomine negotiatur, ut lucrum tunc tanquam uerè profectum patri in totum sit. cum Romano idem sententur Ang. consil. 85. col. 2. Ias. in l. illud. col. 2. uerū. limita tamen, & ibi Dec. nu. 2. C. de colla. Secundus est casus qñ suo noie & principaliter filius negotiatur, suoq; periculo tractat oia, tunc sibi non patri acquirit, firmiter Rom. Ias. & Dec. idem Dec. in l. fm naturam. nu. 1. in fi. & l. sicuti pœna, in fi. de reg. iu. Est rō, quia nec hoc casu cū fratribus lucrū hoc cōcatur. l. si unus ex socijs. §. si qd unus. ff. pro socio. Tertius est casus fm Romanum, qñ expresse noie cōi, & cōi periculo negotiatur, est; tunc esse iudicis arbitrio diuidendum, ut ex Baldi sententia statim referam. Quartus est casus, cum filius suscepta patre pecunijs simpliciter non constituo cuius nomine negotiatum fuit; tunc inq; Rom. totū est patri tribuendum, cum præsumptio sit suo noie fuisse negotiatum. Verum hac Romani opinionem multis subuertunt Soc. sen. consil. 92. Circa primū, col. 1. lib. 1. quo in casu consuluit & Alex. consil. 13. lib. 3. idem Soc. sen. consil. 162. col. 3. lib. 2. imò ipsemet Rom. consil. 469. secutus est aliam Bartoli opinionem, quam nunc subiicio.

Tertia ergo fuit opinio Bartoli in l. 1. §. sed nec castrēse. ff. de colla. bono. & in l. cum oportet §. illud. C. de bonis quæ liberis, qui scripsit, omne ꝑ lucrum, & omne dānū esse aqua lance diuidendum. cū Bartolo receptior uideatur esse opinio, ita testatur Dec. in d. l. illud. nu. 1. 2. C. de colla. quo loci Ias. col. 3. uer. 3. est principalis opinio, ait ita Baldum respondisse cū ex facto interrogaretur, ut uerè consuluit consil. 256. Factum sic se habet, lib. 5. nec dissentit Soc. sen. consil. 162. Considerata facti. col. 1. in fin. lib. 2. & idem respondit Rom. d. consil. 469. & clarius Crauet. consil. 121. in fi. & consil. 165. num. 1. Verū cōis hac sua eo in casu posset procedere, ubi constaret filij industriā æquiuale re lucro pecuniarum patris, & econtra. ceterum, cum constat uel industriam pecuniæ lucrum potuisse excedere uel econtra, Bartoli & aliorum opinio sequenda non esset.

Quarta ergo & ultima fuit eorum sententia, q̄ dixerūt, hoc totū ꝑ iudicis arbitrio relinquenda. Ita Bald. in auth. ex testamento. C. de coll. & in l. certū. col. 1. uer.

Quæro hic. C. famil. ercif. Baldum sunt secuti Petrus Vbalbus illius frater in trac. societatis, parte. 5. principi. q. 13. in fine. Calc. consil. 19. nu. 26. Soc. sen. consil. 162. col. 1. & 2. lib. 2. Craue. consil. 159. in fine. Iustus ergo ꝑ iudex noster pecuniæ quātitatem & industriā considerabit: & si unam ab altera parum distare animaduertet, æqua lance lucrum diuidat. Si uero industria pecuniæ lucrum excedat, æquū erit, ut tantum deferat iudex patri, quantum pecuniæ quantitas rōne rps, & qualitatis personarum lucrari potuit, & residuū filio adiudicet, ut egregiè rñdit Ang. consil. 112. Bona acquisita. q̄ rō in casu contratio eadē rōne ineunda est. Credimus pariter iudicis esse arbitrio, cui adiudicandū illud sit, qd ex bona & imperata fortuna obuenerit, & si Soc. sen. d. consil. 162. col. 2. rñderit, patri esse adiudicandū, cū patris noie negotiatum præsumatur. qd minime uerū opinor eo casu, cū filius noie potius proprio, ut sibi acquirat q̄ patris negotia tractare uideatur, ut est uerisimile. qd docuit Bar. in l. gerit. nu. 21. ff. de acq. hæred. dum inquit, eum in dubio factum facere eo modo, quo utile magis sibi est, ex l. 1. & 2. ff. de sol. plura similia attulit Traq. tract. de re. r. consan. §. 3. o. gl. 1. nu. 3. & Soc. sen. consil. 113. nu. 3. lib. 4. Accedit quod scribit Alc. tract. præsump. reg. 2. præsump. 24. nu. 5. in dubio factum ceteri nomine proprio factum, cum magis utile facienti est.

S V M M A R I V M.

- 1 Diuisio bonorum inter socios cum sit inter fratres, an habenda sit ratio maioris impense alterius eorum.
- 2 Fratres socij omnium bonoꝝ rationem nō habent maioris impense alterius eorum.
- 3 Socius omnium bonorum nihil repetit a socio pro dote data filie illius ex bonis communibus.
- 4 Frater socij singularis alterius maiorem impensam ob altero repetit.
- 5 Donationem non præsumi.
- 6 Impensam factam pro particulari utile in societate nō contineri.
- 7 Baldus in l. ult. C. de colla. declaratur.
- 8 Fratrem singularem socium alterius nō repetere maiorem impensam, sed donasse præsumitur.
- 9 Fructus impensi in causam alimentorum societatis ab altero non repetit.
- 10 Socius singularis modicam impensā a socio nō repetit.
- 11 Iudicis arbitrio relinqui, quæ maior sit impensa.
- 12 Impensa magna uel modica ex qualitate personarum inducitur.
- 13 Socius minor 25. annis modicam impensam suo consocio donare non præsumitur.
- 14 Donare non potest minor 25. annis.
- 15 Fratres communiter uiuentes societatem omnium bonorum contrahere non dicuntur.

CASVS CXXVII.

QVAM IMPENSAM REPETAT FRATER a fratre cum unā simul per multos annos uixerunt, & deinde bona diuidunt.

NE in hac tractatione diuisionis bonorum inter socios & fratres quidquā, quātum efficere possunt

fitus, desideretur, quod ad iudicis arbitriū pertinere uideatur, casum hunc subijcere uolui. Is est, cum agitur inter ꝑ fratres de bonis æquē diuidendis, an habenda sit ratio maioris impense, & maioris lucri alterius eorum? Bal. in consil. 260. Vnus uidelicet Ioannes, col. 2. uer. De expensis autem lib. j. respondit, has questionēs multum a iudicis arbitrio pendere. idem scriptum reliquit Petrus Vbalbus de societate, parte 6. q. 23. in fi. ut aliqua summa utilitatis explicem, alios quos casus & iuris questionēs considero.

Primus est, quando duo sunt omnium bonorum ꝑ socij, & eorum unus plus altero impendit, cum plures habeat filios, uel alij ꝑ causis, hoc casu iudex nullam rationem harum impensarum habere debet: ita affirmarunt Ias. in l. ult. nu. 4. in fi. C. de coll. & ibi Dec. nu. 4. & Ias. consil. 5. col. 2. lib. j. qui ita declarat & intelligit Bal. in d. l. ult. C. de colla. idem Ias. consil. 2. col. 7. uer. 8. considerandum. lib. 3. Purp. in l. si pascēda. nu. 38. C. de pact. Craue. consil. 159. nu. 10. Ratio est, quia omnia hic communia sunt, & æqualiter omnia sunt diuidenda, nec hæc maiores impense sunt in consideratione, ut probat l. si socius pro filia. ff. pro socio, ꝑ quo probari dicitur, socium omnium bonorum tempore diuisionis non posse repetere a socio partē dotis, quæ ex communibus bonis data fuit filie alterius socij dum matrimonio collocaretur. quæ opinio magis recepta est, ut apud Ias. auth. quod locum. nu. 6. & ibi Dec. nu. 9. C. de colla. refert quamplures huius opinionis, addo Paris. consil. ult. nu. 21. 22. lib. 2. & si alij permulti in hoc aliter sentiant, affirmantes dotem hanc a fratre repeti posse pro sua portione a fratre dotante. ita Decius d. auth. quod locum. nu. 9. uer. ego tamen. qui Bart. Bal. Ang. Butr. & Soc. in hanc sententiā retulit. Ruin. latē consil. 104. lib. 1. & multos retulit Rolan. a Valle consil. 91. nu. 45. 47. li. 1. qui pariter multis adductis argumentationibus hæc ꝑbauit.

Secundus est casus, quando duo sunt ꝑ socij singulares; ut puta, cum mortuo patre duo fratres una simul simpliciter uiuant: nam hos singulares socios solum esse affirmarunt Bal. & ceteri in l. 1. C. qui testa. face. poss. idem Bal. in l. si patruus. C. communia utriusque iud. & cōem testatur Ias. consil. 5. colum. 1. lib. 1. Hoc ergo casu dicendum est regulariter illum plus satis altero impendentem repetere posse. atque ita hanc affirmatiuam pro regula proponit Petrus Vbalbus in tract. societatis 6. parte princ. q. 23. uer. si. Circa secundum principale dubium. qui quatuordecim fundamentis utitur, ibiq; i duodecimo, & decimo quarto refert huius opinionis fuisse Angelum, nonnullosque alios, & uerè, ita n. Angel. d. l. ult. C. de coll. Corneus etiam consil. 301. col. ult. lib. 1. & consil. 122. lib. 2. his accedunt Barb. consil. 22. col. 4. lib. 1. Ias. d. l. ult. nu. 4. in fin. C. de colla. & consil. 5. col. 2. lib. 1. Ruin. consil. 101. lib. 4. & ex multis satis solidis fundamentis rē hanc optime probant. Primò, quod ubi alia sumi potest interpretatio, quam ꝑ donationis, illa nunq̄ sumitur. l. cum de debito, in prin. ff. de prob. & ideo ubi cadere potest coniectura administrationis, donatio nō præsumitur. l. Nefennius. ff. de neg. gest. l. ult. ff. de petit. hæ. & plura retuli supra in casu 88. ubi latē explicauimus quando donatio præsumatur. Secundo, quia ꝑ impensā, quæ facta non est pro communi utilitate, non continetur in societate. arg. l. cum duobus.

§. per contrariū, & l. adeo, in fine, ff. pro socio. sed cōmunis utilitas non est, cum alter impendit. Tertio in societate æqualitas seruanda est, l. si non fuerint. ff. ꝑ socio, ut. l. unusquisque proportionabiliter portionē suam consequatur. ita Bald. in l. 1. C. pro socio, & ibi Sali. q. 7. at proportionabiliter unusquisque sociorū suam portionem non consequeretur, si unus plus altero impendens ab altero non repeteret. Nec aduersantur, quæ scripta sunt a ꝑ Baldo in d. l. ult. C. de coll. dum ait, alterum ex fratribus plus altero ex proprijs fructibus impendentem in communi societate nō repetere ab altero, quoniam Baldus declarari potest, ut intelligat de modica impensa, ut infra subiiciam. Vel si de magna etiam impensa loquitur, malè sentit. sic Paris. consil. ult. nume. 23. lib. 2. Nec iura ab eo allegata probant, ut is textus cā. 1. §. si duo fratres, de nouo benefic. in uel. nam illi multipliciter respondet is Vbalbus d. q. 23.

Declaratur primò non procedere, quando ꝑ donandi animus ex coniecturis colligeretur. ita in casu nostro tradit Petrus Vbalbus d. q. 23. uer. 1. quando cōstat. ex tex. l. si paterno. C. de nego. gest. quæ de re supra i casu 88. & hac declaratione possumus complecti illas omnes declarationēs, quas is Vbalbus recenset, quando. l. ꝑ alimenta fuerunt præstita intuitu pietatis, quando affectu paterno, quando ecōtra aliqua seruitia præstabantur. & hac declaratione complecti potest illa, quam adfert Decius in d. l. ult. in fine, C. de colla. dum post Baldum ibi, quem sic ipse intelligit, & Ancha. consil. 303. in fine, & Barba. consil. 37. col. ult. lib. 2. scribit, quod etiam si fructus consumpti in ipsa societate sūt magni ualoris, nō repeti aliquid ab eo, qui plus altero impendisse, seu consumpsisse dicitur pro alimentis communis familiae, & si alter plures filios habeat: atque ita differentiam constituit Decius ꝑ fructus consumpti fuerint in causam alimentorū, uel in aliam causam. atq; ita Bal. in l. filia cuius. 3. nota. fam. ercif. sensisse scribit. Verū nullam inter hæc differentiam constituendam esse opinor, cum nunq̄ donandi animus præsumatur siue mō alimenta præstentur, siue in alteram causam impendatur, ut supra in d. 88. casu attigimus. Et iō Rui. consil. 101. num. 1. lib. 4. post Alex. Rom. & Castren. intellexit Baldū dū loquitur de impensa alimentorum, de modica & lede qua statim dicam.

Tertius est casus, qñ duo sunt ꝑ singulares socij, & unus eorum plus altero impendit, sed modica est impensa: tunc is, qui plus impendit, ab altero non repetit. ita is Petrus Vbalbus d. q. 23. uer. si. si uerò ambo non administrabant, sic intelligens Bal. in d. l. ult. C. de colla. quo loci idem sententur Castren. & Ang. & ibi retulit Dec. nu. 4. Paris. d. consil. ult. nu. 23. lib. 2. nã ob rei modicitatem & communem societatem ratione uictas, donatio præsumitur, cū hæc modica & leuia spernere uideantur socij: quo tamē in casu multum uerfabitur iudicis arbitriū, ut cognoscat quid multum quid parum, ut diudicet quæ seruanda inter hos sit æqualitas: ut is Vbalbus scriptū reliquit, & Bald. d. consilio. 260. colum. 2. lib. 1. & magna uel parua ꝑ impensā iudicatur secundum qualitatem personarum, ita Riminal. d. l. ult. nu. 2. C. de colla. id qd iudicis arbitrio relinqui omnino debet.

Declaratur primò non procedere, quando ꝑ is qui

LIBRI EMPTI A PATRE, ET FILIO
causa studiorum traditi, quando filio
donati credantur.

Cum pater libros emit, & filio studijs operā dan-
ti tradit, donare dicitur; quare cōferre illos nō
hēt, si modo filij nomine illos emit & tradit, ita post
Bar. & alios docuit Dec. in l. si donatione. nu. 41. C.
de colla. quo loci nullam constituit differentia, q̄ pa-
ter emit libros filij nomine, & ei tradat, uel q̄ pater
pecunias det hanc ob causam, & si But. cōsi. 39. aliter
fenserit. Idem est, quando pater ꝑ libros nomine filij
emit, & filio doctōri tradit, donare ei adhuc dicitur,
nam filius illos statim loco quasi castrēsis peculij ha-
bere creditur, ita Alex. d. l. si donatione. num. 8. C. de
coll. & ibi Dec. nu. 42. idem Alex. cōsi. 103. lib. 5. &
egregiē Bal. cōsi. 184. Pater. lib. 2. qui respondit, ita
dēmum censeri donatos ꝑ libros, si filius in studijs
profecerit, & ad Doctōratus apicem peruenerit. idē
& clarius affirmant Iaf. cōsi. 149. lib. 4. & Dec. cō-
si. 177. col. 2. quod alio loco explicabimus. Hęc tamē
locum non habent, quando ꝑex donatione hac mā-
gna inter fratres inæqualitas surgeret, ita sensit Bar.
l. 1. §. nec castrensē. n. 1. uerf. fallit in tribus casibus.
ff. de colla. bono. ex l. pen. §. ult. C. de colla. sic & Dec.
d. l. si donatione. nu. 41. in fi. & nu. 42. in fi. C. de coll.
post Baldum, Butrium, Barba. & Comen. idem respō-
dit Craue. cōsi. 125. nu. 7. idem sentiunt alij relati ꝑ
Tiraq. De iure Primigen. q. 4. num. 4. quo loci propē
in finita cōgessit de æqualitate inter fratres seruāda.
sed dubitari hic contingit, quē nā hęc magna dicatur
esse inæqualitas, & cum uerē hoc nō sit lege diffinitū
ꝑ iudicis arbitrio relinquēdum esse is Tiraq. cōsiuit.

S V M M A R I V M.

- 1 Patrem filio donare non posse.
- 2 Pater qua ratione filio donare non possit.
- 3 Donationē inter uirū & uxore non consistere, & cur.
- 4 Donationem ob merita consistere inter patrem & fi-
lium. & inter uirum & uxorem.
- 5 Donatio quibus benemeritis confirmetur.
- 6 Benemerita quomodo æquialere debeant rei donatæ.
- 7 Iudicis arbitrio iudicari benemerita rei donatæ equi-
ualentia.
- 8 Bal. auth. ex testamento. C. de colla. declaratur.
- 9 Nobiles maiorē referre solēt gratiā accepti beneficij.

CASVS CXXXII.

BENEMERITA QUANTA ESSE
debeant, ut donatio ob illa facta inter eos cre-
datur, inter quos alias non consistit.

Ivre cautum esse scimus, & iā supra attigimus, ꝑ pa-
trem filio donare non posse. l. 1. §. si pater filij. ff. de
usu cap. pro dona. l. donationes quas parētes. C. de do-
na. inter uir. & uxo. Bar. in l. frater à fratre. nu. 57. &
ibi Iaf. nu. 44. de condi. in deb. omnes in l. si donatio-
ne. C. de colla. cuius rei rōnem adferunt Bart. d. l. fra-
ter. nu. 57. & Bal. l. 2. C. de inoffi. testa. quoniam dum
pater

minus altero impendit, est minor 25. annis: nā tunc
non etiam modicam impēsam socio suo donasse cre-
ditur, & ob id repetere pōt, ita sensit Petrus Vbaldus
d. q. 23. uerf. Circa secundum principale. ea ratione,
14 quia ꝑ minor donare non potest, l. in causā. §. item
relatum. ff. de mino. l. ult. §. ult. C. si maior factus. Est
15 etiam ratio, quia inter duos hos ꝑ fratres, qui ita una
simul uixerunt, non potest dici contracta societas:
ut docet Bar. in l. Titium & Mæuium. §. altero, de ad-
ministr. tut. & in l. si patruus. C. communia utriusque
iudi. qua ratione usus est Rui. cōsi. 29. numero 15.
lib. 5. qui tamen de magna impēsā uerba faciens ita
respondit.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudicis arbitrio partes constituuntur, cum aquædu-
ctus multis est concessus.
- 2 Diuisio aquæductus quomodo fieri debeat.
- 3 Pascua communia quomodo diuidenda.
- 4 Constitutiones Mediolani in titulo De officio iudicis
& commissarij fluminis Olonę §. deniq; declaratur.

CASVS CXXVIII.

DE AQUÆDVCTVVM, ET PASCVO-
rum diuisionibus.

Cum Princeps multis ius aquæ ducendæ sua libe-
ralitate concessit, nec in concessione expressit,
quas partes debeant inter se isti constituere: iudex
suo arbitrio illas cōstituet, ita Bar. in l. si quis per di-
uinam. C. de aquæductu. lib. 1. 1. illo textu adductus.
quem in hanc sententiā singularem dixit Rom. sing.
804. Tu scis. & Antio. Cōfētus in singulari in uerbo,
Aqua, incipit in pluribus. idem censuit Frac. de Mar-
chis q. 561. nu. 4. post Baldum tit. de pace Constātię.
§. Nos Romanorum, in fi. ex text. l. de usur. ff. de uarijs
& extaord. cognit. Ego opinor, iudicem ꝑ diuisionē
hanc facere debere pro mensura qualitatis fundi, &
nō pro necessitate partis fundi. quam obrem, si unus
tria iugera fundi habet, alter quatuor, alter uerō qn
que, & concedantur duodecim uncia aquarum, qui
tria iugera hēt, tres uncias habere debet, is qui qua-
tuor, quatuor uncias, qui quinque, quinque uncias,
etiam si is qui habet tria iugera solum, ob fundi steri-
litate tātum aquæ opus habeat, quantū is qui quin-
que habet iugera. hoc probat l. si partē fundi, de ser-
uit. rusti. prædio. & tradit Cępolla in tract. De serui.
rustico. prædio. c. 4. De seruitute aquæductus. nu. 13.
uerf. Secunda conclusio. Bellonus cōsi. 27. nu. j. idē
respondit Craue. cōsi. 60. nu. 3. qui post Calcanē
cōsi. 34. col. 3. nu. 5. idem dixit esse constituendam
ꝑ diuisionē pascuorum. qua de re infra suo loco. Idē
in aquæductibus & similibus censuit Boe. q. 46. nu. 5.
6. quæ doctrina non procedit ubi alia subest distri-
butionis causa, quemadmodum adferri potest exem-
plum in nouis constitutionibus Domini ꝑ Mediola-
lanensis, in tit. de officio iudicis & commissarij flumi-
nis Olonę. §. denique si contingat. ibi, & illud ius dili-
gentibus, qui fecerint impēsā, acrescat ipso iure.
dum. n. cōstitutum est, portionem aquæductus illius,
qui ob negligentiam in non soluendo amisit, alijs ac

crecere, dubitari pōt quomodo accrescere debeat,
an pro quātitate prædiorum, uel sui aquæductus, uel
impēsæ iam factæ. relatę doctōrum traditiones sua
dent, accrescere debere pro modo fundi, Ego tamē
uerius opinor accrescere pro modo sui aquæductus,
qui uerē eandem impēsā ratam solet contine-
re: ius enim accrescendi pro modo iam delatę por-
tionis deferretur. l. 1. C. de impub. & alijs subst. ubi
glof. & Doct. omnes in l. unica. C. quando non pen-
ten. partes.

S V M M A R I V M.

- 1 Debitorum bona subhastantur, ut creditori satisfiat.
- 2 Subhastatio intra quod tempus perfici debeat, iudicis
arbitrio relinqui.
- 3 Licitatio bonorum ecclesię, minoris & fisci, intra qđ
tempus finire debeat.

CASVS CXXIX.

QVOD TEMPVS SVBHASTATIONI
perficiendę assignetur, cum bona debito-
ris, ecclesię, fisci & minoris alie
neantur subhastat.

Inter plura solemnia, quę solēt obseruari, dum de
bitorū bona ut creditoris eat satisfactū, distrahun-
tur, illud etiam obseruatur, ut bona ꝑ sub hasta uendā-
to, quemadmodum in casu l. si quos. C. de rescin. uē-
di. dum exactor publicus bona debitorum sub hasta
uendit, id, quod declarat Ang. cōsi. 142. Super 1. in
quirendum est, in fi. & cōsi. 324. col. 2. uer. 3. fallit,
dubitari itaque contingit, quantum ꝑ temporis tri-
buatur in his subhastationibus finiendis, & cū in
uatorum bonis distrahendis nullum tempus statutū
sit, illud iudicis arbitrio erit statuendum, ita scribit
Antonius Capicius Neapolitanus decif. 36. nume. 4.
post Io. à Platea in l. si tempora. nu. 1. C. de fide instr.
& iurā hasta fiscal. lib. 10. ante eos idem docuit Bar.
in l. licitatio, in prin. nu. 3. ff. de publica. qui uno ore
affirmant, ꝑ in distractione bonorum ecclesię, mino-
ris, & fisci, licitationem per 20. dies esse faciendam,
sic intelligētēs auth. hoc ius porrectum. C. de sacro
san. eccl. quæ uiginti dies in bonis ecclesię distrahē-
dis præstituit, atque ita in distractione bonorū fisci
& ciuitatis. ita gl. l. C. de uend. bo. ciui. & l. 1. C. de
fi. instr. & iure hasta fiscal. l. 10. quod placuit Bal. in l.
1. nu. 5. C. de præscrip. 30. anno. Fabian. a monte sā-
cti Sabini trac. de empt. & uend. q. princ. nu. 86. id
quod utile est ad interpretationem nouarum consti-
tutionum Mediol. in ut. de referendarijs ciuitatum.
quæ sanē constitutiones non præstituant tempus in
subhastationibus uectigalium. quāquā Papiæ ex mo-
re infra certum tempus & modum fieri soleant. idē
dicendum est in bonis minorū, quæ per uiginti dies
subhastantur, ita Rol. cōsi. 34. nu. 14. lib. 1. & si in
ea opinione ego aliquādo fuerim esse arbitrarium;
cum uerē iure diffinitum non sit.

S V M M A R I V M.

- 1 Donationem matris tribus ex causis reuocari.

2 Auth.

- 2 Auth. quod mater. C. de reuo. dona.
- 3 Donationem matris ex causis similibus expressis in
authen. quod mater. C. de reuo. dona. reuocari.
- 4 S. aliud quoque capitulum. in auth. ut cum de appell.
cog. extendi ad casus similes.
- 5 Cap. 1. S. porro. quæ fuerit prima caus. benef. amitt.
extendi ad casus similes ibidem expressis.
- 6 Iudicis arbitrio relinqui quæ iusta sit causa reuocādi
donationem à matre filio factam, præter causas enu-
meratas in auth. quod mater. C. de reuoc. don.

CASVS CXXX.

DONATIO MATERNA QVIBVS
ex causis reuocetur.

Donationem ꝑ quam filio fecit mater, tribus ex
causis reuocari posse constituit Iustin. in §. ma-
ter tamen donās, in auth. de nuptijs. quam trāslatam
habemus in ꝑauthē. quod mater. C. de reuoc. donati.
funt. n. hæ causā. Si in fidiā uitæ matris posuit, si im-
pias intulit manus, si contra ipsam ad totius substan-
tię eius subuersionem molitus aliquid demōstratur.
Verum dubitari potest, an præter enumeratas causas
considerari alię possint, & quæ illæ sint, & uerē opi-
nor posse considerari cum ꝑ similes sunt; quemadmo-
dum recte multis docuit Ripa in l. ult. q. 4. r. C. de re-
uo. donat. dum affirmauit, præter causas illas enume-
ratas in d. l. ult. quibus unusquisque donator reuoca-
re donata potest, alias posse illis similes, uel etiā ma-
iores considerari. quemadmodum considerant etiā
interpretes in casu ꝑ §. aliud quoque capitulum, in
auth. ut cum de appell. cog. ubi causę illæ, quibus pa-
ter exheredare proprium filium potest, ꝑꝑ ibi ex-
pressim enumeratę, at tamē alias cōplectuntur similes,
uel maiores, ut post Alex. cōsi. 203. nu. 6. lib. 2. tradit
Ripa d. l. ult. q. 4. r. nu. 138. qui & illud simile ex ꝑ c.
1. §. porro, quæ fuerit prima causa benef. amitt. ubi
causę considerari possunt dignę, præter expressas,
quibus uassallus feudo priuatur. quæ sanē iuris loca
alibi fusius explicauimus. sed quæ causę dignę, præ-
ter tres illas, considerari ac iudicari possunt, quibus
mater donata filijs reuocare ualeat, ego rem hanc
iure diffinitam non comperio, sed ꝑ iudicis arbitrio
tributam, ut rectē mihi probat responsum Papiniani
in l. donationes. §. species. ff. de donatio. & compro-
batur ex his, quæ dicemus in casu 285. ubi agemus
de ingratitude causis, quibus filius à patre ex hære
dari potest.

S V M M A R I V M.

- 1 Libros emptos & causa studiorum à patre sibi tradi-
tos filius non confert.
- 2 Libros à patre filio doctōri emptos & traditos, non
confert filius.
- 3 Libros censeri à patre filio donatos, ut filius in studijs
proficiat.
- 4 Libri non censentur donati à patre filio cum ex ea do-
natione magna inter fratres oriretur inæqualitas.
- 5 Iudicis arbitrio relinqui quæ magna inæqualitas
oriatur inter fratres, si libri à patre uni empti & tra-
diti, donati censentur.

2 pater filio aliquid dat, profectitium illud est, & per consequens acquiritur ipsi patri: non ergo iuris uim illa obrinet, quoniam is pater sibi ipsi donare dicere tur, quod fieri minimè potest. l. si quis pro eo. §. 1. de fideiuss. quam rationem probauit Corasius. d. l. frater à fratre. nu. 43. Iason tñ ibi eam carpit, quia imò quòdo pater donat filio nò reflectitur donatio in patre, ex glo. d. l. frater à fratre. in gloss. 1. magna in fi. & ex glo. d. l. si quis pro eo. §. 1. quæ affirmant, qñ obligatio naturalis descendit immediatè a patre in filiù, nò reacquiritur patri per refluxum. sic in hoc casu est dicendum, cum dominium iurisdictum sit. l. ex hoc iure. de iustit. & iure. quæ sanè cõsideratio leuis est, qñ termini non sunt pares. nam, & si dominium iurisdictum sit, modus tamen hic, quo dominium acquiritur iuris civilis est, cum civilis obligatio omnino ad eius ualiditatem adesse debet, & quatenus utraq; obligationem simul iunxit civile ius, civilis modus dicitur, & ideo civilis obligatio non subsistit. l. sed & si quis. §. sed etsi regulariter. de usufruct. l. liber homo, de uerbo. oblig. recte itaque sentit Bar. à cuius ratione non discrepat uere illa, quam attulit idem in loco iam citato. Non ignoro etiam donatorem in inter uirum & uxorem ualidam nò esse. l. 1. 2. & l. 3. ff. de dona. inter uir. & uxor. quibus in locis Paulus & Ulpia. huius constitutionis rationem reddunt, ne se mutuo amore spoliarent coniuges. alias per plures recenset Plutarchus in problemate 7. cuius loci meminit Alciatus lib. 3. dispunct. cap. 14. & Corasius lib. 5. miscella. iuris c. t. illam unam adfert, quæ præcedenti casui nò ab similibus est. ita ille, An illud potius, quod uiri & uxoris re communem esse oportet? Nam qui quod datum est accipit, is, quod datum nò est, id aliè num esse censere didicit: quo fit, ut exiguum in uicè dando, totum perdant. Inter multos tamè casus, qui bus inter relatas personas cõstitit donatio, is unus ad ferri solet, cum pater ob benemerita sit. ita patrem filio donare posse scribunt Bar. d. l. frater à fratre. nu. 57. & ibi Ias. nu. 44. & Corasius nu. 50. Decius in l. si donatio. n. 6. C. de colla. & latissimè Tiraq. in l. si unquam, in uerbo, donatione. n. 20. C. de reuo. dona. sic in donatione inter uirum & uxorem, ut ualeat ob benemerita, affirmarunt Bar. & Ias. in l. diuortio. ff. solut. marit. Tiraq. in d. l. si unquam, in uerbo, donatione. numero 21. & latius idem de legibus conubial. l. 6. numero 18. & de nobilitate ca. 18. n. 19. alios infinitos prope casus ad numerum quique & quadraginta recenset Tiraq. in d. uerbo, donatione largitus, quibus ob benemerita cõstitit donatio. quæ sanè pater benemerita hunc effectum tunc producant, cum æquivalent rei donatæ, ita Bar. in l. si quis pro eo. §. 1. in fin. ff. de fideiuss. & post alios Decius in d. l. si donatione. numero 16. C. de colla. idem in l. petens, nu. 17. C. de patris. latè Tiraq. d. l. si unquam, in uerbo, donatione. nu. 80. addo Ruinum conf. 60. nu. 16. lib. 3. & Challa ne. conf. 7. nu. 11.

6 Dubitari nunc contingit, quando & quomodo æquiualeere debeant benemerita rei donatæ. Vna est Bart. & relatorum opinio, censeri æquiualeere, cum omnino æqualia sunt, uerum iure non probatur hæc opinio. Accedit, aliquos reperiri adeo grati animi uiros, ut existiment, collatum sibi ex tempore beneficium ingenti summa pensari nò posse, quod alij par

ua dignum iudicarent. Secunda fuit sententia Baldi i. auth. ex testameto. nu. 1. in fi. C. de colla. benemerita tunc dici æquiualeentia, quado non sunt infra dimidium ipsius rei donatæ, iuxta l. 2. C. de rescind. uendi. cuius opinionem secuti sunt multi relati à Tiraq. d. l. si unquam, in uerbo, donatione. nu. 81. qui nu. 82. & 83. plures refert eam reiicietes, quibus & ego relata ratione accedo, & quam latius infra confirmabo.

Tertia & mihi quidem probabilior est eorum sententia, qui hoc iudicis arbitrio relinquendum esse censuerunt. ita Soc. sen. cõsi. 29. col. 3. uersicu. circa secundam. lib. 2. idem censuit Iason conf. 154. nu. 5. lib. 2. qui in eodem met casu respondit cum Socino relato. hanc quoque probauit Cur. in conf. 126. nu. 11. uers. sed circa hoc. & Purp. in l. cum quid. n. 131. ff. si certum per. quorum sententiam probari opinor ex Pauli respõto. l. etiã. §. i. ff. de manumiss. uind. ibi, quia multa merita incidere possunt, quibus honestu sit libertatem cum decreto prestare, quæ estimare debet, is apud quem de ea re agitur. Prudens autem iudex in casu nostro obseruabit, uerisimile an sit fraudem subesse, cum pater donat filio, uel maritus uxori, ratione eius quod donat ultra beneficij collati ualorem. nam, cum sumus in casibus, i quibus donatio prohibita est, fraus facile præsumetur, si rei ualor excedat pro dimidia ualorem benemeritorum. ita procedat doctrina Baldi in d. authen. ex testamento. ut eam sic intellexit Tiraq. in d. l. si unquam, in uerbo, donatione. nume. 83. uersicu. hic autem in nostro casu: C. de reuo. dona. & ante eum Purpur. in d. l. cum quid. nume. 131. si certum petat. in ceteris uero casibus, i quibus libere donari potest, nò adhibetur hæc diligentia ad cognoscendum, ualida an sit donatio, uel minus. solum enim benemerita hæc & rei ualor considerari poterit ad iudicandum, an pura sit, uel ob eam causam donatio: atque ita personæ donatis qualitas inspicienda erit, an diues & nobilis is sit, cum soleant pater nobiles, multo maiorem referre gratiam, cap. 1. de donatio. nam, & si tunc donatio excedat merita, modò non excedat, quòd in ea re solebat & debet facere donans ex more diuitum & nobilium, nò dicitur excedere merita: ut eleganter admodum respondit Corneus conf. 144. colum. 2. lib. 2. quem secutus est Tiraquel. d. l. si unquam, in uerbo, donatione. nume. 84. conferuit quæ supra retulimus in eo casu cum egimus de donatione præsumenda uel nò. & alia per multa receset Tiraquellus loco iam citato, & tracta. de Notabilitate cap. ult. nume. 50.

S V M M A R I V M.

- 1 Donationem rei modicæ non reuocari ob superuenientiam filiorum.
- 2 Iudicis arbitrio indicatur, quæ res modica & leuis dicitur, ne donata reuocetur ob filiorum superuenientiam.

C A S V S CXXXIII.

RES LEVIS ET MODICA QUÆ DICATUR, ne reuocetur ob superuenientiam filiorum.

Posteaquam de donationibus uerba facere cepimus, libet huc casum hic referre. Dubitari itaque contingit,

- 1 contingit, cum agitur de donatione rei modicæ & uilis, non reuocanda ob filiorum superuenientiam, iuxta l. si unquam. C. de reuo. an. dona. ut multis eo loci ostendit Tiraq. in uerbo, omnia uel partem. num. 24. 25. quæ res modica, & leuis esse dicatur. Vna fuit opinio cõmunis, ceteris reiectis, quas nunc nò refero, cum relatas, & confutatas legere quisque possit apud nunc relatum Tiraquellum, & ibi apud Ripam q. 8. communis inquam est, hoc iudicis arbitrio relinqui. ita Angelus ibi, & in §. siue igitur, col. 4. in auth. ut cum de appellat. cogno. quem secuti sunt Socinus sen. Ruinus & Alciatus, quos ibi recenset Tiraquellus numer. 28. 29. & ibi Ripa nume. 17. qui Alexan. & alios recenset. illis addo Curcium in iunio. conf. 56. nume. 9. prudens autem iudex noster diligenter qualitatem personæ donantis inspiciet, an uerisimile sit eum rem illam donaturum fuisse, etiam si hos suscepisset, quos nunc suscepit filios, an nobilis is sit uel non, an diues uel pauper. quòd attigimus in antecedenti casu. perpendet etiam hic iudex filiorum quantitatem, & an masculi uel femine sint, ut apud Ripam & Tiraq. quorum scripta ulterius non refero.

S V M M A R I V M.

- 1 Donanti patri, uel uiro ob benemerita, non creditur benemerita præcessisse.
- 2 Benemerita quomodo probanda sint.
- 3 Marito uendenti uxori creditur de pretio recepto, si alie concurrat coniectura.
- 4 Marito asserenti se emisse ex pecunijs uxoris credi, cum alie coniectura concurrunt.
- 5 Marito asserenti dotem sibi fuisse numeratam credi, si alie coniectura concurrunt.
- 6 Iudicis arbitrio reliqui, q̄ sint coniecturae pbabiles q̄ creditur cū donas asserit se ob benemerita donare.

C A S V S CXXXIII.

DONATIO OB BENEMERITA QUANDO facta dicatur, & quomodo asserenti de benemeritis credatur.

IN ea donatione, quam ob benemeritorum causam facit pater filio, maritus uxori, & his similibus, solet nò parum ambigi, adhibenda an sit fides illi assertioni, merita præcessisse. hac in re plura solè à nostris cõsiderari. Ego soleo eorū sententiã pbare, q̄ dixerunt, in his casibus deferendū nò esse speciali assertioni benemeritorū, sed necessariã fore pbatione, illa præcessisse. ita, n. Guliel. Cyn. & Albe. i. l. ult. ff. de exercito. Ba. l. si tibi. ff. si cer. per. Sal. Alex. & alij i. d. l. donatio ne. C. de collat. sic Guido Papæ. Soc. sen. & Ruinus, quos retulit, & secutus est Tiraq. in l. si unquam, in uerbo, donat. nu. 89. C. de reuo. don. q̄ nu. 91. relatis infinitis ppè Doctorū auctoritatibus, affirmauit, nec etiam huic assertioni cū iuramento credendū esse. Cum itaq; horū pbationem pbatio sit necessariã, dubitat nostri qualis esse debeat pbatio hæc? Et coniecturalè ac præsumptiuã sufficere respõdit Ias. cõsi. 154. col. 4. uers. 5. p̄ ista parte, & clarius cõsi. 184. col. pen. uers. sed præmissis & alijs. lib. 2. & magis clarè Alci. Trac. præsup. reg. 1. præsup. 16. nu. 3. & respo. 584.

nu. 5. cõfert responsū Bal. conf. 66. Inter uirū & uxorem, lib. j. si in instrumeto fuit uxor nēdit certo pretio & cõfiteretur, se recepisse ab uxore, nò stabitur eius cõfessionis tāquā suspectæ, nisi illa aliquibus administriculis iuuetur. Baldū in casu isto retulit & secutus fuit Tiraq. in d. l. si unquam, in uerbo, donatione. nu. 101. qui n. 100. in hac sententiã retulit Sal. in l. mater. C. de contrah. empt. dicentē, quòd & si credendū nò sit assertioni mariti dicentis se ex uxoris pecunia emisisse, credi tamē qñ aliqua coniectura & præsumptio cõcurrit, mulierē aliudē, q̄ ex bonis mariti pecunias illas habere potuisse. Salicetū secuti sunt alij plures à Tiraquello relati. illis ego addo Soc. sen. cõsi. 65. col. 4. uers. Vigesimo pbatur. lib. 1. Alciatū in locis iã citatis. latè Crau. Tract. de antiq. tēp. in 3. parti. primæ partis prin. nu. 70. 71. qui & alia recenset; præsertim illud ex Bal. in l. unica, nu. 7. C. de priui. dotis. dū docuit qd̄ etsi nò stetur assertioni mariti dotē fuisse numeratã, stari tamē, qñ aliqua præsumptio & coniectura cõcurrit, ut putã qñ maritus iã diu ex domo aluisset; quia uerisimile nò est, q̄ eã tãdiu indotatã habere uoluisset. Bal. secuti sūt plures relati à Craue. qui de ueritate illius doctrine dubitat, & plures cõtra Bal. sentientes refert. sed cū Bal. sentit Tiraq. loco iã citato. n. 101. Bal. quòq; secuti sunt Grãma. decisio. 103. nu. 6. Neuiz. cõsi. 57. n. 8. in fi. Rolan. à Valle cõsi. 85. n. 43. lib. j. Hæc tamē coniectura uere nò sūt lege diffinita: t̄quam ob rem iudicis arbitrio relinquuntur, ut docuit Tiraq. d. l. si unquam, in uerbo, donatione. nu. 102. in fi. & sentit Alcia. d. præsup. 16. num. 3. & d. respo. 584. nu. 5. dum citat Letiam. §. 1. ibi, estimare debet iudex. ff. de manumiss. uind. quamquam in aliam sententiam ego responsū illud aliàs retulerim.

S V M M A R I V M.

- 1 Metus causa gesta irritari.
- 2 Iustus metus quis.
- 3 Iudicis arbitrio relinqui, quis metus iustus dicatur.
- 4 Metum iustum ex qualitate personarum & facti iudicari.
- 5 Metus minor cadit in puero quàm in uiro.
- 6 Metus amissionis filiorum iustus est.
- 7 Filiorum amor incredibilis.
- 8 Metus mortis affinium iustus est.
- 9 Metus amissionis bonorum iustus est.

C A S V S CXXXV.

DE METU IUSTO, QUO GESTA irritantur.

DIuina propè sunt uerba edicti Prætoris: t̄ Quod metus causa gestum erit, ratū non habebit. l. 1. ff. de eo quod met. caus. misit equidem (ut post Baldum & alios plures scripsit Meuz. consil. 52. numer. 46.) Spiritus Sanctus uerba hæc i ore Prætoris, & re ete mea sententiã, quid fieri potest, ut is obligetur, qui metu aductus consentiuita enim fiet, ut impius lucrum cum alterius detrimento sentiat. Verum, cum non omnis metus gesta rescindat, sed qui iustus est. l. metum autem. ff. de eo quod metus causa. & Luani i mortis, de reg. iuris. ca. ult. de appellat. Dubitari contingit, quis iustus metus dicatur? Caius Iure cõsi. in d. l. metum autem, ait, metum dici, qui in constantissimum

mū uirū cadit. Pontifex uerò in c. cum dilectus, qđ met. caus. & in c. ueniens, & in c. cōsultationi, inquit esse metū iustū, qui cadit in uirū constantē. qđ idem est. nā is superlatiuis d. l. metū autē, resoluitur in cōparatiuū seu positiuū, ut docuit Decius in l. in omnibus causis p. facto. nu. 6. uerfic. & generaliter, de reg. iur. sed adhuc in ambiguo & ualde obscuro laboramus: nec enim unius conditionis sumus omnes. aliqui enim constantissimi sunt, quos nullum periculi, nullum tormenti genus terret. aliqui uerò mustella ipsa timidores, Austri leues status uerentur. est & sexus diuersitas, ut mox subiiciā. Rectē itaque omnes ferē nostri dixerunt, metū iustū iudicari: f. Iudicis arbitrio. ita probat l. metus autē causa. ff. ex quib. caus. maio. quo adducti sic affirmantur glos. in l. interpositas, in uerbo, cruciatū. C. de transact. & ibi Baldus, Abbas, in c. cum uirum. num. 8. de regula. sic glo. in c. penult. de ijs qui ui metus uē cau. sic respondit Raphael Comen. consi. 68. col. 6. Decius in c. i. nu. 1. & nu. 8. de appella. & cōsi. 218. nu. 3. Mar. l. quæstionis modū. nu. 30. de quæstio. Rubeus. l. nō solūm. §. morte. nu. 296. de operis nou. nunt. Afflictus c. i. nu. 2. r. uerfi. itē habet arbitriū, ex quib. cau. feud. amitt. Parisius cōsi. 53. nu. 90. cōsi. 60. nu. 17. cōsi. 139. nu. 10. 11. & cōsi. 170. nu. 19. lib. 4. Alciatus respon. 5. nu. 5. Neuiz. cōsi. 46. nu. 17. Tirag. in l. si unquā. nu. 31. p. pē finē. C. de reuo. dona. Grama. consi. 13. nu. 47. & uoto 10. nu. 8. Iudex ergo noster prudens f. iustum metū arbitrat bitur iuxta personarū qualitatē. ita Innoc. in d. c. cum dilectus. Decius d. l. in omnibus causis. nu. 3. Aretius consi. 24. nu. 7. Alba. consi. 7. nu. 2. 3. nā minor metus cadit in fœminā, q̄ in uirū. ita glo. in c. qđ locum, de sponsa. Decius. d. l. in omnibus causis. nu. 2. & Aret. d. cōsi. 24. nu. 7. & singularē esse glos. fam illā censuit Romanus sing. 226. Tu scis. & Ias. in d. l. interpositas. nu. 2. C. de trans. Decius d. c. ult. nu. 1. de appellat. multa egregiē cōgessit Tirag. de legib. connubia. l. 9. nu. 120. 121. cui addo Albā consi. 77. nu. 4. Paris. consi. 26. nu. 64. lib. 3. Sic minor f. metus cadit in puerū, q̄ in uirum, ut docet experientia. Aliqñ ergo ex qualitate personæ, corporis cruciatu, aliqñ timor mortis, aliqñ uerbera. d. l. metus autē causa. Casus tamen aliqui sunt qui in omnibus personis æque iustum metum inducunt, ut metus mortis, nā quis hominum est, siue masculus siue fœmina, qui illam non reueratur? sic f. metus amissionis filiorum, iuxta listi quidem. in fi. de eo qđ met. cau. nam tantus est filiorum amor, ut æquē eū diligat pater ac se ipsum, qđ Aristot. Ethicorum 8. c. 12. scribit. & multa doctē & latē cōgessit Tirag. in l. si unquam, in prefatione n. 7. 8. C. de reuo. dona. & cum de metu agitur, responderunt Aret. consil. 14. nu. 15. Soc. iun. consi. 77. nu. 38. lib. 1. Alcia. responso 162. nu. 9. Rolan. cōsi. 2. nu. 66. 68. lib. 1. si f. metus mortis affiniū est iustus metus. ita Bar. d. l. de pupillo. §. si quis ipsi Prætori. nu. 19. de oper. noui nuntia. Brunus cōsi. 82. nu. 6. Grama. consi. 13. nu. 18. Sic f. metus amissionis omnium bonorum iustus est. ita probat ca. 2. de ijs qui ui metus uē cau. Bar. l. si ob turpem. nu. 6. de cond. ob turpem causam, qui dixit, hunc timorem æquiparari timori mortis. idem respondit Ruinus consi. 23. num. 9. lib. 1. & Decius consi. 690. nu. 8. qui in eodem casu consuluerunt. Craue. consi. 49. nu. 7.

- S V M M A R I V M.
1 Metus illatus quibus probationibus detegatur.
2 Iudicis arbitrio relinquī coniecturas quibus metus probari potest.
3 Metus probatur ob carcerationem factam.
4 Carcer efficit ut in eo gesta sint nulla.
5 Contractum in carcere celebratum annullari.
6 Metus presumitur cum q̄s cū suo superiore cōtrahit.
7 Metum presumi ob causam reuerentię.
8 Metum reuerentialem non presumi ex sola maioris presentia.
9 Metum reuerentialem presumi ob enormem læsionē secutam.
10 Bar. l. 1. §. onerandæ. ff. quarum rerū actio non detur, declaratur.
11 Metus presumitur ex minis potentis, qui eas exequi consuevit.

CASVS CXXXVI.

METVS QVOMODO PROBE TVR ET DE METU REUERENTIALI PLVRA TOPIOSE EXPLICANTVR.

Posteaquam de metu uerba factimus, libet casum hūc subiicere. Dubitant, ac simul quærūt nostri, quomodo f. metus illatus deregatur, & coniecturis a o inditijs probari affirmant Baldus in l. si quis hoc genus. C. de Episc. & cler. idē in l. interpositas, post glo. ibi C. de transact. Decius. l. in omnibus. causis profecto. n. 6. uerf. uenio ad secundum. de reg. iur. qui multos in hanc sententiam reuoluit. & cum coniecturę hęc iure diffinitæ nō sint, f. iudicis arbitrio relinquuntur, ut Baldus, Decius & ceteri relati scribunt. & licet Decius in hanc sententiā citet d. l. metus autē causa. ff. ex quib. caus. maio. attamen non probat, cum solūm i iudicis disquisitione relinquatur ipsa qualitas metus, non autem ipsius qualitas probatio. hęc tamen opinio uera est, & illam probat Ias. in l. interpositas. num. 4. in fin. C. de transact. iudex tamen noster probabilem illam coniecturam & p̄sumptionem dubio procul probabit, cum f. metum passus se carcere mancipatum allegat, ut probat l. qui carcerem. & l. metum. §. sed licet. ff. de eo quod metus cau. ipsa enim uincula latis superque arguunt per metum fuisse gesta omnia, quæ in uinculis gesta fuerunt, & ob id nullius momenti sunt: inrius p̄citat. quod respondit Decius consi. 691. nume. 5. qui & illud post Bartolum & alios affirmauit, f. contractum in carcere celebratum, nec etiā prodesse illi, qui particeps fuit, ut hic carceri includeretur. idem multis respōdit Ne uiza. consi. 52. nu. 47. addo Guid. Papę q. 254. & Mar. sing. 306. Sic p̄abilis est coniectura metus, cum q̄s cum eo cōtrahit, quem in superiorē recognoscit, & cui aduersari non auderet, ut in filio erga patrem: ita censuerunt Aret. consi. 24. nu. 6. qui idem esse dixit de sorore, quę cum fratre contraxit. sic Soc. iun. consi. 47. nu. 33. lib. 3. qui ait solā ipsam reuerentię causā probabilem esse, qua rescindatur contractus. qđ respondit & Ripa lib. 3. respo. c. 15. nu. 8. in fi. & licet Soc. iun. consi. 77. nu. 154. lib. 1. & consi. 67. nu. 39. lib. 2. & Boe. q. 100. nu. 1. affirmauerint, f. metū reuerentialem non presumi ex sola maioris presentia, nisi cū illa intercesserit uel læsio, uel minę uerum tamen

tamen uerius intelligo, solā ipsam maioris presentia metū pbare, si modò ex iudicis arbitrio huiusmodi sit, ut probabiliter metus dici possit: quemadmodū respōdit Soc. iun. d. cōsi. 47. nu. 33. lib. 3. & ideo, qđ scribūt Doctores f. metū reuerentiāle p̄sumi ob enormē læsionē subsecutā, ut respōderunt Soc. sen. consi. 263. col. 3. uerf. p̄terea facit. li. 2. Ruinus cōsi. 190. nu. 17. lib. 1. & cōsi. 60. n. 22. lib. 3. Soc. iun. cōsi. 77. nu. 144. lib. j. Alba cōsi. 77. nu. 21. & cōsi. 100. nu. 4. Cephalus consi. 44. nu. 31. & cōsi. 142. nu. 39. lib. 1. intelligitur, esse quidē coniecturā ad metū hūc reuerentiāle p̄bandū, nō tamē necessariò læsionē cū alijs coniecturis concurrere debere: cum illæ unā cū sola ipsa superioris reuerentia metū hūc p̄bent. Craue. cōsi. 49. nu. 2. & ideo hæc coniecturiē nō requirūt. 10 Sic intelligendi sunt f. Bar. in l. 1. §. onerandæ. ff. qua rerū act. nō detur. Aret. d. cōsi. 23. nu. 7. Ruinus cōsi. 98. nu. 24. lib. 1. Afflictus decif. 69. n. 4. Sic etiā p̄batur 11 f. metus, cum p̄bantur minę potētis, q̄ uerisimiliter cōsuevit illas exeq, si modò minatus fuerit graui de re, ut de morte uel bonorum amissione. ita Bellame. cōsi. 9. colū. 5. quē secutus est Craue. d. consi. 49. n. 1.

S V M M A R I V M.

- 1 Debitor exactus per uim quando liberetur.
2 Debitor exactus a creditore sui creditoris liberari.
3 Debitorem exactum a fisco liberari, cum confiscatio recte est facta.
4 Fiscum hæredis loco succedere.
5 Debitorem exactū a fisco liberari est confiscatio nō sit recte facta, modò euidēter de iniustitia nō constet.
6 Debitor sponte soluens fisco non liberatur.
7 Debitor pati aliquid debet causa creditoris antequā soluat: id quod iudicis arbitrio relinquitur.
8 Debitorem ob propriam suam causam exactum non liberari.
9 Debitor sua causa exactus liberatur, cum creditor fuit in mora recipiendi.
10 Debitor per iniuriam creditoris exactus liberatur, etiam si sit debitor generis.
11 Debitor exactus a priuato iudice iubente ob creditoris iniuriam liberatur.
12 Iudicis mandatum excusare.
13 Sequestrarium soluente alteri quā domino liberari, si iussu iudicis soluat.
14 Debitor si diligentia usus non est ne exigeretur per sui creditoris iniuriam, non liberatur.
15 Iudicis arbitrio relinqui, qua diligentia uti debeat debitor ne exigatur per creditoris iniuriam.
16 Debitor non liberatur cum dicit se exactum per creditoris iniuriam, & de exactione solum constat ex confessione.
17 Debitor nō liberatur cum dicit se per uim a superiore exactum, cum is superior uim alicui inferre non cōsueuerit.
18 Debitor qui domino denunciare debet, non excusatur si per uim a superiore se exactum dicit.
19 Colonus denunciare debet domino illatam sibi uolentiam.
20 Litem quæratur. §. exercitu. ff. locati. declaratur.
21 Colonus non excusari a solutione pensionis cum domino recessit, nulla facta denuntiatione domino.
22 Debitor simpliciter exactus quando liberetur.
23 Debitor speciei simpliciter exactus, p uim liberatur.

- 24 Debitor morosus si exigatur non liberatur, etiam si speciei sit debitor.
25 Mora quando commissa dicatur.
26 Debitor speciei non liberatur, si speciei illa apud superiorem non perijt.
27 Debitor speciei non liberatur per simulatā exactiōnē.
28 Debitor per uim a priuato exactus, non liberatur.
29 Priuato uendens per impressionem metus superioris recuperare potest.
30 Debitor a priuato exactus mandante superiore liberatur.

CASVS CXXXVII.

QUANDO DEBITOR AB ALIO QUAM A CREDITORE EXACTUS LIBERETUR A NEXU IPSIUS CREDITORIS, DILIGENTER ENUCLEATUM.

Unus nostri dubitant & quærunt, quando debitor ab aliquo per uim & metum exactus, ut puta a Tyranno uel a Repub. hisque similib. possit iuste se tueri, ne iterum creditori soluat, multa in iudicis arbitrio relinquunt; ut post Bal. & Castr. tradit Decius consi. 25. col. 3. uerfi. Nec obstat huic exceptioni. Verum, quia plura perplexē ab illis tradi solent, ego rem clarius exponam. Primus est casus, f. qñ debitor fuit ab eo exactus, cui ex obligatione tenebatur creditor; tunc dicendum est, debitorem esse liberatum, ut probat l. nomen. C. quæ res pign. oblig. post Bar. in l. creditor. colum. 1. uerfic. tu uerò dicas, de solut. quem probat Decius d. consi. 25. nume. 1. Secundus est casus, quando creditoris bona fuerunt ob eius delictum rectē confiscata; tunc debitor a fisco exactus, liberatur ab obligatione quam erga creditorem habebat: nam in fisco translatum est ius creditoris erga debitorem, l. tutelæ. §. libertate. ff. de cap. dimi. & f. fisco loco hæredis ipsius creditoris succedit, l. si debitori deportato. ff. de fideiuss. l. 2. Cad. l. iul. te ui. his rationibus adducti, ita concludunt Bar. in d. l. creditor, col. j. uer. Si uerò non habebat, de solut. Bald. in l. falsus. nu. 30. C. de furtis. Affli. decif. 150. nu. 17. Decius d. consil. 25. nu. 1. Extenditur hic casus, ut locum etiam sibi uendicet, quādo f. re uera, iniquē esset facta confiscatio, sed de ea euidenter non constaret, sed constat de sententia rite & solenniter lata, ita Decius d. consil. 25. col. 2. uer. Nec obstat quōd. & Ruinus consi. 147. nu. 16. est ratio, quia p̄sumitur pro sententia, l. Herēnius, §. Caia, de eucti. nec debitoris minus est sententiam illā in dubiū reuocare, atque ita super illa disputare. Declaratur non procedere in f. debitore spontē fisco soluente. nam spontē soluens, non liberatur. ita Bal. d. l. falsus, nu. 31. C. de furtis. qui in fine scribit, debitorē aliquid f. pati debere sui creditoris causa, an tequam soluat. id, quod iudicantis arbitrio relinquuntur, quæ scilicet pati debeat, idem respondit Ias. consi. 26. col. pe. uerfi. accedat, li. 3. Affli. deci. 150. nu. 23. Tertius est casus, quando f. debitor, non iusta causa, sed per iniuriam ipsius debitoris fuit a superiore exactus, hoc casu non liberatur debitor: ita Bart. d. l. creditor. ex ratione illius legis. dum ait pecuniæ æro fæ (ut legit Corasius lib. j. miscella. iuris c. 9. & si eranos legat Alc. lib. 3. disp. c. 25.) periculū ad debitore spectat.

spektare, cum illius periculi in causa non fuerit creditor. confert, l. si merces, §. culpæ, ff. locati, l. si per imprudentiam, C. de euetio.

9 Declaratur, non procedere, quando creditor fuit in mora recipiendi: ita Ang. d. l. creditor, qui intelligit dummodo mora sit ad causam ordinata. sed eo loci Imola nu. 3. absolute sentit, etiam si ad causam ordinata non sit, dummodo debitor loco & tempore congruo obtulerit: ita Afflic. d. decif. 150. num. 1. r. qui alios adfert. nec aliter sentit Barba. conf. 26. col. 3. li. 3. & Tiraq. de retractu conuentio. §. 4. gl. 6. n. 3. 4.

10 Quintus est casus, quando debitor per iniuriam creditoris a superiore exactus fuit, tunc liberatur de bitor, ut probat, l. Paulo Callimacho, in fi. de leg. 3. & l. liberto, §. Lucius, de ann. leg. q. iura sic intellexerit Bar. in d. l. creditor, col. 1. vers. Secundo casu, idem in tract. de Tyrannide, q. 7. Anch. conf. 64. in fi. Barba. conf. 26. col. 3. lib. 3. Iaf. conf. 26. col. 1. lib. 3. Ruinus, conf. 85. nu. 8. l. 1. lib. 1. & conf. 167. nu. 7. li. 4. Afflic. d. decif. 150. nu. 1. 2. 1. 3. 20. 3. 2. Decius d. conf. 25. col. 2. vers. secundum principaliter. Ripa in tract. pestis, in ritu. de priuileg. contractuum, nu. 94. imò Calcanens conf. 113. nu. 3. aded uerum esse intelligit, ut liberetur, etiam si is debitor esset debitor generis, & ibi in fine post Imo. in d. l. creditor, respondit, tunc etiam intelligi debitorem per creditoris iniuriam exactum, quando factum est proclama, vt omnes debitoribus illius soluerent. ostendunt enim illa uerba exactorem hanc fieri contemplatione illius creditoris; atque ita probat in simili l. cum aliquis, C. de iure delib. & l. feruus communis, de stipu. feru. quæ Calcanens in hanc sententiam considerauit.

11 Extenditur ut procedat, etiam quando ist debitor exactus non ad commodum ipsius superioris exigentis, sed ad commodum priuati exigitur, dummodo is priuatus dolo & fraude careat. Est ratio, quia,

12 iustus iudicis debitorem excusat, l. furti, §. iustu, de iis quib. irrog. inf. l. non uidetur, §. qui iustu, de reg. iur. qua ratione adducti censuerunt Pract. Pap. in forma sequestri, seu faximeti, in uerbo, audeat, nu. 2. & Cur.

13 sen. in l. unica, q. 16. C. de prohib. sequestr. pecu. tequestrarium iustu iudicis soluentem alteri quam uero domino liberari, & in hanc opinionem citantur etiam d. l. Paulo Callimacho, §. ult. de leg. tertio & in specie nostra idem sentit Afflic. d. dec. 150. n. 19. in fi. Accedit glo. l. ait Prator, §. pramittitur, in uerbo, imputandū, de mino. quæ affirmat, q. soluens iustu iudicis alteri, q. creditori, consequitur plenissimā liberationē. quæ glossam in hoc casu pbarit Barb. col. 26. col. 1. lib. 3. Ruinus conf. 161. n. 3. lib. 4. & Iafon, qui idem in eadem facti specie cum Ruino consuluit, laso inquam in consil. 26. colum. 2. libro 3.

14 Declaratur primo non procedere, cum debitor iste exactus non est usus aliqua diligentia, ne exigeretur: tunc enim non dicitur liberatus; ita docuit Bal. in d. l. falsus, nu. 30. in fi. C. de furtis, Decius d. conf. 25. colum. 3. uers. ex quibus omnibus, quæ autē diligentia adhibere debeat hic debitor, ut iure possit dici

15 excusatus, q. iudicis arbitrio relinquitur ita; Dec. d. lo. co. qua ex re fati intelligim⁹ qd si debitor esset unus ex illis, qui huius exactoris i causa esset, nullo pacto liberatur, ut Bal. Calcanens, & Decius aperte tradit. sic & Ruinus col. 1. 47. n. 16. lib. j. & col. 17. n. 7. li. 4.

16 Declaratur secundò non procedere, cum non realiter, sed per confessionem solutio probatur. nā illa non liberat ipsum debitorem. ita Ruinus col. 1. 47. nu. 13. lib. j. & Afflic. d. decif. 150. nu. 28. 34. & nu. 36. post Castren. quem refert.

17 Declaratur tertio non procedere, quando ist superior talis non erat, qui metum inferre potuit. ita Afflic. d. dec. 150. nu. 14. post Bart. tract. de Tyrān. q. 7. Declaratur quarto, ut non procedat in eo, qui domino, sicque creditori denuntiare tenetur: ut est in 18 t. colono, qui si ab aliquo molestia afficitur, ut in de trimentū sui domini exigatur, debet ipsi domino denuntiare illatam sibi uiolentiam, alioqui non excusatur. ita Ruin. d. conf. 147. in fine, lib. 1. ex tex. l. ite queritur, §. exercitu, ff. locati operatur. n. denuntiatio, quia dominus uenire possit & seipsū defendere

20 uerum is tex. §. exercitu, solum loqui uidetur ratione damni, quod adferunt milites in domo, ut cum domum ipsam diruunt, uel quid simile agunt quod tractum successuum habet: nam tunc colonus tenetur denuntiare, quia dominus custodias mittere possit. ita Soc. iun. conf. 120. nu. 19. libro tertio, qui ideo

21 respondit, q. colonum excusari ne pensionem soluat, cum è domo recessit nulla facta denuntiatione domino. idem hoc casu dicere possumus ex d. §. exercitu, atque responderi pot doctrinæ Barto. in l. in prouinciali, §. penul. de operis noui nontiat. dum ex dicto §. exercitu, docuit, colonū esse procuratorem domini ad denuntiandum, quam doctrinam retulit Rui. d. conf. 147. in fi. Ego opinor nihil plus esse speciale hoc casu in colono quam in ceteris quos omnes denuntiare debere credo: nam, si uti omni diligentia debet, ne soluatur, quid melius agere possunt, q. domino denuntiare qui forte se ipsum tueri poterit? Est tamē cogitandum ob magnam Ruini auctoritatem.

22 Quintus est casus, quando non in iniuriam debitoris uel creditoris expressim, sed simpliciter exactio fit a debitore, qui quantitatē debet ita Bar. in d. l. creditor. col. j. uers. si uerò accipit. & ibi Ang. ex l. lectos. & l. seq. ff. de periculo & commo. rei uend. Ruinus conf. 167. nu. 9. lib. 4.

Declaratur secundum Rui. d. conf. 167. nu. 9. lib. 4. ut non procedat quando nulla culpa debitoris potest considerari: quia ope exceptionis defendi potest uidetur debitor, ex l. nentia Bar. in l. exceptione, ff. de fideiuss. & Balac aliorum. l. si de fundo. C. locati, sed uix est, quod iure hæc declaratio probetur.

23 Sextus est casus in debitorē specie, nam tunc debitor exactus liberatur, ita Bartol. præcitato loco, Afflic. d. dec. 150. nu. 15.

24 Declaratur primo ut non procedat quando debitor fuit in mora soluendi, quia tunc illa mora præpoderat: ita Ang. in d. l. creditor, & Ruin. conf. 85. nu. 9. lib. 1. & hæc Angelus uerum hoc esse intelligat, q. n. mora est ordinata ad casum, attamen Imola in d. l. creditor. r. n. 4. absolute intelligit. idem cum eo sentit Afflic. d. dec. 150. nu. 9. & nu. 3. 2. & ibidē nu. 3. 4. subij

25 cit post Angelum conf. 311. col. 2. q. moram commissam intelligi, q. n. elapso solutionis die nulla ratione potest penes se retinere pecunias illas, quas creditori soluere debet, idem quando alia causa, ut puta impedimenti a mora excusaret. ita multis respondet Ruinus conf. 150. nu. 10. lib. 1.

Decla-

26 Declaratur secundò non procedere, quando species illa non perijt apud superiorem, qui exegit seu extorsit. ita sentit Ang. d. l. creditor.

27 Declaratur tertio non procedere, quando simulata solutio fuisset. ita Iaf. col. 26. col. 2. uers. ista solutio. li. 2.

28 Septimus est casus, quando debitor non a superiore & potentiore, sed a priuato exactus fuit, tunc nullo casu liberatur, quoniam uel iure se tueri, uel in iudicium deinde agere aduersus priuatum illum potest, ut non absimilem casum considerat Iurecōsultus in l. 2. §. ult. i. seq. ff. si quis cautio. atque ita affirmat Bart. in d. l. creditor, col. 2. uers. Item quæro an sit. & cum eo idem senserunt alij plures, quos nunc referā: præsertim Ruinus conf. 171. numer. 6. lib. 4. & conf. 22. nume. 5. lib. 5. confert doctrina Castren. in l. non interest. & Alex. in l. pen. C. de eo qd met. caus. dum scribunt priuato uendentē per superioris impressionem, posse in subsidium cōtra priuatum illū experiri, si is priuatus culpæ particeps fuit, idem respondit conf. 185. colum. ult. idem sequitur Ruino conf. 85. nume. 6. lib. 4. & conf. 150. nume. 8. lib. 1. hic casus procedit fortius, quando is debitor sponte soluisset. ita Ruin. conf. 22. col. uult. lib. 6. idem fortius est, quando simulata esset solutio, ut supra retuli post Iaf. d. conf. 26. col. 2. uers. ista solutio. lib. 3. nec hoc casu debitor cedendo actiones creditori liberatur. Ruin. conf. 171. nu. 7. uers. Non obstat, in super. lib. quarto, reiecto responso Comen. conf. 185. qui aliter sentit.

30 Declaratur non procedere, quando debitor iustus a potentiori priuatae personæ soluit; qui sanæ priuatus omni culpa caret; & is debitor omni diligentia usus est, ne solueret, tunc soluendo liberatur. ita post Castren. in d. l. non interest, respondit Rui. d. conf. 171. numero 6. 7. lib. 4. Iaf. conf. 26. colum. secunda, libro 3. dum inquit, quod alteri, quam uero creditori soluens ex iudicis auctoritate liberatur, intelligitur, si sine fraude & culpa soluit, & clarè idem cenit Afflic. d. decif. 150. nume. 2. 1. 2. 3. Quam autem diligentiam adhibere debeat hic debitor ne soluat, dixi iam esse iudicis arbitrio. Illud unū etiam non præteribo, metum hunc satis probari, cum is debitor exactus præceptum penale ostēdit, uel constitutionem, qua ordinatū est, ut debitores omnes talis soluerent. ita Bar. d. l. creditor, in fi. & cum eo senserunt alij omnes, ut Afflic. d. dec. 150. num. 16. & decif. 328. nu. 2. Dec. conf. 42. nu. 6. conf. 219. nu. 2. & conf. 468. numero 22. Cur. iun. conf. 126. nu. 4. Ruin. confilio 23. nume. 8. lib. 1. & conf. 167. nu. 7. lib. 4. Hæc scripsisse sufficiant.

S V M M A R I V M.

- 1 Sæuitiam esse in causa, ut a regulis iuris communis recedamus.
- 2 Dominus sæuiens in seruos, uendere eos cogitur.
- 3 Vassallus crudelis feudo priuatur.
- 4 Pater sæuus filium emancipare cogitur.
- 5 Maritum separari ab uxore ob illius sæuitiam.
- 6 Præceptoris nimia sæuitia culpæ adscribitur.
- 7 Socium a societate ante tempus recedere posse ob nimiam sæuitiam socij.
- 8 Iudicis arbitrio relinqui, quæ magna sæuitia aiatur.

C A S V S CXXXVIII.

QVID OB SÆUITIAM IN IURE CONCEDATUR, & QUÆ MAGNA SÆUITIA DICATUR.

1 Sæuitia & immanis crudelitas est in causa, ut a regulis iuris recedamus: nam q. dominus sæuiens in seruos durius quā par est, eos uendere cogitur. l. 2. ff. de ijs q. sūt sui, uel alie. iur. §. sed & maior aspirans. inst. eo. & ibi clarius Theophilus. hoc exēplo simile scribunt Cynus & Bald. in d. l. 2. q. Vassallū feudo esse priuādū, si in subditos sæuiat. idē censuit Alex. in l. bene a Zenone. C. de quadr. præscri. & multa reuli in trac. de recup. poss. remedio decimo, n. 86. sic dici must patre cogi emancipare filiū, si eū contra paternā pietatē malè afficiat. l. ult. ff. si a paren. man. gl. i. §. ult. inst. q. b. mod. ius patr. potest. solu. Sic q. uir nimium morosus sæuusq. ab uxore separatur. c. literas, de rest. spoliato. quo dicere solemus, uirū agere cōtra uxore ad recuperāda illā repelli posse, opposita exceptione sæuitiæ. ita Ripa in l. naturaliter, §. nihil cōe. nu. 84. de acqui. poss. ff. & Ant. Corsetus in trac. regulæ. Quod spoliatus ante oīa restua. fallen. 26. & dixi in tract. de recup. poss. remedio primo, nume. 320. Sic nimia q. præceptoris sæuitia culpæ assignatur. l. præceptoris. ad l. Aquil. q. Sic a societate ante tēpus recedere licet ob immodicā socij sæuitiā. l. si cōuenerit. ff. p. socio.

Dubitari ergo contingit, quāta hæc esse deat hois sæuitia ut ab his iuris regulis recedatur. Parisi. conf. 54. nu. 36. lib. 4. post Abbatē d. c. literas. nu. 7. de rest. spoliato. dū loquitur de uiri sæuitia cōtra uxore; iudicis arbitrio relinquit, sic scribit Tiraq. in l. si unq. in uerbo, oīa uel partē. nu. 3. i. in fi. C. de reuo. dona. Confert simile, quod scribit Ang. in l. 1. col. ult. uers. qua liter autem. C. unde u. dum docuit esse iudicis arbitrio, quis in corpus hominis sequire dicatur.

S V M M A R I V M.

- 1 Cautio qualis præstari debeat.
- 2 Iudicis arbitrio relinqui, quæ cautio sit præstanda.
- 3 Cautioem, quam usufructuarius præstat, iudicis arbitrio præstari.
- 4 Cautioem, quam inimicus præstat inimico, iudicis arbitrio præstari.
- 5 Statutum Veronæ lib. 3. cap. 16. sub rub. de securitate, non percipienda, declaratur.
- 6 Statutum Ferrariæ lib. 3. sub rub. de securitate præstanda, declaratur.

C A S V S CXXXIX.

QUÆ CAUTIO PRÆSTANDA SIT multis in casibus.

Cautiois præstandæ usus frequens, quemadmodum integri illi tituli, si quis cautionibus, ut legatorum nomine caueatur, de fideiussoribus, ostendunt. Dubitari nunc cōtingit, qualis esse debeat cautio ista. & cum magna sit personarum, rerum & temporum uarietas, iure diffiniri non potuit, quamobrem uno ore nostri scribunt, iudicis arbitrio relinqui. id, quod probat rex. §. penul. in authen. de fideiuss. qui de omni creditore, cui cauendum est, loquitur. sic in distinctè docet Bar. in l. prætoris, la 3. n. 2. ff. de præst. stipu.

D d

PRETIUM INCERTUM IN EMPTIONE in solutum datione, ceterisque actibus, iudicis arbitrio aestimari.

IN emptoris & uenditoris contractu, atque his similibus euenit non semel, ut pretium incertum remaneat, siue id ad cautelam agant contrahentes, siue id ex obliuione, uel fortuito contingat. Dubitari itaque solet, quod pretium constitutum intelligi possit, omnes in opinione sunt, ex iudicis arbitrio declarari oportere, ita Bar. in l. si duo. §. Marcellus, de iureiur. & in l. si quod ex Pamphila, in fi. de leg. 2. qui dixit in contractu emptionis iudicem pretium incertum aestimare. Sic in insolutum datione, cum dictum est, ut sit empta iusto pretio, intelligitur ex iudicis arbitrio, ita Bar. in l. creditores, num. 13. prop. fin. C. de pign. sic ait Bal. in l. 1. nu. 2. C. de coi. seruo manumif. ex illo tex. in §. j. pretium incertum iudicis arbitrio declarari. Et in solutum datione sic Soc. sen. consil. 37. colum. 3. lib. 4. & Soc. iun. consil. 47. nu. 1. lib. 2. Sic in emptione Ang. in l. ueteribus. ff. de pactis. Pathaleon Cremenl. 2. n. 211. C. de rescind. uend. Alex. consil. 133. in fin. lib. 1. Alc. resp. 429. in fi. Alba consil. 70. nu. 11. & Crau. consil. 202. nu. 20. & latius consil. 218. nu. 4. uerfi. Non obstat, qui, Corneum & alios plures citando, respondit esse in iudicis arbitrio de re iustiore & aestimatione pronuntiare, sumptis informationibus idem scriptum reliquit Afflict. in c. 1. n. 21. uer. item habet arbitrii determinandi. ex quibus causis. fend. amicitia. qui citauit elegantem tex. §. l. si fundum. ff. mand. quem in eam sententiam singularem allegant nostri, quod si madauero tibi, ut mihi illum fundum, in quo tu partem habes, totum emas: si aliorum partes emisti, cogere & tuam partem uendere eo pretio, quo aliorum partes empta fuerunt: si uero pretia diuersa fuerunt, pretium tuae partis iudicis arbitrio declarabitur. ita ex claro hoc responso tradit ibi Bar. & alij, quos est secutus Tiraq. tract. De retractu consang. §. 30. gl. 2. nu. 1. & praeter eum singulariter dixit Petrusancta sing. 25. Tenementi. Sic scriptum reliquit Tiraq. de retractu consang. §. 2. glo. 1. nu. 27. quod ubi non constat, quanti uenditus sit fundus, quem recuperare seu redimere uult consanguineus, iudicis arbitrio pretium declarari potest. Sic in contractu censuali, & emphyteutico, cum ignoratur quantitas census, iudicis arbitrio aestimatur: ita Afflictus decisio. 83. nu. 6.

S V M M A R I V M.

- 1 Contractus rescisio per cautelam euatur.
2 Contractus ob pretij modicitatem non rescindi, si uenditor oino rei ualorem sciens, quod plus est, donauit.
3 Contractus ob maximam lesionem non laedi, si uenditor omnino rei ualorem sciens, quod plus est, donauit.
4 Clausula & quod plus est, dedit & donauit, non firmat contractum rescindendum lesionis praetextu, cu ex stylo notariorum apponitur.
5 Iudicis arbitrio relinqui, an clausula, & quod plus est, donauit, sit apposta ex stylo notariorum.
6 Notarius praesumitur peritus & probus.
7 Notarium nihil posse ex suo capite apponere in instrumento.

CASVS CXLII.

QUAE CAVTIO DICATUR IDONEA, uel sufficiens.

LEge municipali, uel Principis rescripto interdum madatur, cautionem idoneam esse ab aliquo praestandam: dabitari itaque contingit, quae idonea cautio intelligatur. Recepta magis opinio est, iudicis arbitrio relinqui, ex glo. in c. ex publico, in glo. 2. de co. uerf. coniug. dum diffinit, sufficere cautioem esse sub iudicis arbitrio, quam mulier praestat, ut ad uirum reuertatur, uel religionem ingrediatur, iuxta illius canonis constitutionem, sic Bal. in l. uniuersa, nu. 3. C. de precib. imper. offerre. iudicis arbitrio dixit idoneam esse cauendum, cum in compromisso a statuto illa requiritur, sic Marfilii in l. quaestiois modum, nu. 46. de quaestio. absolute idem ait ex glo. d. c. ex publico. Sic cum agitur de idonea cautione praestanda ab inimico, scripsit Placa d. lib. 1. Epitom. delicto. c. 7. nu. 2. Receptum tamen ab hac sententia Anto. Corsetus in sing. in uerbo Cautio, incipit Cautio simpliciter, isquit Bal. male sensisse id. l. uniuersa, quia imo cautio idonea intelligitur, si pignora uel fideiussores praestentur, ex l. si mandatu Titij. §. ult. ff. man. & ex l. 4. §. adijci. ff. de fidei. liber. si ergo uel fideiussores, uel pignora praestare potest debitor, sua est electio, quorum alterum praestet. c. in alternatiuis, de reg. iur. in 6. no ergo est in iudicis arbitrio, sed in electione debitoris. quare (inquit ille) si debitor fideiussorem idoneum praestiterit, non poterit eum recusare petendo, uelle pignus dari, subiicit tamen Corsetus Baldi sententiam deferendo. Baldum forte loqui & intelligi posse cum de idoneitate dubium est: quoniam iudex tunc arbitrari poterit, dicendo, uolo quod des pignora, & non fideiussores. Ego uerius opinor, Baldum & ceteros sensisse, esse iudicis arbitrio qualitatem ipsius cautionis: nempe, ut cum uel pignora, uel fideiussores pro cautione praestentur, illa fideiussio, illud pignus, idonea censeantur, iuxta uel negotij magnam, uel leuem qualitatem, cum non omnia negotia, non omnes personae eiusdem conditionis sint, atque ita declarari potest statutum Brixiae 80. in ciuilibus sub rubri. Quod ministrales debeant idonee satisfidare, intelligitur idonee iudicis arbitrio, sic declaratur eiusdem ciuitatis statutum 126. in ciuilibus sub rubri. Quod satisdans non detineatur, ita pariter declarantur nouae constitutiones Mediolani de officio & iurisdictione diuersorum iudicum in principio. quibus est cautum, ad Magistratus assumptos idonee satisfidare debere, se recte Magistratus administraturos. idonea satisfidatio arbitrio iudicis dicitur.

S V M M A R I V M.

- 1 Pretium incertum in emptione, iudicis arbitrio certum reddi.
2 Iudicis arbitrio indicatur, quod certum sit pretium in insolutum datione.
3 Valor & aestimatio rei, iudicis arbitrio taxatur.
4 L. si fundum. ff. mand. qui singularis est, declaratur.
5 Census quantitas quae sit, iudicis arbitrio relinquitur.

praeitati statuti Veronae lib. 3. c. 16. sub rubr. de securitate. uult quidem statutum causam petitionis securitatis in specie exprimendam esse, sed non declarat, quae iusta causa esse dicatur, quare iudicis arbitrio declaranda relinquitur. Sic etiam declaratur iam relatui statutum Ferrariae lib. 3. de securitate praestanda.

S V M M A R I V M.

- 1 Cautio, quam inimicus praestat inimico per quot tempus duret.
2 Iudicis arbitrio relinqui quantum cautio ab inimico praestita durare debeat.
3 Cautionem per decennium posse durare ex personarum qualitate.
4 Salua guardia iudicis arbitrio perdurat.

CASVS CXLI.

QUANTUM CAVTIO AB INIMICO praestita, & quantum saluaguardia perdurare debeat.

Cum de cautione, quam inimicus inimico praestat, in praecedenti casu attigerim, de re arbitratus sum, si huc subijcerem. Ambigunt ergo nostri, quanto tempore perdurare habeat haec cautio, quam inimicus inimico praestat. Vna fuit opinio, durare debere per triginta dies, ex rex. §. sed neq; in auth. de man. princ. uerum is tex. hanc opinionem non probat, cum de securitate quadam qua iudex praestare debet, loquitur: ita Bar. in l. illicitas. §. ne potentiores. n. 7. ff. de off. Praesid. Secunda est uera & recepta opinio, hoc iudicis arbitrio relinqui, qui iuxta qualitatem inimicitiae, & causam iusti timoris tempus cautioni praestituit, ne perpetua sit, ita Guliel. de Can. tract. de securitate nu. 35. & Bar. d. §. ne potentiores. nu. 7. Ange. in l. dies cautioni, in fin. princ. & ibi Alex. nu. 5. & idem Ange. in l. qui bona. §. ceterum, de damno infec. Fel. in rub. de tregua & pace, nu. 10. uer. tertia declaratio. Ripa in rub. ff. de damno infec. nu. 23. & Petrus Placa d. lib. j. epito. delicto. c. 7. nu. 4. poterit tamen iudex hic nosse, ex personarum & rerum qualitate decennium praestituere, ita Ang. & Imo. in l. pen. ff. de praes. stip. Alex. l. dies cautionis, nu. 6. de dam. infec. Felin. qui supra. Mar. l. 1. §. praeterea. nu. 8. de quaestio. Capella Tolosana. q. 489. Placa d. c. 7. nu. 5. in si. simile, imo propere idem est, quod dicimus de concessione securitatis, quam saluaguardiam uulgo appellant, nam illa iudicis arbitrio durare dicitur. Boerius. q. 297. Neni za. consilio 83. in fi. & de saluaguardia late infra dicemus in casu. 375.

S V M M A R I V M.

- 1 Cautio idonea, quae.
2 Cautio sufficiens quae, iudicis arbitrio relinquitur.
3 Cautio idonea dicitur cum pignora dantur.
4 Iudicis arbitrio relinqui, quae cautio sit idonea.
5 Statutum Brixiae 80. sub rub. Quod ministrales tenentur idonee satisfidare, & statutum 126. sub rub. Quod satisdans non detineatur, declaratur.
6 Constitutiones nouae Mediolani De officio diuersorum iudicum in princ. declarantur.

stipu. arbitrio iudicis esse uel dandum fideiussore, uel praestanda cautione cum obligatione bonorum. & Bar. se cuti sunt Imola ibi nu. 4. & Guliel. Mayne. in l. nemo aliena. nu. 12. de reg. iur. Sic, cum agitur de cautione praestanda ab usufructuario, ut utatur ac fruatur uiri boni arbitrio: cautio illa iudicis arbitrio praestatur. ita clare Bellonus consil. 54. nu. 7. post Castren. & Socinum, quos refert. Sic in cautione, quam inimicus praestat inimico, ne eum offendat, iudicis arbitrio praestatur, ita Petrus Placa Hispanus lib. j. Epito. delicto. c. 7. nu. 1. uerfi. & primo illud. cuius sententia uera est, & si hoc non affirmet, sed aliud interpretes quos ipse citat. Haec a notanda sunt pro interpretatione statuti Veronae lib. 3. c. 16. sub rubr. de securitate non percipienda. est illo statuto cautum, Praetore ob iustam causam posse compellere unum alteri securitatem de non offendendo praestare. non declaratur ibi qualis esse debeat ista cautio & securitas, recte ergo dicendum est, esse in iudicis arbitrio. sic etiam declaratur statutum Ferrariae lib. 3. sub rubr. de securitate praestanda.

S V M M A R I V M.

- 1 Cautionem sine causa extorquendam non esse.
2 Iudicis arbitrio relinqui, quae iusta sit causa praestandi cautionem.
3 Iudicis arbitrio cautionem praestari, cum pretium in causa retractus debet solui intra tempus.
4 Iudicis arbitrio relinqui an iusta ad sit causa praestandi cautionem de offendendo.
5 Statutum Veronae lib. 3. de securitate, declaratur.
6 Statutum Ferrariae lib. 3. de securitate, interpretatur.

CASVS CXL.

CAUSA IUSTA PRAESTANDI CAUTIONEM, quae censeatur.

NON debet sine causa cautio extorqueri uel requiri, ita Aret. l. 2. in prin. nu. 13. sol. matr. quae obrem solet ambigi, quae iusta sit praestanda cautionis causa, & esse iudicis arbitrio concludunt omnes, sic etenim in omnibus in gl. ult. ff. de iud. ait, esse iudicis arbitrio iustam causam, ob quam debitor in diem cauere debet se praestituta die soluturum. illa secuti sunt Bar. c. significauit. nu. 3. de restib. Tiraq. de retractu consang. §. 1. glo. 18. nu. 45. quo loci Tiraq. illud diffinit, esse iudicis arbitrio, quae causa iusta censeatur praestandae cautionis, cum in retractu solutio pretij in tempus differtur. Sic iudicis arbitrium est, iudicare, quae iusta causa sit, qua cogatur quis cautionem praestare ne alterum offendat, ita Bar. in l. haec autem, in prin. ff. si cui plus quam per legem falcid. an, scilicet illi minatus sit minis ueris, uel illuforij: idem cen sunt Fel. in rub. de tregua & pace, nu. 10. uerfi. Prima declaratio, qui scribit iudicem hunc considerare debere, an is consueuerit minas exequi, idem cum Felino respondit Paris. consil. 168. nu. 2. lib. 4. & Petrus Placa lib. j. epito. delicto c. 7. n. 1. in fi. qui & illud affirmat, cautionem hanc esse praestandam causa cognita, quae de re late etiam per Ripam in rub. ff. de dam. infec. nu. 17. cum sequentibus uerfi. quartum dubitatur. Quae omnia sunt omnino adnotanda pro interpretatione

- 8 Notariū nihil plus scribere posse quā q̄ oculis uidit.
- 9 Notarius instrumentum coram partibus legere debet antequam de eo rogetur.
- 10 Notarij uerba dicuntur esse uerba partium.
- 11 Clausulam codicillarem testamento insertam, censerī uoluntate testatoris insertam.
- 12 Clausula, & quod plus est dedit & donauit. posita in cōtractu emptionis & uenditionis ab administrato re minoris, uel ecclesie nihil operari.
- 13 Clausula, & quod plus est, dedit & donauit. posita in cōtractu uenditionis à uenditore, qui iustum ualore ignorat, quid operetur. multæ ibidem opiniones referuntur.
- 14 Connau egregia & uera opinio, ad clausulā & quod plus est, dedit & donauit positam in cōtractu uenditionis.
- 15 Clausula, & quod plus est illud totum dedit & donauit, posita in uenditione quid operetur.
- 16 Clausula, & quod plus est & c. quibus uerbis concipienda, in uenditione, ut inde rescissio propter lesionem euitetur.
- 17 Clausula & quod plus est & c. posita in uenditione ab eo, qui ignoratur, an sciuerit, uel ignorauerit rei ualorem, quid operetur.
- 18 Venditor ratione magni excessus ualorē uerum igno rasse præsuntur, ideo clausula, & quod plus est & c. nihil operatur.
- 19 Iudicis arbitrio relinqui quis magnus excessus dicatur in cōtractu uenditionis.
- 20 Valor rei præsuntur ignoratus ex qualitate personæ, ut rustici, minoris & similitum.

CASVS CXLIII.

QVID IN CONTRACTU VENDITIONIS operetur illa clausula, & quod plus est, dedit & donauit & c. plenius ac clarius quam hactenus declaratum.

- 1 Cauti contrahentes ut cōtractus rescissionē ob pretij modicitatem effugiant, iuxta l. 2. C. de rescind. uend. eam adhibere solent cautelam, ut in instrumento clausula illa adiciatur. Et dictus uenditor, quod plus est, dicto emptori dedit & donauit. Dubitari nunc contingit, an censeatur sublatum remedium d. l. 2. quo quidem in casu in multis uertatur iudicis arbitrium, quod ut clarius pateat, hos casus subiicio. Primus est casus, cum in claris uersamur, si in quā tuēditore uerē & perfectē cognouit uerum rei à se uēditæ ualorem, & minori pretio uēdidit; clausula hac adiecta, & quod plus est, dedit & donauit, tunc cessat oīno remedium d. l. 2. ut ibi affirmarunt Bar. Bal. Sal. Pantha. Crem. & Cagn. nu. 124. l. si quis cum aliter, nu. 17. de uer. ob. & in numeros propē huius sniam retulit Tiraq. de retractu cōsan. §. 1. gl. 18. nu. 14. Boer. q. 142. nu. 3. qui idem esse dixit, quando expressē nō fuisset adiecta clausula illa, Decius consil. 583. nu. 1. Ripa lib. 3. resp. c. 15. nu. 4. Soc. iun. cōsil. 67. nu. 2. lib. 2.
- 3 Extenditur primò, ut procedat etiam si illud plus esset magni ualoris: nam adhuc donatum censeatur; quoniam præsupponimus, eum scire ualorem rei, & eam posse donare, atque ita omnes sentiunt in d. l. 2. & clarē Boer. d. q. 142. in fi. post Soc. sen. cōsil. 48. nu.

8. lib. 4. & Paris. consil. 128. nu. 37. lib. 1.
 Extenditur secundò ut procedat, etiā nulla adhibita personarum differentia, siue nobilis sit uel rusticus, siue masculus uel femina, cum una adsit rō cognitionis ualoris rei suæ & potestatis eam alienandi; ergo idem ius. l. illud, ad l. Aquil. l. à Titio, de uer. ob.
 Declaratur primò, ut non procedat, quā hęc clausula perfunctoriē ac ex stilo potius notariorum quā ex uoluntate ipsius uenditoris instrumento inseritur, ita post Ang. in d. l. 2. C. de rescind. uendi. scribit Tiraq. d. gl. 18. nu. 16. qui post Fabianum in tract. de emp. & uend. in 4. q. partis octauæ prin. dixit, hoc iudicis arbitrio relinqui, an clausula hęc adhibita censeatur in instrumento ex stilo notarij, uel potius uenditoris uoluntate, qua in re ego in eā opinione sum, præsumi adiectā uoluntate uenditoris (& si Ang. in d. l. 2. & ibi Cagno. nu. 126. in fi. & Rub. cōsil. 12. nu. 3. aliter & malè senserint) nā magna est pro notario præsumptio, ut sit doctus & peritus, iuxta gl. §. si ita scriptum, instit. de inut. stip. & in his terminis rñdit Neuiz. consil. 28. nu. 19. q. Corneū, ac alios plures recenset. illis addo Soc. iun. cōsil. 101. nu. 1. uertic. Præterea lib. 1. non ergo præsumi debet, quod is tāquā peritus clausulas has tāti ponderis ex solo suo capite in instrumento adscribat, iā etenim nouit notarius se nihil posse in substantia instrumento addere, quemadmodum docuit Bal. in rub. C. de fide instr. nu. 10. dū ait, notariū nū plus scribere posse, quā proprijs uisus oculis, uel proprijs auditibus. Bologni. consil. 30. col. 2. Cur. sen. cōsil. 56. Super processu, col. 2. Rursus notarius antequam rogatus censeatur de his, quæ in instrumento continentur, instrumentū illud corā ipsis partibus legere debet, easque interrogare, an intelligant quod scriptū est, anque uelint de his documentum à se celebrari, ita Bar. in l. si deicommissa. §. j. de leg. 3. Alex. l. 1. scindum, nu. 28. in fi. de uer. ob. Dec. consil. 97. nu. 3. Rub. cōsil. 14. nu. 3. & Soc. iun. cōsil. 198. nu. 94. lib. 2. Aut ergo dicimus, notarium nō legisse instrumenti tenorem corā partibus, & tunc res erit clara, actū celebratum nullius esse momenti. Aut dicimus legisse, & partes illi consensisse, & tunc hęc uerba non ipsius notarij, sed partium esse dicuntur, id quod clarē docuit Bal. in l. errore. C. de test. dū dixit uerba notarij esse uerba partium, idem Bal. in l. 3. nu. 6. C. de rei uend. & clarē in his terminis rñdit Dec. consil. 450. nu. 3. cōsil. 639. nu. 9. & consil. 653. nu. 6. Quibus rationibus aliquādo adductus respōdi, uerā esse illorum sniam, qui existimarunt, clausulam codicillarem testamento insertam, censerī insertam uoluntate testatoris, non autem ex stilo notarij, quod placuit Baldo in l. errore, num. 2. C. de test. sic in similibus clausulis, quæ uel substantialia uel accidentalia actus respiciunt, affirmarunt Alex. consil. 1. nu. 2. lib. 5. Ripa in l. Centurio, num. 83. uers. primis. de uulg. & Neuiz. cōsil. 28. nu. 14. qui alios recenset. illis addo Ruin. consil. 159. num. 16. lib. 3. & Dec. consil. 490. nu. 10. Et si non ignorē, alios plures aliter sensisse, & malè, ut de clausula codicillari scripsit Bar. in l. 1. num. 10. in fi. de iure cod. Bal. l. quoties. C. de hered. instit. Decius consil. 394. colum. pen. & consil. 399. col. pen. Cur. iun. cōsil. 82. num. 3. & consil. 101. nu. 1. Ripa l. Centurio, nu. 8. de uulg. Gramma. decil. 62. nu. 22. Soc. iun. consil. 116. num. 21. & consil. 156. num. 18. lib. secundo. Paris.

ris. consil. 6. nu. 22. & consil. 20. nu. 87. lib. 1. Ferratius cautela 30. & alibi.
 2 Declaratur secundò, ut nō procedat, quando clausula hęc, & quod plus est & c. ex defectu & inhabilitate potestatis uenditoris nihil possit operari: putā in administratore bonorum ecclesie, minoris, & similitū. ita Panthaleon Crem. d. l. 2. nu. 61. in fi. & ibi Cagnol. nu. 150. C. de rescind. uend.
 Secundus est casus, quando uerē præsupponimus tuēditorem hunc iustum rei uenditæ ualorem igno rasse, quo in casu una est Doctorum opinio, clausulā istā, & quod plus est & c. solum referri ad rem modici momenti, & excessus, ut puta, si res ualeat centū, & uendatur nonaginta nouem, si adiciatur hęc clausula, illud unum censeatur donatum. si uerò res ista ualoris centum uendatur quadraginta, uel quinquaginta, nihil operabitur hęc clausula, ut residuum donatum censeatur. huius opinionis fuit Bar. in d. l. 2. nu. 15. & ibi Bal. nu. 10. Salic. q. 8. Panthaleon Crem. nu. 57. Cagnol. nu. 129. qui communē esse testatur Boer. q. 142. nu. 7. 8. qui alios plures in hanc sniam recenset. Ea ratione utitur Barto. quia hęc clausula & plus & c. sui natura ad modicum tantū refertur, ex l. hęc adiectio, de uer. sign. & l. cum furti. ff. de in litem iuran. unde inquit Barto. & eius sequaces, deducto illo modico, si lesio adhuc ultra dimidiam adierit, locus erit remedio d. l. 2. uerbi gratia, si res ualeat centum & sit quadraginta octo uendita, adiecta clausula hac, & plus & c. dum suppletur aliquid plus, putā tres uel quatuor, atque ita excedet quinquaginta: sic que non erit amplius locus remedio d. l. 2. Vel econtra, si res ualeat centum, & solum quadraginta uendatur, hęc clausula & quod plus est & c. dum tantum tres uel quatuor addit, non poterit efficere quin locus adhuc sit remedio d. l. 2. Quantum autem sit hoc modicum, hoc in casu, iudicis arbitrio relinquitur, ita Sal. in d. l. 2. q. 7. & eū ibi sunt secuti Panthaleon Crem. nu. 58. & Cagnol. nu. 129. & sensit Brecheus Turonensis in d. l. hęc adiectio. nu. 5. de uer. signi. Quare de re infra subiiciam latius, ubi Connanum aliter sentire referam.
 Secūda est aliorum opinio, qui contra Bartolum & iam relatos senserūt, nempe hanc clausulam referri ad totum residuum: ita Imo. d. l. 2. & Roma. in d. l. si quis cum aliter, de uer. oblig. ea leui ratione utuntur, quod uerba in cōtractibus cæterisque dispositionibus ita debent interpretari, ut aliquid operentur. l. si quando, de leg. 1. gl. l. ff. de eo quod metus causa, uerum ex relatis supra satis superque huic rationi est satisfactum, quemadmodum Cagno. & Crem. præcitatis locis respondent.
 34 Tertia fuit opinio eruditi Francisci Conna. lib. 7. commenta. iuris ciuili c. 9. nu. 11. qui contra Bart. & sequaces existimauit, hanc clausulam: Et quod plus est, & c. nihil operari in cōtractu emptionis, & uenditionis, sed tantum uersari circa donationem, id quod uerē sensit ipse Bart. in d. l. 2. nu. 15. ibi præterea, dum subiicit: uel saltem posse contrauenire, tanquam deceptus in illo cōtractu donationis: nam (ut inquit Connanus) quatenus pretium ascendit, eatenus emptio iusta est, cum omnino pretium æstimationi respondeat, & quod plus est in re, non uenit in emptio nem, sed donatione cōprehenditur: quæ quidem do

natio modica esse debet, cum ab ignorante facta sit. Ex quibus sequitur contra Bart. & cæteros, clausulā hęc nihil in cōtractu emptionis operari, atque ita lesionē non tollere, quia si quid operatur, operatur in donatione, non in emptione. præsupponimus ergo, re ualoris cētū esse uēditam quadraginta tñ, adiecta illa clausula, certē clausula hęc nō adferret remediū d. l. 2. sed solum hoc operabitur, ut ceseatur quid modicum donatū, & iō rescissa uenditione totū restituendū erit illo modico deducto: erit tamen cogitādū, quia in iudicijs uix esset quædā Bart. & aliorū snia recedemus, cum uenditor cōtemplatione cōtractus uenditionis ad illum conualidandum donare uoluerit.
 Declaratur hic casus, ut locum nō habeat, cum dictum est, & quod plus est, illud totum dedit & donauit: nam hoc casu intelligitur non solum modica pars, sed totum quod superest donatū, ita Bal. & Castren. in d. l. 2. C. de rescind. uend. & ibi Crem. nu. 58. & clarius ibi Cagno. nu. 130. qui hanc declarationē tuetur ab impugnationibus Roma. Aret. & Aquē. ad tollendam ergo omnem dubitationem, optimum est quod clausula illa magis ampla & clara uti; ut puta, & si res plus ualeat, id totū spontē & ex certa scientia donauit siue in parua, siue in magna quantitate consistat, etiam si multum excederet dimidiā iusti pretij.
 17 Tertius est casus, quando sumus in dubio, an scis uenditor sciuerit, uel ignorauerit uerum ualorem, hoc casu idem dicendum est, quod in casu præcedenti, cum de re modica agitur: nam, si donatum præsuntur ab ignorante, fortius a dubitante.
 18 Declaratur primò, non procedere si quando magnus esset excessus, atque ita egregiam summam contineret, ita intelligo quæ à nostris scripta sunt, præsertim à Boerio d. q. 142. n. 7. & Cagnol. d. l. 2. nu. 124. Est ratio, quia præsuntur potius ignorasse, quam sciuisse rei propriæ ualorem, ne sciantam rei propriæ iacturam patiantur, iuxta l. cū de indebito. de prob. magnus autem uel paruus excessus ex qualitate personæ iudicatur iudicis arbitrio, ita Boc. d. q. 142. nu. 8. in fin. post Bald. consil. 3. lib. 5.
 Declaratur secundò hic casus, ut ab eo recedamus si ex qualitate personæ, ut si uēditore esset imprudēs, ut rusticus, mulier, uel minor, qui uerisimiliter rei ualorē ignorassent, ita oēs d. l. 2. ibi Bald. q. 4. Sal. q. 7. & Cagnol. nu. 25. qui iudicis arbitrio relinquunt hęc personæ qualitatem, & clarius Boer. d. q. 142. nu. 5.

SVMMA RIVM.

- 1 Dicitio, & plus, in qua summa uerificetur.
- 2 Modica summa quæ.
- 3 Libra auri septuaginta duos aureos pendet.
- 4 Iudicis arbitrio relinqui, quid significet illa dicitio, & plus.
- 5 Iudicis arbitrio relinqui, qui plures dies dicantur in more purgatione.
- 6 Statutum, quod fur cōdemnetur ad plus & minus, arbitrio iudicis intelligitur.
- 7 Statutum Verona lib. 3. sub rubr. De pena furis. in illis uerbis, & plus & minus, declaratur.
- 8 Statutum Patavinum sub rub. De maleficijs. c. ubi cū que statuta. declaratur.
- 9 Dicitio, & plus, ad modicum non referri ob absurdum euitandum.

QVÆ SI THVIVS DICTIONIS, PLVS, significatio.

QVoniã atrigimus superiore casu uim illorum uerborum, & quod plus est &c. polliciti; sumus fufius hic agere. Dubitant itaq; nostri, in qua summa uerificabitur illa dictio, plus, id q̄ certis quidem casibus, sed nõ oibus, determinatum est, nã l. hæc adiectio. ff. de uer. sign. inquit ad modicã summam referri. f̄ modicã aut summam Paulus in l. id est ff. de dolo. est interpretatus, id est, duos aureos. quod inquit ibi glo. referendo ad libram auri, quæ aureos septuaginta duos p̄det. Verum hoc casu nõ diffinitur ceteri omnes. Francif. Conua. lib. 7. Commenta. iur. c. 9. nu. 1. est interpretatus; Et quod plus est &c. in emptionis & uenditionis contractu esse sextã partem dati pretij, ut exemplum ipse fingit, quod nõ improbat Bræcheus Turonen. in d. l. hæc adiectio, nu. 2. Verum iure non probatur horum sententia. Rectius itaq; dicendum est, hoc, f̄ iudicis arbitrio esse determinandum, quemadmodum in uenditione, cum dictum ẽ, & quod plus est dedit, intelligitur arbitrio iudicis, ut in casu præcedenti retulimus post Salic. in l. 2. q. 7. & ibi Cremen. nu. 58. & Cagno. num. 129. C. de rescind. uend. Simile est cum mora intra plures dies est purganda, relinquitur f̄ iudicis arbitrio, qui plures dicantur. Alex. l. & si post tres, num. 5. ff. si quis cautio. quanquam Bræcheus d. l. hæc adiectio, intelligat Alexandrum differentiam constituere inter arbitriũ iudicis & iuri boni, quod uerum non est; & aliã supra in præludij libri primi cõtra Corasium annotauit. Sic ẽt cum in f̄ statuto est dictum, quod fur condemnatur ad decem, & plus & minus, intelligitur, illud plus iudicis arbitrio. ita Capolla in l. si fugitiui. nu. 43. C. de ser. fugi. quo loci interpretatur f̄ statutũ Veronæ sub rub. de p̄na furis. hoc clarius exprimit statutum Patavinum sub rub. De maleficijs, c. ubi cum que statuta, quod cum iure communi cõuenit. dum imponunt certã p̄nam, & deinde dicitur, & plus & minus arbitrio D. Potestatis; intelligitur de simili p̄na, nec enim ab una ad alteram potest trãfire: nã, si p̄na nominata est pecuniaria, nõ potest ad corporalem trãfire, qua de re diximus supra lib. 1. q. 81. sic & in alijs casibus annotauit Alc. l. hæc adiectio, qui iudicem admonet, ut ex qualitate rei & personarũ arbitretur, quid sit illud plus, & illud minus. Hoc declarat Albericus Rosatus tract. statutorum parte 1. q. 173. non procedere quando absurdum aliquod sequeretur, tunc dictio plus, nõ refertur ad quid modicum, ut pura, inquit ille, si cautum est statuto, quod habens centum in bonis & plus, teneatur habere domi equum & arma. pro Reip. commodo, non excusabitur opulentissimus: quia illa uerba & plus, hoc casu ad quid modicum tantum non referuntur: quia absurdum esset, quod habens centum & decem teneretur habere equum, & excluderetur habens mille.

S V M M A R I V M.

- 1 Legatum rei alienæ ualere.
2 Persona coniuncta quæ dicatur, ut legatum rei alienæ ei factum ualeat.

- 3 L. cum alienam. C. de lega. declaratur.
4 Iudicis arbitrio persona coniuncta indicatur, ut legatum rei alienæ ei factum ualeat.
5 Iudicis arbitrio relinqui, quæ sit coniuncta persona, ut sine speciali mādato rescriptum impetrare possit.
6 Coniuncta persona usque ad quartum gradum dicitur, & ultra arbitrio iudicis.
7 Index quando dicatur persona coniuncta, ut recusari possit.
8 Persona coniuncta quæ dicitur, ut sine mandato agere & accusare possit.

CASVS CXLVI.

QVÆ CENSEATUR CONIUNCTA PERSONA ut legatum rei alienæ ei factum ualeat, uel ut sine speciali mandato agere, accusare, rescriptum impetrare, uel si datus sit index, recusari possit, non parua diligentia enucleatum.

LEGatum f̄ rei alienæ aliquando ualeat, ut puta cum cõiuncta personæ factum est. l. cum alienam. C. de leg. Sic dicẽdũ est, cũ amico ualde dilecto relinquitur, ut d. l. cum alienam, in uerb. uel alij tali personæ, exẽplificat Cast. & latius cõprobat ibi Ias. nu. 5. uerf. Tertio limita. Accedunt multa, quæ congerunt Alc. trac. præsup. reg. 1. præsup. p. 28. & Tiraq. Tract. de p̄nis legũ. cã 22. n. 27. Dubitari nõ cõtingit, q̄ dicatur coniuncta persona hoc nõ casu. Vna fuit opinio ultra mōtanorum, ut retulit Bar. in d. l. cũ alienã, in fi. intelligi cõiunctos iuxta dispositionẽ l. octau. ff. unde cognã. quorũ opinio iure non probatur in relato casu, cũ is tex. f̄ l. cũ alienã, nõ solum requirat, q̄ sit cõiuncta p̄sona, sed ẽt sit q̄ talis cui testator reliquisset, si sciuisset. Quamobrẽ altera fuit & uera gl. d. l. cũ alienã, opinio, hoc totũ relinquitur iudicis arbitrio, ex l. uoluntatis. C. de fideicom. q̄ snãm probauit ẽt Barr. d. l. cũ alienã, in fi. & ibi Ias. n. 12. hac cõem esse testator Barba. conf. 21. col. pe. li. 2. & conf. 45. col. pe. propẽ fi. lib. 4. Marf. in l. q̄õnis. n. 27. de q̄õ. & trãdit Paris. cõf. 49. nu. 12. 13. lib. 2. Marc. Mátua in ca. ult. nu. 17. de cõsuet. q̄ dẽ snã conuenit & illi casui, cũ factũ est legatũ rei alienæ ualde amicis, ut supra atrigimus: nã qui hi amici censeantur, hoc casu iudicis arbitrio terminãdũ erit. Huc spectat q̄ dẽ scriptũ reliquit Abb. in c. nonnulli. §. sunt & alij, nu. 10. de rescrip. nẽpẽ iudicis arbitrio relinqui, quæ dicatur cõiuncta persona, ut sine mādato ad impetrãdũ rescriptũ nomine sui cõiuncti admittatur. cũ Bald. idẽ eo loci s̄sit Card. & Fel. nu. 59. 60. eandem pariter snãm rectẽ tuetur Marc. Mát. n. 17. q̄ sanẽ uera snã ita intelligitur, ut usq; ad quartũ gradũ inclusiuẽ admittatur idistinctẽ, ultra aut quartum gradum iudicis arbitrio. Confert ẽt ad rẽ snãm q̄ dẽ docuit Io. And. in c. postremõ, de appell. f̄ iudicis arbitrio relinqui quæ dicatur persona coniuncta, ut si data sit, index recusari ob suspitionis causã possit, & cum Io. And. sensit uno uerbo Abb. d. §. sunt & alij, nu. 10. in fi. idem clarius affirmarunt alij, quos retuli infrã in casu 152. His diffiniri potest illa grauis doctorum disputatio, quæ dicatur illa f̄ cõiuncta persona, quæ sine mandato ad accusandum admitti potest, quam quidẽ iuris quæstionem post ceteros

teros explicat Bal. in l. 1. nu. 32. C. de his qui accusa. non possunt. dicendum inquam est iudicis esse arbitrium, inspecta qualitate contaginitatis & affectio nis, ita pariter terminatur illa cõrouersia interpretũ nostrorum in c. cum M. Ferrariensis, ibi Dec. nu. 12. & Ripa, nu. 60. de consti. quæ dicatur cõiuncta persona ut pro altero sine speciali mādato in ciuili iudicio experiri ualeat. quãquam etenim relati doctores affirmant, coniunctum admitti in causa ciuili pro cõiuncto & si speciale mandatum aliã requiratur: nõ explicant tamen quæ coniuncta persona hæc dicatur. horum itaque traditiones itelligi possunt, ut dicatur persona coniuncta usque ad quartum gradum inclusi uẽ, ultra uerõ ad iudicis arbitrium. Confirmari hæc etiã possunt ex his, quæ adferemus infrã i casu 260. quæ ex industria hic adscribere superfedeo.

S V M M A R I V M.

- 1 Authen. ex causa. C. de liber. præter. quò ad legatorum conseruationem locũ non habere, si pater igno ranter filium præterijt.
2 Legata quæ dici possit quantitas ob quam uerisimiliter pater etiam si sciuisset filium adesse, reliquisset.
3 Iudicis arbitrio relinqui, quæ dicatur quãtitas legati, quã uerisimiliter pater etiã filio i f̄stituto reliquisset.

CASVS CXLVII.

DE RE RELICTA IN TESTAMENTO, in quo filius ignoranter à patre fuit præteritus, ut testamentum pro re illa relicta ualeat.

REcepta magis opinio est, constitutionẽ autẽ. ex causa. C. de liber. præte. quò ad legatorũ conseruationem locum nõ habere, cum pater præterijt filium uel natum, uel nasciturũ ignoranter: nã, tũc legata nõ præstantur, ita Bar. d. auth. ex causa, ubi Ias. nu. 3. 4. æquiorẽ & magis communẽ opinionem esse dixit, quibus accedunt Rubens conf. 111. nu. 7. infinitos propẽ in hanc refert sententiã Tiraq. in l. si unquam, in uerbo, donatione largitus. nu. 263. C. de reuo. dona. qui nihil concludit. horum sententia tẽperari multis casibus solet, & præsertim, cũ is pater & testator legat illa, quæ uerisimiliter legasset, etiã si cogitasset de filijs i f̄stituẽdis. ita Bar. Ang. & Aret. re lati à Ias. d. auth. ex causa. nu. 6. uerf. 4. istam cõclusio nem. sed dubitari contingit, quæ & qualia hæc sint, quæ hæc præstant animi præsumptionem. Aret. cõf. 93. Viso legato. nu. 6. & conf. ult. nu. 5. respondit, intelligi cum relicta res fuit, quæ non excedit ualorẽ dimidiæ partis bonorum ipsius testatoris. quã declarationem probauit Soc. sen. conf. 93. n. 30. lib. 4. Paris. conf. 60. nu. 17. lib. 2. & conf. seq. nu. 17. & Tiraq. qui supra nu. 271. etf. eam nõ firmat. uerũm hæc declarationẽ rejicit Ias. loco iã citato, cum iure aliquo nõ comprobetur. & multis perpẽsis Aretini opinio nem confutauit Alc. trac. præsump. reg. 1. præsumptio. 13. rectius itaque sensit Ang. & Cattrẽa Ias. relati, hoc arbitrio f̄ iudicis relinqui. idẽ docuit idẽ Ang. i §. siue igitur. col. 5. uerf. Sed posses dubitare, i auth. ut cum de appel. cogno. idẽ scriptũ reliq̄ Tiraq. d. l. si unquã, in uerbo, omnia uel partem, n. 30. Alc. de præsumpt. d. reg. 1. præsumptio. 13. & ibi apostillantes.

- 1 Filij positi in conditione uocati an censeantur.
2 Iudicis arbitrio relinqui, quæ sint legitime coniecture, q̄b̄ ostẽdi possit filios positos i cõdõne esse uocatos.

CASVS CXLVIII.

CONIECTURÆ QVIBVS DEMONSTRATUR, filios in conditione positos esse uocatos.

POSTea quã referre cõepimus casus aliquot in ultimis dispositionibus iudicis arbitrarios, non gra uabor illũ recensere, qui à nostris est adẽd in cõtro uersiam reuocatus, ut rei ueritas nunc probabiliter ignoretur. is est, cũ filij in cõdõne positi sunt, an dispositiuẽ uocati censeatur. quã quidem in re quiã firmant uocatos non esse, ad coniecturas confugiũt, quas deinde in iudicis arbitrio positas scribunt: ita Soc. sen. in l. cum auus, col. ult. ff. de cõdit. & demon. Ruin. conf. 108. nu. 14. lib. 2. & conf. 139. nu. 6. li. 3. Curt. iu. cõf. 43. nu. 3. cõf. 96. nu. 2. & cõf. 113. n. 5. Paris. cõf. 30. nu. 33. cõf. 44. nu. 25. cõf. 90. nu. 40. 42. lib. 2. & cõf. 1. nu. 48. lib. 3. Soc. iun. cõf. 141. n. 8. & nu. 23. lib. 2. & Hieronymus Zachus Bergomẽ. in repe. l. hæredes mei. §. cum ita, nu. 729. ff. ad S. C. Trebellia. qui infinita propẽ hac de re doctẽ scribit. Ego in præsentiarum hanc disputationem omittere uolui, ut, cum plus otij nactus fuero, eam pleniori ca lamo explicem.

S V M M A R I V M.

- 1 Dos qualis assignanda sit filia exclusæ à statuto.
2 Dotem esse posse minorem legitima, cum statutũ uult filiam esse debere contentam dote constituta.
3 Statutum Ferrariae lib. 2. sub rubr. Quòd filia sit contenta de eo quod pater dederit, declaratur.
4 Doctorum traditiones de dote filia ex forma Statuti, declarantur.
5 Filiam conueneri non posse de dote à patre constituta.
6 Pater præsumitur accipere bonum consiliũ pro filio.
7 Consilium patris, q̄ detrimentum adfert filio, bonum non iudicari.
8 Patrem interdum malo animo esse in filias.
9 Dotem loco legitima succedere, ibidem declaratur.
10 Subrogatum sapere debet naturam subrogati.
11 Legitimam esse es alienum.
12 Legitimã non iure naturali, sed rõne naturali deberi.
13 Filiam à Statuto exclusã propter masculos non excludi à legitima. alij plures contra.
14 Filiam conueneri non posse de dote data ab auo.
15 Filiam conueneri posse de dote tenuissima à patre uel ab auo constituta.
16 Dotem tenuem non iudicari si iuxta patrimonium illius temporis fuit constituta, etiam si deinde facultates patris aucte sint.
17 Dos congrua indicatur secundum patrimonium existens in tempore matrimonij.
18 Legitimam non augeri auctis facultatibus.
19 Lesio, ob quam minor restituitur, consideratur iuxta tempus celebrati contractus.
20 Donatio inofficiosa indicatur secundum tempus, quo facta est.

- 21 *Dammum in segetibus datum, iudicatur secundum illud tempus.*
- 22 *Statutum quod filia arbitrio parentum dotetur, an intelligatur dotem esse posse legitima minorem.*
- 23 *Statutum Ferrariae lib. 2. sub Rub. infra quantum tempus frater, uel ascendens teneatur maritare sorore, declaratur.*
- 24 *Statutum Brixiae capi. 193. De successione ascendentium ibi, & eas feminas dotare secundum facultates arbitrio amicorum, declaratur.*
- 25 *Dotem pro modo facultatum constituendam esse.*
- 26 *L. Quero, & l. cum post. s. gener. ff. de iure dotium. in intellectus & sensus.*
- 27 *S. quamobrem. in auth. de restitu. & ea que parit in 11. mense, intellectus.*
- 28 *Legitima si non debetur, nec dos.*
- 29 *Legitimam honorabili titulo esse relinquendam.*
- 30 *Legitimam sine aliquo onere deberi.*
- 31 *Legitimam sine personarum distinctione deberi.*
- 32 *Legitimam in uita patris non deberi, e contra, dotem.*
- 33 *Legitimam pure deberi, dos uero potest, & sub conditione.*
- 34 *Iudicis arbitrio relinqui, quae dos dicatur congrua.*
- 35 *Paragium iustum quod sit, iudicis arbitrio relinquatur.*
- 36 *L. cum post. s. gener. ff. de iure dot. non aduersari. l. 1. C. de dotis promiss.*
- 37 *Statutum Patauinum sub rub. De successione mulierum, dum uult feminas debere condecenter dotari, declaratur. sic statutum Mediolani c. 278. sub rub. Qualiter masculi descendentes &c.*
- 38 *Dos dum constituitur, loci qualitas consideratur.*
- 39 *Dos dum constituitur, temporis qualitas & uarietas consideratur.*
- 40 *Dotes quae olim magna habebantur, hodie tenuissime creduntur.*
- 41 *Gn. Scipionis filia quam dote tenui nupta.*
- 42 *Dos nulla apud Lacedemonios mulieribus dabatur.*
- 43 *Dos mulieris qualis apud Athenienses.*
- 44 *Dotis opulenta incommoda.*

CASVS CXLIX.

QVAE DOS CENSEATUR CONGRUA, ne iustam conquerendi causam habeat nupta mulier, non mediocri studio & diligentia explanatur.

In uniuersa ferè Italia extare opinor leges municipales, quibus cautè filias dotari, si ob masculos excluduntur, ut statutum hoc legitur Papiae 95. in ciuilibus, sub Rubr. Quod mulieres maritate non ueniunt ad successione cum fratribus. sic extrat statutum Brixie c. 193. sub rub. De success. ascendentium. & Patani sub rub. De successione mulierum. Dubitari itaque cõtingit sapissimè, qualis dos sit huic exclusae filiae assignanda, an scilicet minor legitima esse possit, uel illi equa lis. multa iudicis arbitrio interpretes nostri tribuunt. ego quòd re clarius explicem, plures casus construo.

1 Primus est, quando statutum iuberet, filiam hanc contentam esse debere dote data uel constituta: tunc dos minor legitima esse potest, nec. n. potest filia coqueri, ita Bal. in auth. res quae, col. 2. num. 16. C. communia de fideicom. Corne. cõf. 77. lib. 2. quos secutus est Dec. in statuto Pistoriensi cõf. 277. col. pen. uersic. &

ista conclusio. & cõf. 505. nu. 4. Curt. sen. cõf. 81. in fi. Curt. iun. cõf. 10. in princ. qui in statuto Ciuitatis Albæ respondit. sic alios plures in hac sententia retulit Craue. cõf. 11. nu. 15. & cõf. 236. nu. 4. quibus accedunt Gramma. decisio. 101. n. 47. & nu. 72. in fi. Paris. cõf. 26. nu. 88. lib. 3. Ioan. Ancharanus Regiensis. q. 51. n. 2. 4. idem respondit Ruin. cõf. 27. nu. 12. 13. & cõf. 56. nu. 13. lib. 3. docuit Ruin. in l. Gallus. §. & quid si tantum. nu. 170. de lib. & posthu. qui (quod fortius est) idem esse affirmant, quòd statutum iuberet, quemadmodum iubere uidetur statutum Ferrariae, lib. 2. sub rubr. Quod filia sit contenta de eo quod pater dederit: filiam esse debere contentam quacunque dote, ut nullo casu aliquid plus petere possit. Ratio est, quia, si lex municipalis potest legitimam minuere & tollere, ut scribunt multi, quos infra referam, sic & dotem minuere potest, nec conueniri potest filia, legem esse duram, quia seruanda illa est. l. prospexit. ff. qui & a quibus. qua de re aliis supra. Est que hic animaduertendum, quòd Doctores nostros loqui non modò, quando statutum iubet filiam esse debere contentam dote à patre data, sed etiã data ab extraneo: cum ratio exclusionis facta à statuto utriusque casum comprehendat. Rursum, si in patre solù loqueretur, illorum sententia ad stipularetur illa rō, quod hoc casu lex multum de patris facto confidit. l. nec in ea. de adult. l. patre furioso, de his qui sunt sui uel alii. iuris. & statim subiiciam. Est pariter animaduertendum, aliquos interpretes ex relatis loqui, quòd statuta iubent filiam esse debere contentam dote, & quod nil ulterius petere possit, uel cum dicunt, quod quacunque dote debeat esse contenta, & non si simpliciter loquerentur, quod filia dote contenta esse debeat, quã differentiã ego nõ probo. nã, si uult statutum illã contentã esse debere, sequitur prohibere nil ulterius posse petere. Ex quibus constat malè consuluisse Curt. sen. cõf. 23. Magnificus uir. col. 13. uersic. Venio ad quartum. qui uerè consuluit super relato statuto Ferrariae sub rub. Quod filia sit contenta de eo quod pater dederit, & dixit, statuto nõ obstante, dotem esse non posse legitima minorem.

Secundus est casus, quando statutum simpliciter loquitur excludendo filias dotatas, ut simpliciter loquitur statutum Papiae iam relatum, & dos est à patre constituta, tunc filia conueniri non potest, etiam si dos minus sit ipsa legitima. ita respondit Castren. cõf. 275. Super primo quaesito dicendum uidetur dictam substitutionem, in 7. dubio. & cõf. 400. Visis & ponderatis omnibus superscriptis. col. 1. & cõf. 401. col. 1. lib. 2. illum sunt secuti Curt. sen. cõf. 81. reatè egregius, col. ult. Decius cõf. 26. n. 2. cõf. 89. nu. 4. cõf. 181. nu. 5. cõf. 203. nu. 7. & cõf. 505. n. 4. l. in l. uoluntatis. nu. 2. C. de fideicom. cõf. 231. n. 4. lib. 2. & cõf. 133. n. 4. lib. 4. Ruinus cõf. 52. col. ult. lib. 2. cõf. 27. nu. 13. in fi. cõf. 56. nu. 13. 14. lib. 3. Rubeus cõf. 163. nu. 2. Curt. iun. auth. res quae. nu. 10. C. communia de leg. & fideicom. Soc. iun. cõf. 72. nu. 2. lib. 3. Paris. cõf. 29. nu. 88. lib. 3. Boe. q. 62. n. 14. Alcia. trac. praesump. reg. 1. praesump. 2. nu. 2. & respon. 65. n. 1. Tiraq. in l. si unquam. in praefatione, nu. 36. C. de reuo. don. ea ratione adducti sunt ij omnes, quia non praesumitur, quod patrem fraudare uelle filiam sua portione, sed potius illi fauere, & bonum consilium pro ea sumere, iuxta l. patre furioso, de ijs qui sunt sui uel

fui uel alie. iur. l. nec in ea. de adulte. Nec huic rationi aduersatur illa consideratio, quam facit Soc. sen. cõf. 57. nu. 28. lib. 4. hoc est patris consilium filiae bonum iudicari non posse cum ei apertè detrimentum adferat; dum aufert portionem legitimam sibi iure debita, quia iquit Gramma. decisio. 101. n. 31. alios sensisse hoc esse consilium fraudis ad filiam laedendam, & sepe sunt patres maligno in filias animo. l. 4. ff. de inoff. testa. Hec inquam consideratio procedere posset, quòd pater dotem leuissimam constitueret, ita ut constaret filiam enormiter laedi, qua de re statim subiiciam.

Quibus constat illos malè sensisse, qui dixerunt, patrem nõ posse constituere dotem legitimam minorem. In qua quidem opinione fuerunt plures, ut apud Socin. sen. cõf. 100. col. 5. lib. 3. qui & ipse sibi parum constans hanc probauit, idem cõf. 57. nu. 29. lib. 4. sic Decius cõf. 106. col. 2. uersic. nõd bene facit. & nu. 3. & cõf. 180. n. 2. & cõf. 181. n. 5. & Curt. sen. cõf. 27. Magnificus uir. col. 13. uersic. uenio ad quartum. Nec horum argumentationes me tantillum mouent: si quid falsum est, quod aiunt priore loco, quòd dos non loco legitima hoc casu succedit, iuxta l. quoniam nouella. C. de inoff. testa. Bar. l. Titio centum. §. Titio genero. nu. 9. de cond. & domon. cum infinitis prope relatis à Tiraq. in l. si unquam. in uerbo. Susceperit liberos. n. 112. C. de reuo. dona. non ergo potest ac debet dos esse minor ipsa legitima, cum sit subrogatum sapere debeat naturam eius in cuius locum subrogatur. l. eum qui. §. iniuriarum. ff. si quis cautio. §. fuerat, in l. de actio. l. Parabolanos, ubi Bal. C. de Epil. & cler. Huic argumentationi responderetur, uerum non esse, dotem loco legitima subrogatam esse: quando quidem dos in legitimam impugatur, sunt ergo diuersa, quòd multa in legitimam impugatur. l. omnimodo. §. imputari. C. de inoff. testa. quae tamen legitime loco nõ subrogatur, ita respondet Soc. sen. cõf. 288. col. 8. uersic. adducit secundo loco. lib. 2. imò inquit Soc. post Bal. què refert, quod ex quo statutum potest legitimam minuere, ita etiã dotem: cum ad dotem illa reiecta uideatur.

Secundò relati interpretes sic argumentantur: si legitima est res alienum, & debetur filio iure naturali. l. uic. ff. de bo. damn. l. si quis in suo. C. de inoff. testa. Alex. cõf. 7. nu. 8. lib. 2. sic & de dote inquit glo. l. mulier. §. cum proponeretur, ad Trebell. & de utroque plura scribit Tiraq. d. l. si unquam, in uerbo, susceperit liberos, n. 113. quemadmodum ergo non potest pater legitimam tollere, uel minuere, l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testa. ita nec dotem. Verum satisfacit Soc. d. cõf. 298. col. 7. uersic. Tertio adducebat. lib. 2. legitima non esse debitam iure naturali, sed solù ratione naturali. id quod respondit & Soc. iun. cõf. 62. n. 10. lib. 3. quamobrem concedente statuto, agnationis seruandè gratia, minui à patre ipso potest. Rursum, uerum non est legitimam esse propriè res alienum, ut egregiè multis ostendit Iaf. cõf. 181. lib. 2. Tertio relati interpretes argumetabatur, quod licet filia excludatur à statuto propter masculos, nõ tamen esse exclusam à petitione legitima, ita Sali. in auth. nouissima. q. 11. C. de inoff. testa. & cum eo sentiunt alij prope infiniti, quos retulit Tiraq. in d. l. si unquam, in uerbo, susceperit liberos, nu. 110. C. de reuo. dona. Verum minus solidum est hoc fundamentum, cum alij prope innumeri sentiant, exclusam hanc nec legitimam posse conse-

qui, ut multos recenset Soci. sen. d. cõf. 288. col. 8. uersic. ultimo loco. lib. 2. & infinitos prope recenset Craue. cõf. 11. nu. 13. Boer. q. 188. nu. 7. Tiraq. de iure primig. q. 55. nu. 5. Quarto adferri solet authent. res quae. C. communia de lega. & fideicommiss. Verum inquit Soc. sen. d. cõf. 288. col. 7. uersic. circa primig. quod licet in causã dotis alienatio bonorum fideicommissi suppositorum permittatur absolute usque ad legitimam, non autem ultra, nisi legitima minus sufficiens esset, hoc non est ex eo, quod legitima sit minus competes, sed ex eo quia usque ad legitimam simpliciter est permissa alienatio in omnem causam. ratio, quia in eam non poruit filia onerari. l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testa.

Extenditur procedere etiam in eo, quod qui tanquam pater esset filiae, ut in auo paterno; ita respondit Curt. sen. d. cõf. 81. in fine.

Declaratur secundus hic casus, ut locum non habeat, quando pater tenuissimam dotem constituit: ita ut constare posse filiam enormiter lesam, Castren. d. cõf. 275. idem censuit Curt. sen. consilio 27. col. penult. & cõf. 81. in fine. Iaf. d. l. uoluntatis. numero 2. C. de fideicom. & consil. 133. colum. ante penult. uersic. Non obstat etiam, lib. 4. Decius cõf. 203. nu. 7. & cõf. 180. colum. na secunda. Soc. sen. consil. 76. col. penult. uersic. Nec tamen licet, lib. 3. Curt. iun. cõf. 10. in prin. & in auth. res quae. nu. 11. C. communia de fideico. sic Boe. q. 62. nu. 15. Gramma. decisio. 101. nu. 52. 71. & hoc in casu plures ex relatis huius secundi casus, qui contra Castrensem senserunt, intelligi ac declarari possunt, ut Dec. d. cõf. 180. col. 2. uersic. Et stante tali lesione. & cõf. 181. nu. 3. nec enim tantum nitebatur Decius ex ea opinione, dotem legitimam minorem esse non debere, quàm quod ob enormem lesionem dotata uerè dici non poterat; lesio autem enormis, quae hoc casu sit, opinor iudicis arbitrio relinqui. Hae tñ lesio consideranda erit non secundum tempus mortis patris, sed secundum tempus dotis constitutae. nam dos iudicatur congrua secundum illud tempus, quo filia matrimonio collocatur. Si ergo ea nupta angeantur maximè patris facultates, non potest conueniri filia se tenuem dotem consequutam fuisse, ita Bal. d. auth. res quae. nu. 16. C. communia de leg. quae secutus fuit Ruinus in l. Gallus. §. & quid si tantum, nu. 174. de lib. & posthu. & cõf. 56. nu. 14. lib. 3. reiecta contraria opinione Baldi nouelli in tracta. dotis aliter sentientis. & hanc opinionem probauit Craue. cõf. 11. nu. 14. qui tamen Bal. nouellum pro hac opinione retulit, idem etiam sensit Boer. quaest. 61. n. 13. sic etiã Decius cõf. 277. col. penult. uersic. & ista conclusio. Ioannes Ancharanus Regiensis quaest. 51. nu. 11. qui ita declarat statutum Regiense sub rubr. Qui succedere debeant, sed aduersus istos cum Baldo nouello respondit Socin. Senior cõf. 100. col. 4. lib. 3. & malè, nam & ipse Socin. cõf. 30. nu. 10. lib. 4. sibi contrarius aliter respondit, & eum est secutus Aiciat. respon. 252. nu. 11. idem sensit Gramma. decisio. 52. nu. 35. 36. qui alios recenset. idem decisio 101. nu. 72. Paris. cõf. 26. nu. 89. lib. 3. Huius sententiae ratio est, quia dos congrua iudicatur secundum existentes facultates tempore matrimonij: augmentum ergo superueniens, non est in consideratione. Sic uidemus in legitima, quae cum debeat iuxta bona

quæ tempore mortis patris reperiuntur. l. cum quaeritur. C. de in officio. testam. si semel fuit assignata, & auctæ reperiatur facultates tēpore mortis patris etiā legitima augeri debet. ita Bal. in l. pactum. 6. oppo. C. de collat. Castr. & Alex. in l. in ratione. la. 2. ad leg. Falcid. laf. in auth. nouissima. nu. 5. C. de inoffi. testam. Accedit secundum Craue. d. consi. 1. i. nu. 17. minor rem restitui obflationem interuenientem tempore celebrati contractus, non ex superuenienti. Afflict. decif. 304. post Alber. l. & si sine. §. quæritum, de minor. & alios plures recenset Crau. Sic donatio in officiosa iudicatur secundum tempus, quo facta est, ita glo. l. 1. in quæst. 9. C. de inoff. donat. non ex tēpore superuenienti. Sic damnatum datū in messe nōdum matura, iudicatur secundum illud tempus, non autē ex tempore superuenienti. ita post Bal. consi. 182. locata fuit, col. 2. lib. 1. respondit Crau. col. 40. nu. 10. Tertius est casus, quando statutum excludit fœminas dotatas, siue à fratribus siue ab altero quouis eā excludente. sæpissimè enim statuta hoc casu dicunt, quòd arbitrio propinquorum eam excludentiū doretur, an hoc casu arbitrari possint dotē esse posse legitima minorem? quo in casu sunt Doctorum opinionones. Vna fuit opinio Ang. consi. 357. D. Gregorius, quarto dubio. & Salic. in auth. res quæ. secundo nota. C. communia de lega. qui sensit, non posse esse minorem legitima. idē censuit Castren. consi. 73. Licet ista D. Lisa. col. 2. lib. 1. & consi. 400. V. sis & ponderatis omnibus supra scriptis. col. 1. uel 1. Sed si dicti agnati. lib. 2. Alex. consi. 69. nu. 2. lib. j. Decius consi. 26. nu. 2. & clarius ibi col. pen. uerf. Præterea & secundò. consi. 89. nu. 4. consi. 180. nu. 2. & consi. 505. nu. 5. dum considerat statuta hanc differentiam constituentia, quod à patre doretur, & loquuntur simpliciter, cum uerò ab agnatis dicunt congruè, uel competenter, uel (ut in statuto Patruino) concederetur, uel ut in statuto Regiensi, legitime doretur, alios retulit Craue. consi. 239. nu. 3. Sic in fratre dotante sororē decit Afflict. decif. 160. Gramm. decif. 157. n. 21. & n. 40. 41. qui uerè sensit, fratres dotem legitima minorem non posse sorori constitutere. & clarius decif. 101. nu. 67. in fi. Maranta disputat. x. nu. 21. horum opinio fulcitur quadruplici illa argumentatione relata supra in secundo casu, cui post Socinū responsū attulimus. Et secundū hanc opinionem editū fuit statutum Ferrariense lib. 2. sub rub. Infra quantum tempus frater, uel ascendens teneatur maritare sororē, quo cautū est, dotē legitima minorē non debere constitui. Secunda eorum fuit opinio, posse hos propinquos constituere dotem minorem ipsa legitima. i. hac opinione fuerunt Soci. sen. d. consi. 288. col. 8. & 9. lib. 2. qui super statuto Florentino respondit. & licet loquatur illo casu, cum pater dotem constituit, idem tamē de agnatis sensit. Sic super statuto Brixie cap. 193. sub rub. de successione ascendentiū, respondit Rui. consi. 27. nu. 10. 11. lib. 3. Primò in hanc opinionem adducti sunt ex tex. l. quæro. l. cum post. §. gener. de iure dotium, & l. si filia, de legatis 3. quibus pbatur dotem à curatore, uel à tutore constituendam esse pro modo facultatū & dignitate nataliū uiri ac mulieris, non ergo dos mensuram sumit à quantitate legitima, quoniam certa tunc esset, sed à qualitate uiri & uxoris: minus ergo legitima arbitrari poterunt.

Sed facile euitari potest, quoniam relata iura loquuntur in tutoribus & curatoribus, quos omni suspicione carere scimus: at contra in propinquis, quorum maxime interest dotem tenuem dari, ut inde residuū ipsi consequantur: nam i. suspicione non carent, ob proprium commodum, quod sensit & Dec. dicto consi. 26. col. penul. uerf. Præterea & secundò. Præterea non affirmant relata iura. l. cum post. §. gener. & l. quæro, dotem minorem esse posse legitima; nā & intelligi possunt, & rectius fortè, ut ultra legitima quid plus pro dignitate coniugum assignetur. hoc suadetur, quia iure cōi inspecto filia in legitima ladi non potest. d. l. quoniam in prioribus, illa ergo illa esse det. quod ergo in d. l. quæro, & cæteris relatis dicitur, intelligitur ultra legitima. Adferri solet secundò loco tex. §. quamobrem, ubi Ang. in authen. de restit. & ea quæ parit in undecimo mense. dum iuber Iustinianus, patrem filijs reseruare debere legitima antequam fideicommissa restituat, deinde dotes filiabus secundum portionem legitima, & quid plus, si ita suadeat qualitas, & dignitas mulieris, & mariti. Idem habetur in dicta auth. res quæ, desumpta a dicto §. quamobrem, quemadmodū ergo dignitas cōiugum efficit, ut dos ultra legitima constituitur in dementū fideicommissi, atq; ita contra testatoris uoluntatē; ita e contra qualitas coniugum efficere det, ut dos dicatur conueniens etiā citra legitima: nā qd operatur ppositum in proposito, sic operari debet oppositū in opposito. l. si ex toto. de leg. 1. l. ult. §. ult. de leg. 3. l. si ut proponis. C. de nup. & hanc argumentationem solidā opinatur Soc. sen. d. consi. 288. col. 9. uerf. Cōfirmatur ista cōclusio. lib. 2. quo loci dixit, non esse dare rationem differentie inter casum augmenti dotis ultra legitima, & casū diminutionis: ergo idem ius erit statuendum. l. illud, ad l. Aqu. Verū dilui facile potest hanc argumentatio. est. nā ni maduertendum, legem fauere doti quātum potest, l. 1. ubi omnes solu. matr. Iustinianus, ergo d. §. quamobrem, tantum fauit, ut contra testatoris uoluntatem uelit dotem ultra legitima posse constitui: non tamen concedit posse minui citra legitima: nā si posset minui per indirectū, legitima tolleretur, contra d. l. quoniam in prioribus, quod iure communi ob dotem non conceditur. nec par est ratio augmenti & diminutionis, quia agnati isti possunt quidem prodelle huic fœminæ constituendo dotem amplā ultra legitima, non autem nocere minuendo eam citra legitima, & ob id uerum non est idem operari dēe oppositum in opposito, quod propositum in proposito: cum inter utrūque diuersa adsit ratio. Tertio loco argumentantur alij ut Soc. sen. d. consi. 288. col. 9. uerf. Confirmatur ratione. lib. ij. & Ruin. consi. 27. nu. 11. li. 3. Gram. dec. 101. nu. 66. statutū excludens fœminam propter masculos, dicitur etiā eā excludere à legitima, ut multos supra in secundo casu retulimus, dum citauimus Craue. consi. 1. i. nu. 3. non ergo habenda est ratio legitime, quoniam hac uia indirecta exclusa a legitima sub dotis nomine eam consequeretur, atque ita statutū uerbis non rebus legem imposuisset, contra l. ij. C. communia de lega. Accedit, qd si legitima non debetur, nec dos secundum eam mensurari potest, argu. l. hæres meus. §. ult. de hæred. inst. & l. in testamento, de cond. & demo. sed uita ri potest

ri potest hanc argumentatio, omiffa etiam controuersa illa disputatione, an fœmina à statuto exclusa legitima consequi possit. dico enim hoc in casu esse magnam differentiam inter legitima & dotem. nā dic, ut duo separata iudicari debent, nam exclusa à legitima, dotem tamen consequitur & alimēta. ita Bru. in statuto quòd statibus masculis fœminæ non succedant, arri. tertio. quæstione 8. nu. 33. Sic legitima honorabili institutionis titulo reliqui debet, omnes in auth. nouissima. C. de inoff. test. Decius consi. 105. col. 1. dos uerò quouis titulo relinqui potest. Castr. consi. 196. In puncto quæritur. col. 1. in fi. lib. j. consi. 97. In casu præsentis, in princ. lib. 2. Corneus consi. 303. col. ult. lib. 4. Brunus præcitato loco. Rursus legitima reijcitur omnē grauamen. d. l. quoniam in prioribus, non ita in dota. Castren. consi. 323. Super primo puncto quo quæritur, lib. j. Brunus qui supra. Rursus differunt secundum Gramm. d. decif. 101. nu. 64. nam legitima est certa & limitata sine personarum distinctione. auth. nouissima. C. de inoff. testa. at dos non est certa, sed redditus ex qualitate personarum. d. l. quæro. d. l. cum post. §. gener. de iure do. quam differentiam sensit & Castren. d. consi. 400. col. 1. li. 2. Sic legitima non debetur i uita patris, sed post mortem. l. cum quæritur. C. de inoff. testa. & tamen dos in uita patris debetur. l. ult. C. de dotis promiss. sic in bonis patris & sororis non competit legitima. l. fratris. C. de inoff. testa. & tamen frater & soror dotem alteri sorori dare tenentur. l. cum plures. ff. de admittuto. sic legitima pure debetur, dos uero sub conditione, si nupterit. Bar. l. Titio ceterum. §. Titio genero. nu. 7. de cond. & demonstr. & in specie nostra hanc differentiam facit Castren. consilio 73. Licet ista D. Lisa. columna 2. uerf. posito autem, lib. j. Tertia eorum fuit opinio, quos nunc sequor, qui dixerunt, dotem hoc casu congruam iudicis arbitrio indicari, ita sensit Barba. consilio 80. in fin. lib. 3. & consi. 45. col. penul. propè finem, lib. 4. nec dissentit Raphael Comens. col. 46. in fi. qui fortius loquitur quando dos à patre fuisset relicta. probat & hanc sententiam Afflictus in c. 1. nu. 21. uerf. Itē relinquitur iudicis arbitrio quod dicatur iustum i paragium, ex quibus caul. feud. amitta. sensit & Soc. sen. col. 288. col. 8. uerf. quare uisum semper. lib. 2. Ruinus consi. 52. nu. 13. in fi. lib. 2. Cur. iun. d. auth. res quæ. n. 11. C. communia de leg. Marf. in l. quæstionis modum. nu. 28. de quæstio. Tiraq. in l. si unquam. in uerbo, omnia uel partem. nu. 31. de reuocan. donatio. arbitratur itaq; iudex dotem congruā pro modo facultatum & dignitate uiri, & uxoris. quæ qualitates cum uariant, semper suo arbitrio iudex arbitratur; ut affirmat Afflictus decisione 337. nu. 9. post Castr. consi. 116. est mihi consi. 11. Viso dicto libello & contentis in eo. col. 3. uerf. Nec obstat qd ista declaratio. lib. j. qui affirmarunt, dotem incertam relictam deberi, cum possit certa reddi arbitrio iudicis iudicantis ex qualitate bonorū & personarum. §. l. cū post. §. gener. de iure dot. quod responsum nō aduersatur cōstitutioni Alex. in l. 1. C. de dotis promiss. ut opinatur Soc. & Alcia. in l. 1. ff. solu. matr. & pulchre apud Duar. lib. j. disput. annu. c. 56. Ludo. Charon. lib. j. uerifimil. iuris. c. 17. & Robertum Aurel. lib. 4. sent. iuris. c. ult. atque ita intelli go statutum Patruinū sub

rubri. de successione mulierum. dum statuit, mulieres has debere dotari arbitrio uiri boni conceder secundum loci qualitatem, & bonorū quantitatem: uerè etenim dicitur omnia hæc in iudicis arbitrio conferri, quod statutum extat & Mediolani ca. 278. sub rubr. Qualiter masculi descendentes. Considerabit etiam iudex noster floci qualitatem, consuetudinemque regionis, ut multi affirmarunt. ita Decius. d. consi. 26. nu. 4. uerf. Non obstat qd alijs. Ruinus consi. 56. nu. 18. & consi. 152. nu. 8. li. 5. Pari. col. 26. nu. 88. consi. 83. nu. 3. lib. 3. Soci. iun. col. 128. nu. 217. lib. j. Craue. consi. 226. nu. 3. post Corneum & alios plures, quos refert Gramma. decif. 101. nu. 69. Considerabit etiam iudex noster temporis qualitatem & ueritatem, ut respōdit Soci. sen. consi. 57. nu. 31. lib. 4. Est enim non semel obseruatum pro locorum & temporū qualitate dotes uariasse, & quæ magnæ facultatē olim habebatur, hodie paruæ ac admodū tenues creduntur. scribit Val. Max. lib. 4. c. 4. deupertate. §. Gn. Scipionis tunc Hispaniarum Proconsiliam senatus decreto nuptui tradidit, & dotis modum quadraginta millia æris fuisse, sunt quadraginta millia asses Mediolanenses, & Cæsonis filiam maximam dotem ad uirum decē millia æris attulisse; idē autor est. memoria etiam prodit Lazarus Bayhus in opusculo de re uestiaria, cap. 12. ex Strabonis autoritate, olim celebratam maximè fuisse Masfiliensium frugalitatem, quòd apud eos mulierū dos maxima centum aureos non excederet. quæ hodie tenui admodum forte existimatur. apud Lacedæmonios nulla erat dotis constitutio ex lege Lycurgi, ut in illius uita meminit Plutarchus. & in Apophtegmatibus Lacedæmoniorum Aristoteles lib. 2. Politic. capitulo 7. contrarium scribit, nempe legibus Lacedæmoniorū permiffum fuisse, dotes amplas dari. quas sanè leges ipse reprehendit, cum melius fuisset, aut nullam, aut paruam, aut mediocrem esse constitutam. Diuinus Plato Dialogo quinto de legibus scriptum reliquit, optimè instituta Repub. esse ferendam legem, quòd nemini aut dare dotes, aut accipere liceat. at Dialogo sexto his locutus est: De dote uero dictum est prius, & modo rursus dicatur, æqualibus pro æqualibus quidem neq; qui dederit pecuniam inopia consenscet: necessaria, n. in hac ciuitate abudè omnib. sunt mulieribus præterea cōtumeliosus factus minor erit: minor & uiris humilis illiberalisq; seruitus. Solò (ut in illius uita scriptum reliquit Plutarchus) lege constituit, ne mulier quid, præter tres uestes, & quædam paruæ empta uasa secum portaret. & rectè, quoniam efficit dos ampla, ut uiris deinde dominantur mulieres, qd memoria prodidit Aristoteles li. 8. Ethic. c. 10. & apud Plautum in Afinaria cōqueritur Demegetus senex; Argentū accipi, dote imperiū uedidi.

S V M M A R I V M.

- 1 Hereditas quæ iacens, & quæ uacans.
- 2 Curatorem bonis uacantibus non dari.
- 3 Statutū Papiæ 147. i. ciuilibus, sub rub. de modo dandi curatorem bonis uacantibus. declaratur.
- 4 Curatorem hereditati iacenti non dari, cum de proximo certus successor speratur.
- 5 Curatorem hereditati iacenti nō dari, cum dubiū quo ignoratur de futuro statim successore, ab eo qui speratur heres, prouenit.

- 6 *Hæreditas iacens appellatur, etiam cum extat filius defuncti, si se abstinet.*
- 7 *Statutum Florentiæ de bonis iacentibus declaratur.*
- 8 *Statutum Papiæ 47. de modo dandi curatorem, declaratur.*
- 9 *Curatorem bonis iacentibus dari iudicis arbitrio.*
- 10 *Creditoribus cum satisfaciendum est, ex bonis iacentibus hereditatis, quid observandum.*
- 11 *Curator bonis obuentis filiosam, quando datur.*
- 12 *Curator bonis cedentis ut creditoribus sit satisfactum, quomodo datur.*
- 13 *Curator bonis cedentis datus quam actionem mouere possit.*
- 14 *Curator datur bonis personæ egregiæ, cum ex illis debitoribus est satisfaciendum.*
- 15 *Curator bonis absentis et uagabundi datur iudicis arbitrio.*
- 16 *Curator bonis absentis uagabundi cū iudex dat, quæ concurrere debeat.*
- 17 *Procuratorem bonis absentis & uagabundi dari ad eorum defensionem.*
- 18 *Curator bonis absentis cum datur, constare debet de illius absentia.*
- 19 *Curator bonis absentis uagabundi dum datur, constare debet illum potius uiuere, quam mortuum esse.*
- 20 *Curator qui bonis absentis & uagabundi dum datur, iusta causa subesse debet, quæ iudicis est arbitrio.*
- 21 *Curator qui bonis uagabundi datur, masculus non femina esse debet.*
- 22 *Matrem esse posse curatricem bonorum filijs absentis & uagabundis.*
- 23 *Curator qui bonis absentis assignatur, debet esse maior 25. annorum.*
- 24 *Curator qui bonis absentis datur, omni suspitione careere debet.*
- 25 *Curator bonis absentis datus, antequam administrationem suscipiat, iactare debet.*
- 26 *Curator datus bonis absentis & uagabundi debet inuentarium conficere.*
- 27 *Curator datus bonis absentis & uagabundi mitti debet in quasi possessionem administrandi dicta bona.*
- 28 *Curatoris dati bonis absentis & uagabundi, cura & diligentia quibus uersetur.*
- 29 *Curator bonorum absentis dare an possit insolutum ex bonis illis creditoribus.*
- 30 *Curator bonorum absentis potest agnoscere bonorum possessionem absentis delatam.*
- 31 *Curator datus bonis absentis & uagabundi actiones tempore perituras mouere an possit.*
- 32 *Curator qui decerni debeat bonis absentis, an agnatus uel cognatus.*
- 33 *Statutum Papiæ 96. in ciuilibus sub rubr. Quod ad successionem & c. & statutum 47. de modo dandi curatorem, declarantur.*
- 34 *Drecretum antiquum Mediolani declaratur.*
- 35 *Tutela quibus potest decerni, eidem & cura.*
- 36 *Mater quamuis a successione filij excludatur per statutum, non tamen à cura.*
- 37 *Statutum Papiæ 94. in ciuilibus, sub rubri. In quantum & qualiter mater & c. dum excludit matrem à successione, eam tamen non excludit à tutela.*
- 38 *Auia exclusa a successione, non excluditur à tutela.*
- 39 *Cur. sen. responsum, 47. col. pen. improbatum.*

- 40 *Matrem filij naturalis a tutela non prohiberi.*
- 41 *Matrem transeuntem ad secunda uota à cura & tutela remoueri.*

CASVS CL.

QUANDO CURATOR BONIS IACENTIBUS ABSENTIS AC UAGABUNDI DETUR; qua sub forma; qui dari possint; & ipsorum curatorum officio & administratione.

Debitari sapissimè solet, quomodo se se habere debeat iudex in assignando curatorem bonis alicuius uel mortui uel presentis, uel etiam absentis. Cum multa is iudex ex suo arbitrio possit, quemadmodum statim dicemus, hanc disceptationem, ut ab soluiam, constituo tria capita. Primum est cum agitur de curatore dando bonis iam defuncti; quo quidem in capite solent a nostris plures casus considerari. Primum est, quando nullus extat, qui in bonis succedat, tunc hæreditas uerè non dicitur iacens, sed uacans: & ideo ei curator non datur, sed cum fisco sit delata, fisci procurator prouidet & administrationem suscipit. l. i. §. cui bona. ff. de iure fisci. l. i. in princ. ff. de successio. edicto. Ang. consil. 193. Mortuo col. 2. in fine, Dec. consil. 509. numero 1. & ideo statutum Papiæ 47. in ciuilibus, sub rub. de modo dandi curatorem bonis uacantibus, dum loquitur de bonis uacantibus, improprie loquitur, intelligendo bona uacantia pro bonis iacentibus.

Secundus est casus, quando bona non habent successorem, sed speratur de proximo: tunc etiam curator non datur, sed ad eorum instantiam, quorum interest, statuitur terminus futuro successorum ad adeundum, uel repudiandum hæreditatem. l. si quis instituatur, in princ. ff. de hæred. inst. Angelus & Decius locis iam citatis. Alex. consil. 4. nu. 5. lib. 2.

Tertius est casus, cum ambigitur, si ne diu hæreditas iaceat: tunc, si dubitatio hæc ab eo, qui futurus est hæres, prouenit, assignatur ei tempus ad hæreditatem adeundam, uel repudiandam. Si uerò aliunde prouenit, ut puta, quia sub conditione casuali est institutus, tunc curator datur. ita Ang. & Decius iam relati.

Quartus est casus, quando nemo de presenti reperitur, qui hæreditatem adire uelit, quo casu proprie hæreditas iacens appellatur, etiam si extaret ipsius defuncti filius, qui se abstineret: ut scribunt Salic. & alij in l. cum hæreditas. C. de positi. Decius consil. 344. col. 1. qui interpretatur, statutum Florentiæ de bonis iacentibus, intelligi etiam si defuncti existat filius, nam, & si is suus hæres esse dicatur, & in eum dominium continuate uideatur, nihilominus ob abstinenti beneficii, fit ut hæreditas nondum adita, iacens dici possit. id quod multum conuenit ad statutum Papiæ 47. iam relatum, hoc ergo in casu curator his bonis dari potest, qui actiones omnes etiam tempore non perituras, mouere poterit: ita Angel. consil. 103. Datus fuit curator, in fi. & d. consil. 193. Mortuo, col. ulti. uersic. quandoque hæreditas. Curator autem iste iudicis arbitrio ita dari posse opinor. & Papiæ ex statuto est clarum, ac alijs in casibus, quos infra referam. hoc autem casu, cum curatoribus satisfaciendum est

est, prius citari nominatim debent illi, quorum prima est causa successione, ita Aretinus consil. 110. & Alex. consil. 107. lib. 5. qui sic interpretatur statutum Florentiæ & Capicius decis. 87. nu. 1. uersic. secundum quod, statutum autem Papiæ 47. iam relatum in hoc ius commune est secutum, præter ius commune tamen illud plus constituit, quod curator datus litem profectur usque ad finem, etiam post appellationem, ut ostendunt illa uerba, & causa peragi quemadmodum, & c. & tamen aliter est de iure communi secundum Bal. consil. 172. in fine lib. 2.

Secundum est caput, cum de bonis uiuentis & presentis agitur, quo quidem in capite tres reperiuntur casus, in quibus dari hic curator potest. Primus est, quando filiofamilias assignatur pro bonis sibi obuentis, quæ pater acceptare, & illi consentire negat. lult. §. primo, uersic. Si autem pater. C. de bo. quæ libe. qui sanè curator non in iudicio, sed extra iudicium administrat. ita declarat Ang. d. consil. 193. col. 1. Secundus est casus, quando aliquis suis bonis cessit, quæ cum creditorum inter sit eis satisfieri, & curator bonis datur, qui diligenter animaduertat, ut bona rectè distrahatur, & æquè creditoribus satisfiat. hic autem curator nullam actionem mouere poterit, cum hæc de causa datus non sit, sed solum ad bonorum distractionem. ita Ange. dicto consil. 193. col. 1. uersic. Dari etiam potest. Bald. consil. 27. Vifa serie. libro quinto. Tertius est casus, quando debitor est persona egregia & clari nominis, ut Senator, & eius bona ueniri debent, ut creditoribus satisfiat, tunc curator bonis dari potest. l. curator. ff. de cur. furio. Ang. dicto consil. 193. colum. 1. uersic. datur etiam curator. Bal. consilio 172. Dyn. in l. curator. col. 1. li. 2. Crau. cõi. 213. n. 1.

Tertium caput disceptationis est, in quo maior ueritas difficultas, ac etiam maior utilitas, & cum agitur de bonis absentis & uagabundi, de cuius morte ignoratur, & hoc in casu locum non habet d. statutum Papiæ 47. cum loquatur, cum agitur de hæreditate defuncti, ut supra retuli. nam, cum illius hæreditas adiri non possit, dandus est curator bonis. ita Bar. in l. cognatos. C. de cap. & postli. reuer. Bal. consil. 267. Si talia uerba lib. 4. Alex. consil. 4. nu. 4. lib. 2. Decius consil. 575. nu. 1. Neuza. consil. 17. nu. 24. & licet hoc in casu suo etiam arbitrio iudex curatorem dare possit, ut post Barr. & alios plures respondit Dec. consil. 509. nu. 1. & consil. 575. nu. 1. nihilominus antequam eo deueniat, plura, quæ concurrere debent, perpendere habet. Primum constare debet de eius iurisdictione & potestate; nam & hic actus à iudice competenti explicandus est. ita Bald. consil. 173. Quidam Bartholomæus. lib. 2. Roland. à Valle consil. 48. nu. 18. lib. 1. Secundo requiritur, quod is absens & uagabundus abesse ceperit nullo relicto procuratore ad omnia eius negotia tam extra iudicium, quam in iudicio donec reueteretur; nam, ubi procuratorem reliquisset, frustra de dando curatore ageretur. ita respondit Soci. iun. consil. 26. lib. 2. qui affirmat adeo procuratorem hunc absentis negotia tractare debere, ut etiam eius nomine possit delatam sibi bonorum possessionem adire, iuxta doctrinam Baldi in l. 1. opp. 29. C. qui admitti. immo hic procurator efficit, ut succedentes ab intestato illi absentis reijciantur, & si quid consequi

uolunt, absentis mortem probare debent, ut apud eum. Tertio, cum ad curatoris dationem deuenit iudex, apud illius acta constare debet de absentia istius, de cuius bonis agitur. hoc autem, §. non defendi. ff. ex quibus causis in possess. eat. l. tutores à patre, de confirma. tuto. Ang. d. consil. 103. Datus fuit curator. col. 1. uersic. Primo ex defectu. Roland. à Valle consil. 48. nume. 14.

Quarto requiritur, quod dubitatio sit de morte ipsius absentis, ut quia magis uiuus quam mortuus credatur, iuxta l. nec nos. C. de capti. & postlimin. reuer. clarè respondit Gozadi. consilio 68. numero 5. qui dixit, quod ille qui petit curam sibi decerni, probare debet absentem uiuere, cum sit fundamentum suæ intentionis, quemadmodum econtra, qui petit hæreditatem illius sibi decerni, debet probare eum esse mortuum, ut apud eum. illud erit tamen obseruandum, quod si est uagabundus ex alia causa quam timore sui inimici, & elapsus sit in inuentum, quo ignoretur uiuere, ex eo satis illum esse mortuum probari creditur. ita Barto. in tract. testium, numero 37. uersic. De profugo autem quem in terminis his nostris est secutus Soc. iun. consil. 26. num. 5. libro 2. Quinto requiritur, quod iusta sub sit causa dandi hunc curatorem, quæ quidem causa altero ex tribus modis à nostris considerari solet. Primum, cum bona dissipantur, id quod ab asserente probari debet. d. l. nec nos. C. de capti. & postlim. reuer. Ang. d. consil. 93. col. 1. in fi. qui respondit, iudicem ipsum hoc casu suo arbitrio posse, cum uideret bona hæc dissipari, nemine postulante curatorem dare, non dissentit Gozadi. d. consil. 68. nu. 3. & ita etiam intelligo Decium d. consil. 509. nu. 1. & consil. 575. nu. 1.

Secundo solet considerari causa, cum creditores urgent, & sibi satisfieri petunt, & tunc maior pars creditorum curatorem hunc bonis dandum esse petere debent, ut tradunt Ang. d. consil. 103. col. 1. uersic. secundo ex defectu. Alex. consil. 4. nu. 5. lib. 2. Capicius decis. 87. nu. 1. uersic. Primum est. Roland. à Valle d. consil. 48. nu. 15. lib. 1. quibus addo Bal. consil. 27. Vifa serie facti. lib. 5. qui idem censuit, quando præter as alienum alia urget necessitas.

Tertio, quando qui sperat succedere ab intestato, hoc postulant. nam rectè postulant, ex quo sua interest bona conseruari. ita Ang. d. consil. 103. col. 1. Alex. consil. 4. nu. 4. lib. 2. Hæc requiruntur antequam ad curatoris dationem deueniatur, at cum eo deuenit, ad alia plura animaduertere iudex noster debet. Primum, quod masculus is sit, quem curatorum decernere uult: nec enim feminae capaces huius administrationis sunt, ita respondit Alex. consil. 231. nu. 7. lib. 6. Decius d. consil. 575. nu. 4. ex l. cuius bonis. ff. de cura. furio. quod sanè requisitum cessat in matre, quæ ad curam horum bonorum admittitur. iuxta auth. matri & auia. C. quando mul. tutelæ off. fungi potest. ubi glossa in uerbo, tutelam, quæ extendit dispositionem illam etiam ad curam. quare respondit Alex. d. consil. 221. nu. 7. quod si penes matrem filij bona extarent, non posse illa reuocari per agnatos eiusdem gradus, quo est mater. his accedunt Bal. consil. 90. Maritus illius. li. 2. & Boetius questio. 88. numero 1. qui etiam respondit, substitutum illius absentis matrem

Et impedire

impedire non posse, cum adhuc de illius absentis morte non constet.

23 Secundum debet hic curator esse maior uiginti que annorum, ita glo. l. 2. in princip. in uerbo, Curatorem ff. de cura. bonis dan. Alex. d. consil. 221. nume. 6. lib. 6. Dec. d. consil. 575. nu. 4.

24 Tertio omni suspicione scire debet, id quod clarissimi iuris est. Suspicio autem non leuis, sed probabilis esse debet, quare respondit Decius d. consil. 575. nu. 5. uirum probum & diligentem non ceteri suspectum, quamquam desideret imò affectet se curatorem dari, ita glo. l. scire oportet. §. ult. de tuto. & cura. datis ab his. nec in hoc difficultatem ego constituerem, quod ipse curator probaret se uirum probum & diligentem, uel hoc eius coniuncti probarent, & si aliter responsum sit à Gozad. consil. 68. nu. 10. qui ex diametro contra Decium d. consil. 575. respondit.

25 Quarto hic curator antequam administrationem suscipiat, satisdare debet. l. cognatos, C. de cap. & postli. reuerf. saltem quoniam est datus sine inquisitione: ita Alex. d. consil. 221. nu. 8. lib. 6. post Specul. quem citat. sic etiam Ange. d. consil. 103. & Dec. d. consil. 575. nu. 2. in fi. Rolan. à Valle d. consil. 38. nu. 19. lib. j. qui dixit teneri statim promittere, se defensurum bona absentis. sic Capicius decisio. 87. n. 1. uerf. Quintum quod confert doctrina Bar. in l. & si species. ff. de pupil. saluam fore. dum docuit curatorem ad litem datum, quod minus quid est, satisdare debere. sic respondit & Neuiza. consil. 17. nu. 64. ex quo intelligimus, statutum Papiæ 47. De modo dandi curatorem. quod hoc casu nullam exigit satisfactionem, esse correctorium iuris communis. Quinto debet hic curator inuentarium facere: ita Bar. in l. prima. nume. 5. ff. de curat. bon. dan. Arer. consilio 110. colum. 1. uerf. u. secundum hoc. Capicius d. decisio. 87. nume. 1. uerf. u. Quartum, quod talis.

27 Sexto debet curator iste mitti in quasi possessionem administrationis dictorum bonorum absentis, iudicis auctoritate. id quod multis probat Ang. d. consil. 103. Datus fuit curator. col. 1. uerf. u. nunc uideamus. Potestas autem huius curatoris præcipua uersatur in conseruatione bonorum ne dissipentur: ita Ang. d. consil. 193. Mortuo debitore. col. 1. uerf. u. potestas ergo. qui affirmat posse alienare res tempore perituras. imò & non perituras, si graue est alienum uerget. & ideo eo casu, quod constat de debito liquido, potest dare bona in solutum. ita Barb. consil. 28. col. 7. in fine lib. 1. & Rolan. d. consil. 48. nu. 19. lib. 1. nec ulterius limitata hæc potestas (ait ille) se extendit, quod in conseruatione bonorum. Potest etiam curator iste bonorum possessionem absenti delatam agnoscere. ita Bal. l. 1. opposi. 29. & 30. C. qui admitt. Soci. iun. consil. 26. numero 8. lib. 2. qui & si de procuratore loquantur, idem tamen est i curatore, ex eadem ratione. Dubitatio maior uersatur in eo, an actiones tempore non perituras mouere possit? qua in re plures fuerunt Doctorum opiniones, recepta magis illa est, posse tantum mouere actiones, recepta magis illa est, autem non perituras. ita post Azonem respondit Ang. d. consil. 103. in fine. & consil. 193. colum. 2. Alex. consil. 4. numero 4. lib. 2. Quæ tamen communis sententia declaratur non procedere, quando graue est alie-

num, uel magna alia necessitas immineret. ita Ange. d. l. 2. de cura. bono. dan. & d. consil. 193. col. 2. uerf. u. In hoc ergo articulo potest etiam cum creditores in stant, actiones illas moueri & exigi, sibi quod; lolui. Alex. consil. 4. nu. 4. lib. 2. quod est idem ac dixit Angelus. est ratio, quia si potest his casibus alienare, fortius & actiones mouere. l. ait prætor. ff. de iure delibe. & clare p batur in l. si diu. ex quibus causis in possess. eatur.

Solet etiam sæpissimè ambigi, ex agnatis uel cognatis, quoniam in huius curæ susceptione præferantur? qua in re dicendum est, illos in cura præferri, qui & in succedendo præferuntur. ita Bar. in l. 1. in prin. ff. de legit. tuto. sic Sali. in l. ult. in fi. C. eod. Aret. consil. 109. Cogistis, nu. 1. Ange. Aret. §. actionum. nu. 3. uerf. u. ex quo sequitur, inst. de actio. Cur. sen. consil. 47. quod infra referam. Decius, l. 2. nu. 19. & l. quo tutela, de reg. iuris. & ibi Cagn. nu. 2. dicit se ita aliquando obtinuisse. Gozad. consil. 44. nu. 7. & hanc communem testatur Decius consil. 16. nu. 3. in fi. qui clare affirmant, quod quoniam statutum præfert in successione agnatos cognatis, ita etiam præferre in administratione tutelæ, & per consequens curæ. & ideo, cum Papiæ extet statutum 96. in ciuilibus, sub rubri, quod ad successionem decedentis sine testamento, & c. quo agnati etiam ulterioris gradus usque ad tertium gradum præferantur cognatis in successione, sic statutum eiusdem ciuitatis 47. De modo dandi curatorem bonis uacantibus, ibi, & primo aliquem ex agnatis, cognatis, uel affinis. dum ex ordine literæ agnati cognatis, & cognati affinis præferuntur in cura illa, intelliguntur agnati etiam si ulterioris gradus usque ad tertium gradum sint ipsi cognatis, & ideo respondit Curt. sen. consil. 47. Super controuersia. columna penultim. uerf. u. Coroborantur. quod cum ex decreto Mediolanensi anni 1455. excludantur cognati stantibus agnatis, patrum excludere auum matrem, non modo à successione, uerum etiam à tutela, quod tamen de auo dicitur, contrarium uisum est sentire Decius consil. 16. nu. 5. de quo infra à auringam. Brixie in ipsa tutela hoc est clare definitum ex statuto 60. sub rubri, quod possit dari tutor. in fi. Iudicem etiam moneo, quod licet relati in terpretis in tutela loquantur, idem tamen esse in cura ex gl. d. auth. matri & auia, in uerbo, tutelam, quoniam mul. tutel. off. fung. pot. text. in l. secunda §. si mater. ff. ad tertul. ubi Bar. idem Bar. in l. si quis sub conditione. nu. 1. ff. de testam. tutel. Abbas cap. ex parte, il 2. & ibi Decius in fine. de appellat.

Declaratur non procedere in matre, quæ quamquam per agnatos excludatur à successione ob statuti dispositionem, ut Papiæ ex statuto 94. in ciuilibus sub rubri. In quantum & qualiter mater, & c. non tamen excluditur à tutela filij, ita late consuluit Decius consil. 19. idem in dicta l. quo tutela. in fine, & ibi Cagnol. numero 3. qui huius sententiæ reulit Alexandr. Barbat. & Corneum. nam matris tutela, quæ permissiua est, ab hæreditate non regulatur. & ideo mater habet tutelam ob fiduciam, non ob successionis commodum, quas rationes late persequitur Decius dicto consil. 16. colum. prima, & in capit. ex parte, il. 2. numero 6. de appellat. aliquibus tamen in locis, statutis cautum est, matrem in tutela non præferri fratri, nec patruo pupilli, ut extat statutum Brixie

38 xia in ciuilibus, 60. sub rubri. Quod possit dari tutor. & c. in fine. Quod in matre dictum est, dicendum est etiam in matre, ut firmat Decius dicto consil. 16. nume. 5. & præter eum ita in terminis respondit Alex. consil. 109. in fine lib. 3. idem fortius dicendum est in auo materno, quod in auia materna, ut decidunt Barto. in l. si quis sub conditione. nume. 9. ff. de testa. tutela. Sali. in auth. matri & auia. q. 7. C. quando mul. tutel. off. fungi potest. Ex quibus intelligimus male respondisse Cur. sen. d. consil. 47. col. pen. uerf. Coroborantur. dum respondit, auum matrem excludi à tutela per patrum, cum ex dispositione decreti Mediolani, patrum in successione auo materno præferatur. male inquam respondit, ex statim relatis cum Decio d. consil. 16. Sic male respondit super statuto Mutinensi Gozad. consil. 54. nu. 7. qui in ea opinione, & eodem casu refidet, & in terminis contra Cur. & Gozad. respondit Baldus consil. 84. Viso prædicto puncto. lib. 5. & Baldum uno uerbo probauit Decius consil. 188. nu. 1. Si tamen mater existat, & auia paterna, mater præfertur. Bal. consil. 224. Quæritur pone extat. lib. 1. Et quod est dictum in matre, intelligitur etiam si sit mater filij naturalis uel spurij, iuxta tamè distinctionem l. si qua illustis. C. ad S. C. Officia. ita Bart. d. l. si quis sub conditione. nu. ff. de testa. tutel. re. 41 lata omnia intelliguntur, nisi mater transeat ad secunda uota, ut statim subiiciam. & plures quæstiones quomodo scilicet mater auo paterno, patri, auo materno, atque his similibus in tutela filij præferatur, congeffit Sali. in auth. matri & auia, C. quan. mul. tutel. off. fungi potest.

S Y M M A R I V M.

- 1 Matrem nutricem esse non posse si secundò nupsit.
- 2 Iudicis arbitrio relinqui, an tutor petitus à matre, quæ secundò uult nubere, dari pupillo, dandus sit.
- 3 Iudex quæ obseruare debeat cum dandus est tutor pupillo, quando mater secundò nubens dari tutorem petijt, & aliquem nominauit.
- 4 Tutorem à matre secundò nubente nominatum, dandum esse filio pupillo cum inquisitione.
- 5 Nutricem esse posse tutorem priuigni.
- 6 Mater quæ luxuriata est, nutrix esse desinit.
- 7 Matrem ob sola sponsalia tutela filij non priuari.
- 8 Matrem contractis sponsalibus & matrimonio, tradita tamen non facta, tutela filij non priuari.
- 9 Mater secundò nubens tutelam filij retinere potest ex principis rescripto.

C A S V S C L L.

QUANDO TUTOR FILIO NOMINATUS à matre secundò nubenti dandus sit, & quando mater secundò nubens filij tutelam non amittat.

Quoniam in ià proximè relato casu attigimus, quod mater nutricem uel curatricem filiorum esse non posse, cum ad secunda uota conuolauit. §. propterea, in auth. ut sine prohib. matres deb. relato in auth. sacramentum. C. quando mul. tutel. offic. fungi pot. placuit hic in eadem materia casum hunc iudici

arbitrarium referre. is est, cum mater cogitans tranfire ad secunda uota adit iudicem, petendo quod tutorem filio suo dari; an is tutor à matre nominatus dandus sit. Bart. in l. si quis sub conditione. nume. 29. ff. de legi. tuto. post plures antiquos, docuit hoc iudicis arbitrio relinqui, quam opinionem secuti sunt Bal. in l. præcibus. nume. 21. C. de impub. & alijs subfti. Sali. d. auth. sacramentum, in fine. Corneus consil. 284. libro 1. Cur. sen. consil. 47. Super controuersia, col. 2. Decius cap. ex parte, il 2. col. ult. de appella. Curt. iunior consil. 94. nume. 8. in fine. Gozad. consil. 54. nu. 10. qui uno ore affirmant, matrem hanc posse quidem petere, & tutorem illum proponere, sed iudici arbitrium relinqui, ut eum det, uel non, si sibi uisum fuerit. Est ratio, quia euenire facile posset, ut mulier impia, quæ minus uerecundè ausa est filium relinquere, & alios complexus appetere, summitteret tertium ad fraudandum rationes pupilli, & ad eius bona dilapidandum, iuxta l. Diuus. §. si quidem. ff. qui pet. tut. diligenter ergo inquirere debet quod iudex, quem hoc casu in tutorem eligat. & bene ac prudenter agat iudex, si agnatos uel cognatos, aut etiam amicos pupilli citari faciat, ut ab illis de propositi a muliere tutoris, uel de alterius conditione informationes habeat; ut rectè admonuit Sali. in d. auth. sacramentum, in fine. & ubi comperiet illum idoneum, quem proposuit mater, illum potius decernere debet, quam alterum quem uis, ut sentit gl. dicta l. si quis sub conditione, quam secutus est Specul. à Saliceto relatus. idem respondit Decius consilio 674. nume. 7. qui dixit, quod tutorem à matre ista nominatum, esse cum inquisitione dandum, alioqui ei legitimam præferendum esse. Illud etiam affirmat Decius, matrem hanc fratrem suum tutorem hoc casu non posse nominare, quoniam euidentis suspicio subesse uideretur. sed falsum hoc est, quoniam potest mater quod uicticum pupilli tutorem nominare, & is cum inquisitione dari tutor potest. l. ult. ubi Bal. C. de contra. iud. tutel. Cur. iun. consil. 94. nu. 7. idem sentit Boer. q. 266. nu. 3. Si ergo dari potest uicticus à fortiori frater ipsius mulieris. nisi dicamus, Decium niti ex sola ipsa inquisitione in suo casu non obseruata. Est etiam in hoc animaduertendum, quia relati in terpretis loquuntur, quando mater ista adhuc non tranfuit ad secunda uota, sed uult transire: nam, si ià tranfuiisset, res clara esset eam nutricem esse definire. d. auth. sacramentum; nec posse deinde petere tutorem filio dari. idem testat si aliter luxuriata est. ita probat l. ult. C. quan. mul. tutel. off. & gl. est in d. auth. sacramentum. & docuit Bar. d. l. si quis sub conditione. nu. 26. Si uerò animus nubendi tamen habuit, imò si sponsalia contraxit, tutela hac non priuatur, ita Sali. in d. auth. sacrm. col. pe. uerf. quæro an contractus. & cum eo senserit alij plures, ut retulit Afflictus decisio. 357. nu. 4. ubi firmat, in hanc sententiam inclinasse Consilium Neapolitanum. quanquā aliter senserit Barto. d. l. si quis sub conditione. nu. 28. de testa. tutel. quem secutus fuit Tiraq. Tract. Quod cessante causa, cesset effectus. limita. 1. 2. nu. 10. & Gozad. consil. 54. nu. 8. imò scribit Rom. fin. 229. Tu habes quod mater, mulierem quod contractis sponsalibus ac matrimonio, nondum tamen translatione facta, tutelam hanc non amittere. Cuius eo tranfit Neuiz. lib. 2. Syluæ nup. num. 50. qui ita ex facto Mediolani euenisse scribit. idem placuit Boerio

q. 266. nu. 5. qui tamen intelligit uerum, nisi matrimonium fuerit consummatum ante traductionem. Cum Romano sensit etiam sibi parum cōstans Goz. confi. 18. nu. 4. quo loci inquit Bar. in d. l. si quis sub condicione, malè sensisse. Non etiam priuatur ꝑ cum rescriptum à Principe obtinuit, ut possit nupta tute lā hāc administrare. ita Ruin. confi. 125. lib. 5. Neuitza. d. lib. 2. Sylue nup. nu. 52. Cætera non prosequor.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudicem suspectum recusari posse.
- 2 Iudicis arbitrio relinqui, quæ iusta sit causa recusandi iudicem.
- 3 Index alteri litigatorum sanguine coniunctus, rectè ut suspectus recusari potest.
- 4 Coniunctio sanguinis quanta esse debeat inter iudicem et alterū ex colligantibus, ut recusari iudex possit.
- 5 Index consanguineus decimi gradus recusari potest.
- 6 Recusationem iudicis ex leui causa concedi.
- 7 Iudicem integerrimum haud facile ut suspectum posse recusari.
- 8 Index, qui parem cum utroque ex litigantibus coniunctionem habet, ut suspectus recusari non potest.
- 9 Iudicem cause leuis ponderis recusari non posse.

C A S V S C L I I.

QVÆ IUSTA SIT CAUSA RECUSANDI IUDICEM, & IBIDEM DE CAUSA CONIUNCTIONIS, QUAM CUM ALTERO EX COLLIGANTIBUS ISIUDEX HABET.

CVM Diuina ac naturalis ratio dicit, non esse ꝑ causam à suspecto iudice diffiniendam. c. qd suspecti. 3. q. 5. factum est, ut iudices plures iustam ob causam reculentur. & cum omnes causæ nō sint diffinitæ, ꝑ iudicis arbitrio relinquitur, quæ iusta sit causa. ita Abbas cap. cum speciali. nu. 7. de appella. qui scribit, iudicem debere arbitrari causam iustam uel iniustam secundum alias in iure expressas, & inter infinitas propè, quas nostri congesterunt in l. apertissimi. C. de iud. Auferrius in tract. De recus. & alibi sepe, una illa maximè considerari solet, cum ꝑ iudex est cum altero ex aduersarijs sanguine coniunctus, nam hæc una iusta est recusationis causa. cap. postremò, de appella. Dubitari nunc contingit, quousque se protendant hæc consanguinitas, quæ iustam hanc recusationis causam præbet. Vna fuit opinio glossæ in d. cap. postremò, considerari hic consanguinitatē usque ad eum gradum, qui successionem ab intestato tribuit. Cum ergo gradus decimus in ea successione consideretur. §. ult. inst. de success. cogna. sic pariter ꝑ consanguineus decimi gradus recusari poterit, quam opinionem probarunt Baldus & Decius d. ca. postremò. nam ait Decius num. 5. si coniunctio consideratur usque ad effectum successionis, à fortiori, usque ad effectum recusationis; cum ꝑ recusatio ex leui causa concedatur. capi, cum R. Canonicus, ubi gloss. de offic. delegat.

Alia fuit opinio Io. And. & aliorum, quæ probat Abbas d. c. postremò, nu. 4. & in c. nonnulli. §. sunt & alij. nu. 10. in fine, de rescrip. hoc ex locorum usu & consuetudine iudicari potius debere. nam regiones aliquæ extant, quæ uindictam illatę iniurię in quem-

nis consanguineum gradus remotissimi uindictat, ut in Tuscia (inquit Abbas) alijs uerò in locis solū usq; ad certum gradum, atque ita Abbas sentit hoc esse in iudicis arbitrio. Ego Decium sequor usque ad gradum decimū iure ciuili inspecto recusari posse: ultra uerò gradum illum esse in iudicis arbitrio, per ꝑsa personarum qualitate, & mutua inter eos affectio ne. idem sentit ipse Decius in l. qui iurisdictioni. nu. 14. de iurisd. om. iud. & alij nonnulli, quos retulimus supra in casu 146. nu. 7. prudens autem iudex non arbitratitur iudicem illum esse suspectum, cum uidet eum esse uirum integerrimum & religiosum ualdè. ita post Specul. & alios cōcludit Abbas in d. c. postremò, in fi. Alex. d. l. qui iurisdictioni. nu. 6. & ibi latius Iaf. nu. 10. uersu. Decimo tertio. idem in auth. iube mus. C. de iudic. quo loci multis similibus comprobauit. idem respondit Paris. cōsi. 31. nu. 68. lib. j. latè Tiraquel. tract. De pœnis legum. causa 51. nu. 60. 61. quibus intelligimus ab hac sententia non esse recedendum: & si de ea dubitauerit Decius in dicto cap. postremò, in fi. & in dicta l. qui iurisdictioni. nu. 19. & Corasius lib. 3. miscella. iuris. cap. 7. nu. 6.

Non pariter iudex noster iudicabit ꝑ suspectum illum, qui habet parem cum utroque aduersario coniunctionem, cum par affectio suspicionem tollat. l. non solū. §. den uo, de ritu nup. ita affirmarunt Abbas. dicto cap. postremò. nu. 5. & Decius nu. 7. Iaf. dicta l. qui iurisdictioni. nu. 9. uersu. septimò fallit, & ibi Decius nu. 17. qui semper intellexit, quando par coniunctio omnino datur, ita ut discerni non possit in quā partem magis inclinēt. Sic quoque ꝑ suspectū eū non arbitratitur, qui in causa leui ponderis iudicare debet: ita omnes in dicta l. qui iurisdictioni. ibi Iaf. nu. 9. uersu. Sexid fallit. & Decius nu. 15. uersu. Secundò hæc regula. quæ autem causa dicatur leuis, iudicis arbitrio relinquitur, ut supra in casu 72. latè explicauimus.

S V M M A R I V M.

- 1 Contumaciam esse graue delictum.
- 2 Causa iusta excusat à contumacia.
- 3 Impedimentum iustum excusare à contumacia.
- 4 Iudicis arbitrio est, quæ causa iusta excusare censetur à contumacia.
- 5 Iudicis arbitrio relinquitur, quæ iustum impedimentū à contumacia excusare dicatur.
- 6 Causa timoris proueniens à iudice excusat citatum contumacem.
- 7 Rusticitatem interdum à contumacia excusare.
- 8 Mulierem ob suum sexum interdum à contumacia excusari.
- 9 Maris tempestatem excusare à contumacia.
- 10 Contumax excusatur cum ad locum non datur tutus accessus.
- 11 Absens causa pestis pro presenti habetur.
- 12 Contumax excusatur ob locum non tutum causa inimicorum.
- 13 Impedimentum causa belli excusat à contumacia, etiā si contumax petere potuerit saluum conductum.
- 14 Concilij generalis locus non tutus ad locum tutū mutandus est.
- 15 Impeditus omni conatu uti debet ad remouendum impedimentum, ut deinde eo existente excusetur.

CA-

C A S V S C L I I I.

QVÆ IUSTA DICATUR CAUSA, qua contumax excusare se ipsum ualeat.

Contumacia ꝑ graue delictum est. l. omne delictum. §. contumacia. ff. de re mil. gloss. in l. prima. §. ultim. ubi Alexand. numero 17. & Iaf. nume. 39. ff. si quis iusd. non obtem. ꝑ causa tamen iusta excusat à contumacia, ut tradunt omnes in l. prima. §. ultim. ff. si quis iusd. non obtemp. & plura Neuitzan. consil. 51. numero 19. sic ꝑ iustum impedimentum; ut tradunt omnes in l. secunda. §. quod diximus. ff. si quis cautio. sic in l. sancimus. ubi Iaf. colum. 3. uersu. Secundò limita, C. de iudic. qui docuit excusari à contumacia, nē in expensis causæ condemnentur. Crauetta consilio 271. latè Tiraquellus De retractu consanguinitatis §. 12. glo. secunda. Boerius quæstio. 40. & alibi.

Dubitatur tñ sæpissimè, quæ iusta hæc cā censeatur, ut quis à contumacia excusetur? Alex. in l. r. §. ult. num. 14. ff. si quis iusd. nō obtemp. docuit esse in iudicis arbitrio huiusq; sententiæ fuisse Bartol. & Imolam scribit. sic ꝑ iudicis arbitrio esse iustā causā impedimenti, quæ à contumacia excusationem præstat, affirmauit Iaf. dicta l. sancimus, colum. tertia; uersiculo. Secundò limita. C. de iudic. Marfilii in l. quæstionis modum. numero 29. de quæstio. post Iacobum Butrigarium in authent. ei qui. C. de tempo. appella. prudens autem iudex causam illam ꝑ iustam iudicabit, cum apparet hunc contumacem ad iudicem ire noluisse, timens uim ab eo pati, ut putat, quia illum metu compulisset sententiam contra se approbare. ita Bartolus in l. ultima. numero undecimo, in fine uersu. & est aduertendum. ff. de restitutione in integrum. constare tamen debet, illum iudicem sic minas inferre consenuisse, ut eo loci sensit Bartolus; & clarius idem in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. nume. decimoquarto, de operis noui nuntiatione. iustam etiam causam esse credidit Bartol. d. l. ultim.

numero undecimo, in fin. ꝑ iustitatem citati, qui timebat ad iudicem ire sine aduocato. quam quidem opinionem pbauit Thomas Ferrat. cautela decima. septima, numero sexto. Marfilii singu. 377. ubi idē de ꝑ muliere dixit. uerū dubia admodum est horū opinio, nam rusticitas ipsa non excusat absolute. quæ de re infra in casu 97. latè differemus. Iusta causa etiam existimatur, eum quis nō uenit ob periculum ꝑ tempestatem maritimę, etiam si leuis tempestat fuisse. ita Baldus in l. ea quæ, in fine. C. quomodo & quando iudex. Iaf. dicta l. prima. §. ultimo, nume. 28. ff. si quis iusd. non obtemp. sic impedimentum iustū dicitur, ne compareat citatus, cum is ꝑ locus tutus non est ob uim morbi, clemen. pastoralis, de re iudicata. l. quæsitum. ff. eodem. latè Ripa tract. pestis, in titulo de priuilegijs iudiciorum, num. 1. 2. Neuitzan. 11 consil. 51. num. 10. ubi num. 13. inquit, ꝑ absentem ex causa pestis pro presenti haberi. alia tradit Paris. confi. 28. colum. 1. libro 4. Sic ꝑ impedimentum loci non tuti ob inimicitiam, & bellum, excusat & iustā causam præstat excusandi à contumacia. d. clement. pastoralis. §. Pisana, de re iudica. Aretin. consilio 16. nume. 4. qui affirmat hūc ita ꝑ impeditum excusari,

etiam si usus non sit diligentia, ut saluum conductū haberet, quando scilicet saluus conductus erat ab ipso inimicis petendus. idem sensit Iaf. cōsi. 86. colum. penult. lib. 3. Barbat. consil. 62. col. 10. uersu. dicitur etiam ꝑ libro primo, sic locum non tutum iustam causam excusationis præstare tradunt Ruinus confi. 48. num. 6. lib. 4. & consil. 30. nume. 10. lib. 5. Marfilii sing. 261. Exceptio. & Boerius quæstio. 40. colum. ult. qui post Roman. consil. 252. affirmauit, locum

14 ꝑ Concilij generalis esse mutandum, quando is religiosissimis illis patribus tutus non est, & eo loci multis ostendit Boerius, ꝑ impeditum efficere omni conatu debere, ut impedimentum amoueat, quo iure excusari possit, id quod alibi fufius explicauimus: Sunt hæc annotanda pro interpretatione statutorum, quæ contumacem pœnis afficiunt, nisi iustum impedimentum probent; nec declarant quando iustum dicatur

15 affuisse impedimentum, quemadmodum extat ꝑ noua constitutio Pedemontium in titulo della contumacia. §. Potrà però. ibi, di alcuno legitimo impedimento. dum enim illa constitutio non declarat, quod sit hoc legitimum impedimentum, sed relinquit in iudicis arbitrio, ex relatis declarandum est.

S V M M A R I V M.

- 1 Contumacem à limine iudicij repelli, donec litis impesam refecerit.
- 2 Iudicis arbitrio relinquitur quas litis expensas reficere debeat contumax ut audiatur.
- 3 Expensas factas circa notarios, acta, & his familia, ac etiam super hospitio reficit contumax antequam audiatur.
- 4 Contumax reficit damna passa aduersario, ut si artifex fuerit impeditus.
- 5 Aduocatum repetere litis expensas etiam quas aliis fecisset, si aduocatum conduxisset.
- 6 Aduocatus defendendo causam communem repetit salarium aduocationis pro parte sui socij.

C A S V S C L I I I I.

CONTUMAX QUIBUS AFFICIATUR PŒNIS, & QUAS LITIS EXPENSAS REFICIAT, CUM ITERUM AUDIRI UIULT.

Exposuimus, contumaciam esse delictum, dicamus nunc quibus pœnis plectatur, sed quoniam instituti nostri est, solum ea referre, quæ in iudicis potestate reposita sunt, dicemus nunc tantum, ꝑ contumacem à iudicij limine repelli tamdiu, quamdiu expensas & damna ob ipsam contumaciam illatā refecerit. l. sancimus. C. de iud. & auc. sequenti. quibus probatur, ꝑ iudicis arbitrio relinqui, quæ expensæ reficiendæ sint, ut ostendunt illa uerba l. sancimus, ibi, iudicis æstimatione inter has expensas enumerari solent secundum Iaf. ibi nu. 8. quæ circa notarios causæ & procuratores factæ fuerunt. sic & expensas factas super hospitij. idem censuit ipse Iaf. in l. properadum. §. sin autem alterutra. nu. 14. uersu. Nota etiā in hac. C. de iudic. qui post alios intelligit deducto eo qd domi uerisimiliter impendisset. idem affirmauit Plotus l. si qñ. nu. 674. C. unde ui. Guido Papæ qd. 625.

Si quis condēnatur, scriptum reliquit ex stylo in Curijs Delphinatus, aliter obseruari. reficiet etiam hic
 4 tōrumax dāna, quae proueniunt ex propria persona. unde artifex si litigauit, & diu abfuit a suo artificio, consequitur illud quod lucraturus ex ipso artificio fuisset. Ita Iason & Plotus p̄citatatis locis, qui huius sn̄ae alios plures retulerūt. Hinc inferunt ueram esse illam doctinam Abbatis in c. finem litibus, nu.
 5 29. de dolo & contumacia. qui docuit etiam Aduocatium causae propriae consequi expensas aduocationis, quas uerisimiliter erogasset, si necesse habuisset alium aduocatium conducere. quod intelligunt refici, non in modū expensarum, sed in modum damni passi, ut puta, quia occupatus ob eam causam nō potuit pro suis clientulis postulare. quam sn̄am probauit multis adductis Boer. q. 110. nu. 3. & ibi nu. 4. refert, Aduocatium defendentem causam cōem posse consequi damna hāc ratione portionis suae persone, & non ex persona socij, atque ita in Curia illa fuisse iudicatum. & ibidem subdit, nō esse reficiendas expensas aduocati, qui gratis patrocinium praestitit. qđ uoluit & Ias. d. §. in autem, nu. 14. uersic. simita tamē. nisi in remunerationem collati beneficij id fecisset. reficiet etiam contumax iste expensas accessorias: ita sentit Neuiz. consil. 17. nu. 16. post Purpur. in l. edita num. 305. C. de eden.

S V M M A R I V M.

- 1 Aedificia continentia pars ciuitatis sunt.
- 2 Aedificans in continentibus Romae, aedificare Romae dicitur.
- 3 Roma continentibus aedificijs finitur.
- 4 Legatis his, quae in ciuitate Romae sunt, quae debeantur.
- 5 Statutum Papiae 129. in ciuilibus sub rub. Quod uolentes fieri ciues, declaratur.
- 6 Statutū Brixiae c. 202. in ciuilibus sub rub. Quod uolentes fieri ciues, declaratur, & paulo infra.
- 7 Statuta quod ciues certa anni parte ueniant ad habitandum in ciuitate, qua ratione edita.
- 8 Urbis appellatione continentia uenire.
- 9 Constitutio noua Mediolani titulo de aedificijs priuatis, declaratur: & ibidem an sit odiosa dispositio.
- 10 Ciuitatis appellatione i odiosis suburbia nō cōtineri.
- 11 Statutū Fossani Pedemontium, de praedijs irrigandis, declaratur.
- 12 Iudicis arbitrio relinqui, quae dicantur continentia & suburbia ciuitatis.
- 13 Continentia & suburbia a consuetudine terminari.

C A S V S C L V.

QVAE CIVITATIS CONTINENTIA & suburbia dicantur, & quando in suburbijs factum, in ciuitate factum dicatur.

1 Aedificia continentia ciuitatis, censentur etiam pars ipsius ciuitatis. l. aedificia. de uer. sig. quo loci glossa scribit, iustum aedificare domum Romae, satisfecisse, si in illius continentibus atque ita suburbijs aedificet: nam Roma continentibus aedificijs finitur. l. secunda, in princip. ubi Alciat. & caeteri, & l. ut Alphenus, de uerborum significatione, tametsi

urbis ipsa Romana sit, quae muris cingitur, ut utroque in loco tradit Iureconsultus. & ideo qui legauit qđ in urbe habet, solum legasse dicitur, quae in ipsa ciuitate muris circumdata habet: qui uero quae Romae habet, etiamque in suburbijs habet legasse creditur. Est quidem maius dubium, cum utrunque est comprehensum, puta, si legata sint, quae in ciuitate Romae sunt, an etiam debeantur, quae in continentibus reperiuntur. glo. dicta l. secunda & ibi Bartol. numero secundo, de uerbo. signifi. affirmat in ciuitate Romana dicendum esse deberi, quae in continentibus extant, in caeteris uero Bartol. distinguit, & inter caetera inquit esse spectandum uerborum principium; ut si dictum est: Lego, quae in ciuitate Patuina sunt, tunc debeantur, quae intra muros tantum sunt. Si uero dictum est, quae in Patuina urbe sunt, debeantur, & quae in continentibus sunt, idque ex regula l. si communis seruus, de stipula. seruo. Ego credo nullam esse in hoc constituendam differentiam inter ciuitatem Romanam & alteram, tum quia in iure differentia non fit, tum quia ipsemet Bar. in d. l. 2. nu. 2. idem in una ac in altera esse censuit. ex l. nam quod liquidat. §. si ita, de pen. leg. Hinc inferri potest declaratio ad statutum Papiae 129. in ciuilibus sub rub. Quod ciues deant uenire ad habitandum in ciuitate Papiae, & simile statutum extat Brixiae in ciuilibus 202. sub rub. Quod uolentes fieri ciues, uolunt hae leges, ciues certa anni parte habitare esse in ciuitate. tatis ergo erit habitare in continentibus, sicque suburbijs. haec enim statuta pro communi bono facta sunt, nempe ut ciuitas efficiatur populosior, ut in specie respondit in statuto loci Alciati Socin. ten. consilio 129. colum. penult. uersic. ultimum ostenditur. lib. primo, & in statuto ciuitatis Alexandriae Rubens consil. nono, nu. 5. ut rationi ipsius statuti creditur satisfactum, cum is ciuis in continentibus habitationem contulit. In eo uero casu cum relatam statutum Brixiae statuit, fores, qui ciues effici uolunt, domum in ciuitate aedificare debere, magis subsisto, & potius sentio non in suburbijs, sed potius in ipsa urbe muro circumdata aedificare debere; cum ea ratione credatur ita statutum, ut urbs aedificijs ornetur & impleatur. Accedit, quod facilius est domum in suburbijs aedificare, qđ in urbe; & ideo posset fraus legi fieri, & ratione fraudis euitandae uidemus iuris appellatione, etiam in odiosis continentia comprehendenda, si ciuitas, de sentent. excommunic. in 6. hoc tamen relinquere diffiniendum consuetudini, qđ illa extaret, iuxta dicta Lut Alphenus, de uerborum significatione. Alber. de Roma tracta. statu. quaestio. 177. propē finem. Magna etiā dubitatio eo in casu esse uidetur, cum nouae Mediolani constitutiones in titulo De aedificijs priuatis, disponunt, lautē aedificare uolentem domum in aliqua ex ciuitatibus illius dominij, posse alium priuatum sibi contiguum cogere ad uendendum domum, locum, uel aream. an dispositio ista locum etiam habeat, cum quis in suburbijs uult aedificare, & locum non habere, illud suadere uidetur, qđ odiosa sit illa dispositio, ut in specie huius constitutionis scribit Alciatus in l. aedificia. §. perfecisse, de uerbor. significatione. & latius respon. 67. & respon. 90. quare strictam recipere debet interpretationem. Sed in his appellatione ciuitatis suburbia non continentur. Bar. dicta l. secunda

l. secunda. nu. 3. uersic. Si uero dixit ciuitatem, de uerbo. significat. Ego contrarium uerius opinor, cum fauore publico sit edita. constitutio haec, ut ciuitas aedificijs ornetur, iuxta l. 1. & 2. C. de aedific. priua. quare lata interpretatio fieri debet. quod in simili statuto Fossani, de praedijs irrigandis, respondit Rubeus consil. 92. numero 2.
 12 Dubitari nunc contingit, quae in his continentia esse dicantur. glo. in dicto capitul. si ciuitas, in uerbo, continentibus, de sentent. excommunic. in sexto, inquit, Iudicis arbitrio relinqui, & eo loci idem placuit Ancharan. qui & illud dixit, quod si ex consuetudine, uel statuto, uel communi usu loquendi apparet, quae sint haec suburbia & urbis continentia, illis standum esse; & recte quidem; nam, tunc non dubium, sed clarum hoc est. existimauit quoque Baldus in cap. Rodolphus. numero 8. de rescrip. continentia ciuitatis dici & illa, quae ciuitati iunguntur, quamquam intermedia uia sit, cum illa eiusdem iuris publici existat, nec quid medium faciat.

S V M M A R I V M.

- 1 Aedificare in re propria unicuique licet.
- 2 Moderator est quilibet in re sua, etiam cum alterius dano.
- 3 Aedificare ad alterius emulationem non licet, etiam in re propria.
- 4 Vicino non licet habere fenestram uersus uicinum ad illius emulationem.
- 5 Parietem proprium ad uicini emulationem non licet altius tollere.
- 6 Princeps ad alterius emulationem castrum aedificare non potest.
- 7 Socius ad socij emulationem alteri partem sui castris uendere non potest.
- 8 Iudicis arbitrio relinqui quando aliquid ad emulationem fieri dicatur.
- 9 Emulationis causa aliqd esse factum, nō praesumitur.
- 10 Aedificare ad emulationem non dicitur, qui reficit uel ad sui defensionem necessariam castrum aedificat.

C A S V S C L V I.

EMULATIONIS CAUSA QUANDO quis aliquid facere credatur, & quae ob id fieri impediuntur.

1 Iuris est regula unicuique pro libito uoluntatis licere in re propria aedificare. l. altius. C. de seruit. & aqua. & ibi notat Baldus. est ratio, quia in re sua
 2 quilibet est moderator & arbiter. l. in re mandata, C. mand. etiam si sit cum uicini detrimento. l. fluminum, §. ultim. & l. Proculus. ff. de dam. infecto. quae de re alibi diximus fufius. Hanc tamen iuris constitutionem declarant interpretes non procedere, cum is aedificans ad alterius emulationem aedificat, ut scribunt omnes in dicta l. altius, ibi Cynus & Castrē.
 4 qui affirmat, vicino nō licere in propria domo speculam, quam fenestram uulgo appellat, ad alterius uicini emulationem facere, ex l. opus. ff. de operis. nō nuncia. & in specie de specula sic scribit Cepolla tracta. de seruit. urba. praed. c. 62. De fenestra, nu. 2. uersic. fallit. sic in eo qui parietem in altū tollere uult ad uicini sui emulationem, respondit Alex. consil. 164. nu. 4. lib. 2. Iaso. consil. 98. col. 2. uersic. Quarto princi

paliter. lib. j. Mar. sing. 154. Cuilibet, in fi. Corasius lib. 3. miscella. iuris, c. 24. n. 5. Didac. lib. 3. uariarum resolutionum, c. 14. nu. 8. sic nec unus Princeps, uel una ciuitas ad alterius emulationem aedificare potest. ita Baldus consil. 188. Dicitur quoque opus. lib. 2. Curt. iuni. consil. 80. in fi. post Angel. & Castrenf. in l. cum eod. ff. de ser. urba. praed. sic Cepolla De seruit. urba. praed. c. 39. De solo & area, nu. 2. uersic. Quinto fallit. sic ad alterius emulationem multa fieri prohibentur, ut in eo, qui partem sui castris ad fratris uel socij emulationem potiori alienauit, ita Bald. in l. 1. q. pen. C. qui testa. face. poss. Curt. iun. d. consil. 80. in fi.

Dubitari tamē contingit, quādo is ad alterius emulationem aedificare credatur. Bartholomeus Cepolla in dicto tract. De seruit. urba. praedio. cap. 62. De fenestra, fallen. 2. scriptum reliquit, hoc esse in iudicis arbitrio. is ergo ex facti qualitate iudicabit an ad emulationem aedificetur, & factum illud sit, uel non: in dubio enim ad emulationem factum non praesumitur. glo. dicta l. fluminum. §. ultim. & Cepolla locis iam citatis, ad emulationem itaque factū arbitrabitur Iudex noster, si nullam ipse faciens utilitalem sentiret, & uicino detrimentum adferret; uel quando is faceret, ut uideret mulieres forte egregia forma ipsius uicini, ita relati interpretes. Ad emulationem etiam factum fuisse iudicabit, quādo sic adificantes essent personae rixosae, ad emulationem uero aedificare nō dicitur, qui antiqua aedificia reficit, ita Bal. d. consil. 188. col. ult. lib. 2. Rursus ad emulationem nō dicitur aedificare, qui aedificat ad sui, & bonorum suorum tutelam, & defensionem. quemadmodum in Principe & Rege, qui castra & oppida munitissima in confinibus suarum regionum aedificat: non enim ad alterius Principis emulationem aedificare dicuntur, ita consuluit Bal. consil. 195. Mandare uol. col. 1. lib. 2.

S V M M A R I V M.

- 1 Tigna in domum alienam quando immittere liceat.
- 2 Iudicis arbitrio relinqui, quando tignum sine uicini damno in illius parietem immitti possit.

C A S V S C L V I I.

DE TIGNO IN VICINI PARIETEM immitendo.

1 Qui magnas struunt domos, coguntur interdum tigna in alienam domum & parietem immittere, si modō sine domini detrimento agant: ut probatur in l. si cōes aedes. ff. cōi. diuid. l. quidam. Hiberus. §. parietem, de seruit. urba. praed. quod inteligitur qđ paries ille in quo tigna immittuntur, esset ad hunc usum destinatus. ita Cepolla tracta. de ser. urba. praedio. c. 54. De scala, nu. 3. Ambigitur tamen, qđ intelligatur hoc fieri sine illius uicini detrimento, & cum hoc nō sit iure determinatum, hoc relinquitur tigna arbitrio iudicis: ita Cepolla d. capit. 54. nu. 4. in fi. is ergo ex qualitate parietis & tigni, uel oneris ferendi, iudicabit an detrimentum immissio adferre possit.

S V M M A R I V M.

- 1 Bonifacij 8. Pont. Max. facinus.

Commis-

- 2 Commissiones causarum extra curiam in ciuitatibus in signibus fieri oportere.
- 3 Ciuitas insignis qua dicitur, arbitrio iudicis relinquatur.
- 4 Iudicis arbitrio relinqui quis locus dicatur insignis.

CASVS CLVIII.

DE CIVITATE ET LOCO INSIGNI quae censentur, declaratum.

Bonifacius VIII. Pont. Max. qui (ut in illius uita scriptum reliquit Platina, & memoriae prodidit Petrus Crinitus de honesta disciplina, li. 7. c. 13) tanta aq̄d animi libidine infectatus est Gebellinorum partes, ut aliquando Prochetum Genuensē Archiepiscopum illuserit: nam quo die sacra cinericia celebrantur, cum iuxta morem nostrum Pontifex Max. omnes ad se uuentes excipiat, & capiti cineres imponat; commonens, cineres esse illos, & in cinere reuersuros, Prochetus is, qui inter Gebellinos habebatur, confititur ad pedes Pontificis Bonifacij; is uerbis permutatis, quae pro religione effari solebat, memento (inquit) q̄ Gebellinus es, & cum Gebellinis morieris; & simul cineres sacros in eius frontem & oculos proiecit. hic ergo Pontifex constituit, q̄ causarum commissiones, quae extra curiam fieri contingunt, omnino in ciuitatibus insignibus & non alibi faciendas esse, ut extat illius constitutio in c. statutum, de re scrip. in 6. alioqui nulla est commissio, nisi ex motu proprio; & certa scientia Pontificis in loco minus insigni commissio sit facta, ut decidit Agidius Bellam: concl. 81. uel nisi subesset iusta & rationabilis causa, ut post Rotam tradit Vantius tract. nullitatum, in titulo de nullitate sine ex defectu iurisd. delegata. nu. 97.

Dubitatum tñ aliquñ est, quae haec censentur insignis ciuitas, gl. in d. ca. statutu. §. 1. in uerbo, copia, de re scrip. in 6. quam probauit Tiraq. in l. si unquam, in uerbo, omnia uel partem, nu. 3. propè finem, C. de reu. don. censuit, esse in iudicis arbitrio. sic quis locus insignis dicatur ad quem facta est citatio, iudicis arbitrio est. Specula. in titu. de citationibus. §. 1. uer. item euident. iudex autem noster locum in lignè indicare satis poterit, cum in loco ipso magna est peritorum copia, ita ut commodè tractari causa possit,

SVMMA RIVM.

- 1 Doctor secundo loco in priori Accademia inuitatus ad docendum, an sub eodem stipendio inuitatus censetur.
- 2 Conductor qui tacite reconducit, sub eisdem conditionibus reconducere dicitur.
- 3 Doctor qui in melius suam conditionem mutauit, non censetur sub priori stipendio reconductus.
- 4 Persona conditio in consideratione habenda est.
- 5 Alimentorum qualitas ex personae conditione debetur.
- 6 Personae mutatione, mutari statum rei & causae.
- 7 Iudicis arbitrio relinqui, quando dicatur mutata conditio personae & Doctoris, qui semel in Academia docuit.

DE RECONDUCTIONE DOCTORIS in Academia, & sub quo honorario reconductus censetur.

Docuit aliquando insignis ille iuris interpres Bald. in l. etiam C. de iure dotium, q̄ si sub certo annuo stipendio inuitatus fuerit Doctor ad publicè docendum in Academia, & per multos annos docuerit, domum reuersus, ibi per aliquot etiam annos priuatum egerit, si iterum ad profitendum in ea prioria Academia accersitus fuerit, nulla stipendij mentione habita, censi sub priori illo euocatu, ex d. l. etiam. & l. prin. §. uxor. ff. so. mat. Cōfirmatur, quia reconductio qua conductor facere dicitur, cum i possessione rei conductae permanet. litem quaritur. §. qui impleto. ff. d. locati, intelligitur facta secundū qualitates, & conditiones antecedentes, ita Bart. & ceteri in l. si mihi & Titio, in fine, de uerb. oblig. Bald. in l. legem, in prin. C. locati. Alc. de praesump. reg. 2. praesump. 17. nu. 3. Crau. tract. de anti. tēp. quarta particula quartae partis prin. nu. 106. Soc. iun. consi. 63. num. 6. lib. 2. & licet hi loquarur, cum reconductio primā conductione immediatè sequitur, attamen idem est, qñ mediata, cum tempus illud mediū nil impediat. d. l. pen. §. uxor; sol. matr. Verum hanc Baldi sententiam post Troylum de Maluitijs, quae citat, declarauit Ant. Corsetus in sing. in uerbo Salarium, incip. Dum audirem, non habere locū, qñ is Doctor secundo loco ad docendum accersitus mutasset personae conditionem, ut quia diligentissimè iari incumbisset, effectusque ob id fuisset multo plus quam antea doctor: nam tunc, cum mutata fuerit personae conditio, sic mutari debet praemium uirtutis. solet enim (inquit Corsetus) haberi in consideratione personae conditio. l. si quis. ff. de usufr. ca. cum monasterium, de statu mon. c. Episcopus, i. o. q. 2. c. cogatur. 41. dist. sic qualitas & quantitas alimētorū concedi solēt fm personae conditionem. Abbas in c. cum oēs. nu. 9. de consti. sic uidemus ex mutatione personae rei statum immutari. l. licitatio. §. pen. ff. de publica. Crau. consi. 263. nu. 10. uer. Nec obstare uideatur. post Castr. quem citat. sic Vantius tracta. Nullita. in tit. de nullitate ex defectu manda. compa. nu. 86. Dubitari tñ hanc in re contingit, quomodo cognoscatur q̄ mutata conditio ipsius professoris ac interpretis. Corsetus in precitato loco scriptū reliquit, hoc iudicis arbitrio relinqui, cū à iure definitū nullo mō sit.

SVMMA RIVM.

- 1 Quasi possessio incorporalium ex quibus acquiratur.
- 2 Actus, qui fit in acquisitione quasi possessionis iuris incorporalis, debet saltem unus esse.
- 3 Actus iste in quasi possessione debet suo iure fieri.
- 4 Actus quando iure suo fieri dicatur.
- 5 A quam iure suo ducens per actum illum ex iure proprio, dicitur quasi possessione ducēdi aqua accgrere.
- 6 Electionis unicus actus quasi possessionem tribuit.
- 7 Actus facultatis quis dicatur.
- 8 Molendino qui pluries usus est, ad illud semper ire non cogitur.
- 9 Eleemosynā qui facere consueuit, non cogitur semper facere.

Possessio-

- 10 Possessionem nullam tribuit actus facultatis.
- 11 Venandi facultatem quando subditi amittant.
- 12 Actus causa familiaritatis factus, quis dicatur.
- 13 Familiaritatis iure qui possidet, possessionem non acquirit.
- 14 Mulieris domum mariti iure familiaritatis habitans, illius possessionem uel quasi acquirit.
- 15 Frater iure familiaritatis administrans bona fratris in eis aliquam possessionem, uel quasi non acquirit.
- 16 Filius non dicitur effectus procurator patris, si iure familiaritatis illius negotia tractauit.
- 17 Rusticus qui per multos annos soluit capones iure familiaritatis an teneatur semper soluere.
- 18 Statutu Brixiae 14. in ciuilibus, sub rubr. Quod qui libet teneatur ad fictum, declaratur.
- 19 Hospitatus qui pluries est apud amicum, non potest illum cogere ad denuò hospitandum, & ibidem declaratur.
- 20 Iure familiaritatis. ff. de acq. poss. declaratur.
- 21 Iudicis arbitrio relinqui quomodo ex unico actu quasi possessio acquiratur.

CASVS CLX.

DE ACQUISITIONE QVASI POSSESSIONIS, & plura de actu iure familiaritatis gesto.

Extra pulchra & insignis nostrorum doctrina in eo per celebri tractatu acquisitionis quasi possessionis iuris incorporalis, quot requirantur ad hoc ut illa quasi possessio acquiratur, & crebrius affirmatam est, quatuor requiri, quorum primum illud est, quod in actu, qui iure suo fit, unicus saltem acquisitionis actus intercedat, ut probat cap. cum ecclesia sutrina, ubi Abb. nu. 63. & Ripa nu. 52. de caus. poss. & proprie. sic Bar. in l. sicuti. §. si quaratur. nu. 3. ff. si seruit. uend. & l. 1. §. hoc interdicto, de itinere, actuq; priua. Rui. consi. 106. nu. 9. lib. 1. Crau. consi. 124. nu. 7. Rol. a Valle consi. 47. nu. 27. lib. 1. & probat tex. l. 1. §. qd aut. ff. de aqua quotid. & est. & d. l. si cuti. §. sed si quaratur. ff. si ser. uend. Alterum est requisitum, quod actū illū is iure suo exerceat. l. ultimi. ff. quem adm. ser. am. Abbas & Ripa praecitatis locis, sed cōtingit hic dubitari quomodo ac qñ actus iste unicus intelligatur iure suo fieri. Abbas in d. c. cum ecclesia sutrina. nu. 24. in fine, quae post alios est secutus Afflict. decr. 67. nu. 1. docuit, hoc in iudicis arbitrio relinqui, an unus actus sufficiat, & qui requirantur. ego didici ex Abbatis, & aliorum traditionibus hos actus esse in triplici differētia. Primò actus unus iuris proprii esse dicitur in eo, qui iure suo factam ducit, ut in d. l. j. §. quod autem, de aq. quot. & astiua. ut in electione faciēda, & suffragijs praestandis. iuxta d. c. cum ecclesia sutrina, tūc unicus actus sufficere opinor, ut mox retuli. Secundò datur actus, qui facultatis esse dicitur, ut si aquae ex meo praedio in tuū fluat, nulla constituta seruitute, possum eas uel arcere, uel ut aliò fluat auertere; nec ex eo q̄ aliquandiu in tuū praediū fluxerint, dicere poteris ius aliq̄d quaesuisse, qd probat. l. 1. §. deniq; Marcellus, & l. si eo fundo. ff. de aqua plu. arcen. Sic in eo dicimus, qui per aliquot annos accessit ad alterius molendinū, non posse cogi illuc semper accedere; & ob id molendini

dominū ea facultate macinandi non spoliare, si ab eo recesserit. Abbas in c. Abbate, de uerb. sign. las. consi. 161. nu. 2. lib. 2. Ripa in l. quominus. n. 132. de sum. & in c. cum ecclesia sutrina, nu. 44. de caus. poss. & proprie. Boe. q. 125. nu. 5. Neuz. consi. 43. nu. 7. Crau. tract. de antiq. tempo. quarta particula quartae par. principalis, nu. 98. Sic in eo, qui quotannis certam telemonyam erogare consueuit, ut cogi non possit, si destitit. Dec. consi. 215. col. 2. alia apud Balbum tract. praescrip. quarta particula quintae par. prin. q. 5. & Didacū in c. possessor. 2. parte. §. 4. nu. 6. de reg. iuris in 6. qui ergo actum hunc facultatis agit, aduersario ius aliquod non tribuit, cum nulla in eo considerari possit possessio. gl. ult. l. solet. ff. de off. Procons. Bar. l. cū de in re uerso. col. ult. de usuris. Balbus quem paulò ante citauit. Id quod procedere intelligimus, nisi is q̄ ex sua facultate & iure actum gerere consueuit, prohibeatur, & prohibitioni assentiat. ita gl. l. qui luminibus. ff. de ser. urb. praed. Bal. i. l. itē lapilli. q. 5. de reru. din. Ripa d. c. cum ecclesia. nu. 50. de cau. poss. & proprie. Didac. d. c. possessor. d. §. 4. n. 6. Hinc scriptū reliquit Iacobinus à S. Georgio in inuestitura feudali in uerbo, Et cū uenationibus, col. 1. Vassallos uenandi facultatē perdere, si prohibitioni a dño factae de non uenando acquiescat. idem rñdit Dec. consi. 197. col. 2. & scripsit Balb. d. q. 5. in fi. & Crau. qui supra n. 99. Ripa d. l. quominus. nu. 133. qui eam attulerunt cautela, ut uassalli ab illo proclamate de nō uenando, pro uocet, superioremq; appellent. Alter dicitur actus, qui familiaritatis iure fieri dicitur, ut i filio, qui fundum matris possidet & coluit: nā id non iure suo, sed familiaritatis fecisse dicitur. l. qui iure familiaritatis, ubi Bar. hoc adfert exemplum, de acq. poss. quare nullum ius in ea sibi quaesuit, ut illo in textu probatur, & ibi annotarunt omnes, praesertim Alex. qui exemplum illud retulit, quando mulier una cum uiro domum uiri habitauit. idem respondit Decius consi. 400. nu. 4. sic in fratre, qui fratris bona administrauit, eis nullum ius quaesuisse dicitur, cum iure familiaritatis administrasse dicatur, consuluit Cur. iun. consi. 108. n. 26. Ruinus consi. 34. n. 13. lib. 1. & idē consi. 174. nu. 4. lib. 1. respondit fortius in ea, quae non iure donationis ea etiam precedere se iure familiaritatis inhabitare potuit, ut censeatur iure familiaritatis inhabitasse. idem Ruinus consi. 161. n. 4. §. lib. 4. in filio, qui patris negotia pertractauit, eius procurator non censetur effectus, cum familiaritatis iure ea negotia administrasse dicatur. Hinc dicim⁹, dominū patris illiusq; ius in filium continuare, cum pater bona illa non suo iure, sed familiaritatis possedit. ita Cur. iun. d. consi. 108. nu. 27. Neuz. consi. 80. nu. 24. Tiraq. in tract. le mort à fait le uiu. 3. parte, declaratione 6. Adferri aliud exemplū pot in hoc familiaritatis iure, ut in fructico, qui p multos annos nobilē uisitauit, & capones attulit, nā si nulla precessit obligationis causa, iure familiaritatis attulisse creditur; quare in futurum obligari nō dicitur. ita Bar. in l. cū de in rem uerso. n. 9. de usuris. Ripa. d. c. cum ecclesia sutrina. nu. 32. latè Balbus tract. praesum. prima particula tertiae partis princip. uerf. Decimò quero. Ruinus consi. 61. n. 1. consi. 75. nu. 6. & consi. 151. nu. 16. li. 1. Marfilius sing. 192. qui declarat, non procedere fauore causae praescrip. hoc cōfert ad declarationem statutū Brixie



- gitimam ex substantia patris esse assignandam, sed negari non potest pecunias esse ex substantia patris. minus cofert tex. §. 1. in auth. neque uirum quod ex dote, melius conferre uidetur illa ratio, quae hesitantē
- 11** Salicetum reddidit, nempe filium esse creditorem suae legitima, cum a alienum quoddam censetur. l. si quis in suo. C. de inoff. testa. non ergo cogi potest filius pecunias acceptare, ut de dote dicitur, quam in ea specie dat pater, qui lucratus eam est, referuare filijs tenetur. d. §. 1. in auth. neque uirum. Verum nec multum urget haec ratio, quoniam filius non dicitur esse creditor magis in una specie, quam in altera: sed solum pater tenetur ex sua substantia legitimam assignare; cum ergo pecuniae ex illis sint, dicendum est, debito esse satisfactum. Nec ad rem facit dicit. §. 1. quia de re data in dorem in specie apparebat, & res illa dotalis dicitur, id quod non esset quando dos in pecunia constaret, quamobrem recte alij sentire uidentur, qui contrariam iam relatum defendunt: & quam nunc sequor.
- 13** Declaratur primò non procedere quando pater res non aequè utiles pro legitima assignaret, ita Ripa d. l. in quartam, nu. 128. uerf. Quartò intellige, ex tex. §. 1. in auth. de trien. & semiff.
- 14** Declaratur secundò non procedere, scum pater assignaret rem habentem onus annexum. Ripa qui supra nu. 129. post Bal. d. l. scimus. C. de inoff. testa. ex l. si libertus patrono. de operis liber. & qua hanc declarationem iur. scripsit Alcia. d. l. in quartam, nu. 27. in fine, quamquam sentire uideatur contrarium de iure uerius uideri, ea ratione quia si onus annexum est, minoris aestimationis res est, atque ita filius potest deinde supplementum petere. Ego iudicis arbitrio rem hanc tribuo, ut is cognoscat ratione oneris, an res ipsa retinere & supplementum petere debeat filius, uel rem in totum reculare. nam leue esse posset onus, quod rejicere foret iniquum: posset etiam esse adeo graue & intolerabile, quod retinere damnosum nimis esset.
- 16** Secundum caput est, an filius ipse cui nihil in specie pro legitima relicta a patre fuit, possit rem unam singularem eligere, communis sententia est, non potest, hanc probatur communiter interpretes, ut testatur Ripa d. l. in quartam, nu. 112. & ibi Alci. nu. 24. & Socin. iun. nu. 103. uerf. contrariam, qui eiusdem sententiae recenset Corneum, & Aretinum, quibus accedunt multi, quos infra referam, qui iudicis arbitrio hoc tribuunt, ea ratione utuntur, quia filius legitima ex singulis rebus debetur, l. omnimodo. C. de inoff. testa. non ergo rem unam singularem eligere poterit filius, quia meliorem forte eligeret. Rursus, si ex singulis rebus debetur, non potest filius unam eligere, quia in re illa plus acciperet, quam sibi deberet: quod iniustum est, l. si non fortem. §. si centum. de condi. indeb. & quemadmodum debitor non potest unum pro altero creditore inuito soluere, l. secunda, in princ. ff. si certum peta. ita nec creditor unius rei inuito debito re potest aliam occupare.
- Secundo adfertur l. 2. C. qua. & quib. quarta pars, lib. 10. Tertio ex l. potest haeres, de legatis 1. ubi iudicis arbitrio quota relicta assignatur, l. si. l. non amplius, §. cum bonorum, nu. 9. de leg. 1.
- Contrariam opinionem probarunt alij, ut retulit

- Ripa d. l. in quartam, nume. 114. Parisius conf. 43. nume. 13. lib. 3. sentit Afflictus decif. 162. nume. 3. qui dixerunt, filium hunc legitimam posse ad sui arbitrium in una re eligere, latius Barb. in c. Rainaldus, de testi. & eius argumentationes recenset Picus d. l. in quartam, nume. 133. ad l. Falcid. qui fusissimè satisficit illius argumentis. Barbariam est secutus Fernandus Berengarius. d. l. in quartam, parte 3. nume. 57. Primo, filius in legitima creditor dicitur, l. si quis legatum de falsis. l. ultima. C. de eod. ergo eius arbitrio potest eligere rem quam uult. l. creditoris arbitrio. ff. de distr. pigno. Verum respondet Alexan. & Ripa d. l. in quartam, ut apud eos, rectius (mea quidem opinione) respondet Balin. l. filium quem habentem, nu. 4. C. fam. ercif. & eum secutus est Aret. d. conf. 155. nume. 10. §. filium esse quidem creditorem in bonis patris pro sua legitima, sed illud creditum non esse in re una, sed in omnibus, non ergo unam eligere potest, ne unum pro altero sibi soluere uideatur. Accedit, secundum Alciatum d. l. in quartam, nu. 25. filium censeri improprium creditorem: nec enim legitima dicitur proprie a alienum, late & pulchre Iaf. conf. 181. lib. 3. & alia responsione satisficit Socinus iun. in d. l. in quartam, nu. 104. communi itaque opinione firmata, sequitur, filios restituere grauatos non posse rem unam hereditariam alienare, & deinde in suo testamento protestari se rem illam alienasse, quam pro sua legitima elegerat, ut post Salic. in l. filium quem habentem, C. fam. ercif. respondit Dec. conf. 236. nu. 9. 10. quod intelligunt, nisi ex necessitate, cum iudicis auctoritate alienatio facta est, quod alijs multis auctoritatibus confirmauit Rol. à Valle conf. 78. nu. 19. lib. 1. Fabianus in auth. nouissima, nu. 140. C. de inoff. testa.
- Extenditur haec sententia communis, ut fortius procedat quando res illa esset alteri relicta, nam tunc sine dubio eam filius pro sua legitima eligere non potest, ita Ruinus confil. 27. in fine lib. 1. & Rol. confil. 12. nu. 4. lib. 1. Rubeus confil. 156. nume. 12. & ibi inquit, nec iudicem hoc efficere posse, l. filium quem, nu. 17. C. fam. ercif. Didac. c. Rainaldus, §. 2. num. 5. de testam. Cum ergo in re una legitimam sibi eligere non possit filius, ex quibus eligit; interpretes uno ore sentiunt, hoc in iudicis arbitrio esse positum, ita Socin. sen. confil. 57. nu. 35. lib. 4. Are. confil. 155. nu. 9. Decius confil. 236. nu. 9. Bologni. confil. 59. col. 1. Ruin. confil. 131. nu. 15. lib. 1. & confil. 57. nu. 25. li. 5. Paris. confil. 45. nu. 5. li. 2. & Didac. in d. c. Rainaldus, §. 2. nu. 5. de test. Corasius d. l. filium quem, nu. 197. Cur. iun. confil. 21. num. 10. Alcia. d. l. in quartam, nu. 24. & ibi Soc. iun. nu. 103. Rolan. à Valle conf. 78. nu. 15. lib. 1. Rubeus confil. 156. nu. 10. & ante omnes Oldra. confil. 113. Quaestio qua quaeritur, ex l. non amplius, §. ult. & l. seq. de leg. 1. & l. 2. C. quan. & quib. quarta pars debetur, l. 10. Iudex autem noster non ex omnibus rebus legitimam assignabit, ne communionem, quae discordiae nutrix est, inducat, sed una tantum si fieri potest: ut respondit Oldra. d. confil. 113. & suadente aequitate poterit adiudicare pro legitima rem a filio alienatam: ita Dec. d. confil. 236. nume. 9. 10. post Sali. & alios, respondit tamen Ruin. confil. 59. nu. 21. uerf. nec dicatur, lib. 4. iudicem non posse in re una sola legitimam assignare, quando filio non prodesset, & si deicommissarijs noceret, Non pariter legitimam ex una re tantum

- re tantum detrahendam esse iudicabit iudex, cum bona omnia per ipsum heredem fuissent alienata, quoniam unus emptor tanto detrimento affici non debet, sed unusquisque emptorum partem sui oneris sentire debeat, ita Rui. conf. 17. n. 8. lib. 5. post alios quos citat.
- 24** Tertium est caput, an haeres ipse uniuersalis rem unam singularem eligere possit, qua testatoris filio pro eius legitima assignet. Et non posse eligere, affirmant interpretes, ut docuit Ripa d. l. in quartam, nu. 121. ut utur rationibus supra in secundo capite relatis, quae & in hoc ipso locum sibi uendicant, cum non debeat licere uni, quod alteri non conceditur, l. non deat, de reg. iuris & ut equalitas seruetur, l. ult. C. fam. l. ercif. Declaratur non procedere in filiabus, quibus per fratres & heredes assignari potest legitima in una re, ita Alc. resp. 295. nu. 4. post Castr. confil. 17. In ca qua uertitur Parmæ. lib. 1. Parisi. confil. 16. nu. 62. lib. 2. Ratio est, quia pro sua legitima, i. pro dotibus, filiae non habent obligata bona patris ut pulchre admodum decidit Afflict. dec. 162. Quod ego intelligo, procedere quoniam filia excluditur a statuto per masculos, ita ut a legitima etiam excludatur, dote sola praestata; iuxta doctrinam Bar. in l. Titio centum, §. Titio genero, nu. 6. de cond. & dem. quam ibi melius declarat Castr. nu. 8. & late explicat Brunus trac. Quod stantibus masculis foeminae non succedant, artic. 11. num. 34. ex quoniam non habet dotem subrogatam loco legitima, sequitur etiam non habere ius aliquod reale in bonis patris, sed solum ius personale contra eum qui dotare tenetur, & hoc in casu loquitur Afflictus d. dec. 162. ut eius uerba ostendunt, ibi nu. 7. qui subiicit, aliud esse in legitima, sequitur hoc ergo casu, dorem praestari posse in quauis re, quod est maxime adnotandum ad statuta Papiae & Ferrariae, quibus foemina in totum etiam a legitima excluduntur, soluta tamen dote, dos inquam haec in pecunia assignari poterit. Si uero filia non excluderetur a dicta legitima iuxta distinctionem Castr. & aliorum, tunc quia dos succedit loco legitima, illa non poterit arbitrio fratrum assignari, sed solius iudicis, is ergo hoc in casu idem seruabit
- 26** in filia quod in filio, atque ita suo arbitrio iudicabit, qua in re soluenda sit legitima haec uel dos: ut tradit Ripa d. l. in quartam, nu. 121. & ibi ante eum, Paulus Picus nu. 147. idem censuit Capicius dec. 2. nu. 2. Iaf. in l. non amplius, §. cum bonorum, num. 9. de leg. 1. his ego addo Oldra. confil. 113. & Dec. confil. 81. nu. 7. qui eodem hanc esse testatur, citant tex. l. 2. C. quan. & quib. quar. pars. & si contrariam opinionem aliqui probent, ut refert Picus d. l. in quartam, nu. 133. quos nunc non sequor. Dubitant tamen interpretes quomodo suum hoc arbitrium moderari habeat iudex,
- 27** an, si priore loco arbitrari possit soluendam esse legitimam in pecunia numerata, Ripa d. l. in quartam, nu. 121. negat posse ita arbitrari, ea ratione, quia ex substantia paterna debetur legitima, d. l. scimus, §. repletionem, C. de inoff. testa. non ergo solui poterit in sola pecunia.
- 28** Declaratur tamen primò hanc sententiam non procedere secundum Ripam ubi supra nu. 122. uerf. intellege uerum, quando extaret statutum uel consuetudo, quibus admitteret tale arbitrium, ita ille post Bertr. confil. 214. lib. 1. idem docuit Fernandus Berengarius in d. l. in quartam, in 3. parte, nu. 62.

- 29** Declaratur secundò non procedere, quando pecunia esset hereditaria, ita Ripa d. l. in quartam, nu. 122. in fine post Bar. in d. l. sius quoque; in si. prin. ff. de haere. inst. que supra ita cum aliorum opinione conciliaui.
- 30** Declaratur tertio non procedere, quando pater partem legitimam in pecunia numerata filio reliquit, & si petit supplementum, hoc assignare potest iudex in pecunia numerata, ita affirmarunt Ripa d. l. in quartam, nu. 123. & ibi Alc. nu. 30. & Fernandus parte 3. nu. 59. post Oldr. confil. 113. illa adfertur ratio, quia ex acceptatione partis quae filius facit, dum supplementum petit, paterna uoluntati acquiescere uidetur: quae quidem uoluntas est, quod legitima in pecunia numerata debeatur: ut perpendit Oldr. d. confil. 113. in si. ibi, & sic hinc sequi iudicium testatoris, quo loci clare ait, iudicem posse hoc modo supplere. Clarius haec opinio est secutus est Guid. Papaz. q. 487. Pater, qui ita obseruatum fuisse in curia Delphinatus testatur, & reddit rationem, quia supplementum, ut accessorium sequitur naturam sui principalis, idem reddit Parisi. confil. 16. nu. 71. lib. 2. scribit tamen praestato loco Fernandus, quod si filius erat aetate minor tempore illius acceptationis, in integrum restitui potest, quod sine controuersia uerum opinor.
- Ambigunt etiam interpretes, an iudex iste possit arbitrari legitimam debere solui in fructibus. Ripa d. l. in quartam, nu. 124. docuit post Ang. Castr. & Alex. in l. Centurio. de uul. posse; cum fructus isti ex patris substantia esse censentur, l. item ueniunt, §. fructus, ff. de peti. haere. idem censuit Alc. d. l. in quartam, nu. 29. qui eodem esse testatur, Ruin. confil. 94. nu. 7. lib. 2. qui intelligit, modò fructus sint percepti tempore mortis patris. Dubitari etiam solet, an praecise standum sit huic iudicis arbitrio? Paulus Picus in d. l. in quartam, nu. 148. docuit standum non esse. ita etiam reddit Rub. confil. 156. nu. 11. ut puta quoniam nimis lederetur filius. Hinc etiam docuit Ang. in l. si pater, C. de inst. & subst. filium posse reclamare, cum res nimis sumptuosa fuit ei a iudice pro sua legitima assignata, quod probat & Ripa d. l. in quartam, nu. 125. & eo loci Alcia. nu. 30. in si. appellari posse, si iniquè arbitratur iudex, qua de re supra lib. 1. docuit tamen Picus in d. l. in quartam, nu. 145. §. praxim, qua controuersia omnes possunt conciliari, si contingat heredes & filium dissentire super electione rei pro legitima, ut scilicet iuxta l. 2. C. quoniam & quib. quar. pars deb. lib. 10. iubeat heredem facere partes ex tota hereditate, & deinde electionem filio dare, ut unam earum eligat, uel e contra portiones constituat filius, & haeres eligat, quod si eorum nemo partes facere nolit, forte dirimatur, quorum alter facere illas debeat, & alter eligere: si autem ipsemet iudex arbitretur, & ledat immodice, querele locus est, Picus d. l. in quartam, nu. 150. qui absolute affirmauit, legem posse habere recursum ad Principem, quia (inquit ille) & si arbitrium in hoc iudici datum sit non tamen intelligitur esse arbitrium inordinatum, sed potius regulatum, ut uiro bono conuenit.

S V M M A R I V M

- 1** Trebellianica quibus de rebus detrahenda sit.
2 Iudicis arbitrio relinqui ex quibus rebus sit detrahenda legitima.
3 Iudicem ex aequitate posse rem unam pro quarta Trebellianicæ uel Falcidia assignare.
4 Communio discordias parit.

- 5 Pecunia non hereditaria pro quarta Trebellianica, uel Falcidia assignari an possit.
- 6 Onera hereditaria diuidi pro rata inter heredem & fideicommissarium.

CASVS CLXIII.

QUARTA TREBELLIANICÆ, ET FALCIDIÆ quibus de rebus solui & detrahi possit.

Relato casui similis hic est, cum ambigitur, quibus ex rebus detrahenda sit Trebellianica & Falcidia. qua in re affirmat nisi interpretes, hoc totum iudicis arbitrio relinquit. ita Picus l. in quartâ, nu. 130. 131. & nu. 142. & ibi Soc. iun. nu. 98. ff. ad l. Falc. Oldr. cõl. 197. quarto dubio. Aret. cõl. 155. nu. 7. in fi. Ruir. cõl. 131. nu. 15. lib. 1. Rube. conf. 156. nu. 10. Paris. cõl. 45. nu. 19. lib. 2. qui sanè index assignare poterit rem unam pro quarta ipsa Falcidiæ, uel Trebellianicæ. quæ uerum intelligit Picus d. n. 142. esse uerum ex æquitate, non autem de iuris rigore, cum ex rigore ex qualibet re quarta detrahendæ sint, ut per locum à speciali probatur in l. Plautius, & in l. linea margaritarum, ad l. Falc. & in auth. res quæ. C. cõl. de leg. Conferet & rō, quæ is Picus ibidē n. 143 assignauit, ut f. cõmunio tollatur, quæ interdum pntiosa est, d. l. 1. C. quæ. & quibus. quar. par. & cum discordias parere soleat. l. cum pariter. §. dulcissimis. de leg. 2. & idē affirmat interpretes in l. filii quæ habentē, ibi Vicentius Sala nu. 14. Corafius num. 139. C. fam. ercif. Verum Soc. iun. in d. l. in quartâ, n. 99. cõtēdit hoc solū locum hñe in detractio ne Trebellianicæ, non autē falcidiæ: quæ nunc non excutio.

Dubitari tñ solet, an pro quarta Trebellianicæ & Falcidiæ assignari possit pecunia non hereditaria. Picus d. l. in quartâ, nu. 153. docuit ex multorum sententia, non posse: quoniam in rebus hereditarijs assignanda est, ex quo inter heredem & fideicommissarium onera pro rata diuidantur. §. si quis una, in l. de fideic. hered. ut ergo onus uterque eorum subit, sic uterque bona hereditaria pro sua cõtingenti cõsequi debet, intelligimus tñ quod ubi in hereditate tot extarent pecuniæ, quæ portionem constitueret, illas assignari posse: quemadmodum supra in legitima attingimus, id quod in mercatoribus opulētis & argētarijs euenire facit. Cetera, quæ de Falcidia & Trebellianica cõgeri hic possent, ex relatō in casu præcedenti detinui possunt: nam interpretes nostri hos casus inter se conuenire rectè existimarunt, ut unus omnium clarius docuit Picus in locis iam citatis.

SUMMARY.

- 1 Fideicommissum conditionale, quando transmittatur.
- 2 Fideicommissum conditionate transmitti ex coniectura rata mente testatoris.
- 3 Iudicis arbitrio relinqui quæ sufficiens coniectura dicitur, ut fideicommissum conditionale transmittatur.

CASVS CLXV.

DE TRANSMISSIONE FIDEICOMMISSI conditionalis.

In Salebroso fideicommissorum tractatu sapissimè accerrimè disputat grauissimi iuris interpretes, quoniam

fideicommissum sub conditione relictum ante conditionis euentum transmittatur. Quia in re cõis est Doctorum sententia, regulariter non transmitti. ita n. censuit gl. in l. heredes mei. §. cum ita, in uerbo, suscepit. ff. ad S. C. Trebell. & ibi Alex. col. 3. & Soc. n. 9. & huius opinionis fuisse Baldum, Angelum, Signorolum, Fulgosum, Cornèum, Romanum, Aret. Comensè, Capollam, Socinum, Decium, & Rubeum recenset Tiraq. De Retractu conf. §. 1. gl. 2. nu. 24. alios et retulit Hieronymus Zanchus Bergomensis in repe. d. l. heredes mei. §. cõ ita num. 147. 148. quo loci plures refert extensiones, quas nunc referre nolo. illam unam deinde declarationem adferunt, non procedere ex coniectura testatoris uoluntate. Sed ambigitur, quæ censeatur hoc casu probabili coniectura. Cur. iun. conf. 96. num. 2. & Soc. iun. conf. 141. nu. 23. lib. 2. dixerunt esse in arbitrio iudicis, nec multum dissentit Zanchus d. §. cum ita, num. 233. qui postmodum uiginti sex coniecturas retulit. hæc aliquam maius nacti ortum, diligenter enucleabimus.

SUMMARY.

- 1 Notorium quid sit, & an latina uox hæc sit.
- 2 Notoriè occisus dicitur, qui coram decem testibus occisus fuit.
- 3 Notoriè factum quando aliquid dicatur.
- 4 Notorium dici, quod celari non potest.
- 5 Notorium dici, quod à iure affirmatum est.
- 6 Notorium est, quod ex actis resultat.
- 7 Iudicis arbitrio relinqui, quid sit notorium.
- 8 Notorium est, quod coram populo gestum est.
- 9 Notorium dici an possit, quod in uillula factum est.

CASVS CLXVI.

QUID ILLUD SIT QVOD NOTORIUM dicitur, & quomodo inducatur.

In iudicijs, & forisibus controuersijs sapissimè discutere oportet, quid illud sit, quod notorium appellari potest. & hæc notorijs uox in ea significacione nostri probant, latina non est, ut doctè admonuerunt Budeus in annota. ad Pædectas ad l. cõs. t. one, ad Turpil. Alc. l. 1. de uer. sign. & Corafius lib. 1. miscella. iuris c. 16. ut unq; sit, in hoc notorio, de quo præsens est disputatio; plures sunt Doctorum opinionēs. Una est, Notorium dici, quod ita clarum est & euidentius latere minimè possit, & cuius testis est populus ipse; ut probare uidentur Pontificiæ constitutiones in cap. tua nos, & in cap. nostra, de cohab. cler. & mulie. in ca. Sacerdotale, 6. d. dist. & in c. quod suspecti. 2. q. 5. Hinc legitur in c. de manifesta. 2. q. 1. notoriè aliquem occisum fuisse, qui coram decem interfectus fuit. sic palam factum testamentum quod coram pluribus factum est, l. heredes palam. ff. de test. ita aliquorum sententia retulit Bar. in l. scriptus. nu. 2. de relig. & sump. fune. Sic actus electionis alteri similis, qui coram decem testibus geritur, notoriè geri dicitur, ita Crau. conf. 121. nu. 2. post Cyn. in l. ea quidem. C. qui accusa. non poss. & Bal. in l. si uerò. §. qui pro rei qualitate, & ibi lat. ff. qui fatida. cog. Alij absolute dixerunt notorium dici, quod celari non potest: ita Ant. Burgos in cap. cum dilecti, nu. 27. de emptio. & uend. lo. lac. de Leonard. inter

inter consilia Bruni conf. 117. nu. 176. Alij dixerunt illud esse notorium, quod à iure cõis est affirmatum, etiam si illud ex prima facie tantum sit. ita Aret. in l. in illa, col. 5. uers. Tertio adde, de uerb. ob. quem secutus est Tiraq. in tracta. de pœnis legum. in præfat. nu. 61. in ea opinione fuerunt alij, qui dixerunt, notorium illud dici, quod ex actis resultat. ita respondit Soc. sen. conf. 38. col. 8. uers. Septimò principaliter. lib. 1. Soc. iun. conf. 16. nu. 18. lib. 1. Paris. cõl. 111. nu. 7. lib. 4. Neniza. conf. 81. nu. 32. & præsertim, cum acta sunt contentiosæ iurisdictionis. ita Aret. conf. 42. nu. 5. Ultima est opinio, notorium in iudicis arbitrio iudicari: ita Bar. in d. l. scriptus, nu. 2. uers. alij remittuntur, de relig. & sump. fune. post Specula. quem retulit. Subijcit tñ Bar. iudicem arbitrari dñe illud esse notorium, quando factum sui natura tale est, ut oēs uel sciāt, uel scire uerisimiliter possint: ut si quis se gerat in ciuitate aliqua pro Episcopo, uel eo casu cum quis coram populo actum fecit. l. j. C. de ijs qui in Eccles. manumitt. cap. quanto, de transla. episc. & in cap. il lud, de cler. excommu. Sed ambigit Bar. an illud dicatur notorium, quod in uillula, ubi sex uel octo tantum præsentis fuerunt, factum fuit, inquit ille in d. l. scriptus, nu. 2. uers. quid ergo si in uillula. non dici notorium, ea rōne, quia dēt esse multitudini notum, ut notoriū dici possit. c. ult. de cohab. cler. & mulie. & uicinia debet scire. c. pen. in fine, de purga. cano. quæ cessant in tam paruo hominum numero.

SUMMARY.

- 1 Arbitrium tributū in causa principali, esse etiā tributum in causa emergenti & dependenti.
- 2 Index qui cognouit de causa incidenti, de ea pronuncia re potest.
- 3 Index qui super causa principali pronuntiauit, etiā super incidenti pronunciaisse dicitur.
- 4 Index potest super questione emergenti seorsū à diffinitiuā pronunciare.
- 5 Index de incidenti questione, quomodo pronunciat.
- 6 Iudicis arbitrio relinquitur, quomodo super incidenti questione sit pronuncianum.
- 7 L. de quare ff. de iudicijs. declaratur.
- 8 L. intra uile. ff. de mino. declaratur.
- 9 Statutum Brixie 46. sub rub. Quod index secularis possit cognoscere, declaratur.
- 10 Statutum Medionali 58. sub rub. De sapientibus dandis. declaratur.
- 11 Index pronunciat simul de causa incidenti & emergenti, cum illa causa principali connexa sunt.
- 12 L. 1. & l. pen. de ord. iud. declaratur.
- 13 L. si quis a liberis. §. si uel parēs. ff. de libe. agno. sēsus & intellectus.
- 14 L. si quis à liberis. §. solēt. ff. de liber. agno. sēsus & declaratio.
- 15 L. pen. ff. de noxa. actio. sensus & intellectus.
- 16 L. 2. C. de ordine iudiciorum. declaratur.
- 17 L. quoniam Alexandrum. C. de adulte. intellectus.
- 18 Cap. 1. de ordine cogn. declaratur.
- 16 Statutū primū Papiæ in ciuilibus. uers. c. statuentes quoque, declaratur.
- 20 Statutū Brixie c. 16. in ciuilibus. De ordine iudiciorum, uers. omnes exceptiones, declaratur.
- 21 Statuta, quæ omnes exceptiones sint saluæ in fine litis, locum non habent in causis summarijs.

- 22 Exceptiones recipientes altiore indaginem, in se. li litis referuari.
- 23 Constitutio noua Pedemontium in titulo Delle eccezioni dilatorie. declaratur.

CASVS CLXVII.

QUANDO AC QUOMODO DE CAUSA incidenti & emergenti iudex pronuntiare debeat. Mediolani, Papiæ, Pedemontium ac Brixie nonnulla explicata statuta.

Scripti superiore libro sub questione 45. plura de questione incidenti, emergenti, dependenti, atque connexa: & illam probaui sententiam, quod in arbitrium concessum iudici in causa principali, censeatur etiam tributum in illis. dicendum nunc est, an iudex, qui de causa incidenti, emergenti cognoscit, illas separatim ante diffinitiuam diffinire, uel potius illarum diffinitionem referuare cum diffinitiuā deat. qua in re alia qua iudicis arbitrio (ut mox subiiciam) a nobis tribui solent. In casu isto plures fuerunt Doctorum opinionēs. Prima fuit Placen. ut refert glo. l. 1. C. de ord. iud. Index qui de incidenti questione cognouerit, super ea de re separatim pronuntiare cogi. ex l. intra uile. ff. de mi. l. de qua re. ff. d. iud. & l. 3. ff. de præua. Verum opinio hæc, quæ iure non probatur, ab Accursio, Bartolo & cæteris rejicitur.

Secunda fuit opinio Bulga. quam refert glo. d. l. 1. C. de ord. iud. is existimauit satis superque esse, si iudex pronuntiet super principali, quia tunc in cõsequentiā incidentem etiā quonem terminare dicitur, in quâ opinionem is est adductus ex l. si quis à liberis. §. si uel parens. & d. l. 1. C. de ord. iud. & l. 2. C. de ord. cog.

Tertia fuit opinio Ioannis & Azonis, quam uerissimè esse dixit Bar. in l. 1. nu. 6. C. de ord. iud. & hanc ubiq; securus est Accursius, ita etiam Abbas in cap. 1. nu. 1. uers. uel potes capere. de ord. cog. distinguēbant isti inter questionem incidentem & emergentem, (quæ aut hæc sunt, explicauimus superiore libro in q. 45.) & in emergenti affirmat, si iudex posse seorsum à diffinitiuā pronuntiare, ut putat, emerxit questio, aliquem procuratorem esse non posse; libellum, quod ineptus sit, rejiciendum; testimoniū aliquem dicere non posse; nam cum hæc conspicerent, ut litis processum remouerent, prius separatim decidi oportet. l. liberis. §. ult. de libe. caus. & argumento lā procedente. C. de dila. & l. 3. ff. de præuar. In questione uerò incidenti affirmarunt Io. Azo, Accur. & Bar. locis antecitatis, posse simul pronuntiare cum quonem principali, ut putat, incidit questio, quia obijcitur exceptio transactionis, uel pacti de non petendo, uel iuramenti: nam cum hæc non ad processum impediendū, sed ad merita causæ, ad iustitiam litis obijciatur, ob id cum causa principali referuari potest, & inquit Bar. in d. l. 1. propè finem. C. de ord. iud. iudicem posse, non autem cogi, atque ita sensit eius arbitrio relinqui. Verum Robertus Aurel. lib. 1. sent. iuris, c. 12. ad uersus Bartolum & cæteros scribit, hoc iudicis arbitrio non relinqui: quoniam de qua re iudex cognouit, de ea pronuntiare cogitur. d. l. de qua re, de iud. iustex. non probat, cum solum affirmet esse pronunciatū cum effectu, sed non dicit quo tempore, an antea

diffinitiuam uel cum ea. q̄ si non expediat nec p̄nū-
 tiare quoq; p̄t, ne in eadem re, q̄ unica pronūtiatio-
 ne terminari potuit, duplicem sn̄iam ferens, lites ex
 litib. ferere, sicq; exp̄sis sportulsiq; partes frustra at-
 terere dici possit: contra l. terminato. C. de fru. & lit.
 expen. huic considerationi responderetur, non negare
 Bar. quin iudex ita debeat cum æquitas eū monet, cū
 suum arbitrium, ut aliās diximus, esse debeat iure &
 rōne regulatū. Rursus in q̄one incidēti separatim fer-
 ri sn̄ia debet, qm̄, si appellatio interponitur, effici illa
 p̄t, ne negotium ad eū amplius reuertatur. d. l. intra
 utile. ff. de mino. d. l. 2. C. de ord. cog. & l. pe. ff. de no-
 xa. act. c. 1. de ord. cog. non ergo, cum fieri p̄t, retard-
 anda est de incidenti q̄one pronuntiatio, ne fraude
 hac is, contra quem erit pronuntiatum, appellationis
 remedium eo in casu amittat. Verūm lenis est rō, qm̄
 ei adhuc succursum est per appellationem à diffiniti-
 ua. Præterea t̄ d. l. intra utile. Roberti opi. non p̄bat,
 cum eo loci dubitatio non fuerit de t̄pe pronuntian-
 di super incidenti, (nam ex facto illud euenerat) sed
 erat dubitatio, quia pendente appellatione per frau-
 dem ab aduersario minoris interposita, is minor effe-
 ctus erat maior, & ob id ætatis prætextu uidebatur
 non restituendus; ibi contrarium diffinitur, quia in-
 spicitur t̄ps petitionis ipsius restitutionis, quod utile
 erat ut restitueretur, nec fraus aduersarij nocere ei
 debuit. atque ita satis defendi p̄t Ioannis & Azonis
 opinio, quæ communis est & in foro seruari solet. Et
 ex his declarari p̄t statutū t̄ Brixie 46. sub rub. Quod
 iudex secularis possit cognoscere super qualibet q̄o-
 ne, dum uult incidenter posse cognoscere, & non de-
 clarat qm̄ super illo incidenti possit ac debeat indica-
 re, ex relatis intelligi atque declaratur, ita declaratur
 10 t̄ statutum Mediolani c. 5. sub rub. de sapientib. dā-
 dis. quo cautū est, sapientē datū posse sup̄ causis emer-
 gentibus, dependentibus. & incidentibus, cognoscere &
 consiliū reddere, quæ hæc sint, ex relatis declarantur.
 Quarta tamen fuit opinio Roberti Aurel. d. lib. 1.
 sentent. iuris, c. 1. 2. sic plures casus distinguunt. Pri-
 mus casus est, quado t̄ q̄o incidens, siue emergens (in-
 ter hæc enim ille differentiam non constituit) coniu-
 cta est ipsi causæ principali nec alia subest obiectio
 quam illa ipsa, tunc non separatim, sed simul cū diffi-
 nitua pronuntiare debet, putā perit hæreditatem fili-
 us, quasi hæres suus cum esset præteritus, obijcitur
 ei à scripto hærede eum non esse legitimum filiū sed
 ex serua natum, & nihil aliud obijcit, hoc casu unica
 12 tantum sn̄ia ferri debet, ita is intelligit l. 1. r. & l. pen.
 C. de ord. iud. l. si quis à liberis. §. si uel parens. & §. to-
 lent. de lib. agno. l. quoties. C. de rei uend. & c. subor-
 ta, de sen. & re iud. Hic casus uerus est, sed non ea ra-
 tione q̄ illa sola obiectio facta fuerit, sed poti⁹ quia,
 ut dicebant Ioannes & Azō obiectio atq; ita quæstio
 ista incidens merita causæ respicit, non autem p̄ces-
 sum, ideo cum diffinitua est pronuntiandum, nec in
 præcatis iuris locis ita constitutum fuit, quod una
 sola obiectio facta fuerit, nam tex. l. 1. C. de ord. iud.
 inquit uniuersam incidentem quæstionem ad Præsi-
 dem pertinere, inquit uniuersam, ut non solum unā,
 sed & si plures complectatur incidentes q̄ones, is em̄
 seruo pluralitatem ostendit, ac si diceret omnes inci-
 dentes q̄ones. Rursus confunditur hæc opinio t̄ ex l.
 si quis a liberis. §. si uel parens. & d. §. solent. de liber.

agnos. quem rex. pro sua opinione perpendit Rober-
 tus in d. §. si quis à liberis. dicitur, q̄ si filius petat ali-
 menta, & pater eum neget esse filium, summam co-
 gnoscitur, an filius sit uel nō. si constabit esse filium,
 tunc ali iubebit Prætor. ecce duæ feruntur sn̄ia, una
 qua pronūtiatur summam super incidenti, hoc est,
 eum esse filium, altera qua pronuntiat, esse præstan-
 14 da alimenta. hoc clarius habetur in t̄ §. solent, illius le-
 gis, dum de alimentis liberto præstandis agitur una
 ergo sola aderat obiectio, & tamen duæ ferri possunt
 sententiæ. quod est ex iudicis arbitrio, ut dicebat Bar.
 & hoc clare probat. d. §. si uel parens in uer. meminif
 se autem. quod si solum pronuntiatum fuerit, alimen-
 ta esse præstanda, non sit præiudicium ueritati, quod
 is sit filius, quia solum pronuntiatum esse alendū, atq;
 ita summam & incidenter declaratur filius. est. n.
 una sententia utrunq; diffinitum. nam dum pronun-
 tiatur, alimenta esse præstanda, in antecedens necessa-
 rium declaratur filius, atq; ita Bartoli sententia con-
 firmatur. Secundus est casus à Roberto consideratus,
 nempe, quando reus, qui obijcit, plura obijcit, ut si fi-
 lius petat alimenta, & ei obijciat scriptus hæres, eum
 filium nō esse, uel si filius est, esse alimentis indignū,
 uel alia similia: tūc inquit ille, non una sententia, sed
 pluribus quæstio hæc diffinienda est. nam prius pro-
 nuntiatum super incidenti, deinde super principali.
 quam opinionem eo exemplo probat, si minor resti-
 tuti in integrum petat, si ei obijciatur tantum, eū non
 esse minorem, una sententia totum terminatur. si uero
 ultra obiectionem ætatis p̄t ei obijci aliud, puta,
 non fuisse læsum, prius pronuntiatum super illo inci-
 denti obiectionis ætatis, & deinde ferri debet diffi-
 nitua. sic ille intelligit l. intra utile. de mino. l. pe. ff. de
 noxa. actio. l. 2. C. de ord. iud. l. quoniam Alexandrū.
 C. de adul. & c. 1. de ord. cog. Verum iam supra admo-
 nui, d. l. intra utile, nihil probare, cū hac de re ibi non
 15 dubitaretur. tex. uerō t̄ l. pe. ff. de noxa. act. nō probat,
 cum ibi una sola incidens quæstio nata esset, & tamē
 duæ latē fuerunt sententiæ, agebatur noxa. actioe ser-
 ui nomine, is seruus se liberum esse cepit contendere,
 inquit iure cōs. causam actionis noxalis suspenden-
 dā esse, donec diffinitum sit, an seruus uel liber is sit.
 una ergo ibi est obiectio, & duæ feruntur sententiæ.
 16 Nec aliter habetur in t̄ l. 2. C. de ord. iud. quod ea rō-
 ne ibi etiam contingit, quia illa causa status præiudi-
 cialis est, & ob id semper super ea ante diffinitiuā est
 17 pronuntiandum. ita etiam procedit t̄ l. quoniam. C.
 18 de adul. sic etiam intelligitur tex. t̄ c. 1. de ord. cog. ubi
 una sola consanguinitatis obiectio opposita fuit,
 & tamen ratione præiudicij prius de obiectione cog-
 noscitur. à communi ergo opinione recedendum
 non est. atque ita in foro sæpe obseruari uidi.
 19 Hinc declaratur t̄ statutum primum Papiæ in ciuili-
 bus, in uerf. statuentes quoque, dum statuit, omnes
 exceptiones dilatorias, declinatorias & pemptorias
 saluas esse debere in fine litis, de quib. (inquit statu-
 tum) non sit cognitum & decisum inter partes. sentit
 ergo statutum sup̄ exceptionib. posse pronuntiarī se-
 paratim ante diffinitiuam sn̄iam & ubi contingat nō
 pronuntiarī super eis ante diffinitiuam cum diffiniti-
 ua pronuntiarī potest. Simile est statutum ad literam
 20 ferē t̄ Brixie in statutis ciuilibus, nume. 16. sub rubr.
 De ordine iudiciorum ciuiliū, in uerf. omnes ex-
 ceptiones

- ceptiones. eandem ergo interpretationem recipit. II
- 21 lud etiam obiter admoneo, hæc statuta solum intel-
 ligi de causis ordinarijs, nō autem de summarijs: ita
 in terminis Calcan. conf. 115. nu. 1. intelligitur etiā
- 22 qm̄ t̄ exceptiones respiciunt altiore indaginē, se-
 cus si incontinēti cognosci & terminari possunt: ita
- 23 Marfil. sing. 365. Quare rectè ex t̄ constitutionib. no-
 uis Pedemōtium in titulo delle eccezioni dilatorie;
 in uerf. opponendosi, cōstitutum est, super omnibus
 his exceptionib⁹ incidentibus, uel emergētib. esse p̄-
 nunciandum die quinta, qua oppositæ fuerunt: atq;
 ita separatim ante diffinitiuā sn̄iam, Ex quo intelli-
 gimus nō habere locū in ea regione opinionē Bartoli,
 qui in iudicis arbitrio reliquit qm̄ super incidenti p̄-
 nunciaret. subiicit tū ipsa constitutio in hæc uerba:
*Eccetto che l'opposizione non rechiedesse più tempo, ò
 più altra cognitione.* q̄ uerba cū iuris cōmunis dispo-
 sitione conueniunt, quæ aut dicatur altiore indagi-
 nē habere, dixi supra in casu 20. esse iudicis arbitrio.
 S V M M A R I V M.
- 1 Iudicis arbitrio relinqui penes quem educari pupil-
 lus debeat.
- 2 Pupillus apud matrem educari debet.
- 3 Matrem debitricem filiorum à tutela non repelli.
- 4 Pupillus apud auiam paternam educandus.
- 5 Educatio pupilli penes quem esse debeat.
- 6 Educari apud auiam non debet neptis, cui nuptias in
 tempustiuas auia illa procurauit.
- 7 Educari pupilla an potius debeat apud fratrem, quā
 apud matrem.
- 8 L. possessionem. C. cōmunia uiriusq; iud. declaratur.
- 9 Educari apud fratrem pupillus debet ratione sui ma-
 ioris commodi.
- 10 Educari apud matrē secundò nuptiā pupillus nō dēt.
- 11 Educari penes fratrem debet pupilla ex coniecturata
 uoluntate testatoris.
- 12 Alimenta præstada esse ī domo grauati illa præstare.
- 13 Quod tibi non nocet & alteri prodest, de facili conce-
 dendum est.
- 14 Statutū Brixie 60. ī ciuilib. sub rub. Quod possit dari
 tutor. ī si. dñ. a. e. pupilli educatiōe loquitur. declaratur.
- 15 Pupillū penes suū substitutum educandum non esse.
- 16 Educari posse pupillum penes fratrem uel matrem ei
 substitutam.
- 17 Pupillum posse educari penes auunculum substitutū.
- 18 Educari penes sponsum, & n pupilla debeat.

C A S V S CLXVIII.

APVD QVOS EDVCARI PVPILLVS
debeat ac possit, plena & diligens explicatio.

IN controuersiam deducitur sapissimè, penes quē
 educari pupillus debeat. & uere hoc in iudicis ar-
 bitrio esse positum, satis intelligimus ex l. pen. ff. ubi
 pupil. educa. debe. & ex l. 1. & l. 2. C. eo. tit. quod cla-
 rius affirmarunt Barba. conf. 60. col. 1. 4. lib. 3. Socin.
 fen. conf. 193. in 2. dub. lib. 2. Iaf. confil. 35. col. pen.
 uerf. aggredior secundum. lib. 3. Cur. iun. confil. 94.
 col. ult. Parisius conf. 56. nu. 3. 4. lib. 1. & Craue. con-
 sil. 190. num. 2. uerf. & propterea. & cum iure com-
 muni conuenit statutum Brixie in ciuilibus 60. sub
 rub. Quod possit dari tutor certæ rei, in fin. quod sta-

tutum in iudicis arbitrio relinquit, penes quem pu-
 pillus educari debeat. Iustè tñ hic index arbitrabitur,
 2 si matre existēte ei educationē decreuerit, qm̄ quidē
 de matre lex multum cōfidit, ut p̄bat l. 1. C. ubi pup.
 educ. debeat. quis. n. amor parentū superare p̄t. l. ubi.
 3 C. de cur. furio. Hinc uidemus, t̄ matrem debitricem
 ab administratione tutelæ non repelli. auth. ut sine
 p̄h. matr. debitr. & cred. tutel. gera. cū tamen ex-
 tranei debitores non admittantur, ut hac argumen-
 tatione ad matris fauorē aduersus patruum uis sunt Si-
 gnorol. conf. 43. nu. 2. Iaf. conf. 53. col. pen. uerf. aggre-
 dior fm̄, lib. 3. & Paris. d. conf. 56. nu. 24. 25. qui pro
 4 auia materna contra patruum r̄dit. nam & t̄ auia ma-
 terna post matrem admittitur ad pupilli educationē
 ut decisum fuit in Cōsilio Neapolitano; si credimus
 referenti Gram. decis. 55. nu. 4. nō tñ arbitrabitur iu-
 5 dex pupillū esse educandum penes matrē uilē ac tur-
 pem, ut respondit Bal. conf. 487. Pupilla morari. li. 5.
 qui respondit, nec penes alterum, qui uitæ, religioni,
 moribus, uel bonis pupilli insidiari præsumeretur, q̄
 procedit, et si pro illis extaret patris uoluntas, quod
 probat & l. 1. in fi. prin. ubi pup. educa. debe. sic ex re-
 6 lati rationibus p̄ auunculo contra t̄ auiam cōsuluit
 Soc. sen. d. conf. 193. col. 2. lib. 2. qui respōdit, auia
 esse suspectam, ut penes se neptem educet, cū ei nu-
 ptias intempustiuas p̄curasset. Socinum est secutus
 Craue. conf. 18. nu. 1. 1. qui & de matre idē scribit. &
 conf. 190. nu. 7. ubi post Calcan. cōf. 121. col. 3. inq̄t,
 iudicē posse arbitrari, puellā esse reponendā in mona-
 sterio, si dubitetur de educatione apud cōsāguineos.
 Dubitari et pot, an matri præferendus sit t̄ frater
 adultus ipsius pupilli & uerè opinor in dubio matrē
 ipsam fratri præferendam esse, quia uerè nullus amor
 uincit paternū. & licet tex. in t̄ l. possessionē. C. cōmu.
 utriusq; iudi. ibi, quis enim ferat liberos a parentib.
 sorores à fratribus, uxores à maritis segregari? uelle
 uideatur matrē & fratrem esse pares ī amore, ita textū
 illum perpendit Gram. decis. 55. in fi. attamen literæ
 ordo ostendit matrem esse primam in amore.
 Declaratur primò nō procedere, qm̄ t̄ pupillus ma-
 gis commodè apud fratrem educari possit, & utilius
 foret ipsi pupillo. ita sentit Soc. sen. conf. 193. col. 2.
 uerf. primo ex qualitate. lib. 2. & cum magis æquum
 hoc sit, ita iudex arbitrari debet, cū in his æquitatem
 summopere spectare debeat, ut respondit Craue. d.
 conf. 190. nu. 5. Paris. conf. 56. nu. 5. li. 1. nec, ut aliter
 faciat, iudex moueri dēt lacrymis maternis, sed oīno
 facere dēt, q̄ utilia magis sūt pupillo. ita Bal. cōf. 487.
 Pupilla mora. i. in fi. lib. 5. Iaf. conf. 237. in fin. lib. 2.
 Declaratur secundò, non procedere t̄ quando ma-
 ter ad secunda uota tranſiuit, uel suspicio subest tran-
 situram. l. 1. in prin. ff. ubi pup. educ. deb. ibi, si non ui-
 10 stricum eis induxerit. latē Curt. iun. d. conf. 94. colū.
 ult. Craue. conf. 18. num. 3. 1. 1. Diuinus tamen Plaro
 dialogo 11. de legib. lege constituendum dicebat, edu-
 cationem apud matrem secundo nubentem non esse
 ex toto reiiciendam, sed in propinquorum facultate
 positā esse uoluit. illi⁹ uerba si legere lubet, adscripti.
 Si uir sufficientes reliquit filios, mater ipsos uidua
 educato, quod si iunior esse uideatur, quā ut sana
 sine uiro uiuere possit, propinqui eius cum mulieri-
 bus connubiorum curatricib. consilio habito, quod
 sibi illisque uidebitur, id exæquantur.

11 Declaratur tertio nō procedere cū pro fratre ex-
rat coniecturata patris uoluntas, ut eo casu qñ pater
filio hæredem instituit & dote filiae relicta reliquit &
12 ei alimenta à filio præstanda: nam alimenta præsta-
da sunt in domo grauati, ut docuit Bart. in l. Caio. §.
Impator. ff. de ali. & cib. leg. Bal. col. 484. Casus. li. 4.
Alex. consi. 100. col. 1. li. 1. & consi. 178. nu. 5. li. 6. qui
hac in specie loquitur. idē rñdit Soc. sen. 266. col. ul.
li. 2. Ruin. consi. 45. nu. 5. consi. 80. n. 3. li. 2. at testator
præsumitur uoluisse uoluntate suā esse debere iuri cōi-
conformem, ut apud oēs in l. hēdes mei. §. cū ita, ubi
13 Ripa. nu. 7. ad Treb. Accedit illa rō, quia quod tibi
non nocet, & alteri pdest, concedi facile dē. l. 2. §. itē
Varus. ff. de aqua plu. arcen. latē Soc. iun. consi. 76. nu.
me. 14. lib. 2. & Craue. consi. 226. nu. 3. sed fratri pro-
dest alimēta in domo p̄pria sorori præstare. nec hoc
nocet matri; apud fratrem ergo soror educanda erit.
ita interrogatus aliqui rñdi pro D. Hannibale Diony-
sio Fossanenſi Pedemontano, & ex rñso illo ita iudi-
catum fuit, & sunt hæc annotāda p̄ interpretatione
14 relati ꝛ statuti Brixiae 60. nā licet illud statutū uideat-
ur præferre oibus matrem & auā, attamē credo fra-
trem esse præferēdū ipsi matri, ex quo paulō ante sta-
tutū in tutela præfertur matri, ergo & hoc in ca-
su, cū una pars alterā declarat. l. utrū. de peti. hære. &
dum statutū subijcit, iudicis arbitrio relinquit, intelli-
gitur nō solum rōne suspitionis, sed et rōne ordinis
præferendorum in educatione: & ideo suo arbitrio
iudex unū alteri præferre potest. & ubi cessat in fra-
tre iusta suspicio, is omnibus anteponendus est. & su-
bijcit statutum, nisi à testatore p̄uissum sit, intelligo
ego siue expresse siue ex coniecturata uoluntate. Que
sanē declaratio procedit, etiam si forori uel fratri sub-
stitutus hic frater esset, nam adhuc ex iustis relatis ra-
tionibus educari apud eum debet. Licet. n. affirmēt
15 multi pupillum non esse educandum penes substit-
utum, cum suspicio insidiarum subesse præsumitur,
quemadmodum probat l. 1. ff. ubi pup. educa. deb.
& lult. C. eo. & respondunt Bal. consi. 487. Pupil-
la morari debet. lib. 5. lal. consi. 237. in fine. lib. 2. &
consi. 53. col. pe. uerf. Aggredior, in fi. lib. 3. Afflictus
deci. 183. nu. 5. Gram. decif. 55. nu. 4. in fi. Paris. con-
sil. 56. nu. 6. lib. 1. Craue. consi. 18. nu. 3. attamen su-
16 spicio hæc in extraneo substituto, non in fratre à re-
latis Doctoribus consideratur. Hinc respondit Barb.
consi. 60. col. 14. lib. 3. illam suspitionem exorientem
ex spe successionis, non considerari in psonam mris:
ergo idē & in fratre, qui & si non esset substitutus, ab-
17 intestato tñ ei succederet. Sic in fauiculo substituto,
rñdit Soc. sen. d. consi. 193. col. ult. lib. 2. qui dixit,
uitæ bonitatem hanc suspitionem diluere. agat ergo
in hac re iudex, ac si ipſus pupilli pater foret, ut ad-
monet Bal. à Craue. consi. 18. nu. 3. relatus. Ex his fini-
ri & illa iuris qō potest, quam disputauit Bart. q. 16.
18 Quæritur utrum, nempe, an pupilla penes eius spō-
sum educari possit, affirmant tandem Bar. iudicem p̄
arbitrio posse decernere, ut apud sponſum educetur
& non educetur pro sponſi qualitate, ut apud eum.
cuius doctrina hac in re admodum notatu digna.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudicis arbitrio relinquitur quātitas & qualitas ali-
mentorum præstandorum pupillo.
- 2 Alimenta pro quantitate patrimonij esse præstanda.

- 3 Alimenta ex rebus, non ex proprietate præstari oportere.
- 4 Alimenta augeri aucta persona.
- 5 Statutum Veronæ lib. 2. c. 79. sub rub. De alimentis præstandis patri, declaratur.
- 6 Statutum Mediolani c. 312. sub rub. De uxore defun-
cti alimentanda, declaratur.
- 7 Alimenta quomodo præstanda filiae dotatæ.
- 8 Filio spurio uel naturali legatum, ob alimenta lega-
tum conseri.
- 9 Alimenta spurio & naturali præstanda iudicis arbi-
trio præstari.
- 10 Alimentorum causa quod spurio relictum est, ad eius
hæredes non transit.
- 11 Alimenta quomodo præstada seruo, qui in seruitutem
à aomino uendicatur.
- 12 Dines cum paupere litigans, quas litis expensas ei
subministrat.
- 13 Filio petenti bona paterna, litis sumptus sunt submi-
nistrandi.
- 14 Alimenta sunt præstanda iudicis arbitrio promoti ad
clericatum, si aliunde ei non fuit à promouente pro-
uisum.

CASVS. CLXIX.

ALIMENTA QUOMODO SINT PRÆ-
standa pupillo, filiae dotatæ, spurio, paupe-
ri, seruo, & clerico.

Cum non modo locus educationis pupillorū in
iudicis arbitrio (ut iam diximus) sit, uerum etiā
1 alimentorum qualitas, quantitasq; ut ait Iureconf.
in l. 2. ff. ubi pup. edu. morariq; debet. qd à nostris re-
cipitur, ut apud Bal. l. uoluntatis, col. 2. uerf. Quæro
nunquid, C. de fideicom. Alex. consi. 72. nu. 7. libr. 5.
Craue. consi. 189. nu. 10. superest, ut hoc in casu, de his
uerba faciamus. iudicis ergo partes erunt primō con-
siderare patrimonij ꝛ quantitatē, & pupillorū quali-
tatem, ut in ea. l. 2. p̄batur, & in l. 3. in prin. uerf. mo-
dum, eo. q. sanē iura intelliguntur ex rebus, nō au-
tem ex alienatione p̄prietatū præstanda esse alimen-
ta, ita Bar. in l. pe. de ali. & cib. leg. Dec. l. Dignus Pius,
in fi. de reg. ur. Craue. consi. 199. nu. 11. Gozad. consi.
95. nu. 4. Alex. consi. 100. in fi. lib. 1. Boiog. in addi. ad
consilia lo. de Ana. consi. 13. quem est secutus Craue.
consi. 219. in fi. idem rñdit Rol. à Valle consi. 22. nu-
me. 21. lib. 1. Erit et habenda rō consuetudinis regio-
nis, ut respondit Anch. consi. 383. in fi. quem secutus
est Craue. d. consi. 189. in fi. ꝛ Augētur et alimenta, ut
4 ipsa pupilli persona augetur, ita Gozad. d. consi. 95.
nu. 4. post alios à se relatos. probat l. cum unus. §. ul-
ti. de ali. & cib. leg. sic considerari debet consuetudo fa-
milie. Paris. consi. 98. in fine, lib. 2. post Picum in l. Ti-
tia. §. Titia cum nuberet. nu. 156. de lega. 2. & eo loci
scribit Picus alimenta præstada esse ex rebus, nec
aliquo modo esse alienandas proprietates, & subdit
prius esse soluendum es alienum, & ideo scribit, filiū
grauatum præstare matri alimenta, posse in primis
deducere as alienum, deinde propriam legitimā, &
deinde ex rebus, qui supererunt, alimenta præsta-
re, atque ita sunt declaranda statuta, quolūt, patrem
debere præstare alimenta filio, & contra s̄m patri-
monij

5 monij quātitatem, ut exstat statutum ꝛ Veronæ lib. 2.
c. 79. sub rub. De alimentis præstandis patri, ita etiā
6 declarantur plurastatuta Mediolani, ut c. 312. 313.
cum alijs subsequentibus, ubi agitur de alimētis præ-
standis uxori & descenditibus defuncti.
Dubitari tamen aliqui cōtingit in filia, cui à patre
7 dos assignata fuit, quomodo ꝛ alimenta decernenda
sint. Craue. consi. 189. nu. 9. 10. censuit esse taxanda
iuxta quantitatem dotis. qd probat tex. in l. cum ma-
nus. §. ult. de alim. & ciba. lega. Bal. consi. 57. In resti-
tutione, in 4. dubio, lib. 2. qui idem esse affirmarunt,
qñ dos solum esset promissa, ex d. §. ult. idem censuit
Roma. sing. 53. 2. Dicit text. Parisius consi. 98. nu. 29.
lib. 2. Simile & illud est, cum dicimus patrem posse ali-
qua filio illegitimo relinquere alimētorum causa, iux-
ta c. cum haberet, de eo qui duxit in matr. quā pol. p̄
8 adult. nā, si simpliciter aliquid relictum, uel donatū
fuit, intelligitur ob causā alimentorum, ita respōdit
9 Ruinus consi. 124. nu. 8. 9. lib. j. hæc ergo ꝛ alimenta
intelliguntur iudicis arbitrio relicta. ita Palæotus
tracta. De nothis spurijsq; filijs; c. 7. 5. n. 8. post Bal. in
1. eam quam. nu. 41. C. de fideic. qui etiam affirmāt,
10 illud, qd pro alimentis relinquitur; non trāsire ad
hæredes spurij; sed ad successores & hæredes patris,
idem affirmat Decius consi. 312. nu. 4. Ruin. consi.
103. in fi. lib. 3. Rolan. à Valle consi. 74. nu. 49. lib. 1.
Ripa. l. 1. nu. 67. solu. matr. qui idem dixerunt i dote
relicta filiae spurie, quæ reuertitur ad hæredes patris.
& differt hæc iuris sententia ab illa, quam in casu te-
quēti 170. nu. 26. nempē, qd fundus pro alimentis re-
lictus acquiritur ratione proprietatis alimentario, &
ob id ad hæredes transmitti, nam ibi is alimentarius
p̄prietatis capax est: qd non est in proposito casu no-
stro, sed hæc ut extra rem non prosequor. Simile etiā
illud est qd constitutum est à Constantino in lult. i.
uerf. qd si ei. C. de ord. cog. qñ aliquis pretendit ali-
quem seruum suum esse, atque ita eum in seruitutē
uendicare uult, & is negat; si is, qui se dominū præ-
dit, bona aliqua abstulit ab illo, quem seruum suum
esse dicit, ei omnia restituere debet, cautione tamen
à seruo p̄tento præstita, salua fore bona, si seruum
esse constabit, si uerō cauere is non poterit, sequestra-
ri bona illa debeat: ex illis tamen tantum concedēdū
11 est huic seruo, ut in ꝛ alimoniam & litis sumptus im-
pendere possit, quatenus ratione alimentorum & li-
tis bona concedūtur, eo loci statuit Constantinus esse
iudicis arbitrio moderāda. id qd ibi annotatū Bal.
& ceteri omnes, id qd casui nostro cōuenit. Quod au-
tem de expensis litis dī, credo nullum uerfari arbi-
trium iudicis, qm̄ satis earū quantitas cognita esse
potest, id qd erit ad declarationem illius Doctorum
12 sententiæ, qui dicūt, diuicē subministrare debere im-
pensas litis pauperi, contra quē litigat, ut affirmat
Guido Papæ q. 46. 1. quē est secutus Craue. consi. 164.
quam tamē minimē ueram crediderunt Boerius q.
303. & Didacus li. pract. q. c. 6. n. 5. q. i foro Guidonis
opinionē nō obseruari scibit. Vbi uerō esset uera, im-
pensæ litis præstaretur nō arbitrio iudicis, sed ut in
dies fiunt. Erit et utile eo casu; cum filius petit bona
paterna atq; ita de inofficio agat. nā sine dubio ei
13 litis sumptus subministratū ex hæreditate patris,
l. si instituta. §. de inofficio. ff. de inof. test. qua de re
latē apud Didacū d. c. 9. nu. 5. Boe. q. 324. nu. 4. & ali-

bi sepe. Simile dicimus ex c. Episcopus, de præben. &
14 ibi glof. in uerbo, necessaria. qñ aliquē ad ordines sa-
cros Episcopus promouet, nec is promotus habet un-
de se alit, ei necessaria alimēta ex p̄prio cōcedere de-
bet, intelligitur necessaria, secundū qualitatem, & cōsi-
deratis facultatibus ecclesie, ut ibidē declarat d. glo.
& Abbas eo loci, qd rotū à iudicis arbitrio p̄der. &
glossam illam probauit in specie hac Ripa lib. j. re-
spon. cap. 14. nume. 7.

S V M M A R I V M.

- 1 Transactio super alimētis cum Prætoris decreto fit.
- 2 Transactio de alimentis ex contractu acquisitio sine
decreto Prætoris fieri potest.
- 3 Ratio cur de alimentis testamēto relictis nō licet si ne
decreto Prætoris transigere, cū tamē in cōtractibus
diuersum sit, ex Alb. Alex. Decio, Duar. & alijs.
- 4 Roberti Aureliani consideratio aduersus Duarenū
explosa.
- 5 Roberti Aureliani ratio diuersitatis inter cōtractus
& ultimas uoluntates super transactione alimento-
rum relicta.
Iudicis arbitrio relinquitur quando super alimentis
transigi debeat.
- 7 Transigendi de alimētis causa est domicilij mutatio.
- 8 Alimenta esse in domicilio grauati præstanda.
- 9 Alimēta esse præstada in domo grauati illa præstare.
- 10 Alimēta uxori relicta i domo hæredū præstada esse.
- 11 Statutum Brixie 193. in ciuilibus, sub rub. De suc-
cessione ascendentiū dñ uult fœminas esse alimētā-
das donec nubent, declaratur quo in loco præstada
erunt alimenta.
- 12 Alimenta extra domum hæredis præstada sunt, cum
illa salua honestate cum illo habitare non potest.
- 13 Alimentariorum probare debere, se non posse cum
hæredibus habitare.
- 14 Alimenta extra domū hæredis præstanda sunt, cum
ille alimentarius ob seuitiam hæredis cum eo habi-
tare non potest.
- 15 Iudicis arbitrio relinquitur quæ iusta causa sit, qua
alimentarius cum hærede habitare non possit.
- 16 Alimentarius iustam habet causam non habitandi
cum hærede, si cum illo litem habet.
- 17 Alimenta extra domum esse præstanda, si casu fortui-
to in domo hæredis præstari non possunt.
- 18 Alimenta extra domicilium hæredis esse præstanda
cū domicilij is alimētarius uel heres uult mutare.
- 19 Alimenta extra domum præstari uxori quando intel-
lexerit testator.
- 20 Transigi de alimentis potest cum presentia pecunie
omnino opus est.
- 21 Transigi de alimentis potest cum relicta sunt à pluri-
bus quos conuenire difficile est.
- 22 Iudicis arbitrio relinquitur modus transigendi de
alimentis.
- 23 Personæ qualitas consideranda est in transactione ali-
mentorum.
- 24 Sequioris dictio quid.
- 25 Iudicis arbitrio relinquitur quando alimentarij uo-
lunt fundum ad alimenta relictum distrabere.
- 26 Fundi proprietates est alimentarij cum fundus pro ali-
menti est relictus.
- 27 Transactio de alimentis facta ad habitationem & ue-
stiarium non pertinet.

- 28 Alimentorum appellatione in praiudicialibus alimentario non uenire habitationem & uestiariū.
- 29 Alimentorū appellatione i fauorabilib⁹, quæ ueniat.
- 30 Vestes uenire alimentorum appellatione.
- 31 Transactio de alimentis Prætoris decretum non requirit cum conditio alimentarij melior efficitur.
- 32 Transactio de alimentis à testatore permiffa sine decreto celebrari potest.
- 33 Trāfigi de alimētis p̄teritis pōt sine decreto Prætoris.

C A S V S C L X X .

QUANDO DE ALIMENTIS TRANSIGERE liceat, qua solemnitate transigatur, & alimentorum appellatione quæ ueniant, plena manu declaratum.

Cum de alimentis nō pauca superiore casu dixerim, alia nonnulla hic referre statui, cum itaq; de alimētis trāfactio fit, non leuis adhiberi solet solēnitas: si quidem sua oratione in senatu habita effecit Diuus Marcus, ne aliter alimentorum trāfactio rata esse, quam auctore Prætoris facta: quemadmodū recenset Vlpianus in l. cum hi, in princ. ff. de trans. qd̄ uerē intelligitur, cum alimēta ultima testatoris uolūrate relicta sūt. quare alimentorum fauor & ultima ipsa uoluntas simul hoc operari cōsiderauit Bar. d. l. cū hi, in prin. nu. 6. quod sit, ut, si alterum eorum deciderit, trāfactio sine Prætoris auctoritate obtinere incipiat, quemadmodum si ex cōtractu debeantur alimenta, id qd̄ in specie annotarunt omnes in l. de alimentis, ibi Ias. nu. 2. & Dec. n. 1. 2. C. de trans. diuersitatis rationem præter eos considerauit Duarenus lib. j. disputa. ann. uers. c. 44. qm̄ uersimile est testatorem uoluisse alimenta particulatim potius legatario relinquere, q̄ summam integram semel præstari, q̄ ipsi prospicere uoluerit, ne deuorata ea pecunia medicare cogatur, arg. l. eum qui, ff. de ann. lega. quæ ratio, inquit Duarenus, cessat in his, quæ ex cōtractu debentur, obligatio enim, quæ ex consensu contrahētium orta est, cur eorundem consensu non dissoluetur. l. prout quisque, ff. de solutio. hæc ratio in specie perpenfa fuit ab Alber. & ceteris in d. l. de alimētis, ut ibidem recensent Curt. sen. nu. 6. & Decius nu. 1. 2. & Alcina, nu. 7. Nec huic rationi aduersatur illa cōsideratio, quam facit Robertus Aurelia, lib. 4. sententiaris, c. 19. nemp̄ alimēta ex cōtractu ab alio celebrato posse deberi; putā, si superites parens stipulat⁹ sit alimentorum nomine mihi quid dari, aliterne transactione ab alio id effectum sit. nā si rectē perpedemus, clarē patebit, illam stipulationem non nisi, atq; fundari ex persona stipulantis, sed illius cuius nomine sit stipulatio. Hinc non alia ratione quam hac ipsa opinor factū, ut alteri stipulari nemo possit, l. stipulatio ista, §. alteri, de uerbo. obliga. eadē ergo est in omnibus ratio. Aliam tamen diuersitatis rationē perpendit ist̄ Robertus, nemp̄ hoc in ultimis testatorū dispositionibus factum, qd̄ cum & fauorabilis sit & alimentorum & dispositionis testatoris causa, testatorem noluisse ullo pacto alimēta legatario auferri, ut perpetuū haberet, quo uitam tueretur, dū ita mēstruū aut annuum id ei persolueretur, arg. l. Caio, §. Imperator. & l. pecuniæ, ff. de ali. & ciba. lega. Verum

dubitabilis est ratio hæc, quandoquidem nec cū de creto super alimentis trāfigi posset, si tam præcisā esset, ne perpetuū auferatur relicta alimēta, testatoris uoluntas. Cum ergo de alimentis præstādis sit transactio, Prætor seu iudex interuenire debet, & p̄ suo arbitrio æstimare an uel ne transigendum sit d. l. cū hi, in princ. ibi, solet igitur. Iudex autem causa cognita procedere debet, d. l. cum hi, §. ult. in cuius quidem causæ cognitione tria spectare debet iudex, quæ trāfigēdi causa sit, qui modus, deinde tertio quæ sint trāfigentium personæ d. §. ult. Quod ergo ad causā iustā transigendi dicēdū est, hanc esse in iudicis arbitrio, nec enim solum iustæ causæ illæ æstimantur, quæ enumerantur in d. l. cum hi, §. causæ, cum exēpli loco illa sint, quæ sanē exempla restringere nō solent. §. hæc tamen, in l. de grad. cum similibus. id quod clarissimè ostendunt uerba d. §. causæ, ibi, aut si alia quædā causa sit (ut plures solent incidere) quæ Prætori suadeat trāfactionem admittere. una ergo atque prima enumerari potest causa ab Vlpiano d. §. causæ, relata, cum talibi domicilium hæres, alibi alimētarius habet: ut si domicilium destinet trāsferre alter eorum: sūt. n. præstāda alimenta in loco, ubi hæres domicilium habet. quod ex d. §. causæ, satis probatur, & ibidē annotarunt Bar. & ceteri, idem Bar. in tract. De alimentis. num. 2. 4. imò grauatus præstare alimenta in domo propria præstare debet, ita Bar. in l. Caio, §. Imperator. ff. de alim. & ciba. lega. idē cōsi. 2. 1. 1. Quidā sibi, n. 5. lib. 1. Bal. cōsi. 484. Casus, li. 4. Alex. cōsi. 109. in prin. lib. j. cōsi. 1. 3. n. 2. lib. 4. & cōsi. 278. nu. 4. lib. 6. Soc. sen. cōsi. 286. colū. ult. lib. 2. Ias. l. diuortio, in prin. nu. 2. 4. sol. matr. Ruinus cōsi. 45. nu. 5. 6. & cōsi. 80. nu. 3. lib. 2. idē affirmat Picus in l. Titia cū nubere, nu. 150. deleg. 2. qd̄ idē esse scribūt, cum testator uxori suæ relinquat alimenta: nam in ipsius heredis domo præstāda illa sunt. id qd̄ ad maius grauati heredis cōmodū factū creditur, cum illum minus q̄ fieri potest grauare testator uelit. l. unū ex familia, §. si re. de leg. 2. si itaq; alibi, q̄ in domo præstāda erunt alimēta, causa cognita faciendū hoc erit. id qd̄ utile etiā est ad interpretationē statuti i Braxiæ in ciuilib. c. 193. sub rubr. De successione ascēdētū. quo est statutū, fœminas per masculos exclusas, esse à masculis alēdas donec matrimonio collocetur. intelligitur statutū secundū ius cōmune, ut in domo heredū alimēta percipiāt, nisi iusta sub sit causa recedendi & aliō commorandi ad sit, quas causas mox subiiciam.

Causa etenim eueniūt pluries, quibus alibi quā in heredis domo conuenit alimenta præstare. ut puta, cū præstāda sunt alimenta mulieri, quæ salua honestate cū heredibus commorari non potest: nec enim posse dicimus, quæ cum honore non possum⁹. l. nepos Proculo, de uerbo. signifi. hoc itaque casu extra domum præstāda sunt alimenta; atque ita iusta est causa mulieri mutandi domicilium. ita Bal. in l. 1. & ibi Ias. nu. 4. C. de legatis. Rola, cōsi. 2. 2. n. 1. 1. d. j. Picus d. §. Titia cum nubere, nu. 156. uers. quarrō limita, qui illud post Ancha, cōsi. 255. in fi. scribit, alimentarium probare debere se cum heredibus cōmorari salua honestate non posse. qd̄ affirmarunt cō Ias. l. diuortio, in prin. nu. 25. sol. matr. in l. 1. n. 4. C. de legatis. Alex. d. cōsi. 100. nu. 3. lib. j. & Alcina, respo. 552. n. 2. Rola, d. cōsi. 2. 2. nu. 18. lib. j. Idē est secūdū Picum

14 Picum eo loci uers. tertio limita, cum obijmmodicā fœuitiā, & malos mores heredis cū eo alimētarius habitare nō posset. qd̄ affirmarūt Bal. auth. qd̄ locum. C. de colla. & Castr. cōsi. 388. est fortē cōsi. 425. Vito casu supra scripto. col. ult. uers. de alimētis uerō, li. 152. in nouis, qui sensu in his uersari iudicis arbitriū, ut ex personarum qualitate iudicet, an uersimiliter sub sit futura turpitudinis suspicio, uel in supportabilis illa fœuitia. id qd̄ explicauimus fufius infra in casu 250. Similis est causa q̄ n̄ iter hæredē & alimētariū orta esset lis & inimicitia: nā hæc est iusta causa ne simul habitent. ita Ias. cōsi. 44. in 2. dubio, li. j. Rolan. cōsi. 22. nu. 12. lib. j. qui nu. 14. similitē causā adfert, putā, si hæredes bona testatoris inter se diuiserunt & communem habitationem separarunt. qd̄ in specie consuluiffe Ruinū scribit cōsi. 80. 81. li. 2. Est etiā iusta causa præstādi extra domū alimenta, cum casu aliquo fortuito cōtingenti, uel in hæredis, uel alimentarij persona in hæredis domo præstari non possunt. ita omnes in l. 1. C. de lega. & Picus d. §. Titia cū nubere, nu. 159. uers. quinto limita. Hæc eadem causa considerari potest cum in domo ipsius alimentarij alimenta præstari uoluit testator, & mutare is uult domicilium, ita q̄ maius esset heredis incommodum in nouo domicilio præstare. hoc sēsit Vlpianus d. §. causæ, in illis uerbis, aut si domicilium destinet transferre aliter eorum, sunt hæc duo separata, præstare alimenta in loco domicilij heredis, & præstare in domo hæredis. de secundo iam dictum est supra. in loco uerō domicilij heredis præstāda sūt cum testator uel uerbis, uel coniectura id expressit, ut si dicat testator, relinquo uxori meæ alimēta si Patauij cōmorabitur. nō intellexit hic testator, mulierē necesse habere cū heredibus testatoris habitare. ita Bar. ex illo tex. in l. qui concubinā, §. uxori, de leg. 3. Pic. d. l. Titia, §. Titia cū nubere, n. 159. uers. secūdo limita. de leg. 2. Ratio, qm̄ si testator sēfisset uxorem suā debere cū heredibus habitare, faciliē illi fuisset uerbū addere, & si in domo cū heredibus habitauerit: iuxta tex. l. unica, §. si nauem ad deficientis. C. de cadu. tollen. Coniectura etiā adduci possumus testatorem uoluisse præstari alimenta nō in domo heredis, sed in loco domicilij, ut si alimentarius uxorem & filios hæat, quos relinquere uersimiliter noluit testator: ideo separatim ab heredibus legata alimenta præstāda sunt. ita Ana. cōsi. 54. col. 2. & Rola. d. cōsi. 22. nu. 13. lib. j. idem etiam si iam tempore illius dispositionis habitatio heredis & alimentarij erat separata, & nō nisi magno cū alimentarij incommodo iūgi cū habitatione heredis poterat. ne igitur testator plus incommodi, q̄ utilitatis alimētario adferre uoluisse uideatur, dicendum est, non in domo heredis, sed in loco domicilij alimēta esse præstāda. atq; ita intelligo Fulgo. Et Angeli opinionem, quā pbat Ias. d. l. cum hi, §. uult, nu. 10. si ergo alter eorum mutare uelit domicilium, transigi de alimentis pōt. Opinor tamen nullam esse Prætoris auctoritatem cognoscere, iusta an sit, uel minus causa mutationis domiciliorum, cum in utriusq; facultate positum sit mutare. solum itaq; iudex hoc casu cognoscet, qualis esse debeat de alimentis ob domicilij mutationē trāfactio.

20 Secunda iusta trāfigendi de alimentis causa est, si causa aliqua urget præsentis pecuniæ. d. §. causæ. ut si

filia iam diu nubilis est, tunc matrimonio copulāda, uel captiuus filius redimendus. quibus exemplis utitur in re hac Odoffredus & Fulgo. d. l. cum hi, §. causæ, & ibidem Ias. d. §. uult, nume. 11. Tertia causa est cum i ad pluribus alimenta relicta sunt, & difficile est omnes conuenire. d. §. causæ, ibi, aut si ad pluribus. nam transigi & pacisci potest, ut hæredum unus illa præstat. l. tertia, in principio. ff. de alim. & ciba. lega. quam in hanc sententiam citarūt glossa. Bar. & alij. d. §. causæ. si quidem dispendiosa est particularis solutio. l. tertia, primo respon. ff. fam. er. cis. Hinc dicimus, creditorem cogi non posse recipere particulares solutiones. l. tutor, §. Lucius, ff. de usu ris. & egregiè explicant Soc. cōsi. 147. nu. 1. 2. 3. lib. j. & cōsi. 85. nu. 19. lib. 2. & Curtius iun. cōsi. 29. col. 1. uers. præterea. ceteras uerō causas pro suo arbitrio iudex considerabit. Quod ad modum transigendi super alimentis, uel satur etiam non mediocri iudicis arbitrium: nam is quāritatem pecuniæ æstimare debet, quantum scilicet sit pro illis præstādam. d. l. cum hi, §. modus, & qualis sit hic modus considerandus. Quod ad psonā alimentarij, duo uult cōsiderari Vlpian⁹, sc̄tatis qualitātē, deinde psonē industriā. aliter. n. est trāfigēdū p̄ puero, aliter p̄ iuuenē, aliter p̄ senē. rursus aliter p̄ uiro industrio, aliter p̄ ignaui & senili, inertiq; ex uerbis ipsius Vlpiani ibi, an sequioris, qd̄ alimētis p̄deat. & eo loci annotauit Eguinarius Baro legendum esse legioris: quam lectionem probauit Duarenus lib. 2. disputa. anni uers. c. 3. i. q̄quam Iacobus Cuiacius uir apprime doctus lib. j. obserua. c. 3. sequioris legendum esse credat. qua in re non contendo. Erit etiam cōsideranda persona restatoris relinquentis alimenta, cuius conditionis ac ppositi fuerit, cum alimenta reliquit. quæ omnia a iudicis arbitrio pendent. iudicis quoque arbitrium uersatur i transactione alimentorum, ut quādo uni pluribus uē fundus ad alimenta fuerit relictus, uelit que eum distrahere. d. l. cum hi, §. si uni. quo respōso intelligimus proprietatem fundi relicti ad alimenta esse ipsius alimentarij. quod ibidem annotarunt glossa & Bar. & probarūt alij plures, quos secuti sūt Marfi. sing. 414. Testator. & Ferratius cautela. 2. col. 3. uers. secūda cautela. quare is fundus ad heredes trāsmittitur, ut est magis recepta Doctorum opinio, auctore Ias. d. §. si uni, nu. 5. nec differentia adhibenda est aliqua, q̄ inter se alimentarij fundum distrahere uelint, uel in extraneum, cum eadem sub sit ratio: nemp̄, ne alimentis careat alimentarius. qd̄ Bar. & ceteris placuit. Iudicis etiam arbitrium uersatur de quibus facta censetur transactio, ut si de alimentis sit transactum, non censeri transactum i de habitatione & uestiario. ita etiam iudicis arbitrio de calcario transigendum est. qd̄ expressè affirmat Vlpianus d. l. cum hi, §. qui transigit. quo textu clarē intelligimus, in odiosis seu alimentario praiudicialibus appellatione alimentorum, non uenire nec habitationē nec uestiariū. qd̄ eo loci annotarunt omnes. econtrā autem in fauorabili & alimentario utilib⁹ appellatione alimentorum habitatio continetur. l. legatis, ff. de alim. & ciba. leg. Alex. cōsi. 178. colum. ult. li. 5. Io. de Ana. cōsi. 37. Practicus Papiensis in forma libelli p̄ legato rei singularis, in gl. 1. n. 95. Soc. sen.

len. conf. 161. in fi. lib. 2. Rolan. conf. 22. nu. 1. lib. j. qui post relatos scribit, inter alimenta connumerari
 30 fustes, pelles, etiam lectum, & culcitram, calcearium, aquam uenalem, & preceptorum salaria. Iudicis uero arbitrium & decretum cessat, cum alimentarius transigendo suam conditionem meliorem reddit. d. l. cum hi. §. eam transactionem. ibi Bar. nu. 6. & ceteri omnes. ff. de transact. Decius. l. de alimentis. n. 12. uerfic. 2. fallit. C. eo. Alc. nu. 5. Cessat etiam decretum & arbitrium quod ex mente testatoris alimentarius reliqueris transactio esset de illis permissa. Decius d. l. de alimentis. in fi. Alc. nu. 5. argu. l. 1. §. 1. ff. de reb. eorum. de quo factis in precedenti casu. Cessat etiam cum de iam preteritis alimentis transigitur. d. l. de alimentis. ubi omnes rationem reddunt. Cetera sciens nunc pretereo.
 S V M M A R I V M.
 1 Alexandri Seueri Imperatoris bonum institutum.
 2 Minorum pradia sine Pretoris decreto alienari non posse.
 3 Iudicis arbitrio multa tribui interpositione decreti super alienatione bonorum minoris.
 4 Minorum bona sine causa & decreto alienari non posse.
 5 Minorum bona alienari possunt, si res alienum urget.
 6 Iudicis arbitrio relinquitur, quod res alienum urgere dicatur, ut bona minorum alienari possint.
 7 Urgeri quid sit.
 8 Cause cognitio adhibenda est, an creditor instet uel non, ut bona minoris alienari possint.
 9 Iudex debet se instruere de bonis minorum antequam pradiorum alienationem permitat.
 10 Synopsis quid.
 11 Minorum pradia non esse alienanda pecunia extant.
 12 Iudicis arbitrio relinquitur, an pecunia minoris in negotiationibus collocata, sint potius distrahenda quam pradia.
 13 Minorum pradia alienari non debent, cum alia extant bona, que commodius alienari possunt.
 14 Iudicis arbitrio relinquitur, que res minorum preter pradia commodius alienari possint.
 15 Pradia minorum pignori dare uel alienare utilius an sit, iudicis est arbitrium.
 16 Pretoris decretum quale esse debeat in alienatione uel pignori datione pradiorum minoris.
 17 Antonius Corsetus singu. in uerbo Decretum, reprehensus.
 18 Decretum alternatiue interponi non posse.
 19 Baldus reprehensus in l. si pupillorum. §. si Pretor. ff. de rebus eorum.
 20 Iudicis arbitrio relinquitur, quod minoris pradii ex multis debeat alienari.
 21 Iudicis arbitrio relinquitur, que quantitas rei minoris alienari debeat pro solutione aris alieni.
 22 Minorum pradium cum alienatur, tutoris uel curatoris auctoritas interuenire debet.
 23 Minoris bona cum ex causa alienantur, probari causa debet.
 24 Iudici asserenti causam alienationis bonorum minoris esse iustam, non credi.
 25 Decretum Pretoris in alienatione bonorum minoris probari potest iniustum.
 26 Minoris bona cum alienantur, solennitates omnes una scriptura comprehendere debent.
 27 Minoris bona cum alienantur subastari debent.
 28 Subastatio bonorum minoris per 20. dies fieri debet.

Statutum Patavinum sub rubrica De alienationibus. c. 1. quo bona minoris alienari permittitur, declaratur. & paulo infra.
 30 Minorum bona ut uendi, ita nec pignori dari non possunt.
 31 Minor non potest dare pignori fundum a se emptum.
 32 Statutum Papie 119. in ciuilibus sub rub. De modo & forma obligandi minorem, declaratur.
 33 Decreti forma cum res minoris ignori datur.
 34 Minorum bona sine decreto diuidi non posse. & ibidem de multiplici bonorum specie.
 35 Diuisio alienationis est species.
 36 Minoris bona ex causa diuidi possunt, ut si socius uel frater est rixosus: uel si aduersarius ad diuisionem uocauit.
 37 Diuidi possunt minoris bona, si socius illa dilapidat.
 38 Statutum Patavinum sub rub. De alienationibus & obligationibus. c. 1. dum prohibet diuisionem bonorum minoris, declaratur.
 39 Decreti forma in diuisione bonorum minoris.
 40 Minor sine Pretoris decreto de bonis suis transigere non potest.
 41 Statutum Patavinum sub rub. De alienationibus. c. 1. extenditur procedere etiam quod ad transactionem.
 42 Decreti forma in transactione bonorum minoris.
 43 Minor de rebus suis compromittere non potest.
 44 Compromittere non possunt nec tutores nec curatores de rebus minorum.
 45 Statutum Patavinum sub rub. De alienationibus. c. 1. extenditur etiam ad compromissum.
 46 Minor bona sua donare non potest.
 47 Donare non potest minor bona sua etiam ob causas nuptiarum.
 48 Dotem sine decreto mulier minor constituere non potest.
 49 Statutum Patavinum sub rub. De alienationibus. ca. primo, corrigi ius commune, dum concedit minorem sine decreto posse donare propter nuptias, & dotem constituere.
 50 Minor non potest insolutum dare bona sua sine decreto Pretoris.
 51 Insolui datione emptioni & uenditioni equiparari.
 52 Minor non potest repudiare delata bona sine Pretoris decreto. ibidem declaratur.
 53 Mulier sine consensu consanguineorum ex forma statuti requisitorum potest hereditatem nondum agnitam repudiare.
 54 Pater tutor filij emancipati alienare non potest bona filij sui minoris sine decreto.
 55 Minor non potest sine decreto Pretoris alienare bona que alias eius pater habebat uenalia.
 56 Minor non potest sine decreto alienare fundum emphyteuticum.
 57 Minor non potest sine decreto alienare argenti sodinas, salinas & his similia.
 58 Emphyteuticus fundus quis.
 59 Minor non potest sine decreto alienare fundum a se bona fide possessum.
 60 Fundum sterile sine decreto minor alienare non potest.
 61 L. ob es. C. de pradijs minorum, declaratur.
 62 Minor non potest sine decreto alienare fundum inutilem, ut utilem emat.
 63 Minor non potest sine decreto alienare fundum, etiam ad euidentem suam utilitatem.
 64 Statutum Patavinum sub rub. De alienationibus. ca. 1. in illis uerbis, alienationem esse minori potius utilem quam

quam damnosam, declaratur.
 65 Minor non potest sine decreto alienare pradia, etiam in affines & sanguine coniunctos.
 66 Minorum pradia alienari non possunt sine decreto, etiam ob debitum fiscale.
 67 Minorum pradia sine decreto alienari non posse ex testatoris dispositione.
 68 Transigi de alimentis sine decreto potest, cum ita testator casit.
 69 Statutum quod minoris promissio non ualeat, non procedit cum ipse testator de re minori promissit.
 70 Voluntatem ex actu nullo declarari.
 71 Minoris pradii sine decreto alienari potest, cum iussu Pretoris fuit pignori captus.
 72 Minoris fundus ob rem iudicatam sine decreto alienatur.
 73 Fundus qui iure pignoris est apud minorem, alienari sine decreto non potest.
 74 Minor potest sine decreto fundum cotroversum alienare.
 75 Emphyteuta alienare potest irrequisito domino fundum a se non possessum.
 76 Ecclesia sine solennitate alienare potest fundum a se non possessum.
 77 Tutorem & curatorem ualide obligare posse bona propria pro euictione bonorum minoris sine solennitate alienatorum.
 78 L. sed & is. §. ultim. C. de pradijs minor. declaratur remisit.

C A S V S CLXXI.

MINORVM BONA CVM ALIENANTUR, uel alio quouis modo distrahantur, solennitates que sint, & quibus casibus sine decreto Pretoris bona illa alienari non possunt, & quibus possint, plenius quam hactenus declaratum.

Diligentia adhibenda est mediocris ita in alienandis bonis minorum quemadmodum & in transactione super alimentis, cum utroque casu Pretoris requiratur auctoritas & decretum, id quod in casu nostro facere iudices iussit prudentissimus ille Imperator Alexander Seuerus, qui (ut in illius uita scribit Aelius Lampridius) diem nullam pretermisit, quin aliquid mansuetum, ciuile, & pium faceret. is in qua sua oratione in senatu habita statuit, quemadmodum recenset Vlpia, in l. prima, in princip. ff. de reb. eorum, qui sub tutele uel cura, ne minorum pradia uel urbana, uel rustica distrahantur, nisi iusta ad sit causa, & adhibito Pretoris decreto. in cuius quidem decretum appositione multa ipsius Pretoris arbitrio tribuit: & probat l. magis puto. §. non passim. eod. tit. quem text. in hanc sententiam annotauit Bal. in l. prima, nu. 1. in fi. C. de fid. instru. & iure hast. fi. li. 10. Verum quod & quomodo eo decreto uti possit & debeat, dicendum nunc est. sed quoniam res hanc, alioqui in foro & iudicij nunc istissima, paulo obscurius a nostris pertractari solet, ea nos altius & dilucidius explicabimus. Et quamquam non ignorem uarios esse modos distrahendi atque alienandi rem, uariisque interdum de causis alienationem permitti, ac magnam esse rerum uarietatem, diuersasque eorum qualitates, solereque considerari uarias personas minorum loco alienantes, & ob id tractationem hanc posse alia sub forma &

ordine, quam facere institui; nihilominus quam clarior hic uidetur ordo noster, illum obseruare uolui.
 4 Regulam itaque constituo: Bona minorum immobilia sine iusta causa & decreto alienari non possunt, quae sane regula extenditur (ut ita dicam) primo, ut procedat in uenditione, quae sine causa & decreto non conceditur hoc in casu, dicta l. prima, in princip. cum multis similibus. cum autem ad hac uenditionem deueniendum est ex causa iusta & decreto, plura sunt obseruanda. ac primo factus alienum urgere debet. l. magis puto. §. ne passim. ff. de reb. eorum, & l. ob es. C. de pradijs minor. & late scribunt Corneus conf. 109. colum. prima, lib. 3. Afflictus decif. 249. Parisius conf. 98. nu. 9. lib. 1. respondit Rolan. conf. 33. nu. 1. 2. lib. 1. quem alias secutus sum in tracta. De recuperanda possessione. remedio 15. nu. 146. is Rolandus plures citat, quos hic referre frustraneum existimaui. Illud nunc addo in hoc multum uersari iudicis arbitrium, ut diligenter uideat, an tantum urgeat res alienam, quae hac pradiorum alienatio in tempus differri non possit. Constare equidem debet creditores assidue instare: hoc satis ostendunt uerba illa dicto §. non passim. ibi, si modo urgeat creditor. Est enim urgere, cogere, premere atque impellere. Cicero in Hortensio. Itaque nunc Democriti manus urgebatur. & pro instare atque instare, idem Cicero pro Rabirio Posth. Satis est homines imprudentia lapsos non erigere, urgere uero iacentes, aut precipitantes impellere, certe est inhumanum. & pro Plancio, Etiam atque etiam insto atque urgeo, insector, posco atque adeo flagito crimem. Hac ergo in re nostra non modo in actis constare debet, creditores instare & urgere, ut respondit Parisius conf. 85. n. 16. in fi. lib. 3. sed etiam asserere debet iudex ex suo arbitrio creditorum instantiam euitare non posse, id quod uisus est sentire Bar. d. l. non passim, dum scripsit, iudicem debere adhibere et causam cognitionem an creditor instet, & sibi solui petat. Et cum Bar. senserunt Decius conf. 403. nu. 8. Parisius conf. 98. nu. 9. l. 1. lib. 1. & Rolan. d. conf. 33. nu. 3. lib. j. g. affirmat, non sufficere, si in instrumento uenditionis diceretur, creditores instasse & sibi solui petisse, quam re ipsa constare debet, creditores instasse.
 9 Secundo requiritur in huius solennitatis obseruatione, ut et iudex se instruat de fortunis minoris, requirere enim debet uirum aliquem probum de bonis illius minoris instructum, ut ab eo intelligat, quae ille possideat. & si non inueniet iudex aliquem, qui se instruat de bonis his, iubebit rationes sibi edicere, uel inuentarium bonorum pupillarium. ita enim significant illa uerba d. l. magis puto. §. in primis. ff. de reb. eorum. ubi hac solennitas traditur, ibi, itemque et synopsis (est haec litera restituta Vlpiano diligentia eruditissimi Anto. August. lib. 4. emend. iuris c. 3.) hoc est inuentarium, ita is Ant. August. interpretatur, & illius nomine suppreffo Franc. Hotomanus in comment. uerborum iuris, in uerbo, synopsis, atque ita hac solennitas refertur in dicto §. in primis. qua non obseruata, nulla erit alienatio, quod expressè respondit Barba. conf. 6. col. 4. in fi. & col. 5. lib. 4. non dissentit Parisius. d. conf. 98. nu. 1. lib. j. & d. conf. 85. nu. 16. lib. 3. qui uerè ex d. §. in primis, respondit iudicem non debere in nimium credere tutoribus & curatoribus.
 11 Tertio uti debet diligentia iudex ut uideat an extant

tēt pecuniā, uel in numerato, uel in nominibus, hoc est in creditis, quibus possit debito satisfieri, uel si extat hęc pecunię in fructibus, uel reddituum spe atque obuentum. d. §. non passim. ibi, quærere ergo debet, an pecuniam pupillus, atque ita tradunt omnes, ut Corne. consi. 50. & consi. 109. in princip. li. 3. Rolan. dicto consi. 33. nu. 5. lib. j. qui alios recenset. in hoc etiam uersatur non paruum iudicis arbitrium, an illę pecunię, quę in reddituum spe collocatę sūt, ita collocatę sint, ut spes maximi lucri sit ferē certa, ut de ea dubitandum probabiliter non sit, uel ita sit spes remota, ut inanis reddi, atq; effici possit, quem admodum quotidie mercatores experiuntur. Si itaque magna extat lucri certa spes, iudicare atque æstimare poterit iudex ex pecunijs illis nō eē creditoribus satisfaciendū: sin minus, hoc ē, si spes erit remota, ut illius erit ex illis æs alienū exoluere, q̄ prædia alienare.

Quartō, cūm pecunię non extant, aduertere debet iudex, an alię res sint præter prædia, quę commodius & minori cūm dispēdio distrahi possint, ut sint bona mobilia, & præsertim illa quę faciliē dies consumi, parua cum utilitate possunt, id qđ apertē probat textus dicta l. magis puto. §. non passim. uersicu. item requirit. & annotat. ut relati omnes præsertim Rolan. dicto consi. 33. nu. 6. post Corneū consi. 62. col. 2. lib. 5. Afflictum d. decisio. 249. n. 2. Parisi. dicto consi. 98. nu. 9. lib. j. & cum hoc in factō positum sit (quis. n. diffinire potuit, quę illa sint, quę distrahi cōmodius possint) iure ꝑ iudicis arbitrio relinquuntur. id qđ significant illa uerba §. non passim, uersicu. & ideo prætori arbitrium huius rei Senatus dedit. & in l. prima, i. prin. illo titulo, ibi, Quod si fortē æs alienum tantum erit, ut ex rebus ceteris non possit exolui, tunc Prætor Vrbanus uir clarissimus adeatur, qui pro sua religione existimet, quę possint alienari.

Quintō in huius iudicis arbitrio positum est, ut uideat, an tutius, & utilius sit hęc pignori dare, q̄ uēdere, dicta l. magis puto. §. item Prætor æstimare. ff. de reb. eorum. licet enim minor pignori dare non possit, quemadmodum nec alienare. l. si pupillorum. §. ultim. & l. penult. §. ultim. ff. de reb. eorum. & dicā in subsequenti extensione; nihilominus ubi alienatio est necessaria, ibi facilius aliquando & utilius admittitur pignoris suppositio. dicto §. item Prætor æstimare. aliquando etiam utilius est in totum alienare; id quod probat is text. §. item Prætor, & clarius probat l. si pupillorum. §. si Prætor. ff. de reb. eorum.

16 quo illud probatur, ꝑ Prætoris decretū de alienatione absoluta, uel de pignoris datione esse debere distictum & clarum, nec enim alternatiuē ualet, si permittat Prætor uendere, uel pignori dare, uti ostendunt illa uerba, dummodō sciamus Prætozem non rectē partibus suis functum. Hinc intelligimus malē sensisse Antonium Corsetum suo singulari in uerbo, Decretum, incipit Decretum, post præceptorem suum, qui hunc textum annotauit in hanc sententiam singulararem, ꝑ ꝑ decretum alternatiuē interpositum ualet, cūm tamen clara illius textus uerba contrarium probent. fateor quidem illo in casu decretum prodesse illis tutoribus, qui ex Prætoris permisso alienarunt; ne scilicet ipsi male administrasse uideantur.

19 Inferitur etiam malē sensisse Bal. in illo ipso §. si Prætor, dū ex eo colligit, decretum super re maiori inter-

positum non extendi ad minorem, quam doctrinā probauit Curt. seni. cōsi. 74. col. 15. uers. respōdemus. malē inquam sensit, qm̄ in casu dicti §. si Prætor, nō creditur minus esse obligare, q̄ alienare, & interdū plus alienare, q̄ obligare, nēpē ratione maioris utilitatis, quę inde pupillo, uel minori, puenire potest.

Sextō cūm ad prædiorum alienationem deueniendum est, adhuc pro suo arbitrio iudex æstimabit, atque ita iudicabit, qui fundus distrahi debeat, ut minor possessio, uel minus utilis alienetur. d. l. magis puto. §. item Prætor. ibi, sed si alia possessio minor, uel minus utilis pupillo, magis eam iubeat distrahi. q̄ & maiorem utiliorē. atque ita hūc textū annotarūt omnes, ut multos recenset Rolandus d. consi. 33. num. 7. & consi. 99. nu. 4. lib. j.

21 Septimō pro suo arbitrio æstimare debet iudex, quę res mobilis, uel quantum prædij alienari debeat pro solutione æris: diligēter animaduertens, ne plus quam opus est ad æs alienū soluendum distrahatur. ita probat d. l. magis puto. §. itē Prætor. ibi, & illud uigilanter, atque ita relati doctores affirmant.

22 Octauō tutoris, uel curatoris auctoritas interuenire debet. l. neq; l. eum qui. C. de auct. præsta. glo. l. prima, in principio, in uerbo, alienū. ff. de reb. eorū. Rolan. d. consi. 33. nu. 9.

Nonō antequā decretū ipsum interponatur, probari & discuti debent causę; nec enim ꝑ causas allegare sufficit, quibus omninō faciēda est hęc alienatio, sed oportet illas probare. l. minorum. C. de prædij minorum, quo textu adductus Parisius cōsi. 98. n. 6. 7. lib. 1. respondit, has iustas causas probationes recipiendas esse ante decreti interpositionem. quāquā Rolan. dicto consi. 33. nu. 10. lib. j. sentiat, post decretum recipi posse. licet ergo pro iudice multum præsumatur, nihilominus ꝑ asserenti causam alienationis esse iustam, non creditur: sed probationes recipi debent, id quod ex dicta l. minorum, affirmarunt Antonius Corsetus suo singulari, in uerbo, minor. incipit, Decretum. l. l. secunda, nu. 5. in si. ff. de offic. eius. & in l. sciendum, nu. 13. de uerborum obligati. Decius in auth. si quis in aliquo. nu. 36. C. de eden. & consi. 510. nu. 4. Curtius iunior. consi. 29. num. 16. Parisius consi. 85. nu. 28. lib. 3. Socinus iuni. consi. 48. n. 5. li. j. Ferratius cautela ultima. Alciatus tract. præsumptio. regu. 3. præsump. 10. nu. 3. Crauet. tracta. de antiq. temp. secunda parte principali, nu. 10. Rolan. consi. 99. nu. 8. lib. j.

Decimō requiritur, ut his peractis suum decretū iudex interponat. l. prima. §. primo. ff. de reb. eorum. & l. lex quę tutores. C. de admi. tut. Rolan. d. consi. 33. nu. 9. li. j. hoc ꝑ decretum tamen tantam uim nō obrinet, quin adhuc post illius interpositionē a successore reuocari possit. l. quamuis. ff. de rebus eorū.

26 Undecimō de his omnibus separata scriptura fieri debet. Rolan. d. consi. 33. nu. 10. lib. j. post multos, præsertim l. l. nec quidquam. §. ubi decretū. n. 17. ff. de offi. Procon. & Corneus consi. 71. nu. 4. lib. 3. idem sensit Paris. consi. 98. nu. 12. lib. j.

Duodecimō his omnib⁹ peractis, atque ita Prætoris auctoritate concessa alienandi facultate, tres uendenda in publicum exponitur, & per subhastationē plus offerenti uenditur: ita Afflictus d. decisio. 249. uersicu. octauō ꝑ. Corneus d. consi. 71. lib. 3. Decius consilio

consi. 402. nu. 7. Parisi. consi. 98. col. 3. nu. 18. & cōsi. 99. col. 2. lib. 1. quos securus est Rol. d. consi. 33. nu. 13. libro 1.

28 Decimotertiō ꝑ subhastatio hęc per uiginti dies fit. ita Fabianus de Monte. tracta. De emptio. & uēd. quinta parte principali, nu. 83. 86. quę retulit Rolā. d. consi. 33. nu. 14. qua de re infra in sequenti casu dicemus. hęc dixisse sufficiat de forma uenditionis bonorū minoris. hęc sunt annotanda pro interpretatione statuti ꝑ Patauii sub rubr. De alienationibus & obligationibus. quo datur forma alienandi bona minoris. nec ibi huius subhastationis fit mētio: quę ex iuris cōis dispositione suppleri debet, in quo statu credo esse mendum non leuis ponderis, ibi uel iudex pronuntiet ipsam faciendam. credo, illam alternatiuam, uel, abudare, uel esse legendum, & atq; ita copulatiuē quod & statuti sensus & litera significat.

Extenditur secundō, ut hęc prohibitio de nō alienandis bonis minorum sine decreto, procedat etiam quod ꝑad pignoris suppositionem: nam & hęc alienationis est species. l. magis puto §. si pupillus. & l. si pupillorum. §. si pupillus. & l. pen. §. quamquam. ff. de reb. eorum. & l. si ad resoluēdam. C. de prædij minoris. Cuius sententię rationem retulit Vlpia. d. l. magis puto. §. si pupillus, quoniam si huic obligationi locus absolutē esset, uerē adinuenta foret alienandi rō: si quidem ære alieno causato, necessariō esset ad ipsam uenditionem deueniendum, quam rationem perpēdit & Alex. in l. si uē apud acta, nu. 2. C. de tracta. De cius consi. 479. nu. 4. qui nec etiam posset ea de re cōmissum facere. qua de re paulō infra. idem Decius in l. qui actionem, nu. 5. de reg. iur. dixit, minorē nec ē personalem obligationem posse contrahere. imō 31 (quod fortius est) non potest ꝑ minor prædium a se emptum pignori dare, ut inde residuum pretij uēditori soluat. l. 1. §. ultim. & l. 2. ff. de reb. eorum. quę uera intelligo, etiam si incōtinenti adiectum est pactū quemadmodum etiam intellexerunt Alc. resp. 121. nu. 2. & Tiraq. De retractu conuentionali, ad finem nu. 13. quo loci tñ miratur, & inquit, se existimare aliquod mendum esse uel in d. l. 1. §. uti. uel in d. l. 2. sed non uideo quod mendū esse possit, cūm fauore pupilli contra communes iuris regulas factum illud sit. nec differentiam constituo, quod ipsemet minor uel pupillus contrahat & paciscatur, uel eius nomine tutor & curator, ut rectē respondit Goz. consi. 15. & consi. 16. quem in specie illa probauit Alciatus d. responso 121. qui ambo consuluerunt contra Curt. iun. consi. 146. & Curtium etiam reprehendunt Tiraq. d. numero 13. & nouissimē Arius Pinellus in re pe. l. prime, parte tertia, numero 53. C. de bonis maternis, qui alia per plura scribit. Et hęc erit notabilis declaratio ad statuta, quę prohibent minorē posse obligari sine certis solennitatibus, ut extat statutū hic Patauij sub rubr. De alienationibus & obligationibus. & ꝑ Papię in ciuilibus 119. sub rubr. De modo & forma obligandi minorem, procedunt hęc statuta etiam in obligatione contracta statim in contractu acquisitionis per pupillum factę. Cūm autem res minoris & pupilli pignori dāda est, iustis de causis, decretum Prætoris, ut in ipsa uenditione interponendum est; sed non sub eademmet forma: nam opinor non fore ꝑ necessarium rem illam in publicum

proferre & subhastationi subijcere: sed sufficere illi singulari personę concedere, quę pignus recipere uult. nec. n. multum confert quod uni uel alteri res tradatur, posteaquā intra aliquod temporis spaciū luen da est.

Extenditur tertio, ut hęc prohibitio de non alienandis bonis minorū sine decreto, ꝑcedat et quod ad diuisionē bonorū cōium cū altero, uel fratre, uel socio, id quod apertē probant l. 1. §. 1. & l. si pupillorū, in princip. ff. de reb. eorum. & l. pen. C. de prædij minor. Barto. l. si res pignori, numero 7. ff. famil. ercif. & l. iubemus, in principi. C. de sacros. eccle. Barba. inter consilia Cur. sen. consi. 67. Sapienter. colu. 3. Decius consi. 349. numero 2. 3. Soc. iun. consi. 79. numero 7. lib. 1. Craue. consi. 268. in si. quod & ad mobilia, ut putā ad merces & negotiationes pertinet: nam nec hęc sine causa diuidi possunt. ita Soc. sen. consi. 254. col. 1. & 2. lib. 2. imō nec fructus & redditus annui diuidi sine causa possunt, ita Bald. in l. ult. C. commun. diuid. a quo non dissentiunt Soci. Tract. fallen. reg. 329. fall. 1. qui alios recenset, & Barb. apud Curt. sen. d. consi. 67. colum. 20. quamquam contrarium, & malē, horum non memor, consuluerit Socinus iun. consi. 79. numero 7. lib. 1. Est huius extensionis rō, quia ꝑ diuisionem alienationis est species. l. 1. C. si aduers. tranfact. ubi Bal. Gozad. consi. 58. nume. 13. Soc. iun. consi. 48. nu. 4. lib. 1. Parisi. consi. 34. num. 39. lib. 2. & Craue. consi. 264. num. 4. imō diuisionem, emptio & uenditio appellatur. l. Cūm pater. §. hæreditatem. ff. de lega. 2. & l. 1. C. communia utriusque iud. Gozad. d. cō. fil. 58. numero 13. nimirum ergo si prohibetur ita diuisionem, ut alię alienationes. Cause autem diuisionis iuste plures possunt considerari, una est cū ꝑ frater, uel socius maior ad diuisionem prouocauit. d. l. penul. ubi glo. & Docto. C. de prædij minor. Soc. sen. cō. fil. 67. in fine, lib. 1. repetitum consi. 165. lib. 2. idem Tracta. fallen. reg. 329. fallen. ult. Soc. iun. consi. 48. nume. 6. libro primo. non procedit tamen si minori esset alia uia bonis interdictum. Soc. d. Tract. fallen. reg. 218. fallen. 2.

Secunda iusta causa diuisionis est, si socius esset rixosus: ita Bal. in l. 1. C. si aduers. tranfact. Soc. d. Tract. fallen. reg. 228. fallen. secunda, Barba. d. consi. 67. columna 19. id quod ad iudicis arbitrio pendet q̄ rixosus is sit, uel non.

37 Tertia est iusta causa, ꝑcūm is socius bona communia dilapidat. d. l. penul. ubi docto. C. de prædij minor. Soc. dicta reg. 228. fallen. 2. & Craue. consi. 268. in fine, qui & quartam iustam causam subiūgit, quādo maxima minoris & pupilli utilitas inde oriretur: Hęc sunt admodum memorię commendanda ad interpretationem ꝑ statuti Patauii sub rubr. De alienationibus & obligationibus. capit. primo. dum prohibet minores diuidere bona communia sine causa. hęc autem causę iustę erunt & in casu illius statuit. Scribit tamen relati Barba. & Soc. sen. nulla ratione bona hęc diuidi posse, cum præter legis prohibitionem adiecta est prohibitio expressa testatoris: id quod nunc non explico. Forma ꝑ autem decreti hoc in casu est multum diuersa iam relata, si quidem solum habet iudex cognoscere, an causa diuisionis sit iusta, & deinde pronuntiare bona esse diuidenda. diuisionem deinde æqualis partium per

- tutores, uel curatores fit, & qua facta, sua auctoritate iudex eam confirmabit.
- Extenditur quartò, ut prohibitio hæc de non alienandis bonis minorum sine decreto, procedat etiam
- 40 in transactione, quam sine causa & iusto decreto face re non potest minor. l. si Præses. C. de transact. l. 1. ubi omnes. C. si aduersus transact. & clarius probat l. 4. C. de prædijs mino. l. 2. nu. 3. ff. de offic. eius. Paris. consi. 12. nu. 3. 9. lib. 2. & consi. 85. nu. 15. 3. 4. lib. 3. Est ratio, quia per transactionem sequitur alienatio. Hinc
- 41 infertur declaratio ad relatum & statutum Patauinũ sub rubr. De alienationibus & obligationibus, in quo nulla in specie fit mentio transactionis. est intelligendum statutum etiam in ipsa transactione cum & illa sit alienatio. & in ea apponatur cessio, quæ a statuto
- 42 in specie prohibetur. Forma autem huius decreti erit, ut iudex cognita litis ambiguitate & dubitatione, uis que transactionis pactis & conditionibus minori utilibus potius quam damnosis, pronuntiat transigendum esse: & ea celebrata ab ipso iudice confirmabitur.
- 43 Extenditur quinto, ut prohibitio ista locum etiam habeat in compromisso: ut in specie sensit Bal. in l. 1. nu. 3. C. si aduersus transact. Blancus Tract. De compromiss. q. 3. principali, nu. 39. & Rol. consil. 76. nu. 16. lib. 1. Lanfrancus Orianus Tract. De arbitris, in uerbo iuxta pollicitum. & rectè, quoniam per compromissum alienatio sequitur. quo circa qui alienare prohibentur, prohibentur etiam compromittere: ut in pupillo, qui uerè compromittere non potest, & si compromittit, laudum inde latum nullum est, l. si pupillus. ff. de arbit. & l. si minor. §. minores. ff. de mino. imò rñdit Bologn. consi. 6. col. 2. tutores & curatores
- 44 pupillorũ, uel minorũ non possunt compromittere sine decreto & ceteris solennitatibus. quod uerum esse intelligimus, etiam si extat statutum, quo affines ad compromittendum cogantur: nam & tunc minores compromittendo decretum & solennitates obseruare debent. ita sensit Blancus d. q. 3. nu. 39. uerfi. quintò facit. post Bart. consi. 40. lib. 2. & Ale. consi. 62. nu. 17. lib. 7. Quæ extensio est annotanda ad interpretationem relati iam iam statuti Patauini, in quo nullum uerbum de compromisso. Forma decreti in hoc decreto illa esse poterit; quod iusta lite cognita & bonũ esse iudicans, causam potius esse compromittendam, ad hoc ut lites & expensæ magnæ euitentur, quam ordinario iudice tractetur, compromisso consentit, atque suam auctoritatem & decretum cum tutoris uel curatoris interuentu interposuit. & illud sufficit decretũ interponi tempore, quo compromittitur, non tempore laudi. ita Soc. sen. consil. 52. lib. 4. & Blancus d. q. 3. nu. 39. uerfi. tertio comprobatur.
- 46 Extenditur sexto, ut procedat etiam hoc & decretum in donatione, quam uerè minor sine solennitatibus facere non potest. l. prædia. C. de prædijs mino. Soc. sen. consi. 130. col. 1. lib. 1. imò nec donare ob cam nuptiarum sine decreto potest. d. l. prædia. Bar. l. si cõstante. in prin. nu. 76. ff. sol. matr. Cur. iun. consi. 168. nu. 20. Tiraq. De legibus connubi. gl. 6. nu. 195. imò post multos concludit Rol. à Valle tract. De lucro dotis, dotè à muliere minori sine iudicis decreto cõstitui posse de rebus immobilibus, ex tex. l. lex quæ tutores. C. de administra. tutor. ubi Bartol. & ceteri, sed hic casus locum non habet & Patauij ex iam rela-

to statuto sub rubr. De alienationibus & obligationibus. c. 1. quo in specie de dote cõstituenda ius cõe corrigitur. Cum ergo uel uir uel femina ætate minor matrimonium contrahit diligenter iudex animaduertere debet, qualis sit uiri, & qualis uxoris conditio: & pro suo arbitrio æstimabit & ex ratione, donatio propter nuptias uel dos constituatur: quo arbitrio declarato suum interponet decretum.

50 Extenditur septimò, ut procedat, etiam quò ad in solutum dationem, quam sine decreto minor facere nõ potest. l. si minor. C. de prædijs mino. Est ratio, quia in solutum datio emptioni & uenditioni æquiparatur, ut probat l. si prædium. C. de uict. & l. uetustissima. C. de iure dom. impetra. qua de re latissime differit Tiraq. De retractu consang. §. 1. glo. 14. num. 4. 5. cui accedunt Boer. q. 49. in fi. & Soc. iun. consi. 41. nu. 13. & consi. 118. n. 9. lib. 3. ceteros sciens prætereo.

Extenditur octauò, ut procedat, etiam eo casu cũ

52 & minor per repudiationem uult alienare fundum sibi legatũ. l. magis puto. §. fundũ, ff. de rebus eorum. & tradit post Federi. de Senis consi. 9. Rol. consil. 15. num. 37. lib. 1. & hoc procedit in legato, secus in cæteris, quoniam ante acceptionem repudiari sine solennitate potest: ut probat l. si ego. ubi glo. & doctor. C. de neg. gest. & in c. si tibi absent. in uerbo ut tuum, de præbend. in 6. Hinc (mulier sine consensu consanguineorum ex statuti forma potest repudiare nondum agnitam hereditatem. late Castrè. consi. 171. In casu presentis uisus oibus. lib. 2. quem secutus est Tiraq. De legibus connubial. gl. 3. nu. 28. ita Prælatum posse hereditatem nondum agnitam repudiare. Rol. d. consi. 15. nu. 32. 34. lib. 1.

54 Extenditur nonò, ut procedat, etiam si pater & minoris sit illius tutor, adhuc non potest sine decreto alienare. l. si pupillorum. §. si pupillus. uerfi. si pater. ff. de rebus eorum. & l. 3. C. de prædijs minor. quod intelligitur quando pater est tutor seu curator filij emancipati, atque ita administrat bona de quibus nullum cõmodum ipse sentire potest: ita declarat Iaf. d. l. præses, num. 2. uerfi. contrarium tenuit. C. de transact. qui ob id inquit ueram esse illam singularem Azonis traditionem: dum affirmat, licere patri administratori bonorum aduentitiorum filij illa sine decreto alienare. quæ quidem sententiam probauit plures relati à Iafone d. l. præses, nu. 2. & à Tiraq. in l. si unquã, in præfatione, nume. 28. 3. 2. 3. & à Didaco lib. 1. uaria. resol. cap. 8. nu. 6. quibus addo Afflictum decisio. 393. nu. 2. Paris. consi. 101. nu. 83. lib. 1. Alc. trac. præsumpt. regula. 1. præsumptio. 2. nu. 6. & Crau. consi. 74. nu. 1. qui ita demum uerum esse intelliguntur, quoniam iusta alienandi causa subest, ut putat æs alienum ugens, nec. n. patris auctoritas supplet causæ huius defectum, sed solum iudicis loco est: atque ita decretum supplet.

55 Extenditur decimò, ut procedat, etiam si pater & prædia ipsa uenalia habuisset, adhuc filius pupillus, uel minor illa sine decreto alienare non potest. l. 1. §. si defunctus. ff. de rebus eorum. nec enim uoluit pater post mortem suã alienari à filio, quæ alienare ipse noluit.

56 Extenditur undecimò, ut procedat, et si fundus est emphyteuticus, adhuc. n. sine decreto alienari nõ potest. l. 3. §. si ius. ff. de rebus eorum. & l. èr. C. de prædijs minor. idem si esset fundus uectigialis, ut in d. l. etiã,

scriptum

scriptũ est, consultiuit Paris. consi. 85. nu. 33. 35. lib. 3.

57 Extenditur duodecimò, ut procedat, etiam in partem foedinis, salinis, & his similibus: quæ sine decreto alienari non possunt. l. 3. §. ultimo, in fine. & l. magis puto, in princip. ff. de rebus eorum. quibus in locis quid sit fundus & emphyteuticus & uectigialis declarat Alcia. lib. 1. parerg. iuris, cap. 26. & ibidem c. uigesimonono explicat, quæ dicantur stypteria, quorum meminit dicta l. tertia. §. ultimo.

Extenditur decimo tertio, ut procedat, etiam in fundo bona fide possessore, qui sine decreto alienari non potest. dicta lege magis puto. §. primo & secundo. ff. de rebus eorum. nam donec euincatur, pupilli fundus dicitur.

Extenditur decimo quarto, ut procedat, etiam si fundus esset sterilis, adhuc enim non potest sine decreto alienari. dicta l. magis puto. §. si æs. & l. penultima, in principio. ff. de rebus eorum. nã (inquit is text. §. si æs) non est datum arbitrium liberum Prætori, ut alienare concedat, sed cum æs alienum imminet, ita etiam probat l. ob æs alienum. C. de prædijs mino. iuxta communem sensum, punctuando ibi, ob æs alienum tantum. quãquam Alcia. lib. 5. dispũct. c. 5. & fortè ante eum Ripa in l. si constat, nu. 84. ff. soluto matrimonio, & l. ultima, nu. 139. C. de reuocan. don. ita legant, ob æs alienum tantum causa cognita, quare non licet deteriora alienare, & bona emere. licet enim infructuosus sit fundus, attamen pro modo illius pretium reperietur dicta l. penul. atque ita nullum erit pupillo commodum. Sic affirmant Doctores,

52 res, nempe minorem sine decreto alienare non potest fundus sterilem ratione maioris utilitatis. ita multos recenset Iaf. in l. secunda, nu. 10. ff. de officio eius cui mand. est iurisdic. quibus addo Barbariam inter consilia Curt. sen. consi. 67. col. 20. imò bis decisum fuit in sacro Neapolitano Consilio, ut referunt Afflictus decisio. 87. & Capicius decisio. 113. nec etiã ob

53 teudentem utilitatem pupilli fundus sterile & infructuosus posse alienari: & ob id super tali alienatione Prætorum decretum interponere non debere. & illis in locis ambo reiiciunt distinctionem, quam facit Iafon dicta l. secunda, nu. 10. in fi. quæ extensio

54 est notabilis ad relatum & statutum Patauinum sub rubrica De alienationibus & obligationibus, cap. primo. in illis uerbis, alienationem esse minori potius utilem quam damnosam. quæ sanè uerba uidentur innuere, alienationem esse permittendam modò utilis potius sit, quam damnosa, atque ita à fortiori cum est euidenter utilis: quia uerius statutum est intelligendum in casu antecedentis necessitatis, hoc est, ob æs alienum: nam tunc cum imminet æs hoc Prætor arbitratur, an potius utile quam danosum sit re unã, ac alterã alienare, atque ita statutũ nõ debet intelligi quoniam nulla uergens necessitatis, sed solius utilitatis iminet.

55 Extenditur decimo quinto, etiam si alienatio fieret in affines & fratres: adhuc enim sine decreto fieri non potest. l. 4. C. de præd. mino. ubi Doctores norant.

Extenditur decimo sexto ac ultimo ut procedat, etiam ob debitum fiscale: nam adhuc decretum interuenire debet. l. ultima, C. de prædijs minor.

56 Declaratur primo, ut non procedat hæc iuris sententia eo casu cum disposuit testator: prædictum debere uendit: nam tunc minor sine decreto alienare po-

terit. ita probat l. 1. in princ. ff. de reb. eo. ibi, nisi ut id fieret parentes testamento uel codicillis cauerent. & l. magis puto. §. si fundus. & §. si pupillus. & l. ultimi. ff. de reb. eorum. Bar. l. qui. Romæ. §. cohæredes, in fi. de uerb. oblig. Soc. sen. consi. 48. col. 3. uerfi. 8. & consi. 53. col. 4. uerfi. his tamen, & col. ultim. li. j. Dec. l. de

58 alimen. in fi. C. de transact. qui in simili idem ait in transactione alimentorum, quæ ex testatoris permisso conceditur, & in specie nostri casus ita respondunt Parisius consi. 85. nu. 50. lib. 3. & consi. 112. nu. 23. lib. 4. & Rolan. consi. 99. nu. 40. lib. j. qui nu. 42. subdit post Baldum in l. ult. in fi. C. de pact. quod si statuto cauetur, quod promissio minoris nõ ualeat, quemadmodum extat illud statutum Patauij, & contingat testator de bonis minoris promittere, ualebit promissio non obstante statuto. & plura similia recenset Tiraquel. tracta. De legibus connubia. glo. 6. nu. 181. cum multis sequentibus. & hæc declaratio locum etiam habet quoniam testatoris uoluntas & dispositio locum alicuius solennitatis esset nulla, ex l. ultim. ff. de reb.

59 eorum. qua clarè probatur, ex actu nullo testatoris uoluntate probari: atque ita eo loci textum illud notauit Bar.

71 Declaratur secundo, ut non procedat, cum iussu Prætoris fundus est pignori captus & distractus: nam tunc absque alio decreto tenet alienatio. l. 3. in princ. uerfi. pignori. ff. de rebus eorum. & ibidem in §. sublequenti, quãdo fundus est captus causa legatorum seruandorum, uel ob damnum infectum, eam ratione adfert Iurecõsul. quia nõ ex tutoris, uel curatoris uoluntate id fit, sed ex magistratuum auctoritate.

72 Declaratur tertio, non procedere & ob uim rei iudicata. l. 3. §. item quæri. ff. de rebus eorum. & l. 1. C. de præd. mino. nec enim est hæc spontanea, sed coacta & necessaria alienatio iudicis auctoritate facta, & ob id propriè alienationis nomine non continetur. id quod multis probauit Cur. sen. consi. 27. Magnificus uir. col. 4. qui post Romanum & alios affirmat, quòd dispositio quæuis loquens de alienatione, nõ intelligitur de hac necessaria. idem affirmarunt Soc. sen. consi. 90. col. ult. lib. 4. Rolan. consi. 21. nu. 16. li. j. & in specie nostra ita consultiuit Paris. consi. 98. nu. 79. lib. j.

73 Declaratur quarto, nõ procedere & cum fundus est solum apud pupillam iure pignoris, l. magis puto. §. pupillo. ff. de rebus eorum.

74 Declaratur quinto, non procedere in minore, quoniam fundum non possidet: ut putat, si minor sit cũ possessore i cõtrouersia & de dominio illius rei ab aduersario possessæ, poterit minor sine decreto transigere cũ aduersario, & re illã possessori relinquere. Ita respondit Alcia. respon. 94. nume. 5. mouetur simili doctorum traditione, nã uidemus, quod licet emphyteuta non possit rem emphyteuticam irrequisito domino alienare, potest tamen cum res illa ab aduersario possidetur, ita Iaf. l. ult. n. 121. C. de iure emphyt. ita etiam uidemus in ecclesia quæ quamuis sine solennitate alienare non possit, potest tamen remittere re ab aduersario possessam. ita Abbas consi. 57. & consi. 63. lib. j. aliter tamen sensit Bal. in l. iubemus, in fi. principij. C. de sacrosan. eccle. & hæc est utilis & noua declaratio ad relatum statutum Patauinum.

75 Declaratur sexto, ut nõ procedat, cum & ob euictionem rei pupillaris uenditæ sine solennitate tutor uel curator prædium propriũ obligat. l. sed & si. §. ult.

C. de prædijs minor. licet. n. alienatio rei minoris sit nulla, nõ tñ obligatio facta per tutorẽ de p. prio prædio, ita ex illo textu notabili admodũ affirmarũt Alex. cõf. 66. in fi. lib. 5. Negula. tract. de pignoribus in primo mēbro tertie partis principalis. nu. 42. Paris. cõf. 16. nu. 1. 2. & cõf. 17. nu. 2. lib. 2. & textum 78 illum. sed & si is, latẽ & elegantes explicat Crauer. in qõne de indēnita. mulier. quã quæstionem collocauit post tractum de antiq. tēporũ. est in illa qõne nu. 19. 20. 21. 39. ubi egregie rōnem adfert, cur ita is tutor uel curator obligatur. Hinc sumi potest notabilis cautela, ut is qui a minore, uel pupillo emit, curet tutorẽ uel curatorẽ rē propriã p. euicitione obligare.

S V M M A R I V M.

- 1 Ecclesia bona qua ex iusta causa alienare liceat.
2 Ecclesia bona alienari consueta, sine solennitate alienari posse.
3 Fructus è fundo ecclesie percepti sine solennitate alienari possunt.
4 Ecclesie bona mobilia non alienari consueta, sine solennitate alienari non posse.
6 Iudicis arbitrio relinquitur, quæ cã iusta censeatur alienandi bona ecclesie mobilia, nõ alienari cõsueta.
6 Ecclesie bona mobilia sine solennitate & causa iusta alienari non possunt.
7 Iudicis arbitrio relinquitur, quæ iusta sit causa, qua ecclesia immobilia alienare potest, contra Bald.
8 Ecclesie bona immobilia quatuor de causis alienari posse.

C A S V S CLXXII.

ECCLESIAE BONA, QUAE CVM SOLENNITATE, & QUÆ SINE, ALIENARI POSSUNT.

Q Vemadmodũ bona minorũ, de quibus superio re casu diximus, sine iusta cã alienari non possũt, ita pariter nec bona ecclesie. Dubitari hinc

- 1 solet, quæ iusta t censeatur cã alienandi bona hæc ecclesie. Bald. (qui, ut nri scribũt, nihil ignorauit) in l. j. nu. 20. C. de fide instr. & iure hæstæ fisc. lib. 10. tres casus 2 distinguit. Primus est, cũ bona t ecclesie mobilia alienari cõsueta sunt, tunc hæc sine alia iusta cã & solēnitate distrahi possunt: quæ admodũ in fructibus t qui è prædijs ecclesie percipiuntur. Est rõ, quia fructus natura ad cõsumedũ cõparati sũt. qd uerũ intelligit Baldus, et si fructus hi fernãdo fernari possent, iuxta l. 1. §. fuit quæsitũ. ff. ad Trebelli. & idẽ in hac specie sēsit gl. in c. tua nuper. i uerbo tractatu, de his, q sũt a præla. sine consẽ. cap. Abb. cap. cõsẽtu, nu. 5. & cap. nulli, nu. 8. de reb. eccle. nõ alien. & gl. 12. q. 2. in summa.
4 Secũdus est casus, cũ bona t ecclesie mobilia alienari non cõsueta sunt: tunc sine cã iusta alienari non possũt. l. sacimus. C. de sacros. eccl. q aut cã sit iusta, ab solutẽ nõ est iure diffinitũ. ob id t iudicis arbitrio relinquitur. ita Bald. præcitato loco. quanquam Abb. in d. cap. nulli, nu. 8. de reb. eccl. alie. uel non, sentire uideatur, cãm hanc iustam non esse in arbitrio iudicis, cũ bona mobilia alienari non cõsueta, ut sũt uasa argentea & sic similia, bonis immobilib. equiparentur: in quorũ quidẽ bonorũ immobilĩũ alienatio nõ, quæ cã sit iusta in iuris dispositione, non in iudicis arbitrio positũ esse præcitato loco adnotauit Bal.

Terrius est casus, cũ agitũr de bonis immobilibus ecclesie, tunc causa iusta omnino requiritur; nec quæ causa censeatur iusta, est in iudicis arbitrio positum, sed satis creditur à iure determinatum: ita Bald. d. l. 1. numero duodecimo. C. de fide instrumento. & iure hæstæ ff. libro 10. nam permittere alienationẽ non põnũt in casibus expressis in authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. eccl. quo loci gloĩa in uerbo, scribatũr, enumerat sex casus, quibus permittitur alienatio rei ecclesiastica, & cum ea sentiunt ibi Bar. nu. 14. & ceteri omnes. Ego opinor & in casu isto uerfari t iudicis arbitrium: nam quatuor sunt causæ principales, quibus permittat est hæc alienatio: quas sanẽ causas enumerat gl. in summa duodecima qõne secunda, in gl. nũc quæritur. nempe necessitatis, cũ æs alienum imminet d. auth. hoc ius porrectum. Secũdõ, cũ ob causam pietatis; ut in redemptionem captiuorum, uel alimoniam pauperum. ca. aurum. duo decima questione secunda. Terriõ cã necessitatis, uel utilitatis. cap. sine exceptione. 12. quæstio. secunda. Quarto causa in commoditatis, uel minoris utilitatis. cap. terrulas. 12. quæstio. secunda. Verũ causæ hæc in genere ita proposite sũt, at cũ ad speciem, uel indiuiduum deueniendum est, uerfabitur iudicis arbitrium. nec enim ius cõe diffinire potuit, quando æs alienum urgeat, ut superiore casu diximus. non etiã quod pro omni captiuo possit fieri alienatio, minus quando possit dici utile esse ecclesie alienare, & reliqua his similia: siquidem hæc ex facto eneniũt, quæ iudicis arbitrio tribuũtur. Cetera, quæ ad hanc tractationem spectant, referre super sedeo, scripserũt multi copiosẽ & doct.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudicis arbitrio relinqui, quas impensas in causam pupilli fecerit tutor.
2 Statutum Mediolani cap. 3 18. sub rubrica de fide dã da libro tutoris, declaratur.
3 Impensæ in uictu & uestitu pupilli factæ à tutore, admittendæ sunt, & libro tutoris credi.
4 Impensæ factæ in præceptores pupilli à tutore admittendæ sunt.
5 Impensæ factæ donando in remunerationem à tutore pupilli admittendæ sunt.
6 Impensas magnas factas à tutore in causam pupilli non semper admittit iudex.
7 Impensas immodicas a tutore factas in funere patris pupilli, non semper admittit iudex.
8 Impensas turpes à tutore in causam pupilli factæ, à iudice admittendæ non sunt.
9 Impensas simoniacas non repetit tutor, qui pro pupillo suo eas fecit.

C A S V S CLXXIII.

QUAS IMPENSAS A TUTORE PRO PUPILLO FACTAS IN REDDITIONERATIONUM ADMITTAT IUDEX.

EX Vlpiani responso in l. secunda, in principio. ff. ubi pup. educ. deb. colligitur casus iste t iudici arbitrarius, quas impensas in causam pupillorum fecisse

esse dicatur tutor, cãm in alendis pupillis, tum in eorum bonis administrandis. quod clarius affirmauit Barba. consilio 62. columna penultima in principio libro secundo, & cum iure cõi conuenit t statutum Mediolani c. 3 19. sub rubr. de fide danda libro tutoris. quod sanẽ statutum ex infra dicendis declarari põt. iudex aut admittet t impensas quotidianas in uictu factas, & in his libro tutoris fidem præstabit, ut rñdit Barb. d. consil. 62. col. 2. Bart. l. 1. §. officio. de tute. & ratio, distrah. Bal. l. id quod pauperibus. C. de episcop. & cleri. Ang. Aret. in §. actionum. nu. 36. inst. de actio. Castr. consil. 302. ad bene examinandum in tertio quæstio, lib. 1. quem sunt secuti Alc. resp. 422. nu. 3. & resp. sequẽ in fi. Crau. consil. 158. nu. 6. Admittet etiam iudex t impensas factas in salarijs præcepto, si qualitas pupilli fuit, ut alicui discipline operam darẽt, l. cũ plures. §. cùm tutor. ff. de admi. tuto. l. 2. C. de alimen. pup. præsta. Roma. consil. 425. Quod ad primum Plotus l. si qñ. nu. 230. C. unde ui. Recipiendæ erunt t impelæ ob munera facta, quæ quidem munera pupillo utilitatem attulerunt, uel ob remunerationem eorum qui pupillo profuerunt, d. §. cùm tutor. & rñdit Aret. cõf. 24. nu. 13. qd intelligitur, qñ is tutor nõ potuit abstinere à donãdo sine dedecore, ita Bar. in l. tutor. §. ult. de admi. tut. Rui. consil. 63. nu. 14. lib. 1. & consil. 43. nu. 6. lib. 5. qui fortius rñdit, tutorẽ potuisse sumere pecunias mutuo sub usuris, hoc est sub cãbijs, ut euitaret decoctionem, quam pupillus facturus erat. Non admittit deinde iudex il las t impensas immodicẽ factas in lite prosequenda, quamq̃ obtineat tutor. ita Bar. d. l. 2. nu. 1. ff. ubi pup. educa. deb. ex gl. l. generaliter. C. de episc. & cler. sed iudex ipse eas taxabit. Nõ pariter admittet iudex immodicas t impensas, quas fecisset tutor in funere patris uel aliorum, quorum impensã spectabat pupillo, ita gl. d. l. 2. in uerbo pro modo facultatũ. ff. ubi pup. educa. deb. dum citat l. si quis sepulchrũ. §. sumptus, de relig. & sump. fune. Nõ quoq; admittet iudex t impensas, quas fecit tutor in re turpi, putã in alendo fratrem (purium ipsius pupilli, quod in negotiorum gestore rñdit Aret. cõf. 48. nu. 3. cõfert gl. in l. quæ uti liter. ff. de neg. gest. q̃ notabilem dixit Corsetus suo singulari in uerbo Simonia: quo loci scribit, q si qs t simoniacẽ impendit, etiam ex mãdato, uel alteri beneficũ conferatur, nõ posse impensas illius repetere.

S V M M A R I V M.

- 1 Tutor suscepta tutela inuentarium quamprimum facere debet.
2 Iudicis arbitrio relinqui quando tutor dicatur nimis distulisse inuentarij confectionem.
3 Tutor suspectus quomodo dici possit quando multum differt inuentarium conficere.

C A S V S CLXXIII.

QUANDO INVENTARIUM CONFICERE DEBEAT TUTOR SUSCEPTA TUTELAE ADMINISTRATIONE.

Inter multa, quæ obseruare dẽt tutor, cãm tutelæ administrationem suscipit, illud etiam enumerare

tur, quod t inuentarium quamprimum faciat; alioq; si distulerit nimis uti suspectus remoueri poterit, l. tutor qui repertoriũ, in princ. ff. de admi. tut. Sed dubitari contingit, quando dicatur distulisse nimis. Afflic. in c. 1. nu. 21. uersi. Itẽ habet arbitriũ æstimã di, ex quib. caus. feud. amitt. dixit, esse arbitrariũ iudici, & iõ Bar. in d. l. tutor. nu. 6. dixit, tutorẽ dfe facere inuẽtariũ quãprimũ poterit. argumẽto l. hæc cõditio. ff. de condi. & demon. illud et subijcit Bar. in d. l. tutor. nu. 7. t tutorẽ nõquam dici posse suspectũ, et si multũ differat conficere inuentariũ anteqũ suscepit administrationẽ, qd pbarunt Ruin. consil. 108. nu. 9. lib. 1. consil. 29. nu. 10. lib. 5. qui tñ intelligit & rectẽ quãtum ad hunc effectum, ut nõ remoueatũr, sed nõ quãtanquam negligens tenetur: ita is Rui. d. consil. 108. nu. 15. & clarius consil. 89. nu. 9. lib. 5.

S V M M A R I V M.

- 1 Allegationes iuris, an edi debeant.
2 Interrogatoria edenda non esse.
3 Allegationes iuris non esse necessariæ ad instructionem iudicis.
4 Allegationes iuris non esse de actis.
5 Editionum materia in equitate fundari.
6 Cap. quoniam contra, de proba. declaratur.
7 Allegationes iuris probabiles sunt, nõ aut necessariæ.
8 Munera quæ in causis excitantur, ex more excitari.
9 Cap. dudum, il primo, de electio. declaratur.
10 Allegationes facti esse edendas.
11 Sententiam falsis allegationibus latam retractari, ibi declaratur.
12 L. minor 25. annis aduersus omissam. ff. de minor. declaratur.
13 Allegationes insertæ in actis esse edendas.
14 Iudicis arbitrio relinqui, an edendæ sint allegationes iuris.
15 Allegationes iuris edi, & nõ edi, pro uarietate styli locorum.

CASVS CLXXV.

QUANDO IURIS ALLEGATIONES EDI DEBEANT, DISPUTATUM, & VARIÆ FORI CONSUETUDINES RELATÆ.

C Vm de actorũ edictione nostri agunt in l. 2. C. de edẽd. dubitare solẽt, an iuris t allegationes, ut cetera iudicij acta, sint aduersario edẽda? Vna fuit opinio, edendas nõ esse. hanc oĩum primus probauit Roma. sing. 262. Fui interrogatus idẽ in l. 1. §. edenda. ff. de edendo. Alex. liubemus. C. de ind. hanc etiã secutus est Dec. in d. l. 2. nu. 20. C. de eden. & ibi Lancello. Decius, & Claudius Aquen. idẽ sentiunt, ut eos ibidem recenset Purp. num. 94. qui eiusdem opinionis fuisse Felinũ, in c. per tuas, nu. 11. de testibus, scribit. quib; cõstat, hæc esse magis receptã opinionẽ. Ea rõne utitur, quã & Inn. in d. cap. per tuas, de testib. ad demonstrãdũ t interrogatoria edenda non esse: nempe, quia sũnt ad solã iudicis instructionẽ, nõ ergo necesse est quod parti edantur. Verũ hæc rõ i ipsiis interrogatorijs non uĩ præcipua & finalis, sed illa potius, quã & ipse Innocen. in d. cap. per tuas, & ceteri in dicta l. 2. ibi Decius nume. 19. considerant, Gg 3 quia

quia si pars interrogatorum copia haberet, facile testes super illis instrueret quid deberet rñdere, atque ita per subornationem fraus fieret: quod in editione allegationum iuris cessat. Accedit allegationes iuris necessariò non esse ad instructionem iudicis, quia si index est iuris peritus, satis ipse scit quid agendum, aliàs, turpe esset ignorare ius i quo versatur. l. 2. §. Seruius Sulpitius, ff. de origi. iur. Si uerò is iuris peritus nò est, cù iuris periti consilio iudicat, uel affessorè habere dēt talē, ut in integro titulo, ff. de officio affesso. Scdò ergo loco mouentur relati doctores: iure cautū non est has iuris allegationes edendas esse, cùm de actis non sint: nam tex. in capitulo qm̄ contrā, de p̄batio, ubi acta iudicialia enumerantur, nò enumerantur has allegationes, ut inde intelligamus ex actis non esse. Verum euitari argumentatio potest, q̄ & si iure expresso cautum non est, attamē suadet æquitas, in qua tota f̄ editionum materia fundatur, l. edita. C. de edē. ut edantur, quod autem æquum sit, paulò infra subiiciam, nec ist̄ tex. cap. qm̄ contra, ad rem facit, qm̄ quidem ibi non enumerantur perfectè oīa iudicij acta, qd̄ una instātia demonstratur: nec, n. enumerantur facti allegationes, quæ tamē ex actis sunt. Rursus, illa uerba d. ca. quoniam, ibi, & cetera quæ occurrerint competenti ordine conscribenda: in sui generalitate iuris allegationes possunt continere. Tertio adducitur alij q̄ hæ iuris allegationes probabiles sunt, non necessaria, cùm eas necessariò iudex sequi non hēat: iuxta ea quæ scribunt oēs in l. 1. ff. si cer. petatur: nam iudex per se cām discutere dēt, l. iudices. C. d̄ iudicij. Hinc dixit Dec. in consi. 259, in fi. f̄ motiua, quæ à iudicibus in causis excitari solent, esse ex more quodā, si ergo necessaria omnino non sunt, edendæ nò sūt, cùm iudex pro sui uoluntate spernere possit. Verum possumus respondere, q̄ & si sperni possunt, posse tamē ex illis iudicem circumueniri; ex quadam ergo æquitate edi debent. Vltimò pro hac sn̄a suffragari uidetur iur. f̄ cap. dudū, il primo, de electio, quo probatur iuris allegationes in uoce fieri; quo ergo mō edi poterūt: sed ex eadem constitutione respondeo fieri etiam allegationes in scriptis, de quibus presēs est disputatio.

Secūda fuit opinio affirmatiua, iuris allegationes edendas esse, hanc probauit Iaf. d. l. 2. nu. 6. C. de edē. Primo ea ratione, quia si f̄ allegationes facti edendæ sunt, ut fatentur oēs in d. l. 2. ex d. cap. dudum, de electio. cur non & hæ iuris? cùm circumuentio utroq; in casu considerari possit. Sed rñdetur, imò tātā circumuentio suspicionem non considerari in uno ac alio casu: cùm facti error etiam prudentissimos fallat. l. 2. de iuris & facti igno. quod non cōtingit in iure, quod iudici notum esse debet, ad d. cap. dudum. rñdetur, allegationes quidem facti actis inferi necessariò, non illas iuris. Secundo adducitur Iafon ex l. si Pretor, §. Marcellus, ff. de iud. & ex l. 1. C. si ex falsis allega. quibus probatur, f̄ sn̄am falsis allegationibus prolatam retractari posse: at quomodo retractabitur nisi aduersarius eas habeat, & falsas ostendat? edi ergo debent. Sed respondet Dec. in d. l. 2. nu. 20. præcisa iuris loca de allegationibus facti, nò iuris loqui, quod confirmat Cur. in d. l. 2. nu. 18. quoniam per falsas iuris allegationes sententia nō retractatur, sed iudex litem suam facit, l. 1. C. si iudex malè iud. sic etiā

intelligi debet l. ultima, C. de interdictis, dum uult actionem & allegationem debere proponi. Tertio solet citari tex. f̄ l. minor 25. annis aduersus omisā, ff. de minor. quo probatur, minorem restitui aduersus omisā allegationē, & glossa ibi exponit, allegationē, hoc est, iuris: at quomodo pot̄ restitui, si ei edita non est? Verum, mea quidē sn̄a ad rem non facit, tum quia, si is fuit, qui omisit, suas, non illas aduersarij omisit; quorsum ergo de earum editione quere re? tum quia, ut ibi intelligit Baldus, agitur ibi de allegationibus iuris, quæ tamē probationem recipiūt; ut puta cùm statuta allegātur, ut scribit Bar. in l. oēs populi. nu. 67. de iust. & iure. Vltimò solet considerari illa ratio, ne circumueniatur iudex. Verum leuis est ratio, cum ipsius iudicis onus sit, ut sua diligentia animaduertat, ne circumueniatur, quin circumuentus his allegationibus suę imperitiæ pœnas dabit, d. l. 1. C. si iudex malè iud. Tertia fuit opinio eorū, qui distinguūt, Aut i actis allegationes istę insertæ sūt, & tūc adendę sunt, ita p̄cedat Iafonis & sequacium opinio: Aut insertæ non sunt, & tunc edende nò sūt, quam quidem opinionem probatur Decius in d. l. 2. nu. 20. sic intelligens Practicum Papiensem in forma petendi copiam instrumenti in gl. 1. Decium simpliciter uno uerbo est secutus Cur. in d. l. 2. nu. 18. & uerè eādē est secutus Ioānes Bolognetus ibidem nu. 28. Verum ex iam relatis constat primum huius distinctionis caput esse controuersum. Quarta ergo fuit opinio Purp. in d. l. secunda, nu. 94. qui rectè credidit, hoc esse f̄ iudici arbitrium, is ergo poterit uere edi, uel nò edi, & rectè profectò, nā si iubet edi, tacitè ostendit se dubitare ne circumueniatur; si non edi, ostendit frustra hoc peti, quia satis ex se instructus est. Ego obseruari aliquando duas contrarias fori consuetudines, duosq; stylos: Papię indistincte solent iuris allegationes edi, expensis tñ petentis, quibus hinc inde adferuntur responsiones, ac replicationes, ut iudex instructus reddatur, in regione uerò Pedemontium edi non solent, quinimò iudicibus clausę ac sigillatæ transmittuntur, prudentes tamen iudices, qui partibus pro bono, & æquo satisfacere student, nò integras ipsas allegationes aduersarij edūt, sed præcipua earum fundamenta, quæ sibi maiorem dubitationem adferre uidentur: quod obseruari iustum ac æquum est.

S V M M A R I V M.
 1 *Emendatio & mutatio libelli ex æquitate conceditur.*
 2 *Iudicis arbitrio relinqui quando & quomodo libelli emendatio & mutatio concedatur.*
 3 *Iudicem considerare debere partis interesse, & qualitatem litis motæ in emendatione, uel mutatione libelli.*
 4 *Emendationem ante litem contestatam quandoque iudex non admittit.*
 5 *Iudex in arbitrarijs reprehendi non potest.*

C S V S CLXXVI.
QUANDO ET QUOMODO LIBELLI emendatio & mutatio admittatur.

E mendatio & mutatio libelli conceditur, prout edicti perpetui monet auctoritas, & iurisdicentis

decernit æquitas, l. edita. C. de edend. quo loci Baldus in prima lectura nu. 60. in fi. & nu. 61. censuit, esse in iudicis arbitrio positum, qm̄ & quomodo emendatio hæc uel mutatio concedi debeat. nam iudicis f̄ æquitas (inquit ille) est considerare partis interessē, qd̄ lex diffinire nò potuit. l. mora. de usuris. debet etiā (inquit Baldus) considerare qualitatem litis motæ, nam, si condensationē partis uellet mutare, uel emendare, ut puta accedendo de iudicio generali ad actionem famosam, uel non rescindendo parti sumptus, iudex non debet hoc pati. hæc Baldus, quem in specie est secutus ibi Purpur. num. 305. idem ibi sensit Corneus nu. 7. Vicomercatus nume. 15. & Iaf. col. 2. in fine nec in hoc argui potest iudex (inquit Bal.) si ante litem contestatam etiam non admittat emendationē, uel mutationem, quoniam in his, quæ suo arbitrio commissa sunt, reprehēdi minimè potest. quod latè supra libro primo. quæstione decima quinta. executum. Cetera, quæ emendationis ac mutationis præcaram respiciunt, fusissimè explicant omnes in d. l. edita. illa nos huc adferre consultò nolumus.

S V M M A R I V M.
 1 *Iusta causa litigandi excusat ab expensis.*
 2 *Iudicis arbitrio relinquitur quis iustam causam habuerit litigandi.*
 3 *Causa iusta litigandi est, cum quis opinionem Doctoris pro se habet.*
 4 *Alciati opinio & consideratio declaratur.*
 5 *Iustam causam litigandi habet, qui Doctorum consilia pro se retulit. ibidem declaratur.*
 6 *Iustam litigandi causam præbet opinionū uarietas.*
 7 *Iudicem posse in magno opinionum conflictu, quam uult eligere.*
 8 *Iustam causam litigandi is habuisse dicitur, qui semiplenè probauit.*
 9 *Calumniator non dicitur, qui semiplenè probauit.*
 10 *Iustam causam litigandi is habuisse dicitur, qui suā intentionē probauit testibus. ex personæ conditione deinde reprobat.*
 11 *Causam iustam litigandi præstāt testes, q̄ extra iudiciū dixerūt rem ita se habere, quamuis iudicialiter aliter deinde dixerint.*
 12 *Iustam causam litigandi is habet, qui à fide dignis audiuit rem ita se habere.*
 13 *Dictū uiri probi iustā causam credulitatis præstat.*
 14 *Iusta litigandi cā est, ut pudor et uerecūdia seruetur.*
 15 *Plus debito petens præstat iustā causam litigandi aduersario.*
 16 *Iustam causā litigandi præstat superioris mandatū.*
 17 *Statutum Mediolani c. 25. sub rub. Quod uictus uictori condemnatur in expensis, declaratur.*
 18 *Constitutiones Pedemontij titulo Delle pene de temerarij appellanti, declaratur.*

C A S V S CLXVII.
QUÆ SIT IUSTA LITIGANDI CAUSA, ut in lite succumbens ab expensis excusetur, non parua diligentia explanatum.

C alumniatorum quotidiana est illa excusatio, qui posteaquam iniquè diu litem protraxerūt, & in ea tandè æqui iudicis sententia succubuerunt,

se ab expensarum solutione, quas tãquam temere litigantes rescere tenētur, leum quem temerè, de iudi. adferunt se iustam litigandi causam habuisse, & ob id nò teneri, iuxta, l. qui solidum. §. etiam, de legatis secundo. §. oportet, in auth. de iud. Iaf. in l. prope randum. §. sin autē alterutra. nu. 3. C. de iudi. Marfil. sing. 237. & sing. 485. ubi limitat. Tiraqu. de retractu conuentio. §. 1. gl. 2. nu. 58. Didacus lib. Practi. quæst. c. 27. nu. 3. latè Marf. l. patre uel marito. nu. 17. de quæstio. Dubitari ergo hæc in re contingit, quæ iusta litigandi causa censeatur. Ruinus consi. 1. nu. 24. lib. 3. respondit, hoc esse f̄ in iudicis arbitrio, itidem scripsit Afflictus c. primo. nu. 21. uersi. Item habet arbitrium cognoscendi, ex quibus caus. feud. amitta. ex l. solidum, §. etiam, de leg. secundo, & Baldo l. prima. C. de aduoc. diuer. iud. & Bal. est secutus Iaf. in l. prope randū. §. sin autem alterutra. nu. 8. & ibi Alex. nu. 17. C. de iudi. ubi alios retulit huius opinionis. idem sensit Cagnol. in l. qui in alterius. in fi. de regu. iuris. sed quam iustam causam arbitrari poterit hic iudex, plures enumerat Iaf. d. nu. 8. Prima est, qm̄ is qui succubuit, habuit opinionem Doctoris qui pro eo sensit. ita senserunt Baldus, Ancha. Cardi. & Abbas ab eo relati, quod intelligitur qm̄ is Doctor uir eruditus fuit: ita Fulgos. in l. iuris ignorantia. C. qui admit. quem secutus est Feli. in c. super his, ante finem, de accusa. & Tiraquel. in tract. de pœnis legū, causa 31. nu. 108. & Marfil. in dic. l. patre uel marito. nu. 34. de quæstio, imò scriptum reliquit Alcia. tracta. præsumptio. reg. 1. præsumptio. §. 1. in fin. hanc Doctoris opinionem esse debere aliorum sententiā & rationibus comprobata. Verum Alciatiū in omnibus non sequor: siquidem uerum non opinor aliorum opiniones concurrere oportere, qm̄ & si unus tantum in ea opinione sine contradicatore sit, & eius opinio coloratis rationibus nitatur, ad excusationē sufficere uidetur. f̄ Alciati enim declaratio procedere posset, qm̄ contra singularem illam Doctoris opinionem, communis esset aliorum sententia. nam tūc singularis illa opinio, iustam excusationis causā nò præstat. ita Ruinus consi. 162. nu. 20. lib. 3.

Secunda huic similis iusta excusationis causa est, cùm hic, qui in lite succubuit, antequam iudiciū ingrederetur, habuit f̄ cōsilia Doctorum uiuētium. ita Iaf. d. §. sin autem alterutra. nu. 8. uersi. Secunda conclusio. & Alex. nu. 13. qui Bar. Bal. Ang. Sali. & Imolā huius sententiæ retulerunt. idem respōdit Paris. cōsi. 7. in fi. lib. 3. quæ causa procedit, si modò is q̄ succubuit, Doctor non fuisset, quia turpis ignorantia suę professionis non excusat: ita Bar. d. l. in bonorum. ff. de bono. possess. Iaf. loco iam citato, sic pariter nò p̄cedit qm̄ unius Doctoris tantum cōsiliū haberet: nā saltem consilium duorum requiritur, ita Bald. l. iuris ignorantia. C. qui admit. & Iaf. qui supra.

Tertia causa iusta dicitur, quando uarietas opinionum adest, nec reperitur quæ uerè cōmunis sit: ita Ang. d. §. sin autem alterutra, ut ibi refert Iaf. dicto nu. 8. uersi. Tertia conclusio. qui Baldum & Specul. retulit. Tiraq. de pœnis legum, causam 11. nu. 6. in fi. post Io. Fabr. Confert qd̄ scriptum reliquit Innoc. in c. ne innitaris, de const. iudicem posse ad libitum, quam uelit opinionem sequi, etiam propriam, qm̄ magnus est opinionum cōflictus. Innocentij doctri nam

- nam secuti sunt Ancha. confilio 221. Decius confi. 76. nu. 6. Curt. iunior. confi. 6. nu. 23. Boetius quæstio. 155. nu. 27. Neuzza. confi. 34. nu. 57. & 54. & li. 6. Syluæ nuptia. nu. 4. Craue. confi. 135. nu. 40.
- 8 Quarta causa fuit, quoniam is qui succubuit, semiplenè probauit. ita Iaf. d. §. si autem alterutra. nu. 8. uerfi. quarta conclusio. & ibi Alex. nu. 13. post Bal. & Alex.
- 9 quos retulit. nam temerè litigare, ne calumniator dicitur, qui intentionem suam semiplenè probauit. ita Ancha. confi. 248. col. penul. Marfi. d. l. patre uel marito. nu. 36. de quæstio. Soci. tracta. fallen. reg. 139. fallen. 2. qui declarat non procedere in casibus illis, in quibus iuramentum in supplementum probationum deferri non potuisset; quoniam animaduertere debet, illam semiplenam probationem sibi non posse prodesse. & hoc uisus est sentire Alex. d. §. si autem nu. 17. dum docuit, semiplenam probationem non excusare, quando pro non probatione habetur.
- 10 Quinta causa, est, quoniam is qui succubuit iam suam intentionem probauit testibus, qui deinde ratione sue personæ, ut quia falsarij, uel extorremuniati conuicti fuerunt. ita Bald. d. auth. generaliter. nu. 9. uerfi. tertio propter. C. de episc. & cler. & l. 1. num. 8. C. de adu. diuersi. iudiciorum. Iaf. d. §. si autem alterutra. nu. 8. uerfi. Quinta conclusio. & Alex. nu. 15. q. declarat, non procedere quoniam is, qui succubuit, aliqua suspitione non laboraret, ut quia scienter horum testimonio usus fuisset.
- 11 Sexta causa est excusationis, cum testes extra iudicium, iactabant rem ita esse, & dicebant se in illius fauorem testimonium dicturos, deinde producti contrarium attestati sunt. ita Bal. in l. non ignorat. nu. 5. C. de fruct. & liti. expen. Iaf. d. §. si autem alterutra. nu. 8. uerfi. sexta conclusio, & ibi Alexand. numero 18. idem dicunt Doctores in causis criminalibus; ut infra suo loco dicemus.
- 12 Septima causa iusta est, cum is qui succubuit, probat se à pluribus fidedignis audiuisse, quod iustam causam fouebat, ita Bart. in l. prima. in prin. num. 6. ff. ad 13 S. C. Turpil. nam dictum uiri prohi iustam, imò iustissimam credulitatem inducit. glo. notabilis l. Titio fundus, de condit. & demonstr.
- 14 Octaua causa iusta litigandi, quæ ab expensis excusat, est, cum quis ob pudorem suum seruandum litigat, ita Bar. in l. quæ omnia. §. j. i. tertio notabili. de procura. Iaf. d. §. si autem alterutra. nu. 9. uerfi. octaua conclusio. sic ob pudorem seruandum plura cõceduntur aliàs prohibita, ut in eo qui alterum occidit se defendendo, ut teneatur de homicidio, nisi saluo pudore fugere non potuit, ita Deci. in l. ut uim. nu. 35. de iusti. & iure, late Boerius qd. 168. & Tiraq. de pœnis legum, causa. 1. num. 8. 9. & alibi dixi.
- 15 Nona causa est, cum actor petijt plus debito: nam tunc habet reus iustam causam litigandi super toto, ita Barro. l. qui solidum, in princ. de lega. secundo. Iaf. d. §. si autem, nu. 9. in fi. Decius in l. non potest uideri. nu. 3. & ibi Cagnolus nu. 9. cõmunem testatur de reg. iuris. sic Didacus lib. j. uaria. resol. c. 2. nu. 5. uer. ad tex. in d. l. qui solidum. dissentit tamen ab hac sententia Robertus Autelia, lib. 2. senten. iuris, c. 9. rem hanc exactius nõ explico, uis enim fit, ut ab inueterata & recepta opinione in iudicijs recedamus.
- 16 Decima causa iusta litigandi est, cum is qui succu-

buit, ex iussu superioris, ut puta Pontificis Max. litè suscepit, ita post Ioann. And. & Hostien. in c. finem libris, de dolo & contu. & ibi Abb. nu. 22. annotauit Socin. trac. fallen. reg. 139. fallen. prima. Hæc confertur etiam ad interpretationem statutorum, quæ et si uelint temerè litigantes esse in expensis condemnandos nisi iustam causam litigandi habeant, quemadmodum inter cætera extat statutum Mediolani ca. 55. sub rub. Quod uictus uictori condemnatur. inteligitur enim causa iusta, ex relatis. Est etiam adnotandum hæc esse utilia ad declarationem nouarum constitutionum Pedemontium titulo *Delle pene de temerarij appellanti*. quibus temerè à sententia appellantes puniuntur. nam relatis in casibus nõ possunt dici temerè appellare, atque ita excusabuntur.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus non posse taleis & exactiõibus subditos suos grauari.
- 2 Iudicis arbitrio relinq. quæ iusta cõseatur causa quæ Episcopus possit suis imponere.
- 3 Episcopus uel Archiepiscopus consecrãtus subsidiũ charitatiuum rectè à suis subditis exigit.
- 4 Charitatiuum subsidiũ rectè exigitur ob locorum uõsitationem.
- 5 Charitatiuum subsidiũ exigitur, cõ agitur de recuperandis bonis ecclesiæ.
- 6 Dux Sabaudie serenissimus pro recuperatione suorum locorum rectè subsidiũ charitatiuum induxit.
- 7 Principes teneri restituere, qd in sui subsidiũ à subditis exegerunt.
- 8 Charitatiuum subsidiũ rectè exigitur ad emendũ castrum, uel oppidum munitissimum, quo hostes procul arceantur.
- 9 Prælatus ad conciliũ uocatus rectè charitatiuum subsidiũ exigere potest.
- 10 Prælatus à Rege euocatus pro seruitio exercitus bellice rectè charitatiuum subsidiũ à suis exigit.
- 11 Charitatiuum subsidiũ clericis indicitur cum Rex apud Prælatum hospitat.
- 12 Charitatiuum subsidiũ clericis indicitur, cõ lis magna ecclesiæ mouetur.
- 13 Prælatus qui ex se licet & bellum suslinere potest, charitatiuum subsidiũ clericis non indicit.
- 14 Pontifex nihil à subditis subsidiũ charitatiui exigere potest, cum bellum gerit.
- 15 Prælatus diues subsidiũ charitatiuum non exigit, ut ad Conciliũ accedat.

CASVS CLXXVIII.

QUANDO LICEAT PRÆLATO CHARITATIUM SUBSIDIVM À SIBI SUBDITIS EXIGERE.

Sacro Lateranensi Concilio decretum fuit, quod Episcopos non debere taleis & exactiõibus proprios subditos frustrare nisi magna & iusta causa, probabilis necessitas urgeat, ut legitur in cap. cum Apostolus. §. prohibemus, de censibus. & tradit Boer. q. 133. ubi nu. 2. inquit communem esse opinionem, licere quidem ex causa Episcopi & superioribus, non aut cæteris prælatis inferioribus. Verum dubitari cõtin-

git,

- git, quæ causa illa censeatur rationalis. gl. in dicto cap. cum Apostolus. §. prohibemus, dixit esse in arbitrio iudicis, & glossam illam secutus est Marfilius in l. quæstionis modum, nu. 6. de quæstio. & Gram. decif. 88. nu. 3. & ante eos Card. in clem. j. §. j. col. 3. uerfi. Tertio quæro. de excess. præl. & Franc. de Marchis q. 472. nu. 2. iudex tamen iste eam iustam, & rationabilem causam esse arbitrabitur, quando Episcopus uel Archiepiscopus, uel Prælatus consecrãtus est. hanc enim causam esse iustam affirmauit post Iferniam Gram. d. decif. 88. in fi. & ex constitutione Neapolitana Rubr. de adiut. exige. in constit. quæ plurimum, in Regno ita expressè est cautum. & refert Boer. q. 134. nu. 3. & ibi nu. 1. & nu. 6. hanc causam, ob consecrationem & cæteras impensas esse iustam. Fran. de Marchis q. 1025. nu. 5. cogitandum relinquit.
- 4 Secunda causa potest considerari quod cum ecclesias Diocæsis uisitant, ita Boer. d. q. 133. nu. 4.
- 5 Tertia causa est, cum agitur de recuperandis ecclesiæ bonis, ut respondit Gemin. confil. 74. quem secutus est Boer. d. q. 134. nu. 2. consuluit enim Geminianus licuisse Pontifici Max. charitatiuum subsidiũ octuaginta millium florenorum à subditis exigere pro recuperatione Ciuitatum & oppidorum Ecclesiæ, quæ à Ladislao occupata fuerunt. Idem summa ratione aliquando obseruatum uidimus à Sere nifis Sabaudie Duce dum cinitatem Taurini recuperaturus esset, ita tamen pie & sanctè agit Rex ille liberalissimus, ut exacta à subditis cum annuis eorum censibus præstari consuetis compensaret. nam restituere tenentur Principes isti, ita Guid. Pap. q. 551. De hoc anno, in fi.
- 8 Quarta causa est, cum pro ecclesiæ summa utilitate ac necessitate emi aliquando debet, ut in castro uel oppido emendo ad expellendos, uel procul arcendos hostes, ita respondit Oldra. confil. 104. quem etiam secutus est Boer. d. q. 134. nume. 2. & Marinus Freccia de feudis, li. 2. pag. 172. nu. 24. & eo loci plures causas considerat Oldra. & dum illam perpendit, ut malos uicinos castrum illud habitantes, loco illo amoueat, præstat nobis argumentum, ut idem dicamus in Prælato, qui uellet emere prædium uicini admodum rixosi, qui sua improbitate ecclesiæ prædium quotidie depopularet ac perturbaret.
- 9 Quinta causa est, cum Prælatus ad Conciliũ summum Pontifice uocatur, quæ causa in Regno ex d. constituit. De adiuto. exigen. clarè comprobatur, ut refert etiam Boer. d. q. 134. nu. 3. & de iure communi probatur multorum auctoritate, ut refert Franc. de Marchis q. 472. nu. 3. & q. 1025. nu. 3.
- 10 Sexta causa est, cum Prælatus a Rege uocatur pro seruitio exercitus Regis, ita sensit glo. in c. unio, in uerbo, pro regis. 10. q. 3. Car. in cle. j. §. j. col. 2. uer. Tertio oppo. de excess. Præla. & Fran. de Marchis d. q. 1025. nu. 3. post Abb. c. j. de statu mona. sed isti potius loquuntur, quando causa est ecclesiæ, non autem exercitus. & idem sensit Abbas d. c. cum Apostolus. nume. 5.
- 11 Septima fuit iusta causa, quando Rex hospitatum uenit in domo ipsius Episcopi, & Prælati, ita Archi. in c. uenio, nu. 10. q. 3. quem sunt secuti apostillantes ad Abb. in d. c. cum Apostolus, nu. 5. in uerbo, utrum Episcopus, de censib. & in Regno ex d. constitutione

- Regni ita clarè est cautum, ut refert Boer. d. q. 134. nu. 3.
- 12 Octaua est causa, quando lis magna ecclesiæ mouetur, tunc subsidiũ peti à Prælato potest; ita Card. in cle. j. q. j. col. 2. uerfi. Tertio oppo. de excess. Præla. qui subdit, etiam quando alia magna urget necessitas, & ob litem posse exigere subsidiũ decidit. Franc. de Marchis. q. 472. nu. 4.
- 13 Declarantur autem & intelliguntur relatæ causas, quando is Prælatus non potest ex suo proprio ferre onus, quoniam impotens reperitur absq; sua culpa ad impensas illas faciendum, ita sensit Card. d. cle. j. col. 3. uerfi. Tertio oppo. de excess. Præla. & Apostillantes ad Abb. d. cap. cum Apostolus. in pen. apostilla. & ideo respondit Alcia. respon. 161. nu. 2.
- 14 Pontificem Max. non potuisse exigere charitatiuum subsidiũ ab Illustrissimo Duce Ferrariæ eius uasallo, quoniam ex se poterat bellum gerere, exactis præsertim prius multis collectis à suis ecclesiis, idem cõsult Franc. de Marchis d. q. 472. nu. 4. qui negauit.
- 15 Prælatum posse aliquid exigere, ut ad Conciliũ accedat, cum habet ex proprio. & quæst. 1025. nu. 6. idem esse affirmat in ceteris Principibus. sic Guido Papæ q. 551. in fi. Socin. iun. confil. 98. nu. 10. 11. lib. 3. Rolan. à Valle confil. 1. nu. 67. 68. lib. 2. & in specie nostra Boer. q. 134. nu. 9. decidit tunc demum concedi exactiõnem subsidiũ pro aduentu Prælati, & leuationis bullarum, aliorumq; onerum, cum fructus unius anni suæ prælaturæ non sufficiunt.

S V M M A R I V M.

- 1 Charitatiui subsidiũ summa quanta esse debeat.
- 2 Charitatiuum subsidiũ in Regno Neapolitano esse decimam annui redditus.
- 3 Charitatiuum subsidiũ esse dimidiam generalis collectæ secundum aliquos.
- 4 Iudicis arbitrium quantum pro charitatiuo subsidio exigi debeat.

CASVS CLXXIX.

QUANTA ESSE DEBEAT CHARITATIUI SUBSIDIVM SUMMA.

Retulimus supra ex sacro Concilio Lateranensi fuisse decretum non licere Episcopis taleas, & collectas suis subditis indicere; posse tamen ex rationabili causa; quæ sanè causa rationalis in arbitrio iudicis est. Nunc casum hunc subiicio, cum episcopus ex rationabili causa charitatiuum subsidiũ atque ita collectam indicit, quantum exigendum sit pro charitatiuo illo subsidio. multæ fuerunt interpretum opiniones. Vna fuit Afflicti deci. 136. qui dixit, Conciliũ Neapolitanum determinasse, esse decimam annui redditus, quam sententiam non improbanit Gram. deci. 88. nu. 5. qui in charitatiuo subsidio, quod Regi ab eius uasallis præstatur, loquuntur, non autem in subsidio, quod à clericis præstatur Prælato. Quorum quidem opinio auctoritate potius cõstitutionis Regni, ut etiam refert Boer. q. 134. nu. 9. in fi. ac auctoritate etiam magis sacri Consilij summi obtinuit, quam iuris communis constitutione, cum iure non probetur.

Secunda.

Secunda fuit opinio Antonij ab Alex. ut retulit in ea decis. 88. in fi. Gram. esse dimidiam ¶ generalis collectę. nec ista iure Pōrificio, uel Cæsareo ꝑbatur. Tertia opinio fuit Frācisꝑi Patavini in trac. de charitatiuo subsidio, & Landriani in extrau. 12. Benedi cti. Vas electionis, ut refert Boer. d. q. 134. nu. 10. sub sidium hoc esse taxandum, ut honorarium, illud, qđ pro uisitacione præstatur, ex d. extrauaganti. Verum Cardinalis & alij nonnulli, ut refert Boerius ea rōne dissentiunt, qđ illa extrauagans constitutio non fuit usu ab omnibus recepta.

Quarta fuit opinio Card. in d. c. cum Apostolus. q. 7. de censib. & in c. j. §. j. col. 2. de excess. præla. hoc esse in iudicis arbitrio. quam sententiam probauit clarē Soci. iun. consil. 16. nu. 3. lib. 3. nec aliter uisus est sentire Boer. q. 134. nu. 5. Gram. decis. 88. nu. 3. iudicis ergo arbitrium erit, charitatiuum hoc sub sidium constituere iusta qualitatem loci, annui reddi tus, expensarum ab Episcopo fiendarum, similibusq; adhibitis circumstantiis; iuxta tex. l. in fundo, de rei uend. & in ca. j. in tit. hic finitur lex deinde consue tud. reg. incip.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericos sine causa à diuinis cessare non debere.
- 2 Cessatio à diuinis, quæ esse dicatur.
- 3 Interdictum ecclesiasticum quid sit.
- 4 Cessatio quod detrimentum clericis adferat.
- 5 Cessationis iusta causa quæ.
- 6 Offensa grauis iustā causam cessandi à diuinis ꝑbet.
- 7 Cessandi à diuinis iustam causam ꝑbet indictio co lectarum clericis ipsis facta à laicis.
- 8 Emphyteuta & coloni ecclesie ratione sui utilis do minij tantum à laicis collecta grauari possunt.
- 9 Statutum quo femina per masculos excluduntur, excludit etiam illas ab emphyteusi ecclesiastica.
- 10 Feudum ecclesiasticum ratione utilis dominij subia cet legibus & statutis laicorum.
- 11 Statutum quo prohibetur alienatio immobilium non facta denuntiatione consanguineis, comprehendit etiam emphyteusim ecclesiasticam ratione utilis dominij.
- 12 Statutum, quod non soluens pensionem pro emphy teusi non cadat à suo iure, quomodo locum habeat in emphyteusi ecclesiastica.
- 13 Pontificem non posse præiudicium adferre succedere debentibus in feudo ecclesiastico ratione utilis dominij.
- 14 Præscriptio longissimi temporis currit contra emphy teutam ecclesie ratione utilis dominij: & si non cō tra ipsam ecclesiam.
- 15 Creditor potest consequi creditum suum super bonis emphyteute ecclesie ratione sui utilis dominij.
- 16 Clerici iuste à diuinis cessant, si eorum unus est car ceratus.
- 17 Clericus à laico præbendi non potest.
- 18 Laicus recte clericum malefactorem præbendit, ut ad iudicem laicum eum ducat.
- 19 Cap. si quis suadente, 17. q. 4. declaratur.
- 20 Clericus à laico præbendi potest, ut delicto obuia eat.
- 21 Sacerdos potest confessionem reuelare, ut delicto su turo obuiam eat.

- 22 Clericus præbendi non potest à laico, ut eum ad iudicem suum ducat, si non est de fuga suspectus.
- 23 Clericus suspectus de fuga præbendi potest à laico, ut ad suum iudicem ducatur.
- 24 Clericus iniuste à laico captus, & coram suo iudice ductus, relaxari debet.
- 25 Statutum Papiæ 52. in ciuilibus, sub rubr. de pena communium terrarum, declaratur.
- 26 Bal. in c. cum nō ab homine, nu. 4. de iud. declaratur.

C A S V S C L X X X.

QVÆ IUSTA SIT CAUSA, OB QVAM à diuinis cessare possunt clerici, & quando cle ricus à laico præbendi atq; carcerari possit.

Constituit Inno. III. Pōtifex Max. ut est relatum in c. irrefragabili, §. ceterum, de offi. ord. ¶ cleri cos sine rationabili causa à diuinis cessare non debe re; & ob id pœna plectendos esse. qđ quidem constitu tionem declarauit magis Gregorius X. in generali Concilio Lugdunensi, ut in c. si Canonici, de offic. or. in 6. quo loci declarando quō iustis de causis ces sare possint, formā & obseruationem quandam præ scribit. illi deinde constitutioni addit aliam Bonifa cius VIII. ut est scriptum in c. quamuis, de offi. ord. in 6. ¶ cessationem. n. esse intelligimus cum clericis se à diuinis celebrandis subtrahunt in detrimentum po pulorum, quibus hac cessatione interdicta uidentur sacramentorum administratio. non. n. est hoc inter dictum, cum ¶ interdictum ita impediatur, ut nullus in ecclesia celebrare possit. c. postulasti, de cler. excom. cap. tanta. de excess. præl. & tamen tempore cessatio nis potest Episcopus celebrare. d. c. irrefragabili, §. ce terum. gl. d. c. si canonici, in uerbo, cessare, & ibi An chat. in fi. ¶ Cessatio autem clericis detrimentū hoc adfert, ut distributiones inde non consequantur, cū non inferuiant ipsi ecclesie: quemadmodum tex. d. c. si canonici, clarē affirmat. cedunt. n. illa oīa eccle sia. & ubi sine ratione probabili cessatum est, ipsoꝝ clericorum cessantium est detrimentum, non solum in percipiēdis fructibus, sed etiam in iam præceptis pro tempore, quo cessatum est restitueudis, ut ibi cō stitutum est: & declarauit ibi Anch. in quinto nota. ubi uerō ex causa iusta cessarunt, ut quia per alterius iniuriam improbitatem ita coacti sunt facere, tunc contra eos agunt, & ab eis consequuntur in sui dam ni emendationem.

Dubitari itaque nunc contingit, ¶ quæ iusta & ra tionabilis sit cessandi cā. Arch. in d. c. si canonici, scri ptum relinquit, hoc non esse in iure diffinitum, & ob id iudicis arbitrio relinqui. illum secutus est Barba. consi. 21. col. pen. propē fin. lib. 2. uerum gl. d. c. si ca nonici, in uerbo, cā, inquit iustam causam cessandi, non esse ob non solutam pensionem, uel ob lenem. aliam offensam, sed esse intelligendum de graui of fensa, ut putā, si laici faciant statuta contra libertatem ecclesie, ut grauis iniuria, & graue detrimentū hoc existimatur. c. ecclesie Sanctæ Mariæ, de consti. ubi latissime oēs scribentes. Est etiam secunda iusta causa quando collectæ & munerā à laicis illis indi cerentur. ita gl. d. loco. non enim licet eos sic grauare.

re. l. placet. C. de sacrosan. eccle. ubi late omnes, & qđ de ipsismet clericis dī, idem dī de illorū emphyteutis, ratione scilicet portionis spectantis ipsi ecclesie. solum enim isti emphyteuta grauari possunt ratio ne utilis dominij. ita ex recentioribus Roland. à Val le consi. 66. num. 34. lib. j. Sic in colonis pro fructi bus sibi in portionem contingentibus. ita late affir mauit Ripa tract. pestis, in tit. de priuilegijs ad conser. uber. nu. 127. Decius in l. in omnibus id obserua tur. nu. 2. de reg. iu. & si in emphyteuta dissentiat re latus Ripa post Bar. in l. priuata, i. fi. C. de excusa. mu ne. lib. 10. cum quo sēsit la. sauth. quas actiones, nu. 42. C. de sacros. eccl. & Tiraq. de retract. consang. §. 1. glo. 13. nu. 12. & fufius Sylluanus cōsi. 55. qui tuer tur, nullo pacto emphyteuta Ecclesie collectā posse iudici. sed uerius est, ut dixi, posse ratione utilis. Est ratio, quia dominium utile nō dī esse ecclesie. ita An cha. cōsi. 433. postq. dum respondit, ¶ statutum, quo femina stantibus masculis excluditur, locum habe re, etiam quo ad bona emphyteutica ecclesie ratio ne utilis dominij, quod non ecclesiastici iuris, sed temporalis esse dī. illum secutus est in specie simili Soc. iun. cōsi. 71. in fi. lib. j. Alex. cōsi. 9. nu. 2. lib. 5. q. 10 in feudo ꝑ ab ecclesia recepto respondit, leges muni cipales, & ius commune locum sibi uindicare ratio ne dominij utilis, idem docuit Decius in c. quæ i ecclesiarum. nu. 9. in fi. de constit. nec enim hoc dī esse contra ecclesiasticam libertatē. idem respōdit Alex. consi. 27. nu. 4. li. 6. qui respondit. ¶ statutum quo est cautum alienare uolentem rem immobilem teneri denuntiare consanguineis, uel uicinis, locum etiā sibi uendicare in bonis emphyteuticis ecclesie. sic Socin. sen. cōsi. 99. in causa eximij, col. 1. lib. j. re spondit ¶ statutū quo cauetur, ob pensionem non solu tam emphyteuta ius suum non perdere, locū etiā habere cum laicus rem ecclesie ratione directi alte ri laico in emphyteusim dedit. Hinc etiam respōdit Ruin. cōsi. 70. nu. 11. lib. 5. ¶ Pontificem Max. non posse inferre præiudicium succedere debētib. in do minio utili feudi ecclesiastici, cum directum domi nium tantum, non utile sit in potestate Pontificis. Hinc etiam tradunt Bar. in l. cum sponfus. §. in uecti galibus. ff. de pub. in re actio. Ang. & Imo. in l. quam uis, de usucap. q. & si contra ecclesiam non currat ¶ præscriptio longissimi temporis, contra uasallum tamē & emphyteuta ecclesie currere præscriptionē decē & uiginti annorum. idē affirmarūt Alex. cōsi. 169. col. 1. lib. 2. Feli. c. ad audientiam, colum. pen. de præscrip. Ruinus cōsi. 178. nu. 10. 12 lib. j. & cōsi. 195. nu. 2. lib. 2. Baldus tract. præscrip. prima parti cula quintæ partis principalis, in tertia regula, uer. si. secundo limita. & ibidē quæst. 4. principali. Accedit etiam qđ respondit Alba consi. 28. num. 6. ¶ credito rem posse cōsequi creditum suum super bonis em phyteuticis ecclesie ratione utilis dominij. Tertia iusta causa, ob quam à diuinis cessare pos sent clerici, est, secundum gloss. d. c. si canonici, si al ter eorum esset captus ¶ carcere mancipatus à iudice seculari: ut enim eis licet i clericos iudicare, c. cum non ab homine, de iud. ubi Decius in primo no tab. docuit, esse idem quādo is laicus esset in magna dignitate constitutus: ita nec eos capere, ut probat is text. d. c. cum non ab homine, ubi gloss. & omnes, &

clarius in c. si uerō, de sent. excommu. Verum glo. d. c. si canonici, absolute nimis loquitur, ¶ laicum sci licet non posse clericum præbendere seu detinere; quamobrem tres casus distinguendi sunt, ut distin guit Deci. d. c. cum non ab homine. nu. 10. Primus est, quādo ꝑ laicus præbendit clericū ut eū ad iudicem suum ducat, tū c laicus recte agit, nec ali quam meretur pœnam, ut possit excōmunicari: ita Abb. d. c. cum nō ab homine, & ibi Decius d. nu. 10. uer. Primus est. Est ratio, quia dolo hic non agit, quo in casu procedit c. si quis suadente. 17. q. 4. & queli bet causa, etiam iniusta excusat à dolo. Igitur, de li berali. cau. & alibi dixi. Verum contra Decium & cæ teros sentit Alcia. in d. c. cum non ab homine, nu. 19. ea ratione, quia sufficit adesse dolum præsumptū, ut locus sit constitutioni ¶ d. c. si quis suadente. 16. q. 4. at hic dolus adesse præsumptus, ut ipse Alcia. deducit, nō ergo capi poterit. leuis est sanē argumētario, qm dolus præsumptus purgatur, posteaquam ad iudicē suum clericus deducitur. ab Abbatis ergo & Decij sententia non est recedendum. & hoc in casu gloss. d. c. si canonici, locum habere non potest. Secundus est casus ¶ quando clericus capitur, ut obuietur delicto committendo, & tunc sine dubio præbendi potest: ita Decius d. c. cum nō ab hoīe. nu. 10. uer. Secundus casus. qui post Abbatem multis si milib. cōprobat. illud præsertim attulit, qđ licet ¶ cle ricus reuelare non possit delictum perpetratum, pōt tñ perpetrandum, ex Inn. in c. omnis utriusq; sexus, de pœn. & remiss. & cum Decio sentit etiam Alc. ibi dem nu. 23. qui tñ inquit uideri mirum qđ ubi deli ctum est commissum, non pōt capi, & qđ possit capi, cum est committendum; & nihilominus contrariū uerius esse deberet, cum maius delictum sit iam com missum qđ committendum, & maior pœna indicitur, ut is probat. sed mirum uideri non debet, quoniam non ratione pœnæ lex hoc concedit, sed ut euitetur factum quod ir retractabile deinde esset: at in iam commisso prohibet, quoniam suus adesse iudex, qui eum præbendere potest & punire, ut nunc subiiciā. Tertius casus est, cum agitur de delicto iam com missō, & ¶ clericus de fuga minimē suspectus nō præ bnditur, ut ad iudicem suum ducatur. hoc casu af firmat Abbas & ceteri clericum capi non posse, sed laicum malē agere, & si non incidat in excommuni cationem, c. ut famæ, cap. si uerō, de sen. excom. Declaratur non procedere secundum Abbatem, ¶ quando ¶ is clericus, qui iam delictum commisit, es set suspectus de fuga, tunc præbendi poterit, ut ad iudicem suum ducatur. idem docuit Bart. in l. si quis in seruitute. ff. de furtis, & cōem hāc dicit esse decla rationem Alc. in d. c. cum nō ab hoīe, nu. 22. qui dū eā tueretur, responderet rōnib. Decij cōtrariam opinio nem defendentis. qđ sanē cōis opinio uera demonstra tur argumento à fortiori. nā supra in primo casu re tulimus ex Abbatis & Decij snā, laicum licitē posse clericum præbendere, ut ad iudicē suum ducat; quan tō ergo fortius pōt, cū is clericus est suspectus de fu ga; quæ quidem suspicio maiorē præstat causam præ hēssioni. nec in hoc est differētia inter pœnā excōica tionis, & alterā, quāuis eū præbendēdo licitē agar. magna est huius rei utilitas, quæadmodū admonuit Alc. d. c. cum nō ab hoīe, nu. 23. nā, si capi nō potuit, & si

- 24 & si coram iudice ductus sit, relaxari debet, si & confessus sit, torqueri non poterit. c. miror. 17. q. 4. Abbas c. inter alia, de imm. eccl. Bar. l. pe. ff. de questio. dum in simili concludit de confessione facta in tortura non precedentes legittimis iudicijs, ut alibi dixi. Infert ex his Bal. in d. c. cum non ab homine, nu. 4. & ibi nu. 24. uerfi. ex his infert, qd stante statuto, ut extat Papie 52. in criminalibus. sub rub. De poena communium terrarum. qd uillae teneantur capere malefactores, qd non tenebuntur capere clericum, & cum Bal. transit Barb. confil. 12. col. pen. in fil. lib. 1. Alcia. tñ inquit dubitabilem esse Baldi decisionem; quandoquidem statutum editum pro utilitate communi ac publica, clericos etiam comprehendit. ut oēs tradunt in c. Ecclesie S. Mariae, ita Deci. num. 27. de constitu. qui intelligunt procedere, quando ius Pontificium non resistit. Bal. tñ ergo doctrina declaranda est ex supra relatis, clericum scilicet capi posse & debere, cum est suspectus de fuga, ut ad iudicium ducatur, atq; ita relatum statutum Papie declarari, extendiq; potest.
- S V M M A R I V M.
- 1 Feudi dominus exigit collectas a subditis pro dotibus filiarum.
 - 2 Caligula Imperator a ciuibus dotes praestari uoluit suis filiabus.
 - 3 Collectam a subditis exigit feudi dominus cum eius filiae religionem ingredienti dos constituenda est.
 - 4 Collectam pro filia maritanda quando exigit dominus a subditis.
 - 5 Iudicis arbitrio relinquitur, quando & quantum possit dominus feudi exigere a subditis pro filia matrimonio collocanda.

CASVS CLXXXI.

DE COLLECTA QUAM EXIGIT DOMINUS A SUBDITIS, UT FILIAM MATRIMONIO COLLOCET.

Habent sepius feudorum possessores, ut domini, multa in eorum ditionibus privilegia, multasq; cum locorum incolis conuentiones, inter quas illa una solet enumerari, ut possit dominus collectam illis indicare pro solutione dotium suarum filiarum cum matrimonio collocantur. hoc aliquando Romae obseruatum est Caligula fuisse in illius uita scribit Suetonius cap. 42. hodie hic usus in Subalpina regione est frequens, ut scripsit Iacobinus a S. Georgio in tract. De Homagijs, col. 8. qui & de iure homines teneri ex aliquorum sententia retulit, eam opinionem probarunt glos. l. placet, in uerbo, canonicam. C. de sacros. eccl. sic Roffred. & Specu. ut retulit Boerius q. 126. nume. 2. Guido Papae q. 57. An uasallus. Parpalea d. l. placet, nu. 16. hanc tandem probare uidetur Boerius d. q. 126. nume. 1. in fi. & ibi scribit etiam tene ri pro filia, qd quae religionem ingreditur: & non modo pro una filia, sed & pro pluribus, quod refert, & Tiraquel. de iure primig. q. 70. num. 2. Sunt tamen qui aiter sentiunt, quorum in numero fuit Alber. in l. 1. col. 7. C. de iurisd. om. iud. qui solam consuetudinem obseruandam censuit; scribit Bald. in c. 1. §. similiter, de cap. Corra. Castren. in lult. C. de stat. & ima. & in l. neminem. C. de sacros. eccl. nec aliter sentit recte intuendum Iacobinus a S. Georgio in inuestitu

ra feudali in uerbo. Qui quidem inuestiti praestiterunt. colum. 17. uer. Circa alium casum, & d. tract. De Homagijs, col. 6. uerfic. iuxta praedicta quaero. affirmant tamen isti collectam hanc exigi posse cum dominus pauper est, quorum sententia magis mihi sepe placuit, & hanc probauit Tiraq. de iure primig. q. 69. Illud unum tamen obseruandum erit, quod scriptum reliquit Guido Papae d. q. 57. in fine, dominum non posse exigere hanc collectam pro secundis nuptijs. Cum ergo iure & equitate suadente exigi collecta haec potest, cum hoc non sit nec a iure, nec a consuetudine omnibus in casibus praefertim deterriminatum, arbitrio iudicis relinquitur, ut pro Carretis Millefimi respondit Socin. iun. confil. 16. num. 2. lib. 3. & iuxta quidem ratione iudex arbitrari debet. nec enim ipse dominus sibi iudicare hac re potest, ut post Oldrad. confil. 234. in fine, & alia scribit Tiraquel. d. q. 69. Diligens ergo iudex considerabit secundum Socin. dicto confil. 16. nu. 5. quantitatem promissarum dotium, conditionem personarum, quod auxilium alias praestitum fuerit, nec enim secus agendum hic est, quam cum pater filiam matrimonio collocauit non assignata dote aliqua expressim; intelligitur dos debita, quae ex personarum qualitate, & quantitate patrimonij congrua iudicatur. id quod supra suo loco declarauimus.

S V M M A R I V M.

- 1 Feudum ex causa necessitatis alienari non potest.
- 2 Vasallus inconsulto domino directe de utili dominio feudi disponere non potest.
- 3 Pater ex causa necessitatis filium vendere potest.
- 4 Patris in filium potestas quanta.
- 5 Necessitatis causa obedientia spernitur.
- 6 Necessitatis causa licet alienare feudum.
- 7 Auctoris ratio cur vasallus feudum ex causa necessitatis alienare non possit.
- 8 Dominus tenetur succurrere uasallum in necessitate positum.
- 9 Dominus & uasallus a pari iudicantur.
- 10 Clientes quam chari patronis olim apud Romanos.
- 11 Vasallus, si impetratam licentiam alienandi feudum ex causa necessitatis non obtinuit, libere alienare potest.
- 12 Statuto, quo mulier sine consensu consanguineorum alienare non possit, est iustificatum si consanguinei consentire sine causa recusant.
- 13 Vasallus feudum inconsulto domino alienare non potest, etiam pro necessitatibus ipsius domini.
- 14 Decretum antiquum Pedemontium concedens alienationem feudi ex causa necessitatis declaratur.
- 15 Feudum alienans ex causa necessitatis, an consensu eorum, qui in feudo succedere debent, requirere debeat.
- 16 Fideicommissum ex causa necessitatis alienans, non tenetur requirere consensum eorum, quibus est facienda restitutio.
- 17 Superioris auctoritas & consensus facit, ut in actu fraudis non praesumatur.
- 18 Necessitas qualis esse debeat, ut feudum alienari possit.
- 19 Necessitas praecisa, casualis, & honestatis.
- 20 Necessitas alia est famis, alia belli.
- 21 Necessitas, fatalis, naturalis & data opera.
- 22 Necessitas legalis.
- 23 Necessitas fatalis quae.
- 24 Necessitas fatalis iustam causam praestat alienandi alias

alias inalienabilia.

- 25 Necessitas naturalis quae.
- 26 Necessitas naturalis iustam causam praestat alienandi alias inalienabilia.
- 27 Furari licet ob causam necessarij uictus.
- 28 Alienatio ob necessitatem facta, in fraudem facta non praesumitur.
- 29 Necessaria ad uictum emere possunt locorum Magistrat.
- 30 Necessitatis causa licet alienare Deo dicata.
- 31 Necessitate coactus uendere non potest inalienabilia, cum stulte alienabilia consumpsit.
- 32 Necessitatis causa tantum alienandum est, quantum ipsa necessitas urget, & non ultra.
- 33 Spurio alimentorum causa tantum licet relinquere, quantum alimenta requirunt, & non ultra.
- 34 Executor testamentarius rem magni ualoris distrabere non potest, ut satisfaciatur uoluntati testatoris de re minima.
- 35 Minoris bona magni ualoris pro leui debito alienari non debent.
- 36 Iudicis arbitrio relinquitur, quantum alienari possit ob causam necessitatis.
- 37 Necessitas data opera seu culpabilis quae.
- 38 Necessitas culpabilis non praestat iustam causam alienandi alias inalienabilia.
- 39 Necessitas culpabilis culpa ad actum praemeditata omnino in excusabilis est.
- 40 Alienationem & dilapidationem bonorum praesumi factam ab haerede grauato dolose, & animo euertendi fideicommissum.
- 41 Necessitas ex culpa ad factum non praemeditata quo modo & quando excuset.
- 42 Necessitate ex culpa non praemeditata oppresso succurrendum esse in modum elemosynae.
- 43 Pauperem posse implorare iudicis officium, quo ei succurratur per elemosynam a diuite.
- 44 Elemosyna de re aliena fieri non debet.
- 45 Necessitas ex culpa non praemeditata an iustam causam praestet alienandi libere alias inalienabilia.
- 46 Fideicommissum nec contrahendo, nec delinquendo alienari potest.
- 47 Privilegium amittit, qui in illum comittit.
- 48 Culpa unius alteri nocere non debet.
- 49 Negligentia unius alteri nocere non debet.
- 50 Egestate laborare debent male meriti.
- 51 Necessitatem qui suo facto ingressus est, succurrendus non est.
- 52 Necessitas proprie dicitur, quae principium habet necessarium.
- 53 Ditor uoluntarius quis.
- 54 Filius sua culpa redactus ad necessitatem alienare non potest fideicommissum supposita.
- 55 Pater non tenetur alere filium sua culpa ad necessitatem redactum.
- 56 Legitimam si male consumpsit filius, alteram a patre non consequitur.
- 57 Dotem si male consumpsit filia, iterum dotanda non est.
- 58 Episcopum non posse exigere charitatum subsidium ob necessitatem, in quam sua culpa incidit.
- 59 Culpa ad casum non ordinata quando considerabilis non sit.
- 60 Culpa ad casum non ordinata, ad commodum non prodest.
- 61 Culposus ex sua culpa lucrum reportare non debet.

- 62 Necessitas ex culpa sui antecessoris adiuuandus est.
- 63 Decretum antiquum Pedemontium, quo alienatio seu di ex causa necessitatis conceditur, declaratur.
- 64 Necessitatis sua culpa ad casum non ordinata, est ad iuuandus ex coniecturata uoluntate testatoris.
- 65 Filius ex coniecturata uoluntate patris potest alienare fideicommissum ex causa necessitatis, in quam incidit sua culpa, ad casum tamen non ordinata.
- 66 Necessitas legalis quae.
- 67 Dotem filiae assignare debet pater necessitate legali.
- 68 Fideicommissum posse alienari pro dotis constitutione.
- 69 Fideicommissum posse alienari pro dotis restituit one.
- 70 S. Quamobrem, in auth. de restitut. & ea quae parit in 11. mense declaratur.
- 71 L. qui cum alio contrahit, de reg. iur. declaratur.
- 72 Mulier non tenetur perscrutari conditionem illius quo contrahit.
- 73 Angeli & sequacium opinio, de fideicommissio non alienando pro dotis restituitio, explosa.
- 74 Alciati & aliorum considerationes, de fideicommissio non alienando pro dotis restituitio, euerse.

CASVS CLXXXII.

QVAE NECESSITAS IUSTA SIT ALIENANDI ALIAS INALIENABILIA; & LATISSIME DE SINGULIS DIFFERITUR.

Cum de alienatione feudi ex causa necessitatis nostri agunt, multa confuse & perplexè scribunt, aliqua etiam iudicis arbitrio tribuere uidentur. Ego quod disceptationem hanc utilem admodum & in iudicijs frequentem explicem, atque declarum, paulo altius exordiar. Sciendum est itaque, regulariter feudum ex causa necessitatis domino directi incio atq; inconsulto alienari non posse. ca. 1. §. necessitate. qual. feud. olim alien. poter. cap. Imperiale. §. 1. de prohib. feud. alien. per Feder. quam iuris regulam uera esse omnes affirmant in d. §. necessitate, ut Baldus, Aluarius, Hernia. & idem tradunt Decius cōfil. 445. nu. 24. Cur. iun. tract. feud. quarta parte principali, nu. 107. Iacobinus a S. Georgio in inuestitura feudali, in uerbo. Et cum pacto de non alienando, col. 4. uerfic. Quaero etiam nunquid, Zasius in epitom. feud. parte 9. num. 13. Carolus Molinæus in consuetu. Parisi. tit. 1. §. 13. glo. 5. nu. 1. Iulius Clarus lib. 4. senten. iuris. §. feudum. q. 3. uerfi. pone uasallus. & Crauet. responso pro Genero, num. 69. rationem cur hoc ita factum sit, reddunt omnes in d. §. necessitate. quoniam in feudo proprietates domini directi est, ob id de ea tamen de re aliena uasallus nullo casu disponere potest iuxta l. ult. in fine, C. de pactis. nec etiam potest uasallus disponere de utili dominio, quia per illam alienationem debilitatur ius directi domini. cap. 1. de prohib. feud. alie. per Lothar. hoc etiam est factum, quia olim multae fraudes, fingendo necessitatem, committebantur. cap. Imperiale. §. callidis, de prohib. feud. aliena. per Fede. Accedit secundum Baldum d. cap. 1. in prin. nu. 2. qual. feud. olim alien. poter. qd uasallus dominum superiorem habens actu illum recognoscere debet. Haec rationes (aiunt relati Doctores) cessare uidentur in ceteris actibus, ut puta, cum causa necessitatis famis pater filium distrahit. l. 2. C. de

Hh patrib.

patrib. qui filios distraxer. nam hoc casu (inquit Baldus) pater integrū ius habet in filiū. l. ult. C. de patr. potesta. & tanta olim erat, quanta domini in seruū. l. pronuntiatio. §. iure proprio, de verb. signifi. sed differentia hæc leuis est; si quidem ius illud paternū tā amplum in filiū fuit olim ex lege Romulū, qđ abrogauit Numa, quemadmodum multorum auctoritati bus scripsimus in tract. de recuperanda possessione, remedio 15. num. 302. Nec ratio illa superioritas ita simpliciter considerata probabilis est, quoniam causa necessitatis obedientia spernitur. cap. 2. de obser. ieiunij. Non etiam uidetur probabilis illa ratio, quod ius domini directi debile & infirmum reddatur: nā & idem est in fideicommissis, & tamen conceditur alienatio ex causa necessitatis. l. filiusfam. §. Diui, de le. 1. l. cum fidei. ff. de fideicom. libe. sic cū maritus alienat bona dotalia pro redemptione filij. l. quamuis, & l. seq. ff. sol. matrim. Castren. consi. 441. lib. 1. ceteros casus sciens prætereo. Si ergo hæc his in casibus conceditur, cur non & in casu alienationis feudi? Ego, quidquid fremant alij, opinor hoc ob id esse factū, ut uasallus superiorē recognoscat, & sub eius obedientia sit. nec enim lex prohibet omnino alienationem feudi, etiam ex causa necessitatis, sed solum negat sine illa qualitate consensus domini uel licentia. Nec hoc durū est, uel uideri debet, quoniam uice uersa dominus deinde requisitus consentire omnino tenetur. quod ea ratione demonstratur, quia dominus tenetur uasallo succurrere, cum urget necessitas, ex quo eum loco filij habere debet. c. 1. in fine, de forma fidelit. Afflict. c. 1. §. si iudex, nu. 3. de pace tenen. & eius uiola. Hinc dicimus, quod dominus & uasallum à pari iudicari. d. c. 1. & ibi Afflictus nu. 12. de forma fidel. & quemadmodū uasallus tenetur domino succurrere in necessitate, ita & e contra. quare Alexā. ab Alex. lib. 9. dierum Genial. c. 10. scribit, lege antiqua olim fuisse cautum, ut patroni ita charos haberent iocientes, ac proprios sanguine coniunctos. sed magis in specie adfertur potest. tex. in cap. 1. in fine, Episcopū uel Abba. & clare in terminis his Aretin. in l. si quis non quasi. num. 1. ff. de acquir. hered. post Baldum in l. 1. C. de lat. liber. tollen. si ergo uasallus necessitate probata licentiam alienandi impetrauerit à domino, is dñs concedere eam debet, quod si eam licentiam is concedere recuset, poterit sine ea alienare. hoc uisus est scribere Deci. in cap. quæ in ecclesiarum, nu. 30. uer sic. & hoc intelligendum uidetur. de consi. quod cōfirmatur ex recepta illa doctrina: Si statuto cautū est, quod mulier non possit contrahere sine consensu consanguineorum, & consanguinei requisiti recuset sine causa consentire; poterit mulier liberè contrahere. ita Bart. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. sol. matrim. l. in l. 1. nu. 20. & l. bonorum, nu. 9. C. qui admitti. Ant. Corfet. sing. in uerbo Consensu, incip. Statuto cauetur. & Tiraquel. de legib. connub. in gl. 6. nu. 125. idem ergo dicendum est in casu nostro.

Hæc iuris communis dispositio locum etiam sibi uendicat, cum quod uasallus uel ob causam ipsius domini, ut putā, ad hoc ut illum adiuuare possit, uel ut feudum tueatur ab hostibus alienat. nam adhuc non potest alienare inconsulto domino, licet ipse dominus omnino teneatur eo casu licentiam concedere.

re: ut clare sentit Afflictus decisio. 265. numer. 68. & licere ex causa huius necessitatis alienare, tradunt Bald. l. 2. C. commu. de legatis. Curt. iun. dicta quarta parte. nume. 95. uerfic. aliam limitationem. Molinæus d. glo. 5. num. 1. ex tēx. d. l. cum fidei. ff. de fideicom. liber. quo ita in fideicommissio statutum est. id. quod affirmant Socin. seni. consil. 16. columna 3. uerficul. ex quibus suppositis, lib. 3. Boer. quæst. 44. nume. 27. & Paris. consil. 15. nu. 25. lib. 2. & probat l. filiusfam. §. Diui, uerfic. nam si heredis. de leg. 1. & l. pater filium. in prin. de leg. 3. & cum hac iuris communis dispositione, nempe alienantem feudum, et ex causa necessitatis debere requirere consensum directi domini, conuenit quod decretum Pedemontium iam editū à Duce Iolant anno 1475. ex illis uerbis, etiam ad subueniendū alijs quibuscūq; necessitatibus suis possint & ualeant, ac eis & cuilibet ipsorum pleno iure liceat, nostro tamen seu præfari filij nostri aut hereditum & successorum suorum præhabito & interueniente consensu. quod sanè decretum etiam in casu iam relato, cum ex causa necessitatis pro ipso feudo sit alienatio, intelligitur. Dubitauit ego quod aliquando interrogatus, an inspecta persona eorum, qui in feudo omnino succedere debent, libere feudum ex causa necessitatis alienari possit: ita ut eorum consensus uel licentia requiri ab alienante debeat. Respondi requirendam non fore: tum quia iure feudorum cautum non est: nam d. §. necessitate, loquitur de licentia, inspecta persona domini directi: tum quia in alienatione fideicommissi, (cuius alienationis natura feudali proxima est) fideicommissariorum consensus, hoc in casu non exigitur, ut sentit Bald. in d. §. necessitate, declarando d. l. cum fidei. ff. de fideicom. liber. & uerè mecum sentire uidetur Bald. dum inquit, uasallum requirere consensum superioris, cum ubi adest superioritas, ibi requiratur authoritas. quare ratio cessat in casu isto. Accedit, quod si consensus superioris adhibetur & præstatur, cessat omnis suspicio atque præsumptio fraudis, quam considerauit tex. d. c. imperialem. §. callidis. de prohib. feu. alie. per Fede. nec enim credendum est, quod dominus directus suum consensum adhibere uoluerit existente falsa causa allegatæ necessitatis à uasallo. cum quilibet bonus præsumatur, præfertim Princeps, qui talis præsumitur, qualis de iure esse debet, ut scribit Iaf. & ceteri in l. præscriptione, C. si contra ius uel util. publi. & clarius idem Iaf. in l. causas, nu. 6. C. de trans. & consi. 57. col. penult. lib. 3. Gramma. consil. 34. nu. 3. & consil. 45. nu. 3. Dubitari (quod è re nostra magis est) nunc contingit, qualis esse debeat necessitas, ob quam feudum, uel etiam fideicommissum & his similia alioqui in alienabilia, alienari permittuntur? Ad huius rei declarationem sciendum est primò quod necessitatem uarie partiuri. si quidem Bar. in l. 1. nu. 5. C. quom. & quan. iud. diuidit necessitatem in pæcisam, causatiuam, & honestatis causa. quam diuisionem sentit idem in l. res quæ pignori, nu. 7. ff. fam. ercisc. in l. in eadem, in fine, ff. ex quib. cau. maio. & in l. pecuniæ, in fine, ff. de ali. & cib. leg. & Ant. Corfet. sing. in uerbo, Necessitas. incip. Quando quis, quæ sanè diuisio haud multum positæ materiæ nostræ conuenit.

Alterā est diuisio, quam facit Bald. consil. 448. Lata fuit sententia, lib. 3. repetitum consil. 406. lib. 5. ut alia sit

20 sit necessitas famis, alias belli, alia casus auersi, & his similes quæ quidem diuisio nec ad rem confert.

Tertia est diuisio, quam fecit Bald. col. 20. Quid importent ista uerba. lib. 2. quem est secutus Boer. q. 44. nu. 26. & Crau. respon. pro Genero, nu. 94. ut una dicatur fatalis, secunda naturalis, tertia data opera, sicque culpabili. quartam nos addimus, nempe legalē tanquam à legis dispositione prouenientē, & quam præcisam appellat Craue. in respō. pro Genero in collatio nu. 4.

23 Prima necessitatis species, quæ fatalis appellatur, illa est, quæ ex fato & casu euenit, ut cum quis in latrones fortuito incidit, uel cum similis alter casus contingit. ex quo enim hæc à fortuna prouenit, quæ humano consilio præuideri & illi prouideri non potest. l. 2. §. si eo tempore. ff. de admin. rerum ad ciui. pertinen. l. quæ fortuitis. C. de pign. actio. sequitur illam iustam causam præstare alienandi uel feudum uel fideicommissum, quemadmodū respondit Bald. consilio 20. Soc. seni. in l. Marcellus. §. res quæ, nu. 6. ff. ad Trebel. & pulchrè Tiraq. de legib. in glo. 6. nu. 277. ex tēx. l. Diuus. §. causa, in fine, ff. de petiti. hæred. l. sancimus nemini, in fi. C. de sacrosanct. eccl. & cap. aurū. 12. q. 2. auct. si captiui. C. de Episc. & cler. & auct. contra rogatus. C. ad Trebel. ibi, seu captiuorum redemptionis. qui quidem textus est desumptus ex Nouella 108. De restitutionibus ibi, sed & si in redemptionem captiuorum.

25 Secunda necessitatis species, quæ naturalis dicitur, illa est, quæ à natura ipsa causatur, ut edere, bibere, uestibus indui, seruitores habere, domum ruinosam reparare, agros colere, indictas collectas, gabelas ac tributa persolvere. Soc. d. l. Marcell. §. res quæ. nu. 2. ad Trebel. Craue. d. respon. pro Genero, nu. 94.

26 hæc naturalis necessitas præstat iustam causam alienandi feuda, fideicommissa & alia alias inalienabilia, ut relati Doctores scribunt. & satis probat tex. d. auct. contra rogatus, in fine ad Trebel. ibi, uel si non habet unde sibi faciat expensas. & ibi glo. notat, & post eam Bar. in auct. res quæ, nu. 9. C. comm. de leg. & probat d. Nouella 108. Huc spectat illa ratio, quod ob causam

27 necessitatis uictus furari licet. cap. si quis propter. de furtis. Constituitur tertiò ex l. non solum. §. 1. ff. de

28 aliena. iudi. muta. cau. facta. ubi alienatio facta ex causa necessitatis fatali, uel naturali in fraudē facta non creditur. Quartò clarius hanc sententiam probat l. Diuus. §. causa. uer. sed & propter. ff. de petiti. hæred. Quintò huc pertinet quod si ob causam alimentorum licet patri proprium filium distrahere. d. l. 2. C. de patr. qui filios distrax. & supra arrigimus, & late scribit Tiraq. de retractu consang. §. 26. gl. 1. nu. 16. sequitur hanc esse probabilem causam alienandi alias non alienabilia. Sextò hinc uideamus, quod & si magistratus contrahere non possunt & emere aliqua in loco officij. l. principalibus. ff. si cer. pet. possunt tamen emere ad uictum necessaria. ita declarant omnes in dicta l. principalibus. ibi Alex. nu. 4. Iaf. col. 2. uerf. quartò limita. & Zasius num. 16. & clare probat l. 1. §. prouincias. C. de contrac. iud. Septimò accedit, quod si ob necessitatem famis licet alienare Deo dicata uasa & illis similia. l. sancimus nemini, prope med. C. de sacrosan. eccl. d. ca. cum aurum. 12. q. 2.

Declaratur primò hic casus, tunc locum non habere, cum iste in necessitate hac positus alia bona habuit unde alii potuit, & illa male consumpsit, quibus si commode & temperate usus fuisset, nihil sibi defuisset, nec ad inopiam atque paupertatem deuenisset; ut quia præter feuda, uel bona fideicommissa supposita, multa alia bona libera possidebat. si ergo illa male consumpsit, non potest ex causa uictus necessitatis hæc feuda, uel fideicommissaria alienare. ita docuit Soci. d. l. Marcellus. §. res quæ. nu. 3. ad Trebell. Verū, mea opinione, hæc Socini declaratio non differt ab his, quæ ipse scribit d. §. res quæ. nu. 4. de necessitate culpabili, & si enim necessitas hæc, de qua agimus, sit in se naturalis, attamen is ad eam reductus, sua culpa ad eam deuenit; ob id culpabilis dicitur, de ea ergo agemus infra in tertia specie.

Declaratur secundo hic casus ut locum sibi non uideat, quoniam ultra casum necessitatis fieret alienatio: nā tantū est solū alienandū, quantū ugens necessitas requirit. ita Bald. consil. 332. Præmittendū est ad euentiam, lib. 1. & d. consil. 20. in fi. lib. 2. quæ sententia sunt sententiæ Iaf. in l. creditor. nu. 3. in tertia limitatione. ff. si certū per. & l. q. Romæ. §. duo fratres. nu. 37. de uerb. oblig. Dec. l. si donatione. nu. 17. C. de colla. idem in cap. in præsentia. nu. 68. de proba. & consil. 403. nu. 18. Crau. consil. 24. col. 1. uerf. secundo rñdeo. & in rñso pro Genero. nu. 194. quæ quidem doctrina satis probatur ex l. ult. ff. de exercito. acti. ibi, quare & si in ea causa fuerit nauis, ut resciri deberet, multo rñ maior pecunia credita fuerit, quā ad eam rem fuerit necessaria. quo loci in specie Baldus scribit, non licere patri rem maximi ualoris spurio in alimentorum causam relinquere, sicque ultra necessitatem naturalem. Confert secundo tex. l. quod adipiscendæ. ff. de don. inter uirum & uxo. quo probatur donationē ab uxore uiro factam ad dignitatis consecutionem eatenus ualere, quatenus ipsa sola causa postulat. Tertio accedit tex. ubi glossa & Bald. in l. pen. C. quando decreto opus non est. quo probatur, executores testamentarios non posse rem magni ualoris distrahere, ut satisfaciāt dispositioni testatoris de re leui. & eā glossam egregiè declarat Bar. in l. alio. n. 13. ff. de aliment. & ciba. lega. Soc. seni. consil. 131. col. 5. uerf. subsequenter. lib. 1. idem Bar. in auct. hoc ius porrectum. num. 16. C. de sacrosan. eccl. si uilis extat gl. in l. quadiu. C. de distract. pigno. & sentit Bar. in l. creditor. ff. eo. Quartò huc propius spectat. l. cum ij. §. modus. ff. de transact. quem in hanc sententiam citat Baldus consil. 75. Quidam tutor. lib. 1. ex uerbis claris illius textus, ibi, modus habetur in transactione iuxta qualitatem personæ, non ultra. Quinto magis proximè confert l. magis puto. §. item Prætor. ff. de reb. eorum. ibi, ne propter res alienum modicum possessio magna distrahat. quem textum in hanc sententiam retulerunt Bald. d. consil. 75. & Dec. in d. l. si donatione. nu. 17. post Alex. ibi. C. de colla. & in hoc uersatur iudicis arbitrium, ut probat d. §. modus. & clarius. d. §. item si Prætor.

Tertia est necessitatis species, quæ culpabilis, seu data opera appellatur: illa est, cum quis lautè & prodigaliter uiuendo omnia profudit & euertit, atque ita deinde pauper & inops factus est, & hæc necessitas uere non est species necessitatis, sed casus, pro quibus quis in naturalem uel fatalem necessitatem incidit, sed sit

ut cumq; ex Baldi & aliorū doctrina hæc necessitas
 38 regulariter ꝛ iusta non est, nec excusabilis, cum illi
 imputandum sit, qui in eam se coniecit. l. fideiussor.
 §. si necessaria, ff. qui satisd. coga. sed quo res clarior
 reddatur, cum uarię in hac necessitatis specie sint Do
 ctorum opiniones, sunt aliquot casus distinguendi.
 39 Primus est, cum quis ex sua ꝛ culpa ad actum præ
 meditata & ordinata ad casum in necessitate incidit,
 hoc in casu hic nullo iure adiungendus est, nec enim
 ei cõceditur alienare feudum uel fideicommissum,
 uel quid aliud simile, ita clarè affirmarunt Castr. in l.
 et. §. ul. ff. sol. matr. l. in l. non tantum, in fine & l.
 sicut autem nu. 4. ff. de re iud. Dec. in c. quæ in eccle
 siarum, nu. 30. uer. secundus casus, & ibidem Marcus
 Mantua magni nōminis iureconf. nu. 64. de const. &
 Didacus lib. 2. uaria. resol. cap. 16. nu. 9. uer. secundò
 illud est, quæ doctrina satis probatur ex l. pen. ff. de
 iure dot. quo loci respondit iureconsultus, socero nō
 concedi priuilegium aduersus generum, ne ab eo cõ
 neniatur ultra quàm facere potest, si focer ipse spe do
 ris generum ad matrimonium cõtrahendum indu
 xit: & cum sciuerit, se dotem præstare non posse, id
 egit, ut genero insidiaretur, ita etiam secundo loco
 probat. l. etiam. §. licet. ff. sol. matr. clarius probat ter
 tiò. l. ul. §. ul. ff. que in fraudem cred. Quarto. l. Ti
 rius. ff. ad Trebell. Quintò. l. matrem & auunculum.
 ff. eo. & ultimo tex. §. nobis autem, uer. si. neque enim,
 in auth. de resti. quæ est Nouella 108. in illis uerbis,
 nisi dedita opera. & hoc in casu intelligitur regula d.
 l. si fideiussor. §. si necessaria, ff. qui satisd. cog.
 Et hac in re annotandum est quod scribit Castr. in l.
 40 Titius. nu. 1. in fine, ff. ad Trebell. ꝛ alienationem &
 dilapidationem bonorum præsumi factam ab hære
 de grauato dolosè & animo euerendi fideicommissi
 sum. idem rñdit Natta consi. 115. nu. 8. lib. 1. & Cra
 ue. in responso pro Genero in condimento, nu. 53.
 41 Secundus est casus cum ꝛ culpa non fuit ad casum
 ordinata nec præmeditata, ut puta aliquis iuuenili ca
 lore, non cogitans de castino, multa luxu & alea p
 sudit, credēs alia sibi superesse debere; tandem dixit
 per multos annos, grandem suscepit prolem, multa
 impendere oportebat, nihil lucrabatur, ut putè cu
 iusuis artis ignarus: quibus factum est, ut graui aere
 alieno grauatus, carcere mancipatus fuit; uel, ut sit,
 casu homicidium commisit, à cuius pœna ut libere
 tur, est necesse bona uel feudalia, uel fideicommissio
 supposita, uel alias inalienabilia distrahere: dubita
 tur, an huic succurrendum sit? Hac in re ita statuo;
 42 huic quidem esse succurrendum, in modū tamē ele
 mosynæ & auxiliij gratuiti, quemadmodum docuit
 post alios Decius in c. quæ in ecclesiarum, num. 30.
 uer. tertius & ultimus casus, de const. & Didacus d.
 lib. 2. uaria, resol. cap. 16. nu. 9. uer. contrariam. idem
 sensit Molinęus in additio. ad Decium d. cap. quæ in
 ecclesiarum in litera Z, atque ita hoc in casu intelli
 genda est gl. in cap. sacrorum. 12. q. 2. sic intelligitur
 Alex. in l. quamuis, num. 11. ff. sol. matr. dum inquit,
 quòd quando pater relinquit aliqua distribuēda pau
 peribus & pijs uisibus, in hanc causam erogari posse;
 nam ijs datur ut hominibus, non ut peccatoribus. ca.
 fratrem, in fine 86. distinet, ita etiam intelligo Fel. in
 c. significauit, de iudæis. c. si qui testium, nu. 11. de rē
 43 stib. qui paulò ante sensit, hunc pauperem implora

to iudicis officio posse cogere diuitem ad eleemosy
 nam ei præstandam, nam sibi ipsi facere non potest,
 quoniam hoc ei à lege non cõceditur. licet. n. si qui
 facultatem habet faciendi elemosynam, quemadmo
 dum Episcopus & his similes, quibus à testatore uel
 alio data sit hæc potestas, possint sibi ipsis elemosy
 nã facere, si in euidenti necessitate reperiantur, ut post
 multos scribit Fely. in cap. irrefragabili. §. ceterum.
 nu. 15. de off. ord. non tamen quilibet priuatus, qui
 aliena erogare & in eleemosynam dare non potest.
 44 quoniam ꝛ elemosyna de re aliena faciendâ non est.
 cap. sicut dignum. §. eos, de homicid. c. eam te, de iure
 iur. c. 2. ubi latè gl. & cap. elemosynam. 14. q. 5. nō er
 go poterit hic in necessitate hac positus sub hoc præ
 textu bona inalienabilia alienare, sed à superiori pe
 tere poterit, ut de his sibi succurratur, & is superior
 suo arbitrio iudicabit, an de his potius quàm de alijs
 faciendâ ei sit elemosyna. Ceterum, quoad illud, an
 45 ꝛ cã hæc necessitatis sit iusta & equa ut libere & ab
 solute, non autem in modum elemosynæ bona hæc
 alioqui inalienabilia possint alienari, dubia est Do
 ctorum opinio. multi senserunt, instam causam non
 esse. ita Fely. in d. c. quæ in ecclesiarum, nu. 67. & Mā
 tua nu. 64. Didacus d. lib. 2. uar. resol. ca. 16. n. 9. uer.
 tertio est in eadem, quibus addo Bal. d. consi. 20. uer.
 aut contraxit debitum. lib. 2. Soc. in d. l. Marcellus. §.
 res quæ, nu. 4. ad Trebell. l. in auth. res quæ, nu. 20.
 C. comm. de lega. Crotum in l. filiusfam. §. Diu. num.
 64. de leg. 1. Cur. iun. consi. 83. nu. 6. Tiraq. de legibus
 connubial. gl. 6. in fi. & Craue. in responso pro Genero.
 nu. 87. & ibidem in Corolario, nu. 39. & nu. 44. Ho
 rum uera sententia probatur primò eo argumento, quo
 46 usus est Soc. in d. §. res quæ, nu. 4. Filius grauatus ꝛ fi
 deicommissio non potest alienare cõtrahendo. l. ult.
 & auth. res quæ. C. comm. de leg. ergo nec delinquen
 do. l. Imperator. ff. de fideicom. liber. & si non pōt de
 linquendo alienare, ergo nec actum facere, ex quo
 alienatio sequi potest, ita glo. notab. & recepta in l.
 si ita quis. §. ea lege. de uerb. ob. l. codicillis. §. mater.
 ubi Bar. de leg. 2. idem in l. peto. §. fratre. de leg. 2. & in
 terminis feudilibus extat clarus tex. in c. 1. de inuest.
 de re alie, fact. & latè scribit Tiraq. de retractu consã.
 §. 1. glo. 14. nu. 14. propè medium. & in specie nostra
 ita etiam sensit Craue. d. responso pro Genero. num.
 64. Nec dicatur hanc argumentationem procedere
 cū data opera hic incidit in necessitatem: nã si licet
 argumentari à d. l. ult. & d. auth. res quæ. C. commu
 nia de leg. ad casum nostrum, illud ibi consideratur
 quãdo is fideicommissarius data opera alienat, quia
 respõdeo, imò alienantem data opera non alienare,
 ut subuertat fideicommissum, sed principaliter, ut si
 bi proficit, atque ita sua principalis intētio nō est euer
 tere fideicommissum, sed sibi prodesse, licet ex suo
 hoc facto secundario fideicommissum subuertatur.
 Secundo inquit Socinus, aut uolumus quòd ualeat
 alienatio, ut in pium usum, & tunc est falsum, quia hæc
 fideicommissio supposita ita alienari non possunt, au
 thé, nisi rogati, C. ad Trebell. & confert quod iam di
 ximus, elemosynam de re aliena fieri non oportere.
 Aut uolumus quòd ualeat alienatio tãquam facta ex
 causa necessaria & adhuc etiam falsum est, inquit So
 cinus) quia tunc ualeat alienatio, cum necessitas pro
 uenit ex persona testatoris, l. cum fidei. ff. de fidei cõ.
 liber.

liber. d. l. filiusfam. §. Diu. de leg. 1. Sed fortè hæc ar
 gumentatio nō cõcludit, quoniã partes omnes enu
 meratæ nō sunt. nam & ex persona ipsius hæredis &
 successoris, necessitas prouenire potest, ut naturalis
 & fatalis: & hæc ex culpa nō præmeditata, quæ an iu
 stam causam alienandi præstet, à uirtute huius argu
 mentationis non demonstratur.

47 Tertio, & melius mouetur is Socinus, ꝛ Deliquēs
 debet perdere priuilegium sibi indultum. l. sed si ex
 parte. §. quamquam. ff. qd cum eo. l. relocatorum, in
 fine. ff. de interd. & releg. l. auxilium, in principio. ff.
 de mino. si ergo perdit priuilegiū, quod habet, à for
 tiori ex eo delicto, quod nō habet, acquirere nō po
 test: atque ita ex hoc facto concedi ei nō debet facul
 tas alienandi non alienabilia. Nec huic argumētatio
 ni aduersatur ratio Fulgosij, quã pbauit Alex. d. l.
 quamuis. nu. 11. uer. nō obstat q. ff. sol. matr. & sensit
 Iaf. d. auth. res quæ. nu. 21. C. com. de lega. nēpè, illã re
 gulã procedere, qñ culpa est ordinata ad casū, non
 econtra, ut declarat Bar. in l. 2. ff. si quis cautio. qm
 infra ostēdam rationem hanc leuē esse, & Fulgosij
 sententiam non defendere.

48 Quarto adducitur in hanc sententiã Iafon, ꝛ q
 culpa huius non debet alteri nocere. l. sine heredita
 ria. ff. de neg. gest. & iniquissimū est ex facto unius al
 terum prægrauari. l. ex duobus, in fin. ff. eo. de neg.
 gest. l. 1. in prin. ff. de alien. iud. mut. cau. fact. l. si qs
 49 in suo. §. legis. C. de inoff. test. & unius ꝛ negligētiam
 alteri non nocere, probat l. rem hereditariam, in fi.
 ff. d. euct. & iuri naturali refragatur, ut un⁹ ex facto
 alterius lædatur. l. 1. C. ut null. ex uicari. li. xi. qm ue
 rō, in auth. ut nulli iud. quæ iura ita ad rem hanc nos
 tram recēset Craue. in responso pro Genero. nu. 91.

Quinto clarius pbatur ex tex. l. bona fides, i prin.
 50 ff. de pos. libi, dignum est, ut malè meriti ꝛ egestate la
 borent. quem textum in hãc sententiã citauit Bal.
 in d. auth. contra rogatus. nu. 5. C. ad Trebell. Fel. i. c.
 quæ in ecclesiarū. nu. 67. de const. inquit tamē Alex.
 in l. quamuis. nu. 11. uer. si. item. l. bona fides. ff. sol.
 matr. ad rem textum illum non facere, quod qua ra
 tione hoc fit, non declarat. illud forte sensit, quia lo
 quitur de eo qui in pœnam sui delicti omnibus suis
 bonis priuatur, & illa fisco deseruntur; atque ita eo
 loci rectè scriptum est, iuri ciuili esse cõsentaneum,
 ut egestate laboret. nos autè loquimur in eo, qui ob
 bonorum consumptionē pœna plectitur, nec bonis
 priuatur. Sed uerius opinor ad rem conferre illud re
 sponsum, sumpto. s. argumento à ratione illa, dignū
 est, ut malè meriti egestate laborent. negat lex esse il
 li succurrendum, qui male meritis est, qualis hic est,
 qui sua culpa in necessitatem incidit.

51 Sextò huic communi sententiã suffragatur, ꝛ quo
 niam imputandum illi est, qui se suo facto in neces
 sitate posuit. l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisd.
 cog. l. 2. §. si quis tamen. ff. si quis cautio. l. Papinian⁹.
 ff. de mino. l. si dictum. §. si compromisero. ff. de euct.
 c. intelleximus, de iud. quæ iura in hãc sententiã recē
 set Craue. d. responso p Genero. num. 44. 87. 88.

52 Septimò illud maxime urgere uidetur, ꝛ neces
 sitas illa dicitur, quæ principium habet necessariū,
 quemadmodum sensit Baldus d. consi. 20. quæ sic de
 clarat & intelligit Tiraq. de retract. cõsang. §. 1. gl. of.
 14. n. 15. & latissime hoc affirmat Craue. in d. respõ

so pro Genero. nu. 93. 95. & alijs in multis locis illi⁹
 respon. quibus ego addo Corneum consil. 292. nu.
 5. lib. 2. dum respondit, hæredem esse debitorem uo
 luntarium inspecto initio suæ obligationis causata
 ab aditione, quæ merè uoluntaria est. & cū Corneo
 idem senserunt Soc. iun. cõsi. 130. in fi. lib. 2. Io. Ron
 chegallus in l. 1. nu. 22. de duob. reis. qui post Iafonē,
 Deciū & alios in auth. præterea. C. unde uir & uxor,
 53 scribit, ꝛ debitorem uoluntarium dici, qui dotem uo
 luntarie recepit, & si deinde necessario restituere co
 gatur, idem cum Ronchegallo tradit Phanucius in cõ
 mentarijs De lucro dotis, in glo. 8. nu. 89. sed hic ex
 sua culpa in necessitate potius propriè & uere nō di
 citur positus in necessitate, ut illi succurratur, ex
 quo necessitas hæc dici non potest.

Octauò ac ultimò conferunt rationes illæ, quas cõ
 siderat Soc. d. l. Marcellus. §. res quæ. nu. 3. ad Trebe.
 54 dum scribit, ꝛ filium sua culpa ad naturalem neces
 sitatem redactum, non posse alienare fideicommissio sup
 posita, quam doctrinam attigi supra nu. 31. ea ratio
 ne in primis utitur: pater legis dispositione, imò iu
 re naturæ renetur filium alere. l. si quis à liberis. §. 1.
 55 ff. de lib. agno. at tunc non tenetur amplius pater
 cum is filius ex lata sua culpa assignatam pro ipsis ali
 mentis portione malè consumpsit atque dilapida
 uit. ita Bal. d. auth. contra rogatus, C. ad Trebel. Alex.
 in l. si cum dotem. §. 1. ff. solu. matr. l. in l. scimus. in
 prin. nu. 6. C. de inoff. testam. Secunda ratione utitur
 Socinus ab hac prima nō multum dissimili, si pater
 56 in testamento ꝛ legitimam filio assignauit, & eam. is
 deinde malè consumpsit, alteram legitimam pater as
 signare non tenetur, nec mortuo patre alteram legiti
 ma ex bonis fideicommissio suppositis detrahare po
 test. ita Bal. d. l. scimus, in prin. nu. 11. & ibi Iaf. nu. 6.
 C. de inoff. testa. ergo idem in casu nostro, ita etiã af
 firmant relati interpretes in dote, ꝛ quam si filia ma
 57 lè sua culpa consumpsit, iterum eam dotare patrē nō
 teneri. quod clarè affirmarunt Bar. & Alexan. in d. l. si
 cum dotem. §. 1. sol. matr. idem Alex. in auth. quod lo
 cū. nu. 9. C. de colla. Ripa. l. 2. §. 1. nu. 7. ff. solu. matr.
 Boer. q. 13. nu. 5. qui multos recenset, illis addo Co
 rasium in l. qui liberos, n. 94. ff. de ritu nup. & Tiraq.
 in l. boues. §. hoc sermone. limit. 9. nu. 4. de uerb. sig.
 huc etiam spectat quod tradit Card. & ceteri in ca.

58 cum Apostolus. §. prohibemus. de cens. ꝛ Episcopum
 non posse exigere subsidium charitatum ob neces
 sitatem, in quam sua causa incidit. sic etiam cõsuluit
 Alex. de Neuo consi. 57. num. 1. His constat malè sen
 sisse Fulgosium in auth. res quæ. C. commu. de leg. &
 Decium in d. cap. quæ in ecclesiarum, nu. 30. in fi. de
 const. dum scriptum reliquerunt, posito in necessita
 te ex sua culpa ad factum non præmeditata succurri,
 ut possit bona fideicommissio supposita alienare, sic
 huic succurrendum esse senserunt Alex. in l. si fideiuf
 for. §. si necessaria. ff. qui satisd. cog. d. l. quamuis. col. 2.
 sol. matr. Fel. in cap. si qui testium, in fi. de test. ib. & i
 c. cùm inter. nu. 20. de except. & nouissimè Arius Pi
 nellus in rep. auth. nisi tricenis. n. 46. in fi. C. de bo
 nis mater. malè equidem sentiunt. nec enim eorū fū
 damēta opinionem hæc adiuuat, & primò tex. auth.
 contra rogatus, à Fulgosio perpessus: quoniam illi re
 cte responder Soc. d. §. res quæ. nu. 4. in fi. Non etiam
 urget secūdo illa ratio, quæ multum mouet Decium

59 & ceteros, nempe, ꝑ culpam ad casum non ordinatā considerabilem non esse. cap. quia diuersitatem. ubi glossa in uerbo Suspensus, de concess. præbend. l. nō omne. ff. de statulibe. l. is qui. ff. de act. & obligat. Bar. d. l. 2. §. ultimo. ff. si quis cautio. Fel. d. cap. cum inter. num. 20. de except. Ripa in cap. r. nu. 14. propè medium, de iudic. sed in casu isto culpa non est ordinata ad necessitatem, non ergo est considerabilis, atque ita necessitas hæc iusta censetur secundum hos Doctores, ac illa, quæ ab initio iusta est. Respondeo, atq; uerum illud autumo, ꝑ culpa ad casum non ordinatā, nō est considerabilis nec ad pœnam, nec ad præmiū; nec inquam ad commodum, nec ad damnū, non esse considerabilem ad pœnam, satis probat d. ca. quia diuersitatem, de concess. præbend. dum ibi Episcopus excommunicatus non priuatur suo iure conferendi, si ob excōicationem fuit impeditus; qm̄ excommunicatio non erat ordinata ad casum collationis. sic probat l. non omne. ff. de statulib. dum non impedimentum non ordinatum ad casum libertatis sed ordinatū ad pœnam hæredis non manumittentis consideratur. ita et procedit l. is qui. ff. de act. & oblig. huius rei rō est, quam considerat Abbas in d. ca. quia diuersitatem, numero 11. post glossam ibi, quia licet ille casus euenit, qui alias pœna dignus est, non tamè punitur tunc, eo quia præter suam uoluntatem immediatè euenit, iuxta l. uerum. ff. de fur. c. si concupiscētia, cum cap. seq. 15. q. 1. Quod autem hæc culpa ad casum non ordinata, non sit considerabilis etiam ad commodum, probat d. capit. intelleximus, de iud. ibi, ne ex sua malitia cōmodum reportaret. sic probat d. l. 2. §. si quid tamen. ff. si quis cautio. ut ostendunt illa uerba, ibi, exceptionem prædesse. sic probat l. Papianus, lib. 2. ff. de minor. idem probat l. si dictum. §. si cōpromisero. ff. de euct. dum negatur illum compromittentem, cuius factio secuta est euctio, non confecti commodum duppla; & si pretium rei non amittat, ut ibi glo. sentit, & declarat Orianus trac. de arbitri. parte ult. q. 3. in fi. & d. cap. cum inter, de excep. Est ratio, quæ in d. capitu. intelleximus, adfertur, ne hic ꝑ culpōsus ex sua malitia commodum reporter, atque sentit Decius in d. c. intelleximus. num. 5. & d. cap. cum inter, nu. 2. 3. dum affirmat, facta ab excōmunicato non ualere ad eius commodum. idem in casu nostro sentit Iaf. in l. 2. §. quod diximus. nume. 9. ff. si quis caut. & Marf. sing. 263. si ergo hæc culpa ad commodum nō prodest, sequitur quod hoc in casu hic culpōsus non potest consequi facultatem alienandi, quam non habet. Et si dicatur, hæc culpa non priuat; respondeo, hic non agi de priuatione cum eā facultatem alienandi nunquam habuerit, si quidem uerè, qui ob necessitatem alienare potest de nouo in priuilegio quodammodò cōsequitur hoc commodū alienandi aliàs inalienabilia. hæc ergo necessitas culpōsa considerabilis non est, ut hoc priuilegium & commodum tribuat.

62 Declaratur primò hic casus, ut nō procedat ꝑ in herede illius, qui malè substantiam consumpsit; nā, si is ex facto sui prædecessoris in necessitatem incidit, ut puta, quia ex ære alieno ab ipso prædecessore contracto, hic hæres carcere mancipetur: is poterit inalienabilia alienare, ut huic suæ necessitati, in quam sine sua culpa incidit, subueniat. ita declarat Dida. lib. 2.

uaria. resol. c. 16. pag. pen. uers. fateor tamen. citat huus suæ Bar. & Alex. & alios nonnullos, qui hoc fore non sentiunt. illa ratio præcipua uideretur, quia in hoc cessat illa culpa, quæ in eius antecessore consideratur. sed fortè aduersus hanc declarationē urget illa consideratio, ꝑ si hic est hæres, suo facto se posuit in necessitate; quoniam (ut supra attingimus) cum potuerit se abstinere, adeundo dicitur factus dabitōr uoluntarius. hæc ergo declaratio possit uerius procedere, quādo huic successori nihil imputari potest, ut quia exitisset as alienum latens, uel quid simile. est tamè cogitandum. Et si uera est hæc declaratio, ex ea colligitur notabilis extensio ad illud decretum antiquū Pedemontium, quo permissa est alienatio feudi ob causam necessitatis. licet enim illud decretum intelligatur de necessitate, quæ non habet principium uoluntarium, ut latissimè illud decretum est interpretatus Crau. d. responso pro Genero, nihilominus haberet locum in casu isto, ex ratione iam relata.

64 Declaratur secundò ut non procedat ex coniecturata uoluntate illius, qui rem inalienabilem constituit, ut puta in testatore, qui proprium filium onere fideicommissi grauauit, si sine filijs decederet; nam hic grauatus ex culpa ad factum non ordinata consūpsit bona alienabilia, & sit ab hostibus captus, & nō habeat unde se redimat, nisi bona fideicommissi supposita alienet. uel si ob delictum casu perperratū, est carcere mancipatus, (inter duos hos casus uerè differentiam nunc non constituo) & redimi non potest, nisi hæc alienentur, opinor ex coniecturata uoluntate patris fideicommittentis posse alienari, atque ita hoc in casu procedere potest opinio Fulgosi in d. athen. res quæ. quam defendit Crotus in d. l. filius fam. §. Diui. num. 66. de leg. 1. & ibi Ferd. Ilerd. num. 363. Molinæus consi. 23. & hanc opinionem sensit in puncto iuris ueriores Alex. d. l. Marcellus. §. res quæ. nume. 3. & ibi Soc. nu. 4. in fin. post Maria. Sen. idem sē sit, quando huic filio non leue periculū, ut putā mortis, uel mutilationis membrorum immineret. illa rō pro hac sententia multū urget, quod ob incredibilem amorem, quem pater erga filium habet, lex interpretatur patris mentem fuisse, ut potius necessitatē huius sui filij consulat, quam ut bona ipsa fideicommissario restituantur. quemadmodum lex etiam interpretatur uoluntatem testatoris fuisse ut filij heredis, quoniam nulla facta est mentio in testamento, substitutum excludant. l. cum auus. ff. de condi. & demon. l. gener. aliter. §. cum autem. C. de insti. & subst. & in hac opin. resideo. & si Didac. d. lib. 2. uaria. resol. cap. 16. nu. 9. uers. tertio est. dissentiat. Intellegimus tamen hanc declarationem procedere solum in fideicommissis, & his similibus. in quibus uoluntas disponentis coniecturari potest, non autem in feudo uel bonis ecclesiæ.

66 Quarta nunc est ꝑ necessitatis species, quæ à legis dispositione causatur; ut est quando lex iubet patrē filiam dotare. l. ult. §. pen. C. de dotis promiss. l. qui liheros. ff. de ritu nup. hanc ꝑ necessitatem præcisam appellat Crau. d. responso pro Genero in Corollario, nu. 4. ob hanc ergo ꝑ necessitatem licet alienare bona aliàs inalienabilia, ut bona fideicommissi supposita. l. à filia, in prin. & l. mulier. §. cū proponeretur. ff. ad Treb. auth. res quæ. C. com. de leg. clarus tex. in nouella

nouella 108. de restit. uers. & quidem si dotē. atq; ita omnes affirmat in d. auth. res quæ. & d. l. filius. §. Diui. alijsq; locis, quos statim referam.

69 Extenditur, ut procedat etiam pro dote restitue da. si quidem eius causa ita iusta, & necessaria est, ut illa cōstitutionis dotis: pro restitutione ergo alienari poterit fideicommissio supposita. ita crebrius receptum est, ut reulit Iaf. in d. auth. res quæ. nu. 29. idem Iaf. cōsi. 157. col. 1. lib. 2. Decius consi. 376. & consi. 519. nu. 2. restatur hanc opinionem esse uerierem & receptiorem. idē facit Curt. lun. d. auth. res quæ. nu. 11. Ruin. cōsi. 89. nu. 4. uers. sed tamen his non obstantibus. & consi. 199. nu. 13. lib. 2. Ripa l. nemo potest. nu. 77. de leg. 1. Gozad. consi. 97. nu. 10. Rol. à Valle consi. 85. nu. 3. lib. j. & Didacus lib. 3. uaria. resol. cap. 6. nu. 10. uers. quarto non tantum.

70 horum sententiam uerè probat tex. §. audierit, ꝑ & §. quam obrem. in auth. de restit. & ea quæ parit i. xi. mense. est Nouella 39. quo loci refert Iustinianus ꝑ frater defuncti grauati uendicabat bona fideicommissio supposita, & illius defuncti uxor conquirebatur, quod dotem iniuste perdebat: dicebatq; ꝑ si ipsa fuisset præmorta, quod maritus fuisset lucratus dotem: & ob id iusta ratione & ipsam nō solum de bere lucrari donata ante nuptias, sed & consequi dotis restitutionem, non obstante causa fideicommissi determinat Iustinianus uxorem cōsequi debere dotem super bonis fideicommissio suppositis. ita ea ratione motus fuit Iustinianus, quia æquum non est, ꝑ ob ignoratiam fideicommissi dotem amitteret mulieres. quæ ratio præsupponit iam fideicommissum in ductum atque constitutum fuisse ante dotis cōstitutionem. Ex quibus tollitur eorum consideratio, qui debebant constitutionem illam solum loqui cum dos est data ante inductum fideicommissum. uera in quā non est hæc consideratio, ut ipsius constitutionis relata uerba ostendunt. Accedit, quod si ita diceremus, parum dubitabilis fuisset is casus à Iustiniano tā maturè & deliberatè diffinitus. Nec etiā illud aduertatur, quod ignoratiam illi mulieri prodesse nō debuit: ut potè, quod cum alio cōtrahit, illius considerationē perscrutari debet. ꝑ. qui cum alio. de reg. i. quia responderetur, regulam illam non procedere secundum Decium ibi nu. 3. uers. & ista. quādo à iure ignorantia iusta iudicatur, & hoc in casu iudicatū fuit. cōfert lult. in fi. ff. qui per. tut. quo loci scriptū est, ꝑ uirilis potius officij esse scire & perscrutari hominis conditionem, quam mulieris. Accedit, ꝑ ut plurimum mulieres à uiris ut à patre, à fratribus, uel consanguineis matrimonio collocantur. illorum ergo negligentia, quæ fuit in non perscrutando conditionem mariti non debet posse nuptæ mulieri nocere, iuxta l. rem hereditaria. ff. de euct. & supra attingimus. Conferet & illud, non ita de facili, (quemadmodū quotidiana experiētia docemur) sciri potest, an fue rit fideicommissum à testatore cōstitutū uel non. Altera est ratio, qua motus est Iustinianus ad ita statuendum: quoniam causa fideicommissi respicit priuatam utilitatem, causa uerò dotis publicam; illi ergo priuata hæc publica anteferri debet. l. utilitas. C. de primipil. l. 1. 2. Hinc intellegimus malè sensisse

73 ꝑ Angelum in auth. de restit. Iaf. d. auth. res quæ. nu. 29. in fin. & consi. 131. nu. 3. lib. 2. Ruin. consi. 123.

nu. 13. & consi. 137. nu. 18. lib. 2. qui sibi parum constantes affirmant; pro restitutione dotis nō licere alienare fideicommissum. & quam opinionem probauerunt Soc. Jun. consi. 119. nu. 17. lib. 2. Alc. resp. 555. nu. 3. Paris. consi. 52. nu. 34. & consi. 63. nu. 46. lib. 2. qui communem hanc testatur, & si malè horum opinio malè nititur ex tex. d. auth. de restit. quem contrariam probare & diffinire iam ostēdimus. Nititur & illa secunda ratione, quia quando dos est data ante fideicommissi constitutionem, iam bona ipsius testatoris pro dotis restitutione obligata erāt: ergo diuersum est, cum dos post fideicommissum datur; nā hoc modo de facili esset inuēta uia, qua fideicommissa subuerterentur, hanc rationem considerat Alcicius loco iam citato. Verum probabilis non est hæc consideratio, quoniam par est ratio in dote, ne scilicet fideicommissi ignorantia amittatur, ut iam diximus, alijs etiam responsionibus satisfaciunt Curtius & Rolandus locis iam citatis. Non quoque obstat, quod hoc modo sequeretur euersio dotis, cuius causa fauorabilior est causa ipsius fideicommissi, ut iam diximus. Accedit, fideicommissa non posse subuerri, quoniam possint fideicommissarij à tertijs possessoribus alienata reuocare, quemadmodum probat text. §. si uerò cōtigerit quartam. in auth. de resti. est Nouella 108. non est ergo recedendum à communi opinione. Hæc habui, quæ ad casum hunc scriberem.

S V M M A R I V M.

- 1 Cessionis beneficium cur inuentum.
- 2 Debitores lege 12. tab. in seruitute operas præstare tenentur.
- 3 Quintiliani locus.
- 4 Cæcilij Iurisconsulti locus.
- 5 Lex 12. tab. de ære alieno obnoxij.
- 6 Liuji locus de nexu æris alieni.
- 7 C. Cæsaris constitutio de pecunijs mutuis reddendis.
- 8 Cessionis beneficium quod.
- 9 Statutum Brixie ca. 113. in ciuilibus. sub rubr. de nō faciendo cessionem, strictè interpretatur.
- 10 Statutum Veronæ lib. 2. cap. 63. Quod nullus possit se obligare. cum iure communi conuenit.
- 11 Cessionis beneficium miserabile & calamitosum.
- 12 Cessionis beneficio gaudent etiam filij familias.
- 13 Cessionis beneficio gaudent etiam collegia & uniuersitates.
- 14 Statutum Papiæ 64. in ciuilibus. sub rubr. de cessione fienda. declaratur nō habere locum in uniuersitate.
- 15 Uniuersitas ignominia affici non potest.
- 16 Statuta loquentia per uerbum, si quis, uniuersitatem non comprehendunt.
- 17 Cessionis beneficium multis i casibus cessat, remissiuè.
- 18 Cessionis beneficio renuntiare expressè non potest.
- 19 Cessionis praxis.
- 20 Cessionis forma.
- 21 Cedens deducit unde alimenta habeat.
- 22 Cedens bonis ignominiosè, ut Papiæ ex statuto in ciuilibus, omninò, & semper liberatur.
- 23 Guidonis Papiæ questio 343. Cedens, defenditur.
- 24 Cedens bonis an cogi possit domum uel turrim magni ualoris, sed tenuis redditus alienare.
- 25 Debitor ut soluat inquantū facere potest an ex proprietate

- 26 *Alimenta ex redditibus non ex proprietate praestari.*
- 27 *Valor communis spectatur in cessione bonorum.*
- 28 *Iudicis arbitrium uersari, an debitor domum parui redditus & magni ualoris uendere debeat, ut creditori satisfiat.*
- 29 *Cessionis beneficium inter clericos quid tribuat.*
- 30 *Praxis cessionis inter clericos.*

CASVS CLXXXIII.

DE CESSIONIS BENEFICIO, ET quando res magni ualoris, sed tenuis redditus distrahatur, ut creditoribus satisfiat.

Cum de bonorum cessione nostri agunt, casum unum egregium iudici arbitrarij recesit, quae hoc loco explicaturus sum, sed prius aliqua utilia & notata digna in hac ipsa tractatione recensere. Sciedum est itaque ante omnia cessionis beneficium ea ob causam adinuentum fuisse, ut debitoribus inopia laborantibus, qui alioqui iuris cruciatibus ab eorum creditoribus afficiebantur, succursum esset. Si quidem ante leges xij. tab. obseruabatur, ut debitores in seruitute operas praestaret quamdiu creditoribus esset satisfactum, quod ostendit Quintilianus lib. 8. Orat. inst. c. 4. his uerbis; Circa ppria ac differentias, magna subtilitas: ut cum quaeritur, an adductus, quem lex seruire donec soluerit, iubet, seruus sit, hanc legem hodie seruat Hispania, cum ex Regni legibus sancitum sit debitores debere creditoribus seruire iudicis arbitrio, donec illis satisfactum erit. cuius quidem legis meminit Didac. Couarr. lib. 2. uaria. resol. c. 1. nu. 5. & quae quidem lex hodie iuri communi refragatur. extat enim l. ob ars. C. de actio. & oblig. cum auth. subsecquentibus, quibus haec seruitutes prohibentur. ex l. duodecim tab. licebat creditoribus in suos debitores seruire. quod Caeilius Iureconf. his testatus est: Vincit debitoribus ius erat paciscendi; ac nisi pacti forent, habebantur in uinculis dies sexaginta. inter eos dies trinis nundinis Praetorem ad comitum producabantur; quantaq; pecuniae iudicatae essent, praedicabatur. tertijs autem nundinis capite pœnas dabat, ut trans Tiberim peregre uenire ibant, sed eam capitum pœnam lancientis fidei gratia, horrificam atrocitatis ostentat, nouisq; terroribus metuendam reddiderunt: nam, si plures forent, quibus reus esset iudicatus, secare si uellent, atque partiri corpus addicti sibi hominis permiserunt. Hac Caeilius. Leges aut 12. tabu. uerba haec sunt; (quemadmodum doctè recenset Carolus Sigonius lib. 1. de antiquo iure ciuim Roman. c. 6.) Tertijs nundinis partes secanto, si plus minus uel secuerunt, sine fraude esto. quam quidem legem recenset Gellius lib. 20. noct. atti. c. 1. & Fabius lib. 3. orat. insti. c. 8. d. u. scripsit: Sunt quaedam non laudabilia natura, sed iure concessa, ut xij. tabulis debitoris corpus inter creditores diuidi licuit: quam legem mos publicus repudiavit. hancq; repudiationem & clarâ abrogationem factâ esse sub consulatu L. Papyrij, & C. P. uilij Visoli, anno 427. ab urbe condita, & anno 184. ab eiectione Regibus testatur L. iunius lib. 8. primae decadis. qui haec uerba scripta reliquit: Eo anno plebi Romanae, uelut aliud initium libertatis factum est,

quod necesse deseruit: si mutat autem ius ob unius feruatoris simul libidine, simul crudelitatem insignem. L. Papyrius is fuit, cui cum se C. Publius ob eas alienum paternum nexum dedisset, quae aetas, formaq; misericordiam elicere poterat, ad libidinem & contumeliam animum accenderunt; & florem aetatis eius fractum aduentitium crediti ratus primò pellicere adolescerem sermone incesto est conatus: dein postquam aspernabantur flagitium aures, minis territare atque idē admouere fortunâ; postremò cum ingentis tatis magis, quam praesentis conditionis memorem uideret, nudari iubet, uerberaq; afferrī. Quibus laceratus iuuenis cum se in publicum proripisset, libidine, crudelitatemq; conquerens saneratores, ingens uis hominum cum aetatis miseratione atq; indignitate iniuriæ accensa, tum suae conditionis liberumq; suorum respectu, in forū, atq; inde agmine facto ad curiam concurrerit: cum Coss. tumulto repentino coacti senatū uocarent, introeuntibus in curiam patribus laceratū iuuenis tergū procumbentes ad singulorum pedes ostentabat, uictū eò die ob impotentem iniuriā unius ingens uinculum fidei, iussiq; qui noxam meruisset, donec pœnam lueret, in cœpedibus, aut in neruo teneretur: pecunia creditâ, bona debitoris, non corpus obnoxium esset. ita nexi soluti cautumq; in posterum ne uerteretur. Hec L. iunius. C. Caesar uero (ut autor est ipse in commentariis in initio lib. 3. de bello ciuili, Claud. Suetonius i illius uita c. 42.) de pecunijs mutuis desecta nouarū tabularū expectatione (quae crebro mouebatur) decreuit tandem ut petitores creditoribus satisfacerent, per estimationem possessionum, quanti quasq; ante ciuile bellum comparasset, deducta summa aris alieni, quid usurae nomine numeratū, aut pscriptū fuisset: qua conditione quarta pars fere crediti deperibat. quae quidem lex Iulia & ad ceteras prouincias porrecta est, quod prebat l. legis Iulij. C. qui bonis ced. poss. sibi, ad prouincias porrectū est, cuius rei meminit. saluum tamen semper fuit ius creditoribus conijciendi debitorem in carcerem publicū. l. 2. C. de exacto. tribu. lib. 10. Quo et onere ut debitores aliqua uia liberarentur, induxit lex cessionis beneficium magnū quidem, cum efficiat, ne debitores etiam condemnati in carcerem detrahantur. l. 1. C. qui bonis ced. poss. qd sanè caput & legis Iulij esse opinor. comprobatur deinde ab Alexandro, Diocletiano & ceteris Imperatoribus. quâquâ in multis Italiae ciuitatibus sit ius commune correctum per ipsorum locorum statuta, ut Brixia, ubi extat statutum in ciuilibus, c. 113. De non faciēdo cessionem bonorum quod sanè statutum strictam illam recipiet interpretationem. quam iura correctoria recipere solent. Verona uero est cautum statuto lib. 2. c. 63. quod nullus possit se obligare ut personaliter pro debito carceretur, nisi certis casibus: quod cum iure communi conuenit. Ceterum auxiliū hoc cessionis miserabile esse & calamitissimum dixit Iustinianus in l. ult. C. qui bonis ced. poss. & in §. si quis autem. in auth. ut de term. sit num. cler. hoc beneficium gaudet non modò patresfam. sed & filijfam. l. pen. ubi docto. C. qui bonis ced. poss. & respōdit Paris. consi. 94. nume. 56. lib. 1. tributum est etiā beneficium hoc uniueritati, ut puta collegio, & ecclesie. d. §. si quis aut. quem locum annotauit & consultiss-

sultissimus Petrus in tract. De re militari, parte nona, titu. De saluis conductib. nu. 48. quae sanè uniueritas solam iuris communis formam obseruabit: non autem illam, quâ ignominiosam locorum statuta san- 14 cauerunt: quemadmodum Papiæ, ubi cautū est statuto, 64. in ciuilibus sub rub. De cessione siēda super lapidem communis Papiæ, debitores cedentes ignominiose in forum bonis cedere. quae ignominia tēcum uniueritas affici non debeat, est. n. corpus quoddam fictum, l. si quis maior, nu. 7. C. de trans. ex l. mortuo. ff. de fideiuss. ei nō conuenit praestitura illa cessio. 15 nis forma. Accedit, qd statuta, quae his uerbis loquuntur; si quis, quincunq; & his similibus, non comprehendunt uniueritates, quemadmodū annotauit l. si in d. l. si quis maior, nu. 7. uers. secundū & fortius. & plura apud Calcanem consi. 1. nu. 2. 3. Paris. consi. 21. nu. 30. lib. 4. & consi. 124. in si. Rebuffum tract. De pacificis possessio. nu. 6. & Craue. Tracta. De antiq. tempo. 4. parte principali, nu. 149. Conceditur & beneficium hoc cessionis clericis & ecclesiae. c. Odoardus. extra de solutio. Roma. sing. 59. Quero an ecclesia, & dicam in fra suo loco, sunt postmodum multi casus, in quibus cessat cessionis beneficium quos quidem casus recenset l. si in §. ult. insti. de actio. & Neuiz. consi. 59. Didacus lib. 2. uaria. resolu. c. 1. apud quos uide re etiam est, an huic beneficium renūtiari possit. & recepta magis opinio illa esse uidetur, expressè renūtiari nō posse. nam communem esse testatur Didacus d. c. 1. nu. 7. & Neuiz. d. consi. 59. nu. 6. quam receptam opinionem secutum est relatū statutū Papiæ 64. quo constitutū, nec etiam iuramento cessionis beneficio renūtiari posse. Praxis autem cessionis est, ut cessione 17 facta à debitore secundum uel iuris cōis, uel statuti dispositionem, curator detur bonis cessis, & illius auctoritate haec subiiciantur, plusq; offerenti liberentur: ita Crau. consi. 213. nu. 1. post Bal. & Ang. quos recenset, & attingi supra in casu 146. ea postmodum sub forma conceditur cessio, si is cedens caueat, qd ad pinguiorem fortunam reuersus satisfaciet. d. §. ultimo, insti. de acti. omnes. d. c. Odoardus. de solut. qd intelligitur, ut ibi habetur in quantum facere potest, & deducto ne egeat; qm inhumanum est (inquit Iustinia. d. §. ult.) spoliatum omnib. suis fortunis in solidū damnari, t̄ deducet ergo iste debitor ad pinguiorem fortunâ peruentus congrua ex suae personae conditione alimenta, l. 4. ff. de cessione. bon. illud tñ annotandum erit qd ubicunq; quis bonis cessit ex ignominiosa illa forma à statutis sancita, ut ex statuto iam relato Papiensi, non tenebitur is aliquid soluere, sed in totū liberatur; cum ex ea ignominia satis punitus uideatur. ita affirmat Bellus d. trac. De re militari par. 9. tit. De saluis conductib. nu. 47. qui inquit, se alibi legisse, & si tunc locum memoria excidisse profiteatur. iusta sanè in uiro illo excusatio, postea quâ grauissima munera, quib. penè obruitur, obliuionis causam praestiterunt. Ego memini hanc iniam firmatam fuisse a Guido. Papæ q. 343. Cedens bonis. qd ea rōne probat, quia ignominia, quae pœna corporalis est, loco pecuniarij debiti succedit. argumento sumpto è glossa in c. sicut dignum, §. eos in super. de homic. qd singularem ibi dixit Felin. & ante eum Rom. sing. 24. Verum de ueritate decisionis Guid. Papæ multum dubitauit Didacus d. lib. 2. uaria. resolu. c. 1. nu. 6. in

fi, eò quia non uidetur debitum mutari in illam cessionem, cum per eam nec ciuilis, nec naturalis obligatio tollatur, sed sola paratur exceptio. hęc rō procederet, si nuda, atq; ita iuxta communem iuris dispositionem & formam esset, at cum ignominiosè sit, illa est pœna, quae solutionis loco subrogatur, ex l. ult. ff. de in ius uocan. & tantò fortius haec Guidonis suâ locum hēt in statuto iam relato Papiensi 64. quo preter illâ ignominia pcutiendi lapidem natibus illa et adicitur qd tāq; infamis priuatur oī beneficio & munere ciuitatis, imò nec ferre testimonium potest. Sed dubitationis est (ut casum iudici arbitrarium 24 attingam) quid si ei, qui bonis cessit, donata fuit turris uel domus nobilis & magnifica, quorum quidem proprietates magni ualoris est, sed redditus admodum sunt tenues: utrū ne debitor iste cogi possit proprietatem alienare & creditori soluere, uel possit dicere, se ex redditib. tñ uelle satisfacere, uel loco habitatio nis eam domū habere uelle? Hac in re opiniones fuerunt. nā Bart. in l. qui bonis. ff. de cessione. bon. docuit, in exigendo illum debito ut soluat in quantum facere potest, solum esse inspiciendum quantum ex eius fructibus & redditibus percipitur, non aut quantum ex ipsius proprietatis uenditione redigeretur. cum Bart. idem celsit Boer. q. 19. nu. 7. ex tex. d. l. qui bonis, quo adductus Ang. ibi & idem in l. Diuus. ff. de pet. here. dixit, se aliquā cum Baldo eius fratre cōsuluisset apud Ariminum, qd qñ salimenta secundum uires patrimonij debentur, praestantur ex redditib. non ex proprietate. id qd placuit & Petrino Bello d. tit. De saluis conductib. nu. 45. Verum Bar. opinionem non pbari ex d. l. qui bonis, dixit Bal. in l. ult. nu. 6. C. q. bo. ced. poss. in l. 2. C. quod cum eo, & in l. quod nomine. in si. ff. de cond. ind. inquit, n. Bal. ibi intelligi, qd quantitas inspicitur. hoc est, t̄ cōis ualor, non aut qualitas. i. pretium affectionis. Bellus tñ d. titu. de saluis conductib. nu. 46. scribit d. l. qui bonis, sensum hunc non admittere. cum ibi solum differentia constituitur inter quantum & quale, neque esse pōt. esse quale, quin adsit & quantitas; ex quo qualitas sine subiecto esse nō pōt. l. eius qui in prouincia, §. qd si stipulatus, ff. si cer. pe. uerum idem Bellus paulò post cum Bal. residet, & recte. quia & si qualitas esse non possit sine quantitate, illa tñ qualitas non est in principali consideratione, sed ipsa quantitas, hoc est ualor. Quo circa idem Bal. in l. ult. nu. 6. C. qui bo. ced. poss. dicit hoc in casu multum uersari iudicis arbitrium, & cum Bal. sensu Bel lus praecitato loco, nu. 46. iudex ergo conditionem psonae & relictæ domus ac similitum qualitatem considerabit; & pro utriusque modo statuet. nam, si rusticus is debitor sit, uel talis cui minimè conueniat tam nobilis habitatio, uendenda illa est, & tñ retineri potest, quantum sufficere potest ad nouam & sibi congruam habitationem comparandam; residuum uero creditoribus tribuendum est. Idem pariter dicendum est, ubi debitor esset nobilis, & aliqua ei essent relicta, quae plus affectionis & mollitiei q̄ necessariae utilitatis haberent; ut si domus ampla nimis & plus q̄ par est sibi relicta esset, uel si gemmae, uel his similia illi legarentur, qm quae sine necessaria eius utilitate abundant, alienari, & creditori soluere conuenit, ut n. (ueluti ait Bal.) onerosus creditor audiendus nō est, ita nec delicatus debitor. l. sciendum, ff. de usuris. Hoc inter

inter laicos obseruari solet cessionis beneficium: in-
ter clericos fuerò obseruatur beneficium constitu-
tionis ex c. Odoardus, de solutio, quo constitutum est,
clericum solum posse conueniri absque cessione in
quatum facere potest, qd receptius est, ita Hostien. &
Io. Andr. ibidem Feli. in c. cum ex officij. col. 1. de re
scrip. Decius in cap. reprehensibilis. nu. 9. de appella.
Neuiz. consil. 39. nu. 2. & Didacus d. li. 2. uaria. reso.
c. 1. nu. 9. Capell. Tolosa. quaestio. 246. & ibi Aufreri.
in additio. recenset formam. & t praxim. nempè, ut
clericus excommunicatus pro debito ciuili admit-
tatur ad sequestrationem fructuū sui tituli, uel bene-
ficij, pro solutione gr̄is alieni, reseruata sibi congrua
portione, ne egeat, atque reditus beneficij à credito-
ribus retinetur, donec eis plenè sit satisfactū. & hec
uerior est opinio & praxis, quamquam aliqui, quos
Aufrerius ad Capellam, & Molinæus ad Decij præci-
tatis locis recensent, dissentiant. hoc beneficij solum
cōcedi clericis, qui diuini uacat, ut respondit Neuiz.
d. consil. 39. in fi. sensu Didacus d. c. 1. nu. 9. uers. sed &
quo. & eo loci recenset alia ad declarationem d. cap.
Odoardus. i. la ego nūc consulto prætereò, ne ex scri-
ptis scripta conficiam.

S V M M A R I V M.

- 1 Reconuentio quibus casibus admittatur.
2 Iudicis arbitrio relinquitur, qñ reconuentio admittatur.
3 Reconuentio non admittitur, cum conuentio celerita-
tem desiderat.
4 Iudicis arbitrio relinquitur, quando causa celeritatē
desiderare dicatur.
5 Electionis causa celeritatem desiderat.
6 Depositi causa celeritatem desiderat.

C A S V S C L X X X I I I I.

M Vtuā petitiō, quam reconuentionem uocant,
omnibus in causis ac negotijs, præter quam in
expressè à iure exceptis locum habet. ca. ex literis, de
mutuis petitiō. ubi Soc. sen. colum. 13. uersicu. circa
primum trado, regulam ita constituit, post Lapum
allegatione 67. quæ quidem regula multis extensio-
nibus & limitationibus eo loci illustratur à Socino.
qui inter ceteros casus ibidem col. 26. uersicu. quintò
fallit, illum iudici arbitrium recenset. inquit ille;
reconuentionem non admitti cum t conuentio ipsa
celeritatem desiderat, & quia periculum est i mora.
quando autem celeritatem desiderare dicatur, iudicis
arbitrio relinquitur. ita eo loci Mari. Soc. sen.
à quo non dissentit Barthol. Soc. tract. fallentia. reg.
332. fallen. 11. post. Butr. ibidè. & recitat Ioā. Andr.
in c. 2. de ord. cog. exēpla adferri possunt, ut in tele-
ctione, quæ celeritate indiget: nam illa reconuentio-
nem non expectat. ita Butr. in d. cap. ex literis, & ibi
dem Soc. d. colum. 26. uersicu. sexto fallit. ita etiā est
exemplum in causa depositi, quæ celeritatem sine
postulat. l. penul. C. de pos. & scribit Soc. d. cap. ex li-
teris, colu. 30. uersicu. undecimò fallit.

S V M M A R I V M.

- 1 Lex quando ligare incipiat.
2 Cap. cum singula. de præben. in 6. declaratur.
3 Lex statim & incontinenti ligat, cum uult eo ipso q

- promulgata est obseruari. & ibidem declaratur.
4 Pœna culpam præsupponit.
5 Lex inferioris Principis intra tempus iudici arbitra-
rium ligare incipit.
6 Conciliaris constitutio intra tempus iudici arbitriū-
ligare incipit.
7 Constitutio Principis superioris post duos menses a
die publicationis ligare.
8 Constitutiones Pontificum ligare incipiunt intra tē-
pus iudici arbitrium.
9 Papa Romæ semper est.
10 Constitutiones Pontificum solum Romæ publicari.
11 Auth. ut noua facta constitutio. locum non habet in
constitutionibus Pontificijs.
12 Iuri ciuili statum & i foro canonico, si decisū eo iure
est de iure canonico dubium. ibidem declaratur.
13 Cap. ult. ne cler. uel mona. declaratur.
14 Constitutio Principis superioris ligat scientem, etiā
ante lapsum bimestris post publicationem.
15 Frustra expectatur euentus, qui nihil operatur.
16 Certus certiorandus non est.
17 Cap. 1. §. uerūm, de postula. prala. exponitur.
18 Cap. primo §. nec obstaret, de concessi. præben. in 6.
declaratur.
19 Auth. ut facta noua consilij. explicatur. nouo sensu.
20 Lex statim ligat, si cum scientia concurrat dolus.
21 Vendens frumentū uno pretio sciens ex lege nouiter
promulgata pretiū esse minuendū, tenetur emptori.
22 Emptionis & uenditionis cōtractus ex bono & equo
procedit, ob id qui dolosè uersatur, tenetur.
23 Constitutionem statim ligare ob clausulam decreti an-
nullatiuam. & infra declaratur.
24 Clausula decreti annullatiuæ uis quanta.
25 Clausula, ex nunc ut ex tunc, quando & quantum
operetur.
26 Lex & constitutio antiqui iuris declaratoria, statim
à die promulgationis ligat.
27 Constitutiones extrauagantes antiquæ eo ipso q in cor-
pore iuris inseruntur, ligant.
28 Priuilegium ad alicuius detrimentum concessum,
statim illum ligat.
29 Electus ad aliquod munus, ligatur statim ea electio-
ne, etiā ignorans.
30 Priuilegium ad fauorē alicuius concessum illi pdest
a die scientiæ, non ante.
31 Præbenda cōcessio qñ præbenda prodesse incipiat.
32 Episcopus translatus qñ ligetur ob translationem.
33 Mulier qñ sine consensu consanguineorum donatio-
nem repudiare possit.
34 Statutum Papie 98. in ciuilib. sub rub. Quod fami-
na maritata, & c. declaratur.
35 Dilatio ex forma statuti absenti nō currit, antequam
illam esse datam sciat.
36 Statutū Brixie 47. in ciuilib. sub rubr. De modo &
forma procedendi in bonis debitoris contumacis, de-
claratur.
37 Constitutiones Mediolani titulo De bonis in solutum
dandis, in prin. declaratur.
38 Ciuilitatis priuilegium priuilegiato tunc prodesse in-
cipit, cum ad eius notitiam peruenit.
39 Familiaris Papæ effectus qñ priuilegio frui incipiat.
40 Iurisdicctio quando reuocari possit.
41 Exequutor apostolicus quando reuocari possit.

Cardinalis

- 42 Cardinalis pronuntiat, quando dignitatem adeptus
censeatur.
43 Statutum priuilegiatum quando ligare incipiat.
44 Bannitum ignoranter capiens an præmium à statuto
propositum consequatur.
45 Statuta ultimis uoluntatibus equiparari.
46 Decij & Cardinalis doctrina explosa.
47 Collatio beneficij semel facta reuocari nō potest, etiā
si absenti facta sit.
48 Cardinalis semel creatus reuocari non potest.
49 Beroij consideratio euersa.
50 Præmium propositū si quid in reipub. gratiam actum
fuerit, deberi etiā ei, qui ignoranter illud præstitit.

C A S V S C L X X X V.

Q V A N D O L E X S I U E V N I U E R S A L I S
siue singularis subditos ligare incipiat, per-
uigili studio explanatum.

Pontificij ac Cæsarei iuris interpretes non medio-
riter ambigunt, quando lex promulgata legis-
latori subiectos ligare incipiat. Ego ab aliorum uel-
tigijs haud multum deuians, soleo plures casus ita di-
stinguere. Primus est, cum tēpus clarè à iure est præ-
stitutum, illi statim, nec latum quidem unguem (ut
dici solet) recedendum est. ita Abbas in c. cognosce-
tes, nu. 7. ubi Fel. n. 7. uer. quintò limita. Dec. n. 14. &
Bero. n. 44. & Marc. Mātua nō uulgaris eruditionis
iure consil. nu. 42. uer. ex cuius dictis, de cōst. sic intel-
ligentes t. cum singula. de præben. in 6. ubi termin-
unius mensis solum statuitur à die publicationis, ut
illa decretalis obseruetur. sic in auth. ut in priua. do.
sacr. mil. nō si. propè finè. & in auth. ut neque miles,
neque fæder. §. si igitur. in quibus tēpus triginta die-
rum solum constituitur. Hinc affirmant relati Docto-
res, quod si lex sanciret quod statim, tunc & incontin-
enti illa obseruetur, esse statim obseruandam: ita
sensit glol. in clem. secūda. in uerbo, ex nunc. de he-
ret. quoniam eadem est legislatoris potestas, ut sta-
tim subiectos liget, quæ & post bimestre. id quod om-
nes intelligunt quò ad annullationem actus, non aut-
tem quò ad pœnam: ut declarat glol. d. clem. & re-
lati Doctores. Si quidem ualde absurdum & iniquū
esset, quod ignorantes pœnæ obnoxij efficerentur:
cum t pœna culpam præsupponat, quæ in ignorante
non reperitur. Zabarella in d. clem. 2. colū. 1. de hæ-
ret. Feli. d. cap. cognoscentes, nu. 6. & Decius nu. 3. 4.
& Mantua præcitate loco.

Secundus est casus, quando nullum tempus est
præstitutum in constitutione, & illa constitutio t. Pri-
cipis inferioris est, uel unij ciuitatis, uel collegij: tūc
immediatè ligat omnes scientes. respectu uerò igno-
rantium tempus est arbitrium. nam incongruū fa-
tis est, q duo menses ita tribuantur his constitutio-
nibus, quæ solum ligant ciues, uel collegiatos, qui in-
tra modicum temporis spacium certiores reddi pos-
sunt: quemadmodum & constitutionibus superio-
rum principum, quæ multum temporis spacium re-
quirunt, cum & quamplurimis populis innotescere
debeant, ita post Ioan. Andr. Hostien. & Baldum tradit
Abbas in d. c. cognoscentes, nu. 7. uers. aut consti-
tutio non apponit, idem consil. 35. nu. 1. lib. 1. Bar. l.

omnes populi, nu. 37. de iust. & iure, & ibi Io. Bapti-
sta a Sancto Seuerino nu. 144. & Crotus nu. 122. Sic
etiam Bal. in l. leges sacratissimæ. C. de legib. etiam Be-
ro. d. c. cognoscentes, nu. 45. & Decius nu. 15. Mātua
nu. 43. qui hoc in casu, inquit, solam scientiam non
sufficere, sed necessariam fore publicationem, quod
ego intelligo procedere & in lege Principis superio-
ris, ut mox subiiciam.

Tertius est casus in constitutione t. Concilij pro-
uincialis, quæ cum tempus determinatum non ha-
beat, ut liget, arbitrium erit. ita Abbas i. d. c. cogno-
scentes, num. 7. uers. dubitatur tamè post Io. Andr. &
Paul. in procem. clem. ubi glossa in uerbo, de cete-
ro. & cum Abbate idè sensit Henricus de Bortis tract.
De synodo, parte 3. articulo 3. & Bero. d. ca. cogno-
scentes, nu. 46. uers. tertia conclusio. qui quidem om-
nes reiiciunt glossam c. propositi. 82. distinct. quæ
semestre necessariū fore existimauit. id, quod absur-
dum est, nam maius tunc tēpus requireretur in hac
Concilij prouincialis constitutione, quàm in illa ge-
neralis Concilij, ut omnes scribunt in d. c. cognosce-
tes, & sensit Præpos. in ca. quod dicitis. 16. distinct.

Quartus est casus in t. constitutione & lege Prin-
cipis superioris: in quo clarum est de iure ciuili con-
stitutum esse spacium duorū mensium à die publica-
tionis factæ in prouincijs, cōcedi. ut in auth. ut factæ
nouæ constit. & in uersione Gregorij Holoātri No-
uella 66. atque ita affirmat omnes nostri interpretes;
ut Bart. in l. omnes populi, nu. 37. & ibi Io. Baptista à
S. Seuerino nu. 144. & Crotus nu. 122. de iust. & iu.
Abbas in d. c. cognoscentes, nu. 7. ubi Felinus n. 7. De-
ci. nu. 16. Beroius nu. 49. & Mantua nu. 46. de const.

Declaratur non procedere in t. constitutionibus
pontificijs, in quibus tempus duorum mensium à die
publicationis ut in constitutionibus iuris ciuilibus, ter-
minatum non est: quò fit, ut tempus arbitriū hoc
sit: ita Beroius in d. cap. cognoscentes, num. 49. 50.
ea ratione mouetur, quia Imperator per prouincias di-
scurrit, cum tñ t. Papa Romæ semper sit: ut scribit Ab-
bas in d. c. cognoscentes, nu. 8. qui idem sensit & cla-
rius. Ratio hæc uera est, & si perplexè ac suboscure à
Beroo deducatur. uoluit is dicere constitutiones Im-
peratoris spacio duorum mensium ligare, cum pu-
blicate fuerunt in ipsis prouincijs. d. auth. ut factæ

nouæ constit. t. sed constitutiones Pontificum non
publicantur in Prouincijs, sed Romæ tantum ubi Pō-
tifex perpetuò residere dicitur. est ergo æquum, ut iu-
dicis arbitrio maius, uel minus tempus præstituat-
ur his constitutionibus, quàm illis iuris cæsarei. & idè
uisus est sentire Henricus Boic in d. c. cognoscentes,
quem refert & probat Gomef. in procem. Regularum
Cancellariæ, q. 2. est mihi pag. 12. qui ob id dixerūt,

Id. auth. ut nouæ constit. non habere locum in con-
stitutionibus Pontificijs, qñ illæ Romæ solum publi-
cantur: & publicationem illam omnes ligare post eo-
rum scientiam, quod decisum scribit Gomefius fuisse
in capella Tolosana, ut refert Aufrerius q. 445. &
si eo loci Aufrerius ipse in additionib. quò ad publi-
cationem hanc contrarium sentiat. Contra tñ hanc
iplam declarationem sensit Io. Andr. in data sexti, &
Feli. in d. c. cognoscentes, nu. 7. in prin. affirmantes,
idem esse de iure canonico, quod de iure ciuili. ea rō-
ne, quia qñ saliquid est iure ciuili diffinitū, & nō iu-
re

re canonico, statum iuri civili, etiam in foro canonico. c. 1. de operis noui nuntia. Bar. in extrau. ad repri mendum, in uerbo, per edictum, nu. 2. Soc. sen. conf. 33. col. 6. lib. 1. latè Neuz. lib. 4. Syluæ nup. n. 69. Verùm hæc ratio non est satis solida, quoniam tunc iuri civili statum etiam in foro canonico, quando differētiæ ratio assignari inter utrūque ius minimè potest, secus econtra, ita Decius in l. edita, nu. 1. C. de eden. Rebuffus in tract. Nominatum. q. 5. principali, n. 16. sed hic patet differentia, quam supra retuli, nèpe ratione publicationis differentis. Non etiã opinioni Ioan. Andreae suffragantur iura ab eo allegata. nempe

13 ꝑ cap. ult. ne cler. uel monach. cap. nouerit. de sent. ex com. & c. 1. de concess. præben. in 6. quando quidem illa (ut rectè animaduertit Boerius) loquuntur in suis illis casibus, non autem uniuersali constitutione statuunt, ita in cæteris obseruandum esse.

14 Declaratur secundò, ut locum non habeat hic casus in eo, qui ante duos menses notitiam promulgatæ constitutionis habuit, ita gl'of. in c. 2. in uerbo, hæc tenus, de reb. eccl. non alien. in 6. Bar. in l. omnes populi, nu. 37. & ibi Io. Baptista à Sancto Seuerino n. 144. de iust. & iur. Abbas d. cap. cognoscentes, nu. 7. & ibi Feli. col. 4. uers. secundò limita. & Bero. nu. 50. de cõstit. ea ratione adducuntur, quia frustrat expectatur euentus, qui nihil operatur. l. aliquando. §. sub conditione. ff. ad S. C. Velleia. sed euentus duorum mensium in sciente nihil operatur, quoniam certus nõ est ulterius certificandus. c. eũ qui certus. de reg. iuris, in 6. Verùm, ut scribit Dec. in d. c. cognoscentes, nu. 16. cui tari ratio ista potest, quandoquidem tẽpus duorũ mẽsum non uidetur præstitutũ ad hoc ut subiecti sciãt constitutionis promulgationẽ, sed ut omninò robur suum obtineat, uimq; omnẽ atq; uirtutem cõsequatur. quod probare uidetur text. d. auth. ut factæ noue constitutione. à cuius quidẽ intellectu huius declarationis ueritas p̄det: & de quo mox dicam. Adferri etiã

17 pro hac magis recepta opinione solet text. c. 1. §. uerũ, de postu. præla. ibi, sed solum sufficit, ut ad eius obseruatã teneatur, q. nouerit eã solẽniter editã, aut publicè promulgatã, sola ergo sciẽtia promulgationis absque tẽporis dilatione ligat. Nec Decij cõsideratio ad textũ hunc fundamẽtũ diluit, quia fateor sciẽtiã cũ promulgatione necessariã fore, sed negatur tẽporis dilatione, duorũ scilicet mensium requiri. qm̄ ibi dicitur solum sciẽtiã sufficere. Ego opinor textũ hunc in solo illo casu procedere de iure canonico, cum ibidem d. interdicto Põuificio agitur, quo interdicto horũ animæ ligantur; quare tẽporis dilatio nõ cõceditur, sed

18 statim sciẽtiã ligatur. Allegari tertio solet text. c. 1. §. nec obstarẽt, de cõcess. præben. in 6. quem allegant Feli. & Beroius in d. c. cognoscentes, num. 50. uerũ loquitur in cõstitutione singulari, nempe in priuilegio alicui specialiter cõcesso, quẽadmodũ eo loci clarissimè dicitur. imò cõtrariã sententiã pbat, si sumatur argumẽtũ a sensu contrario, ut mox subijciam. Adfert deinde Felinus doctrinã Bart. in l. contra legem. ff. de legib. & l. quæro. ff. de actio. emp. quã in sequẽti declaratione explicabimus. cõtra hæc magis receptam opinionem senserũt Butrius in d. c. cognoscentes, & ibi Decius nu. 18. ea ratione, prima, quia, si hæc cõstitutio Principis superioris ligaret ante duos menses, quẽadmodum & cõstitutio inferioris, ab ea nõ differet,

quod dicendum non est. Hæc ratio leuis p̄deris est, quoniam cõstitutio inferioris non differt à cõstitutione superioris ex eo, quòd in ipsa cõstitutione inferioris nulla temporis dilatio requiratur, sed ex eo quòd minor dilatio ob minorem ditionem & imperium angustius exigitur. Magis urget text. d. factæ, ut factæ noue cõstitutio, qua conceditur bimestre post legis & cõstitutionis promulgationem, nec sola sciẽtia obligat, sed sciẽtia elapso bimestri, id, qd factũ est, quia lex generalis promulgatur, ut omnes obligentur æqualiter, quos æqualiter non obligaret lex si sciẽtes tantũ afficeret. id eo expectatur tempus duorũ mẽsum, quo elapso omnes obligantur, ratione scilicet annulationis actus, quem aduersus legis sanctionem facere eis contingeret: & si quòd ad p̄nã, qui se ignorat se legem probauerint, excusentur, ut iam dictũ fuit. Hanc etiam opinionem, quam nunc ego sequor, probat text. d. c. 1. §. nec obstarẽt, de cõcess. præben. in 6. à sensu cõtrario argumẽto sumpto, dũ affirmat Pontifex Max. eo i casu nõ esse necessariã tẽporis dilatione, sed sufficere solum sciẽtiã illius, ad cuius uiam cõstitutio specialis edita est: eo quia in speciali cõstitutione sciẽtia priuilegiatũ sufficit: ergo secus i lege generali, ad cuius plenum effectum, tẽporis dilatio concedi debet, durum tamen est à cõmuni recedere.

20 Declaratur tertio nõ procedere quando cõstitutio cõcurrit fraus ad alterius detrimẽtum in eo actu, in quo lex ex bono & æquo uult esse agendum; quẽadmodum egregiè docuit Bar. in l. contra legem, & ibi glo. ff. de legib. & idem Bar. in l. quæro. ff. de actio. empti. inquit Bartolus, quòd cum quidam in palatio uerlaretur, & cognouit legem esse factam, & si adhuc non promulgatam, quòd frumentum uiliori pretio

21 uenderetur: uendidit iste statim alicui frumentum suum eo non certiorato de lege sancita & propè diẽ promulganda, an is uenditor teneatur ad interesse illi emptori, quem scienter fraudauit: inquit Bartolus teneat. & cum eo senserũt Roma. singu. 282. Nunquid si, quorum doctrinam intellexit Felinus in d. capitu. cognoscentes, colum. 4. uersicu. secundò limita. adiuuare declarationem communem supra iam relatam. Idem cum Bartolo, & Romano scribunt Angelus & Casten. in l. 1. §. ult. ff. de actio. emp. & Decius conf. 115. colum. 3. uers. tertio non obstat, qui declarat. Ego horum doctrinam procedere intelligo in eo contractu emptionis & uenditionis, qui sui natura postulat, ut ex bono & æquo procedatur. & ob id, si unus cõtrahentium uitium aliquod scit, debet illud alteri detegere, atque ita etiam sensit Didacus in ca. peccatum, in 2. parte. §. 4. nu. 6. de reg. iuris, in 6. quo loci refert ex autoritate Diui Thomæ in 2. q. 77. arti. 3. in foro cõscientiæ non teneri ad aliquam restitutionem rei, & si alicui p̄nã plecti possit, nam uẽditor merces uendidit eo pretio, quo iustissimè æstimate poterat communi hominum iudicio, unde emptori, quantum ad commutationem nulla fit iniuria. & ideo uenditor liber est ab obligatione restituendi, quippe qui iuxta pretium p̄sens rem uendiderit, nec ullam culpam habeat, si non enuntiet, quare alium de futura sunt: licet hæc denuntiatio perfectioris hominis esset, atq; ad uirum bonum, ubique sanctum, honesti cultorem, non tantũm ciuilem pertineat, cuiusq; muneris sit, ut docuere D. Thomas d. arti. 3. & Alex.

Alex. ab alex. lib. 6. dierum Genialium, cap. 1. sic existimauit Cicero in 3. De officijs, honesti ciuis officium non esse, cariori pretio annonam uendere, cum sciat naues maximam quantitatem aduecturas.

23 Declaratur quarto, ut non procedat, cum in fedita lege & cõstitutione adest clausula decreti annullatiua: nam tunc statim ligat, absque dilatione bimestri, ita Butr. Imola, Paul. & Lopus, quos recenset Felinus in d. c. cognoscentes, col. 5. uers. quartò limita. de cõstitutio. ea ratione adducuntur, q. tanta est clausula decreti uirtus, ut etiam ignorantes liget. c. 1. de cõcessio. præben. in 6. capitu. si postquam. & capitul. si beneficia. de præben. in 6. gl. in c. eo tẽpore. in uerbo, ignoranter. de electio. in 6. Verũ hæc ratio non est multũ solida, ut Felinus iã citato loco scribit, qm̄ in re latas iuris locis decretũ s̄per uim suã habuit, & sub conditione operatur: posteaquã scilicet facta erit promulgatio. Accedit, quòd in præcitatõs locis satis constat de mente Pontificis, qui uoluit comprehendere et ignorantes. ita intellexit Dec. in d. cap. cognoscentes, in 2. lect. nu. 5. uers. tertio adde. de const. nam inquit ille, ualet etiam statutum, quòd ignorantia allegari non possit. id, quòd uerè intelligitur quòd ad annulatione actus, nõ quòd ad p̄nã, uti iã supra dixim.

Contrariã itaque sniam aduersus Butrium, Imolã & relatos probauit Card. in cle. 1. q. 18. de electio. quẽ secutus est Felinus in d. c. cognoscentes, col. 5. uers. contrarium firmat. Roma. conf. 330. num. 13. & Io. Crotus in l. omnes populi, nu. 123. de iust. & iure, ea ratione, quia clausula decreti annullatiua sub conditione apposita dicitur, atque ita in euentum conditionis suspendit; nempe facta legis promulgatione, & congruo temporis spacio elapso, quòd confirmatur ex eiusdẽ Card. doctrina in clem. 1. in princ. in 7. notab. de concess. præben. dũ scribit, clausulã decreti appositam super actu cõditionali, non hãre effectum ante conditionis existentiam. imò scribit Cardinalis in d. Clem. 1. de cõcess. præben. col. 2. uers. oppono q. decretum, decretum annullatiuum appositum cum clausula, ex nunc pro ut ex tunc, super actu conditionali, solum operari ab euentu conditionis: idem censuit Cassiod. dec. 3. nu. 15. in titu. de præben. qui ob id affirmat, concessionem Pontificis non operari à die data, sed a die purificatæ cõditionis, cum hæc ipsa clausula decreti sequatur naturã ipsi actus, cui adijcitur, ut inquit Card. d. clem. 1. accedunt Io. de Sylua Tract. De Beneficio, parte. 3. q. 48. col. 1. Ripa c. cum M. Ferrã. nu. 37. de constit. posteriorẽ hanc opinionẽ ego sequor: quamquam maxima sit cõis opinionis autoritas, quẽ quidem communis ubi procedere potest, solum quòd ad actus annulationem non quòd ad p̄nã locum hãre debet, quemadmodũ supra attigimus, & in hac specie annotauit Feli. loco præcitato.

Declaratur quinto ut nõ habeat locum hic casus, cum plex & cõstitutio promulgata respicit præterita: ut putã, si esset iuris antiqui declaratoria: nã tunc frustra bimestre expectaretur: ex quo iã lex uinculũ iniecit: ita Fel. in d. c. cognoscentes, nu. 7. in fi. de constit. idem affirmat Io. Baptista à Santo Seuerino in loes populi. nu. 145. de iust. & iure. qui dixit procedere siue princeps in ea utatur uerbo declaratiuo, si ue non. & idem ait, quando mandaret Princeps iura uetera seruari dñe sine adiectione p̄nã, idem qm̄ ius

nouũ cõcordat cũ antiquo. subijcti tñ is à S. Seuerino, declarationem hanc nõ procedere, ubi lex noua esset modificatiua, & correctoria antiquæ, ut apud eũ. Aliud huius declarationis exemplũ attulit Fely. loco iã sapius citato: nempe cum constitutiones extrauagantes in corpore iuris rediguntur: nam tunc necesse nõ est præstitueri illis tempus hoc duorũ mensium, cum iã in earũ promulgatione fuerit præstitutũ, quòd uerum esse scribit is Io. Baptista à Sancto Seuerino d. l. omnes populi, nu. 145. nisi illi extrauaganti alia data esset forma, uel nisi fuisset p̄ suũ antecessorem reuocata, & deinde à se ipso innouata: quoniam noua promulgatio illa intelligitur.

Quintus est casus, cum de lege singulari agitur, ut est in priuilegij concessionem: in quo quidem duo cõcludunt Doctores, primũ q. ubi priuilegium in alicuius detrimentum tendit, statim ligat, & si is cõcessũ non nouit. ita Abbas in d. ca. cognoscentes, nu. 7. & ibi Felinus col. 5. uers. hanc limitationem. Dec. nu. 17. & Boerius nu. 48. & Mantua nu. 45. de const. post Bar. in d. l. omnes populi, nu. 37. de iust. & iure, & in l. pen. C. de Decurio. lib. 10. Roma. conf. 330. Circa primũ, Iaf. in l. beneficium, nu. 46. ff. de cõst. Princ. ex text. in cap. 1. in uerbo; nam si alicui, & in uers. simili liter. de concess. præben. in 6. quòd intelligit Felin. procedere in priuilegio extrauaganti, non autem inposito ac inserto i corpore iuris, quoniam tunc idẽ esset dicendũ, qd de ipsa lege cõi. confert qd docuit Bart. l. absentũ. col. 2. uers. & pro declaratione horum. ff. de dona. in selectione alicuius muneris, quòd necessario electus subire cogitur, scientia electi nõ est necessaria, qm̄ & illi ignorantia acquiritur, ex l. 2. & l. illud ff. de tuto. & cura. dat. ab his. Beroius tamen in d. c. cognoscentes, nu. 48. uers. item declaratio, de const. aliqua in contrarium mouet, quæ nunc non refero.

Secũdũ est, q. concludunt Doctores, q. priuilegium ad fauorem & commodum concessum, tunc uim obtinere, cum is ad cuius cõmodum cõcessum est, scit: nec enim priuilegium dicitur priuilegiato acquisitũ antequam de eo notitiam habuit: ita relati Doctores affirmarunt, adducuntur in hanc sententiam ex text. c. j. §. ex parte, de concess. præben. in 6. quo probatur cõcessionẽ præben. p̄desse ei, cui cõceditur, posteaquã is de ea notitiã habuit. & licet illa uerba sint narratiua, attñ apparet i sine illius decretalis Põuificẽ maximũ p̄ parte illa rescribere; atq; ita in eis fundamẽtũ cõstituere, & hæc sniam clarè probat ca. si tibi, de præben. in 6. Didacus Couarr. lib. 3. uaria. resol. cap. 16. nu. 1. & Alex. d. l. qui absentũ. in princ. num. 3. de acq. poss. Iaf. in d. l. beneficium, nu. 48. de const. Princ. Adfertur et text. l. ult. C. de consu. lib. 12. ubi Bar. quo loci sancitũ est, patriciũ statim a patria p̄tate liberari, quo sibi præstatã sunt literæ suæ dignitatis, quòd ibi etiã colligit glossã ex uerbo præstitis, sic cõfert text. l. absentũ, in princ. ff. de don. & ibi Bart. quo probant, rem donatã donatario non acquiri prius q. sciat sibi donatam esse. latè Panif. conf. 88. nu. 15. lib. 3. Tiraq. in l. si unquam, in uerbo libertis, nu. 68. C. da reuo. don. & Neuz. conf. 35. nu. 17. huc spectat text. l. qui absentũ. in princ. ff. de acq. poss. quo loci rñdet Iulianus, datam libertatem seruo, prius ei non cõpetere quã sciat se libertate donatum. Confert elegã decisio Io. Monach. i c. generali. de electio. in 6. quam

quam post Rom. cons. 345. probat Feli. in d. c. cogno-
scentes. col. 4. uers. p. ista limitatione. si Papa trāstulit
32 † Episcopū absentem & eum absoluit à uinculo prio-
ri, ut moris est. iuxta tex. c. 2. §. sicut ergo, de transl.
Epif. & c. bona, il. 2. de transl. prael. uacare nō dī prior
cathedralis ecclesia; qm̄ absolutio non est pura, sed
cōditionalis, hoc est, si trāslatus Episcopus se transla-
tū sciuerit & cōsenserit. atq; ita in curia aliqñ decla-
ratum fuisse testantur. Accedat doctrina Pauli Cast.
cons. 11. In causa p̄senti, quam refert Feli. in d. c.
cognoscentes. col. 4. uers. ad idem. & ibi Decius nu.
17. in meo codice consilij Castrensis est 172. In cau-
sa p̄senti uis omnibus lib. 2. in nouis. respondit
33 ille, † mulierem posse repudiare donationē sibi fa-
ctam & nondum acceptatam, omīssa statuti solenni-
tate, quæ consensum affinium, & similia requireret
qm̄ statutum illud loquitur ubi ius iam quæsitū est,
quod non contingit in casu isto ante acceptationem.
c. si tibi, de p̄s. in 6. cum Castrensi idem responde-
runt Corneus cōsi. 11. In p̄senti consultatione. col.
1. lib. 3. Soc. sen. cons. 53. col. 5. lib. 4. Imola cōsi. 74.
in casu p̄missio. las. cons. 236. col. 4. lib. 2. Deci. cō-
sil. 624. col. ult. & idem affirmant las. in l. legatum,
in fi. de leg. 1. & in l. beneficium. nu. 49. ff. de consti.
p̄nc. Feli. in c. quæ in ecclesiarum, nu. 50. de consti.
Tiraq. de legibus connubial. in glo. 3. nu. 28. Quæ do-
34 ctina annotāda est pro interpretatione statuti † Pa-
piensis 98. in ciuilibus, sub rubr. Quod scēmina ma-
ritata, quo prohibentur mulieres matrimonio col-
locata posse alienare sine consensu mariti & cōsan-
guineorum. Confert etiam ad hanc declarationem
confirmandam doctrina Bar. in l. Labeo. ff. de iureiu-
35 ran. dum scriptum reliquit, statuti † dilationē absen-
ti non currere antequam ei notificetur. Barr. sunt se-
cū Feli. d. c. cognoscentes. col. 4. uers. ad idem qd̄
notat. & las. in d. l. Labeo. nu. 1. qui alios recenset. &
inquiunt, hanc optimam practicā esse, ut absenti de-
nuntietur. Alex. in d. l. qui absenti. in prin. nu. 5. de ac-
quir. possēss. las. d. l. beneficium. num. 48. ff. de consti.
princip. idem r̄ndit Ruinus cons. 130. nu. 12. lib. 5.
Quæ doctrina confert ad interpretationem statuti
36 † Brixie 47. in ciuilibus, sub rub. de modo & forma
procedendi in bonis debitoris cōtumacis. quod sta-
tutum tribuit tempus octo dierum citatis per p̄-
conem ut compareant, qui uel se hæredes, uel illorū
bonorum defensores se constituunt: salua tñ ope
restitutionis in integrum, hoc tempus absenti re ipsa
non currit ante notificationem, ob id restitui in in-
tegrum ex iusta hac causa poterit, ita etiam declaran-
37 tur nouæ † constitutiones. Mediolani tit. 38. de bonis
insolutum dandis, in princ. quibus est cautū, esse
dandum terminū uiginti dierum debitori antequā
eius bona sub hasta uendantur. is terminus currere
incipit à die notificationis ei factæ. Huc etiam acce-
dit, quod egregiè consuluit Ancha. cōsi. 169. Viso sta-
38 tuto puncto. † ciuilitatē alicui ex forma statuti con-
cessam ei non prodesse, cum ad eius notitiā nō per-
uenit. idem cēsiuit Rom. in l. qui absenti, in fine prin-
cipij, quem & ibi retulit Alex. de acquir. possēss. & si
Ancharanum non referant. & in specie is Ancha. ci-
tat d. c. 1. de concess. p̄s. in 6. idem quod Ancha. r̄ndit
Decius cons. 661. nu. 9. qui respondit, priuilegiū
ciuilitatis concessum patri & filio, non fuisse acqui-

tum filio tunc absenti. Huc etiam spectat quod r̄ndit
idem Ancha. cons. 398. Præmitto pro clariori, qm̄
39 Papa aliquem inter suos † familiares recipit, is rece-
ptus tunc demum dī familiaris effectus, cum se rece-
ptum esse fecit. & uno uerbo Ancharanum probauit
Decius c. cognoscentes. nu. 17. de consti.
40 Confert etiam quod ubi alicui concessa † iurisdic-
tio reuocatur, reuocatio nihil operaretur antequā
illi denunciata fuerit: & ob id gesta ab illo ante denū-
tiationem iure ualēt, ita in Legato Apostolico respō-
dit Calder. cons. quinto. in tit. de offic. deleg. sic etiā
41 in † executore Apostolico decidit Rota, quam refert
& sequitur Feli. in d. cap. cognoscentes. col. 4. in fine.
sic etiam in reuocatione iudicis i causa data respōdit
Decius cōsi. 296. col. pen. uers. cōfirmatur hoc. Hinc
etiam Eugenius 4. cōstituit, q̄ per secretam pronun-
42 ciationem de aliquo † in Cardinalem, illi absenti &
ignoranti ius non acquiri, nisi mediante pilei rubri
transmissione, quā cōstitutionē refert las. cons. 145.
col. 3. lib. 2. qui ait, Pontifices illi sæpe derogare.
Contra tñ hanc Doctorū receptā opinionem ad-
uerfari n̄ doctrina Bar. in d. l. omnes populi, nu. 3.
43 de iust. & iure. dū affirmat, † Statutū priuilegiatiū,
quod cōmodum continet, statim absq; aliqua sciētia
eius, ad cuius commodū editum est, suū effectū ope-
44 rari. & eo loci Bar. nu. 38. inquit, q̄ ille qui † banni-
tum capit, debet habere præmium à statuto proposi-
tum, quanquam statuti dispositionē ignorauerit. &
cum Bartolo idem ibi sentit lo. Crotus nu. 127. Huic
difficultati multis modis satisfacere nostri tentarūt.
Imola in d. c. cognoscentes, inquit, aliud esse in priui-
legio concessō per modū legis uel statuti, aliud per
modū rescripti, quam r̄sionem confirmat Decius
45 ibi. nu. 17. uers. sed aduertendū, quia † statuta aequi-
parantur ultimis uoluntatibus, ut scribit Bar. in l. 1.
C. de his quib. ut indig. & latè tradit Tiraq. tract. de
retractu cōsang. in fi. nu. 13. Craue. cons. ult. nu. 12.
& Soc. iun. cons. 181. nu. 38. lib. 2. quo circa Bar. in
d. l. omnes populi. nu. 37. argumentatur à legato ad
hæc statuta. Hanc conciliationē euertit Dec. d. c. cog-
noscentes, quippe q̄ nulla in hoc extat differētia in-
ter naturā rescripti et legis, cum legis natura sciētia
requirit, & de ueritate pariter huius conciliationis
dubitāt las. in l. beneficium. nu. 51. in fin. ff. de consti.
princip. & si Imola non referat. Ego cū Imola sentio.
& quod ait Decius legis naturā esse, ut scientia adsit,
dico procedere quod ad p̄nā, non quod ad commodū.
Secō itaque loco satisfacit & conciliat Deci.
46 † d. c. cognoscentes. nu. 17. in fin. post Cardinalem, q̄
aut intelligimus priuilegiū efficaciter operari ante-
quam ad priuilegiati notitiam deuenit; & tunc, uerè
non operatur: & procedit relata cōis opinio. Aut in-
telligimus aliquid operari, & tunc uerè p̄cedit Bar-
toli snia. nam uerè (inquit Decius) hoc operatur, ut
is, qui priuilegium concessit, illud amplius reuocare
nō possit. Verū, ut ingenuè fatear, nec conciliatio-
hæc multū satisfacit, qm̄ illud, qd̄ inquit Decius, pri-
uilegiū ante notitiā priuilegiati prodesse, ne à conce-
dente possit reuocari, perpetuū non est. nā aliqua
sunt priuilegia, q̄ ex mera cōcedētis liberalitate cōce-
dūtur: ut est in donatione rei p̄pria. hæc priuilegia
sic cōcessa reuocari p̄nt à concedente antequā is, cui
collatum fuit, notitiā illius concessionis habeat. Ali-
qua

qua uerò sunt priuilegia, quæ, & si ex parte eorū qui
bus cōcedūtur, sint meræ liberalitatis, ex parte tamē
concedentis non meræ liberalitatis sunt, sed cuiusdā
necessitatis ex officio eius demādato, quemadmodū
in collationibus beneficiorum, quæ ex latere cōferē-
tis necessitatis sunt, quoniam is conferre omnino de-
bet, ex latere uerò eius cui conferuntur meræ libera-
47 litatis sunt. hoc in casu qui semel † contulit, non po-
test amplius reuocare etiā si is, cui facta est collatio,
eam ignoret. ita probat tex. cap. si tibi absenti, de p̄-
ben. in 6. & declarat Bar. & ceteri in d. l. absenti. ff.
de dona. Abbas in c. accedens, col. 1. de p̄ben. in c.
publicato, col. 3. de elect. Ruin. cons. pen. nu. 1. lib. 5.
latè explicat Didacus lib. 3. uaria. resol. c. 16. nu. 1. qui
& illud affirmat ex d. c. si tibi, & ex c. gratia, de rescri-
pt. in 6. collationem hanc reuocari non posse, quam
quam absenti facta sit, uel ignorantia. sic consuluit las.
cons. 145. col. 3. uers. ex p̄dictis etiam, lib. 2. Ponti-
48 ficem † non posse semel creatum Cardinalem, illius
creationem reuocare, quanquam eo absente & igno-
rante creatio facta sit. & alia idem las. ibidem recēser
col. 4. uer. septimò & fortius. ea ratione utuntur Bar-
tolus & relati Doctores, quia hic concedens suo of-
ficio functus est, siue bene, siue malè elegerit, & con-
cesserit. nō ergo absolute uerum est quod scribit De-
cius. Præterea considerandum est, Bartolum sensisse,
illud priuilegium suum effectum sortiri non modò
quò ad hoc ut reuocari non possit, uerū etiam quò
ad omnem suam executionem. ex quo affirmat, p̄-
mium esse persoluendū illi ignorantia occidēti bāni-
tū: atq; ita menti Bart. non cōuenit Dec. cōsideratio.
49 Tertiā conciliationem adferre uisus est † Berouius
in d. c. cognoscentes. nu. 48. in fi. de constituto. aut pri-
uilegium (inquit Berouius) tendit ad alterius p̄iudici-
um, & tūc requiritur scientia utriusq; nempe pri-
uilegiati, & illius, ad detrimentum cuius concessum
est priuilegium, ita procedat relata cōmunis opinio,
sensit ille. Aut priuilegium respicit solum fauorē pri-
uilegiati, & tunc sola eius notitia sufficit. & hoc inq̄
sentire Bartolum. id qd̄ falsum est, qm̄ uerè cōtrariū
sentit. rectè igitur is Berouius dixit, esse cogitandum.
Imolam itaque sequar. Et inter legē generalē, & pri-
uilegiū hæc ego considero differētiā. Lex generalis,
50 uel statutum dum † præmium aliqd̄ tribuit, non sine
causa cōcedit, sed ob id, q̄ is, cui datur, aliquid i Rei
pub. gratiam agat: atque homines lex hæc p̄mio
inuitat, licet ergo is, qui hoc à lege requisitum præsti-
tit, ignorauerit legem inuitantem, attamen iusta ra-
tione p̄mio dignus iudicādus est, imò p̄mio quo
nis altero dignior habendus est, posteaquam non al-
lectus rem gratam Rei pub. fecit. Accedit (si inuitatū
dicere uolumus) nō omnino p̄mio ignarū hoc p̄-
stitisse. qm̄ in genere saltē p̄mio aliquo affici cogi-
tauit, diuersum est in priuilegio ex rescripto, uel in
donatione & his similibus, quæ penitus ignorantur
ab eo, cui deinde conceduntur. nec enim hæc ante a-
ctū proposita sūt, sed ipsū factū potius subseq̄untur:
uel etiā hæc sūt ex mera & simplici liberalitate, quā
donatarius, uel is cui conceditur priuilegium, nul-
lo modo considerauit: quo ergo modo ei infcio ac-
quiri poterit de his satis.

S V M M A R I V M.

1 Iudicis arbitrio relinquatur intra qd̄ tēpus p̄summa

- tur quis legem latam sciuisse.
2 Ignorantia publicationis legis, quomodo probetur.
3 Ignorantiam iuramento eam allegantis probari.
4 Ignorantiam in hominis mente uersari.
5 Iuramento asserentis statatur de his, quæ in eius animo consistunt.
6 Iudicis arbitrio admitti iuramentum ad ignorantia probationem.
7 Iuramentum esse probationem priuilegiatam.
8 Ignorantiam eorum, quæ publicè nota sunt, non esse probabilem.
9 Iuramento ignorantia non probatur cum de p̄iudicio tertij agitur.
10 Ignorantiam iuramento nō probari cum statutum illius allegationem rejicit.
11 Ignorantia probabilis à statuto reiecta non censetur.
12 Statutum potius frustratorium interpretatur quàm ut iniquitatem contineat.
13 Cap. p̄s. de appella. declaratur.
14 Statutum potius inane interpretatur, quàm ut quis indebitè damnus patiatur.
15 Iuramento nō probatur ignorantia cum iustitia ipsius ignorantia probanda est.
16 Ignorantiam cōseri probatā ex probatione absentia.
17 Statutum Mediolani 84. sub rubr. de p̄na negātis positionem filiationis, declaratur.

CASVS CLXXXVI.

DE IGNORANTIÆ PROBATIONE.

Q VONIAM superiore casu abundè satis explicauimus, legem infcios & ignaros non ligare, agendum aunc est, quomodo & quando p̄sumatur & probetur hæc ignorantia. Et quò ad eam p̄sumendā dicendum est cum Abbate in d. cap. cognoscentes. nu. 7. & Bero. nu. 53. & Mantua nu. 55. de consti. in cōstitutione inferioris tempus esse arbitrarium ex locorum qualitate & quantitate: qm̄ uiciniores citius scire p̄sumuntur. c. quosdam. c. quanto. de p̄sumpt. in constitutione uerò Imperatoris post duos menses scientiam p̄sumi. duo autem menses initium sumunt à die publicationis legis, d. auth. ut factæ noue consti. ad constitutiones Romæ tātū publicatas. Et scribit ibidem Bero. nu. 53. in fi. Gomel. in proemio Regularum Cancellaria. quæstio. secunda, quem & in p̄cedenti casu retuli.
Sed illud maius est dubiū, quomodo probari hæc ignorantia possit. quod enim probari possit, tradit Abbas in d. c. cognoscentes, nu. 9. de consti. & cum eo ceteri omnes. & duobus modis probari posse nostri sentiunt: de quibus singularim dicemus. Primus est modus ex iuramento illius allegantis suam ignorantiam: ita censuit glo. in c. qui diuinis & humanis. 12. q. 2. & in c. propoliisti. 82. distin. cōfert c. nulli, de elect. in 6. & in c. si uerò, de senten. excō. atque ita affirmat Abb. d. c. cognoscentes. nu. 9. & ibi Dec. in prima lect. num. 18. Felin. Berouius, & Mantua nu. 55. Roma. cons. 54. col. 7. uers. cōtrarium puto uerius. las. l. 3. §. iurari. nu. 13. de iureiur. lo. Ancha. Regien-
11 2 118.

4 *ignorantia in mente hominis ueretur, & consistat, atque ita per alium probari non possit, solo asseritis iuramento probari potest, iuxta doctrinam glo. in d. §. aliq. inti. de actio. & in c. significasti, il primo. de homicid. qui affirmat in his, quæ ab animo nostro pendunt, esse standum nostro iuramento, quod latè cõprobarit Soc. tract. fallen. reg. 72. Iaf. d. §. sed ista, nu. 9. insti. de actio. & in repet. l. admonendi, nu. 256. de iureiur. & in consi. 84. nu. 7. lib. 1. Ruin. cõsi. 1. nu. 4. & consi. 13. nu. 4. lib. 1. Paris. consi. 26. nu. 65. lib. 1. & plura recenset Tiraq. tract. de retractu cõlang. §. 4. glo. 1. num. 5. & Craue. consi. 2. nu. 3. & hæc dicitur probatio legitima posteaquã ita à iure recipitur. qd tradit & Deci. d. c. cognoscentes. nu. 18. quibus cessat difficultas, quã mouent In no. & Butr. d. c. cognoscentes. & cui etiam eo loci abundè satisfaci Abbas. Qui tandem concludit, probationè hanc non semper admitti, sed solum ex iudicis arbitrio, quod probant Fel. & Dec. in d. c. cognoscentes. ille nu. 12. iste num. 18. uerfi. & ista conclusio nõ ita. & arbitrum iudicis, (inquit Decius) erit, solum admittere hoc iuramentum in subsidiũ, nempe alijs probationibus deficientibus; idem affirmat Fel. in d. c. cognoscentes. nu. 12. & Bero. nu. 54. uerfi. tu autem conclusionem. post Card. in clem. 1. q. 8. de cõfång. & affin. & in clem. 1. uerfi. fin. in fine de pœnis. est enim probatio hæc priuilegiata i quædam probatio: illi ergo locus est cum aliq. deficiunt. l. 2. §. Diuus. il primo, de iure fisci. & scribunt omnes in c. 1. de proba.*

7 *Secundò arbitrari debet iudex hæc probationè ex iuramento non esse admittendã, cum alleganti ignorantia aliqua aduersatur iuris præsumptio: ita clarè Dec. in d. c. cognoscentes. nu. 18. uerfi. similiter arbitrari. post Fel. ibidem, & Gemini. in c. eos qui, de tẽpo. ordin. & rñdit Alex. consi. 7. l. lib. 1. Io. Anch. d. q. 63. nu. 3. & alia retulimus in tracta. de recuperanda possess. remedio 16. nu. 36. quo loci simile diximus de probatione ignorantia illius, qui asserit se ignorasse sui antecessoris uitiosam possessionè, quam ignorantia probare non põt, cum publicè notũ est, illum antecessorem suum uitiosè possedisse. est enim magna scientia præsumptio, cum illud publicè notum est, quod ad rem nostrã scribit Decius loco iam relato, & ibidem Fel. nu. 17. qui post Bald. & Rotã scriptũ reliquit non esse probabilè, nec uerisimilem i ignorantia eorũ, quæ publicè nota sunt, & fortius hæc doctrina procederet, cum præsumptio esset iuris & de iure, ut probat Fel. in d. c. cognoscentes. nu. 13. Roma. consil. 48. l. nu. 10. ubi idem esse ait, qñ adest uehemens suspicio. fortius etiam dicendum esset qñ ab aduersario scientia probata esset, ita Fel. d. c. cognoscentes. nu. 20. qui multis probat, cõtra hoc iuramentum admitti probationè, id qd alibi explicauimus.*

8 *Tertiò arbitrari iudex debet, probationè hanc ex iuramento recipiendã non esse, cum de tertij præiudicio agitur, ita Fel. in d. c. cognoscentes. nu. 14. & ibi Dec. propè fin. uerfi. similiter si agatur. ex doctrina Paul. & Gemina. in d. c. eos. de tẽpo. ordi. per tex. c. ex insinuatione. de procur. Hoc tñ intelligitur nõ procedere altero ex duobus casibus. primò, cum iuramentum alia præsumptione iuuatur, secundò cum præiudicium leue est: ex sententia Abbatis in c. quos-*

dam, in fine de præsumpt. & latius explicat Beroius in d. c. cognoscentes, in fine.

9 *Quartò arbitrari iudex debet hanc probationè ex iuramento recipiendã non esse, cũ statutũ prohibet ignorantia allegari posse. hæc etenim statuta recipiuntur, & uim suã obtinent: ita Bar. in l. diuus, in prin. ff. de falsis. Bal. in l. 1. ff. de leg. Abb. in c. ad falsariorum. de crim. fals. quod ad hanc snãm astruendam retulit Fel. in d. c. cognoscentes. nu. 15. de consi. & Io. Crotus in l. omnes populi. nu. 124. de iustit. & iure. qui & alia plura recensent. illis addo Gomez. in c. 2. in prin. nu. 55. de cõst. in 6. Verũ Io. de Ana. in d. c. ad falsariorum, hanc doctrinã intelligit procedere quò ad iniustam & crassam ignorantia, non autem quò ad iustam & probabilè, quæ à statuto i nõ censetur sublata, nec auferri posse uideretur. quod senserunt & Bald. in l. unica, in prin. nu. 11. C. de cadu. toll. & Sali. in l. ita nobis pudor. C. de adult. & æquitate hoc habere dixit Crotus d. l. omnes populi, nu. 124. & hanc declarationem ego pariter probõ. Nec aduersatur ratio illa Felini d. c. cognoscentes, nu. 15. qua hac in re aduersus relatos interpretes sensit. inquit ille, si uera esset hæc declaratio, statutũ nihil operaretur: quod dicendũ non est, ut scribunt omnes in l. 4. §. Prætor ait. ff. de damno infecto. Abb. in c. pastoralis, de appel. Dec. consi. 356. col. pen. & consi. 466. nu. 1. quod procedit, etiã si agatur de graui præiudicio tertij, ut ex d. c. pastoralis, sensit ibi Abb. & Goza. cõsi. 5. nu. 7. Huic sanè rñi rñder multipliciter Crotus loco iam citato, & si Felinum non referat, ac primò, i statutũ potius interpretandum esse ut nil operetur, qñ ut iniquitatem cõtineat: ita Bal. in l. terminato. C. de fruc. & lit. expen. at maxima iniquitas esset, si iustè ignoras puniretur, arg. l. si quis in suo. §. legis. C. de in off. resta. Nec obstat i d. c. pastoralis, quia rñdet Crotus nullam ibi adfuisse iniquitatem, qñ illa appellationis reuocatio ita prodesse potuit aduersario, quemadmodũ impetranti, cum dubius sit litis euentus. l. quod debetur. ff. de pecul. Secundò inquit Crotus, interpretari potius debent i statuta ut nihil operentur, quam qñ indebitè quis pœna afficiatur. l. ult. §. in computatione. C. de in re delib. quã ibi Bart. Bald. & ceteri omnes notant. & plura scribunt Soc. iun. consi. 1. nu. 13. l. lib. 1. Craue. consi. 22. l. nu. 5. & consi. 241. col. ult. sed indebitè iniuste ignorans uexaretur: non ergo sumenda est hæc interpretatio. Alia adferri possent, quibus hæc sententia defenditur.*

10 *Quintò non arbitrabitur iudex iuramentũ sufficere, i cum agitur non solũ de probatione ipsius ignorantia, uerũ etiã de probanda iustitia ipsius ignorantia, ita Fel. in d. c. cognoscentes. nu. 6. ex doctrina Bal. in l. 1. nu. 2. in fi. C. ad Maced. & ex tex. in c. pastoralis, de except. ut putã, si allego ignorantiam ex causa absentia, debeo ipsam absentia probare legitimis probationibus, non autè solo iuramento, quod omniũ primus annorauit Cyn. in d. l. 1. C. ad Maced. Est rõ, qñ actus isti ignorantia iustificantes non cõstitũt in animo allegantis ignorantia, ita post Card. cõs. 4. & consi. 36. sensit Fel. in d. c. cognoscentes. nu. 19.*

11 *Secundus modus probandi hanc i ignorantiam is est, ut probãdo absentiam uel similitè causam, quæ iustã ignorantia causam prestare soler: ita post Bar. in d. c. cognoscentes, & Abbatem ibi num. 10. senserunt ibidem*

ibidem Fel. nu. 19. & Dec. in fi. uerfi. successiue Abb. & latius ibidem declarat Beroius nu. 54. Dec. c. super literis, nu. 7. de rescip. & cõsi. 38. no. 7. consi. 64. nu. 5. & consi. 460. nu. 27. ex l. tres fratres. ff. de pact. l. Titius. §. Lucius. de lib. & posth. l. planè, de excusa. tuto. qui & idem esse affirmant, cum probatur etas infantia. qñ illa qecquid uider ignorat. l. j. §. ipuberes. C. d. falsa mone. sic si pbarer iste aliud simile ipedimètũ.

17 *Sunt hæc admodũ ad interpretationè i statuti Me diola. 84. sub rubr. de pœna negatis positionè filiationis. quò punitur negans aliquem esse filium, modò is in probabili ignorantia non ueretur. quæ probabili ignorantia fit, statutũ reliquit i arbitrio iudicis: q sanè iudex pbatioes admittere poterit iuxta supra relata.*

S V M M A R I V M.

1 *Notariorum stylus & consuetudo in recipiendis instrumentis.*

2 *Instrumentum authenticum è protocollo sumi.*

3 *Protocolli nomen quæ scripturæ notariorũ habeant.*

4 *Protocola & notas notariorum ante extensionem fidentem in iudicij non facere.*

5 *Protocola à notario subscripta esse debere, ut inde instrumentum authenticum sumi possit.*

6 *Instrumentum authenticum sumi potest ex protocollo ceterato & extenso.*

7 *Notarius unus è tribus. qui instrumentum receperunt, in publicam formam redigere illud potest.*

8 *Notarios plures recipientes instrumentum, in solidũ rogatos præsumi.*

9 *Baldi & Saliceti doctrina declarata.*

10 *Auctoris noua opinio, quomodo unus è pluribus notarij qui instrumentum receperunt, possit illud in publicam formam redigere.*

11 *Sententia est nulla cum ab uno tantum iudice est lata, si a tribus ferri debuit.*

12 *Guidonis Papa, Alex. & Boerij confutata opinio.*

13 *Statutum Verona lib. 2. c. 21. sub rubr. de imbreuiaturis releuandis, declaratur.*

14 *Notariorum Papiensium stylus in imbreuiaturis. at que ita instrumentis releuandis.*

15 *Statutum Papiæ 46. sub rubr. Quòd adhibeatur fides instrumentis extractis, declaratur.*

16 *Statutum Patauinum sub rub. de fide instrum. abbreviatorum. c. si aliqua abbreviatura, declaratur.*

17 *Instrumentum authenticum sumi potest de protocollo in aliqua parte uitiato & interlineato.*

18 *Instrumentum authenticum posse sumi ex antiquo protocollo subscriptione notarij carente.*

19 *Instrumentũ authenticũ ex protocollo extenso sumi põt.*

20 *Instrumentum authenticum ex protocollo ceterato sumi posse.*

21 *Instrumento seu protocollo ceterato plus creditur in dubio, quàm extenso.*

22 *Protocolum ceteratum esse magis originale protocollo extenso.*

23 *Instrumentum authenticum non sumi ex procollo cũ falsi suspicio subest.*

24 *Instrumentum authenticum sumi non posse à cedula, qua in filicia scripturarum notarij reperitur.*

25 *Notariorum Papiensium & Pedemonium stylus & usus in instrumentis obiter recipiendis.*

26 *Cedula in filicia scripturarum notarij reperta, protocolli nomen non meretur.*

27 *Alex. consi. 153. nu. 13. lib. 2. declaratur.*

28 *Statutum Patauinum sub rubr. de fide instrumentorum abbreviatorum. cap. si aliqua, & cap. & ubicũ que, declaratur.*

28 *Iudicis obseruatio quanta esse debeat, ne permittat instrumentum authenticum è protocollo sumi.*

30 *Iudex ex suo arbitrio iudicabit non esse sumendum instrumentum authenticum à scriptura imperfecta ratione uoluntatis.*

31 *Instrumentum authenticum nõ sumi è scriptura, quæ à notario habita non est in numero protocolli, etiã asserente notario esse ex protocolatis.*

32 *Iudicis assertioni non credi.*

33 *Ancha. consi. 431. declaratur.*

34 *Falsi suspicio inest instrumento, in cuius margine aliquid magni præiudicij scriptum est.*

35 *Falsitas præsumitur in scriptura diuersi atramenti.*

36 *Iudicis arbitrio relinquitur, an diuersitas atramenti suspicionem falsi arguat in instrumento.*

37 *Falsitas arguitur ex literis nouis in charta antiqua scriptis.*

38 *Instrumentum antiquitus confectum & nouiter registratum, falsum præsumitur.*

39 *Falsitas præsumitur ob scripturam manus diuersæ.*

40 *Falsitas præsumitur ob interlineaturas.*

41 *Iudicis arbitrio relinquitur quando interlineatura falsitatem arguat, uel rasura.*

42 *Falsitas arguitur ex appostilla, solenni attestacione carente.*

43 *Falsitas arguitur quando ex eadem scriptura substãtiali diuersitas uel contrarietas oritur.*

44 *Falsitas arguitur cum descripti testes in instrumento iam erant mortui.*

45 *Falsitas ex styli diuersitate arguitur.*

46 *Falsitas arguitur ex minus recta constructione.*

47 *Falsitas arguitur cum actus dicitur cum iam mortuo gestus.*

48 *Falsitas arguitur ex incisione foliorum.*

49 *Statutum Brixie in civilibus c. 171. sub rubr. de Breuiarijs notariorum. declaratur.*

50 *Protocola committi cui debeant.*

51 *Statutum Brixie d. c. 171. cui tribuat potiore auctoritatem committenti protocola defuncti notarij.*

52 *Scripturæ ordo prælationem arguit.*

C A S V S C L X X X V I I .

QUANDO EX PROTOCOLIS SVMI possint authentica instrumenta, & quibus falsitas in instrumentis arguatur, latè explicatur.

Disputatio est utilis & frequens, quando ex protocolis seu abbreviaturis, uel (ut alij uocant) bastardellis notarij iam mortui authentica instrumenta sumi possunt. Qua in re multa soler iudicis arbitrio tribui. Ego soleo aliorum uestigia secutus, aliquot casus constituere, atque distinguere. uerum antequam ed deueniam, sciendum est, i notariorum communè esse in omnibus ferè Italia locis stylum & morè, ut quam primum rogati instrumentum recipiunt, illud in quadam notula, seu bastardello summam & abbreviatè admodum scribant, deinde actum illum, il ludue instrumentum in alio libro, quem extensum p

2 tocolum appellant, iterato scribunt ex quo sanè pro
 2 tocolo desumitur instrumentum authenticum, qd
 partibus, quorum interest, tradit. ita Bal. in l. nostrà.
 nu. 3. C. de test. quem secuti sunt Cur. sen. consi. 56.
 Super processu. col. pen. Soe. sen. consi. 277. col. 3. &
 col. 5. lib. 2. Parisius consi. 28. nu. 2. lib. 2. & consil.
 61. nu. 3. lib. 3. Boer. q. 252. nu. 8. Neuiza. consi. 24.
 num. 8. in fi. & consi. 26. nu. 4. 5. qui quidem maximi
 iuris interpretes affirmarunt tam notas illas seu ba-
 3 stardellos, quam illa extensa prntocolorum nomen
 habere, quod infra suo loco dicam. Illud etiam scien-
 4 dū est, has notas & protocols in iudicijs fidē nō fa-
 cere, sed opus esse, ut ex illis instrumentum authenti-
 cum desumatur & exempletur, quod deinde iudi-
 cium producit, & probat, ita Cyn. in l. contractus.
 C. de fide instr. Signorolus consi. 24. in qōne præ
 supposita. num. 1. Castr. consi. 111. Visis & pondera-
 5 tis quæ in principio. Ang. consi. 275. col. 2. Præterea
 hæc protocols debēt esse scripta, aut saltem subscri-
 pta manu ipsiusmet notarij rogati, & hæc est magis
 recepta opinio, ut attestant Ruin. consi. 144. num.
 2. consi. 159. nu. 3. lib. 4. cōsi. 211. nu. 13. lib. 2. & cō-
 si. 11. nu. 23. lib. 3. Alex. cōsi. 153. nu. 8. lib. 2. latè Pa-
 ris. cōsi. 28. nu. 2. 28. lib. 2. Rol. à Valle cōsi. 44. nu. 40.
 lib. 1. Didac. lib. pract. qd. cap. 20. nu. 4. uerfic. seprimò
 adualorem. id quod aliquibus casibus nō procedit,
 ut infra attingam. Cū igitur de instrumento leuan-
 do, seu extrahendo ex illis primis notis & abbrevia-
 turis agitur, considerandi sunt hi casus.
 6 Primus est, cū non modò instrumentum hoc
 reperitur descriptum in protocollo cæterato, sed & i
 extenso, quorum copia extat: tunc dubio procul no-
 tarius, cui facta est horum protocolorum commissio,
 leuare & in publicam formam redigere instrumen-
 tum illud poterit, cū de illius fide & ueritate non
 dubitetur. nec est qui dissentiat hoc in casu.
 7 Extenditur hic casus & procedit etiam ubi duo,
 tres, uel etiam plures notarij de eodem instrumento
 rogati essent. nam adhuc unus eorum solus, uel is, cui
 unius protocola commissā sunt, instrumentum atq;
 ita authenticū hoc leuare potest, ita mihi probat tex.
 in §. si uerò moriatur. in auth. de instr. cautela fide. &
 glossa in §. si uerò absunt, in gl. quantum, in fin. in au-
 then. hered. & falc. hanc enim regulam iuris esse opi-
 8 nor, quòd unusquisque notariorum insolidum ro-
 gatus dicatur, quòd circa is, qui asseuerat notarios ro-
 gatos esse una simul, ita ut unus sine altero leuare nō
 possit, probare debet. ita sensit Guido Papæ q. 122. co-
 lum. pen. uerfic. uerum tamen, dum exemplum ad-
 fert ex l. contractus. C. de fide instr. & ob temporis
 antiquitatem præsumitur quòd unusquisque insoli-
 dum rogatus sit. quemadmodum respondit Dec. cō-
 si. 26. nu. 4. si uerò notariorū fides una simul esset, p-
 bata, ita quòd non unusquisque insolidum, sed oēs si-
 mul rogati essent, non posset instrumentum hoc ab
 9 uno eorum tantum leuari, atque ita intelligit Bal. in
 l. iurand. in fi. & ibi Sal. col. 2. uerfic. nemo ad ter-
 tiam. C. de testib. eundem Bal. in l. si quis ex argenta-
 rijs. §. 1. in 5. notab. de eden. sic etiam intelligo Soci.
 sen. consi. 2. col. 1. uerfic. præterea. lib. 3. qui eiusdem
 opinionis retulit Io. And. & Hostien. in ca. quoniam
 contrā, de proba. sic pariter loquitur Alex. cōsi. 124.
 nu. 4. lib. 7. Barba. consi. 18. col. ult. lib. 3. Corn. consi.

243. nu. 12. lib. 3. Guido Papæ d. q. 122. quos retulit
 10 & secutus est Boerius q. 21. Aliqñ tñ fuit in ea opin-
 ione, mea sententia non cōtēnda, absolute uerum
 esse, qd licet plures notarij simul rogati sint, unus tñ
 eorū leuare & in publicam formam redigere instru-
 mentum illud pōt. & hac declaratione relatorum in-
 terpretum autoritates explicari possunt. Aut legis
 dispositione, uel partium conuentione cautum est,
 duos uel tres notarios regatos esse debere de instru-
 mento inter partes celebrando: tunc unus eorum si-
 ne altero instrumentum recipere non potest: ea rōne,
 quia legis dispositioni, uel partium conuentioni sa-
 tisfactum non esset. iuxta l. contractus. C. de fide in-
 11 strum. Hinc uidemus, fentētiā, quæ a duobus, uel
 tribus arbitris, iudicibusq; ferenda est, esse nullam, si
 ab uno solum ferri contingat. l. cum magistratus. C.
 quando prouoca. non est necesse. cap. prudentiā, de
 offi. delega. & hoc in casu uerè loquitur Alber. in l. 1.
 colum. pen. uerfic. & ex prædictis, ff. de offi. consi. nec
 aliter senserunt Bal. & Sal. in d. l. iurand. cū lo-
 quatur de sola substantia, an scilicet notario creda-
 tur, dum solus scribit testiu attestaciones, ex quo una
 cū collega scribere debuit: tunc enim loquitur qñ
 dicta testium in publicam formam rediguntur. idem
 sensit Soc. sen. d. consi. 2. col. 2. lib. 3. Abbas in c. qm
 contra. nu. 3. 2. de probat. Nec Roma. consi. 281. col.
 ult. uerfic. quò ad secundum, sensit id ad quod eum ci-
 tauit Boerius d. q. 21. imò ibi in uerfic. nihilominus,
 sensit alterum ex propositis ad scribendum acta fide
 facere. Aut secundo casu agitur de leuatione, atque
 ita de redigendo in formam publicam instrumento
 à pluribus notarijs recepto, sicq; solum dubitatur de
 faciendā fide actus iam celebrati: & tūc dico ab uno
 eorum solo, uel suo successore fieri posse: ea ratione,
 quia hic non agitur de actus substantia, sed de sola iā
 celebrati actus fide faciendā: quæ ab uno tñ fieri po-
 test: ut sensit gl. in d. §. si uerò absunt, in glo. quantū,
 in fi. & ibi Iacobus Beluius in auth. de hered. & fal-
 cid. & hoc in casu non loquitur Alberic, nec ceteri iā
 relati: solum hoc in casu loquuntur. & aliter sentiūt
 12 Guido Papæ d. q. 122. Alex. d. cōsi. 124. nu. 3. 4. lib.
 7. & Boerius d. q. 21. sed fortè falsi sunt Baldi, ac Al-
 berici auctoritate, quæ non in casu isto, sed in iam re-
 lato procedit. & hoc in casu declaratur statutum Ve-
 13 rone, lib. 2. capit. 21. sub rubr. de imbreuiaturis rele-
 uandis. ibi, & si imbreuiatura alicuius testamenti
 confecta fuerit, ubi duo sint notarij, & unus ipsorū
 notariorū decesserit, qd unus alius notarius auctori-
 tate prædicta possit se in dicto testamento subscribe-
 re, intelligitur hoc statutum p-rii, ut loquitur quò
 ad leuationem, ut unus solus non possit: atque ita ui-
 detur ius cōe corrigere: nam hoc statutum sensit qd
 ambo instrumentum hoc leuent, & si eorū unus esset
 mortuus, qd alter illius loco eligatur. id, quod clarè
 uerba statuti subsequētia ostendunt ibi, & si ipsi no-
 tarij ambo essent mortui, qd ex ipsa imbreuiatura pōs-
 sit instrumentum confici per alios duos notarios au-
 thoritate prædicta. hæc profectò uerba ostēdūt unū
 solū non posse, posteaquā uult duos eligendos esse.
 14 Papæ uidi non semel obseruari, ut unus ex pluribus
 notariorū, qui rogati fuerūt, in publicam formā
 authenticum instrumentum tradat. Et hæc utilia sūt
 15 ad declarationem statuti d. ciuitatis Papæ 46. in ci-
 uilibus

uilibus, sub rubr. Quòd adhibeatur fides instrumentis
 extractis de protocolis notarij defuncti. qd statutū
 cū simpliciter loquatur de protocolis defuncti, in-
 telligi etiā potest locum habere, ubi in ipso protoco-
 16 lo adesset instrumentum ab illo defuncto unā cū alijs
 notarijs receptum. sic etiam potest statutum Patavi-
 num sub rubr. de fide instrumen. abbreviatorum. c. si
 aliqua abbreviatura, declarari.
 17 Extenditur secundo, ut procedat etiā si illud pro-
 tocollum, & illæ abbreviaturæ essent aliqua in parte
 interlineatæ, cancellatæ & (ut dicitur) uiruperatæ, ut
 legi nō possint quoniā adhuc pars illius actus, quæ
 integra reperitur in publicā formā extrahi poterit:
 ita egregiè respondit Signorol. cōsi. 224. in fi. simile
 per Bal. l. ult. col. 4. in 4. opp. & ibi Zucard. nu. 332.
 C. de edicto Diui Adr. tollen.
 18 Extēditur tertio, ut etiam procedat quādo illud
 protocolum nō haberet aliquam subscriptionē, uel
 signū notarij, sed esset antiquum, nam adhuc ex eo
 authenticum leuari poterit, ita Rubeus consi. 10. col.
 ult. uerfic. præmissis tamen. quem uisus est sequi Cra-
 ue. in tract. de antiq. temp. in ultima particula tertie
 partis princ. nu. 39. qd uerum ego intelligo cū cō-
 stat illud esse illius notarij manu scriptū. & erit op-
 timum probare de ueritate aliquorū ex illis instru-
 mentis in eodem protocollo contentis, ut de parcel-
 lis libri rationum aliquando diximus supra.
 Secundus est casus qñ solum extat secundum pro-
 19 tocolum & extensum & in eo reperitur rectè extēsum
 instrumentum hoc in formam publicam redigēdū.
 adhuc dicendum idem est hoc in casu qd in præcedē-
 ti. nec enim difficultas fieri pōt, posteaquā de illius
 fide & ueritate constat.
 20 Tertius est casus qñ solum extaret primum proto-
 colum, seu sola abbreviatura cæterata: nam adhuc
 extrahi, & in formam publicam redigi instrumentū
 authenticum pōt: qm protocoli nomen & illud ob-
 tiner. atq; ita in illo Papiensi statuto sub protocoli
 nomine contineri dī, cū tanta sit huius cæterati fi-
 des, qd si aliqua oriatur dubitatio inter extensum &
 cæteratum, ob aliquam diuersitatem, stādum potius
 21 test cæterato qd extenso. quemadmodum affirmarūt
 Baldus cōsi. 409. Quidam nomine Cicollis lib. 3. Cas-
 tren. consi. 306. Ad primum quæsitum uidetur. col.
 1. propè medium li. j. in antiquis. & clarius Soc. sē.
 consi. 277. col. 3. & col. 5. lib. 2. qui illud, qd notarij
 dignum est, affirmarūt, esse potius standum instrumē-
 to authentico desumpto per duos notarios ex illo
 primo protocollo cæterato, qd sumpto ex extenso per
 22 eūdemmet notarium rogatum. imò illud primum
 cæteratum dī magis propriè protocolum, cum uerè
 sit: ut de illius significatione scribit Viglius in §. ni-
 hil, in fi. inst. de testa. & Didacus libro pract. quæst. c.
 19. nu. 2. & Castren. d. consi. 306. idem qd Baldus iā
 relatus censuit Parisius consi. 28. nu. 2. lib. 2. & con-
 si. 61. nu. 2. lib. 3. & Boer. quæst. 152. nu. 7. in fi. qui n.
 8. subiicit, hoc non procedere, qñ illud protocolum
 cæteratum careret ligno, uel subscriptione notarij,
 de quo statim dicemus. Relati tres casus locum non
 23 habent, qñ instrumentum illud in protocollo descri-
 ptum aliqua falsi suspitione laborat; nam tunc rele-
 uari & in formam authenticā redigi nō debet. Ruin.
 consi. 215. nu. 16. 17. lib. j. & latè infra in fin. dicem^r

24 Quartus est casus, quando sola extaret cedula non
 descripta, uel in primo protocollo cæterato, uel in se-
 cundo extenso, sed ita simpliciter reperitur in aliqua
 (ut uulgò appellant) filcia, solent etenim aliqui nota-
 25 rii ut uidi obseruari Papiæ, sub cingulo, & ut ipsi di-
 cunt, sub corrigia instrumenta aliquādo, ita fortuito
 in foro uel in uia reperti, recipere, & i aliqua charta
 & folio scribere nomina testium & substantiam con-
 tractus cum die & hora; & deinde cū domi sunt re-
 ferunt actum illum in suis protocollis, & aliquando
 memoria lapsi, uel negotiorū multitudine impediti
 in filcia eo animo reponunt, ut nacti oriū in proto-
 colis describāt. & multoties euenit incogitata mors,
 uel simile quid, ob quod reposita in filcijs non repo-
 nuntur in protocolis; & inde magnum dispendū in-
 terdum, & magna partium oritur dissensio. maior est
 diligentia notariorū regionis Pedemōtium: illi sē-
 per penes se habēt paruum librum, à se quot annis
 factum inscriptum & sua manu subscriptū, ita quòd
 de eius fide non dubitatur: ob id si forte fortuna ene-
 niet de instrumento rogari, illud in ea notula, quam
 eo nomine uocant, describunt. iuxta ergo malum illū
 stylum Papiensem, si reperitur actus seu instrumen-
 tum in illa filcia, nō poterit à notario, cui facta est cō-
 missio protocolorum iam defuncti notarij leuari, &
 in publicam formam redigi ex sua generali commis-
 sione, ita Castren. consi. 111. Visis & ponderatis quæ
 supra scripta sunt, col. 1. uerfic. si uerò solennitè, illa
 ratione uitur, quia commissi intelligitur de leuadis
 instrumentis ex protocolis, quæ secundum commu-
 26 nem usum loquendi protocola dicuntur: at ista ꝑce-
 dula non potest dici protocolum, cū illis substantia
 libus protocolis adhiberi consuetis careat. idem sēsit
 Alex. consi. 153. nu. 13. lib. 2. Signorol. consi. 224. in
 quæstione præsupposita. uerfic. sed curo qd, Ange. cō-
 si. 400. Testator. colum. 3. uerfic. non obstat commis-
 sio. Boer. quæstio. 36. nu. 5. & 252. nu. 8. ex specili ue-
 rò commissione pro iudicis arbitrio leuari & in pub-
 licam formam redigi poterit, ita Castren. d. consil.
 111. colum. 1. uerfic. si uerò queritur. idem Castren.
 consi. 306. Ad primum quæsitum. col. 1. uerfic. breui-
 ter. lib. j. in antiquis, atque ita potest declarari doctri-
 27 na Alex. d. consi. 153. nu. 13. qd simpliciter respōdit,
 leuari hos actus & in publicā formā redigi nō posse,
 qm de his commissio data nō dī. sic & aliorū relatorū
 28 interpretū. ita etiā declarari debet statutū Patavinū
 sub rub. De fide instrumentorū exēplatorū, c. si ali-
 quā, & c. Et ubiq; dū concedit facultatē notario
 exēplandi instrumenta etiā imperfecta notarij mor-
 29 tui: non intelligitur de his cedulis, iudex tamen di-
 ligenti inquisitione hac in re uti debet, secundū Ca-
 strensem, & ob id animaduertere debet quo in loco
 reperta sit scriptura hæc, an suspecta sit, uel non: & de-
 inde, quòd æquum sibi uidebitur, arbitrabitur. Illud
 tamē obseruabit, quòd si scriptura hæc ex sui forma
 30 ostendat imperfectam adfuisse uoluntatem partis,
 cuius causa illa scripta sunt, non esse aliquo modo cō-
 cedendam licentiam leuationis: quoniam defectus
 uoluntatis facit ut actus sit nullus, ita in specie hac cō-
 sult Castren. d. consi. 111. col. 1. uerfic. breuiter in
 hoc, qui idem esse sensit etiam si actus sit gestus iter-
 31 liberis, poterit etiam arbitrari iudex instrumentū
 leuari nō debere ex ea scriptura, quæ relatione habi-
 ta ad

ra ad protocolum apparet habitam non esse a notario in numero scripturarum protocoli: ut puta, scriptura in filcia reperta continet annum 1567. & diem 6. De ceteris reperitur protocolum notarij illius anni 1567. ac ipsius mensis Decembris. & extant in eo recepta instrumenta illius diei sexti & dierum precedentium ac sequentium, & tamen nullum extat uerbum de instrumento, seu scriptura hac in filcia reperta. nam, cum magna sit de huius scripturae fide suspicio, ut scribit Didacus libro practica. questio. c. 16. nu. 3. uerfi. quarto erit obseruandum, sequitur nulla ratione esse concedendum, ut ex ea instrumentum authenticum leuari possit. Illud etiam obseruandum est, quod scriptura reliquit Ancharanus conf. 43 i. Præmissa sine allegationibus, in princ. dum affirmat, quod etiam si ipsemet notarius, qui de illa scriptura rogatus est, attestaretur se de ea rogatum fuisse, ei non esse credendum: atque ita non esse inde instrumentum authenticum sumendum. quoniam inquit Ancharanus, illa scriptura non est in protocollo reposita, atque ob id suspecta est, & uitiosa nec illa notarij attestatio prodest, cum accedat potius ad naturam simplicis testimonij, quam publicæ personæ; posteaquam de eius asseueratione ex abbreviatura non apparet. non ergo illius assertioni standum est ad partium detrimentum, quemadmodum uidemus in iudice

32 cuius assertioni ad partium detrimentum non creditur. c. quoniam contra, de probatio. Ego opinor ueram esse Ancharani sententiam, si loquitur, ut loqui uidetur, & intelligitur à Boerio dicta questione 37. nu. 1. de attestacione notarij iam mortui, & quæ attestacio esset in eademmet scriptura reperta in filcia, quæ eo morbo quo laborat scriptura principalis, eodem etiam & scriptura illa attestacionis, sed ubi attestacio hæc in alia scriptura reperiretur, ita ut de ueritate rogatus constare possit, opinor Ancharani opinionem esse ualde dubiam, nisi alia suspiciones, quas is deinde in secundo suæ consultationis fundamento perperdit, concurrerent. nam illa attestacio prodest, ex quo eius fides a publico est approbata. & licet in protocollo non reperiat, illud euenire potuit ob suæ memoriæ imbecillitatem, uel negligentiam, quæ partibus, & ueritati obesse non debet. & quod de iudice dicitur in d. c. quoniam contra, respondetur eius assertioni non credi in his, quæ a suo officio & potestate non pendunt. id, quod explicauimus supra lib. j. quest. 73.

Illud autem quod recenset is Ancha. d. conf. 431 in secundo fundamento: nempe non esse concedendam licentiam extrahendi atque ita in publicam formam redigendi scripturam hanc in filcia repertam, cum aliqua falsitatis suspicione laborat; uerum esse credo, nec aliter sensit Castren. d. conf. 1. i. i. colum. 1. Iustæ autem suspiciones & causæ multæ sunt: ut illa prima, quam perpendit Ancharanus, quando in margine aliquid magni præiudicij scriptum reperitur, ut in casu Ancharani, ubi reperiebatur scriptum in scriptura testamenti legatum magni ualoris: nam suspicio falsitatis inde oritur. ita ille post Bald. in l. si unus. C. de testa. sic etiam cum scripturae aliquid apparet additum ex diuerso atramento; inde enim oritur suspicio: ita Ancharanus eo loci. & idem firmanunt alij quam plures ut Cephalus conf. 287. nu. 27. lib. 2. & Brunus conf. 95. nu. 4. qui inquit, in hoc multum esse iudicis arbitrio tribuendum, quod Abbas & Fely. affirmant

37 runt in c. inter dilectos, de fide instr. Sic etiam fecerunt in charta antiqua scripta reperitur; nam & ex illo actu oritur falsi suspicio; ita sensit Ancha. d. conf. 431. ex c. inter dilectos, uerfi. secundo quia, de fide instr. quo textu adductus respondit Craue. cōf. 28. nu. 3. instrumentum antiquitus confectum, & nouiter registratum, seu protocolatum falsi suspicione laborare. idem Craue. conf. 134. nu. 28. ubi in specie Ancharanus citauit. & Curt. iun. conf. 52. in fi. & affirmat diuersitatem atramenti falsitatem arguere. quæ quam idem Craue. cōf. 88. nu. 7. contra Curtium in hoc senserit: ut etiam leuem esse suspensionem dixit Soc. sen. conf. 94. col. pen. uer. circa tertium, lib. j. Paris. cōf. 28. n. 58. lib. 2. sed esse probabilem dixit Soc. iun. conf. 41. nu. 7. lib. j. Ego cum Bruno sentio, iudicis esse arbitrium, ita etiam falsitas arguitur cum apostilla est diuersa manu facta; ita Abbas conf. 10. col. 2. li. j. & conf. 34. col. 2. lib. 2. quem secutus est Craue. d. conf. 88. nu. 7. idem respondit Rui. conf. 215. nu. 16. lib. j. quod intelligit Decius conf. 447. nu. 8. in fi. nisi notarius met se subscribat & ibi in fi. consilij inquit, generalem subscriptionem sufficere, ita pariter quod falsi oritur suspicio, cum aliquæ extat interlineaturæ in locis substantialibus, ita Ancha. d. cōf. 431. col. 1. uerfi. ex istis enim, per tex. l. 1. ff. de his quæ in testamento delent. in casu enim Ancharani abrafæ fuerant literæ in hæredis institutione, & loco illorum uerborum, instituit in bonis, fuit scriptum instituit in domo; atque ita institutio, quæ uniuersalis erat, effecta est particularis. Simile apud Socin. iun. conf. 45. nu. 1. lib. 3. sed Alcia. respo. 341. n. 3. sensit cællationem parum operari. Ego credo esse iudicis arbitrio ex qualitate abrafæ & interlineationis. nam illam non uitiari sensus rectus haberi potest, secundum Soc. sen. conf. 15. col. penult. lib. j. & rasuram suspensionem arguere latè. tradit Ceph. cōf. 287. n. 38. li. 2. Sic etiam oritur suspicio falsi ex apostilla, quæ & si eiusdem manus sit & atramenti, est tamen sine solemnitate à iure requisita. ita Cur. iun. conf. 145. nu. 17. nam notarius attestari debet apostillam illam esse sua manu factam. Arguitur etiam falsitas quoniam ex eadem scriptura, aliqua substantialis diuersitas & contrarietas nascitur, ita Bald. in l. cum proponeretur, de lega. 2. Aret. conf. 7. quos est secutus Gramma. conf. 24. nu. 5. & Cephalus conf. 287. nu. 1. lib. 2. Arguitur etiam falsitas si testes in instrumento descriptos tempore illo, quo celebratum fuit instrumentum, iam mortui erant; ita Cur. sen. cōf. 56. in fi. Paris. conf. 26. nu. 24. lib. 2. Craue. conf. 28. nu. 7. & conf. 249. nu. 8. in fi. Arguitur etiam falsitas ex styli diuersitate; ita Socin. iun. conf. penult. nu. 56. lib. 2. Cephal. d. conf. 287. nu. 29. li. 2. Arguitur etiam falsitas cum clausula non habet rectam constructionem ad præcedentia & ad sequentia, ita Alciatus respon. 494. nu. 3. Sic etiam falsi oritur suspicio cum actus gestus uidetur cum iam mortuo, uel ad eius commodum, ut puta, si in testamento reperitur factum legatum iam uita functo. ita Craue. conf. 28. nu. 2. qui nu. 4. & 5. arguit falsitatem ex tarda nimis & minus uerisimili registratione. Oritur etiam falsi suspicio, si folia aliqua sunt incisa, quod in protocolis maxime euenit. ita idem Craue. d. conf. 28. nu. 8. Hæc sunt summa annotatione digna, ut intelligamus, quomodo sit in horum instrumentorum exemplari-

tionibus procedendum, & ad interpretationem relati statuti Papiensis, nec non & Brixienfis in ciuilibus, c. 171. sub rub. De breuiarijs notariorū. Ad quorum interpretationem illud etiam dicam obiter, quod quando in horum protocollorum commissione dissentit iudex à testatoris uoluntate, ut quia testator illa Sempronio committat, & iudex uelit committere Caio, esse præferendum iudicis uoluntatem. ita Guido Pape questio. 2. Quare relatum statutum Brixie priore loco tribuit autoritatē Prætori faciendi hæc commissiones; deinde notario rogato. & ordo literarum arguit prælationem. Bart. in l. 1. nu. 6. ff. de confir. tut. & in authen. perpetua. nu. 3. C. de sacrosan. eccle. Ruin. conf. 56. nu. 6. lib. 1. Dec. conf. 161. col. 2. uerfi. unde etiam. Ripa in cap. ad aures. num. 2. de rescrip. ubi declarat.

S V M M A R I V M.

- 1 Incertitudinis uitium maximum.
- 2 Priuilegium ob incertitudinem uitiatur.
- 3 Incertitudine casus aliquos non uitiari.
- 4 Legatum in refectionem uia ob incertitudinem non uitiari.
- 5 Iudicis arbitrio relinqui quantum debeatur, cum in refectionem uia factum est legatum.
- 6 Incertitudo per relationem ad aliud, certa ex iudicis officio reddi potest.

C A S V S CLXXXVIII.

DE LEGATO INCERTO AD VIÆ REFECTIONEM FACTO, & DE INCERTITUDINIS UIRTUTE.

1 **Q**uamquæ maximum sit incertitudinis uitium, ut potest, quod ob illud omnes actus inefficaces reddantur, quemadmodum & priuilegium, quod ob incertitudinem uitiatur. Oldra. consil. 257. in fi. sic & promissio beneficij ecclesiastici ob incertitudinem uitiatur. Oldra. conf. 229. quæ secutus est Craue. cōf. 104. nu. 11. qui alia similia recenset. idem conf. 143. in fine, & conf. 147. nu. 1. & permulta scribunt Marfil. singu. 206. & sing. 523. infinita prope ex more cōgessit Tiraq. tracta. De iure Primigen. q. 17. num. 12. & eadem quaestione opinione 6. nu. 2. Casus tamen aliqui reperiuur, in quibus incertitudo dispositionem non uitiat. Vnus ex multis est in l. quidam ff. de lega. 2. cum testator legat in refectionem uia, nec legati quantitatem exprimit; ualeat legatum, sed iudicis arbitrio aestimatur quantum censeatur legatum. quemadmodum uerba illa textus probant, ibi, tunc enim officio iudicis secundum estimationem patrimonij legati quantitas diffiniri potest, id quod sensit Bald. in l. uoluntatis. nu. 7. C. de fideicom. & attingimus supra lib. 1. questio. 11. hoc fauore uia reficiendæ constitui sentiant aliqui; ut Barto. d. l. quidam, & clarius in l. ita stipulatus, numero quarto, de uerborum obligatio. Barbat. consilio 79. columna quarta, in principio, libro tertio. Alij uero existimarunt illud concedi, quia illa incertitudo & per relationem ad aliud, hoc est ad patrimonij quantitatem, iudicis officio certa reddi potest, quæ de re plura alibi scripsimus.

S V M M A R I V M.

- 1 Iuramentum litis decisuum cui delatum est, subire uel referre debet.
- 2 Iusiurandi oblatam conceptionem recusare offerens aliquid quando iuste potest.
- 3 Iudicis arbitrio relinquitur sub qua uerborum conceptio ne iurare is debeat, cui iuramentum relatum est.
- 4 Accursii & aliorum exemplum de conceptione iuris iurandi, quod deferens subire deinde debet reiectum.
- 5 Iusiurandi formulæ, quæ ob rei diuersitatem cum deferenti refertur iuramentum, nouum auctoris exemplum.
- 6 Iudæus quomodo oblatum sibi à Christiano iuramentum deferenti refert.
- 7 Ignarus facti deferens iuramentum aduersario quomodo ipse subire debeat, si ei refertur.
- 8 Iuramentum si quis deferat aduersario, an possit ei referri, si factum deferens ipse ignoret. Crauetta & Natte contraria responsa.
- 9 Statutum Brixie 31 in ciuilibus, sub rub. De sacramentis delatis à parte parti.

C A S V S CLXXXIX.

QVA SVB UERBORVM FORMVLA DEFERENS ADUERSARIO IUSIURANDUM DEFERAT, SUBIRE IPSE DEBEAT, SI EI REFERATUR, DILIGENTER EXPLICATUM: & DUO CRAUETTÆ & NATTE CONTRARIA RESPONSA EXAMINATA.

1 **C**um unus litigantium aduersario suo iusiurandum (quod decisuum litis nostri appellant) deferat, debet is, cui delatum est, uel iurare, uel referre, uel soluere. l. iusiurandum & ad pecunias. §. ait Prætor. ff. de iureiurand. est & illud eo Prætoris edicto constitutum, quod si is, cui iusiurandum delatum est, iurare neget, & referat deferenti non posse deferentem ipsum recutare ea sub conceptione à se oblata, iurare: nam iniquum est talem iusiurandi conditione alteri proponere, secundum quam quis non iurasset. Contingat tamen sæpe, ut iuste is à se proposuitam iurandi conceptionem recusare possit: nempe ob personarum, uel rerum diuersitatem, ut in d. §. ait Prætor, legitur. Dubitari ergo à nostris solet, sub qua conceptione iurare is teneatur, & cum ob ipsarum personarum & rerum qualitatem, iure minime terminata, non una semper sub forma & conceptione iurandum sit, hoc iudicis arbitrio relinquitur, ut clarè habetur in d. l. iusiurandum & ad pecunias. §. si de qualitate, ubi Iaf. nu. 5. d. §. ait Prætor, in fine, quæ iura annotauit etiam Craue. conf. 203. num. 6. miris tamen cruciatibus sese torquent nostri in assignandis exemplis iustæ causæ reculationis, ob personarum, uel rerum & diuersitatem. Exemplum illud unum, attulit de rerum diuersitate Accursius in gl. rerum, quæ sanè glo. Bar. & ceteri probarunt. ut puta, si contra te actionem de dolo moueo, & tibi iusiurandum deferro, ut iures te per dolum non fecisse; haud tibi licebit referre hac sub conceptione, iura tu, me non fecisse in re, quæ ultra duos aureos sit: nam cum actio de dolo ultra hæc summam non detur. l. si oleum, in fi. ff. de dolo, non poterit ita iusiurandum referri; cum

eo modo per indirectum iudicium euitetur. quod sane exemplum uix conuenit Pratoris edicto. uoluit enim Prator, deferentem non posse recusare iusiurandum subire ea sub uerborum conceptione a se oblata, ob rerum diuersitatem. at Accursius non rerum diuersitatem considerat, sed nouam iusiurandi conceptionem. eadem ratione non etiam conuenire uidetur aliud eiusdem glossae exemplum, dum ait, si dum tecum ago ex donatione ultra quingentos aureos, & obtuli tibi iusiurandum, me tibi non donasse, non poteris referre sub alia conceptione, te mihi non donasse ultra quingentos aureos. clarius ergo & uerius exemplum adferri potest ob rerum diuersitatem, si ego de defero tibi iuramentum, quod tibi mutuo dedi centum coronatos, & tu mi mihi referas iuramentum, diuersitate rei adferens, iura tu, mihi mutuo dedisse tantam argentum summam: nam hic rei diuersitas facit ne illud iuramentum uideatur, quod a te tibi est delatum. iudicis ergo erit arbitrium. re cognita arbitrari, an ea sub conceptione sit iurandum, uel ne fieri. n. posset quod iurandum esse arbitraretur, quia & si rei uideatur diuersitas, ad unum tamen forte tendet.

6 Ratione autem qualitatibus personarum exemplum attulit Bar. ut puta, Christianus deferre debet iusiurandum Iudaeo per Deum, uel per legem Moysi, Iudaeus posse deferre Christiano iuramentum per sancta Dei Euangelia. Ego Bartoli exemplum rectius, nisi fallor, formaré, si Christianus iusiurandum Iudaeo secundum Iudaeorum legem deferret, non posset Iudaeus recusando iusiurandum hoc referre Christiano, ut ea sub conceptione & formula iuraret. quia & si Iudaeo conceptio illa conueniat, & sua causa recte fuerit a Christiano proposita, non tamen conuenit Christiano, ob id referri ei non potest.

Secundum exemplum ratione qualitatibus personarum attulisse uidetur Craue. d. consil. 203. num. 25. in fi. & nu. 26. signarius ego facti, tibi offero iuramentum, ne gotium ita fuisse pertractatum; non potes tu mihi eadem sub uerborum conceptione hoc iusiurandum referre, sed iudicis arbitrium erit, uel aliter iusiurandi uerba concipere. ut puta, iura te credere negotium, ita fuisse pertractatum. Vel etiam eius arbitrium erit cogere, eum, cui delatum est iuramentum omnino iurare. ex quo enim deferens ignorat factum, referri ei iusiurandum non potest, ita respondit Craue. d. consil. 203. quamquam Natta consil. 35. lib. 1. aliter fenserit, a quo non recessit Parpu. in l. manifestae turpitudinis. nu. 24. de iureiur. Ego tamen Crauetta in iam sequi soleo, quam probari uideo in l. Marcellus. §. ulti. ff. rerum am. iuxta intellectum Petri Perticensis relatum a Bart. ibi. & quem sensum habuit & Sali. in d. l. iusiurandum. §. ait Prator. & licet dixerit Natta procedere ob actionem famosam, ad rem non facit, cum in eo fundamentum iureconf. non constituat. & dum ait Natta, legis autoritate iuramentum deferri, ideo referri non posse. concedo, sed qua ratione illud constitutum sit, non declarat. rationem cum ceteris ego esse credo, quia ueritatem ignorat deferens, quam tamen scit, cui deferretur; non ergo recusare potest iuramentum, nec referre. huc pertinet quod si recusare & referre posset, rei ueritas in tenebris delitesceret. id quod leges mirum in modum abhorrent, Et haec sunt annotanda pro interpretatione statutum Brixiae 31. sub rub. De sacramentis delatis a parte parti. dum enim statutum uult delatum

iuramentum posse referri; iuxta iuris communis dispositionem erit intelligendum, ex iam relatis ergo declarabitur.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudicis arbitrium multum uersari in delatione iuramenti necessarium.
- 2 Iuramentum necessarium auctori deferretur, si iam semiplenè suam intentionem probauit.
- 3 Iuramentum necessarium auctori deferri, si ex uehementi presumptione iam suam intentionem probauit.
- 4 Statutum Ferrariae lib. 2. sub rub. Cui & quando sacramentum debeat deferri in supplementum, declaratur.
- 5 Iuramentum necessarium auctori deferri, si rei ueritatem nouit.
- 6 Iuramentum heredi non deferri super facto defuncti.
- 7 Auctori non deferri iuramentum necessarium, cum factum ita se habere per solam famam nouit.
- 8 Iuramentum necessarium Abbatissa, quae in iam defunctae locum succedit, non deferri.
- 9 Iuramentum necessarium heredi deferri cum defuncto defuncti est informatum.
- 10 Statutum Ferrariae lib. 2. sub rub. Cui & quando sacramentum debeat deferri, in illis uerbis, & si id super quo declaratur.
- 11 Statutum Brixiae 31. in ciuilibus, sub rubr. De sacramentis delatis, ibi, deferatur in facto proprio, declaratur.
- 12 Iuramentum in supplementum probationum tunc auctori deferretur, cum persona legalis est.
- 13 Iudicis arbitrio relinquitur, qualis esse debeat legalitas auctoris, ut ei iuramentum necessarium deferatur.
- 14 Iuramentum necessarium usurario non deferri.
- 15 Iuramentum necessarium Iudaeo non deferri.
- 16 Iuramentum necessarium rustico non deferri.
- 17 Iuramentum necessarium non deferri in causa magni ponderis.
- 18 Iudicis arbitrio relinqui, quae causa magni ponderis dicatur, ut in ea non deferatur iuramentum necessarium.
- 19 Iuramentum necessarium auctori deferretur cum eius probationes antecedunt probationes rei.
- 20 Iuramentum necessarium auctori deferri, si semiplenè probauit, & reus nihil praestitit. ibidem declaratur.
- 21 Iudicis arbitrio relinquitur, quae sint qualitates et circumstantiae, quibus iudex deferre potest uel non iuramentum necessarium auctori.

C A S V S C X C.

QVAE REQVIRVNTVR VT IVRAMEN TO NECESSARIO LOCUS SIT.

NON leue etiam est iudicis arbitrium in iuramenti necessarii (quod probationum supplementum nostri uocant) delatione. id, quod ut exponam, sciendum est, plura requiri, ut locus huic iuramento sit.

- 1 Requiritur enim primò, quod hic auctor semiplenè probauerit. in bonae fidei. C. de reb. cred. Bart. in l. admonendi. nu. 47. & ibi Ias. prima lectura, nume. 75. & numero 118. & in repe. nu. 259. de iureiuran. Soc. sen. consil. 136. col. penult. lib. 1. & infra attinga, Romam, tamen in d. l. admonendi, censuit, sufficere etiam

etiam uehementem praesumptionem, quam iudicis arbitrio relinquit. & quamquam haec non probet opinionem relatus Soci. atamen opinor aliquando procedere posse: nam tam uehementis haec esse posset, ut ad perfectam credulitatem, uedum, ad solam opinionem adduci iudex possit. Quod est adnotandum ad interpretationem statutum Ferrariae lib. 2. sub rub. Cui & quando sacramentum debeat deferri in supplementum. dum enim uult, auctori semiplenè probanti, uel reo deferri: intelligitur etiam si praesumptio haec uehementis adesset.

- 2 Requiritur secundo quod hic auctor sciat ueritatem rei per ueram scientiam, quae corporeo sensu percipitur. ita glossa d. l. in bonae fidei. Bar. d. l. admonendi. nu. 57. in fi. & ibi Ias. in repe. nu. 259. uersu. secundus casus, qui scribit post Bal. in d. l. in bonae fidei, nu. 10. uersu. quarto inspicitur, & heredi non deferri super facto defuncti, cum illud probabiliter ignorare praesumatur. I. qui in alterius. de regu. iuris. cum Baldo & Iafone idem affirmant ibi Curt. iun. nu. 66. Soci. sen. consil. 194. col. 2. uersu. confirmatur. & consil. 264. col. 5. uersu. idem esse respondit, quoniam is auctor factum non interfuit, sed solum dicit, se per famam audiuisse. idem in simili affirmant Doctores in iuramento affectionis, quod in lite dicitur. ut infra in casu. 201. attigimus. & egregie tradit Craue. consil. 287. col. pen. in fi. sic post multos respondit Craue. consil. 157. in fi. non esse deferendum iuramentum heredi super amissione auctorum, cum factum est alterius. Alia similia cogessit Tirac. tracta. De retractu consang. §. 2. glo. 2. numero 2. & ibi, numero 5. probat relatum Baldi, Bar. & Ias. sententiam. Huc spectat quod decidit Afflictus decis. 179. non esse hoc iuramentum deferendum Abbatissa, quae in officio & dignitate alterius successit, ut iuret super facto illius, cui successit. Haec tamen non habet locum, quando hic & haeres uerisimiliter esset informatus de facto defuncti, ut quia cum eo habitasset, uel quid aliud ita contigisset. ita Socin. sen. d. consilio 264. & eum secutus est Rol. a Valle consil. 52. nu. 12. lib. 1. super hac uero uerisimili scientia multum potest iudicis arbitrium, ut de uerisimili suo loco supra dictum fuit. Sic interpretatur & relatum statutum Ferrariae, praesertim in illis uerbis, si id pro quo dicitur sacramentum deferri, cadit in notitiam unius partis, quomodo ergo & quando cadat, suo arbitrio ex relatis iudex iudicabit. Sic declarari potest & statutum Brixiae 31. sub rubri. De sacramentis delatis a parte parti, dum uult iurandum esse iuxta formam traditam, modo deferatur iuramentum super facto proprio. Ego intelligo ex supra relatis, etiam de facto praedecessoris, modo is informatus sit. sic etiam statutum Mediolani, de quo dicam infra in casu. 202.
- 3 Requiritur tertio quod & auctor iste persona legalis sit, non autem uilis, aut infamis. Bart. d. l. admonendi. nu. 58. & ibi Ias. in repe. nu. 260. uersu. tertius casus. qua in re est quod animaduertatur, quod & si bonus & legalis quilibet praesumatur. I. merito. ff. pro socio, nihilominus aliquid plus bonitatis & legalitatis hoc in casu requiritur. quod quale sit, iudicis & arbitrio relinquitur, ita Soc. sen. consil. 136. col. penult. prope medium, lib. 1. post Rom. d. l. admonendi. Inter uiles & autem & minimè legales hoc in casu habentur fo-

neratores. ita in specie Cynus d. l. in bonae fidei, quaestio. 7. C. de reb. cred. & iureiura. sed non procedit in foeneratore, qui desit exercere usuras. Curt. iun. d. l. admonendi. nu. 73. sic Iudaeo hoc iusiurandum deferri non debere, docuit Bal. in l. qui accusare. num. 2. C. de eden. quam tamen sententiam ueram non esse respondit Craue. consil. 73. nume. 26. ubi etiam declarat non procedere quando is Iudaeus plusquam semiplenè probasset, uel esset contra alium Iudaeum: & sensu Curt. iun. d. l. admonendi. nu. 72. & sic in rustico respondit Socin. sen. d. consil. 136. col. pen. iudicem quoque nostrum admonet Io. Baptista a sancto Severino d. l. admonendi, nume. 257. ut personae conditionem iudicet ex parentibus, ex patria, ex diuitijs, ex paupertate, ex sexu, ac demum ex aetate, quae omnia is exponit, & post eum Cur. sen. ibidem. nu. 363.

- 4 Requiritur quarto, quod causa non sit magni ponderis, quoniam tunc hoc iusiurandum non deferretur. ita Ias. d. l. admonendi. in repe. nu. 260. uersu. quintus casus. quae autem magna causa sit, tradit late idem Ias. d. l. admonendi. numero 222. qui in iudicis arbitrio positum esse scribit. qua de re supra in casu 70. atque ita declaratur relatum statutum Ferrariae, cum uelit formam ibi traditam seruari, illis in casibus, in quibus de iure communi conceditur hoc iuramentum: non ergo habebit locum in causa magna.
- 5 Requiritur quinto, quod & auctor ipse quod plus probauerit quam ipse reus. nam, si pares essent utriusque probationes, & par personarum conditio, reo potius quam auctori deferendum esset hoc iusiurandum. ita post alios Ias. d. l. admonendi, in repe. nu. 260. uersu. quintus casus. Haec leuem dubitationem habent: maius itaque dubium est, cum auctor & reus pari in gradu ratione personae reperiantur, sed auctor semiplenè suam intentionem probauit, reus autem nihil praestitit. qua in re plures sunt Doctorum opiniones. tres refert Ias. d. l. admonendi, in repe. nu. 261. & ibidem Cur. sen. nu. 371. refert quinque Cur. illam Azonis opinionem probat, reo esse deferendum. Iason uero probauit tertiam, ut crebriorem ac ueriores, nepe auctori hoc iusiurandum deferendum esse: & supra attingi. quod uerum is intellexit adhibitis circumstantijs & qualitatibus ratione causae & personarum. quae quales sint, iudicis relinquitur arbitrio, ex sententia Bal. d. l. in bonae fidei, nu. 11. C. de reb. cred. quem secutus est Marfi. in l. quaestiois modum. nu. 28. ff. de quaest. idem censuit is a sancto Severino d. l. admonendi, nume. 262. prope medium. & ibi Cur. sen. nu. 367. idem sentit Mantua in cap. ult. nu. 17. de consuetud. Caetera non prosequor. Haec difficultas cessat Ferrariae ex statuto praecitato; quo cautum est auctori semiplenè probanti esse deferendum hoc iuramentum, si reus nihil praestitit, & indistinctè, ut loquitur, statutum intelligendum est.

S V M M A R I V M.

- 1 Feudum in dubio praesumitur antiquum.
- 2 Feudum asserens esse nouum probare debet.
- 3 Possessio transfert probandi onus in aduersarium.
- 4 Qualitatem deducens, eam probare debet.
- 5 Feudum in totum praesumitur antiquum, cum pars est antiqua.

Feudum

- 6 Feudū esse antiquū probat asserens, cum eius aduersarius est in possessione feudi tanquam feudi noui.
- 7 Feudum antiquum presumitur, si nemo possidet illud tanquam nouum, vel tanquam antiquum.
- 8 Iudicis arbitrio relinquitur, cui iuramentum necessarium deferendum magis sit, an asserenti feudū esse antiquum, vel esse nouum.

CASVS CXCI.

ANTIQUVM FEVDVM ESSE VEL non, quando presumatur; & cui iuramentum ad probationis supplementum deferatur, an asserenti esse nouum vel antiquum feudum.

Posteaquā de iuramento necessario ad probationis perfectionē uerba facere cōpimus, placuit hunc casum huc adferre. apud feudistas extat satis perplexa iuris controuersia, an in dubio feudū antiquum, uel nouum presumatur. Et quāuis cōis uideatur opinio presūmi f antiquum, atq̄ adfunt dubitationes. antiquum. n. presūmi scribunt Bal. in c. 1. §. 1. de grad. succed. in feud. Alua. in c. 1. si de feudo fuer. conten. inter dom. & agna. uass. quos simpliciter est secutus Alcia. tract. presūm. reg. 3. presūmp. 28. nu. 1. uerum alij plures affirmant nouū presūmi, ut plures retulit Craue. trac. De antiq. temp. ult. parte principal. nu. 4. 6. Tiraq. tract. De retractu consan. §. 3. 2. glo. 1. nu. 93. Carolus Molinæus in consuetud. Parisien. tit. 1. §. 6. glo. 6. nu. 89. Ego, ut rem clarius exponam, plures casus sic distinguendos esse opinor. Primus est, qñ uasallus reperitur in possessione f feudi, & dñs, qui cum illo contendit, asserit feudum esse nouum; tunc dño probandi onus incumbit feudum esse nouum. nam possessio f illa in primis tribuit uasallo presūptionem feudum esse antiquū, & ob id onus probationis rejicitur in dñm. l. circa. ff. de proba. & scribunt Ripa. in c. sape, de resti. spolia. & Accedit, deducentē qualitatē, & f in ea fundamentum cōstituentem, illam probare debere. l. habebat, in prin. ff. de inst. actio. l. denuntiasse. §. 1. de adulter. qua ratione in specie nostra usus est Signorol. consi. 10. nu. 5. atque ita casum hunc probarunt Bal. in c. 1. in prin. si de feudo fuer. controu. inter dñm & agna. uasalli. Alex. consi. 15. nu. 7. lib. 5. Dec. consi. 252. nu. 6. & consi. 269. nu. 5. 6. Iaf. consi. 114. col. 2. in fi. lib. 1. quos sic intellexit Craue. d. tract. De antiq. tempo. ultima parte principal. nu. 6. idem etiam sentit Tiraq. & Molinæus in præcitatis locis. idē sentit Affli. in c. 1. nu. 6. de success. fra. & grad. succed. in feudo. Curt. iun. consi. 124. nu. 9. in fin. Io. Iac. de Leonardis inter consilia Bruni consi. 114. nu. 137. procedit f et hic casus, ut antiquum feudum presumatur, cū pars est antiqua: ita Affli. in commentarijs ad constitutiones Neapol. in tit. de success. nobilium. rubri. 26. Secundus est casus iam relato f cōtrarius, qñ scilicet dñs est in possessione feudi, & uasallus cōtendit feudum esse antiquum. hoc casu uasallus pbare debet feudū esse antiquum, tum quia possessio est pro domino, tum etiam quia is uasallus in ea qualitate fundamentum constituit. atque ita sentiunt Alua. in c. 1. §. ult. d. e success. frat. & grad. succed. in feud. & in c.

1. si de feudo cōten. sit inter dom. & agna. uasall. Alex. cōsi. 10. nu. 1. lib. 3. Cur. iun. tract. feud. par. 1. q. 8. nu. 17. Craue. qui. 3. nu. 6. Molinæus & Tiraq. in ante citatis locis, Zasius in epitom. feud. par. 1. 1. nu. 3. 1. Cephalaus consi. 272. nu. 13. lib. 2. Duo tñ hi casus cessant qñ possessio uasalli, uel dñi est uitiosa: nam tunc perinde est ac si non possideret: ita Cur. sen. consil. 50. Memoria recolenda. col. 38. uerfi. & in primis non obstat. & Craue. in citato iam loco, nu. 7.

Tertius est casus, qñ nec dñs, nec uasallus sunt in possessione, tunc potius incumbit onus probandi asserenti feudum esse nouum q̄ contrarium asserenti, atque ita presumitur f feudum esse antiquum, ita Aluaro. in c. 1. §. ult. col. 1. uerfi. uerum intelligas, de success. frat. uel grad. succed. in feudo. qui ita textū illum intelligit. & fuit sensus glossę ibi in uerbo, qui nouum a quo non recedit Bald. ibi. idem rñdit Cur. sen. consi. 50. Memoria recolenda. col. 38. uerfi. secundo rñdemus, quem uno uerbo probauit Craue. d. ult. parte princ. nu. 7. Verū hoc ego intelligo cum Aluaro. d. §. si uerō, col. ult. uerfi. oppo. ab extra. ut presūptio ipsa tñ prodesse non possit uasallo, ut obtinere debeat, si dñs nihil probaret. nec enim potest obtinere, sed solum manet ob uim illius presūptionis in possessione, donec fiant probationes; & si futurum contingat nihil probari hinc inde, iudex f defert iuramentum ex suo arbitrio cui uult. d. c. 1. §. ult. & ibi Affli. num. 7. de success. frat. uel grad. succed. in feudo. c. 1. §. sacramentum. de cōtue. recti feudi. Zasius d. part. 1. nu. 33. Quā quidem in iuramenti delatione diligens erit iudex, ut æquitatē ob oculos habeat, iuxta l. qd si Ephesi, de eo quod cer. loco. spectabit ergo qualitatem personarū, ut ei magis deferat, qui uerisimilius ueritatem est dicturus. quod & admonuit Aluaro. totus loco iam citato.

SVMMARIVM.

- 1 Periurijs uiam non esse aperiendam.
- 2 Iuramentum non est deferendum illi, qui uerisimiliter peieraturus est.
- 3 Iuramentum necessariū uerisimiliter peieraturo non esse deferendum.
- 4 Rectori Gymnasii iurare nō debent Scholastici se illi parituros.
- 5 Doctores promouentes Scholasticos ad lauream, non debent iurare illos esse eruditos & laurea dignos.
- 6 Patauii & Pisis non iurant Doctores promouentes Scholasticum ad lauream.
- 7 Iuramentum remittendum esse petenti dilationem sine calumnia.
- 8 Iudicis arbitrio relinquitur, quādo uerisimiliter deieraturo remittendum sit iuramentum.

CASVS CXCII.

IURAMENTVM VERISIMILITER peieraturo quando non deferendum, multis explicatur.

Clamant non iniuria legumlatores omnes, non esse f periurijs uiam aperiendā. l. 1. c. si aduers. ued. c. 1. de ijs quæ ui metusue caus. c. si uerō, c. uerū, de iureiurā. qua rōne legimus rectē a Pontifice Ma-

- 10 ximo decretum, nullo modo deferendum esse iuramentum illi, quem uerisimiliter peieraturus credimus, ut habetur in c. clericos. ubi glo. in uerb. redeūtes. de cohab. cler. & mul. & ibi Abbas num. 2. & clarius habetur in §. nos igitur, in authen. de nuptijs. sic iuramentum necessarium, quod nostri probationū supplementum appellant, uerisimiliter peieraturo deferendum nō esse, scriptum reliquit post Romanum Marfi. in l. maritus. nu. 51. de quæstio. Marfi. sing. 74. Plotus in l. si qñ. nu. 794. C. unde ui. quinimō inquit Fely. in c. Apostolica. nu. 2. de excep. iudicem homicidam fore, cum uerisimiliter deieraturo defert, ex c. ille, & c. qui exigit. 22. q. 5. Quamobrem rectē docuit Abbas in d. clericos. nu. 2. in fi. esse statuentū, ne scholastici iurēt f Rectori parere, qm̄ quāu facilimē periurium incurrūt. Idem dicendū est in scholasticis collegiorum, qui sanctē maiorum instituta obseruare iurant, & tamen non obseruant. esset itaque saluus illud iuramentū remittere, qm̄ scibus uerisimiliter illos quotidie deierare. non dissimiliratione f statuendum esset Papiæ ac alijs in Academijs, ubi Doctores promouētēs scholasticos ad lauream iurant illos esse eruditos, & laurea dignos, cum eueniat non semel, ut ignari & imperiti sint. f Patauin⁹ tamen mos mihi sēper placuit, non iurandi in his, p. mouendis, sic nec Pisis, ut testatur Decius in c. propo. fuisi. nume. 16. de proba. Illud etiam huc pertinet qd tradit Abbas in c. 1. col. 4. nu. 15. de iuram. calū. & Fel. in c. 1. & 2. de off. ord. remittendū esse f calumniā iuramentum petentibus dilationes, quas frustra nō perere iurant. uerum hæc non omnibus in casib⁹ procedūt, sed cum iudici oportunitate uidetur. quare hoc esse iudicis arbitrium affirmarunt Bal. Cast. & Iaf. in l. 2. & fi. C. de indicta uid. toll. Marfi. in l. maritus, nume. 51. de quæstio: rectius tamen constituisse mihi uidetur in suis legibus diuinus Plato, qui dialogo 12. de legibus, ex toto litigantium iuramenta prohibuit, quippē qd facile peieraturos crediderit. ita enim is locutus est. Itaque prudens legislator in iudiciorum executione iusiurandum litigantium prohibebit, ut tā accusatoris intentio, q̄ defensoris deprecatio sine iureiurādo in iudicijs conscribatur. Nam si iurādī licētia in ciuitate cuique dabitur, ubi plura quotidie ad iudices deferuntur, omnes penē periuri erunt; præsertim, qui presentibus cōiuijs atq; alia priuata necessitudine cōiuncti sunt.

SVMMARIVM.

- 1 Simpliciter esse legibus amicam.
- 2 Simpliciter aliquando excusare.
- 3 Statutum puniens presumentem actum facere, non punit ex simplicitate facientem.
- 4 Positionibus respondere posse simplicem medio sui procuratoris.
- 5 Constitutiones nouę Pedemontium in titulo Delle positioni, declaratur.
- 6 Rescripta non uitari ob expressa in precibus per simplicitatem.
- 7 Tutela remotus ob suam simplicitatem, infamis non efficitur.
- 8 Simpliciter interdum non excusatur.
- 9 Iudicis arbitrio relinquitur, quę simplicitas sit excusatione digna, & quę non.

- 10 Simples iudicari ut plurimum mulieres, rusticos, & etate minores.
- CASVS CXCIII.
DE SIMPLICITATIS EFFECTV,
& qui simplices iudicari possint.

Hominum f simplicitatē interdum legibus placere scimus. clement. 2. de pœnitē. & remiss. c. sancta, ubi glo. 7. q. 2. qd clarius pbat text. §. sed ga. inst. de fideicom. hered. l. ult. §. tales itaque. C. de furtis. quamobrem aliqui excusant simplicitas a delicto: ita Card. in cle. 1. q. 39. de priuileg. Fely. c. qm̄ cōtra. nu. 1. r. de pbat. Marfi. sing. 287. Terigi. q. affirmarūt q̄ si cautū est f statuto q̄ presūmēs actū facere puniatur: nō puniri simplicem dolo carentē. Hinc docuit Card. in cle. 2. in secundo notab: de pœni. & remiss. simplicitati succurrendū esse. nō dissentit Bal. in l. 1. in princ. C. ne filius p. patre. dū dixit, simplices ita repetere, ut errātes. Huc pertinet qd scribit Abbas i. c. pastoralis. in fi. & in c. dilecti. de iud. quē secur⁹ est Marfi. sing. 450. q. & f positionibus per se, nō autē p. procuratorē respondēdū sit, posse tamen procuratorē pro homine simplici respondere. qua doctrina de claratur f constitutiones nouę Pedemontium in titulo delle positioni, §. non si darā alcuna copia & c.

Accedit q̄ illa, quæ propter simplicitatē in precibus expressa nō fuerūt, rescriptū nō uitiāt. ita glo. in c. super literis. & ibi Abbas tertio notab. de rescrip. id qd uerū nō esse opinor; nā plures sunt, q̄ aliter sentiunt, ut apud Craue. consi. 68. nu. 1. 2. sic a tutela p. ppter simplicitatē remotus, infamis nō efficitur. l. 3. §. ult. ff. de suspect. tuto. Interdū tamen euenit, ut f simplicitas aliqua reperiat, quæ nō excusat, ut illa est, quæ discretioni aduersatur. c. Petrus, ubi glo. 39. di. stinct. Card. in d. c. 2. col. 2. uerfi. oppono in eo. de pœni. & remiss. Dubitari itaque contingit, quæ simplicitas illa sit, quæ excusatione digna, uel indigna iudicari potest. Barba. consi. 6. col. 9. in fi. li. 4. respōdit hoc f iudicis arbitrio relinqui. ego scio ex Bal. sententia in rubr. C. de rerum permuta. ante finem, etate minorem, f mulierem ac rusticū simplices ut plurimum posse iudicari.

SVMMARIVM.

- 1 Rustici qui ob simplicitatem excusari mereantur.
- 2 Iudicis arbitrio relinquitur, qui rustici excusatione digni sint.
- 3 Rustici uersuti & sagaces ob rusticitatē nō excusantur.
- 4 Iudicis arbitrio relinquitur, qui rustici sagaces & uersuti dicantur.
- 5 Rusticum regulariter non excusari, nisi in casibus in iure expressis.
- 6 Rusticus nō excusatur si sine uenia patrem, uel patrum in ius uocauit.
- 7 Parentibus obediendum esse, ius nature docet.
- 8 Creditorem ueniā impetrare debere cum suum petit, rigorosum uidetur.
- 9 Curcij iunioris consideratio explosa.
- 10 Creditorem sibi ipsi soluere non posse.
- 11 Rusticum non excusari, si cum tutor esset cū eius pupilla matrimonium contraxit.
- 12 Tutore cū eius pupilla matrimonium contrahere cur prohiberi.

- 13 Tutorē cum eius pupilla matrimonii cōtrahere posse de iure canonico.
- 14 Statutum Papię 96. in ciuilibus, de lucro dotis, locū etiam habere, cum tutor cum eius pupilla matrimonium contrahit.
- 15 Rusticum non excusari in casu l. si quis in tantam. C. unde ui.
- 16 Rusticum non excusari in his, quę notorij iuris sunt.
- 17 Rusticum non excusari in actis a se clam gestis.
- 18 Fraudem præsumi ex actu clam gesto.
- 19 Clam aliquid factum quando dicatur.
- 20 Iudicis arbitrio relinquitur quando actus dicatur clam uel palam gestus.
- 21 Rusticum non excusari si tempore debito non soluit canonem domino.
- 22 Rusticum non excusari cum potuit consulere peritiores & non consuluit.
- 23 Iuris ignorantiam non prodesse in lucro consequendo.
- 24 Negligentem ob suam negligentiam lucrum consequi non debere.
- 25 Rusticum didicisti testificatis nouos testes producere non posse.
- 26 Rustica transiens ad secunda nota non petito tutore filijs, non excusatur a S. C. Tertulliano.
- 27 Filios tueri & defendere, iuris naturalis esse.
- 28 Rusticum temerè litigantem ab expensis nõ excusari.
- 29 Temere agere, quid sit.
- 30 Rusticum non posse uariare iudicium, uel emendare libellum.
- 31 Rusticum nõ excusari ab obreptione, uel subreptione rescripti.
- 32 Filium in dubio naturalem præsumi nõ autē spurium.
- 33 Rusticus excusari à pœna corrupti albi.
- 34 Rusticus à dolo præsumpto an excusetur.
- 35 Dolus uerus quis, & quis præsumptus.
- 36 Magistratus contemnere, iuri naturali repugnare.
- 37 Rusticum amouentem literas monitoriales Episcopi è ualuis ecclesie excusari.
- 38 Iudicis arbitrio puniri rusticum, albū Prætoris corrumptentem, uel amouentem literas Episcopi è ualuis ecclesie.
- 39 Rusticū excusari si nõ edidit iura, cū edere iussus est.
- 40 Rusticus quando in integrum restituitur.
- 41 Rusticum conquirentem indebitum soluisse, non grauari onere probationis, quod indebitè soluerit.
- 42 Rusticum non præsumi scire quod causa, ob quam soluit, sit iure probata.
- 43 Rusticum non obligari ex obligatione sine causa.
- 44 Iudicis arbitrio relinquitur qualitas rustici, qui uult excusari se indebitum ignoranter soluisse.
- 45 Rusticum præsumi ignorare ualorem rei sue, ut possit inuari remedio l. 2. C. de rescind. uend.
- 46 Rusticum excusari, si contra S. C. Syllanianum, testamentum aperuit.
- 47 Rusticum à præsumpta fraude usurarum excusari.
- 48 Cautela emptorum, ut euitent præsumptam fraudem usurarum.
- 49 Rusticum à uera contumacia excusari.
- 50 Contumaciam ueram dolum præsupponere.
- 51 Rusticum à multa excusari.
- 52 Rusticum appellare à sententia contra se per contumaciam lata.
- 53 Rusticum non præsumi contra iura contraxisse.
- 54 Rusticus quando teneatur genero alimenta præstare ultra dotem non solutam.
- 55 L. ultim. in princip. ff. de doli mali & metus except. declaratur.
- 56 Vsuræ cur debeantur ob causam dotis.
- 57 Rusticum à præsumpta falsitate excusari.
- 58 Falsum sine dolo non committi.
- 59 Iudicis arbitrio relinquitur, quomodo rusticus à præsumpta falsitate excusetur.
- 60 Rusticum posse reuocare contrarias scripturas à se in iudicium productas.
- 61 Iudicis arbitrio relinquitur, quando rusticus possit reuocare contrarias scripturas à se productas.
- 62 Rustico non currit tempus ad agnoscendam bonorum possessionem.
- 63 Rustico fauent iura in opponenda declinatoria.
- 64 Rusticum ex interuallo posse reuocare sui aduocati errorem.
- 65 Rustici confessio ei non nocet, si errorem allegat.
- 66 Rusticam excusari si transiens ad secūdas nuptias nõ curauit tutores inuentarium conficere.
- 67 Rusticum non excusari à confessione inuentarij.
- 68 Rustico quando succursum sit in præstatione temporali ne perpetua efficiatur.
- 69 Rusticus qui pluries soluit, seu attulit capones, an perpetuò dare teneatur.
- 70 Rusticū posse testari sine cōmunis iuris solennitatibus.
- 71 Testiū numer⁹ i testamēto rustici cur nõ remittatur.
- 72 Rusticos ob delationem à se in fiscum factā excusari.
- 73 Rusticos posse suos debitores corā ciuitatis defensore conuenire.
- 74 Defensorum ciuitatis quanta iurisdictio de rebus pecuniarijs.
- 75 Rusticum excusari si arma solita defert.
- 76 Rusticum non certioratum de iure suo, ei non censerī renuntiasse.
- 77 Rusticum posse respondere positionibus, data eorum copia, & consulto a duocato.
- 78 Constitutiones noue Pedemontium in titulo delle Positioni. uer si non si darā. declaratur.
- 79 Rustici qualificata ad positiones responsio recipitur.
- 80 Rusticum accusatū posse per procuratorē cōparere.
- 81 Statutum Ferrarię lib. 2. sub rubr. de posuionibus, declaratur.
- 82 Rusticitati in dubio fauendum an sit.
- 83 Rusticitatem de se priuilegiatam non esse, sed ei ex æquitate succurri.

C A S V S CXCIII.

RVSTICI QUANDO OB RVSTICITATEM excusationem mereantur, uel non, per multi in utranque sententiam casus enumerantur; & dilucidius quàm haecenus factum sit, explicantur.

Quoniam superiore casu inter simplices excusatione dignos, rusticos enumerauim⁹; locus cōgruus hic postulat, ut referamus, qui illi rustici sint, qui excusari merentur; & quibus casibus. Barb. cōsi. 55. in fine, lib. 2. & Plotus in l. si quando, num. 443. C. unde ui. de rusticorū qualitate & psona uerba facientes dixerunt, hoc iudicis arbitrio relinquendū esse.

esse. is ergo sua diligētia dijudicabit rusticos dignos excusatione, & indignos. Ego scio illos minime dignos, qui t̄ ueruti & callidi ad eò sunt, ut non agros coluisse, sed studijs operam dedisse uideantur. hos sagaces, squadratos uulgo appellant, atque ita nõ mereantur excusationē probat. Athletæ. §. de rusticis. de excusa. tut. Deci. l. si quis id quod, nu. 34. de iurisd. om. iud. & in c. super literis, nu. 7. in fin. de rescript. & ibi Bero. nu. 66. Ripa tract. pestis, in tit. de remedijs præferu. contra pestem. nu. 246. Ferratius cautela. 17. in fin. Gomez. in §. item seruiana. nu. 30. instit. de act. & Plotus d. l. si quō, nu. 443. alios plures recenset Tiraq. in tract. de penis legum. causa. 11. nu. 17. qui, quales uè ij sint, iudicis t̄ erit arbitrium, qui de hominum qualitate, & conditione ipsa ex solo ipso euentu iudicare potest. Sunt & alia plura arbitrio iudicis hoc in casu, quem ut apertius exponā, regulā ita statuo. t̄ Rusticum ipso iure non excusari nisi in casibus iure expressis, ob æquitatem t̄ illi subueniri aliquñ solet, atque ita rectè sentiunt Alex. in l. iuris ignorantia. C. qui admitti. Deci. in l. si quis id quod, num. 35. de iurisd. om. iud. c. super literis, nu. 7. in fi. de rescript. & ibi Bero. nu. 68. & Mantua. nu. 18. idem Dec. consil. 274. col. 2. Ripa d. tit. de remed. præferua. contra pestem. nu. 246. Tiraq. tract. de penis legum. causa. 11. in fine. ad huius regulæ confirmationem adferre huic uolui casus illos omnes, quibus rusticus non excusatur: atque in primis referam quos iure expresso statutos, deinde à nostris consideratos inueni.

Primus est ex l. 2. C. de in ius uoc. qua sancitū est, t̄ rusticum esse mulctandum pœna edicti Prætorijs, si patrem, uel dñm ac similes, uenia non impetrata, in ius uocauit. ratio etenim ipsa naturalis dictat esse, illis honorem præstandum. nam docet ipsa natura, ut beneficienti beneficiamus. l. si non fortè. §. libertus. de cond. in deb. id quod sensit glo. l. 2. in uerb. rusticitari. uel ab ipsa t̄ natura, hoc est à Deo Opt. Max. per legem Mosi datam præcipimur, parentibus honorem præstare. quam naturæ legem ignorare nemo debet. Verūm & si natura ipsa ita iubeat, attñ rigor quidē adesse hic uir: cū ueniam t̄ creditor impetret, alioqui ius suū à debitore consequi debeat, quædam enim ratio excusatione digna hæc esse uir. atque ita considerabat t̄ Cur. iun. in d. l. 2. num. 4. qui malè soluit nodum, dum ait, non excusare, quia est actus, qui in faciendo consistit. imò (nisi fallor) in non faciendo uersatur, dum non impetret ueniam, dū sine ea experitur. Ego rectius dicerem, rōnem illam petendi ac consequendi quod suū est, non esse dignam excusatione, dū ueniam non impetrat. nam uidemus & iusta ratione moueri t̄ creditorem ut sibi soluat, & tñ non pōt debitore reluctate. l. extat. ff. de eo qđ met. causa. & ita nisi alia iusta subsit causa, non excusatur. ut latè diximus in tract. de Recupe. posses. in §. remedio. nu. 48. non enim lex hanc rōnem dignam excusationē habet. quo circa rectè in specie hac nostra dicebat Dec. in c. super literis, nu. 7. uerfi. in glo. in uerbo, de rescript. hoc factum esse, quia inconueniens admodum est, quod ex abrupto filius uel liber tus patrem uel patronum in ius uocet.

Secūdus uel est ex l. 1. C. de interd. matr. qua sancitum est, t̄ rusticum & impertum non excusari, si cū tutor esset, cum eius pupilla matrimonium con-

traxit. hæc enim constitutio extendit senatuscōsultum relatū in l. tuto. ff. de sponsa. & in l. senatus consulto. ff. de ritu nupt. quo generatim cautum fuit, ne tutor pupillā suam in uxorem duceret. cuius senatus consulti t̄ ratio est, quæ colligitur ex l. tutor. C. de interd. matr. nempe, qđ fraude hac malā suam administrationem tegere uellit, quam obrem, tamquā malam illam administrationē confessus, infamis efficitur. tametsi gl. ibi in uerbo, ueluti cōfessum, imperitè locū illū aliter interpretetur. fraus ergo ipsa facit, ut intelligamus, rusticū non per imperitiā & rusticitatem, sed prudenter ita egisse. quare in d. l. 1. rectè dictum est, rusticitatis & imperitiæ uelamentis est enim uelamen sub quo fraus tegitur. Cōstitutio tñ ista t̄ ex iuris Pontificij sanctionibus cessat: ita Abbas in rub. de cōgn. legali. Rui. consil. 189. num. 15. lib. 2. qua ex re uera redditur opinio Alber. & Areti. quam probarunt Rolan. à Valle in tract. de lucro dotis, q. 101. & Phanucius in cōmenta. de lucro dotis. in glo. 3. nu. 16. nempe tutorem cum pupilla nuptias contrahentem dotem lucrari ex forma statuti de lucro dotis, quod t̄ Papię extat in ciuilibus, nu. 9. sub rubr. de lucro dotis. casu. seueniete, quo ipsa dos lucratur. atque ita optima erit extensio ad statutum illud. Rursus constitutio. d. l. 1. C. de interd. matr. nõ procedit qñ tutor filiam suam pupillo nubere, ex l. curatorem. C. de interd. matr. & ibi Cyn. idem scriptum reliquit Tiraq. de legib. connubia. in l. 1. num. 43. propè mediū, qui rōnem ac plura similia attulit.

Tertius est casus, quo ad t̄ excusandum nihil prodest rusticitas, in l. si quis in tantam. C. unde ui. ut eo loci docuit Bar. & Bald. & qua de re fūssimè diximus in tract. de recuper. posses. remed. 9. q. 2. nõ repeto.

Quartus casus, cū t̄ rusticus contra ea, quæ iuris notorij sunt, agit. ita Ang. & imo. in l. ex cōsensu. §. ult. ff. de appel. Alex. consil. 103. nu. 14. lib. 1. & Tiraq. tract. de penis legum, causa 11. nu. 9. quamquā ij speciatim in rusticis non loquātur, sed in illis, quos iuris ignorantia sæpe excusare solet. sic nec alter quis uis hoc casu excusatur. ita Alcia. tract. præsumptio. reg. 3. præsump. 30. nu. 3.

Quintus casus est, in quo t̄ rusticus nõ excusatur, qñ scilicet clam aliquid contra legis præcepta agit. nam, & si aliās si palam illud ageret, excusaretur, nõ tñ cum clam. ita gloss. in l. 1. C. de interd. matr. & ibi Baldus nu. 2. sic glo. in l. qui contra C. de incest. nup. & latè Tiraq. tract. de retractu cōuentio. in proem. num. 14. & tract. de penis legum, causa. 11. nu. 11. ex l. ult. ff. de ritu nuptiar. Est ratio, quia t̄ fraus & dolus atque scientia probationis legis præsumitur. ita Socin. iun. consil. 31. nu. 49. lib. 2. Paris. consil. 57. num. 27. lib. 4. Gratus consil. 2. nu. 39. 46. lib. 2. huius casus infinita adferri possunt exempla. quæ apud relos iuris interpretes, præsertim apud Tiraquellum legi possunt. & apud Gomez. in §. ex maleficijs. num. 20. & Crauet. consil. 321. nu. 2. & Plotum in l. si quādo. num. 790. C. unde ui. t̄ Clam autem factum non creditur, cū testes aliqui adhibentur, uel instrumentum conficitur. ita Cur. iun. consil. 64. num. 2. 3. quod probarunt Gomez. in d. §. ex maleficijs. nu. 21. & Ruin. consil. 14. num. 10. lib. 2. Quæ uera ego intelligo quando deinde publicantur, nõ cū in secreto celatq; retinetur, nam tunc nec instrumentum,

nec testes efficiunt actum palam esse celebratum. ita pulchre & uere respondit Ruin. consi. 128. num. 5. lib. 4. consi. 51. num. 15. & consi. 146. nu. 7. lib. 5. hec tamen multum a iudicis arbitrio pendent ex qualitate facti, & personae rustici. quod sentit & Plorus d. l. si quando. nu. 327. in fi. C. unde ui.

21 Sextus casus est, in quo i rusticus non excusatur, cum. i. is tamquam emphyteuta suis temporibus non soluit debitum canonem domino, uel domino in scio emphyteusum alienauit. ita Ias. in l. ult. num. 118. C. de iure emphy. Cur. iun. in d. l. uenia. nu. 5. & ibi Alcia. num. 12. C. de in ius uoc. & plura attulit Tiraq. in tract. de retractu conuentio. §. 4. glo. 7. num. 13. & in tract. de pœnis legum, causa 11. nu. 18. rationes plures considerauit Iason. Ego opinor rationem illam esse, quia rusticus per dolum dominum re sua priuare uoluit. dolus detegitur, nam semper praesupponitur, emphyteuta scire rei qualitatem, ut ipsemet Ias. in d. l. ult. num. 127. docuit, si ergo scit & contra legis praecipua alienat, prudens agit, dolose alienat, non autem rustice, & ignoranter, iure ergo ea poena plectitur.

22 Septimus casus est, i quon rusticus potuit peritiores consulere, & non consuluit, sed ex suo capite egit, nam & tunc non excusatur, l. in bonorum. ff. de bono. poss. l. 2. §. ult. ff. quis ordo in bono. poss. serue. quae in genere loquuntur, non autem in specie de rusticis. de rusticis tam scribunt omnes in l. iuris ignorantia. C. qui adm. Mantua. in c. super literis. nu. 18. de rescrip. Tiraq. tract. de retract. conuentio. §. 4. glo. 7. nu. 19. & de pœnis legum, causa 11. nu. 20. qui post Bald. in c. ult. nu. 15. de confess. eam attulit rationem, quia omnes homines natura scire desiderant, ideoque contra naturam est non consulere peritiores. eis ergo parcendum non est, cum contra naturam delinquere uideantur. Ego casum hunc procedere intelligo, cum rusticus commodum & lucrum uult consequi, tunc enim ei non prodest rusticitas, ut hoc uerbo utens, loquitur Iurecons. in d. l. bonorum. ff. de bono. poss. l. 1. & Imperator in d. l. iuris ignorantia. C. qui admittit. & recte, mea quidem sententia, quonia nec error, nec i iuris ignorantia in lucro assequendo prodest. l. regula, in prin. ff. de iuris & facti ignorantia. C. eod. atque ita omnes sentiunt in d. l. iuris ignorantia. Rationem illam esse opinor, quia nemo debet ex sua negligentia, & ita ex suo delicto commodum consequi. iuxta l. itaque in l. i. ff. de furtis. fauent enim iura uigillantibus, non autem dormientibus. l. pupillus, in fi. ff. de ijs qui in fraud. cred.

25 Octauus est casus, in quo i rusticitas non prodest, nec excusat: nempe, cum didicistis testificatis testes producuntur: nec enim sub rusticitatis praetextu licet, ita Barto. in l. 1. §. nuntiatio. nu. 35. de oper. noui nuntia. & ibi Alex. & Iason. idem docuit Decius in l. iuris ignorantia. 2. lect. nu. 13. C. qui admittit. quod non alia ratione euenit, quam ob timorem subornationis testium. cap. fraternitatis. ibi Maria. Soc. sen. col. 33. in prin. & ibi Fely. nu. 6. in fine. & Parisius nu. 44. de testibus. qui uno ore affirmarunt cum Bartolo communem esse Doctorem sententiam. quod intellexit Iason in d. §. nuntiatio, nisi iusta subit causa concedendi restitutionem in integrum.

26 Nonus casus est, in quo i rusticitas non excusat quando, scilicet mater transit ad secunda nota, non

petito tutore filijs. iuxta l. 2. §. mater. ff. ad S. C. Terull. ita Castren. in l. Clodius. ff. de acq. here. idem in l. uenia, & ibi Alc. nu. 12. C. de in ius uoca. Contra tamen sentit Cur. iun. ibidem nu. 4. quoniam delictum hoc in negligentia potius atque ita in omittendo consistit, quam in male agendo uersatur: quo circa facile rusticitatis causa excusat, nisi rindeamus esse negligentiam atque ita delictum, quod iuri naturali repugnat. est enim a natura institutum, matrem laborare debere, ut filios suos tueatur & defendat. l. matris pietas. C. qui petat. tuto. quam rationem considerauit Soc. sen. col. 39. col. 6. uersic. secundo possit. lib. 1. qui suboscure ad eod loquitur, ut uix intelligamus, an Castrensem sequatur, ut illi refragetur.

27 Decimus casus est, in quo i rusticus non excusatur, quon temere litigauit; nec enim ab expensarum refectione excusatur. ita Purpur. in l. edita. nu. 321. C. de eden. quod & in muliere ibi affirmat Dec. nu. 96. cuius quidem sententia ratio illa est, quia per dolum saltem praesumptum iure omni carens alium in iudicio molestia affecit. est. n. i temere agere, imprudenter & inconsulte agere: ut apud M. T. in primo de inuentio. temere & nullo consilio administrare. & in l. Tusciano. n. temere aut fortuito sati & creati sum. 30. Undecimus est casus, in quo i rusticitas non excusat, quon is rusticus uult uariare iudicium, uel libellum emendare: ita in specie Purpur. in d. l. edita. nu. 319. C. de eden. ex mente Bart. ibi, debet enim litis expensas aduersario reficere. Ratio est, quia uariandi, uel emendandi hoc priuilegium non est alteri cum alterius detrimento concedendum. qua ratione usus est Dec. in d. l. edita. num. 96. cum docuit, non licere mulieri emendare, uel uariare non reiectis litis expensis.

31 Duodecimus est casus, in quo i rusticitas non excusat, quon per subreptionem rescriptum impetratur, ita post Bald. consi. 81. Quidam Simoninus. lib. 1. rñdit Crauet. consi. 68. nu. 12. in fin. Ego credo esse distinguendum ex textu c. super literis. de rescrip. quod aut est surreptio seu obreptio dolosa, tunc in distincte uitiat rescriptum, cum rusticitas haec non simplicitatem, excusatione dignam, sed dolum poenis ementum contineat. Aut obreptio, surreptioque per simplicitatem, atque ita per rusticitatem commissa fuit, tunc, si in his, quae causa concessionis sunt, commissa subreptio est, rescriptum uitiat: si uero in his quae non sunt causa concessionis, non uitiat. in hoc autem prodest rusticitas, quon non dolus sed simplicitas in rescripti interpretatione praesumitur, atque ita locus semper est secundo capiti distinctionis. ita sentit gl. d. c. super literis, in uerb. simplicitate, in fi. dum inquit, rusticitati esse parcendum. ego in his multum iudicis arbitrio reliquo: quon talis esse possit, quon excusari non reuertur, ut in casu Baldi, dum is rusticus subtrahit filium legitimum spurium esse: nam, dum hoc non expressit, uisus est narrare illum esse simpliciter naturalem, i cum talis in dubio ad uitandum delictum, praesumatur, qua de re late & doctè apud Palcotu de Nothis spurijs; filijs. c. 20. possit et talis esse subreptio, quae excusare possit, iudex ergo ipse arbitrabitur, quod & latius exposuimus infra in casu 203.

Decimus tertius est casus in quo rusticitas non excusat, nempe in delictis, ut in crimine falsae monetae, ita Bero. in c. super literis, in repe. nu. 68. de rescrip. exl.

ex l. i. C. de falsa mone. & l. si ex causa. §. nunc uidentum. ff. de minor. quae in argumentum solum probat. Ego intelligo non excusare a poena extraordinaria, sed ab ordinaria uere excusat, ut infra latius sum dicturus.

Postea quam enumerauimus casus illos, in quibus rusticus non excusatur, congruus hic locus postulat, ut illos referamus in quibus excusatur, sunt etenim hi multo plures.

33 Primus itaque est ex l. si quis id quod, de iurisd. omn. iud. qua excusatur is qui per rusticitatem albi Praetoris corripit. erit album tabula gypsata ubi Praetor edicta, nomina iudicium & Decurionum scribebantur. Ratio illa ab omnibus adferri solet, quia non per dolum, sed per simplicitate corripuisse praesumitur, ita Ias. & Decius in l. si quis id quod, uterque nu. 32. Ripa tract. de peste, in rit. de remedijs praeserua. contra pestem. nu. 232. qui generalem hanc iuris propositionem inde colligunt, i rusticitatem a dolo praesumpto excusare. qua sane propositionem absolute ueram non opinor. nam & dolus tamen praesumptus inest, cum filius sine uenia per rusticitatem in ius uocat parentes, uel patronum, & tamen non excusatur, quem admodum supra suo loco diximus. Esse autem solum praesumptum dolum pater, quia i dolus uerus est, qui claris, & manifestis probationibus detegitur. l. dolum. C. de dolo. Bar. in l. quod Nerua. nu. 14. ff. de pos. qui sane dolus non cadit in casu d. l. 2. C. de in ius uocan. & similibus iuris locis. Est ergo dicendum in casu d. l. si quis id quod, illud contingere ob rusticum simplicitatem, dum ignorat albi & in eo descripta, quo circa qui a dolo, & deinde ab ea poena se excusare uult, imperitiam probare debet. l. i. ff. de dolo. Nec multum urget illa difficultas, quam excitaui Curt. iun. in d. l. si quis id quod. nu. 36. dum ait, 36 est contra i naturam rationem magistratus contemnere. l. ueluti, de iust. & iur. & ob id rusticum non debere excusari, quon argumentatio procederet, quon sciret rusticus illud esse Praetoris albi, & suo iussu, ne amoueat, propositum: cum inobediencia, & contemptus mandatorum scientiam praesupponat. multum tamen tribuendum est iudicis arbitrio in diiudicanda qualitate personae rustici, qua de re suo loco. Hinc inferri recte potest, i rusticis praeserpe excusari, si aduersus Episcopi mandata rusticis monitorialibus ab ecclesia ualuis amouerit, uel Praetoris proclamata parieti affixa laceraret. quod intelligo, ut excusetur poena ordinaria, non autem extraordinaria i iudicis arbitrio, ut scribit Cur. iun. d. l. si quis id quod, nu. 36. in fi. post Albe. ibi & alios.

39 Secundus est casus, in quo excusatione habet i rusticus in l. i. §. ult. ff. de eden. ubi constitutum est, rustico esse subueniendum, cum non edidit iura & codicem, quamquam edere iussus sit. rationem adferunt, quod Praetoris edictum De edendo, est in iure positum, non autem naturali fundamentum. Accedit quon non ipso iure, sed per in integrum restitutionem i rusticum subuenitur, ut eo claro responso probatur. in restitutione autem causae cognitio adhibetur. l. in causa. la. i. §. causa cognita. de minor. quo fit, ut intelligamus, Praetorem non statim ob rusticitatem succurrere, sed ita demum si talem rusticitatem esse nouerit, quae excusationem mereatur, quod sentit & Ripa d. tract. Pests, in tit. de remedijs praeserua. nu. 246.

Tertius est casus in l. cum de indebito. §. si autem is, ff. de prob. qua statutum est, i rusticum conquerentem in indebitum soluisse, non grauati onere probationis, se indebitum soluisse: sed eius aduersarii probare debere, se debitum recepisse. rationem considerauit eo loco Aemilius Ferrerius nu. 3. quon in rustico non cadit prudentia illa, qua praesumitur soluentem non iactare suum, sed noluisse potius soluere, quod debebat. Hinc uidemus quod quon praesumptio alibi qua subest, i rusticum sciuisse, an causa, ob quam solvebat, esse iure probata, non excusatur ab hoc probationis onere: ut in casu, quem subiicit Iurecons. in d. §. si autem is. uersic. si autem pro parte. quon scilicet rusticus conqueritur, se pro parte indebitum soluisse, hic cessat illa iuris ignorantia, quia si nouerit ratione partis debiti soluti uim obligationis, sic ratione alterius partis cognouisse praesumitur. cum nulla contra rusticum extat scientiae praesumptio, et si iuramentum adhibuit, dum indebitum soluit, non obligatur, nec onere probationis grauatur: ita Bal. in rub. C. de rer. permut. nu. 4. Hinc docuit idem Bald. in c. si cautio. nu. 4. de fide instr. i rusticum non obligari ex obligatione sine causa. qualitas aut rusticitatis i iudicantis arbitrio relinquatur, ut declarando d. l. cum de indebito. §. si autem, docuit Bal. in l. 2. nu. 8. C. de rescind. ued.

Quartus est casus ex Baldo in d. l. 2. C. de rescind. uend. dum ait, i rusticum scienter alienantem rem propriam iunari remedio d. l. 2. nempe, ut possit rescindi facere alienationem ipsam. contra Bal. sentit Salic. in d. l. 2. q. 7. Imola. in c. cum contingat, de iure iur. & Alex. consi. 42. nu. 18. lib. 1. Ego Baldi sententiam intelligo, cum dubium est, an rusticus is sciuerit rei suae ualorem, uel non; nam in dubio ignorare praesumitur, ideoque in dubio hoc remedio adiuuatur. ita etiam Bald. intellexit Alex. consil. 1. nu. 4. lib. 4. quem suboscure loquens, secutus est Cagno. in d. l. 2. nu. 125. Si uero sumus in claris, hoc est, si praesupponimus rusticum sciuisse rei suae ualorem, tunc procedit Salic. & aliorum opinio: iure etenim non iuuatur rusticus, posteaquam prudens & sciens falli uoluit.

Quintus casus est in l. si quis in graui. ff. ad S. C. Syllania. dum excusatur i rusticus, qui ante adhibitas qones homicidarum testatoris, & sumpta de illis uindictam, testamentum contra praetoris edictum aperuit. quon sane rñsum in hanc sententiam nostri annotant, iuris errorem excusare. ita Alci. tracta. praesum. reg. 3. praesumpt. 3. nu. 1. qui sane error & iuris ignorantia ex qualitate personae, ut rustici detegitur.

47 Sextus casus est, in quo i rusticitas excusat, quando agitur de praesumpta fraude usurarum: ita Iason in l. si quis id quod. num. 32. de iurisd. om. iud. Carpolla in tract. de simulatio. contractuum, casu sexto principali, ex glossa l. cum allegas. C. de usuris. quae non in rustico expressum, sed de ius ignorantibus loquitur. nostri autem Doctores in rustico exemplum adferunt. Hinc Ferratius cautela 17. Magna esse. i cautelam attulit ad uitandam praesumptam fraudem usurarum, ut per rusticum interpositum emat. idem scribit Petra sanct. sing. 18. Nota diligenter. Tiraq. tract. De retractu conuentio. in proem. nu. 34. qui alios plures recenset. Ripa tamen in tract. Pests in titulo de remedijs praeseruatius. nume. 233. sentit hanc cautelam, cautelam non esse, quoniam & unusquis-

que emere ita poterit, alio interposito, etiam si rusticus non sit, sed opinor Ripam interpretum mentem non intellexisse, si recte perpendes.

49 Septimus casus est, in quo prodest ad excusandum rusticitas, in l. 2. §. ult. ff. si quis in ius uocat. nō ierit. dum à uera contumacia inquit rusticum excusari, & annotauit Ripa. d. tract. pestis in tit. De remedijs præserua. nu. 29. Ratio est, quoniam uera contumacia dolum requirit; qui sanè dolus in rustico non præsumitur, ita declarauit Curt. iun. in d. l. 2. §. ult. num. 6. si quis in ius uoca. non ierit. Deci. uerò in cap. super literis. nu. 7. uerfi. secundò aduertendum est, de rescript. docuit d. l. 2. §. ult. procedere, cum rusticus errauit non parando, à quo dicto negligentia facilius excusatur, sed uerior mihi uidetur Curtij ratio, aliter etiam satisfacit Mantua. in d. cap. super literis. num. 18.

51 Octauus casus est, qui à præcedenti pendet, excusatur rusticus à multa. l. 1. §. 1. ff. si quis iudic. non obtempe. ubi Doct. Ripa. d. tracta. pestis. tit. De remedijs præserua. contra pestem. nu. 230. Ratio est, quia multa non indicitur, nisi ob ueram contumaciam. d. l. 1. §. 1. sed à uera contumacia rusticitas excusat, ut in antecedenti casu diximus; ergo & à multa: quam rationem perpendit etiam Curt. iun. in l. 2. num. 7. ff. si quis iudic. non obtempe.

Nonus casus est, qui etiam à præcedentibus pendet; rusticus appellare potest à sententia contra se lata ob contumaciam: ita Bal. Alex. & Iaf. in d. l. 2. §. ult. ff. si quis in ius uocat. non ierit. Decius consi. 34. num. 5. Ripa. d. tract. pestis. d. tit. De præserua. remed. nu. 231. Ratio est, quia appellatio ob delictum inobedientia ueri contumaciam prohibetur. l. & post editum. §. ult. ff. de iudic. l. ex consensu. §. ult. ff. de appella. sed rusticus (ut iam diximus) uerus contumax dici non potest, appellare ergo poterit.

53 Decimus casus est, excusatur rusticus ut nō præsumatur contra iura contraxisse, ita glossa l. 1. C. non licere hab. metro. lib. 10. Corne. consi. 147. col. 2. lib. 2. dum interrogatus respondit, rusticum in mala fide non fuisse, dum emit fundum non seruata forma statuti. idem scriptum reliquit Ripa d. tract. pestis. d. tit. De remedijs præserua. nume. 233. qui limitat l. quemadmodum. C. de agr. & cens. lib. 10. & cap. qui contra. de reg. iur. in 6.

54 Undecimus casus est, in quo rusticus fauemus, in §. 1. ult. in princi. ff. de doli mali & metus excep. cum rusticus dotem genero promittit, & ultra dotem alimenta; si deinde offerat, se soluturum usuras ob dotem non solutā, non tenebitur. quo in responso uerbum, exhibere, significat idem quod alimenta præstare, ut in l. Nefennius. ff. de nego. gest. & in l. 1. ff. de mune. & hono. Verum ego opinor Scæuolam iudicasse usurarium promissionem esse inualidā, non ob ipsam rusticitatis causam, quoniam ita ex facto euenisse credo, sed ob ipsam causam usurarum, quæ erronea erat & prorsus indebita. cum enim rusticus præstatio sit ob impensam quam in uxore alenda uir facit. l. in insulam. §. usuras. ff. solut. matr. omnes in c. salubriter. de usuris. latè Crauet. consi. 189. & Didacus Couar. lib. 3. uaria. resol. c. 1. sequitur, usuras uiro non deberi, si non is, sed locer mulierem alit.

57 Duodecimus casus est, in quo rusticus fauemus,

ut scilicet à præsumpta falsitate excusetur, cum contrarios produxit testes: ita Ang. in §. licet. in auth. de testib. refert Iaf. in l. si quis id quod, nu. 32. de iuris. d. om. iud. Marfil. consi. 4. nu. 39. & consi. 7. nu. 18. Alcia. tract. præsum. reg. 2. præsump. 31. nu. 3. Ferrarius cautela 17. & Gramma. consi. 23. nu. 6. horū sententia ea ratione firmatur, quod falsum sine dolo nō committitur. l. 1. in fin. ff. ad l. Cornel. de falsis. l. nec exemplum. C. de proba. Castren. consi. 371. Præmittendum est ad euidenciam, col. ult. lib. 1. sed à dolo præsumpto rusticus excusatur, ut supra attigimus, ergo & à falso. Contrariam tamen opinionem uerriorem existimant Bald. in l. scriptura. nu. 8. C. de fide instr. & ante eum Io. Andr. in c. cum Ioannes. extra eo. Iaf. in d. l. si quis id quod, nu. 32. Decius in l. ubi repugnantia. nu. 2. de reg. iuris. & alios plures recenset Tiraq. De pœnis legum, causa. 11. nu. 15. Ego uerò rectius sentio cum Ripa d. tit. De remed. præser. contra pestem. nu. 234. in fine. cum Tiraq. d. causa. 11. nu. 16. & cum Alciato. d. l. 2. nu. 1. C. de in ius uocan. hoc esse in iudicis arbitrio positum: qui prudenter considerabit, cuiusmodi sit rusticus ille, quæ, qualisue contrarietas, præterea loquitur Angelus de rustico ipso, qui nihil intelligens, profert interrogatus contraria testimonia, ut excusetur, si iudex cōiicit, illud ex dolo non prouenire. & rectè Angelus, quem etiam sic intellexit Alcia. in l. 1. §. sed & si mihi, nu. 61. de uerbor. oblig.

60 Tertiusdecimus casus est, cum rusticus contrarias scripturas produxit, is ob rusticitatem, productionem reuocare poterit, ita Bald. in d. l. scriptura. nu. 8. C. de fide instrum. Iaf. d. l. si quis id quod, nu. 32. in fine. ea ratione, quæ eius simplicitati parcendum est. Verum contrarium sensit Salicet. in d. l. scriptura. col. ult. uerfi. quæro ab extra. à cuius opinione non dissentit Fely. in cap. imputari. num. 10. de fide instr. idem sensit Decius in cap. super literis. num. 7. propè finem, ibi Bero. nu. 67. de rescrip. qui inquit, Baldi doctrinam posse procedere, cum manifesta est illa scripturarum contrarietas, & rectè, quoniam rusticus in his, quæ clara & notiora sunt, ut diximus, non excusatur. Ripa d. tit. de remedijs præserua. nu.

61 235. Ego multum tribuo rusticis arbitrio, ut sua prudentia consideret qualitatem hominis & scripturarum, nam tanta esse possit hominis simplicitas, ut nihil in eo doli excogitari possit, ita etiam ratione scripturarum ob uetustatem, uel dubietatem, aliam uel similem causam arbitrari posset.

Decimus quartus casus est ex l. penul. C. qui adm. rusticus non currit tempus ad agnoscendam bonorum possessionem, quod annotarunt & Ripa loco iam sæpius citato. nu. 236. & Alcia. d. l. 2. nu. 12. C. de in ius uocan. qui eam attulit rationem, quia tacitus ille consensus, qui à lapsu temporis præsumitur, contraria præsumptione imperitiæ tollitur.

63 Decimus quintus est casus in quo rusticus fauent leges, nempe in opponenda exceptione declinatoria, quam etiam post litem contestatā opponere potest, ita Specu. Mart. Laud. & Ang. quos reulit Iaf. in l. si conuenerit, in fine de iuris. d. om. iud. Deci. & Paris. in c. pastoralis, de excep. ille. nu. 19. iste nu. 39. Verum aliter sensit Iaf. præcitato loco, & cū eo Ripa d. tract. pestis in tit. De remedijs præserua. contra pestem. num.

nume. 237. ea ratione, quod peritiores consulere debuit, quæ sanè ratio non efficit, ut sentiam à Spec. & sequacium opinione recedendum esse, cum & cæteris in casibus non excusetur rusticus, quando peritiores consulere potuit, & non consuluit.

64 Decimus sextus casus est, rusticus est cōcessum posse ex intervallo sui aduocati erroneam confessionem reuocare, & si iure regulari incontinenti reuocari debeat. l. error. C. de iuris & facti igno. l. 1. & 2. C. de errore aduocat. ita rusticus in hoc fauendum esse cōsuet Bald. in cap. ult. num. 25. de confess. Ripa loco iam citato nume. 239. Imò is Baldus in d. c. ult. name. 14. docuit, confessionem rustici sibi non nocere, quod intelligo quin reuocare eam possit, allegando se errasse, qui sanè error & ignorantia eo ipso probantur secundum Baldum, quod ab eius aduersario contrarium non probatur.

66 Decimus septimus casus est, rusticus excusatur à pœna priuationis hæreditatis filij, quando trāsens ad secundas nuptias, non curauit tutorem filio datum inuentarium conficere, iuxta l. 2. §. idoneos, & §. seq. ad S. C. Tertul. ita respondit Maria. Soc. sen. consi. 39. colum. 6. libro primo, qui Castren. & alios recenset. Plotus in l. si quando, num. 251. C. unde ui, qui & Calca. consi. 93. col. ult. citauit. Horum tamen opinioni aduersatur doctrina Baldi in l. ultima, in princ. & ibi Iaf. num. 2. C. de iure delibe. dum affirmat, rusticum non excusari à confectione inuentarij, idem placuit Alex. in l. iuris ignorantia. C. qui adm. Fel. in c. qm̄ in simoniaca. nu. 10. de simo. alios recenset Tiraq. de retractu conuentio. §. 4. glossa 7. num. 16. de pœnis legum, causa 11. nu. 18. Placet distinctio quam faciunt Ripa loco iam pluries citato, nu. 242. & Alc. d. l. 2. nu. 12. C. de in ius uoca. Aut solum agitur respectu eorum, qui ab intestato successuri sunt, & tunc excusatur rusticus; atque ita hoc casu procedit Socini & aliorum opinio: cum uenientes illi ab intestato solum de lucro agant. Aut agitur respectu creditorum, tunc rusticitas non excusat, cū agat creditores de euitando dāno, atq; ita hoc casu procedit Baldi & aliorum sententia.

Decimus octauus casus est, in quo multi sentiunt, rusticus faueri, cum scilicet agitur, ut ex præstatione temporali perpetua inducatur obligatio, inquit enim rusticus non obligatur perpetuo soluere capones domino, nisi per annos triginta soluerit, & si in cæteris decennium sufficiat, ita Specu. Bald. & Roma. quos secutus est Ripa d. tract. pestis, in titulo de Remedijs præserua. contra pestem. nu. 243. qui & Soc. sen. consi. 145. col. 2. lib. 1. & Barba. cōf. 6. col. 15. lib. 2. retulit, ita etiam sensit Bald. in l. si certis annis. nume. 18. C. de pactis. dum longissimum tempus necessarium fore scribit. Ego tamē multum dubito, & fortè contrarium uerius existimarem: nempe solā decennalem præstationem ita rusticum, ut & alium quemuis obligare: nam ita docuit Barro. in l. cum de in rem uerso. num. 9. de usuris, in l. litibus. C. de agricol. & cens. lib. 1. Iaf. in l. si certis annis. num. 14. C. de pactis, qui huius opinionis fuisse Butr. Castren. & Alex. scribit, idem censuit Balbus in tracta. præscrip. prima particula tertiæ partis principalis. q. 10. uer. & an illa lex. Carolus Molinæus in consuetud. Parisien. titulo 1. §. 7. nu. 17. Didacus Couar. in cap. possess. l. e

cunda parte. §. 4. num. 2. in fine, de reg. iuris in 6. qui hanc esse communē testatur, quo fit, ut casus iste collocari potius debeat supra in prima parte. & si alia ratione hoc in loco retulerim.

70 Decimus nonus casus est, rusticus suo more testari licet, non obseruatis tot iuris ciuilibus solennitatibus, ut extat Iustiniani constitutione l. ultima, C. de testam. cuius quidem constitutionis uerba probant aperte rusticum excusari, cum non obseruat solennitates ad iuris rigorem conseruandum introductas, ita enim scriptum legitur: Et ab antiquis legibus, & à diuersis retro principibus semper rusticitati consultū est, & in multis legū subtilitatibus stricta obseruatio eis remissa est, quæ quidem præfationis uerba causā finalem significant. l. ult. ff. de hæred. inst. & licet in d. l. ult. C. de testam. non remittatur numerus septem testium, illud factum est ad rustici fauorem, ne scilicet aliqua falsitas contra illius dispositionem machinetur, ut sensit Barth. in l. 1. numero 22. C. de summa Trinit. & fide catol. & licet aliquando concedatur cum minori testium numero testari, d. l. ult. illud euenit ob testium penuriam: ita Ripa in tracta. pestis, in titulo de priuilegijs ult. uolunt. nu. 2. Ex quibus inferitur nō esse ueram absolutē illam nostrorū opinionem, qui dixerūt, rusticum non excusari ab obseruatione eorum, quæ ius ad solennitatem introduxit, quod ante alios docuit Baldus in cap. ult. nu. 15. de confessis. quem post multos est secutus Ripa d. tract. pestis, in titulo de remed. præserua. contra pestem. nu. 246. 247. latius Tiraq. tract. de retractu conuen. §. 4. glossa 7. nu. 15. & de pœnis legum, causa 11. nu. 19. & nostra hæc sententia confirmatur ex supra proximè traditis in casu decimo.

72 Vigésimus est casus ex l. secunda, §. ult. ff. de iure fisci. qua constitutum est, rusticus propria confessione deferentes in fiscū excusari, si per errorem iuris & ignorantiam detulisse allegent, & ob id eam reuocare possunt, delatores, qui essent olim, doctè ostendit Alexan. ab Alexan. libro quarto dierum Genial. cap. 22. & infra in casu 202. dicemus.

Vigésimus primus casus est ex l. 3. C. de defenso. ciuit. qua tributum est in priuilegium rustico, ut apud Defensorem ciuitatis litigare possit, quod sanè priuilegiū ego intelligo, ut olim ultra summā quinquaginta coronatorum concedatur: nam, cum sit or dinaria ipsius rusticus defensoris potestas ad summam illam usque, fauore rusticitatis, dicendum est, defensorē ultra illā summā iudicare potuisse, hodie aut poterit etiam ultra summam trecetorum coronatorū, cum ordinariè de tanta summa possit iudicare §. & iudicare. §. audient, in auth. de defenso. ciuiri. alioqui nihil fauore rusticitatis à legislatore cōstitutū esset, Vigésimus secundus casus est, in quo rusticus excusatur, ex Baldo in c. 1. §. si quis rusticus, de pace tenen. ut rusticus arma sua solita deferens non puniatur pœna d. §. si quis rusticus. & consuluit Capolla consi. 32. nu. 5. & Iacob. Nouell. trac. ad defensionem, tit. ad inditia pro reo danda, nu. 70.

Vigésimus tertius casus est ex sententia Marfil. in l. 17. qui post alios scriptum reliquit, rusticum iuri suo nō censi renūtiassē, cum renuntiat non factus certior uirtutis clausularum.

77 Vigésimus casus est, in quo rusticus excusatur, ne

pè cum habet respondere positionibus, quibus ex lege municipalis respondendum regulariter est, non data eorum prius copia nec presente aduocato, ut in regione Pedemontium ex nouis constitutionibus in titulo delle poste. §. non si darà. nam is rusticus potest ac debet habere copiam earum, uel respondere aduocato presente ne decipiatur: ita Hostien. c. dilecti. de iud. Socin. sen. in l. i. nume. 8. in fine, de uulga. qui alios recenset, quod ego intelligo, cum is rusticus est ita reru ignarus ut falli facile possit: quod suo arbitrio iudex indicabit. Subijcit etiã Socinus responsionem qualificatam rustici admitti cum responderet positionibus, quod infra referam. Et huic casui accedit quod scriptu reliquit Bal. in l. reos. n. 19. C. de accus. quem secutus est Maria. Soci. sen. in ca. ueniens. col. 3. 2. uers. decimo septimo quæro, de accusa. q. licet in iudicio interuenire non possit, possit tñ unã cum ipso reo rustico interuenire & pro eo respondere. quod superiore libro q. 85. explicauimus. Et cum hoc iure communi conuenit statutum Ferrariense, libro 2. sub rubrica de positionibus & earum responsionibus dũ concedit ignaris, & his simplicibus posse respondere positionibus habito prius cõsilio sui aduocati. & quæ sit persona simplex & ignara, iudicis arbitrio statutum reliquit, quod intelligitur ut supra.

Præter casus aut enumeratos, atq; ita in dubio, an rusticitati fauendum sit, uel non, dubitant Doctores. & non esse fauendum, senserunt Butr. in ca. 2. de cõstit. Alex. in l. si quis id quod. nu. 10. de iurisd. om. iud. Deci. cap. super literis. nume. 7. in fi. de rescrip. & plures retuli i tract. de recup. poss. in nono remedio, nu. 27. quo loci & alios citauit, qui cõtrarium uerius affirmarunt. Distinguit Rip. d. trac. pestis, in d. tit. de remedijs præfer. nu. 246. & ante eũ Alex. in l. iuris igno. rantia. C. qui admitti. & Deci. in d. l. si quis id qd. nu. 33. rusticitatem non excusare, atq; ita priuilegiã non esse ipso iure. Est ratio qm priuilegia ut strictæ interpretationis, non sunt tribuenda illis, quibus lex non concedit. hoc casu procedit Butrij & sequaciũ opinio. Aut uerò cõsideramus æquitatem, & tunc rustico succurritur, quod intelligitur, si ita iudici uisũ erit, quemadmodum supra exposuimus. & hoc casu procedit aliorum opinio. Hæc sufficiant.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericorũ bona quando ex ecclesiæ bonis, uel ex proprio patrimonio industriaue acquisita præsumantur.
- 2 Clerici de quib. testari, disponere, aut donare queant.
- 3 Clerici nõ habentes alia bona, quàm ecclesiæ, nec aliqđ officium aut exercitium, de bonis ecclesiæ acquisisse censentur.
- 4 Clerici habentes bona patrimonialia, officium aliquod, aut exercitiũ ultra bona ecclesiæ, quãdo non intelligantur ex bonis ecclesiæ acquisisse.
- 5 Clericos posse bona ecclesiæ pro uictu consumere, & patrimonialia conseruare.
- 6 Clerico asserenti de bonis proprijs emisse, nõ autem ecclesiæ, an fides sit præstanda, distinguitur.
- 7 Clerici habentes sacerdotia, nec nõ & propria bona, officiu aliquod, uel exercitium, si emerint, aliasue acquisierint, nec cõstet ex quibus bonis, q ex utrisque acquisita præsumuntur.
- 8 Diuisio bonorũ faciẽda est iudicis arbitrio inter hære-

des cleri ci, & successorẽ ecclesiæ, quando nõ cõstat ex quibõ bonis an ecclesiæ uel patrimoniũ acquisierit.

9 Clericos i dubijs præsumi ex bonis ecclesiæ acquisisse.

10 Clerici hæres si acquisita per eũ possideret, tunc onus probãdi quòd ex bonis ecclesiæ fuerint acquisita, in ecclesiam transfertur.

C A S V S C X C V.

ACQUISITA PER CLERICVM
de quibus bonis acquisita censeatur, uel e proprijs, uel ex illis ecclesiæ, clara & dilucida explicatio.

Contingit nõ semel, clericos una cum opimis beneficij habere uel pingue patrimoniũ, uel sciẽtiam, uel officij administrationem; ita ut facile quot annis ualeant præter illud, quod in causam lauti uictus impendunt, grandem pecuniarum summã peculij loco in arcam recondere, aliquando etiam prædia, uel annuos redditus emunt, euenit etiam quod aliquando nihil præter ecclesiæ bona habent, & tamẽ acquirant. Dubitari itaque contingit, quando emptæ, uel acquisita credantur bona illa ex ecclesiæ bonis, uel ex proprio patrimonio, uel acquisitis pecunijs propria industria: ut inde intelligamus de quibus testari, disponere, & donare clericus possit, & de quibus non, iuxta cap. 1. & cap. unusquisque. de pecul. cler. & tradit Alex. cõsi. 116. nu. 1. lib. 7. Parisius cõsi. 33. lib. 4. Ego hac in re aliorum traditiones secutus, soleo plures casus distinguere.

Primus est, quando clarè constat, clericum alia bona non habere quàm illa ecclesiæ nec aliquod officium uel exercitium, ut inde aliquid lucrari possit. hoc casu dubium non est, acquisita censeari ecclesiæ. quod probat capit. 1. de pecul. cleri. & cap. 1. 12. q. 3. Abbas in cap. cum esset. nu. 24. in fine, uers. et non habebat. de testa. Rom. cõsi. 59. nu. 4. & cõsi. 346. nu. 18. & Soc. sen. cõsi. 91. col. 3. in prin. lib. 3.

Secundus casus est, quando clericus ultra bona ecclesiæ habebat bona patrimonialia, uel officiu, ut in curia Romana, uel exercitiũ, ut quia erat Doctor & publicè docebat, uel quid simile agebat: & cõstat deinde ab eo emptæ, emptæ fuisse ex bonis patrimonialibus, uel ex lucro artificij & officij, hoc casu propria censeatur, non autẽ ecclesiæ: ob id de illis ad libitum disponere poterit. ita Abbas in d. ca. cũ esset, numero 24. propè finem, uers. quòd ad primũ, qui sic intelligit ca. quicumque. 12. q. 4. cap. sunt manifestè. 13. q. 2. & capitu. inquirendum. de pecul. cler. idem respõdit Card. Zabarella cõsi. 79. col. 1. uers. immo etiam. clarè autem constare dicitur acquisita; acquisita fuisse ex patrimonialibus redditibus, uel ex lucro multis modis. ut primo in casu indubitato, quando scilicet is clericus non possit frui bonis ecclesiæ, ut in Episcopo, qui apud Saracenos, & Turcas, similesuè Episcopatum habet. ita Baldus in auth. licentiã. numero 3. uers. sed ponamus. C. de. Epif. & clericis. uel secundo casu, cum uerisimiliter ex bonis ecclesiæ, ut quia fortè erãt redditus tenues, nõ potuit acquirere. potest enim clericus ecclesiæ bona pro uictu consumi, & patrimonialia, aliaque lucra reseruare. quoniã qui altari seruit, de altari uiuere debet. ita clarè respondit Soc. sen. d. cõsi. 91. col. 3. in fi. uers. secũdum.

dum qđ præsupponitur, lib. 3. & sensit Alex. d. cõsi. 116. nu. 2. lib. 7. Vel & tertio casu constat acquisita fuisse ex proprio patrimonio, qñ ita ipse clericus asseruit. illius enim asserzioni in hoc credendum esse respondit Soc. sen. d. cõsi. 81. col. 4. uers. quibus præmissis. lib. 3. Verum idem Soc. sen. cõsi. 216. in fi. lib. 2. clare contrarium respõdit. ego cum Alex. d. cõsi. 116. nu. 3. in fi. lib. 7. sic intelligo; Aut cum asserzione clerici alia coniectura concurrat, & tunc asserzioni deferendũ est. ita procedit rñsũ Soc. d. cõsi. 91. Aut alia nõ adest cõiectura, & tunc soli asserzioni nõ e credendũ. ita procedit responsũ Socini d. cõsi. 216.

Tertius casus est, cum clericus habet bona patrimonialia, artificium, uel officium, & una etiã habet bona ecclesiæ, & nõ potest constare quibus ex bonis acquisitum est. hoc in casu ex utroque acquisitũ præsumitur. ita Abbas in d. cap. cum esset. num. 24. propè finem, uers. aut dubitatur & tunc, de testam. quẽ secutus est Socin. sen. d. cõsi. 91. col. 4. uers. confirmatur & tertio. lib. 3. idem respondit Roman. cõsi. 346. nu. 4. uers. aut dubitatur. & ante eos Baldus in d. auth. licentiã, nu. 3. uers. sed reuoco in dubium. dum rationem illam reddit, quã placuit Abbati. & Socino. quoniam clericus in culpa fuit, ita permixtum utendo, & non declarando quid ex bonis proprijs, uel ecclesiæ factum. & ideo hoc in casu diuidi debent acquisita ista inter ecclesiæ successorẽ, & ipsius clerici hæredem. ita Innocen. in cap. cum in officijs. de testam. Abbas & Socinus locis iam relatis.

Quæ sanè diuisio iudicis arbitrio fit, qui considerabit diligenter qualitatem & quantitatẽ patrimoniũ, officij ac artificij, nec non & qualitatem reddituum ecclesiæ; suoque arbitrio poterit iudicare acquisita ex bonis proprijs & officij, artificij; sui, quando redditus ecclesiæ adeò tenues sunt, ut pro uictu sufficere non possint, ita Baldus d. auth. licentiã. nu. 3. & clarè idẽ respondit Cardin. Zabarella d. cõsi. 79. col. ult. uers. dico tamen. Alex. d. cõsi. 116. nu. 2. in fi. Soc. sen. d. cõsi. 91. col. 4. uers. confirmatur præmissa. & uers. postremò. lib. 3. idem cõsi. 216. lib. 2. quo loci in fi. subdit, non sufficere, si p̄betur, clericum habuisse bona patrimonialia, uel officiu aut exercitium, nisi etiã p̄betur redditus & lucra eiusmodi fuisse, quibus falicè cognoscatur, ex illis acquiri potuisse bona illa.

Quartus est casus quando est dubium, an clericus alia bona quàm illa ecclesiæ habuerit, uel aliqđ officium, ita ut acquirere potuerit ex proprijs, non autẽ ex bonis ecclesiæ: hoc in casu præsumitur ex bonis ecclesiæ acquisita: ita Abbas in d. c. cum esset. nu. 24. in fi. Soc. teni. dicto cõsi. 91. col. 3. uers. confirmatur hoc in casu. lib. 3. Hic casus tamẽ declaratur, ut nõ procedat, qñ hæredes clericus hac acquisita possideret: tunc enim onus probãdi rejicitur in aduersarios, si affirmare uolunt illa esse ex bonis ecclesiæ quæ sita. ita Rom. dicto cõsi. 59. col. penult. uers. tertio casu. Ripa. c. l. epe. col. 1. uers. sextũ est quia, de restitu. spolia. Card. d. cõsi. 39. col. 2. tenfit Decius in l. ulti. nu. 53. C. de edicto Diui Adr. tolle. & Abbas i. c. ut unusquisque. in fi. de pecul. cler. Catellia. Cotta in suis Memora. in uerbo, possessionis commoditas. Tiraq. de iurè primigen. q. 17. opinione 11. nu. 8.

S V M M A R I V M.

- 1 Debitores pupillorum & minorum a tutela eorum &

cura arcendos esse.

- 2 Debitores rei modicæ non arceri a tutela & cura suorum creditorum.
- 3 Iudicis arbitrio relinquitur magnum uel paruum debitum dicatur, ut debitor remoueat a tutela & cura creditoris.

C A S V S C X C V I.

OB QVOD DEBITVM ARCEATVR
debitor a tutela uel cura sui creditoris.

Debitores pupillorũ, uel minorũ iusta ratione a munere tutelæ, uel curæ, arcentur: ut i auth. ut ij qui oblig. perhib. res mino. cõstituit Iustinianus. quæ sanè constitutio locum sibi non uendicat, cum modicum & tenue est debitum: ut eo loci annotauit Bar. nu. 7. Sed dubitari solet, qđ in specie huius casus dicatur debitum magnum, uel paruum. glo. in §. 1. uers. sed & si quis. i. d. auth. ut ij qui oblig. perhib. & ibi Bar. nu. 7. cõsult; hoc iudicis arbitrio relinquitur. idem docuit ipse Bar. in auth. minoris. C. qui tuto. dare poss. quem secutus est Barba. cõsi. 80. in fi. lib. 3. & cõsi. 43. col. pen. propè finem. lib. 4. & Tiraq. in repe. l. si unquã. in uerbo, omnia uel partẽ. nu. 3. 1. C. de reuoc. dona. idẽ cõsult Bal. in d. auth. minoris. nu. 5. qui illud docuit, debitũ magnum uel paruum aestimari respectu interesse communis, non autem singularis.

S V M M A R I V M.

- 1 Appellationes friuolas rejiciendas esse.
- 2 Statutu rejiciẽs appellationẽ, de friuola intelligitur.
- 3 Clausula, omni exceptione remota, de friuola intelligitur.
- 4 Statutu rejiciens exceptionem, de friuola intelligitur.
- 5 Appellatio & exceptio friuola dicitur, quæ nihil prodest.
- 6 Friuolum quid sit.
- 7 Iudicis arbitrio relinquitur, quæ friuolæ exceptiones & appellationes dicantur.

C A S V S C X C V I I.

QVÆ APPELLATIONES ET EXCEPTIONES
friuolæ dicantur, & de significatione dictionis, friuolum, aliqua non ingrata explicantur.

Apud iudicũ tribunalia uox est frequens, friuola appellatio. deferendũ non esse: ex Bar. sententia in l. 1. §. interdum. ff. a quibus appell. nõ licet. quem alij sunt secuti, ut apud Barba. cõsi. 51. col. 24. in fine. lib. 1. cõsi. 7. col. 10. cõsi. 38. col. 4. lib. 2. qui scribunt, uerba rescripti, uel statuti, quibus appellatio rejicitur, intelligi de friuola. ita etiã aiunt, clausulam rescripti, omni exceptione remota, de friuola intelligi. ita Bar. d. §. interdum. nume. 5. Sic statutum excludens omnem statutorum interpretatiõnem, friuolam excludere dixit Bar. i. l. omnes populi. numero 65. in fine, de iusti. & iure. & illum sũt secuti Barbatia in locis præcitatis. Alexan. cõsil. 50. numero 11. & consilio 80. nume. 5. lib. 1. Decius in ca. ex parte tua. numero 4. de off. dele. & in l. quamuis, primo notab. C. de ipub. & alijs subst. immo docuit Bar. in l. 1. §. & parul. nume. 2. ff. quod ui aut clam. quòd

4 quod t̄ statutum excludens omnes exceptiones, excludit solū friuolas; & cū Barr. alij plures sentiunt: ut Barba. in d. conf. 7. col. 10. & confil. 38. col. 4. lib. 2. & Vantius tract. nullitatum, in tu. Quis possit dicere de nullita. num. 33. 40. quamquam in hac posteriori assertione contrarium sentiat Barba. sibi parum constans in d. cōf. 51. col. 24. lib. 1. & Felinus in d. cap. ex parte tua. nu. 6. de off. deleg. quod nunc nō discutio.

Dubitari tamen cōtingit, quæ friuola appellatio, exceptio, & interpretatio dici possit. Vnus iter alios Petrus Rebuffus in cōmentariis super Concord. Frac̄. in rubri. de friuolis appellationibus, scribit esse t̄ friuola, quæ prodesse nihil possunt, & rectè, nā friuola t̄ esse dicuntur, quæ infirma & fragilia sunt. qđ doctè explicauit Guliel. Budæus in annota. Pandect. ad l. solutum. §. solutam. ff. de pigno. actio. qui interpretat̄ est illa uerba iuriscōsulti, insulæ friuola mea. friuola quoque intelligi possunt pro nulla fide subnixis, ut friuola uerba ex facto interpretatur Budæus. nā & exceptio hac ratione dici potest friuola, ut calumniola, & sine fide. uera est Rebuffi interpretatio quò ad uerborum significationem. At nos nūc quærimus quando exceptiones, uel appellationes, quæ ex facto proponuntur, friuolę dicantur. & uerè cum hoc in facto uersecur, iure non potuit diffiniri; quamobrem t̄ iudicis arbitrio relinquitur: ita Marfil. in l. quæstio nis modum. numero 45. de quæstio. post Barba. in ca. ueniens. col. 1. de accusa. prudens ergo erit iudex in fine ac rei exitu perscrutando, ut intelligat friuola an sint, uel alicuius ponderis, quæ proponuntur.

S V M M A R I V M.

- 1 Delatoribus criminum premia sepe constituuntur.
2 Iudicis arbitrio delatoribus premia solui.
3 Delatores criminum quomodo olim habiti.
4 Lex Papia quia de delatoribus statuerit.
5 Claudij Neronis de Delatoribus constitutio.
6 Delatores criminum aliquando contempti.

C A S V S. CXC VIII.

DELATORVM PRAEMIA, ET QUANDO FUERUNT UEL IN PRETIO HABITI, UEL CONTEMPTI, DECLARATUM.

PRincipes & cæteri omnes, quibus prouinciarū, uel ciuitatum mādata est cura, & administratio, solent interdum t̄ Delatoribus, & emissarijs (quos nulgō maleficiozum denuntiatores appellāt) pro eorum delatione præmia cōstituire. sepe tamē euenit, ut certa illa non sit; ob id dubitari contingit, quod nam præmium constituendum est. Angelus in l. lex Cornelia. §. si quis liberum, in fine. ff. de iniurijs, scriptum reliquit, esse in t̄ iudicis arbitrio, idem placuit Marfilio in l. quæstionis modum. nu. 51. de quæst. & rectè, nam si non est diffinitum, sine dubio eorum arbitrio, & uoluntati relinquitur. probat, & hanc sententiā l. 2. C. de falsā mone. qua arbitrio Principis præmium datur delatori falsi monetarij, & ibi. glo. & Sali. in fi. declarant. Ego aliquando obseruauī olim uarijs modis his t̄ delatoribus præmia constituta fuisse. lex t̄ Papia, ut facinorosos, & perditos homines,

qui clandestina facinora admittebāt, comprimeret; delatores hos constituit, qui offensas in Principē præsertim specularentur; atque illis in præmiū dimidiā illatę multæ statuit. t̄ Claudius Nero (ut autor ē Suetonius in illius uita c. 10.) præmia legis Papię ad quartam partem de proscriptorum bonis consequerentur ijs delatoribus aliquando mirum in modum fauerunt Romani Imperatores, aliquando eos t̄ contempserunt, ac pœnis affecerunt, ut doctè & pulchrè memorię proditum est a Guliel. Budæo in annot. Pandect. ad l. ab accusatione. ff. ad S. C. Turpili. & ab Ale. lib. 4. Dierum Genialium, cap. 22. & nonnulla attulit Iacobus Cuiacius in interpretatione tituli C. de delatoribus, lib. x. ad illos lectorem allego.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudicis arbitrio relinquitur dispositionis dubia interpretatio.
2 Interpretationem à subiecta materia sumi.
3 Interpretationem sumi uel à natura rei, uel uerisimilitudine.
4 Interpretationem aequitati conuenire debere.
5 Interpretationem necessariam dici, quæ per rationem fit.
6 Interpretationem benigniorem recipiendam esse.
7 Interpretationē à cortice uerborū non esse sumendā.
8 Interpretatio illa sumenda est, quæ a prudentibus reprehendi non potest.
9 Interpretationem iuri communi consentaneam recipiendam esse.
10 Interpretationem à uerisimili sumendam esse.
11 Interpretationem sumi a consuetudine.
12 Interpretationem illam esse sumendam, quæ casui magis necessario conuenit.
13 Interpretatio illa sumenda est, qua utrique partium sit consultum, & satisfactum.
14 Interpretationem utrique casui conuenientem sumendam esse.
15 Interpretatio illa sumenda est, qua contrahentium alter damnum non sentiat.
16 Interpretationem illam sumendam ne alter contrahentium decipiatur.
17 Interpretatio, quæ culpam, & iniquitatem excludit, recipienda est.
18 Interpretationem a proximis, non a remotis esse sumendam.
19 Interpretationē esse sumendam, ne actus elusorius sit.
20 Interpretationē esse recipiendam ex iuri boni arbitrio.
21 Interpretatio illa sumenda est, qua legum correctio euitatur.
22 Interpretatio, qua actus sustinetur, recipienda est.
23 Interpretatio, qua pugnantia ad concordiam reducitur, sumenda est.

C A S V S CXCIX.

DE ACTVS DVBI INTERPRETATIONE, QUALIS RECIPIENDA SIT INTERPRETATIO, FACILIS, & DILIGENS ENARRATIO.

Tanta est aliquando uerborū ambiguitas, ut maxime hæreant homines in illorū interpretatione, quò obrem ubi cessant illi, quibus uel disponēs,

1 nel lex interpretationem mandauit, iudex t̄ ex suo arbitrio interpretatur: ita Bald. in l. uoluntatis. nu. 1. uerf. si uerò non sit commissā. C. de fideicomis. idem respōdit Roman. confil. 376. Quæstio est nūquid. col. penul. quem secutus est Marfilus in l. quæstionis modum, nu. 52. de quæst. scio tamen iudicis partes has fore, ut primum obseruet t̄ subiectam ipsam materiam, quæ magnam præbere solet dubijs interpretationem; ut annotauit gl. in leas. causas. de cond. & demō. quam præcitato loco annotauit Romanus. cui multa accedunt, quæ scribunt Rui. confilio 3. numero. 20. lib. 1. & Cagnolus in procem. Digestorum, in principio, num. 10. dum illam glossam commendat, uerbum scilicet unum pro altero ob subiectā materiam interpretari solere. Accedunt quæ scripsimus supra libro primo quæst. 7. numero 18. accedit Craue. confilio 33. num. 2. dum respondit post Baldum, esse faciendam t̄ interpretationem, uel secundum naturam rei, uel secundum uerisimilitudinem. idem cōsilio 135. nu. 3. obseruabit, & illud iudex. ut t̄ aequitati consentaneam magis interpretationē amplectatur, iuxta l. in his. ff. de cond. & demon. & respondit Soc. sen. confilio 159. col. 7. in fine. lib. 2. post Baldum in l. cū allegas. in fine. C. de usuris. hanc tamen interpretationem ex aequitate probabilē appellauit Baldus confil. 411. Quidam Mediolanensis. col. 1. lib. 1. & Craue. confil. 135. num. 37. qui illam esse t̄ necessariam dixerunt, quæ per punctum rationis fit. Huc accedit quod respondit Soc. sen. confil. 23. col. 7. uerf. 18. probatur. & confil. 25. col. 8. uerf. 9. probatur. lib. 1. t̄ interpretationem in eam partē esse faciendam, quæ maiorem benignitatem continet. ex l. ult. C. qui bonis cedere poss. sic ex ratione est t̄ faciendā uerborum interpretatio, non ex ipso cortice. ita Bald. confil. 77. Dominus Papa. col. 2. lib. 2. quem est secutus Craue. cōfil. 263. col. 2. uerf. itaque si causā. Illā pariter t̄ interpretationē recipiet iudex, quæ a prudentibus rephendi non possit. l. Saluius Arist. ff. de leg. præsta. & egregiè responderunt Soci. sen. cōfil. 1. col. 4. lib. 3. & confil. 27. nu. 8. lib. 4. Soc. iun. confil. 1. nu. 128. lib. 1. & Craue. cōfil. 3. nu. 23. & confil. 5. nu. 14. ita t̄ interpretationem iuri communi magis consentaneam probabit. l. si stipulatus. de usuris. & respondit Brunus conf. 35. nu. 10. sic & 107 interpretationē recipiet, quæ uerisimilis magis ē. Craue. confil. 135. num. 33. & quæ iustior sit ex multis scripturæ sensibus. Craue. confil. 70. nu. 14. Sic et eā approbat, t̄ quam iam consuetudo recepit. Decius confil. 441. nu. 13. qui respondit, consuetudinē omnē dispositionem interpretari: nec consuetudo hæc necessariō esse debet præscripta, sola enim obseruantia sufficit. Castr. cōfil. 347. Quia circa donationē. col. ult. li. 1. Soc. sen. conf. 111. col. ult. uerf. sed certè possumus. lib. 1. Dec. cōfil. 156. col. ult. Craue. cōfil. 201. nu. 12. & cōfil. 294. col. 14. uerf. 21. Obseruabit, & illud iudex prudens, ut eā recipiat t̄ interpretationem, quæ casum magis necessarium comprehendit. l. in his. §. sed, & si fortè. ff. de solut. & respondit Craue. cōfil. 135. nu. 34. & confil. 149. nu. 12. & confil. 272. 13 num. 4. Illā et̄ t̄ interpretationem obseruabit magis iudex, qua utrique partium consultū, satisfactumq. sit. l. adoptiuus. §. 1. de ritu nup. Bal. l. bonorū. q. 3. C. qui adm. quē secutus est Craue. conf. 201. nu. 16. &

14 confil. 301. nu. 4. qui, & illud respondit, t̄ interpretationē utrique conuenientem obseruandam esse. Cōfirmatur, quia illa recipi magis debet t̄ interpretatio, quæ contrahentiū alter damnum non patitur. l. 3. §. 1. ff. de arbitr. latè Craue. confil. 245. nu. 9. confil. 269. nu. 5. & ideo respondit idem Craue. cōfil. 91. nu. 16. 11. illam esse sumendam t̄ interpretationē, p quam una partium decepta foret. Illud et̄ obseruabit, ut eā admittat interpretationē, quæ minus præiudicialis est. l. 3. ff. de suspect. tuto. Craue. cōfil. 33. nu. 44. Hinc dicimus, t̄ interpretationem illam esse recipiendam, qua culpa excluditur: ita Craue. confil. 151. nu. 18. Sic & illa recipitur, qua fraus excluditur. Decius confil. 278. col. ult. & quæ iniquitatem non contineat. Craue. confil. 186. nu. 14. Illud etiam obseruabit iudex, ut interpretationem à proximis, non autem a remotis deducat. quoniam quæ a remotis deducitur, quæuis minima cōtraria coniectura tollitur. ita Soc. iun. confil. 128. nu. 69. lib. 1. Illud pariter est omninō obseruandum ita esse faciendam t̄ interpretationem, ne actus uel dispositio sit elusoria. l. si qñ, in princ. de leg. 1. Craue. conf. 25. nu. 7. conf. 135. num. 25. & 20 conf. 175. nu. 3. & sic t̄ interpretatio illa magis recipitur, quæ fit ex arbitrio boni iuri. Craue. confil. 135. nu. 39. Præterea illa t̄ interpretatio magis recipitur, per quam legum correctionem euitamus. l. præcipimus, cum similibus, de appell. si tamen correctio sit illa qua ad ius commune reuertimur, iuxta l. si unus, §. pactus, ubi gl. & latè Ias. num. 5. ff. de pactis, fauorā bilior est. Illa deinde t̄ interpretatio cæteris præuolare debet per quā actus sustinetur. l. quoties, de reb. dub. l. quoties, de reg. iuris. Decius in ca. quoniā Abbas. nu. 16. de off. deleg. & in l. si donatione. n. 12. C. de coll. latè Cephalus conf. 223. nu. 5. lib. 2. ceteros sciens prætereo. Illud tandē iudex obseruabit ut eam admittat t̄ interpretationem qua pugnantia ad concordiam reducuntur: ita omnes in l. ubi repugnantia, de reg. iuris. & in c. inter dilectos, de fide instru. Nō prosequor ulterius, nam alia permiulta studioso, & diligenti occurrent. Illud etiam prætereundū nō esse duxi, quòd qñ agitur de sola uocabulij interpretatione, & significatione, nullū dari in eo iudicis arbitriū: si quidem tūc sola iuris dispositio spectatur: ita intelligo atque declaro Baldum in cap. postremò, de appella. quē secuti sunt Feli. in c. nonnulli. §. sunt & alij. nu. 60. de rescrip. & Mantua in cap. ult. numero 17. in fine. de consuet. quamquā idē Mantua in d. §. sunt, & alij, uerf. sed aduertendum, dubitauerit, immo Baldi doctrinam iure non probari senserit. Ego opinor satis iure probari, quoniam si uocabuli significatio à iure scripto sumitur, ius est certum, ergo cessat iudicis arbitrium, quemadmodum superiore lib. explicauimus. solum enim iudicis arbitrio relinquitur, quæ facti sunt, & quæ uerè ignorantur.

S V M M A R I V M.

- 1 Vasallo cui concessa est in regno subinfuedandi facultas subuasallum non sibi, sed Regi acquirit.
2 Marini Freccie opinio reiecta.
3 Correctio legis, qua ad ius antiquum reuertimur, fauorabilis.
4 Interpretatio, que minus ledit ius, recipienda est. Dominus

IACOBI MENOCHII IVRISCONSULTI EXCELLENTISSIMI DE ARBITRARIIS IUDICIUM, Liber Secundus.

CENTVRIA TERTIA.

SVMMARIVM.

- 1 Rescriptorum genera, gratie & iustitie, & q illa sint. 2 Rescripta gratie facilius irritari q rescripta iustitie. 3 Rescripta iustitie ob surreptionis vitium vitari solum ope exceptionis. 4 Baldus in l. ultim. nu. 4. in si. C. senten. rescin. non posse declaratur. 5 Rescripta iustitie facilius concedi, q rescripta gratie. 6 Rescripta gratie odiosa esse. 7 Rescripta gratie maioris esse praeiudicij, q rescripta iustitie. 8 Rescripta iustitie obligationem non minuere. 9 Obreptionem a surreptione ex coi opinione differre. 10 Surreptionem ab obreptione non differre ex ueriori sententia. 11 L. Sed si hac. S. patronu. ff. de in ius uoca. declaratur. 12 L. fideiussor. S. si cum. ff. mand. sensus & intellectus. 13 L. 1. C. si nuptie ex rescip. pta. intellectus, reiecta Beroy interpretatione. 14 Verbum obripio, a uerbo surripio, non differre. 15 Obripere, est latenter rapere. 16 Rescripta gratie ita uitiat obreptio, ut surreptio: 17 Surreptionem ipso iure uitiat rescripta gratie, ut uitiat obreptio. 18 Alex. consi. 60. in si. lib. 2. confutatus. 19 Baldus consi. 252. lib. 1. declaratus. 20 Surreptionem ita uitiat ipso iure rescripta iustitie, ut uitiat obreptio. 21 Falsum exprimere plus esse, qua uerum. suppressere. 22 Surreptio circa causam finalem & impulsuam commissa quando uitiet. 23 Iudicis arbitrio relinqui, qn surreptio circa causam impulsuam commissa uitiet. 24 Surreptionem uitiat rescripta, cum suppressa talia sunt, qua mouere poterant Principem ad non concedendum, uel difficilius concedendum. 25 Iudicis arbitrio relinquuntur qualitates narrae in precibus, ne rescriptum surreptiuum reddatur. 26 Rescripta cum impetrantur solum ille qualitates narrandae sunt, que in iure expressae sunt. 27 Auctoris noua distinctio, que qualitates in rescripto interpretatiue narrae sint, ne surreptia reddantur. 28 Iudicis arbitrium non uersari in determinatis a consuetudine. 29 Glossa clemen. prima, in uerbo, alteri, de praeb. declaratur. 30 Iudicis arbitriu esse, an qualitas no expressa in precibus mouere poterit Principem ad no concedendu. 31 Praxis obijciendi atque probandi rescripta surreptia esse. 32 Rescripta gratie, ex quibus suppressis qualitatibus surreptia reddantur. 33 Beneficium impetrans narrare debet se esse clericum. 34 Impetrans beneficium narrare debet suae natiuitatis qualitatem. 35 Illegitimè natos, ad ordines sacros pmoueri no posse. 36 Alciati lapsus lib. 10. Parerg. iuris, c. 8. 37 Beneficium impetrans narrare debet crimen, in quo se inuolutum reperit. 38 Excommunicatus remotus a beneficio impetrare beneficium non potest, non expressa illa remotione. 39 Beneficium impetrans narrare debet plures dispensationes a se impetratas. 40 Beneficium impetrans narrare debet suam dignitatē. 41 Beneficium impetrans narrare debet aliud beneficium quod iam obtinet. 42 Etiam si tenue est. 43 Etiam si re ipsa beneficium primu consecutus no est. 44 Etiam si primo spoliatus fuit. 45 Etiam si primum ipse impetrans per nim occupauit. 46 Etiam si primum beneficium manuale est. 47 Etiam si primo renuntiauit, et renunciatio a superiore acceptata non fuit. 48 Etiam cum primo renuntiare promisit. 49 Etiam si ordinatus est ad titulum ecclesie alterius. 50 Etiam si est canonicus cu praebenda in alterius ecclesie. 51 Etiam si pensionem obtinet. 52 Beneficium impetrans tacens primum beneficium, qd sibi collatum ignorat, surripere secundu impetratu non dicitur, & ibi declaratur. 53 Cap. gratia, de rescip. in 6. declaratur. 54 L. qui cum alio, de reg. iur. declaratur. 55 Beneficium impetrans praestimonij, quod obtinet, mentionem facere tenetur. 56 Praestimonium quid sit, & unde dictum. 57 Praestimonia duplicis generis. 58 Praestimonium aliquando in titulum dari. 59 Gemina. consi. 89. & Oldra. consi. 81. declarantur. 60 Beneficium impetrans narrare non debet fructus altaris pro suo labore sibi ab Episcopo collatos.

- 5 Dominus directus feudum sui uasalli subinfendare non potest. 6 Vasallus feudum suum potest subinfendare. 7 Actus quando tribuat auctoritatem praestandi 8 L. 2. §. omnia C. de uet. iure enuclea. declaratur. 9 Electus dicitur non ab eligente, sed a mandante eligi. 10 Vasallus subinfendatus ex coniecturis dicitur Regis concedentis auctoritatem subinfendandi. 11 Iudicis arbitrio relinquitur, quando ex coniecturis uasallus subinfendans efficiat subuasallum esse Regis concedentis auctoritatem subinfendandi. 12 Vasallo subinfendenti si deinde Rex assentiatur, Regi subuasallus non acquiritur.

CASVS CC.

VASALLO SI IN REGNO NEAPOLITANO subfeudum conceditur, an Regis uel potius uasalli subinfendantis uasallus efficiatur? Marini Frecciae eruditi iurif. consulti opinio confutata.

POSTEAquam superiore casu diximus de iudicis arbitrio, qd uersatur in interpretatione uel dispositionis ambiguae, uel uerboru, que diuersas interdum significationes habet: no e re fore existimari huc adferre illam disceptationem, quam Marinus Freccia eruditus iurif. consil. in Commentariis feudorum lib. 1. sub rub. De origine Baronum. c. uicimus. nu. 46. recenter. quo loci numero 54. aliqua iudicis arbitrio tribuit. Iuris quaestio hec est. Quando in Regno Rex derogando constitutioni Regni subinfendationem prohibentis, concedit suo uasallo facultatem subinfendandi; an concessio haec interpretanda sit, qd is secundus uasallus sit uasallus subinfendantis, uel ipsius Regis? is Marinus praecitato loco numer. 46. in ea opinione fuit, hunc esse uasallum Regis. Ego ali quando interrogatus t contrarium respondi. Nam concessio illa abrogatur Regni constitutio, & ad ius commune reuertitur, id quod t favorabile est. l. si unus. §. pactus, ubi lal. nu. 6. de pactis. sensu in specie Isernia in capit. primo, in princ. de feudo no hab. propr. nat. feud. & si favorabile est, est etiam late interpretationis: quidquid Marinus censuerit. Quod ea ratione confirmatur, quoniam in dubio est recipienda illa t interpretatio, qua iuris dispositionem minus laedit, ut superiore casu diximus: sed in casu nostro illa interpretatio, qua dicimus subuasallum, hunc effici uasallum subinfendantis, & non Regis, minus laedit ius, quod uel ex eo probatur, nam, si Regis licentia intelligeretur, quod nomine Regis subinfendaretur, duo induceret, primò abrogaret Regni constitutione, qua absolute subinfendatio prohibetur, secundò tolleretur ius comune, quo concessa non est facultas t Regi disponendi de rebus sui uasalli, at que ita concedendi alteri feudu. c. 2. de feud. dato in uicem leg. comm. ubi oēs. & Afflic. dec. 292. & tñ, si intelligimus solu uasallo concessisse, ut suo nomine subinfendat, redigit eam facultatem ad ius comune,

quo quidē iure permissum est t uasallo subinfendare. ca. 1. §. 1. qual. olim feud. alie. poter. Cur. Iun. trac. feudo. 4. parte, num. 83. quo etiam iure dicimus subuasallu non esse uasallu domini directi, & mediati, sed utilis, & immediati. Curt. Iun. loco ia citato nu. 89. & cof. 2. nu. 1. Neuz. cofi. 61. nu. 12. & Soc. iun. consil. 126. nu. 4. lib. 3. Nec nostra huic sententiae aduersantur auctoritates Isernie, & rones, quib' Marinus suam illa opinionem tuetur. Si quidē ab eo citatus Isernia no his in terminis, sed longe diuersis loquitur. rones uero suae eo spectant, quod tunc t actus tribuit auctoritatem praestanti, quando ab eo omnis potestas pendet, iuxta t l. 2. §. omnia. C. de uet. iure enuclea. quam Marinus citat. & qua ita intellexit Dec. in l. more. nu. 28. de iurisd. om. iud. sed in casu nostro diuersum est, quia Rex ipse subinfendare no potest: cum tamen uasallus possit. Illa ergo subinfendatio t uasallo, & non a Rege procedit, ita possumus satisfacere l. si pignori. in si. ff. fam. er. cil. de accessionibus, §. ult. ff. de diuers. & temp. praescrip. qua uerē loquitur, cum actus sit auctoritate illius, qui faciendi potestatem habet, & qua quidem potestate caret ipsemet faciens, ut & in eo, qui mandante testatore eligit, na is t electus dicitur a testatore mandante, non ab eligente, qui exequitur. l. unum ex familia. §. si de falcidia. de legatis tertio. quam ita declarant Decius cofi. 251. columna secunda. cofi. 1287. num. secundo. Cra. consil. 122. num. tertio. & consil. 144. num. 1. 4. & Tiraquel. de retractu consanguini. §. 1. r. glof. 6. nu. 15. Caetera, que fusius aliquando in eo responso adferebam, ut breuitati consulam, praetermitto.

Probata tamen Marini opinione declaratur secundum eundem Marinum loco iam citato nu. 54. uersic. Haec autem perstringerem, ut locum sibi non uendideret, cum t ex coniecturis constaret, ita esse concessa subinfendandi facultatem, ut is subuasallus sit subinfendantis, & non Regis uasallus. qua quidem coniectura multae sunt, inquit Marinus, & at iudicis arbitrio pendet. Prima quae sum est, quae desumitur a uicinitate scripturae. l. si seruus pluriu. §. ult. de leg. primo. Secunda ex Regis consuetudine. arg. l. uel uniuersorum. ff. de pigno. actio. Tertia ex Regionis, & loci consuetudine. argumento eorum, que scribit Isern. in cap. 1. §. praeterea. Quarta ex immenso collato beneficio ipsi Regi. argumento l. si pater. ff. de donatio. Quinta ex grauitate personae, cui feudum concessum est. arg. l. plenum. §. equitij, de usu, & hab. Sexta cum res ita in feudum concedi consueuit. arg. l. excepto. C. l. ca. in his etenim diiudicandis uerē iudicis arbitrium uersatur, quando quidem coniectura omnes ab illius potestate ut plurimum pendent, ut suis locis diximus. Declarat secundò Marinus loco iam relato. num. 55. non procedere etiam eo casu, cum Rex ab initio feudum sine hac potestate t subinfendandi concessisset, & deinde uasallus subinfendasset, illiq; subinfendationi Rex postmodum assensisset. na tunc, inquit Marinus, non est is uasallus Regis, sed subinfendantis. Haec ad secundam horum casuum Centuriam.

- 61 Beneficium curatum impetrans cura mentionem facere debet.
- 62 Beneficij appellacione curatum non venire.
- 63 Beneficium esse curatum narrare debet impetrans, & si illi per uitarium seruire potest.
- 64 Beneficium impetrans narrare debet esse curatū, nec prodest concessio motu proprio facta.
- 65 Beneficium plebaniam habere, narrare sufficit, & si curam animarum habeat.
- 66 Ecclesiam collegiatam sufficit narrare, & si curam animarum obtineat.
- 67 Beneficium curatum Episcopatu uel Archidiaconatu annexum impetrans, sufficit si narret beneficij principale.
- 68 Beneficium curatum accidentaliter obtinens, nō tenetur illud narrare in impetratione secundi.
- 69 Natura & non accidens spectari solet.
- 70 Beneficium impetrans coram ordinario necesse non habet exprimere omnes illius qualitates.
- 71 Beneficium iurispatronatus impetrans illius qualitatem narrare omnino debet, & ibidem declaratur.
- 72 Beneficium cathedralis ecclesie impetrans qualitatem situationis narrare debet.
- 73 Beneficium residentiæ impetrans illam qualitatem narrare debet.
- 74 Qualitas que inest sui natura in beneficio, narranda non est in illius impetratione.
- 75 Ripæ consideratio in cap. ad aures. nu. 2. in fi. de rescrip. explosa.
- 76 Beneficium residentiæ motu proprio collatum tenet, etiam qualitate illa non narrata.
- 77 Valore beneficij narratū esse in illius impetratione.
- 78 Valorem non esse exprimendum in collatione beneficij motu proprio facta.
- 79 Motus proprius quid sit, egregie declaratur.
- 80 Motum proprium non firmare gratiam concessam contra concedentis uoluntatem.
- 81 Clausulam motus proprii, tollere uitium surreptionis.
- 82 Clausulam motus proprii, uitium inhabilitatis nō auferre.
- 83 Clausulam motus proprii, non operari ad tollendum uitium falsa narrationis ualoris.
- 84 Beneficij esse electiui narrare debet illud impetrans.
- 85 Beneficium esse cū comenda narrare debet impetrans.
- 86 Beneficium esse regulare narrare debet clericius secularis illud impetrans.
- 87 Beneficium seculare esse, narrare debet regularis illud impetrans.
- 88 Beneficij esse hospitale debet narrare illud impetrans.
- 89 Clausulam motus proprii, nihil operari, ut beneficij cum hospitale concessum censeatur nulla hospitalis facta mentione.
- 90 Beneficium cum hospitale si spectat ad collationem prelati regularis, in impetratione nō est necesse dicere esse hospitale.
- 91 Beneficium alteri annexum impetrans illius qualitatis mentionem facere debet.
- 92 Clausulam motus proprii, nihil operari ut beneficij alteri annexum collatum censeatur, annexionis mentionem non facta.
- 93 Beneficium alteri annexum accessorie impetrans sufficit, si narret beneficium principale.
- 94 Beneficium, quod est in collatione ordinarij unicū impetrans, illius qualitatis mentionem facere debet. & ibidem declaratur.
- 95 Beneficium monoculum quod.
- 96 Mandatum de prouidendo, de quo beneficio intelligatur, an de eo cuius collatio solius ordinarij est.
- 97 Rota decis. 40. de rescrip. in antiquis declaratur.
- 98 Capituli mandato, de preb. in 6. sensus & declaratio.
- 99 Beneficij impetrans qualitatem uacationis narrare debet.
- 100 Vacacionis nullo modo expresso, omnis uacandi modus continetur.
- 101 Rescriptum gratie si neutri impetrans, qualitatem uacacionis omnino narrare debet.
- 102 Electio cum confirmari requiritur, uacacionis modus exprimendus est.
- 103 Vacacionis modo uno expresso, alter nō continetur.
- 104 Vacacionis modum ex communi uoce & fama narrare sufficit.
- 105 Vacacionis modo uno expresso, alter continetur ex mente ipsius impetrantis.
- 106 Vacacionis modum unū in gratijs expectatiuis narrare sufficit.
- 107 Vacacionis modum exprimere sufficit, cū clausula, quouis modo uacet.
- 108 Vacacionis modo uno narrato, alter continetur in nō odiosis.
- 109 Vacacionis modo uno expresso, alter continetur, cum iam diu beneficium uacauit.
- 110 Beneficij impetrans narrare debet per cuius obitū uacatum.
- 111 Beneficium per obitū familiaris Cardinalis uacans impetrans qualitatem illam narrare debet.
- 112 Familiarium Cardinalis beneficia impetrabilia non sunt, sed Pontifici reseruata.
- 113 Familiaris beneficium esse dicitur reseruatum, & si is mortis sue tempore familiaris esse desierit.
- 114 Familiaritate cessante, non tamen cessat reseruatio.
- 115 Familiari remoto sua culpa, beneficium non desinit esse reseruatum.
- 116 Familiaris beneficium reseruatum dicitur, & si officij & administratione adhuc ingressus is non sit.
- 117 Familiaris beneficium dicitur & illud, quod is etiam sua mortis tempore administratione nō sit ingressus.
- 118 Familiaris beneficium etiam illud esse dicitur, cum is per mortem sui domini desinit esse familiaris.
- 119 Familiaris Cardinalis & is dicitur, qui extra domum Cardinalis portionem suam a minorum consequitur.
- 120 Beneficium subfamilivris reseruatum etiam dicitur.
- 121 Beneficium familiari ignorantij & absenti collatum, reseruatum etiam dicitur.
- 122 Vacacionis modo expresso ex una persona, non uenit ex persona alterius, etiā ob clausulam, quouis modo.
- 123 Beneficium impetrans quod fuit familiaris Papæ, & deinde Cardinalis, sufficit si narret illum fuisse familiarem Papæ.
- 124 Beneficij quod notorie fuit familiaris Cardinalis, impetrans, nō hēt necesse narrare familiaritatis qualitatem.
- 125 Beneficij per resignationem impetrans necesse nō habet exprimere resignatē esse familiarem Cardinalis.
- 126 Familiaris solo privilegio non efficit, ut sua beneficia sint reseruata.
- 127 Familiaris qui non seruit, non facit suum beneficij esse reseruatum.
- 128 Beneficium affectum impetrans illius qualitatis mentionem facere debet.

Beneficium

- 129 Beneficium uitio intrusionis affectum, impetrans illud uitium narrare debet.
- 130 Clausulam motus proprii, uitium intrusionis nō tollere.
- 131 Beneficij litigiosū impetrans, illud uitium narrare debet.
- 132 Socini senioris & Casiodori doctrina declarata.
- 133 Vnio beneficij in illius impetratione narranda est, & ibidem de unione plura remissio.
- 134 Beneficium impetrans quando nomen Sancti exprimere debeat.
- 135 Canonatum impetrans narrare debet nomen Canonici, per cuius personam uacat.
- 136 Beneficium impetrans narrare debet statutum iuratum illius ecclesie, si extat.
- 137 Statuto iurato derogatum non censetur simpliciter, sed cum clausula non obstante.
- 138 Beneficium impetrans narrare debet, quod alteri in eo competit.
- 139 Beneficium impetrans narrare debet coloratam possessionem, quam in eo alter obtinet.
- 140 Clausula uocatis uocandis, uel illa, dummodò non sit alterius questum, tollit surreptionem, quæ causari potuit ex iure, uel possessione alteri ius non narrata in impetratione beneficij.
- 141 Clausule, amoto quolibet illicito detentore, effectus.
- 142 Clausulam, motu proprio, supplere defectū narrationis iuris alteri, uel possessionis i beneficij impetratione.
- 143 Clausula, nō obstante collatione alteri facta, effectus.
- 144 Coloratam possessionem alterius narrare nō est necesse, cum uitiosa illa omnino est.
- 145 Error nominis possessoris impetrationem beneficij surreptionem non reddit.
- 146 Beneficium expectatiuum habens, non habet necesse ius alterius narrare.
- 147 Beneficij impetrans alteri detentionem narrare debet.
- 148 Lis & processus pendens narrandus est in impetratione beneficij.
- 149 Beneficium impetrans narrare debet ius alterius ei ex sola electione questum.
- 150 Beneficium ab ordinario impetrans, qualitates beneficij narrare necesse non habet.
- 151 Valor beneficij coram Ordinario cōseruante nō narratur.
- 152 Ordinario collatori non est necesse narrare coloratam alterius possessionem.
- 153 Item nec cetera ei uerisimiliter cognita.
- 154 Ordinarius presumitur scire qualitates beneficiorum suæ diocesis.
- 155 Ordinarium censerī prouidere motu proprio, Pontificem uero ad preces.
- 156 Ordinarij collationem non uitari, nisi ex qualitatum claro iure expressis.
- 157 Dispensationes strictissime interpretari.
- 158 Dispensationes ad plura beneficia quæ subreptitiæ.
- 159 Vnio quando subreptitiæ dicatur.
- 160 Vnio subreptitiæ an ipso iure uitietur.

CASVS CCI.

ENARRATIO AMPLISSIMA, ET NON parum accurata, quæ sint illæ qualitates, quibus nō expressis rescripta gratiæ surreptitiæ redduntur. Et inibi de differentijs rescripti gratiæ & iustitiæ: Et quid surreptio: & an ab obreptione differat.

Publice aliquando bene uolis ac studio sis meis auditoribus enarraui perutilem iudicij tractatū

De rescriptis, & dū aliqua iudici arbitraria adnotassem, ad communem omnium utilitatem, quam præ ceteris omnibus diligo, huc adferre uolui. Verum quò facilius, quæ dicturus sum, intelligatur; sciendū est primo, duo esse rescripti genera: unum iustitiæ, hoc est, ad lites: alterum gratiæ, id est, ad beneficia, & his similia. Rescripti iustitiæ meminit tex. in l. & si legibus. C. si contra ius uel util. pul. ubi Bar. & ceteri. cap. pastoralis, cap. sciscitatus, & ca. super literis, de rescrip. Rescripti gratiæ meminit tex. c. gratia, de rescrip. in 6. & clem. gratiæ, eod. Hanc diuisionem egregie post ceteros fecit Rebuffus in Praxi Beneficiorum in titulo De diuisione rescriptorum, & ut in multis cōueniunt, ita etiam in multis differunt; ut per multas differentias recenter Rebuffus d. Praxi titulo De differentijs inter rescripta gratiæ & iustitiæ, illa una solū nunc annotata est, rescripta gratiæ facilius irritari, quàm iustitiæ. nam rescripta gratiæ ob uitium obreptionis, immo & surreptionis ipso iure uitiantur: ita latè multorum auctoritatibus affirmarunt Soc. sen. consi. 13. col. 3. lib. 1. col. 164. col. 2. col. 169. in prin. lib. 1. sed clarius & latius Felin. in c. ad audiētiam, il 2. nu. 22. de rescrip. Soc. iu. col. 77. n. 83. 84. li. j. & Crau. col. 68. nu. 2. & Paris. col. 3. nu. 22. lib. j. Rescripta uero iustitiæ ob uitium surreptionis, immo obreptionis non ipso iure, sed ope exceptionis irritantur: ita rescriptum reliquerūt Ias. l. prescriptione. nu. 4. C. si contra ius uel util. pub. Paris. col. 5. nu. 27. lib. 4. & Vantius tract. nullitatum, titulo De nullitate ex defectu iuris. delega. nu. 60. q. alios plures huius opinionis recensent. Quamquam Iason. sibi parum constans consi. 2. nu. 1. lib. j. dissentire uideatur, dū respondit, etiam hoc in casu esse rescriptū ipso iure nullum, & malè: quandoquidem Baldus in l. ult. nu. 4. in fi. C. se ten. rescindi non posse, qui à Iasone citatur, non in rescripto iustitiæ, sed gratiæ loquitur. ita etiā loquitur Bal. in l. que ex relationibus. nu. 1. C. de legib. ac alijs in locis à Iasone relatis: rationes differentiæ attulit Card. in cle. 1. q. 12. de preb. Extat & illa differentiæ, rescripta iustitiæ facilius & uerius presumi concessa, quàm rescripta gratiæ. ita Gemin. c. si cui nulla. col. 1. de preb. in 6. & consi. 65. col. 6. uerf. in contrarium uideatur. Gomez. in rubr. de rescrip. in 6. nu. 16. & idem Gomez. super regula Cancellariæ De annali possessore. q. 10. in fi. idem docuit Ripa in rub. De rescriptis, extra nu. 17. utriusque differentiæ rationes adferri solēt.

Prima est, quia rescripta gratiæ odiosa sunt potius ob uitium ambitionis, quàm illa iustitiæ. c. quamuis. de preb. in 6. quam rationem cōsiderauit Dec. in c. super literis, nu. 5. de rescrip.

Secunda ratio est, quia rescripta gratiæ maioris præiudicij sunt, quàm illa iustitiæ. Bal. in l. j. C. de diuers. rescrip. Dec. i rub. extra eo. nu. 1. & d. c. sup. literis. n. 5. Cra. consi. 46. nu. 12. consi. 56. nu. 15. & col. 75. nu. 16.

Tertiam rationem cōsiderauit Gemin. in d. ca. quamuis, & Rebuffus in Praxi beneficium, titulo Differentiæ inter rescripta gratiæ & iustitiæ. nu. 3. quia literæ iustitiæ non minuunt obligationem, cum ecclesia illa antea esset obligata ex iuris dispositione: unde per literas illas non debet minui obligatio; factus autem est in literis gratiosis.

Sciendum est etiam secundò ex recepta magis doctorum opinione, duo hæc nomina uerbalia, obreptio, & surre-

& surreptio, differre obreptionem illā esse aurum, quæ per falsi narrationem committitur; surreptionē uerò quæ per ueri taciturnitatem, uel consulam ac perplexam ueri narrationem fit, ita Abbas in c. cum dilecta. nu. 1. de rescriptis. communēque hanc esse opinionē testatur Boerius in c. super literis, lect. prima. nu. 1. in fi. & lect. 2. nu. 1. quibus accedunt Bald. conf. 2. 52. Quæruila preces. col. 1. lib. j. Gemi. conf. 1. 28. in fi. Ale. conf. 60. in fi. li. 2. & Rui. cōf. 28. nu. 8. lib. j. qui uno ore affi marūt, maiorem esse obreptionis uim q̄ surreptionis, nec dissentiunt Soc. sen. cōf. 264. col. 2. li. 2. & conf. 59. col. 4. lib. 3. Brun. conf. 1. 5. nu. 14. & Craue. conf. 1. 2. nu. 18. & conf. 68. nu. 3. & conf. 79. nu. 2. quo loci rñdit, surreptionem causari à generali nimis narratione; atque ita in nominis significatione differentiā constituunt, quin? & in ui ac potestate; quādoquidem, aiunt isti, obreptio ipso iure impetratum rescriptū uitiat, surreptio uero excepcionis ope, quod clarius respōderunt Gozad. conf. 26. nu. 2. 1. Neuz. inter consilia Bruni conf. 1. 2. num. 17. Capicius decis. 3. 2. nu. 12. & Craue. conf. 7. nu. 1. d. conf. 68. nu. 5. & conf. 296. col. 4.

Ego uero (quamquam magna sit horum interpretum auctoritas, i iudicijs præsertim, à quibus dissentire cautarū Patroni nephas esse opinantur) differre etiam hanc iure minimè probari contendo. & inter se duo hæc nomina uerbalia non differre mecum sentiunt Decius in d. c. super literis, primo notab. de rescript. qui eiusdem sententiæ Cardinalem refert. idem docuit Ias. in l. præscriptione. nu. 1. C. si cōtra ius uel util. publ. qui scripsit his nominibus antiquos & novos iureconsultos abuti. Ruinus cōf. 73. nu. 1. 5. lib. 3. & si rectè perpendatur, non aliter sentit gl. in l. sed si hac. §. patronum, in uerbo, obreptionē. ff. de in ius uoc. dum exponit, obreptionem esse mendacium in fraudem tacendi. idem sentit Soci. iun. conf. 77. nu. 86. lib. j. & Iacobi Rebuffus in commentarijs ad Regias constitutiones tomo secundo, titulo De Rescriptis, in præfatione nu. 125. idē docuit Bal. in l. 1. C. si nuptiæ ex rescripto petita. hanc nostram Cardinalis & aliorum sententiam, præter ceteros, quos uidere hæc tenus contigit, probari credo in d. l. sed si hac. §. patronum. ff. de in ius uocan. Patronum autem (inquit Vlpianus) accipimus, etiam si capite minutus sit, uel si libertus capite minutus sit, dum arrogaretur pro obreptionem: cū enim hoc ipso quod arrogatur, celat conditionem suam, non id actum uidetur, ut fieret ingenuus. ecce obreptionē appellat, cum quis celat conditionem suam. idem probat tex. fl. si fideiusor. §. si cum ff. manda. dū inquit idem Vlpianus: Debit debitor notum facere fideiusori, iam se soluisse; ne fortè creditor obrepat, & ignorantia eius circumueniat, & excutiat ei summam, i qua fideiussit. Obriper hoc loco sumitur pro petitione, quam facit creditor fideiusori, in qua creditor subiicit se à debitore solutionem consecutum fuisse: ut eam iterum à fideiusore consequatur. idem pbat fl. 1. C. si nuptiæ ex rescripto petita. nam posteaquam i principio obreptionem appellat confictum illum consensum, quem impetrans nuptias se à puella falso habere asseuerat; de inde in §. 1. surreptionem appellat, ut hinc intelligamus etiā surreptionem appellari, cum falsum narratur. Nec placent considerationes Beroij in d. c. super

literis, secunda lec. nu. 2. dum inquit, surreptionem accipi in genere & in specie, ut adoptio, & cognatio; & ob id ita in utroque significato sumi in d. l. j. C. si nup. nam hoc iure de surreptione non probatur, ut probatur de adoptione & cognatione. Non est uerū est, quod inquit Beroius in d. l. j. uerbum obriperio, referri ad eum, qui mendacio expresso aliquid conficitur: uerbum uerò surripio, ad eum qui tacet. quā iā diximus in d. §. j. exponi atque declarari consensum confictum surreptionem causare. Nulla est apud bonos auctores sit differentiā inter obreptionem & surreptionem, cum uerba obriperio & surripio, à quibus hæc descendunt, idem significant. id quod locis pmultis Ciceronis, Plinij & aliorum scriptum reliquit Guiliel. Budæus in annot. Pand. ad l. si quis obrepsit. ff. ad l. 1. Corn. de falsis. ut. n. f. obriperere est latenter rapere, ita & surripere. Cicero officiorum 3. uita sibi quæq; petere quod pertineat ad usum, non iniquum est, aliter surripere ius non est. idem in oratione p. domo sua. Gn. Pompeium quem omnium iudicio longè Principem esse ciuitatis uidebat, diutius furori suo ueniā daturum non arbitrabatur, qui ex eius custodia per insidias Regis amici filium hostem captiuum surripuisset. Plautus in asin. act. 13. Surripiam in delicijs pallam, quam habet. i. latenter rapiam. hinc dicimus surreptitium quod clam factum est, & surreptū. Plautus in cas. act. 4. Inter nos amore utimur semper surreptitio. Non est quod ad effectum irritandi rescripta & cōcessionis opinor obreptionē à surreptione differre. nā in beneficialibus atque ita in rescriptis gratiæ ita uitiat surreptio, ut obreptio, quod pbat tex. ubi omnes in c. si motu proprio, de præb. in 6. Gem. conf. 1. 20. Quia in facto. col. j. & idem probat de omnibus gratiis Abbas in c. quia circa. nu. 5. de consan. & affi. qui ex cap. ad audientiam. il. 2. de rescr. docuit, 17 surreptionem uitiare ipso iure gratiam, ut obreptionem. idem censuit Tiraq. trac. de penis legum, causa 44. nu. 4. idem sentit ipse Abb. in gratia dispositionis super matrimonio, ita in gratia dispensationis concessæ religioso, ut testari possit, respondit Soci. sen. conf. 1. 3. col. 2. uer. secundo principaliter. lib. j. idem rñdit Goz. conf. 26. nu. 2. 1. in gratia dispensationis, seu legitimationis ad feuda. idem in ceteris priuilegijs affirmat Rebuff. in praxi bñficiorum tit. Differentiæ inter rescripta gratiæ & iustitiæ, nu. 2. & in cōmentarijs ad constitutiones Regias tomo 2. tit. de rescr. in præfatione, nu. 128. Quibus infertur male sensisse Alex. conf. 60. in fi. lib. 2. dū rñdit in legitimationis priuilegio obreptionem, hoc est falsitatis narrationem plus operari ipsa taciturnitate ueritatis, hoc ex relatis minimè uerum esse intelligimus. 19 ita etiam male rñdit Bal. conf. 2. 52. Querulæ, lib. j. rñdit ille surreptionem & obreptionem uiciare ipso iure dispensationem & gratiam, qua laudo iā pro lato contraheniri possit. rectè hæc tenus. Deinde subiicit in hac uerba: immo deterius est edere uitiōse quā nullo modo edere. l. ubi exigitur. secundo resp. ff. d. eden. sentiens eo etiam in casu; plus esse falsum narrare, quā uerum tacere. in hoc quo ad suos terminos male sentit Bal. quamquam & hoc ex abundantia eoloci dixerit, cum prius affirmauerit parem esse uirtutem. Intelligamus pariter non esse tutum quod respondit Crau. conf. 7. nu. 1. dum auctoritate Alex. d. conf.

d. conf. 60. in fi. lib. 1. suffaltus, affirmat, in dispensatione à periurio plus operari obreptionem quā surreptionem. idem Crau. conf. 68. nu. 5. dum respōdit in rescripto gratiæ beneficii, idem Crau. conf. 296. col. 4. uer. considero. qui pariter in gratia beneficii rñdit: nā uerè ex relatis intelligimus parem esse uirtutē. 20 In rescripto uerò iustitiæ atque ita ad lites credo pariter esse parem uirtutē surreptionis & obreptionis: nam utroque casu rescriptum hoc ope exceptionis tantum (uti iam diximus) irritatur, quod par sit uirtus, probat l. præscriptione. C. si contra ius uel util. publi. & d. cap. super literis, de rescri. Non inficior tñ quin quod ad alios terminos, ac alium effectum, quā 21 irritandi rescriptū, plus sit uitium expressionis falsi, quā taciturnitatis ueri; ut in pœnis indicendis cōtra hos obriperientes rescripta, ut dicemus infra in casu 3. 14. ita etiam plus est falsum narrare in dispensatione, quā uerum tacere; ut scribunt Ab. in ca. quia circa, nu. 5. de consan. & aff. & falsus beneficii ualor expressus impetrationem uitiat, cum tamen non irritetur ob illius taciturnitatem, ut infra dicemus n. 83. 22 Illud tandem sciendum est tertio loco, f. surreptionem aliquando uerari circa causam finalem, aliquādo circa impulsuam: surreptio commissā in causa finali, dubio procul uitiat, maius est dubium in causa impulsua. in qua quidem recepta magis opinio est, uitiare, ut communem testatur Didacus lib. 1. uaria. resol. c. ult. in princ. nihilominus is multum, nec immeritò dubitat, ac tandem nu. 5. uerf. falsitas. sentit hoc iudicis arbitrio relinqui. His cognitris dubitari nunc contingit, quæ sint illa, quibus in porrectis Principi precibus suppressis, rescriptum uitiant, scribunt nostri iuris interpretes esse illa, quæ si expressa fuissent, Princeps uel non concessisset, uel difficilius saltem cōcessisset: ex cap. dudū. de elect. cap. super literis, cap. postulasti, de rescrip. & late tradit Ias. l. 1. nu. 2. C. si contra ius uel util. publ. Dec. conf. 541. nu. 20. Goza. conf. 6. nu. 6. Curr. iun. cōf. 27. in fi. & cōf. 32. in fi. & Crau. conf. 296. col. 4. in fi. rñdit et Card. cōf. 96. ad finem, & clarius cū eo Craue. responso pro Re pub. Sauiiliani nu. 124. illa surreptionem inducere, quæ uel ratione iuris tertij uel ob ius cōmune contrariū mouere possunt principem ad non concedendum. Verum generalis nimium est declaratio hæc: quo circa in specie explicanda atque recensenda ista forent. Sed id facere difficile est, cum iure diffinita oia nō sint, quippe quod ex facto contingunt pendunt; à coniecturata concedentis uoluntate, ut de rescripto ad lites respondit Barb. conf. 46. col. 2. lib. 2. coniecturæ autem in iudicis arbitrio positæ sunt, quemadmodum multis exposuimus supra in casu 13. 5. & in specie Corasius tract. de sacerdotijs, parte 4. cap. 5. nu. 39. 25 has ergo qualitates in iudicis arbitrio relinquendas esse scripserunt Abbas in cap. ex conuestione. nu. 4. de rest. spol. Fel. c. ceterum, nu. 4. de rescr. Dec. cap. super literis, num. 9. eo. Soci. iun. conf. 95. nu. 71. lib. 3. Tiraq. trac. quod cessante causa cesset effectus. limit. 1. num. 15. nec dissentit Didacus d. lib. 1. uaria. resol. cap. ult. nu. 5. uerf. falsitas. quorum sententia ex eo dubitabilis est, quod gl. in clem. 1. in uerbo, alteri, propè 26 medium, de præb. dixerit, in impetratione solum esse exprimendas qualitates in iure expressas. glossam illam secuti sunt Bellame. dec. 697. Conclusio extra

Rotam. col. pen. Rota decisio. 3. 2. de rescrip. in nouis. Cassiod. decis. 12. nu. 5. in fi. de rescrip. Fel. cap. super literis. nume. 2. propè medium. in cap. postulasti, col. 4. uer. declara etiā. & c. in nostra. nu. 19. in fi. de rescr. Io. de Selua tract. De beneficio, par. 3. q. 1. nu. 6. & q. 12. nu. 39. qui rationem adfert. Campegius inter consilia Bruni conf. 2. num. 50. Cur. iun. d. conf. 27. col. ult. uer. confirmantur. & conf. 32. in fi. si ita uera est tantorū patrum sententiā, sequitur, nullum superesse iudici arbitrium, falsamq; esse relatorū interpretum doctrinā, has qualitates in iudicis arbitrio repositas esse.

Ego, ut huic dubitationi non paruè satisfacerem, 27 f. distinguebam tres esse harum qualitatum genera. Aliquæ sunt qualitates iam clarè & expressè in iure determinatæ: & istæ dubio procul exprimendæ atq; narrandæ sunt in precibus: alioqui uitiat rescriptū. nec adhibetur in his differentiæ, quod uel p ignorantiā & simplicitatem, uel per dolum narratæ nō fuerint: quoniam semper rescriptum annullatur. ita declarat atque intelligit Fel. d. c. super literis. nu. 2. uerf. limita primò. Gem. conf. 105. in fi. Soc. sen. cōf. 174. post princip. & conf. 273. col. ult. lib. 2. Ruin. conf. 3. nu. 16. lib. 1. Crau. conf. 68. nu. 11. Soci. iun. conf. 77. nu. 83. lib. 1. illud etiam affirmat Fel. rescriptum hoc casu uiciari, etiam si fieri posset, quæ qualitas exprimenda, & quæ poterat aliàs impedire cōcessionem, non mouisset Principem ad non concedendum. illa huius sententiæ uideretur ratio, quoniam expressionē harum qualitatum pro forma, quæ ad unguem obseruanda est, leges dedisse uidentur.

Aliquæ uero sunt qualitates, quæ iure expressæ nō sunt, sed ex stylo curiæ, uel Cancellariæ, uel ex cōsuetudine Principis, & istæ pariter narrandæ sunt, alioque rescriptum uitiat. ita sentit Lopus alleg. 89. quem secutus est Dec. d. c. super literis, nu. 9. Ratio est, quoniam stylus & cōsuetudo pro lege obseruantur. minimè, de legib. quo circa nec in his qualitatibus, aliqd uerfatur arbitrium iudicis: quandoquidem arbitrium non esse dicitur, quod stylo & cōsuetudine terminatum est. quemadmodum & lege ipsa, uti explicauimus superiore libro, q. 14.

Aliquæ uerò, atque ita tertio, sunt qualitates, quæ nullo iure diffinitæ atq; determinatæ sunt in his, qui impetrando aliquam subtrahunt, quam si nouisset Princeps, non concessisset rescriptum, surreptor dici uerè non potest: quoniam ex se nullum uitij excogitari potest: & per consequens sua inspecta persona rescriptum uim suam obtinet, & hoc in calu rectè procedit opinio glossæ d. clem. j. in uerbo, alteri, de præb. & eorum, qui illam secuti sunt. Inspecta uerò persona concedētis surreptio dici potest; quia, si fortè oia illa, quæ nunc cognoscit, tempore dati rescripti cognouisset, illud non cōcessisset, & in hoc uerfatur 29 iudicis arbitrium: is enim iudicabit, an talis sit qualitas, quæ potuisset mouere Principem ad non concedēdū, si illam cognouisset. atq; ita procedit Abbas Decij & aliorum sententia: & in specie ita uideretur sentire Rota decis. 21. Supposito facto. nu. 5. de præb. in 31 nouis. in foro itaque hanc praxim obseruare poterit is, contra quem rescriptum concessum fuit, ut in primis dicat, rescriptum esse surreptitium ob qualitatem ex iuris cōmunis uel municipalis constitutione uel ex stylo curiæ, uel cōsuetudine Principis expri-

mēdam, quæ narrata non fuit: ac tunc legis uel styli, uel consuetudinis fidem faciet. Deinde, ubi hæc non adesse uiderit, obijciat qualitatem, quæ uerisimiliter mouere potuisset Principem ad non concedendum. & ubi Princeps consili non poterit, suadebit iudici, quem amicum habebit, ut pro eo pronunciet. pronūciabit tamen iudex inspecta similitudine aliorum similibus rescriptorum stilo curiæ & consuetudine simili, ut sensit Fel. c. in nostra. nu. 19. de rescrip. qui ob id ait, quod aliàs nunquam scire posset an Princeps fuisset concessurus, uel non.

Verum, quia uerisimilitudo ex similibus causis & qualitatibus iure expressis facilius elici potest, non grauabor, ad faciliorem etiam huius tractationis explicationem, recēdere illas qualitates, quæ in iure terminatæ sunt. Et quoniam diximus alia esse rescripta gratiæ, alia uerò iustitiæ, dicā hoc loco quæ suppressæ qualitates uitiant rescripta gratiæ: deinde subsequenti casu referam qualitates, quarū taciturnitate rescripta iustitiæ irritantur.

32 Rescripta gratiæ, hoc est, ad beneficia uitiatū ex multis qualitatibus suppressis, quas longa serie enumerant Fel. in c. in nostra, de rescrip. & Io. de Selua trac. de beneficio, parte 3. q. 1. 1. Crederem ego qualitates has omnes sub triplici capite claudī posse. Primum est ratione personæ impetrantis. Secundū rōne qualitatis beneficij, quod impetratur. Tertiuū rōne iuris, quod in beneficio impetrādo alteri cōpetit.

Quò ad primum caput, dicendum est primò impetratorem beneficium ꝑ narrare debere, saltem ex stylo Curie, se clericum esse: ita docuit Dec. in c. cum aded. num. 3. de rescr. & Bero. c. super literis. nu. 72. uers. uigesimo secundo. eod.

34 Secundò narrare debet hic impetrans ꝑ uitium, si aliquod adest suæ illegitimæ natiuitatis: ut si est simpliciter filius naturalis, uel si est spurius, uel incestuosus, ita sensit Bal. in l. neque. C. de prob. & clarius Paleotus tract. De nothis spurij: q. filijs, c. 57. Io. de Selua tract. De beneficio, parte 3. q. 1. nu. 154. Rebuffus in Praxi Beneficiorū, in tertia parte signaturæ, in uerbo, qualitatū nu. 6. & tit. De rescripto etiam perinde ualere, nu. 13. ubi declarat, nisi adsit clausula illa, ꝑ in de ualere, quod cōsultit & Paris. cōf. 43. lib. 4. alia scribit idem Rebuffus d. praxi, titulo de dispensatione super defectu natalium. Cuius quidem doctrinæ

35 ratio illa est, quoniā ꝑ illegitimè nati ad sacros ordines promoueri non possunt: ita lege antiqua sancitum est, Deutero. cap. 23. Non ingrediatur manzer, hoc est de scorto natus in ecclesiam Dñi usq; ad decimam generationem, & probant capit. innotuit, de elect. & c. per uenerabilem, qui fil. sint legi. huius consuetudinis rationes plures recēset Rebuffus d. tit. de dispensatione sup defectu nataliū, nu. 4. & nonnulli ꝑbat Coraf. tract. De sacerdotijs, par. 3. c. 2. Hinc intelligimus malè sensisse Alciam, uirum alioqui doctissimū lib. 10. Pareg. iuris, c. 8. qui scriptum reliquit, illegitimè natos iure Pontificio ad quascunq; dignitates admitteri, Episcopali excepta, & Alciatum merito notauit Palaeotus. d. cap. 57.

37 Tertio impetrans ꝑ beneficiū narrare atq; exprimere dēt crimē, i quo se uolūtū reperit: si mō crimē eū beneficiū indignum reddit, ita clarè sensit Fel. in cap. postulasti, columna quarta, uers. sic, declara etiam, de re-

scrip. & Ioan. de Selua d. tract. de beneficio par. 3. q. 1. nu. 152. qui corruptè plures recēset. Hinc uideamus, ꝑ remotum à beneficio & excommunicatū impetrare non posse beneficium suppressa remotione & excommunicatione. c. dilectus, de rescrip. Ber. cap. super literis. nu. 72. uers. 13. eod. si uerò crimen huiusmodi est, ut impetrantem haud indignum reddat, narrandum nō est, ita relati doctores, & decidit Bellam dec. 697. nu. 5. & Curt. iun. cons. 27. col. ulti.

39 Quartò debet hic impetrans ꝑ narrare alias dispensationes, si pluries fuit dispensatus ratione plurium defectuum: ita respōdit Decius cons. 695. nu. 32. cōferunt quæ dicemus infra casu ab hoc secundo de gratiæ impetratione à pœna criminis.

40 Quintò debet hic impetrans ꝑ narrare suam dignitatē, si in ea reperitur. Abbas & Dec. in d. c. ad aures, ille nume. 1. iste nu. 2. & ibidem Bero. nu. 17. & Mantua nu. 17. uers. tertio ad idem. de rescrip. Paris. cōf. 74. col. 1. lib. 4. ex text. d. c. ad aures, & c. de multa, de præb. & c. ad hæc. ubi Abb. in fi. eod. Verum relati Decius & Ber. hoc intelligūt, solum procedere in beneficiis minoribus, non autem in maioribus, quæ sanè maiora, non expressa impetrantis dignitate, obtineri possunt: nam tunc cessat illa ratio d. c. ad aures. quæ declarationem sensit & Cardinalis à Decio relatus.

41 Sextò hic impetrans ꝑ narrare debet aliud beneficium, quod iam obtinet. cap. ad audientiam, il. 2. & c. in nostra, de rescrip. Abb. in c. ad aures, nu. 2. Fel. nu. 4. Dec. nu. 12. Mantua nu. 15. eo. tit. Io. de Selua trac. De beneficio, parte 3. q. 1. nu. 1.

42 Extenditur primò ut procedat ꝑ etiam si primum beneficium esset tenue; adhuc enim illius faciēda est mentio in impetratione secundi, quod clarè probat tex. c. si motu, de præb. in 6. & affirmarunt omnes in c. super literis, ibi Decius nu. 9. in fin. communem testatur, & Bero. nu. 72. uers. decimo. de rescrip.

43 Extenditur secundò ut procedat, etiam si impetrans secundum hoc beneficium re ipsa primū consecutus non fuisset, sed solum habere literas super impetratione: ita docuit Card. in clem. 2. q. 12. de offic. ord. & scribit Io. de Selua d. q. 1. num. 1. qui euidem opinionis retulit Rotam decif. 12. de renuncia. in nouis, qui intelligunt, modò hoc ius ad rē non sit ad modum fragile, & merè gratiosum; ut purā ex receptione facta à capitulo: quoniam tunc illius iuris nō est habenda ratio. ita ait Selua sensisse Hosti. Butr. & Imo. in c. relatum, de præb. Fel. in ca. in nostra, nu. 4. uer. limira, de rescr. & ibi hoc latè declarat.

44 Extenditur tertio ut procedat, etiam si eo beneficio iam concesso hic impetrans secundum spoliatus fuisset; nam ex quo per spoliationem, solam possessionem, non autem titulum perdit, sequitur de titulo illo mentionem faciendam esse: ita affirmarunt Abbas & Fel. in c. in nostra, de rescrip. ille nu. 10. iste nume. 7. Io. de Selua d. trac. De beneficio, parte 3. q. 1. nu. 4. Corafius tract. De sacerdotijs, parte 4. cap. 4. num. 48. qui & in nominationibus obtinere scribit. Ratio est clara, quam attigi, quia per spoliationē nō perdit spoliatus ritulum, sed sola possessionem, quæ recuperare potest. ad euitandam tamen pœnam cap. de multa, de præb. sufficit ꝑ impetrans fm beneficiū cū primo incompatibili sit spoliatus possessione primi: ita intelligitur c. si tibi concesso, de præb. in 6. Exten-

45 Extenditur quartò ut procedat ꝑ & c. contra, quando hic impetrans possideret aliud beneficium, quod uolenter occupauit; nam illius faciēda est mentio in hac secūda impetratione: ita scriptum reliquerūt Fel. in ca. in nostra. nu. 7. de rescrip. & Io. de Selua d. tract. De beneficio, parte 3. quæst. 12. n. 5. Corafius d. tract. de sacerdotijs, parte 4. cap. 4. nu. 47. & in specie narrare debet commissam à se uolentiam. illa est ratio, quia si intelligit Pontifex impetrantis audaciam & temeritatem; nō fortè cōcedet quod impetratur, si quidem legis auxilio carere debet, qui in eam commisit. I. auxilium. in fin. cum similibus, de minor. Huc spectat doctrina glossæ in ca. eum qui, de præb. in 6. quæ affirmat, ꝑ impetrans secundum beneficium, debet exprimere primū, quod de facto tenet. & gloss. illam probauit Gemin. cons. 141. Casus talis est, Vacauit, col. 3. in fi. & ex eadē glo. decidit Rota deci. 3. de præb. in nouis. impetrans beneficium uacaturum per assecutionem alterius beneficij, sufficit probare ꝑ ille per cuius assecutionem impetrat, de facto alterius possessionem assecutus est.

46 Extenditur quintò ut procedat ꝑ etiam si illud primum beneficium quod obtinet, manuale, hoc est, amouibile ad superioris nutū est: adhuc enim in impetratione secundi illius faciēda est mentio: ita post Calder. cons. 9. de rescrip. docuit Fel. c. in nostra. nu. 18. de rescrip. Selua d. quæst. 1. nu. 19. & decidit Rota referente Cassiodoro decif. 4. de præb. Ratio illa est, quia de omni beneficio, qd quis in titulum obtinet, mentio est in impetratione secundi facere debet. c. si proponente, de rescrip. qui textus non distinguit, an beneficium sit perpetuum, uel temporale. aliqua tamen ad declarationem recēset Cassiodoro d. decif. 4. quæ apud eum legi possunt.

47 Extenditur sextò procedere, etiam si hic impetrans secundum beneficium illi primo renuntiaffet, sed renuntiatio adhuc à superiore admittā non fuisset; adhuc enim illius primi mentionem facere debet. ita Felinus in d. cap. in nostra. num. 31. de rescrip. & Selua d. q. 1. nu. 100. qui huius sententiæ citant Rotam decif. 12. de renunc. in antiquis. quibus subscribit Paris. cons. 74. nu. 5. lib. 4. Ratio est, quia per renuntiationem hæc ante superioris acceptationem sola possessio amittitur, & titulus apud renuntiantem retinetur: debet ergo huius tituli mentionem facere. Si uerò renunciatio acceptata fuisset à superiore, necesse nō esset amplius facere mentionē d. beneficij renuntiantis: ita Lopus allega. 89. col. 4. uers. itē sciendū. quem secutus est Fel. d. cap. in nostra. nu. 19. & Selua d. parte 3. q. 1. nu. 50. quos ego ita intelligo.

48 Extenditur septimò procedere, etiam, cum hic impetrans secundum, promisit renūciare illi primo: nā adhuc illius beneficij primi & dictæ pmissionis mentionē facere debet in impetratione secūdi: ita scribit Fel. d. c. in nostra. nu. 16. uers. quartū decimū corollariū. de rescrip. illa ratione uicitur, quia fieri potest, ut consequatur secundū beneficiū, seu possessionē, & ita promissio non haberet locum, & huius sententiæ citat Rotam decif. 2. de rescriptis, in nouis.

49 Extenditur octauò ut procedat ꝑ etiam si iste impetrans esset ordinatus ad titulum ecclesiæ alterius: nā huius intitulationis faciēda est mentio: ita scriptū reliquit Ioan. de Selua d. tract. De beneficio, parte 3.

q. 1. nu. 101. post Io. de Ana. in c. per tuas, il. 2. in fine, de simo. Est ratio, quia hic beneficium habere dī. ca. conquerente, de cler. non resistit.

50 Extenditur nonò ut procedat ac locū ꝑ etiam habeat, cum hic impetrans est canonicus cū præbenda in alterius ecclesiā: ita is Selua d. q. 1. nu. 148. q. post Abba. in c. cū aded. tertio nota. de rescrip. ait, nō sufficere narrare solū canonicatū, uel præbendā solā, sed utrū que exprimēdū esse. Ratio est, quia potest quis esse præbendatus sine Canonicatu. idē senserunt Fel. d. c. cum aded. nu. 1. & Rota decif. 66. d. rescrip. in antiquis. & decif. 2. de præben. in antiquioribus.

51 Extenditur decimò ut locum ꝑ etiam sibi uēdicet relata doctrina, cum impetrans beneficiū obtinet ꝑ pensionem super altero: nam adhuc illius pensionis mentionem facere debet; alioqui surreptitia impetratio erit, ita respōdit Soc. sen. cons. 260. col. 1. lib. 2. & docuit Bero. in c. super literis, nu. 72. uers. decimo quartò de pensione, de rescrip.

Declaratur nunc primò relata doctrina, ut locum ꝑ non habeat, quando hic ꝑ impetrans secundum beneficium, obtineret primum ignoranter, tunc impetratio secundi non redderetur surreptitia, & si i ea illud beneficium primum narratum non fuit. c. gratia, de rescrip. in 6. & latè scribunt Abbas in c. super literis, nu. 6. Fel. nu. 6. Dec. nu. 6. & Bero. nu. 43. de rescrip. quibus addo Bellameram decif. 526. Cōclusio quod habens Rom. in l. si uerò. §. de uiro. nu. 275. fol. matr. Io. de Selua tract. de beneficio, parte 3. q. 1. nu. 89. Corafius tract. De sacerdotijs, parte 4. c. 5. num. 38. ut tamē huic declarationi locus sit, quatuor cōcurrere debēt. Primò, ꝑ ignorantia probabilis sit, ut probāt

53 uerba d. ꝑ. gratia, ibi, qui in absente. cadit etenim in absente probabilis ignorantia. c. ult. qui matr. accus. poss. & latè explicauit supra casu 195. ubi egi quomodò ignorantia probetur. Nec hoc in casu aduertatur, quod ait Dec. d. c. super literis, hunc impetrantē ꝑ perscrutari debuisse omnia iuxta regulā ꝑ l. qui cum alio, de reg. iur. quoniam illa regula procederet quò ad qualitatem beneficij, quod impetratur; atque ita quò ad qualitatem rei & personæ, cū qua res tractatur: non autem quò ad extranea & penitus incognita, ut hoc in casu.

Secundò requiritur, quòd non agatur de alterius præiudicio, ex cap. constitutus, de rescrip.

Tertio, ꝑ Papa aliàs fuisset concessurus alio impedimento non obstante.

Quartò, quòd extra casū in quo loquitur d. ca. gratia, non extēdatur. id quod regulare est & in ceteris. c. susceptum, de rescrip. in 6. & dicemus infra, cum agemus de modo uacationis exprimendo.

Declaratur secundò ut non procedat, quando hic ꝑ impetrans secundum beneficium, solum præstimonium obtineret: tunc enim in impetratione secundi beneficij, huius præstimonij mentionē facere non debet. ita in specie interrogatus respōdit Gemin. cō-

56 si. 89. col. 3. Sunt ꝑ præstimonia stipendia quardam, quæ sine ecclesia dātur Canonicis, uel alteri clerico; præstertim, si literis, studijsq; operā dat: dantur etiā militibus cōtra infideles pugnantibus, iuxta l. stipendia. C. de execut. rei iud. l. in condendis. de reg. iur. ita declarat Gemin. d. cons. 89. Et dī præstimonium, id est, præstans munium. ita docuit Host. in c. postulasti,

de præscrip. Cagnol. in l. qui cū alio. in fi. de reg. iu. Hinc intelligimus minus recte rēdiffe Soc. iun. conf. 77. nu. 98. lib. 1. dū rēdit, gratiam non posse dici motu proprio concessam, cum in concessione facta ad partis postulationem adposita fuit clausula illa, motu proprio. Cū ergo gratia motu proprio facta est, nō uitatur ob ualoris taciturnitatem, ita respondit Ancha. conf. 138. De natura. quem secuti sunt Fel. in c. ad aures. nu. 7. & ibi Deci. nu. 11. de rescript. idē Fel. in c. causam. il. 2. nu. 6. de testib. qui eiusdem sententię recenset Aret. ibi. Nec uerā huic opinioni aduersatur illa rō, quā Abb. in d. c. super literis. nu. 5. & Anchi. conf. 295. 297. & Mant. d. cap. ad aures. nu. 20. cōtrā rōrium sensisse uidentur; nempe motū propriū non firmare gratiā contra concedentis uoluntatem concessam. gl. cle. si Romanus. de præb. quā singularē esse dixit Rom. sing. 419. An uerba. qm recte satis distinguendo rēdet Dec. in d. ca. ad aures. nu. 11. & ante est Fel. ibi nume. Coraf. tract. de sacerdotijs. parte prima. cap. 4. nume. 8. aut tacetur qualitas inherens ipsi rei, hoc est ipsi beneficio, ut hic, & tunc clausula motus proprii surreptionis uitium tollit; ita procedit capit. si motu proprio, de præben. in 6. & rationem adfert Fel. ut apud eum. Aut subicitur qualitas inherens personę, & tunc clausula motus proprii non tollit illud uitium surreptionis. Hinc respondit Dec. cō 81 sil. 407. nu. 21. clausulam motus proprii tollere uitium surreptionis, non aliam inhabilitatem. idē Dec. conf. 602. num. 19. & cum eo Alciat. respon. 25. nu. 82. dixit, clausulam motus proprii & illi similes non perimere uitium inhabilitatis personę in impetrata matrimonij dispensatione: cum defectus ille naturalis sit. ita similibus in casibus respondit Paris. cōsil. 1. num. 7. lib. 1. & conf. 74. nu. 37. lib. 4. Coraf. d. tract. De sacerdotijs. parte 4. cap. 5. nu. 30.

Hęc autem declaratio nō procedit cum falsus ualor narratur atque exprimitur; nam tunc clausula motus proprii nihil operatur ad tollendum uitium hoc falsę narrationis, quā obreptionem (ut supra admonui) nostri appellant. facilius etenim adduci potuit Papa ad concedendum, quā qñ ualor subicitur: qm illa falsā narratio ad concedendum impulisse uidetur, atque ita affirmarunt Ancha. cōsi. 137. Abb. cap. quia circa. uers. sed quæro, de consangu. & affinit. Card. conf. 96. Papa uenit. colu. 1. Hinc decidit Rota decif. 71. de rescrip. in antiquis, motum propriū non tollere uitium illegitimitatis ac alterius inhabilitatis personę. Coraf. d. c. 5. nu. 30. 31. Dec. cōsi. 407. nu. 22. & in specie nostra egregiē Fel. d. ca. ad aures. nu. 9. Hinc decidit Rota decif. 47. de rescrip. in antiq. quod licet de iure cōi. ualor non expressus nō uitiet rescriptum, uitiet tamen si falsus ualor exprimat: qm multa expressa nocent, quæ tacita nocere non possunt. Rota decif. 10. nu. 2. de rescript. in nouis. seu uerius ibi apostillantes, & ob hoc inferunt, q licet aliquid necessariō exprimendum non est, si falsō narretur, uiatur rescriptum. cetera, quæ de ualore beneficij exprimendo adferri possent, erunt uidentur apud omnes d. ca. ad aures, & fufius apud Gomez. super Regula Cancell. De ualore exprimendo.

84 Sexto faciendā est mentio beneficij electiui, si beneficium huius qualitatis est, ita gl. in cap. cum in illis, de præben. in 6. & clarē decidit Rota decif. 41.

Nota quod ubi Papa. de rescrip. in antiq. quam secuti sunt Fel. in c. in nostra. nu. 25. uers. trigessimū primum corollarium, de rescrip. Io. de Selua tracta. De beneficio. part. 3. q. 1. nu. 79. qui Cardinalē & alios huius sententię recenset. Rota dec. 13. nu. 5. de præb. in antiquioribus. & si Bellame. concl. 234. sub obsecrē & paucis dissentire uideatur. Est ratio, quia beneficia electiua differunt à beneficijs collatiuis. d. cap. cū illis. latē Gomez. in regula Cācella. De annali possess. quæst. 11. ubi disputat, an regula illa in beneficijs electiuis locum habeat. ratio rationis est, quoniam non est intentionis Pontificis Max. suis literis perimere electorum iura. cap. cum in illis, de elect. in 6. quod adnotandum est, inquirunt relati Doctores, cum in omnibus ferē cathedralibus, canonicorū electio spectet capitulo; & confirmatio Pontifici. ita etiam si beneficium est in commendā: ita decidit Rota decif. 4. nu. 3. de rebus ecclē. non alien. in antiq. declarat tamen Bal. d. cōsi. 209. Præmissis tribus. lib. 1. electionis satisfactam esse mentionem si dictum est, beneficium esse collegiatum & curatum: modō electio fiat secundum ius commune, non secundum consuetudinem ecclē. 86 Septimō, si beneficium est regulare, & à clerico seculari impetratur, exprimendum est in impetratione beneficium esse regulare: ita affirmarunt Fel. d. c. in nostra. nu. 41. de rescrip. Io. de Selua d. q. 21. num. 122. auctoritate Baldi in l. si de commissis. §. si seruo. de leg. 3. Cassiod. dec. 4. de præben. ubi declarat. ita ēt de contrā, cum beneficium est seculare & impetratur à clerico regulati, exprimenda est illa qualitas beneficij secularis. id quod decidit Bellame. decif. 172. Collatio facta canonico, quē secutus est Fel. d. c. in nostra. nu. 44. immo procedere hoc uidetur, etiam si adsit clausula motus proprii: ita Bal. & ceteri relati. Est rō præter illam Baldi, quoniam hic adest personę inhabilitas, quæ ex clausula motus proprii sublata non dicitur; ut paulō ante diximus.

88 Octauō, si beneficium est hospitale, illius qualitatis faciendā est mentio: ita post Paulum de Eleaz. Cardi. & Imol. in clem. ult. de offi. ordin. docuit Fel. d. c. in nostra. nu. 21. de rescrip. Barb. conf. 64. col. 2. lib. 3. idem cōsiuit Selua d. q. 11. nu. 29. qui hoc clarē probari ait in clem. per literas. de præb. qua adducta decidit Rota decif. 67. de rescrip. in antiq. quod si clerico est facta gratia, ut possit beneficium acceptare, intelligitur de beneficio consueto conferri clericis, non autem quæ à laicis solent administrari. & aliam Coraf. De sacerdotijs. parte 1. cap. 3. nu. 3.

Extenditur ut procedat etiam si in rescripto adposita fuisse clausula motus proprii: ita sensu gl. in d. clem. per literas, & ibi eam probauit Card. q. 5. & idē conf. 118. Casus talis est agitur, & Fel. d. c. in nostra. nu. 21. Io. de Selua d. q. 11. nu. 26. rationes sunt illæ, quas paulō ante attuli.

90 Declaratur nō procedere, cum beneficium hospitale spectat ad collationē Prælati regularis, & ille solet conferre alicui religioso: tunc a religioso impetrari potest, atq; ita hoc casu non procedit d. cle. per literas, quemadmodum relati Felin. & Selua declarant post Rotam decif. 3. de regularibus, in antiquis.

91 Nōdō in imperatore exprimenda est qualitas, quod beneficium hoc esset aliis alteri annexum atq; unitum:

unitum: ita decidit Rota decif. 3. de rer. permut. in antiq. quam secuti sunt Fel. in d. c. in nostra. nu. 23. uers. uigessimū septimum corollarium, de rescrip. & Selua d. q. 11. nu. 75. Crau. cōsi. 104. nu. 12. Rebuffus in Praxi beneficiorum, in tertia parte signature, in uerbo, Annexorum, nu. 1. qui praxim exprimendi docet.

Extēditur ut procedat etiam si in hac impetratione appositā fuisse clausula motus proprii: quemadmodum placuit Gem. in c. postulasti, de rescrip. quem ibi Maria. Soc. sen. secutus est, ac Felinus, & Selua præcitatis locis. reiecta una decisione Rotæ 3. de rebus ecclē. non alien. in antiquis, quæ tamen ad rem nil conferre mihi uidetur, multis rationibus mouetur, quas recensere nunc superfedeo.

93 Declaratur non procedere, quando duo beneficia sunt unita, & annexa, sed unū accessoriē ad aliud: tunc sufficit exprimere principale, ita scribunt Gem. & Io. And. in c. super eo, de præb. in 6. Fel. d. c. in nostra. n. 30. de rescrip. Coraf. d. tract. de sacerdotijs. part. 1. c. 3. nu. 1. & Selua d. tract. de Beneficio. part. 3. q. 12. nu. 64. qui alios plures in hanc sententiam recēsent. idem decidit Rota decif. 46. de rescrip. in antiq. Rubuffus d. tertia parte signature in uerbo annexorum, nu. 1. & in tit. Declaratio nouæ prouisionis, in uerbo, cū annexis. Est ratio, quia impetrato principali ueniunt accessoria. arg. l. si ut certo. §. usque adeo. ff. commod. & quia beneficium unitum perdit nomen beneficij, nec debet dici beneficium sicut ante unionem: ita is Rebuffus, qui alios recenset.

94 Decimō, si beneficium, quod impetratur, est unicū ad collationē ordinarij, atq; ita si est beneficium (ut dici solet) monoculare: huius in quā qualitatis faciendā est mentio in impetratione. id, quod scriptū reliquerunt Fel. d. c. in nra. nu. 23. de rescrip. & Selua d. parte 3. q. 11. nu. 71. post alios plures. Illa est rō, quia nō est ueri simile, Pōtificē uoluissē priuare ordinariū collatorē unica dignitate, atq; ita unico lumine. iux. cl. 1. d. sēt. exc. ad finē. Hinc docuit Archid. in c. si pro clericis. d. præb. in 6. Io. And. & alij in cle. 1. de præb. ubi glo. q. mandatum de prouidendo de dignitate in aliqua ecclē. non intelligitur de unica dignitate, quæ est in ecclē. illa, & quæ ad ipsum collatorem ordinarium spectat. idē decidit Rota decif. 13. de præb. in nouis. Coraf. tract. de sacerdotijs. part. 4. c. 5. nu. 49. quod procedit siue mandatū de prouidendo sit in forma pauperum, siue in forma speciali: ita declarat Thomas Fastol. in decisionibus Rotæ, dubio 55.

Declaratur primō ut non procedat, cū ordinarius collator habet collationem unius beneficij, & præsentationem alterius: nec enim dicitur beneficium esse unicū monoculum, ita declarat Fel. d. c. in nostra. nu. 23. uers. declara illud. & huius sententię recenset Thomam Fastolū dicto dubio 55. aliās 56. qui solum scribit, quod iā retuli. Cum Felino tamen idē sensu Selua d. quæst. 11. num. 73. in fine.

96 Declaratur secundō non procedere, cū in uno ordinarij haberet collationem solus, & in alijs beneficijs conferre possit cū alijs collatoribus socijs, tunc enim mandatū de prouidendo, uel collatio Pōtificis per impetrationem intelligitur de illo beneficio, quod est solius ordinarij collatoris: ita decidit Rota decif. 40. de rescrip. in antiq. quam citare uoluit Fel. d. c. in nostra. nu. 23. uers. secundō declara. de rescrip.

qui subiungit, hoc intelligi, cū rescriptum est, prouideri de beneficio, cui collatio, & ad alios spectat: citat Rotam decif. 55. eo. quæ (inquit ille,) sic declaratur per gl. c. mandato. de præben. in 6. sed mea quidē sententia, Rota d. dec. 40. intelligit propriē, cū beneficium ad solum ordinarium spectans cōferri mandatur. & quod ait glo. d. c. mandato, quam uerē secuta est Rota dec. 66. Nota glossam, de rescrip. in 6. intelligitur hoc pacto, quod quādo Papa rescribit ordinario, ut prouideat de beneficio ad suā collationē spectanti, nō intelligitur de beneficio, cuius collatio cū alijs communis est atque ita probat is text. c. mandato, dum ait ex ordine litterarū rescripti ita intelligi.

99 Undecimō exprimenda est qualitas uacationis ipsius beneficij: ut si uacat, uel per obitum uel per resignationē: id quod certis solum casibus intelligitur. Ego, rem clarius explicando, duas regulas constituo: Prima est, cū nullus uacationis modus exprimitur. Secunda, cū unus tantum. Prima regula, dico quod nullo uacationis modo expresso, omnis uacandi modus continetur: ita censuerunt gl. in cle. 1. in uerbo, quamuis, de præb. Io. And. & Gem. in c. susceptū. de rescrip. in 6. Lap. alleg. 6. col. 2. alios plures huius opinionis citarunt Fel. in d. c. in nostra. nu. 37. de rescrip. & Io. de Selua d. tract. de beneficio. part. 3. q. 12. nu. 69. Rubuff. in praxi beneficij, tertia pars signature, in uerbo, alia clausula, nu. 2. & pulchrē titulo Requirita ad collationem bonam. nu. 48. 49. ubi recenset uarios uacationis modos.

Declaratur primō nō procedere, cū impetratur beneficium gratiæ, si neutri: tunc enim uacationis modus exprimendus est, ita decidit Rota decif. 24. d. rescrip. in nouis. quam secuti sunt Fel. d. cap. in nostra. num. 37. in fin. & Selua d. q. 12. nu. 72. Est ratio, quia noua gratia est, & noua est prouisio, nouusque titulus ex illa acquiritur. ideo illa omnia quæ Pōtificem ad concedendum, uel denegandum mouere possunt, narranda sunt: ita Rota dicta decif. 24.

102 Declaratur secundō, ut nō procedat cū electionis decretum superiori præsentatur ad confirmandum electionem: nam tunc uacationis modus exprimendus est, ita scribit gl. in cap. innotuit, in uerbo, decreto, de elect. Gemi. d. cap. susceptum. & alij plures, quos recenset Felin. d. cap. in nostra. num. 38. & Selua d. quæst. 12. num. 73.

103 Secūda est regula, cū unus uacandi modus exprimitur, alter nō cōtinetur. hoc probat cap. susceptū, de rescrip. in 6. si. n. est narratū uacare per obitum, nō ualet concessio si reperitur uacare per resignationē. id quod oēs affirmarūt, ut relati Fel. & Selua præcitatis in locis testati sunt. Illa est ratio, quoniam tūc Pōtifex, uel alter collator per modū taxationis cōferre beneficium dicitur, iuxta prænaratū uacationis modū: ita sentiūt Dec. & Fel. in cap. super literis, iste nu. 3. ille nu. 6. in fi. & ibidē clar. Abb. nu. 7. de rescrip. Hinc decidit Rota dec. 53. de rescrip. in antiquis. si cōferatur beneficium ut uacās per alterius promotionē, & reperitur uacare per mortē, nō ualet collatio. Rebuff. praxi benef. in 3. parte signature, in uerbo, alia clausula. num. 2. ita etiam decidit Rota decif. 22. de præben. in nouis. si Papa conferat beneficium uacaturum per cōtractū matrimonij, & deinde uacare contingat per resignationem in curia, non debetur.

- 104 Declaratur primò non procedere cum communi extat opinio, quòd uacet uno modo, & is modus exprimitur: licet enim deinde reperitur uacare alio modo, nihilominus uacet ipsa impetratio: ita declarant Fel. d. c. in nostra. num. 3. uers. quod autem dictum est, & Selua d. q. 12. nu. 74. post Lapum alleg. 89. & Gemin. d. c. susceptum.
- 105 Declaratur secundò non procedere quando taliter constat de intentione impetrantis: nam tunc uterque uocationis modus pro expresso habetur: ita tradunt Felin. d. c. in nostra. nu. 8. uers. fallit secundò, & Selua d. q. 12. nu. 75. ex text. d. cap. susceptum, & auctoritate Lapi d. alleg. 89. De intentione autem constare dicitur ex uerisimili coniectura, si talis sit is impetrans cui Pontifex concessisset, & hoc multum pendet à iudicis arbitrio: constaret etiam si post concessione ita collator declarasset, & confert in simili doctrina Bar. in l. demonstratio. §. quod autem. nu. 14. de cõd. & demonstra.
- 106 Declaratur tertio non procedere in gratijs expectatiuis, quæ dum acceptantur is acceptans non hêt necesse exprimere uocationis modum, & uno expresso alter non excluditur: quia error in uocationis modo non impedit acceptationem, quæ est quedam uoluntatis declaratio, & satis ex ipsa acceptatione declaratur. ita decidit Rota decisio. 23. Si expectas, de præb. in nouis, & clarius decisio. 7. Licet impetrans, de concess. præb. in nouis. quam sententiam probarunt Fel. d. c. in nostra. nu. 3. uers. fallit tertio, & Selua d. q. 12. nu. 76.
- 107 Declaratur quarto non procedere quando exprimitur unus uocationis modus cum clausula, & quouis alio modo uacet: ita decidit Rota decisio. 14. de rescrip. in nouis. quam secutus est Felin. d. c. in nostra. num. 3. uers. fallit quarto. Adde Rotam decisio. 17. de præb. in antiq. & decisio. 52. de cõcess. præb. in antiquis. Rebuffus in praxi beneficiorum titulo Forma signaturæ simplicis prouisionis, in uerbo, sine premissis. num. 2. post Soc. sen. conf. 32. lib. 1. Corasium tract. de sacerdotijs, par. 1. c. 7. nu. 2.
- 108 Declaratur quinto non procedere in materia nõ odiosa, quoniam tunc uenit omnis uacandi modus. ita Felin. d. c. in nostra. nu. 3. uers. fallit quinto.
- 109 Declaratur sexto non procedere quando beneficiũ iãdiu uacauit, ita quòd de eius uerò uocationis modo certa noticia nõ habetur. tunc falsa expressio rescriptum non uiciat, ita sentit Rebuffus in Praxi Beneficiorum in tertia parte signaturæ, in uerbo, alia clausula. nu. 4. dum inquit, hoc in casu nõ esse opus in impetratione apponere clausulam illam, quòd uerus uocationis modus habeatur pro expresso.
- 110 Duodecimò narrandum est per cuius obitum uacat beneficium: tradunt Doct. in c. susceptum, de rescrip. in 6. Rota decisio. 2. in fi. de rescr. in nouis, & illa est annotatio Papazonis post Fely. c. in nostra. nu. 20. corollario quinto in fi. de rescr. Illa est ratio, quia ex nominatione personæ, per cuius obitum uacat beneficium, quòd impetratur, intelliget Pontifex, an sit beneficium reseruatum uel non: atque ita an impetranti conferre debeat uel non, quia rone fit, ut si beneficium uacat per mortem familiaris Pontificis, uel Cardinalis, narrari omninò debeat, alioqui surreptitia erat impetratio. ita docuit Fel. d. c. in nostra. nu. 20. Ioan. de Selua tract. de Beneficio par. 3. q. 11. 20. post Rotã decisio. 15. de præb. in nouis. idem docuit Matrua in cadau res. nu. 17. in fi. de rescr. quibus addo Rotã decisio. 16.
- 112 de præb. in antiq. nec enim horum familiarium beneficia impetrabilia sunt. cap. pastoralis, de præb. in 6. Aeneas de Falconib. tract. de reservationibus. q. 4. & hac de re extat clara regula Cancellariæ de impetratibus beneficia uacantia per obitum familiaris Cardinalis.
- 113 Exteditur primò ut procedat, etiam si hic familiaris suæ mortis tempore familiaris esse desijt: quæ admodum decidit Rota decisio. 20. de præb. in antiquioribus. quam secuti sunt Fely. & Selua locis præcitaris. idem, præter eos scriptum reliquit Petrus Andri. Gamarus tract. de legato lib. 6. quem secutus est Gomef. in commentarijs ad relatã regulam Cancellariæ. q. 13. col. 2. uers. tamen posteaquam, & clarius q. 18. uers. & licet Geminia. Ratio est, quia & si cessauerit familiaritas, non tamen cessauit reseruatio: nam posteaquam beneficium semel fuit reseruatione affectum, permanet perpetuò reseruatum in personã illius, pro quo reseruatum fuit. ita decidit Rota decisio. 30. de præb. in antiquioribus. Hinc Rota eod. tit. in antiquis decisio. 14. 15. inquit, beneficia collectoris, uel alterius familiaris Papæ esse reseruata, quãquam tempore suæ mortis talis esse desierit. idem respondit Ancl. cõsi. 138. de natura & efficacia, in fine, addo Rotam decisio. 31. de præb. in antiquis. Quibus constat malè sensisse Bellameram, qui contrarium sentit, quemadmodum refert, nec dissentit ab eo Thomas Fastol, in decisionibus Rotæ dub. 53. incip. secundò dubitabatur. cuius quidem rones illa etiam confirmari possunt, quia reseruatio ista ob familiaritatem personalis esse dicitur, ut inquit Gomef. in præallegata regula Cancellariæ. q. 15. uers. secundo circa intellectu. cum ergo ipsa persona talis esse desierit, dicendum uidetur & beneficium desisse esse reseruatum. Verum hæc omnes difficultates cessant, quoniam inquit Gomef. d. q. 18. extare Extrauagantem, qua casus hic determinatur contra ipsum Bellame. in claris ergo cessant coniectura & disputationes. immo fortius testatur Rota decisio. 13. de præb. in antiq. in curia seruari, quòd licet officij, uel familiaris remoueat, quacumque de causa officio eius beneficia quæ ante amotionem possidebat, permanere reseruata: quo circa nec illa impetrari poterunt non facta mentione illius qualitatis.
- 116 Exteditur secundò ut procedat etiam cum is familiaris officium & administrationem adhuc ingressus non est, ita de collectore decidit Rota decisio. 12. de præb. in nouis. quam probauit Fel. in cap. in nostra. nu. 20. uers. idẽ si talis. Cassiodor. decisio. unica. nu. 4. de uer. sign. Gomef. d. regula Cancell. q. 13. uers. prædicta. Ratio est, quia honorabile & Reipub. utile est, quo circa summus effectum ante adeptum officium & administrationem sortitur.
- Extenditur tertio, ut et locum hêat relatã doctrina, cum is familiaris consecutus est officium, sed adhuc tempore mortis suæ nõ administrauit: ita decidit Rota decisio. 15. de præb. in antiquis rone iã relatã utitur, atque ita inquit Rota ex stylo curiæ seruari. quãquã dicat aliquos sapientes alter dixisse, eo quia ille familiaris Papæ & Cardinalis dicitur, qui suscepto officio administrat, & familiaritatis munera obijt, ut multis ad rone nõstrã pbat Fel. d. c. in nostra. nu. 20. uers. sed caue, idem

- idem quòd Felinus scriptum reliquit Ioan. de Selua d. tract. de beneficio, parte 3. q. 11. nu. 2. ubi alia plura recenset & declarat. Hæc tamen extensio intelligitur modò is receptus inter familiares acceptauit ipsam receptionem, aliàs non diceretur familiaris deficiente mutuo consensu. ita declarat Cassiod. d. decisio. unica. num. 3. de uerb. signif.
- Extenditur quarto, ut locum etiam habeat, si hic familiaris, cuius beneficium impetratur, desijt esse familiaris per mortem sui domini: nam adhuc beneficium per ipsius deinde familiaris mortem uacans, reseruatum esse dicitur: ita hodie constitutum est per Extrauagantem Pauli 2. Ad perpetuam. quam recenset Selua d. q. 11. num. 24. post Felin. d. cap. in nostra. nu. 20. uers. & caue. de rescrip. qui subiungit, aliàs de iure communi aliter dicendum esse: quoniam per mortem pontificis reseruatis reseruatio ipsa extinguitur: quemadmodum docuit Gemin. in c. præsent. i. prin. de off. deleg. idem utroque casu tradit Aeneas de Falconibus tract. de reservationibus. q. 5. principali, uers. secundò quæro. num. 6. qui alia per plura recenset. illi addo Cassiod. decisio. ult. nu. 4. de præb.
- 119 Extenditur quinto ut procedat, etiam si is familiaris nõquã extitisset cõmẽsalis Cardinalis, hoc est, si in domo Cardinalis non comedebat, sed extra domum Cardinalis portionem suã recipiebat, cum tamẽ in domo Cardinalis seruiret, nã ex quo expensis Cardinalis uiuebat, uerè familiaris dicebatur, nec qualitas illa extrinseca uiuendi extra domum efficit, ut hic familiaris esse desinat. ita memoriæ prodidit Gomef. d. regula Cancellariæ de impetratibus beneficia per obitum famil. Cardinal. q. 13. uers. est tamen ulterius. cum ergo huius familiaris beneficiũ sit etiã reseruatum, exprimens est qualitas hæc in illius impetratione.
- 120 Exteditur sexto ut procedat etiam in beneficio suo familiaris, cuius mentio faciẽda est. Est ratio, quia & illud reseruatum dicitur: ita Salic. in l. 2. in fi. C. de Episc. & cler. Guido Papæ consil. 30. num. 5. Aeneas de Falcon. tract. de reservationibus. q. 4. effectu 39. & late explicat atque declarat Gomef. d. regula Cancellariæ de impetratibus beneficia. q. 14. ubi plures difficultates dissoluit.
- 121 Exteditur septimò ut procedat etiam si illi familiaris absenti collatum est beneficium, quam collationem ignorans non acceptauit morte præuentus: nam ex quo ex sola collatione etiam nõ acceptata beneficium reseruatum dicitur, ut post Oldra. consil. 57. & alios plures affirmauit Aeneas de Falconib. d. tract. de reservationibus. d. q. 5. principali, uers. secundò quæro. nu. 1. sequitur de illo, ut de uerè reseruato esse faciendam mentionem.
- 122 Extenditur octauò ut procedat, etiam cum facta est impetratio beneficii uacantis, ut ex unius persona, & deinde reperitur uacare ex persona alterius, etiam si apposita fuerit clausula, quouis modo uacet: adhuc enim surreptitia est impetratio: ita decidit Rota decisio. prima, de rescrip. in nouis, & decisio. 43. de rescrip. in antiquis. Bellamera decisio. 609. Licet Palatium. Card. consil. 33. In hac dubia causa, quos uidetur probasse Fel. in d. c. in nostra, nu. 3. uers. sed contrarium, qui alios etiam recenset. idem rescriptum reliquit Io. de Selua tract. de beneficio, parte 3. q. 12. nu. 77. & Rebuffus in praxi beneficiorum, in forma signaturæ simplicis prouisionis, in uerbo, aut ex alteri. Illa est præcipua huius sententiæ ratio, quia illa clausula, quouis modo uacet, refertur ad personam expressã tantum, & complectitur uarios modos uacandi. & cum hac opinione resideo, quidquid alij dissentientes dicant. Hæc tamen extensio non procedit, si apposita fuisset clausula, aut si uacat ex alterius cuiuscumque persona. ita declarat Rebuffus quem iã citaui, & in tertia parte signaturæ, in uerbo, Nominum, nu. 1. ubi idem inquit, si apponatur hæc clausula, quòd nomen & cognomen ultimi possessoris melius specificari possit.
- 123 Declaratur nunc primò non procedere, cum is familiaris fuit familiaris Papæ, & Cardinalis & rescriptum impetratur facta sola mentione, quòd erat familiaris Papæ, tunc gratia nõ redditur ex eo surreptitia, quòd subtraheret illum defunctum fuisse familiarem Cardinalis. ita decidit Cassiod. decisio. 9. de præb.
- 124 Declaratur secundò, ut non procedat quãdo impetratur beneficium, quòd notoriè fuit familiaris Cardinalis, ex quo enim notorium hoc est, necessaria expressio non fuit: ut de reseruatione generali & notoria inquit Felin. c. super literis. nu. 8. & c. in nostra. nu. 15. uers. incidet nota. de rescriptis. ubi aliquas difficultates dissoluit, & paulò post uers. sextu corollarium, hoc uerũ esse intelligit, nisi duplici reseruatione reseruatum esset, ut si defunctus fuit collector & abbreviator, uel (ait ille) nisi ignorantia posset in Pontificè cadere ratione alicuius indiuidui, id quòd decidit & Bellamera decisio. 9. Commissio. & probat Rebuffus in Praxi beneficiorum, in forma signaturæ simplicis prouisionis, in uerbo, specialiter, nu. 11.
- 125 Declaratur tertio nõ procedere, cum impetratio est concessa per resignationem ab ipsomet familiari factam: nam tunc gratia non redditur surreptitia, etiã si suppressa fuerit resignatis qualitas, ita decidit Cassiodorus decisio. 16. de præbendis.
- 126 Declaratur quarto non procedere, cum per solũ priuilegium ille, qui obijt, erat familiaris: nam ex quo uerè & propriè familiaris nõ dicebatur, eius beneficia reseruata non erant, ut inquit Gomef. in commentarijs ad d. regulã Cancellariæ, De impetratibus beneficia uacantia per obitum familiaris Cardinalis. q. 13. in principio. non ergo reseruatio, quæ non est, exprimi debet.
- 127 Declaratur quinto nõ procedere in eo, qui uiuit quidem expensis Cardinalis, sed illi non seruit: nam hic uerè non dicitur familiaris, ut inquit Gomef. d. q. 13. uers. est benè uerũ. & ob id illius beneficium reseruationis priuilegio nõ fruuntur, surreptitia ergo non erit impetratio suppressa illius qualitate. id quòd cum Gomefio intelligo, nisi is nõ seruens, à seruitute cessaret, quoniam ita Cardinali placeret.
- 128 Decimo tertio si beneficium est factum affectum, illius qualitatis mentio faciẽda est, alioqui gratia erit surreptitia: ita scribit Rebuffus in Praxi beneficiorum, in forma signaturæ simplicis, in uerbo, affectum. ubi inquit, dici affectum, cum Papa iam semel concessit illud beneficium in commendam: nam posteaquam manum semel Papa apposuit, alter inferior de eo se impedire non potest, & ob id illa affectio reseruationis uim obtinet.
- Decimo quarto, ne rescriptum gratiæ sit surreptitium, narrandum est uitium, si quod ipsi benefici-

- 129 M m cio

- 129 M m cio

cio ex persona impetrantis inest: ut puta si hic impetrans per præcedentem intrusionem possideret. debet enim huius sui uitio si ingressus mentionem facere. ita docuit Abbas in c. cum iam dudum, col. 2. de præb. in c. præterea, ult. notab. de iure parr. Bal. in c. literis, ad finem de restit. spoli. Gemi. c. eū qui, de præb. in 6. quos secutus est Feli. in c. in nostra, nu. 10. uer. secundū corolarium. & latius in c. postulasti, nu. 14. 15. 16. de rescrip. Cassiod. decis. 6. nu. 7. de præben. de quo statim dicā. immo hoc procedere intellexit Feli. in d. c. 30 postulasti, etiā si in rescripto inserta sit clausula, motus proprii. Alia etiā scripsit Io. de Selua d. tract. de beneficio, parte. 3. q. 1. nu. 7. Hoc etiā procedit, qñ

131 beneficium esset alio uitio affectum, ut puta uitio litigiosi: quemadmodum affirmarunt Feli. d. cap. in nostra, nu. 17. & Sel. d. q. 1. nu. 18. qui hoc declarat, ut apud illis. His tamen aduersari non parum uide-

132 tur, quod respondit Soc. sen. consil. 169. col. 4. in fine, lib. 2. post Card. & Anch. in clem. si Romanus, de præben. nempe rescriptum gratiæ nõ uitari, si uitio sus possessor narrauit, se canonicè tenere atque possidere. quoniam (inquit Socinus) hoc extrinsecum quod est à gratia ipsa, quod ait, procedere, nisi ex eo is impetrans inhabilis ad gratiam redderetur. Confirmatur responsum Socini ex eo quod decidit Cassiodorus de c. 6. nu. 5. de præben. dum inquit, quod quando impetrans beneficium à se tunc malè possessum, percepit distributiones quotidianas, & si de illis mentionem non fecit, rescriptum non esset surreptitium: & ibi restatur maiorem partē DD. de Rota ita sensisse, quā quam plura in cōtrarium urgere ipse referat. Verum his obiectionibus satisfecit Felin. d. c. pposuisti, col. pen. uer. sed aduerte quia, de rescrip.

133 Decimo quinto narranda est unio, si aliqua facta reperitur in illo beneficio: ita docet Fel. in cap. in nostra, numero 23. uer. uigesimum septimum corolarium. de rescrip. Io. de Selua d. tract. de beneficio, parte 3. q. 1. nu. 76. Est ratio quia Pontificis intentio nõ est uelle ius alteri quæsitum dissoluere. quod intelligitur quando duæ ecclesiæ æquè principaliter sunt unitæ: nam tunc unionis mentio faciendā est, uel saltem adijciendā erit clausula, cum annexis huiusmodi ac iuribus & pertinentiis, ita declarat Rebuffus in praxi beneficiorum I titulo Declaratio nouæ prouisionis, in uerbo, cum annexis. idem Rebuffus d. praxi, titulo de unionibus, numero 14. Io. Baptista à sancto Seuerino tract. de unionibus, articulo 8. nu. 7. & intelligunt relati Felinus & Selua procedere etiā si beneficium iam unitum, & deinde à Pontifice reseruatum, fuerit collatum ab eo cum clausula motus proprii, quod durum mihi uidetur, quando quidem collatio hæc ex certa scientia arguit Pontificis uoluntatē esse omnino uelle concedere, unione non obstante, quam sua uoluntate dissoluere potuit. quo autē modo uniones fiant, scribunt relati Rebuffus & Io. Baptista. & quibus qualitatibus suppressis surreptitia reddatur unio, latè explicat Boer. q. 345. cætera ex industria prætereō.

134 Decimo sexto cum impetratur beneficium ecclesiæ inferioris, nomen sancti illius ecclesiæ exprimendum est: ita Io. And. in cap. quamuis, de præben. in 6. ubi glossa. idem censuerunt Lapus allegat. 15. Feli. in cap. cum accessissent, col. 1. de constit. & c. in nostra.

nu. 40. de rescri. Io. de Selua tract. de beneficio, parte 3. q. 11. nu. 119. & Craue. conf. 104. nu. 13. si tamē in nomine sancti erratum foret, & apposita sit in rescriptis illa clausula, quod denominatio uerior & expressior fieri possit, corrigi error poterit: atque ita surreptitium non erit rescriptum. cum uero ecclesia est cathedralis atque ita superior est, non est exprimendū nomē sancti, sed narrandū atque exprimendū est esse ecclesiā cathedralē, aliq. facta sancti narratione surreptitiū rescriptū redditur: ita glo. d. c. quamuis, ubi omnes, qñ est hoc contra stylū Curia. id quod procedit, etiā si ecclesia est in loco insigni & p matrice & cathedrali habetur, & si uerè nõ sit, ita relati Doctores ex tex. c. causa Carpensis, de uerb. sig. ubi ecclesia non cathedralis sub nomine loci appellatur: ita etiā probat tex. c. adeo, ubi Imola de rescrip. & text. in c. 1. de mutuis petitiō. Hæc tñ declaratur nõ procedere in gratijs ad resignationē possessoris concessis, nā tunc expressio sancti in impetratione ecclesiæ cathedralis nõ reddit concessionē surreptitiā ita decidit Cassio. decis. 13. licet glossa. de præb. ubi inquit, hoc potius æquiratis esse, quā iuris, ob stylum curia.

135 Decimo septimo cum impetratur canonicatus et præbenda, exprimendum est nomen canonici, per cuius obitū præbēda uacat, alias impetratio surreptitia redderetur: ita scribunt Io. Staphileus tracta. de literis gratiæ, rubr. de modo & forma impetradi. uer. ideo cauti. & Rebuffus in praxi beneficiorum, in tertia parte signature, in uerbo, alia clausula, nu. 2.

136 Decimo octauo, si in ecclesiā in qua impetratur beneficium, extra aliquod statutum iuratum quod impetrationi obstat, illud narrandum est, alioqui gratia erit surreptitia: immo nihil penitus operabitur, nisi

137 apponatur clausula expressa, non obstante statuto iurato ecclesiæ: ita decidit Rota deci. 13. de rescriptis in antiquis. conferunt quæ dicemus in casu ab hoc secundo, ubi agemus, quomodo iuramenti uis ex rescripto tollatur. ita etiam ex illa clausula, & qualibet alia sedis Apostolicæ indulgentia generali, uel speciali cuiuscunque tenoris existat, per quam presentibus non expressam, uel taliter non insertam effectus huiusmodi gratiæ ualeat impediri quomodolibet, uel differri. quæ quidem clausula operatur, ut derogatum sit statutis, quæ impedire uel differre solent gratiā, ut latè explicat Rebuffus in praxi beneficiorum, titulo declaratio nouæ prouisionis, in uer. & qualibet alia.

138 Tertium est caput propositæ disceptationis, qñ scilicet rescriptum uitiat ob surreptionem causatam à taciturnitate iuris, quod alter in impetrato beneficio obtinet. nam uerè, qui impetrat, narrare debet collationem alteri prius factam, si facta reperitur, & si ab illo primo acceptata non fuerit, ita affirmat gl. in c. gratia, in uerbo, ignorantia, de rescri. in 6. quam secuti sunt Io. And. Lign. & Gemin. ibi. Feli. cap. in nostra, nu. 5. de rescrip. Io. de Selua d. tracta. de beneficio, parte 3. q. 1. nu. 3. Illa est ratio, quia hic quod prior collationem consecutus est, dicitur obtinere ius ad rem, quod per solam acceptationem plenū ac integrū reddere dicitur, qui ergo secundā impetrationem facit, ius illud narrare debet, cum alioqui Pontifex illi derogare non credatur. iuxta regulam l. 2. §. meritò. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco pub. imo si gratia facta primo est conditionalis, illius merito

habenda est, cum sit ius in spe: ita respondit Gemi. conf. 107. in fine.

139 Secundò narranda est, salterius colorata possessio, si eam in beneficio ille obtineret. cap. cū nostris, de concess. præb. Feli. c. in nostra, nu. 32. de rescrip. quem ad uerbum ferè, pro more suo recēset & sequitur Io. de Selua d. q. 1. nu. 102. Bero. ca. super literis, nu. 72. uer. decimo septimo, de rescrip. Gomef. in regula Cancellariæ, de annali possessore. quæst. 10. uer. sic. postremò facit.

140 Declaratur primò non procedere, quando in rescripto appositā fuisset clausula illa: Vocatis uocandis, uel illa, Dummodo non sit alterius quæsitum. nam tunc gratia nõ potest dici surreptitia, quāquam in precibus dictæ coloratæ possessionis facta mentio non est: quemadmodum respondit Card. consil. 93. Nobiles uiri, quem probarunt Feli. d. c. in nostra, nu. 42. uer. primò nota. & Selua d. q. 1. nu. 103. Illa est præcipua ratio, quia tunc citandi sunt possessores, & qui ius in eo beneficio præcedunt: & tati est effectus hæc clausula, ut si executori datum sit rescriptum ut exequatur, ex executore efficitur iudex & cognoscit super iure & possessione alterius. scribunt tñ relati omnes, clausulā hanc, uocatis uocandis, solū in rescriptis executorijs apponi consueuisse, quod nunc non declaro.

Declaratur secundò, ut non procedat, cū in rescripto appositā est clausula illa: Amoto quolibet illicito detentore. nam tunc satis dicitur facta mentio coloratæ possessionis: ita decidit Rota deci. 38. Nota secundum aliquos. & deci. 69. Nota quod de gratia, de rescrip. in antiquis, quam secutus est Feli. d. c. in nostra, nu. 32. uer. secundò nota, qui corruptè allegauit, idem probauit Selua d. q. 1. nu. 104. qui ob id inferunt, quod cum hodie ex stylo curia soleat semper in his rescriptis apponi clausula hæc, amoto quolibet detentore; non esse per consequens hodie necesse in precibus coloratam hanc possessionem recētere. Subiungit tamen Felinus & cum eo Selua egregiam dubitationem quā excitauit Bartholomæus Zabarella Cardinalis Zabarella nepos, ut apud eos. Addo Rebuffum in praxi beneficiorum titulo Declaratio nouæ prouisionis, in uerbo, Amoto exinde, qui uerum esse intelligit, nisi clausula hæc sit appositā iter clausulas executiuas, qñ tunc nihil operatur. cle. 1. in fi. de præben. Gemi. conf. 86. & ex d. cle. 1. plura similia tradunt Iac. l. ius civile, nu. 8. de iust. & iure. Decius conf. 423. nu. 19. & consil. 500. nu. 9. Ripal. qui Romæ §. duo fratres, nu. 45. & nu. 84. de uerb. obl. Soc. iun. consil. 93. nu. 24. 25. lib. 3. ubi declarat.

Declaratur tertio non procedere, cū in rescripto est appositā clausula, motu proprio, ita latè affirmarunt Feli. d. c. in nostra, nu. 35. & Selua d. q. 1. nu. 115. Illa est ratio, quia motus proprius surreptionem tollit: nec credendum est Pontificem non fuisse concessurum, si uerè sciisset possessionem hanc & si coloratam, ueram tamen & legitimam non esse.

143 Declaratur quartò non procedere, quando in rescripto appositā fuit clausula, Non obstante collatione alteri facta: ita docuit Imola in ca. causam quæ, & ibi Feli. nu. 12. de rescri. idem Feli. d. c. in nostra, nu. 34. in fine. & Selua d. q. 1. nu. 11. in fine.

144 Declaratur quinto non procedere, quando colorata alterius possessio huiusmodi esset, quā si nouisset

Pontifex facilius impetranti concessisset sibi collatio huius beneficii cū clausula decreti annullatiui: & aliquis cōtra dictam reservationem acceperat dicti beneficii possessionem. nā licet hæc possessio sit apud illum colorata, attamen si impetrans narrasset, illum possessorem possidere cōtra Pontificis reservationem, facilius Pontifex concessisset: nam hoc cōfirmabat ac ualidiorem reddebat impetrantis petitionem, ita docuit Feli. d. cap. in nostra, numero 36. post Bartholomæum Zabarellam iam relatum. idē scripsit ille de Selua d. q. 111. nu. 116.

145 Declara sexto non procedere, quando per errorem nomē possessoris uerū fuit omisū. Bellam. dec. 642.

146 Declaratur septimò non procedere, in expectatiuis. Cassiod. decis. 18. num. 2. de præben. ubi idem de ijs qui possunt opponere.

147 Tertio hic impetrans narrare in precibus debet solam etiam alterius detentionem: ut puta, si beneficii reservationem adeptus quis sit, & illā per aliquot menses detinuerit: si alter impetret beneficiū illud, illius possessionis seu detentionis mentionem facere debet. ita docuit Feli. d. c. in nostra, nu. 33. & Selua d. q. 11. nu. 105. post Rotam deci. 78. Dic quod ordinatio, de rescrip. in antiquis. inquit tamē Felin⁹ hoc intelligi, quando ista detentio saltem annalis est; nam si est minoris tēporis necessario exprimendam nõ esse censuit: atq; ita inq; i curia Romana seruari.

148 Quarto recensenda est lis & processus pendens & receptio ad beneficium. Feli. ca. cæterum, nu. 4. de rescrip. sed declara secundum Cassiod. decis. 4. ut lite pend. quod, quando lis est de possessione, non impeditur beneficii impetratio. Rota deci. 12. de appell. in antiquioribus. & Rebuffus in praxi beneficiorum in tertia parte signature, in uerbo, quatenus litigiosum.

Declaratur iam relata non procedere, cum re ipsa cōstat ius alterius esse nullū. Rota deci. 25. de rescrip. in nouis. & deci. 69. de rescrip. in antiquis.

149 Quintò est narrandum ius alterius ex sola electione ei quæsitum: ita decidit Rota deci. 17. de præb. in nouis. idem etiam intelligo, quādo ius habet ex sola supplicatione, ex traditis Gomefij in regula Cancellariæ de impetr. benef. uaca. per obitum famil. Cardinalis, quæst. 23.

Hæc quæ hactenus scripsimus, intelliguntur atq; procedunt cum impetratur beneficium à Pontifice Max. secus si ab Ordinario: nam corā ipso Ordinario nõ est necesse exprimere relatas oēs qualitates. Et in primis nõ est necesse exprimere qualitatem beneficii curati, uel cum dignitate. clem. 2. de off. ord. quæ etiam constituitur, non esse necesse narrare aliud beneficium, quod obtinet. & annotauit Io. de Selua tracta. de beneficio, parte 3. q. 12. n. 57. Ita patiter Ordinario narrandus non est ualor beneficii, quod clare affirmarunt Feli. in cap. ad aures, nu. 15. de rescrip. qui in fortiori casu loquitur; nēpe cum falsus ualor expressus fuit: idē scripserunt Gomef. in regula Cancellariæ, de ualore exprimendo. q. 3. & Cassiod. in regula Cancellariæ de infirmis resignantibus, deci. 31. nu. 5. ubi subiicit non procedere in expressione ualoris beneficii expectatiui, ita quoque corā Ordinario nõ est necesse exprimere possessionem coloratā alterius. ita Hostien. & Io. Audr. in ca. cum nostris, de concess. præben. Feli. ca. in nostra, nume. 25. uer. si.

uigesimum nonum corollarium de rescri. qui satisfacit difficultati, ob qua Butrius, Abbas & Imola aliter sentire uidebantur. his accedit Selua d. q. 1. 2. nu. 3. 5. Non sunt pariter ordinario narranda caetera omnia, quae illi uersimiliter nota esse possunt, uti Felii & Selua clare scribunt. Et ob id affirmant, permittentes beneficia coram eo necesse minime habere beneficiorum qualitate narrare. huc spectat quod scribit Gomez. in reg. Cancellariae de annali possessore. q. 9. uers. adiungatur. ubi scribit regulam illam Cancellariae de annali possessore, locum sibi non uendicare coram Ordinario, illa una praecipua adferri solet ratio, quonia uti ordinario beneficiorum sua diocesis qualitates cognita praesumuntur: ita etiam cognita praesumuntur impetrantium conditiones; alias sequetur dicendum eum esse minus diligentem in ecclesiarum uisitationibus: ita Felii. d. cap. ad aures. nu. 15. hanc tamen ratione mordet Gomez. praecitato loco, ut apud illum. Felinus autem d. nu. 15. post Cardinalium, subiungit, Ordinarium uideri motu proprio providere ipsi ecclesiae, cum tamen Papa non motu proprio, sed ad postulationem, non ecclesiae, sed personis providere credatur. idem scripsit is Selua d. qst. 12. numero 58. qui ob id recte inferunt, impetratio nem Ordinarij non uitari nisi ex qualitatibus clario iure expressis. atque ita hoc in casu sine dubio procedit doctrina illa communis ex glossa cle. j. in uerbo, alteri, de praeben. Hinc idem Selua d. q. 1. 2. nume. 63. scribit, in iure repetiri qualitates coram Ordinario exprimentam, nempe quando Episcopus dispensauit cum illegitimo, ut possit habere minores ordines & simplex beneficium. nam, si tunc hic dispensatus tacita prima illa dispensatione secundum impetret ab eodem Episcopo super pluralitate beneficiorum, non ualet secunda haec dispensatio: ita censuit glossa in ca. 157. 2. de filiis presbyt. Est ratio, quia ista dispensationes strictissimam interpretationem habent, ut dicemus infra in casu ab hoc secundo nu. 13. praesertim super beneficiorum pluralitate canonibus inimico. Relatae etiam Doctorum traditiones, quae de beneficiorum impetratione loquuntur, locum etiam habent in ista dispensatione ad plura beneficia: ita censuerunt glo. & Gemini. in c. non potest, in fine prin. de praeben. in 6. Abbas cap. ad aures. nu. 9. de rescrip. Bellam. decis. 471. Si Episcopus obtinens, quae citare uoluit Felii. d. c. in nostra. nu. 15. uers. octauum corollarium. Ita etiam locum habent in unionibus sciendis. Rebuffus in praxi beneficiorum, titulo de unionibus, in glossa quinta. quo loci scribit, illa omnia ferè exprimentada esse in unionibus, quae & in prouisionibus. inquit etiam Rebuffus surreptionem iustitiae unionis ipso iure, cuius quidem sententia recenset Calder. Nicolaum de Mil. Felii & Ripa. Addo Soc. sen. consil. 1. col. 2. uers. praeterea & quarto lib. 3. Verum magis recepta opinio uidetur in oppositum quemadmodum scribit & probat Boerius q. 345. nu. 1. De his satis.

S V M M A R I V M

- 1 Rescripta iustitiae quibus suppressis qualitatibus surreptitia reddantur.
2 Iudicis arbitrio relinquuntur, quae sit qualitas, qua suppressa rescriptum ad lites surreptitium redditur.
3 Qualitates narrandae in impetratione rescripti ad lites quae ad non concedendum Principem mouere possunt,

- pendent a coniecturata Principis uoluntate.
4 Rescriptum iustitiae impetrans, lites pendentiā etiā ex sola citatione narrare debet.
5 Lis pendere dicitur per solam citationem.
6 Rescriptum iustitiae impetrans, ut collega datur ordinario, lites pendentiā corā ordinario narrare debet.
7 Lites pendentiā per solam citationem, etiā non executā, narrare debet impetrans rescriptum iustitiae.
8 Lis pendere dicitur per solam citationem, etiā non executam. quod ibidem declaratur.
9 Baldus in l. 1. C. de relatio. confutatus.
10 Rescriptum ad lites impetrans si calumniosè lites pendentiā narrat, surreptionem committit.
11 Rescriptum ad lites impetrans si lites pendentiā non narrat per ignorantiā, uel simplicitatem, surreptionem adhuc committere dicitur.
12 Clausulā motu proprio, non tollere uitium surreptionis in rescripto ad lites, dū lites pendentiā non narratur.
13 Surreptionem non committi si in impetratione rescripti ad lites non narratur lis ea die impetrationis inchoata.
14 Surreptionem non committi in rescripto iustitiae, si lis a qua diu cessatum est, non narratur.
15 Surreptionem non committi in rescripto iustitiae, si non narratur lis iam pacto sopita.
16 Surreptionem non committi in rescripto ad lites, si non narratur lis iam suspensa.
17 Rescriptum cum super proprietate impetratur, non est necesse narrare pendentiā lites super possessione.
18 Lis super possessione non efficit proprietatem esse litigiosam.
19 Lis super matrimonio non efficit illud litigiosum.
20 Rescriptum in causa matrimoniali non uitari, non narrata lites pendentiā super eo.
21 Conciliatio opinionum Felini & aliorum super lites pendentiā in matrimonio narranda.
22 Rescripti a tertio p suo interesse impetrati, non dicitur surreptitium, non narrata lites pendentiā inter alios.
23 Rescriptum non redditur surreptitium tacita lites pendentiā, cum iudex se incompetentem pronuntiauit.
24 Rescriptum surreptitium non redditur si non narrantur gesta iudicis a quo post admissionem appellatiōis.
25 Rescriptum surreptitium non reddi ob litem non narratam, si eidem iudici causa committitur.
26 Surreptionem non committi lite non narrata, si in eo statu & gradu causa committitur.
27 Rescriptum subrogationis surreptitium non reddi, non narrata lites pendentiā.
28 Rescriptum non redditur surreptitium si futura causa super qua lis pendet, non narratur.
29 Rescriptum ad lites cum impetratur, totus ipse processus in substantialibus narrandus est.
30 Rescriptum dum impetratur ad lites causa ipsius lites et facti narranda est.
31 Rescriptum super lite exorta ex contractu iurato dū impetratur, iuramentum narrandum est.
32 Iudicis arbitrio relinquuntur, quae qualitates processus narrandae sunt in impetratione rescripti ad lites.
33 Clausulae, statum & merita cause pro sufficienter expressis, uis & effectus.
34 Rescriptum ad lites redditur surreptitium, si non narratur coram quo lis pendet.
35 Impetrans causam alteri iudici q ordinario committit, iustam causam narrare debet.

Iurans

- 36 Iurans habere iudicem ordinarium suspectum, ut causa alteri committatur, tutus est, ne contra suam iuramentum fiant probationes.
37 Testes alibi quam in loco iudicij petens examinari, iustam causam narrare debet.
38 Constitutio noua Pedemontium titulo Delle effamiationi s. 1. declaratur.
39 Rescriptum ad lites dum impetratur, priuilegium personae, contra quem impetratur, narrandum esse.
40 Rescriptum ad lites dum impetratur, narranda est conclusio in causa facta in lite ipsa.
41 Constitutio Mediolani sub rub. de rescriptis. s. intima, declaratur.
42 Rescriptum iustitiae cum impetratur, narrandum est latam esse sententiam in illa causa.
43 Surreptionem non committi, si dum in impetratione rescripti iustitiae narratur lata sententia, in iudicis nomine erratur.
44 Rescriptum iustitiae dum impetratur, narrandū est, esse latam sententiam & ab ea appellatum.
45 Rescriptum dū impetratur, & narratur appellatio ab executore, iusta appellandi causa exprimi debet.
46 Rescriptum iustitiae dum impetratur, narranda est sententia in iudicatum lapsa.
47 Clausulam derogatoriam, non obstante sententia, in rescripto iustitiae appositam, nihil operari, cumque narrandū erat sententiā in rem iudicatā transiisse.
48 Clausulam derogatoriam ad specificata restringi.
49 Sententiam executioni mandata fuisse narrare in impetratione rescripti non sufficit, cum res iudicata narranda est.
50 Surreptionis uitium cessare cum praesumptiue narratur qualitates exprimentade.
51 Rescriptum iustitiae non redditur surreptitium, non narrata re iudicata in causa matrimoniali.
52 Surreptio non committitur si non narratur res iudicata, cum sententia nulla fuit.
53 Surreptitium non redditur rescripti si non narratur res iudicata, cui contrario actu renuntiatū dicitur.
54 Rescriptum impetratum ad dandum obiectus iuxta ca. ut circa, de elect. in 6. non uitari, non narratis duabus in causa latis sententijs.
55 Rescriptum redditur surreptitium non narrata transactione uel laudo arbitrorum in causa prolato.
56 Rescriptum non efficit surreptitium non narrata transactione uel laudo nullo, ob solemnitatis defectum.
57 Rescriptum non reddi surreptitium non narrata transactione elidibili per exceptionem.
58 Priuilegium per exceptionem elidibile narrandum non esse in impetratione rescripti.
59 Rescriptum continens idem qd ipsa transactio, non redditur surreptitium non narrata transactione.
60 Rescriptum non reddi surreptitium non narrata transactione, quae ad merita cause opponitur.
61 Rescriptum non faciens mentionem priuilegij, qd merita causa respicit, surreptitium non redditur.
62 Rescriptum secundum dum impetratur, primi facienda esse mentionem.
63 Rescriptum primi communi consensu fuisse impetratum, est narrandum in impetratione secundi.
64 Rescriptum qui impetrauit, debet illud narrare in impetratione secundi a se facta.
65 Constitutio Mediolani sub rub. de rescriptis. s. Quicunque, declaratur.

- 66 Rescriptum impetrans in causa appellationis narrare debet primum rescriptum.
67 Constitutio Mediolani sub rub. de rescriptis. s. quicunque, declaratur.
68 Rescriptum impetrans secundum, quod tedit ad augendam gratiam primam, debet narrare & illud primum.
69 Clausulae notabiles primi rescripti narrandae sunt in impetratione secundi.
70 Clausulam, appellatione remota, & clausulam, anteferri, narranda esse in impetratione secundi rescripti.
71 Clausulam, reseruatam recuperationis, esse narrandam in impetratione rescripti.
72 Iudicis arbitrio relinquuntur, quae clausula dicatur notabilis, ut in impetratione rescripti narretur.
73 Constitutio Mediolani de rescriptis. s. Quicumque, declaratur.
74 Rescriptum speciale impetrans non tenet ut narrare primum generale.
75 Rescriptum secundum motu proprio concessum, non redditur surreptitium, si ideo primi facta non est mentio.
76 Rescriptum secundum surreptitium non redditur non narrato rescripto occultato per aduersarium.
77 L. falsò. C. de diuersis rescrip. sensus & intellectus.
78 Rescriptum secundum non redditur surreptitium non narrato primo, cum iudex causam remisit.
79 Rescriptum secundum in eadem materia in diuerso loco tractanda, non uitiatur primo non narrato.
80 Constitutio Mediolani sub rub. de rescriptis. s. Quicumque, declaratur.
81 Rescriptum secundum impetrans, non tenetur narrare primum, quod est nullum. ibidem tamē declaratur.
82 Constitutio Mediolani sub rub. de rescriptis. s. Quicumque, declaratur.

C A S V S C C I I I. LONGA SERIE, SED PVLCHRÒ ORDINE enarratur qualitates exprimentade in impetratione rescripti iustitiae, & inibi nonnullae declarationes ad constitutiones Mediolani adferuntur.

Rescripta iustitiae, quae ad lites appellari solent, uitari tunc solent, cum narrat in precibus non fuerint qualitates illae, quae Principem ad non concedendum mouere poterant. uerum, quia non omnes qualitates iure determinate repetiuntur; ob id multa iudicis arbitrio relinquuntur. quemadmodum superiori casu admonui, & in specie sensit Fel. in capit. ceterum. num. 2. propè initium, & nume. 4. de rescri. & clarè Dec. in cap. super literis. nu. 9. eo. dū tam de rescripto iustitiae quam gratiae loquitur. clarius hoc affirmauit Rebus in commentarijs ad Regias constitutiones, tomo secundo, titulo de rescrip. nu. 94. Huc spectat, quod haec qualitates pendunt sapissimè a coniecturata Principis uoluntate, uti diximus in casu praecedenti. & in nostris terminis ita respondit Barb. consil. 46. col. 2. lib. 2. coniecturae autem uti ex facto sunt, ita iudicis arbitrio relinquuntur, quod multis in casibus supra ostendimus. Ego autem hoc loco referam aliquas qualitates in his rescriptis exprimentas atque narrandas: ex quibus facile intelliget iudex, quae surreptionis uitio laborabit impetratum rescriptum. Primo itaque locum si lis coepta est, etiam per solam citationem, illa narranda est, ita censuit glossa in ca. N n 3 super

super literis, in uerbo, literas, de rescrip. & ibi Fel. nu. 12. idem glos. ibi Abbas in ca. prudentiam. §. sexta, de off. deleg. qui affirmarunt, quod causa coram ordinario capta, facienda est mentio ipsius processus: nam per solam citationem ¶ lis pendere dicitur. clem. 1. ut lite pend. & in specie, præter iam relatos, tradunt Afflictus decif. 220. nu. 13. & Rolan. conf. 31. nu. 18. lib. 2. idem sensit Ruin. conf. 61. nu. 2. lib. 5. qui ex Inno. sententia in cap. ex literis, de off. deleg. respōdit, huius litis pendentie expressissimè faciendā esse mentionem, id quod respondit Butr. conf. 2. col. j. & idem sensit Abbas in cap. inter monasterium, nu. 24. de re iud. docuit & Dec. in cap. cæterum, nume. 2. de rescrip. & ibi hoc declarat. hoc fortius procedit etiam si per equipollens exprimeretur: ita respondit Gemin. cōf. 120. col. 1. qua tamen in re dissentiant Ruin. cōf. 61. nu. 17. in fil. lib. 5. & Crau. conf. 68. nu. 3. quos ego intelligo loqui, cum rescripti uerba nullam aliā cām quam illam ipsam significare poterant. Abbas tamē d. cap. inter monasterium, num. 24. post Host. sentire uidetur hoc esse arbitrarium.

6 Extēditur primò hoc dictum, ut procedat etiam si solum impetratur collega iudici, corā quo iam lis cæpta est; nam adhuc litis pendentia narranda est, ita affirmarunt glos. 2. in capitulo coram, ubi Butr. 4. no. tab. & Abbas col. penul. de off. deleg. ubi Barba. idem sensit Geminia. in capitulo ex literis, eo. tit. quam sententiam uisus est probare, & si suboscure Felinus d. capitulo cæterum, numero 3. de rescrip. idem clarius affirmavit Iason. in l. 2. nume. 3. C. ut lite pend. quos ego nunc sequor reiecta Baldi & Archid. opinione, qui, ut referunt Felinus & Iason dissentiunt. quoniam aiunt illi, tex. d. coram, non probat. nec etiam militat in datione collegæ illa rō, quæ pcedit, cum rescriptum renocatorium conceditur. Verum, hoc admisso, mea quidem opinione, euitare non possunt Bal. & sequaces generalem constitutionem l. 2. C. ut lite pend. quæ & hoc in casu locum habet, & uerè consultius est ad omnem euitandā dispēsationem, cum collega uel adiunctus impetratur narrare litis pendentia, & cætera omnia, quæ alijs similibus casibus enarrari solent.

7 Extēditur secūdo, ut procedat etiam quando lis per solam citationem est inchoata: quemadmodū affirmavit glossa in c. ut debitus, in uerbo, dicat, ibi, super hoc dicas, de appella. quam sanè glossam ibi late probauit Dec. nu. 14. & Fel. in cap. super literis, nume. 12. propè princ. de rescriptis. scribit tñ Bal. in l. 1. in fi. C. de rel. in Curia Romana obseruari, solum litē narrari cum contestata est, id quod intelligit Dec. d. c. ut debitus, ex stylo Curie procedere, non autem de iure: cum per solam citationem lis cæpta esse dicatur, sed uerius Baldum malè sensisse, statim subijciam.

Extēditur tertio, ut procedat fortius cum ipsa decreta citatio nondum executi fuit: nā, & tunc quoad ipsum actorem impetrantem ¶ lis pendere dicitur: illius ergo mentionem facere debet. ita respondit Roma. conf. 330. Circa primum, col. 2. quem secuti sūt Felin. in cap. super literis, nu. 13. de rescrip. post Rotā decif. 17. nu. 4. de dolo & contum. in nouis, & dec. 6. ut lite pend. in nouis, ubi Rota decidit, clem. 2. ut lite pend. locum habere in actore, qui citationem obtinuit, sed adhuc reo non transmisit. cum Romano et

idem sensit Fel. in cap. cæterum, nu. 2. uerf. limita decem modis, de rescrip. qui dū refert Baldum. d. l. j. C. de rel. dicentem aliter seruari in Curia, inquit Bal. sententia posse procedere hoc in casu, sed uerè, nec hoc in casu uera est Baldi opinio: si quidem aliter obseruat Curia Romana, si credimus Bellame. decif. 544. Si pendēte inquisitione, & Io. Staphileo tracta. super commissionibus & literis iustitiar. & in primis igitur, nu. 16. cum Romano sensit & Dec. d. cap. ut debitus, nu. 14. de appell. & si eo loci in annotationib. diffentiat, & malè, Carolus Molinæus.

10 Extēditur quartò, ut procedat etiam, quando lis narratur, sed calumniosè: nam tunc habetur ac si narrata non sit. ita respondit Bal. conf. 52. Querulę. lib. 1. ubi inquit, esse referendum fideliter, & non calumniari. quando autem calumniosè retulisse dicatur, iudex arbitrabitur. id, quod probatur ex his, quæ infra dicemus.

11 Extēditur quinto ut procedat, etiam si litis cæptæ mentio non fieret per simplicitatem & ignorantiam: nam adhuc impetratum rescriptum erit surreptitium. ita docuit Baldus in cap. ultimo, ut lite pend. Felin. in cap. super literis, nume. 12. in fine, de rescrip. conferunt quæ supra dixi in casu præcedēti, numero 27. ubi dixi surreptionem per ignorantiam & simplicitatem uitare rescriptum, ut ius alterius lædatur.

12 Extēditur sextò ut procedat, etiam si deinde rescriptum concederetur cum clausula motus proprii, adhuc enim surreptitium erit. ita docuit Iason in l. 2. nume. 2. C. ut lite pend. Rui. conf. 80. in fine, lib. 5. Craue. responsio pro Republ. Sauiiani, num. 51. & Rolan. à Valle conf. 31. in fine, lib. 2.

13 Declaratur nunc primò ¶ relata iuris, & doctorum sententia non procedere, quando a reo, rescriptū fuit ea die impetratum, qua lis inchoata est: ita declarat Fel. in c. super literis, nu. 12. in fi. de rescrip. qui subiungit, nisi appareat, quod plena citatio impetrationē præcesserit. qđ probare excipientis erit. idem Fel. cap. cæterum, col. 2. uerf. limita quintò, de rescrip.

14 Declaratur secūdo, non procedere etiam quando iam diu lis est cæpta, & ab ea deinde longo temporis interuallo cessatum, ita ut liti renuntiatum uideatur: tunc impetratum rescriptum nulla illius litis mentione facta, non dicitur surreptitium: ita decidit Cassiodo. decif. 5. ut lite pend. quo tamen loci recenfer, pluribus rationibus apud Rotam dubitatum fuisse, & cum Cassiod. uisus est sentire Gomez. super regula Cancellarię de trienniali possessore. q. 61. uerf. quartº intellectus. & si quò ad casum suum ipse alia adferat.

15 Declaratur tertio non procedere, etiam si lis fuit pacta, & conuentione sopita: nam illius mentio habenda nõ est in rescripti impetratione, & p cōsequēs omifsa nõ reddi rescriptū surreptitiū. ita in specie respōdit Anch. conf. 16. col. 1. quē secutus est Crau. conf. 182. nu. 4. & conf. 293. numero 10. conferunt, quę infra subijciam de expressione transactionis, & pacti.

16 Declaratur quartò, nõ procedere, etiam si lis fuisset suspensa. ita in specie consuluit Cur. iun. cōf. 184. col. 2. quem secutus est Craue. d. conf. 182. nu. 5.

17 Declaratur quinto non procedere, etiam si lis est de possessione, & rescriptū super causa proprietatis impetratur: tunc necesse non est narrare litē super causa pos-

sa possessionis. id quod ea ratione uerū opinor, quia ¶ lis super possessione non efficit proprietatem esse litigiosam, cum unum nihil cōmune cum altero habeat. l. naturaliter. §. nihil commune. de acqui. possesi. atque ita declaratur ca. 1. & 2. ut lite pend. & clem. 1. eo. ut ita illā declarat Bal. & Bar. in l. 2. C. de litigi. ex tex. auth. litigiosa, eo. & Fabius d. §. nihil. commune. nu. 23. Cassiodo. decif. 4. ut lite pend. qui ob id decidit, Ordinarium non impediri providere de proprietate beneficij uacantis, & si super illius possessione lis pendeat. & plura similia congerit Ripa in d. §. nihil cōe. nu. 13. 14. 15. & Dec. conf. 483. nu. 10.

19 Declaratur sextò non procedere etiam in causa matrimoniali, in qua litis pendentia non reddit matrimonium litigiosum. ut docuit Bal. in l. Deo nobis, nu. 5. C. de Epif. & cler. & ob id Baldum secutus in specie nostra respondit Barba. conf. 46. col. 2. nu. 5. lib. 2. litist pendentia taciturnitatem in causa matrimoniali non uitare rescriptum. Verum ambigit, nec iniuria, Felin. in cap. cæterum, col. 2. uerf. limita tertio, de rescriptis, qui ait, & reuē, quòd licet in causa matrimoniali sententia non transeat in iudicatum, & ob id illius taciturnitatem non uitare rescriptum, eo quia, (ut infra dicemus) etiam lata sententia narratur, non tamen ob id negaret Princeps rescriptum, cum ex iuris communis dispositione fat sciat sententiam nihil tribuere, uel auferre. sed diuersum est in litis pendentia, cuius taciturnitas, inspecta iudicis persona, uitiat; nam ob id iudicis dignitatem lædit. Ego

21 ita Felini & aliorum opiniones conciliarem; Aut impetratum rescriptum lædit solum aduersariū, cōtra quem impetratur: & tunc quia ius partis non minus læditur ex litis pendentia, quam ex sententia; quę admodum taciturnitas sententię rescriptum non uitiat, ita nec taciturnitas litis. ita procedat Barba. & aliorum opinio. Aut rescriptum lædit iudicis dignitatem, ut quia ab eo causa auocatur, uel quid aliud simile impetratur, & tunc taciturnitas & surreptio hæc uitiat: ita procedat Felini opinio.

22 Declaratur septimò nõ procedere etiam tertius pro suo interesse impetrat rescriptū super re, de qua duo alij iā litigant; tunc is tertius necesse non habet narrare litē illorū litigantiū ita respondit Ruin. cōf. 61. no. 19. lib. 5. post Oldra. conf. 299. Quidam Hugo. simile est qđ uidetur decidere Thomas Fastoli dubio 64. commissionem non esse surreptitiā, si mentio non fiat pendentia litis super eadem re inter alios.

23 Declaratur octauò non procedere, quādo ¶ iudex, coram quo lis pendeat, pronuntiauit se iudicem incompetentem; tunc, quia lis amplius pendere nõ dicitur, illius taciturnitas non uitiat; ita interrogatus respondit Ancha. consilio 13. Viso processu, quem secutus est Felin. in cap. cæterum, colum. 2. uerf. limita secūdo, de rescriptis.

24 Declaratur nonò nõ procedere, etiam quando lata est sententia & ab ea appellatum, & iudex à quo, procedit, tunc si impetratur rescriptum, necesse nõ est narrare processum, quem fecit is iudex à quo. ita Abbas, Butr. Card. & Imol. in cap. dilectæ, de except. quos secutus est Felin. d. cap. cæterum, col. 2. uerf. limita quartò, de rescrip. qui ob id affirmant, nec etiā narrandā esse excōicationem ab illo iudice à quo, prolatam.

25 Declaratur decimò non procedere, etiam quando eidē

iudici, cui primò causa commissa est, rescriptum demandatur; tunc secundum hoc rescriptum ualeat, etiā non facta mentione processus. ita Gem. in cap. ex literis, de off. deleg. quem probauit Fel. in d. ca. cæterū, col. 2. uerf. limita sextò, de rescrip. in quam sententiā adducti sunt auctoritate Rotę decif. 4. de rescript. in antiquioribus. ubi decidit, quis dederat obiectus de excessu, & quia nõ expresserat excessus quantitatem, uel qualitatem, fuit exclusus. deinde fuit admittus ad probandum, iuxta capitulum ut circa, de elect. in 6. & licet in ipetratione rescripti subtraheretur lras duas sententias, attamen quia eidem iudici causa committitur, rescriptum non fuit pronuntiatum surreptitium. his addo Zabarellam conf. 69. Quoad primum dubium, col. 1. uerf. solutio ad primum dubium.

26 Declaratur undecimò nõ procedere, etiam causa in eodē statu, & gradu, quo erat corā primo iudice, cōmittitur secūdo; tunc nõ dicitur surreptitia cōmissio, et si specificè, & punctualiter processus agitatus coram primo iudice nõ narratur. ita decidit Rota decif. 5. d. rescrip. in antiquis. quam secutus est Fel. d. cap. cæterum, col. 3. uerf. limita septimò, de rescrip. qui intelligit atq; subdeclarat duobus modis, ut apud eū. illi addo Vantii tracta. nullitatū, titulo. Quibus modis sententia nulla reparatur, nu. 59. qui alios recenfer.

27 Declaratur duodecimò non procedere, etiam cum impetratur rescriptum subrogationis in lite, & iure: tunc licet taciturnitas pendentia litis uitiet rescriptum quò ad subrogationem in lite, non tamen uitiat quò ad subrogationem in iure. ita decidit Bellame. decif. 115. Falsa expressio, quem citare uoluit Fel. in d. cap. cæterum, col. 3. uerf. limita octauò.

28 Declaratur decimotertio non procedere, etiam quando non narratur futura etiam eiusdem materia super qua lis dependet; ita respondit Abbas conf. 18. In cā & quæstione, quem secutus est Fel. d. c. cæterū, col. 3. uerf. limita decimò, de rescriptis, ut puta, stante lite de fructib⁹ in absentia malè perceptis, ualeat ipetratio de percipiendis tacita litis pendentia sup iā collectis.

29 Secundo in impetratione etiam huius rescripti ad lites non solum ipsa litis pendentia ex citatione, sed & totus ipse processus & substantia est narranda. d. glo. c. super literis, & ibi clarè Bero. nu. 72. immo respondit Roma. conf. 326. In præfenti consultatione, colum. ult. & post eum Barba. conf. 46. col. 2. num. 4. lib. 2. & Deci. conf. 531. num. 20. non solum facti seriem, sed

etiam ipsius facti causam esse narrandam. quòd intelligit Ancha. consil. 16. quò ad articulos principales: nec enim singula & quauis leuia ipsius causę recēdenda sunt, & cum Ancharano sensit Barb. cōf. 20. col. 3. lib. 3. Huc spectat quòd in specie nostra respōdit Cassan. conf. 7. nu. 66. si impetratur rescriptum super lite exorta ex contractu iurato, illius iuramenti mentionem facere debet. atq; ita cōsuluisse Rom. scribit conf. 379. Circa primum, col. 3. Accedit, qđ si

causa est possessoria, narrandum esse quos possideat. ita respondit Soc sen. consil. 154. col. 2. in fi. lib. 2. & ante eum Bal. conf. 347. Quæro quidam nobiles, lib. 2. confert etiā quòd docuerunt omnes in c. inter monasterium, ubi Abb. nu. 4. 24. de re iud. & Fel. in cap. cæterum, col. 3. uerf. limita nono, de rescrip. non esse necessariam extrinsecam mentionem processus: sed sufficere cōmemoratiuam, id quòd iudicis arbitrio tribuunt,

tribuunt, nempe Hostien. & Abbas d. cap. inter monasterium. num. 24. sunt etiam qualitates ipsius processus, & causae recendae: ita respondit Deci. cons. 69. s. nu. 29. Soc. iun. cons. 77. nu. 88. lib. 1. qui respondit in impetratione privilegij ex causa, de qua re in sequenti casu. Procedit etiam relata doctrina, cum in causa proceditur summarie, de plano &c. ita decidit Bellam. decis. 338. solet tamen hodie in rescriptis apponi notabilis illa clausula, statum, & merita causa pro sufficienter expressis, quae operari solet, ut rescriptum non uideatur, si aliqua ex processu narranda, narrata non fuerunt; quia illa clausula habet uim specificae narrationis, ita docuit Ang. l. oes. C. de quadr. praescrip. Butr. cons. 2. late Rebuffus in concordatis, in forma mandati, in uerbo, pro expressis habentes, & in praxi beneficiorum titu. De subrogationibus, numero 12. Vantius tract. nullitatum, titu. Quibus modis sententia nulla repare. nu. 59. & Io. de Selua tracta. de beneficio, parte 3. q. 14. numero 13. 14. auctoritate Rotae decis. 20. de rescript. in nouis, ubi apostilla. Octavianus Vestrius in sua praxi libro 3. cap. 9. nu. 8. qui subiicit clausulam hanc nihil operari, cum causa iam erat instructa, quoniam ex stylo solet in rescriptis auocatoriis causarum apponi altera clausula, dummodo causa non sit instructa. & eo loci aliqua iudicis arbitrio tribuit.

34 Tertiò narrandum est, coram quo lis pendet, an coram ecclesiastico, uel temporali iudice, ordinario uel delegato: ita sensit glossa in capitulo prudentia. §. sexta. de off. deleg. & ibi Abbas numero 5. Barba. consilio 20. colum. 3. cons. 46. colu. 2. libro. 3. Fel. in cap. super literis, numero 12. de rescript. qui post Rotam decis. 14. de rescript. in antiquis, & Thomam Fastolum dubio 64. Eodem die, scribit, non ualere commissionem specialem factam in curia, non facta mentione quòd lis alibi pendebat. Hinc decidit Bellame. decis. 46. Excep. rescriptum committens causam Auditori in curia esse surreptitium, si non est narratum, litè pendere in partibus coram domino temporali, etià si impetrans alias esset persona privilegiata, ut miserabilis, uel uidua. Et hoc in casu cum impetratur causam alibi committi, exprimi atque narrari debet iusta causa; ut puta, iudice coram quo lis pendet, negligentè esse, uel expresse negasse iustitiam administrare. ita Bal. l. 2. in si. C. ut lite pendens. qd uerum esse intellexit Felinus d. c. super literis, nu. 12. uers. de iure ciuili. de rescript. quoad iuris ciuili, non autè iuris canonici constitutiones. Confert qd decidit Rota decisione 61. de rescriptis in antiquis, quòd quis petit alteri quam ordinario causam committi, ut puta quòd in curia committatur, iustam commissionis causam narrare, ut si diceret timere quòd ab ordinario iustitiam non consequetur, suamque hanc assertionem suo iuramento confirmabit. Hoc tanti erit effectus, ut aduersus illud nulla recipietur contraria aduersarij probatio: quam sententiam probauit etiam Octavianus Vestrius in sua praxi libro 3. capitulo 9. numero. 4. & si eo loci in additionibus numero 13. dissentire uideatur eruditus Grauius. Non absimile est, quòd decidit Bellamera decisione 9. Commissio gratiosa, cum impetratur rescriptum ad examinandos testes & probationes faciendas extra locum litis, & causam, narranda est iusta causa, ut puta, quòd in ciuitate, &

loco litis testes ij examinari non possunt; & de ueritate allegatae causae constare debet: si ergo in loco litis haberi testes & recipi probationes possunt, & non exprimitur hoc in precibus, rescriptum erit surreptitium. Est ratio, quia calumniosè petere uideretur: & si Princeps sciisset in loco litis probationes fieri potuisse, uerè rescriptum non dedisset, quia uideretur impetratum ad detrimentum aduersarij; ut maioribus laboribus & impensis fatigaretur. inest etiam suspicio, ne hic impetrans uelit testes examinandos corrumpere. hanc iuris cois sententiam insecuta est noua constitutio Pedemontium, titulo Delle esaminazioni. §. 1. què tunc demum uoluit, testes extra locum litis posse examinari cum abfint, & ad locum illum litis duci non possunt, de cuius causa ueritate constare debet, uel iuramento impetrantis, uel alia probatione, ut iudici aptius ac melius uidebitur.

39 Quartò in impetratione rescripti ad lites conditio personae privilegiatae, contra quam rescriptum impetratur, narranda est: ut puta, si est persona miserabilis, ita scriptum reliquit Io. Staphileus tracta. de literis gratiae & iustitiae. §. post hac. numero 15. post Inno. in capitu. significantibus, de off. delega. idem si est scholaris contra quem impetratur rescriptum: ita affirmavit Rebuffus tract. de privilegijs scholarium. privilegio 91. Quorum doctrina procedit, quando privilegium harum personarum respicit exceptionem dilatoriam, uel fortè daret formam rescriptis impetratis; tunc enim haec rescripta surreptitia sunt, nisi faciant mentionem dicti privilegij; secus cum privilegium respicit merita causa: tunc necesse non est in impetratione illud narrare. Ratio est, quia nullum privilegium prauiudicium adfertur, cum possit de suo privilegio in meritis causae excipere. ita declarando doctrinam similem Inno. in cap. cum ordinem, de rescript. censuit Rebuffus in praxi beneficiorum, titulo differentiae inter rescripta gratiae & iustitiae. nu. 22. & conferunt quae paulo infra dicam.

40 Quintò si in causa & lite pendente fuit conclusum in causa, atque ita nil amplius super sit quam ferre sententiam, in ipsius rescripti impetratione narranda est haec conclusio in causa, ita docuit Feli. in cap. super literis, nu. 12. in fin. uers. & ulterius amplia. de rescript. qui subiugit ex regula Cancellariæ 36. esse hoc distinctum: cum per eam ordinatum sit expressè & clarè, huius conclusionis faciendam esse mentionem.

41 Idem constitutum fuit in Dominio Mediolani ex nouis constitutionibus sub rubr. de rescriptis. §. intima. ta. est enim constitutum quòd si peremptoria transmissa citatione impetretur rescriptum, nulla citationis mentione facta, illud rescriptum nihil operatur, ut iudex supersedat. etiam si supersederi rescriptum sit. Cuius constitutionis ratio uideretur, quoniam is impetrans calumniosè ad litem protelandam impetrare creditur. temperat tamen hoc illa constitutio, nisi causa sit inappellabilis, uel sit sententia executioni mitteda. Ratio tunc est propter prauiudicium irreparabile, qd quidem impetrati ob hanc taciturnitatem inferri non debet, si tamen (inquit constitutio) his etiam casibus duae citationes peremptoriae transmissae sunt, & earum mentio non fiat, iudex rescripto parere non debet. Ratio forte esse uideretur, quoniam magna contumacia cum surreptionis uitio concurrat.

Sextò,

42 Sextò, si lata fuit sententia in causa, illius mentio facienda est in huius rescripti interpretatione: ita docuit g. in cap. super literis, in uerbo literas, de rescript. quae in argumentum citat cap. inter dilectos, de fide instr. & l. ult. C. sent. rescindi non posse. nec est qui ab ea dissentiat, non erit tamen commissa surreptio, si in nomine iudicis erratum fuit: ita respondit Bal. cons. 341. Proposito statuto, lib. 5. ubi respondit, quòd si la est sententia ex consilio Sempronij Doctoris, & de inde nomine alterius expresso impetratum est rescriptum, non redditur illud surreptitium.

43 Septimò si à ià lata fuit sententia appellatum fuit, appellationis mentio facienda est, alias impetratum rescriptum erit surreptitium, cap. ex parte, l. 2. de rescript. ibi oes. cap. bonae, de confirm. utili uel inutil. Bero. ca. super literis, n. 72. uers. sextò debet, de rescript. immo si appellatum ex iusta causa fuit illis casibus, quibus regulariter fuit appellatio non conceditur, ut puta ab executore, etiam iusta illa appellandi causa narranda est: ita docuit Abbas in cap. ad nostram, in fine de appella. quem secutus est Feli. in d. c. super literis, num. 4. uers. primò, & num. 17. de rescript. qui plura his similia congescit.

46 Octauò, si lata sententia in iudicatum pertransiuit, rei iudicatae oino facienda est mentio: alias impetratum rescriptum surreptitium erit, capitulo exposita, ubi glossa & Docto. de arbitr. Fel. in cap. super literis, num. 14. & ibi Bero. nu. 72. de rescript. alios recenter Craue. cons. 79. nu. 2. quamquam illi ab eo relati in specie hac non loquantur. His addo Barb. cons. 46. col. 2. lib. 2. & cons. 20. col. 3. lib. 3. & Neuzanus cons. 39. nu. 13. Ratio est, quia res iudicata pro ueritate habetur, quam suo rescripto euertere princeps uelle non creditur, l. causas. C. de transact.

Extenditur primo, ut procedat, etiam si in ipso rescripto apposita deinde fuerit clausula derogatoria non obstante sententia lata: nam ex hoc narratum non dicitur, sententiam in iudicatum pertransiuisse, ita Feli. in d. c. super literis, nu. 14. uers. amplia, post Alex. cons. 94. nume. 2. lib. 2. & si corruptè ab eo referatur. Accedit, quòd fuit clausula hac derogatoria restituitur ad specificata tantum, ut in his ferè terminis respondit Craue. cons. 68. num. 6. at specificatum est solum latam esse sententiam, quae cum à re iudicata differat, ut scribunt omnes in rubr. ff. de re iud. sequitur, illam clausulam ad eam restringi. Immo esse affirmant relati Alex. & Feli. quando in impetratione facta fuisset mentio executionis sententiae, quia non sequitur, sententia exequuta fuit, ergo in iudicatum pertransiuit; quoniam de facto pertransire potuit, idem sensit ipsemet Alex. cons. 136. nume. 4. lib. 2. & pulchrè Ruin. consil. 104. numero 13. li. 5. Dissentire tamen à relata sententia ut Craue. cons. 79. nu. 8. qui inquit, uerum fuit surreptionis cessare, cum praesumptiuè aliquid exprimitur, qd respondisse Soc. sen. cons. 188. ad fin. lib. 2. ait, sed uerè Socinus alio in casu dissimili loquitur. Subiugit etià Crauetta ex sententia Cornèi cons. 201. nu. 14. lib. 2. ad tollendam surreptionem sufficere scientiam concedentis in genere, idem rñdit ex auctoritate Castr. & Decij Alciatus respon. 379. num. 50. sed uerè Decius & Castr. hac de re ne uerbum quidem, & hec opinio refragari magis recepta Doctorum opinioni; nam inter ceteros docuit Ancha,

in c. no pot. de praeb. in 6. q. qñ cum in habili dispensatur, det fieri mentio in specie inhabilitatis, nec generalis sufficeret. idem cum illo sensit Rebuffus in commentarijs ad Regias constitutiones tomo 2. tract. De restitutionibus, glo. 1. nu. 11. ubi & alia similia recenset. dissentit tamen Ruin. cons. 82. nu. 7. lib. 3.

51 Declaratur primò, non procedere in fuit sententia lata illis in causis, quarum privilegio non transit in iudicatum: quemadmodum in causis matrimonialibus, nam tunc in impetratione rescripti, non est necesse exprimere latam sententiam & ab ea appellatum non fuisse, ita declarat in specie Feli. in cap. super literis, nu. 16. de rescript. post Lapum alleg. 89. col. 2. idem rñdit Barba. cons. 46. col. 2. nu. 5. lib. 2.

52 Declaratur secundò non procedere, cum ob nullitatem sententiae non transit in iudicatum; tunc ne illius sententiae, a qua reclamatum non fuit, necesse non est mentionem habere in rescripti impetratione. ita in specie nostra respondit Alex. cons. 95. in fine, lib. 2. quem citare uoluit Feli. in cap. super literis, num. 15. & in cap. ex tenore, num. 2. de rescript. idem respondit Cassan. cons. 7. numero 68. Accedit etiam quòd respondit Ruinus cons. 8. nume. 2. lib. 4. Sed hanc declarationem intelligo nisi tres adsint sententiae conformes: ita Gemina. cons. 120. colu. 2. ubi inquit qd etiam si nullitas adsit in tribus sententijs conformiter latis, illas tamen esse exequendas, cum appellationi locus non sit. clem. ut calumnijs, de re iud. quòd subdeclaro, nisi sit euidenter nulla; nam tunc cessat rō illius clementiae. ita Ruin. cons. 131. in fi. lib. 4. & cons. 27. nu. 5. lib. 5. uel si una sententia sit alterius reformatoria, Soc. iun. cons. 45. num. 20. lib. 1. quando autem sententiae conformes dicantur, explicat egregiè Craue. cons. 183. & Didacus libro Pract. quæst. cap. 25. nu. 6.

53 Declaratur tertio non procedere quando ipsi rei iudicatae ex aliquo actu contrario ab eo, qui eam obtinuit, renuntiatum esset. ita in specie hac respondit Craue. cons. 79. col. pen. uers. secundo respondeo.

54 Declaratur quarto non procedere in casu deciso à Rota decis. 4. de rescript. in antiquioribus. Dederat qd obiectus de excessu, uerum quia excessus quantitate non expresserat, per duas sententias fuit exclusus; deinde fuit admissus suis precibus ad probandum, iuxta cap. ut circa, de elect. in 6. & licet in impetratione rescripti subtraheret latas sententias, at tamen impetratio non fuit iudicata surreptitia, cum eidem iudici causa commissa fuerit, quae declarationem supra etiam retulimus.

55 Nonò, si causa uel laudo arbitri, uel transactione determinata est, & impetratur rescriptum, in illius impetratione narranda illa sunt, alioqui surreptitium iudicabitur; ita in laudo prolato responderunt Bald. cons. 359. Proponitur qd inter agnatos, col. 2. uers. item considera. lib. 1. & Soc. sen. consil. 164. col. 2. lib. 2. ita etiam de transactione & facto censuit glo. in c. super literis, in uerbo, literas, ibi, item si tacuit pactum, de rescript. & in capitu, ex multiplici, in uerbo intentionis, de decimis. Bald. consil. 345. Ad euidentiam, coi. j. & cons. 347. Quidam nobiles, lib. 1. Soc. senior. consilio 273. propè finem, lib. 2. Narrat cons. 368. nume. 3. lib. 2.

56 Declaratur primo non procedere, quando fuit illa transactio.

transactio nel laudum defectu alicuius essent nulla: tunc eorum non est faciendā mētio: quoniam quod nullum est, nullum præstat impedimentum, cap. non præstat, de reg. iuris in 6. id quod in specie nostra respōdit Soci. sen. consil. 169. col. 2. uers. prima ratio est, lib. 2. qui similem doctrinam attulit ex glo. in cap. cū nostris, de concess. præb. & cap. suggestum, de iure patro. idem respondit Neuiz. cōsil. 36. nu. 16. & latē alia his similia referam in fine huius nostri casus.

57 Declaratur secundò, non procedere in transactio ne elidibili per exceptionē: ita Soc. d. consil. 169. col. 2. uers. quinimo si fuisset. lib. 2. ex glo. in ca. ex tenore, de rescrip. & auctoritate Rotæ dec. 63. de rescrip. ac etiam Abbatis in capit. cum nostris, & ibi glosa de concess. præben. simile dixit Felinus in c. 1. nu. 13. 58 de rescrip. in priuilegio per exceptionem elidibili, cuius mentio faciendā nō est in impetratione rescripti illi contrarij.

59 Declaratur tertio, non procedere quando rescriptum impetratum contineret idem, quod ipsa transactio. quemadmodum consuluit idem Soc. sen. consil. 169. col. 2. uers. secunda ratio. lib. 2. illa est præcipua ratio, quæ cum iudex & superior nil magis exoptet, quā partium concordiam. l. 1. §. & post operis, de operis no. nunt. l. si conuenerit, de re iud. facilius concessisset rescriptum Princeps si sciisset nil aliud peti, quā quod transactio eis placuit. omiſſa ergo transactio nis narratio non uiciat, ut omnes affirmant in d. ca. su per literis, de rescrip.

60 Declaratur quarto non procedere quando suppri meretur transactio illa, quæ solum pareret exceptio nem peremptoriam, atque ita quæ solum obijcienda uenit ad merita causæ: tūc in impetratione rescripti narranda illa omniſſio non est. ita in specie nostra respōdit Soc. sen. d. consil. 169. col. 3. uers. tertia ratio. lib. 2. ex tex. cap. 1. §. ult. de litis contesta. in 6. & ibi il lud ad rem hanc annotauit Ancha. col. 2. uers. quin tō collige. qui eam attulit rationem, quia actor nō te netur exprimere i suo libello sui aduersarij exceptio nes, minus in ipso rescripto, qd libelli uim obtinet. Verum oritur difficultas ex eo, quod laudum arbitri uel arbitratoris transactio aequiparatur, in auth. ut differen. iud. post principium, & in his terminis scribit Ancha. d. cap. 1. col. 3. uers. idem sentio in lau do, at laudum parit exceptionem peremptoriam, ut eo loci Ancharanus tradit, & tamen supra ex Socin. sen. consilio. 164. col. 1. lib. 2. diximus, in rescripti im petratione laudum esse narrandum. Ego (ut iam atti gi) considero quod hæ exceptiones aliquando oppo ni possunt in uim exceptionis dilatorie ad impediē dum processum: aliquando in uim exceptionis per emptorie ad perimēdam actionem & merita causæ, ut declarat idem Ancha. in d. c. 1. col. 1. uers. quarto nota. de litis cōtest. in 6. si ergo pendente processu & lite transactum est, & impetretur rescriptum, nulla facta mentione transactionis, rescriptum erit ualidū, & salua erit transactio exceptio in illius litis pro secutione: quoniam tunc in uim dilatorie opponi non potest; & impetrans non tenetur facere men tionem exceptionis suo aduersario competentis. idē est dicendum in laudo arbitratoris, modo eadem lis continuet. ita procedat d. c. 1. de litis contesta. in 6. & responsum Soci. d. consil. 164. quæ confirmantur ex

his quæ paulo ante huius nostri casus dixi post Rebus sum in praxi Beneficiorum, titulo Differentie inter rescripta gratia & iustitia. num. 2. consert etiam qd scribit idem Rebuffus in cōmentarijs ad Regias con stitutiones, tomo secundo, titulo De rescriptis, in præ fationibus, num. 107. dum ait, rescriptum non faci ens mētionem priuilegij, quod merita cæ respicit, non esse surreptitiū. Si uero per laudū & transactio nem lis iam est perempta, & unus contendētium im petrat nouum rescriptum, ut nouam causam & litē inchoet; tunc transactio nis & laudi faciendā est men tio, cum hoc in casu exceptio in uim dilatorie oppo ni possit, & tunc procedunt contraria ex d. ca. ex mul tiplici, de decimis. idem est dicendum in sententia iu dicis ordinarij, cum per eam instantia perimatur.

62 Decimo & nunc ultimo, si in ipsa causa, quauis in parte, aliud rescriptum fuit impetratum, illius mē tio faciendā est in huius secundi impetratione. capi tul. ceterum. ubi Fel. nu. 2. de rescript. quæ sanē consti tutio loquitur, cum unus litigantium primum rescri ptum obtinuit, & deinde eius aduersarius aliud res criptum impetrat: nam secundus hic impetrator de bet narrare primum illud rescriptum suo aduersario concessum. Rō est, inquit Felinus, quia per impetra tionem secundi rescripti uidetur inferri iniuria pri mo iudici dato. l. litigatores. ff. de arbit.

63 Eadem ratione dicendum est, cum primum rescri ptum communi consensu fuit impetratum: nam adhuc illius mentio faciendā est: immo narrandus est mutuus ille consensus, id quod sensit Decius in d. ca. ceterum. nu. 3. prop. medium ex illo textu. quo etiā motus respondit Soc. sen. consil. 164. col. 2. uers. con firmatur. lib. 2. priuilegium concessum non facta mē tione contrarij actus facti partium consensu, redde re priuilegium surreptitiū.

64 Extenditur primò ut procedat, etiam si rescriptū primum fuit impetratum ab ipso impetrante secun dum: nam adhuc illud primum exprimere atq; nar rare debet. ita sentiunt Doctores in d. ca. ceterum. Illa est ratio, quia fortē princeps concedens, cognito iam concessisse aliud rescriptum nouum, non conce det, sed diceret, sufficiat tibi gratia prima, iuxta c. 2. d. si ijs præby. & hanc iuris sententiam clarē insecuta

65 est constitutio noua Mediolanensis, rubr. De rescri ptis. §. quicumque. quæ expresse constituit esse pri mum hoc rescriptum narrandum.

66 Extenditur secundò, ut etiam procedat in causa appellationis, ita docuit post Imolam Decius in cap. ceterum. numero 2. de rescrip. Rebuffus in commen tarijs ad Regias constitutiones, tomo secundo, titulo De rescriptis, in præfationibus, nu. 88. Et hoc est regu lare, ut idem sit statuendum in causa appellationis, quod in principali. l. prima, ubi Ange. ff. an per aliū cau. appel. Decius in capitu. cum te, primo notab. de off. delega. quod ego intelligo siue modo primum rescriptum fuerit impetratum in ipsa prima causā in stantia, siue in secūda: quoniam quoad effectum una

67 est causa. quibus declaratur relata constitutio Me diolani. d. §. quicumque. in illis uerbis, quicum que in medio, uel alia parte litis. licet enim hæc uer ba referri uideantur ad unam litem solam, hoc est, ad unam instantiam, dum inquit in medio, quod est duorum extremorum unius actus, attamen debent intelligi

intelligi de medio litis, hoc est totius causæ in substā tia, non ratione solius processus.

68 Extenditur tertio ut procedat, etiam in impetra tione secundi rescripti; quod tendit ad agendam, uel confirmandam, conseruandam uel concessionem pri mam: nam adhuc illius primi faciendā est mentio, alioqui surreptitia erit. ita respondit Soc. sen. consil. 169. col. 3. uers. circa secundam difficultatem, lib. 2. Gemm. consil. 128. Super præmissis dubio. col. 3. uer. ad ultimum rñderet, & quamquam loquantur de re scripto gratia, attamen eorum doctrina intelligi et potest de rescripto ad lites, & præsertim Soc. quia ci tado Dom. Gem. c. si apostolica, de præb. in 6. inquit, quod in omnibus literis, per quas ius antiquum augetur uel conseruatur, primæ gratia faciendā est mentio. Accedit, quod ex latere concedentis omne rescriptū gratiam continet, & hæc erit notabilis extensio ad relatam constitutionem. d. §. quicumque.

Extenditur quarto ut procedat, etiam quoad no tabiles & clausulas ipsius rescripti primi, quas in im petratione secundi narrare debet: ita docuit Fel. cap. ceterum. nu. 4. uers. extensio quarta, & ibi Dec. nu. 2. uers. & ista ratione, quæ exempla afferunt de clau sula appellacione remota, de clausula anteferri. idem 71 Dec. consil. 460. nu. 15. qui idem respondit de clausu la reseruata recuperationis; & de his similibus dicē dum est. & quæ clausula sit hac in re dicenda notabi lis, & iudicis arbitrio relinquatur, ut præcitato loco Fel. adnotauit, & in specie illum secutus est Rebuffus in commentarijs ad constitutiones Regias tomo se cundo, titulo De rescriptis, in præfationibus. nu. 93. 73 Et hæc est egregia extensio ad relatam & constitutio nem Mediolani. d. §. quicumque. qui cum solum lo quatur, in genere de ipso rescripto, intelligi etiam debet de notabili ipsius rescripti clausula.

Declaratur nunc primo relata doctrina, ut locum 74 sibi non uendicer, quando primum rescriptū unius impetrantis fuit generale, sicut uero ab altero aduersa rio obtētū speciale fuit: tunc in impetratione huius scđi necesse nō fuit exprimere primū. ita docuit Feli. d. c. ceterum. nu. 8. de rescrip. illi addo Gem. consil. 107. in fi. Rebuffum in iā relatis præfationibus. nu. 104. atq; ita declaranda erit relata Mediolanensis cōstitutio.

75 Declaratur secundò non procedere, quando si rescriptum fuit concessum motu proprio: ita Feli. d. cap. ceterum. nu. 9. Est ratio, quia motus proprius surreptionem tollit. inquit tamē Felinus, quod licet non possit dici hoc rescriptum surreptitiū; pōt tamē obijci non esse de intentione concedentis, & ita relata constitutio Mediolani declaratur.

76 Declaratur tertio non procedere, quando si primū rescriptum fuit ab impetrante ultra annum occultatum; tunc si aduersarius occultatis aliud impetrauit, necesse non hēt narrare rescriptū illud primū sui ad uersarij: ita probat c. si autem. & cap. plerumque, de rescrip. & utroque loco notat Feli. post Abbate & ce teros idē Fel. in cap. ceterum, nu. 9. uers. ultima restri ctio. de rescrip. ex quo. n. is primus impetrans neglexit, uel in sua negligentia pōnam, uel quia præsumi tur eo uti nolle, rescriptum annullatur. sed hæc iure Pontificio procedunt; de iure autē ciuili contrariū di cendū est: quā eo iure rescripta hæc iustitiæ perpetua 77 sunt. ff. l. falso, ubi oēs. C. de diuer. rescript. cuius quidē

constitutionis duo sunt sensus, quos recenset Rebus fus in commentarijs ad constitutiones Regias, tomo secundo, titulo De rescriptis, in præfatione quarta.

Primus est, quod illa uerba; cum ea, quæ ad ius rescribuntur, perennia esse debeant, intelligantur de re scriptis concedentibus ius parti, & ius partium respi cientibus: ut si Princeps concedat quod quis conueniatur coram Rectore, iuxta auth. habita. C. ne filius pro patre, quia decet Principis beneficium esse man surum. cap. beneficium, de reg. iuris in 6. Nec debet (inquit Rebuffus) intelligi d. l. falso, in alijs rescriptis iustitiæ, quæ comprobatione iudicis indigent: quia illa ferē anno pereunt, si dolo & negligentia impe petrans usus est, d. cap. plerumque.

Secundus est sensus, ut prænarrata uerba: cum ea quæ ad ius rescribuntur, exponantur, id est, quæ ad iu ris obseruationem, uel elucidationem rescribuntur. illa. n. sunt perpetua, sicut & ius, l. 2. ff. de ijs q sunt sui uel alie. iuris. l. Diuus. ff. de re iud. atq; ita non obsta bit (inquit Rebuffus) cap. si autem, de rescript. Abbas cap. olim. num. 7. de uerb. sign. Dec. consil. 147. col. 1. Ego priorem sensum nunc sequor. & ex illo infero declarationē ad constitutionē Mediolani sub Rubr. De rescriptis, cap. si quis preces, ut nō pcedat, quā ad uersarius intra annū rescripto impetrato usus nō ē. 78 Declaratur quarto non procedere, & quando pri mus iudex datus ex rescripto causam remittit, utpo tē quod in ea procedere non potest: tunc impetrans secundum, non tenetur narrare illud primum. ita de clarat Fel. d. c. ceterum. nu. 5. in fine, uers. tertia restri ctio, post Bellame. decil. 599. Si delegatus.

79 Declaratur quinto non procedere, quādo si rescri ptum secundū impetratur quidem super eadem ma teria, sed in causa diuersa tractanda. ita post multos Feli. d. c. ceterum. num. 7. de rescrip. & ibi Decius nu me. 2. uers. secundò habet, qui inquit, aliam causam esse, cum lata sententia in una nō parit exceptionem in altera: iuxta l. cum quaeritur. ff. de except. rei iud. & 80 ita declarat relata cōstitutio Mediolani rubr. De rescriptis. §. quicumque. præsertim in illis uerbis, quæ ad causam facere uidebantur; intelligantur enim de eadem causa, non autem de diuersa, etiam si super ea dem materia sit.

81 Declaratur sexto non procedere, quando si illud primum rescriptum ob aliquod uirium esset nullū: tunc illius mentio habenda non est in impetratione secundi: ita respondit Barb. consilio 42. colu. penul. & consilio 64. colum. 2. lib. 3. idem affirmarunt Feli. in capitu. ex tenore. numero 2. 3. & ibi Decius nume 5. de rescrip. Neuiza. consil. 36. numero 16. addo Ro tam decisi. 11. de rescrip. in antiquioribus. & Rebus sum in commentarijs ad Regias constitutiones, to mo secundo, titulo De rescriptis, in præfationibus. numero 95. quam quidem declarationem multis similibus confirmauit Felinus præcitato in loco. Hæc tamen declaratio intelligitur, quando primum rescriptum nullum fuit impetratum ab uno ex ad uersarijs, & secundum ab altero: secus si utrumque ab uno solo impetratur; quoniam tunc in impetra tione secundi est narrandum primum. ita respondit Gemin. consil. 141. Casus talis est, Vacauit. col. 3. uers. in contrariū, qui loquitur in rescripto gratia: sed ex eius rationibus rectē idem est dicendum in rescripto iusti-

- 82 iustitie. Et hec est egregia declaratio ad relatā t̄ constitutionem Mediolani d. s. quicumque.
- S V M M A R I V M.
- 1 Iudicis arbitrio relinquuntur qualitates narranda in impetratione privilegiorū, ne surreptitiā reddantur.
- 2 Legitimitas cum impetratur, qualitas filij legitimādi narranda est.
- 3 Legitimitas quando impetratur, qualitates legitimādi sunt in specie & clarē narrandę.
- 4 Qualitates exprimēda in ipetratione legitimātionis.
- 5 Legitimitatē impetrās narrare debet, si quos habet filios legitimōs.
- 6 Legitimationem qui semel impetravit, si eam non obtinuit, illius mentionem facere debet in secunda impetratione.
- 7 Legitimitas dum impetratur, qualitas matris legitimādi narranda est.
- 8 Legitimitas cum impetratur, narrandum est statutū, quo masculi per feminas excluduntur.
- 9 Legitimitas cum impetratur, narrandum est statutū, quo illegitimi succedere prohibentur.
- 10 Legitimationem impetrans narrare debet prohibitionem a testatore factam, ne illegitimi succedant.
- 11 Legitimitas ad feuda quando succedat.
- 12 Dispensatio super matrimonio cum impetratur, quę qualitates sint narrandę, ne surreptitiā sit dispensatio.
- 13 Dispensationes difficilius concedi ubi plura obstant.
- 14 Saluum conductum impetrans ne a debitoribus molestetur, quid narrare debeat.
- 15 Constitutio nova Mediolani sub rubr. De saluis conductibus, declaratur, non habere locū in debito iurato.
- 16 Saluum conductum impetrans pro debito, non defenditur cum debium est publicum.
- 17 Constitutio nova Mediolani sub rubr. De saluis conductibus, ibi, cuius vis debiti privati, declaratur.
- 18 Saluum conductus concedi non solēt debitoribus ex causa locationis.
- 19 Constitutio nova Mediolani sub rubr. De saluis conductibus. s. huius tamen, declaratur.
- 20 Saluum conductum impetrans narrare debet debitum esse ecclesiasticum, alias est surreptitium.
- 21 Constitutio nova Mediolani sub rubri. De saluis conductibus, non habet locum in debito ecclesiastico.
- 22 Debitor pupilli si impetrat saluum conductum, narrare debet debitum esse pupillare.
- 23 Constitutionem novam Mediolani sub rubr. De saluis conductibus, locum habere etiā pro debito pupillari.
- 24 Saluum conductum impetrans narrare debet quo tempore causatum est debitum.
- 25 Constitutiones Mediolani sub rubr. De saluis conductibus, non impedire mercatorem uendicantē suas merces apud debitorem adhuc existentes.
- 26 Saluum conductus pro debitore principali impetratus, fideiussoribus non prodest.
- 27 Constitutiones Mediolani sub rubr. De saluis conductibus. s. huius autē, an fideiussores debitorum adiuvēt.
- 28 Saluum conductum impetrans debet narrare primum iam obtentum.
- 29 Debitor saluum conductum impetrans lite iam contractam, litem pendentiam narrare debet.
- 30 Gratiam impetrans a pena criminis, qualitatem criminis narrare debet.
- 31 Gratiam impetrans a pena homicidij animo deliberat

- to perpetrati, qualitatem illam narrare debet.
- 32 Gratiam & indulgentiam secundam impetrans prima mentionem facere debet.
- 33 Dispensationem si petat clericus, aliarum iam obtentorum mentionem facere debet.
- 34 Privilegium secundum maioritatem petens, primum obtentum exprimere debet.
- 35 Privilegium secundum impetrans debet narrare primum cum suis qualitatibus.
- 36 Prelatus impetrans privilegium testandi de bonis ecclesie usque, ad certam summam debet narrare statutum ecclesie, ei concedens testari usque ad centum.

CASVS CCIII.

QUALITATES QUÆ NARRANDÆ sunt in impetratione legitimātionis filij, dispensationis matrimonij, saluum conductus debitoris, ac gratiæ a pena perpetrati criminis; copiosē & dilucidē enarratum atque explicatum.

Expōsumus in duobus iam relatis casibus, quę sunt illę qualitates, quarum taciturnitate vitiantur rescripta gratiæ & iustitię. dicendū est nunc hoc loco, quę sint, quę vitiant privilegia legitimātionum, dispensationum, & his similia, tam quoad spirituales quę temporales Principes; eritque casus hic miscellaneorum. In his etenim qualitatibus versari iudicis arbitrium credimus: nam in impetratione legitimātionis, ita in specie censuit Soc. iun. consil. 95. nu. 71. lib. 3. Primo itaque loco cum filij illegitimi impetratur legitimatio, qualitas ipsius natiuitatis filij, an. s. sit simpliciter naturalis, uel spurius, uel incestuosus exprimenda est. alioqui legitimātionis concessio & privilegium surreptitium redditur. ita in specie rēdit Parisi. consil. 15. nu. 55. lib. 2. ubi latissimē declarat, quā adest clausula motus proprii, & has qualitates illegitimitatis in specie exprimendas esse, atque ita nō sufficere si in genere narrentur, affirmarunt Bald. in l. eā quā, col. 12. C. de fidicom. Alex. consil. 195. num. 56. lib. 2. Fel. c. postulasti, nu. 2. ubi latē declarat, de rescript. Iaf. consil. 11. col. 1. uers. tertio d. lib. 3. Soc. sen. cōf. 47. nu. 26. & nu. 40. lib. 4. Dec. consil. 579. nu. 4. Soc. iun. consil. 99. nu. 38. lib. 2. Marf. sing. 492. Ripa. l. ex facto. §. si quis rogatus. nu. 3. ad trebell. & Rolan. a Valle cōf. 89. nu. 40. lib. 1. his accedit Ant. Rosellus tracta. De legitimātionem, rubr. De causa formali legitimātionis. ubi recenset qualitates, quibus suppressis legitimatio surreptitiā redditur. & inquit opus esse narrare, quod concubinā, quā tunc retinebat, & e qua legitimandū suscepit, non pōt in uxore ducere, iusta impediēte cā. Præterea, si alios habet filios, eorum mentionem facere debet. quod præsertim tunc procedit, cum magnus extat filiorum legitimorum numerus; ita respōderunt Buttr. consil. 2. & consil. 49. Cur. sen. cōf. 19. uers. capio tertium. & consil. 74. col. 32. uers. non d. impugnari. Didacus lib. 1. Varia. resol. c. ult. in filia requisita recenset Ludonicus de Sardis tract. De naturalibus liberis. sub rubr. Requisita in legitimātionem impetranda, & ibi. nu. 19. ex tex. §. is uero qui. in authent. quib. mod. natur. eff. legit. inquit quinque requiri, cum filius illegitimus mortuo patre a Principe legitimari impetrat. Præterea, si semel requisierit legitimari, & non

- 6 & non obtinuerit, & iterato eam petat; illius primę mentionem facere debet, ita in specie respondit Ruin. consil. 99. in fil. lib. 3. idem senserunt in hac specie Curt. iun. consil. 27. in fil. & ante eum Cur. sen. cōf. fil. 8. Eleganter & subtiliter. col. 3. uers. quarto & ult. quod sanē responsum fuit Bartholomæi Socini ut inter illius consilia relatum est, consil. 246. lib. 2. quod uno uerbo probauit Ruin. consil. 37. nu. 4. li. j. & consil. 82. nu. 13. li. 3. ubi latē comprobat. idē Ruinus consil. 66. nu. 27. in fil. lib. 3. inquit esse et narrandam qualitatem matris filij legitimādi, an esset uilis uel nobilis.
- 8 Præterea in legitimātionis impetratione faciendā est mentio statuti, quo fœminę per masculos excluduntur, ita Gozad. consil. 6. & consil. 26. nu. 5. Illa est rō, quia dum fœminę excludendę ueniunt, de eorum præiudicio agitur, quod quidem præiudicium si Principi cognitum fuisset, legitimātionem non concessisset. idem Goza. d. consil. 48. nu. 9. respondit, in his legitimātionibus esse faciendam mentionem statuti, quo legitimati prohibentur ab intestato succedere: alioqui illi statuto derogatum non esset, id quod & cæteris in casibus procedit. c. cōstitutus. de rescript. pro illorum. de præben. Bero. in cap. super literis. nu. 72. uers. octauo de statuto; de rescript.
- 10 Accedit, quod si testator prohibuit spuris non posse ultra certam summā relinquere, huius dispositionis faciendam esse mentionem: ita respondit Iaf. consil. 127. nu. 8. lib. 2. Præterea narrandum etiam est fidei commissum a testatore factum. Iaf. d. consil. 127. & Curt. iun. consil. 83. nu. 9. cum uero legitimatur ut in feudo succedere possit, in specie feudi qualitas exprimitur: & quoad illud expressē legitimatio fieri debet. ita tradunt Rui. consil. 35. nu. 5. lib. 1. consil. 81. nu. 3. li. 3. & consil. 28. nu. 9. li. 5. & Soc. iun. cōf. 95. nu. 52. lib. 3. & Iulius Clarus lib. 4. sent. iuris, §. feudū. q. 82.
- 12 Secundō, cū impetrantur dispensationes ad matrimonium contrahendum, omnia impedimenta narranda sunt. Gemin. consil. 33. col. 2. ubi scribit esse narrandum quo in gradu consanguinitatis sunt, & quod in genere alia adest affinitas. alia tradunt Dec. consil. 602. nu. 19. & Alcia. respon. 25. nume. 2. Est ratio, quia ubi plura obstant impedimenta, difficilius cōcedi solent dispensationes & rescripta, ut inquit Decius loco iam citato, & in cap. ad aures. colu. ult. & ibi Ripa nume. 37. de rescript. quibus accedit Alexā. consil. 195. nu. 10. lib. 2. qui uno ore affirmant, clausulam, non obstante, non operari, ut tollat plura obstantia, sed sufficere, si unum diluat.
- 14 Tertiō, cum debitor impetrat literas salui conductus ne a creditoribus molestia afficiatur, narrare debent debiti qualitatem: præsertim, cum iuramenti uinculū adest. l. ult. ubi oēs. C. si contra ius uel util. publ. Iaf. l. quoties. n. 2. C. de precib. Imper. offeren. ubi plures citat. Cassan. cōf. 7. nu. 67. ubi declarat, nisi iuramentum sit nullum. Rol. consil. 31. num. 20. lib. 2. ubi plura adfert similia. idē facit Rebuffus in commentarijs ad Regias constitutiones tomo secundo, sub rubr. De literis dilatorijs annalibus, quin quennal. & articulo primo, gl. 1. nu. 2. & alia referam infra in casu 237. nu. 19. Illa est ratio, quia si adest iuramentum intelliget Princeps secularis, hoc rescriptum non concedet: cum potestatem non ha-

beat dissoluendi iuramenti uinculum. Quibus inferatur declaratio ad nouas constitutiones Mediolani, sub rubri. De saluis conductibus, quibus conceditur saluus conductus debitori ad quinquennium usque, si modo maior creditorum pars consentiat, & minor pars debet huic pacto & cōcessioni maioris partis acquiescere. hoc ego intelligo nō minor pars nō hēat creditum iuramento confirmatum: nā quoad hoc debitū saluus conductus concedi nō pōt, cum hac facultate Princeps secularis (ut dixi) careat. Quare cauti debitorum, si aliquorum creditorū sibi obstare iuratum creditū uidebūt, obtenta prius ab Episcopo uel altero præte hęc habente, absolutione a iuramento cum cæteris conueniet: uel ipsamet maior creditorum pars, quę dilationem hanc quinquennalem concedere exoptat debitoris nomine, seruata iuris forma absolutionem impetrabit. Nec a relata sententia me dimouent illius constitutionis uerba generalia, ibi, causa cuiusuis privati debiti. quę dictio, cuiusuis, generalis est, ut tradit Tirac. De retractu consang. §. 2. glo. 7. nume. 24. in fine, atq; ita debitū iuratum cōprehendere uidetur, quia respondeo, uerba generalia ac uniuersalia restringi de habilitate. l. ut gradatim. §. 1. de mune. & hono. cum similibus. restringitur ergo constitutio ad debita non iurata. Ita etiā si debitum est ex cā delicti: uel si est debitū regium, uel fiscale, debet impetrans hunc saluum conductum exprimerē, alioqui sub saluo conductu generali nō continebitur. ita scriptū reliquit Roma. sing. 279. Quid si Titius. post Gulielmum de Cuneo quę citauit: & Decl. l. 1. prima lect. nu. 84. si certū petat. Idē affirmat Rebuffus in d. commentarijs ad Regias constitutiones, tomo 2. sub rubr. De literis dilatorijs art. primo, gl. prima, nu. 16. & ibidem nu. 31. idem ait cū dubitū est fiscale & regium, post Lucam Parmesensem tracta. De privilegio fisci. casu 22. ex l. nec damnosa. C. de precib. Imper. offeren. quo circa cum mysterio locuta est illa constitutio Mediolani De saluis conductibus. ibi, causa cuiusuis privati debiti, ut ex inclusione debiti privati excludat debitum publicum, quod prouenit a delicto: ita etiam impetrans hunc saluum conductum clarē narrare debet debitū ex causa locationis & conductionis, si eam ob causam debet: alioqui non proderit rescriptum: quoniam per his debitis huius saluum conductus concedi non solent. ita sensit glossa in l. cū fructuarius. ff. de usufr. ubi Docto. Specul. tit. De locato. §. nūc autem. uers. 129. quę alijs relatis secutus est Rebuffus loco iam citato, nume. 21. & nu. 37. qui intelligit esse uerum, quando perceperunt, uel percipiunt fructus & emolumenta rerū locatarū; alioqui delinquēdi ansa præstaretur & hęc casum excepit etiam relata constitutio Mediolanensis De saluis conductibus. §. huius tamen. dum ait, debitorum ex causa ficti bonorū, in quorum tenuta, tunc essent, illo beneficio uti non posse. quę quidem constitutio solū disponit, quando adhuc conductor est in tenuta ipsius rei conductæ, secus si iam recessit: quoniam debitū hoc iam causatū cæteris æquiparatur. atq; ita ius commune restringit in eo, quod contra eos, qui iam a conductione recesserunt, concedi ius commune uult. ita et narrare hic saluum conductum impetrans debet, debitū esse ecclesiasticum, si tale est: quā non solent, immo non

possunt Principes seculares contra ecclesiam hos saluo conductus concedere, ita scribit Rebuff. loco præ allegato nu. 3. 2. atque ita declaranda est relata consti-
 21 tutio Mediolanensis De saluo conductibus, ut hunc casum non comprehendat, nec enim de rebus ecclesiæ ualent Principes seculares disponere. & dum subiun-
 22 git is Reb. nu. 33. idem esse in debitis pupillorum quod ecclesiæ; est uerū quo ad aliqua priuilegia, non autem quod ad potestatem Principis secularis, qui qui dem non potest contra ecclesiam aliquid statuere, sed tamen potest contra pupillos; quo circa ego crederē
 23 constitutionem relata comprehendere & debitum hoc pupillare, tū quia illa uerba, cuiusuis debiti priuati, sunt (ut dixi) generalia, tū etiam quia §. huius tam enim dum duos casus excipit, confirmat regulam i ca-
 24 sibus non exceptuatis. Nam qd liquidæ. §. 1. de penu leg. Dec. l. r. nu. 22. de reg. iur. cū timil. Narrare etiā debet hic impetrans saluum conductum, quo tem-
 25 pore causatum est debitum; qm, si de recenti causatum foret, in fraudem impetrari uideretur; & iniquum esset, si illud cōtineret. & ideo, inquit Rebuff. loco sapius allegato nu. 5. q. si emptor mercium à mercatore extero receptis mercibus, impetrare uelit saluum conductum, illi concedendū non esse. & ideo si merx extabit, uēdicari poterit. per l. Aurelio. §. 1. de liber. leg. cuius uerā doctrinā auctoritate adductus respondi aliquando interrogatus, cum plurium de-
 26 bitor merces emisset de recenti a mercatore, & dein de se decoxisse fingeret; ceteriq; creditores, hoc mer-
 27 catore excepto, concessissent saluum conductum iuxta dispositionem dictarum constitutionū Mediola-
 28 ni De saluo conductibus; is mercator cōtendebat cō-
 29 stitutiones illas eum non impedire, quin possit uen-
 dicare merces, quæ saluæ adhuc apud decoctore ex-
 tabant. Respondi uerē non impediri, tū quia in frau-
 dem apertam emisse constabat; tum quia merces ex-
 tabant adhuc obligatæ pretij causa, & idem Rebuff. d. loco nu. 43. scribit alias Parisiensi arresto decisū fuisse, saluum conductum non profuisse illi, qui eme-
 rat domū & pro debito pretij illum impetrauerat.
 Præterea, qui hos saluo conductus impetrat, si eis suos fideiussores adiunari uolunt, debent eorum no-
 mina exprimere, & pro illorum persona etiam pete-
 re; alioqui non continebuntur, quamquā eorū obli-
 gatio, ut principalis sui accessoria eius naturā sequa-
 tur, ita Bal. Cyn. & Sal. in d. l. quones. C. de precibus Imper. off. & ibi Ias. in fi. Rebuff. d. glo. 1. num. 42. & hanc iuris cōmunis dispositionem insecuta est rela-
 27 ta constitutione Mediolan. De saluo conductib. §. hu-
 28 ius tamen, uerū nec etiam cōtra fideiussor. ex illis uer-
 bis, quin ipsi fideiussores quotiescunque ab his cre-
 ditoribus uentur, præsupponit ergo uexari posse: alioqui superfluo ipsis fideiussoribus concederet il-
 29 lis constitutio facultatem cōpellendi ipsos suos prin-
 cipales ad præstandum eos indemnes.
 Rursus, qui hunc saluum conductum impetrat, nar-
 28 rare debet alium saluum conductum, si aliquando pro alijs debitis obtinuit; alioqui surreptitium erit hoc secundum rescriptum saluo conductus, ut in spe-
 29 cie, ex cap. ceterum, de rescrip. tradit Reb. d. glo. 1. nu. 30. qui alia plura in ea glossa recenset, quæ hoc loco recensere superfluo. Illud solum addo ex Bal. in lult. C. ut lite pend. quod qñ iam lis est contra de

bitorem inchoata, si is hunc saluum conductum im-
 petrat, narrare debet litem pendentiam, & cum Baldo
 30 senserunt Brun. consi. 46. in fi. & Rolan. à Vallē conf. 31. nu. 17. lib. 2.
 Quartò, cum is, qui ob perpetratum facinus con-
 demnatus fuit, gratiam & pœnæ remissionem im-
 31 petrat, crimen, ob quod secuta est condemnatio, nar-
 rare debet. ita Ias. in l. nec dānosa nu. 2. C. de precib. imp. off. post Baldū, Oldr. & alios, quos citat. Hinc rñ
 32 dit Crau. cōsi. 2. nu. 12. impetrantem gratiam a pœ-
 na homicidij animo deliberato perpetrati, qualita-
 tem illam deliberati animi narrare dfe. eo tñ loci
 33 inquit Crau. nu. 14. non esse gratiam obrepitiā, cum
 constat Principem uoluisse concedere.
 Præterea debet hic gratiam & indulgentiam im-
 34 petrans mentionē facere alterius gratiæ ob aliud de-
 lictum, si eam aliās obtinuit; ita Ias. d. l. nec dānosa.
 nu. 3. post Guliel. Cun. in l. 3. C. de episc. aud. & Barb.
 cap. super literis, de rescript. idem probauit Ias. in l. 2. in fi. C. si contra ius uel util. pub. Dec. cōsi. 69. nu. 33.
 35 Boer. q. 217. nu. 22. Mar. sing. 111. Neuiz. li. 1. Syluæ nupt. num. 151. Gramma. uoto 10. nu. 12. Al-
 36 cia. c. cum non ab homine. nu. 43. de iud. & cum eo Didac. lib. 1. uaria. resol. ca. ult. nu. 8. qui ambo intel-
 ligūt, cum gratia prima fuit rōne delicti in eadē spe-
 cie, secus si in diuersa; nam tunc (inquiunt illi) dēt iu-
 dex ab executione super federe, & Principem consu-
 37 lere. Scribit etiam Fel. in cap. ex tenore, nu. 2. de res-
 cri. relata doctrinam procedere, cum gratia illa
 38 prima fuit ualida. Relata Gulielmi & aliorum do-
 39 ctrina confirmari pōt multis similibus; nā inter cæ-
 40 tera, rñdit Dec. d. consil. 59. nu. 34. si clericus plu-
 41 res dispensationes, ob plures defectus obtinuit, de-
 42 bet eas in posteriori narrare, ita etiā rñdit Rui. consi. 37. nu. 4. lib. 1. qui p̄ priuilegium constituendi maio-
 43 ricatum à Rege impetrat, narrare dēt illud primum, quod iam eam ob causam obtinuit, & eo loci duo
 44 alia similia recenset: unum ex doctrina Inn. in c. ueniens, ubi etiam Fel. nu. 2. de præscrip. inquit Inno.
 45 si quis impetrat priuilegium cum limitatione & certa moderatione, non ualer impetratio secun-
 46 di priuilegij facta simpliciter, atque ita non expres-
 so priuilegio primo. Alterum simile est ex Io. Andr. in addit. ad Spec. rub. De testam. add. 1. ubi inquit, qd si extat statutum in ecclesia, qd Episcopus testari possit de rebus ecclesiæ usq; ad summam ceterum; si is Episcopus impetrat dispensationem a Pontifice ut possit testari usq; ad ducentum, non facta men-
 47 tione concessionis facta a dicto statuto, uitiatur dis-
 pensatio, hæc repetit idem Rui. consi. 38. nu. 4. lib. 1. & consi. 82. nu. 13. lib. 3. duo alia similia retuli supra hoc in casu nostro.
 S V M M A R I V M.
 1 Rescriptum impetrans eo uti intra annum debet.
 2 L. falso, C. de diuersis rescrip. declaratur.
 3 Negligens quando quis dicatur in non presentando impetrato rescripto.
 4 Iudicis arbitrio relinqui quando impetrans rescriptū dicatur negligens in non presentando.
 5 Iudicis arbitrio relinqui quando appellans dicatur negligens in illius prosecutione.
 6 Iudicis arbitrio relinquitur, quando quis tardè dica-
 tur iter arripere ad causam prosequendam.

CASVS CCIII.

QUANDO NEGLIGENS QVIS DICA-
tur in rescripti presentatione, nec non & appella-
tionis prosecutione, declaratur.

DVo interdum rescripta pugnātia solēt à colligantibus obtineri; unū altero prius: at is primus illo non utitur, sed secundus quare ambigitur, an pri-
 1 mū illud rescriptum oēm suā uim perdat, ut egregia
 2 extat Inno. III. cōstitutio in cap. plerumq; de rescript. qua diffinitū est, primū impetrantē uti dfe suo rescri-
 3 pto intra annum, aliās post annū ab aduersario nouū
 4 rescriptum impetrari licere; atq; ita declaratur. l. fal-
 5 so. C. de diuer. rescrip. de cuius intellectu plura superi-
 6 ore casu diximus, illa constitutū est rescripta perpe-
 7 tua esse debere; nā intelligitur nisi elapso anno nouū
 8 rescriptum ab aduersario impetrari, utroq; i loco nri
 9 annotatū, & respōdit Ias. consi. 97. in fi. lib. 1. & scri-
 10 bit Vantius tract. nullitatum, tit. De nullitate sentent.
 11 ex defectu iuris d. deleg. nu. 101. euenit tamen sæpe,
 12 ut is qui primū rescriptum impetrauit, se excuset, alle-
 13 gādo sine dolo distulisse presentare rescriptum & il-
 14 lo uti aduersarium uerò præcurrisse nimis, cum ex-
 15 pectare adhuc debuisset, dubitari itaque solet, quan-
 16 do is primus negligens dici possit. Inno. in d. c. plerū-
 17 que, in fi. docuit hoc esse iudicis arbitrio; idem rñde
 18 runt Alex. consi. 19. nu. 5. lib. 1. Barba. consi. 21. col.
 19 pen. lib. 2. & consi. 45. col. pen. lib. 4. Io. de Selua trac.
 20 De benef. par. 3. q. 12. nu. 104. Mar. in l. qōnis modū,
 21 nu. 7. nu. 23. de quæst. latē Dec. in c. oblatæ, col. penul.
 22 uerfi. in glo. in uerbo, ad app. dum disputat, an quan-
 23 do is, qui appellauit, negligit appellationis causam cō-
 24 mitti, possit appellatus eum præuenire. inquit Deci.
 25 multos in ea opinione fuisse, hoc iudicis arbitrio re-
 26 linquendum esse. ipse tñ opinatur expectandum esse
 27 ultimū mēse prosecutionē appellationis, ex auth. ei q.
 28 C. de temp. appel. Ego Decij opinionem in causis ap-
 29 pellationū sequor: at in casu d. c. plerūq; uerē credo
 30 ee iudicis arbitriū. sic et celsit Afflicti. c. 1. nu. 21. uer-
 31 ite arbitrabitur an citò, ex qb. cau. seu. amit. ee tñ arbi-
 32 trio iudicis, qñ qd tardè uel citò iter arripere dicatur,
 S V M M A R I V M.
 1 Industria persona censetur electa, cum ardua nego-
 2 tia mandantur.
 3 Ardua negotia quæ.
 4 Iudicis arbitrio relinqui, quæ negotia dicantur ardua.
 5 Arduum apud bonos auctores idem est, quod difficile.
 6 Ciceronis & Salustij loca.
 7 Facile fieri, quod dicatur.
 8 Matrimonij causam arduam esse.
 9 Hæresis causam arduam dici.

CASVS CCVI.

NEGOTIA ARDUA, QUÆ ESSE DICAN-
tur: & inibi, quid sit arduum apud bonos aucto-
res, loca aliqua Ciceronis & Salustij, ac
Gellij in hanc sententiam relata.

CVm ardua negotia Principum rescriptis mandā-
 1 tur, personæ industria electa creditur, c. ult. §. ul-
 2 ti. de off. deleg. ubi Fel. & rñdit Crau. cōsi. 303. col. 2.
 3 uerf. quartò in rebus, & præter ab eis relatos idē do-
 4 cuerunt Alex. l. 1. in prin. nu. 6. Ias. nu. 3. Jacob. Niger
 5 nu. 3. 1. de off. eius, Dubitari itaq; nō semel contingit,

2 quæ ardua dici possint negotia. Io. Andr. in d. ca. ult.
 3 de off. deleg. docuit, hoc esse iudicij arbitrio relin-
 4 dum: nec aliter scriptum reliquit Invol. in ca. ult. col.
 5 antep. de dona. idem rñdit Barb. consi. 21. col. penult.
 6 lib. 2. idem tradūt Fel. & Dec. in cap. si pro debilitate.
 7 ille nu. 5. iste nu. 4. de off. delega. & si non de arduis,
 8 sed de grauibus, quod sine dubio idem est, loquatur.
 9 his accedunt Ioannes Lopes de Palatios Ruuios in ru-
 10 br. extra De don. inter uir. & uxo. §. 1. r. nu. 12. uerf. fa-
 11 cit quod. Afflicti. in c. 1. num. 21. uerf. itē habet arbi-
 12 trum iudicandi, quæ cā. quib. modis feud. amit. &
 13 Mar. in l. quæstionis modum. nu. 4. 21. de q. Apud
 14 bonos auctores arduū dī, qd difficile est. & M. Tull.
 15 in secundo De inuentione: Ardua & difficiles res. &
 16 actio. 6. in Verrem: Difficili ascensu & arduo erat oppi-
 17 dum. Sallust. in Catil. At mihi quidē tametsi haud
 18 quam par gloria sequatur scriptorem & auctore re-
 19 rū: tñ in primis arduum uē res gestas scribere, qd sanē
 20 uerbū exponit Gellius lib. 4. Noct. Attic. cap. 15. pro
 21 difficili, molesto & intractabili. quāquam etiam M.
 22 Tull. eo ipso lib. 2. De inuentione scribat, & facile id
 23 fieri, qd sine magno, aut sine ullo labore, sūptu, mole-
 24 stia q̄ breuissimo tēpore confici pōt: & difficile fieri
 25 qd laboris, sūptus, molestia, longinquitatis indiget:
 26 atq; aut oēs, aut plurimas, aut maximas cās difficulta-
 27 tis hēt. uerū tamē ex ipso Cicerone intelligere nō pōs-
 28 sumus, qui casus hi difficiles sint ex ipso rerū euentu,
 29 cum quæ in factō consistunt (ut sepe admo. uui) diffi-
 30 niri minimē possint. rectē itaq; iudicis arbitrio relin-
 31 quimus. Inter ardua tamen negotia & matrimonij cā
 32 referunt. c. ult. de procura. in 6. & tradit Coraf. li. 3. mi-
 33 scella. iuris cap. 4. qui subiūgit, causas has matrimo-
 34 nij non, nisi per doctos & prudentes iudices esse tra-
 35 ctandas. c. 1. de consang. & aff. quo circa probationes
 36 ita efficaces ad matrimonij p̄bationē requiruntur, ut
 37 in causis criminalibus: ita affirmat Dec. consi. 31.
 38 col. 1. Paris. consi. 15. nu. 13. lib. 2. Soc. iun. cōsi. 86. nu.
 39 6. lib. 2. ceteros omitto. Dicitur et ardua cā illa hære-
 40 sis, ca. literas, de præsumpt. & de eo dicemus infra in
 41 casu 370. Cas. alij passim i iure diligēs Lector repiet.
 S V M M A R I V M.
 1 Rescriptum iustitiæ impetrari non posse, ut causa ul-
 2 tra duas dietas trahatur.
 3 Dieta computari quomodo debeat, multæ referuntur
 4 opiniones, & consultantur.
 5 Iudicis arbitrio relinquitur quō diætā cōputari dēant.
 6 Iudicis arbitrio relinquitur quomodo absens uerisimilem
 7 notitiam mortis alterius habere potuerit, iuxta regu-
 8 lam Cancellariæ, De uerisimili notitia.
 9 Miliaria a quo loco incipere dēant ad itineris mensurā.

CASVS CCVI.

QUOMODO IMPUTARI DEBEANT
diætæ: & aliqua de uerisimili notitia ad regulam
Cancellariæ, De uerisimili notitia, explicantur.

Rescriptum & iustitiæ (ut aliqua adhuc de his di-
 1 cam) non licet impetrare, quo quis ultra duas
 2 dietas ad iudicium trahi possit: ut scriptum est in ca.
 3 nonnulli, de rescript. Dubitāt modò nostri interpre-
 4 tes, qualis diætā esse debeat. Vna fuit glossæ opinio:
 5 in d. c. nonnulli, quā ibi Abb. communem esse testa-
 6 tur. diætā intelligendā fore secundū locorū consue-
 7 tudinem

tudinē. quæ quidē opinio rectē procedit, cum de ip- sa cōsuetudine clarē constat: qm̄ tūc cōsuetudo, quæ legis vim obtinet, obseruanda est. l. de quibus, de legib. cū uulgatis sim. Altera fuit opinio, diatā sumi p ut lege ciuili constitutū fuit: nēpē, ut in singulis die- bus uiginti miliaria assignent. l. i. ff. si q̄s caut. l. 3. de uerb. signifi. in qua opinione fuit Dec. in c. olim. nu. 2. de excep. in c. cum sit Romana. 5. notab. de appell. Verūm, nec opinio hæc perpetua est. nā (quemadmo- dum exposuimus supra in casu secundo) is tex. l. si quis cautio. ex cōi usu uicena miliaria statuit: cum tā- men eueniat sapissimē, ut non eiusdē cōditionis sint homines qui tātum itineris conficere semp possint, ut d. secundo casu diximus.

Tertia itaque eorum opinio fuit, qui dixerūt, hoc iudicis arbitrio relinqui, cum iure diffinitū nō fue- rit. Ita tradunt Host. d. c. nonnulli, & ibi Abb. nu. 6. de rescript. Barb. cons. 21. col. pen. propē finem, lib. 2. quam sententiam simili in casu probauit Gomef. in commentarijs ad regulā Cancell. De uerisimili nota- tia obitus, qua est. 5. dum scriptam reliquit, in Roma- na Rota decisum quandoque fuisse, statuendum esse iudicis arbitrio, ita quod tempus haberi potuerit notitia obitus illius, cuius beneficiū impetratū fuit, prudens itaque iudex personarum, locorū, & uiarū qualitatem rectē considerabit, & ubi nihil eū dimo- uebit à cōi aliorum statu, uiginti miliaria i singulos dies conficienda statuet. Computabuntur autē i mi- liararia non à loco habitationis, sed à fine ipsius diēse- sis, ut scribunt omnes in d. c. nonnulli, & clarē Dec. in cap. olim. 3. notab. & ibi Paris. nu. 5. de excep. & est decisio Rotæ decif. 34. de rescript. in antiquis. nec rō- nem habebit iudex utæ obliquæ, sed dies statuet pro modo uia rectæ & solitæ, ut omnes admonēt in d. c. olim, præsertim Feli. nu. 6.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudicis arbitrio plura tribui in delatione iuramenti in litem.
- 2 Iuramenti in litem tres esse species.
- 3 Iuramentum affectionis quod.
- 4 Iuramentum affectionis nullum dari in iure, ex Duareno & Corasio.
- 5 Iuramento affectionis ut locus sit, plura requiri.
- 6 Iuramentum affectionis requirit rem esse talē, in qua affectio cadat.
- 7 Iuramentum affectionis in nummis nō habere locū.
- 8 L. Nummis, de in litem iur. intellectus.
- 9 Io. Coras. à Ploti morsu uēdicatus in interpretatione l. nummis. de in litem iur.
- 10 Monetæ ualor quomodo minimē uariabilis.
- 11 Iudicis arbitrium magnum esse in affectione hominis erga rem aliquam consideranda.
- 12 Iuramentum affectionis personæ habilitatē requirit; quare pubes & sanæ mentis iurans esse debet.
- 13 Iuramēto affectionis ut locus sit, requiritur dolus ex latere non restituentis.
- 14 Iuramentum affectionis solūm in bonæ fidei actionib⁹ locum habere.
- 15 Iuramentum affectionis concedi contra non restituentem rem hereditariam.
- 16 Iuramentum affectionis locum habere contra iussum restituere si dolo fecit, ne res periret.
- 17 L. Arbitrio. §. primo. ff. de dolo. & l. uideamus, de in

- litē iuran. declarate.
- 18 Iuramentū affectionis dari in casu l. harū. ff. si serui uend. cum iussum seruitutē præstare, non præstat.
- 19 Iuramentum affectionis, concedi contra iussum exhibere rem, si eam non exhibet.
- 20 Iuramentum affectionis dari contra commodatarium non restituentem.
- 21 Iuramentum affectionis locum habere contra depositarium non restituentem.
- 22 Iuramentum affectionis locatori concedi contra cōductorē nō restituentē rē ei locatā finito locationis tpe.
- 23 Iuramentum affectionis dari contra creditorem non restituentem pignus soluto credito.
- 24 Iuramentum affectionis dari contra maritum, qui dolo fecit ne dotalis res constitui possit.
- 25 Iuramentum affectionis dari contra uxorem res uiri amouentem.
- 26 Iuramentū affectionis concedi contra donantem, q̄ re donata, effecit, ut illa ante traditionem esse desinet.
- 27 Iuramentum affectionis locum habere contra libertū in fraudem patroni bona alienantem.
- 28 Iuramentum affectionis locum habere contra uenditorē dolo facientem, ut res ante traditionem periret.
- 29 Iudex quæ obseruare debeat in delatione iuramenti ex affectione.
- 30 Iuramenti affectionis deferendi praxis.

CASVS CCVII.

ENVMERANTVR PLVRES CASVS, IN quibus locus est iuramento affectionis: & inibi quod sit in eis iudicis arbitrium.

Cum de iuramēto in litē deferendo nostri agūt, plura iudicis arbitrio tribuere solent, ex l. in actionib. & l. uideamus. §. iurare. ff. de in litem iur. nā soli qm̄ multa suadent, deferendum esse iuramētum, aliqñ non esse deferendum, docuit Alex. in d. l. uideamus. §. deferre. nu. 3. Barb. cons. 21. col. pen. propē finem. lib. j. Afflict. in c. 1. nu. 21. uer. litem relinquunt iudicis arbitrio potestas dādi actori. ex quibus caus. feud. amit. post Spec. quem citat. idem scribit Plotus in l. si qñ. nu. 754. & nu. 806. C. unde ui. & doctē Duar. d. l. in actionibus. in uerbo, licuit enim, qui unā cum cæ- teris illud scriptum reliquit, & rectē, hoc arbitrium esse debere iure ac ratione regulatum. quō rectius tamen hæc intelligantur, distinguēdæ sunt tres species iuramenti in litem. Vna est, singularis interesse, quam supra suo loco explicauimus. Secunda ex affectione: de qua in præsentiarum agendum est. Tertia, ex ueritate: de qua in casu subsequenti. Iuramentum ex affectione nostri intelligunt, quando res per dolum possessoris extare desiit, uel restitui non potest, & iuratur, non iuxta uerum ualorem, sed ex ipsi⁹ domini affectione, quæ tamē ab utilitate distincta nō sit, ut post multos declarat Dec. in d. l. in actionibus, nu. 3. eo tamen loci Duare. nu. 5. & Coras. nu. 9. affirmant nullum dari iuramentum affectionis, sed utilitatis tantum esse. quam disceptationē nunc non dif- finio: sed communem tantum Doctorum sententiā sequor. huic iuramento ut locus sit, plura requiruntur. Primo rei petitæ natura: nēpē, quōd talis sit, in qua t̄ cadat hominis affectio: ut liber uel alia

species

species, in nummis enim ob omnimodam similitu- dinem affectio ulla non cadit; ob id hoc iuramē- tum cessat. l. nummis, de in litem iur. uerum Duaren: d. l. in actionibus. nu. 5. atque ibi Coras. nu. 9. & lib. 6. miscell. iuris, c. 3. contendunt, in l. nummis, de iura- mento affectionis non agi, sed eā esse legis rationē cē- sent; q̄ cum nummi æstimationē nō recipiāt, frustra iusurādū in litē deferri ad interesse probandū, cum nullū in illis cōsiderari possit. est enim certa eorum æstimatio, ut clara illius respōsi uerba probant. horū interpretationē malē euertere tentat Plotus in l. si qñ. nu. 418. dum ait, etiā in nummis æstimationē cō- siderari, qm̄ eorum ualor in dies uariat, tā ratione in- trinsecā q̄ extrinsecā bonitatis, ut scribūt omnes in l. cum qd. ff. si cert. per. & l. Paulus. ff. de solutio. male quidē (sic illius uiri, mihi magna familiaritate iūcti, pace dictum) quoniam (ut idem Coras. scribit) & si uariet æstimatio, cum iidem nummi, qui dati sūt, nō restituantur, sed eorū æstimatio. l. 2. ff. si cert. per. at- tamē illa præstatur æstimatio, quæ tempore contra- ctus extabat. licet ergo augmēto uel diminutione eo- rum ualor uarietur, æstimatio tamen, quæ per aliud genus monetæ sit secūdum tempus contractus, cer- ta est atq; inuariabilis. id qd non in modō rōne unius loci uerum est, sed & alterius cuiusuis, ut rectē con- siderabat Plautius in l. unica. in uerbo, etiam ex lucro. nu. 45. C. de sent. quæ pro eo qd iter. profer. cuius cō- sideratio ex relatis defēditur ab eiusdem Ploti impu- gnationib. quamquā tamen Duar. & Coras. in ea opi- nione sint aduersus receptorē, non dari iuramentū affectionis, non tamen negant, sed confirmant poti⁹ à fortiori aliqua esse in quibus affectio non cadit, ut in nummis. erit itaque hic nō paruum iudicis arbi- trium considerare, quæ qualis uē sit res ista, ad quam affectionem actor iste habere dicitur.

- 12 Requiritur secūdo iurantis personæ iurantis habilitas, q̄ scilicet iudicium animi habeat: pubes enim ac sanæ mentis esse debet. l. uideam. in prin. ff. de i litem iur. debet esse dominus uel quasi ipsius litis. d. l. uidem. & l. uulgō, de in litem iur. instructus quoq; de ualorē esse debet: & alia solet prudens iudex cōsiderare, cum suum arbitrium sit de personarum qualitate de- cernere, ut supra diximus, & paulō infra attingemus.
- 13 Requiritur tertio quōd ex latere rei conuenti nō restituentis rem adit dolus, d. l. in actionibus. nec la- ta culpa sufficit, quod probat d. l. in actionibus, ubi latē Deci. numer. 17. alios huius opinionis reconser- à quibus ipse dissentit, & post eum Duare. num. 34. & Coras. num. 2. uer. uerum hac in re.
- 14 Requiritur quarto iurantis qualitas, nec enim in omnibus actionib⁹ iurare hoc modo licet, sed i illis bonæ fidei, uel stricti iuris, i quib. aut exhibitio, aut restitutio datur. extant infiniti ppē de his in iure no- stro casus, aliquos ego aliqñ obseruauī, quos hic pau- cis ad cōem studiosorum utilitatem referre statui. Primus ex l. si possessor. §. ult. & l. sed si lege. §. hæc uerba. ff. de peti. har. dum conceditur herediti iusur- andum in litem ex affectione contra malæ fidei pos- sessorem ea actione conuentū, qui rem hereditariā non restituit. quod probant omnes i d. l. in actionib. & Plotus d. l. si qñ. nu. 507. C. unde ui. q̄ post Castren. d. sult. & Paris. cons. 75. li. j. & cons. 109. lib. 2. & ali- bi scribit, iurari posse tā ratione rei p̄cipalis, quam

fructum & aliorum damnorum. Secundus est casus, ex l. qui restituere. ff. de rei uē. qua cautū est, q̄ si iustus restituere, dolo facit ut res pereat, atque ita ne eam restituat, iuramentū contra eū defertur, atq; ita i infinitū iurari potest. nec aduer- sario iur. qm̄ illis satisfaciunt Bar. in d. l. q̄ restituere. n. 2. uer. oppono taxationē à lege non fieri, sed bene à iudice fieri posse. Coras. tamen in d. l. in actionib. nu. 8. uer. in specie uerō. & d. lib. 6. miscell. iuris, c. 2. nu. 3. opinatur i infinitū iurari ob odiū rei, q̄ dolo & facto suo fecit, ne ulla ratione res petita recuperari pos- set. l. ult. §. ult. ff. quæ in fraud. cred. dolo. si quidē pos- sitorē defierat, feceratq; ne posset restituere, atq; ita actorē potestate rem uendicatā habendi priuauerat, tantum igitur dolo lex acerrimē punire uolēs, statuit tū stari omnino iure iurando actoris, quāti sua inter- sit, nō propter affectionē, sed simpliciter iuratis. Ego semper credidi hoc ex affectionē esse. quid enim cla- rius dici potuit ad ipsam affectionis causā significan- dā q̄ in infinitū iurate licet? quæ tñ infinitas uerē iudicis autoritate & prudētia moderāda est. Nec in hoc dissentit Coras. dū citat. §. si uerō per iusurandū, in auth. de exhib. reis. & §. oportet, in auth. de iud. Tertius est casus in l. harum. ff. si ser. uend. respon- dit Paulus, q̄ si reus q̄ seruitutē præstare tenetur, non præstet iussum, nec cautionē, contra eū in litē iuratur. & praxim huius rectē docuit Bar. in d. l. harū. & hūc casū uno uerbo annotarunt Deci. in d. l. in actionib. nu. 5. Duar. nu. 1. & Plot. d. l. si quando. nu. 574. Quartus casus est i l. §. præterea. ff. ad exhib. qua probatur in ea actione ad exhibendum contra non exhibentē in litem iurari. idem probat l. pe. ff. de in litem iur. & l. non ignorabit. C. ad exhiben. & tradūt Dec. d. l. in actionibus. num. 6. & Duare. nume. 1. post Ias. & cæteros. & multis uerbis exponit Plotus in d. l. si quando. nu. 568. 640. Quintus est casus. l. si tutor. ff. de in litem iur. cum tutor negat rem pupilli restituere, cōtra eum in litē iuratur. qd sanē iuramentū subiit adolescens, nō aut impubes. l. uideamus, in prin. eo. ti. & supra attingim⁹. Sextus casus, in l. §. in hac. ff. commo. quo loci re- spondit Iurecons. in factione illa. commodati defer- ri iusurandū contra commodatarium non restituen- tem rem commodatam. & ibi amplissimē praxim & alia per multa docuit Barto. in d. l. in actionibus, ibi Dec. nu. 7. Duare. nu. 1. Coras. nu. 18. & Plotus d. l. si quando. nu. 548. qui plura attulit. Septimus casus est in l. §. in depositi. ff. de pos. ubi aperte dī, in depositi factione iurari in litem. casum hunc annotarunt omnes in d. l. in actionibus, ibi Duare. nu. 1. Coras. nu. 18. Octauus casus in l. si cui. §. j. ff. locati. quo loci scri- ptū legimus, licere locatori in litē iurare contra cō- ductorē non restituentē rē conductā finita cōductio- ne. immo tāquā uolentus possessor cōueniri potest. l. si quis conductionis. C. loca. qd fusiſsimē explicauimus in tract. De recuperanda possessione, remedio ii. & casū hunc probarunt omnes in dicta l. in actio- nibus, ibi Coras. nu. 18. Plotus dicta l. si qñ. nu. 505. Nonus casus est i l. si fundus. §. in uendicatione. ff. de pignor. dum responsum est licere iurare in litē contra non restituentem pignus. quæ casum omnes

annotatū ibi; & Negul. tract. pigno. 8. parte princ. in 2. memb. num. 4. Plotus d.l. si quando. nume. 474. & num. 484. qui plura scribit, quæ in paruo hoc compendio recensere non statui.

Decimus casus est in l. si filiofam. §. maritum. §. sol. matr. si in dote reddēda maritus dolo fecerit ne redatur, contra eum in litem iuratur; quod iuramentū affectionis est, & eo loci notarūt omnes, & latē Plot. in d.l. si qñ. nu. 432. C. unde ui. qui scribit procedere etiam ē conuerso. ut uir contra mulierem iurare possit, sic & in focero, ut apud illum.

Vndecimus casus est in l. si cum dos. §. uiti. cum l. seq. ff. rerum amota. cum mulier res mariti subtrahit, nec illas restituit, contra eam in litem iuratur. & ibi annotatū glōf. & Bar. Duaren. in d.l. in actionibus. num. 1. Coraf. num. 18. de in litem iur. & Plotus d.l. si quando. num. 576.

Duodecimus casus est in l. Nefennius. §. fundum. ff. de re iud. qui fundum donauit, & illū non tradit, sed dolo illū perdit, efficit ut donatarius iurare possit in litem contra eum. quod pcedere etiam quod ad fructus sensit Deci. d.l. in actionibus. nu. 5. & Plot. in d.l. si quando. nu. 578. quod post alios declarat Corafius lib. 6. miscella. iuris. cap. 4. nu. 2.

Tertiūdecim casus est in l. tenetur. in fi. ff. si quid in fraud. patr. si in fraudem patroni libertus aliena uerit, & res non restituantur, in litem iuratur tā contra ipsum possessorem nō restituentem, quā cōtra libertum alienantem. & hunc casum annotatū Plot. d.l. si quando. num. 567. Duar. tamen in d.l. in actionibus. num. 2. docuit; ita demum huic iuramento esse locum, cū is libertus, uel is qui possidet, iustus fuit restitueret & non restituit; atque ita actio arbitraria efficitur. qua de re diximus suprā lib. j. q. 5.

Decimusquartus casus est in actione ex empto, cū uenditor facultatem habet tradendi rem, & per dolum non tradit; ita Bar. in d.l. in actionibus. nu. 5. & ibi cōmunē restatur Alex. nu. 6. Iaf. nu. 21. Dec. nu. 15. Plot. in d.l. si qñ. nu. 175. Duar. tñ & Coraf. in d.l. in actionibus. ille nu. 2. iste nu. 19. secuti sūt Alber. & Fulg. sententiā. q. dixerunt in actione ex empto non iurari in litē, cū is uenditor soluēdo interēse liberetur. l. si traditio. C. de act. emp. hanc ego difficultatē nō discutā, ne plus q̄ par est, immorer. Cetera etiam apud relatos interpretes uideri possunt. cū itaque (ut ad casū nostrū reuertar) in litē est de affectione iurādū,

obseruare debet iudex in primis quantitatē, supra qua iurandū est, moderetur, & deinde is iuret, qua in re personarū & rei ratio maxima habenda erit. inole

uit etiam alia huius iurificandi deferendi ꝑ praxis, ut in primis actor iuret, & deinde iudex quantitatē, supra qua iuratum est, moderetur: ita sensit glōf. l. uideamus. §. de ferre. ff. de in litē iur. & Docto. in d.l. in actionibus, ibi Coraf. nu. 20. uer. an autē, ea utuntur ratione, quia & si ex post moderetur quantitas, nō tamen ex eo iurantis periurium detegi dicitur, cū affectio potius dici possit immoderata, diuersum est in iuramento ueritatis, de quo statim.

S V M M A R I V M.

- 1 Iuramentum in litem ueritatis quod, & quæ requiratur, ut illi locus sit.
- 2 Probationis difficultas quando adesse dicatur, ut locus sit iuramento in litem ueritatis.

3 Iuramento ueritatis locum esse cū res dolo uolēti occupatoris perijt, & rei estimatio probari nō potest.

4 Iudicis arbitrio fit taxatio estimationis, cū iuramentum in litem ueritatis defertur.

5 Iudicis taxationē pcedere debere iuramentū ueritatis.

6 Iuramentum in litem ueritatis locum habere etiam contra eum, qui rem furto subtrahit.

7 Statutum Mediolani c. 23. sub rub. De damno & interesse, declaratur.

8 Statutum Mediolani c. 51. sub rub. De sacramento super expensis & damnis promissis, enucleatur.

9 Iuramentum in litem ueritatis non habere locum cōtra tertium, qui pro alio tenetur.

10 Statutum Veronæ lib. 3. c. 74. sub rub. De maleficijs et damnis absconsē datis, declaratur.

11 Statutū Papiæ 66. in criminalib. sub rub. De pœna cōmuniū terrarū territorij. interpretatur. & nu. 15.

12 Iuramentum ueritatis in litem quando a successore prestari possit.

13 Statutum Mediolani c. 23. sub rub. De damno & interesse, declaratur.

14 Iuramentum ueritatis non concedi contra eū, qui omittere deliquit.

16 Iuramentum in litem ueritatis dari contra tutorem, qui administrat nullo rationum codice confecto.

17 Iuramentū in litē ueritatis concedi contra negotiorū gestorē, q̄ nullo rōnū codice confecto administrat.

18 Iuramentū ueritatis dari cōtra matrē usufructuariā, quæ nullo confecto codice usufructū consecuta est.

19 Iuramentū in litē ueritatis concedi contra tutorem, negotiorum gestorem & similes, qui inordinatē liberos rationum confecerunt.

20 Liber rationum quo ordine a tutore, & negotiorum gestore confici debeat.

21 Iuramentum in litē non dari contra tutorem, qui, & si non confecerit inuentarium, probat quæ extabant, & quæ non extabant bona.

22 Iuramentū in litē non datur contra tutorem, uel administratorem, qui non confecit inuentarium uel librū rationum ob simplicitatem & rusticitatem.

23 Iudicis arbitriū uersari, an ob rusticitatē excusetur administrator, ne ob non confectū librum rationum contra eum in litem iuret.

24 Administrator constitutus sine onere reddendi rationes administrationis, nō tenetur inuentariū & librū rationum facere.

25 Iuramentū in litē non dari contra administratorem non conficientē librum rationum, si liberatus est ab onere reddendi rationes.

26 Iuramentum in litem prestari contra depositarium, si cista, uel ualigia disfigillata fuit.

27 Cista quid sit.

28 Depositarius cur tā seuerē puniatur, si fidem fallit.

29 Iudicis arbitrio iuratur in litem contra depositariū, qui cistam, uel ualigia depositam reseruauit.

30 Valigia ubi eo modo, quo deposita est, restituitur, contra depositarium in litem non iuratur.

31 Valigia aperta cum restituitur, & constat non depositariū, sed alterū disfigillasse, cessat iuramentum in litem contra depositarium.

32 Valigia cū restituitur aperta et disfigillata, & constat depositarium esse in dolo, contra eū in litē iuratur.

33 Valigia cū disfigillata restituitur, & ignoratur a quo

quo an iuramentū in litem detur contra depositariū, uarie referuntur Doctorum opiniones.

34 Dolus depositarij probatur ex eo solo quod restituit ualigia disfigillatam.

35 Dolus is probatur, qui non facit, qđ facere tenetur.

36 Valigia disfigillata apud depositarium uirum probū reperta facit, ne contra eum in litem iuret.

37 Furtū a uicinis factū psumitur, nisi uiri plū hi sint.

38 Deponens ualigia sine consignatione conqueri nō potest, si disfigillatam eam deinde inuenit.

39 Valigia, qui non hospiti cōsignauit, sed plenes se retinuit, conqueri non potest si disfigillatam inuenit.

40 Iuramentum in litem cessat contra depositarium ualigia, si illa facile disfigillari potuit.

41 Iudicis arbitrio est, an ualigia sine depositarij facto potuit de se disfigillari.

42 Depositarius in culpa non est, si in loco consueto rem custodiuit.

43 Iudæo & heretico non conceditur in litem iurare cōtra depositarium.

44 Depositarium posse probare contra iuramentum contra se prestitum a deponente.

CASVS CCVIII.

EXPLICANTVR QVAMPLVRES CASVS in quibus conceditur iuramentum in litem ueritatis: & multa iudici in his arbitraria recensentur.

Diximus superiore casu, iudicis arbitrium maximum uersari in iūto in litem affectionis, atq; etiā attigimus, nec minus uersari in iuramento in litē ueritatis. quæ sanē iuramenta iam diximus inter se differre. agendum nunc est de iuramento ueritatis, hoc inquam iuramentum ꝑ in litem appellatur ab omnibus in d.l. in actionibus, ibi Bar. num. 22. Iaf. nu. 40. de in litem iur. Paris. consi. 74. nu. 7. lib. 1. habet locū iurandum hoc duobus concurrentibus, dolo. l. & probationis difficultate. l. in actionib. in l. cū furti. ff. de in litem iur. l. si quando. C. unde ui. capit. ult. de ijs qui ui metus eā. Bar. d.l. in actionibus. & ibi Dec. nu. 31. Iaf. nu. 39. idem Iaf. consi. 174. nu. 3. lib. 2. dolus considerari solet, siue ab initio obligationis contra

ctar, siue ex post facto. ꝑ probationis uerō difficultas tunc adest, cū res petita ad oculum demonstrari nequit: uel quia non extat. d.l. in actionibus. uel quia nō apparet, licet in rerum natura esse nō desierit. l. cū res. §. penul. ff. de leg. 1. declarat ac multum commentat Iaf. in d.l. si quando. num. 35. Veritatis autem iuramentum ex eo dicitur, quod super iusto rei petite ualore & estimatione, omni affectione seposita, præstat: & si aliquando unum cum altero concurrat: ut si ueniat unus ex relatis casibus supra enumeratis. qua de re suis locis attingam. plura huius nostri casus adferri exempla possunt, aliqua ego nunc referam, cetera studioso lectori perquirenda relinquā.

- 5 Locus cōtagiosus præstat iustā cām ut consanguinei recusent eo accedere, ut assistat cōtractui mulieris.
- 6 Consanguinei banniti iuste recusant accedere ad locum, ut mulieri, uel minori contrahenti consentiant.

CASVS CCXII.

QVÆ IUSTA SIT CAUSA QVÆ RECUSANT CONSANGUINEI CONSENTIRE MULIERI, UEL MINORI CONTRAHENTI, EX STATUTORUM DISPOSITIONIBUS.

PLacet hoc loco subijcere casum hūc iudici arbitrarium ad declarationem relatorum statutorū in præcedenti casu. est illis cautū, mulierem & minorem non posse sine consanguineorū consensu disponere, uel alienare, quę sanē statuta intelliguntur procedere, cū mulier illa, uel ille minor consanguineos habet, secus si illis caret. quemadmodum affirmat Bal. Ang. Alex. & Laf. in l. turpia. §. 1. de leg. 1. Bal. in l. transactio nem. C. de transactio. Ruin. cōsi. 126. nu. 1. in fi. lib. 2. Tiraq. de legibus connubial. gl. 6. nu. 24. & ibi nu. 69. latē Crau. cōsi. 80. nu. 14. qui post Castren. cōsi. 124. In cā quę uertitur coram D. Prate Aretij, col. 2. in secūdo dubio lib. 1. & Corn. cōsi. 316. colu. 5. in 2. dubio lib. 1. & alibi, respondit, illi asserenti non extitisse consanguineos tempore contractus, qui possent cōsentire, probandi onus incumbere. hæc ex relatis in præcedenti casu confirmatur: cuius etiā declarationes casui nostro conueniūt. ita etiam hæc intelliguntur, cū locus & tempus patitur, hos adesse posse; secus si uel tempus, uel locus non fert. ita respondit Corneus cōsi. 131. In hac consultatione aliter, col. ult. uerfi. & utrū tempus. li. 4. Sed dubitari nūc contingit, quā locus & tempus non patitur, Corneus eo in responso dixit, esse in iudicis arbitrio. Iudex autē ratione loci arbitrari poterit, consanguineos adesse non posse: ut si locus cōtagiosus est & peste infectus. conferūt plura q̄ memoria prodidit Ripa tract. pestis, tit. De prouilegijs iudiciorū, col. 1. & 2. poterit etiam iudicare ratione loci adesse non posse, si consanguinei banniti essent: quoniam tute ad locū accedere non possunt, & ob id habentur tāquam mortui. ita latē explicat Tiraq. d. gl. 6. nu. 35. Cetera sciens prætereo.

S V M M A R I V M.

- 1 Quantitates plures quando sub una apocha comprehense dicantur.

- 2 Quantitas eadem si concurrat cum eadem causa, una summa præsumitur.
- 3 Quantitatem esse ab altera diuersam ob temporis interuallum.
- 4 Iudicis arbitrio relinqui, quando una summa ab altera dicatur diuersa ob temporis interuallum.
- 5 Summas esse diuersas ob temporis diuersitatem.
- 6 Summa eadem præsumitur, si una tantum ex quantitatibus causa expressa fuit.
- 7 L. 2. in prin. ff. de dote præleg. intellectus.
- 8 L. diuortio, de uerb. oblig. intellectus, & declaratio.
- 9 Pluralitatem actuum non præsumi.
- 10 Summam non præsumi duplicatam, cum unus actus ad alterum relationem habet.
- 11 Summas præsumi diuersas, cum diuersa sunt quantitates, & si eadem sit promissionis causa.
- 12 L. Quinquaginta. ff. de prob. intellectus.
- 13 L. is qui ducenta, in princ. ff. de reb. dub. intellectus.
- 14 Bartoli in constantia notatur, & eius opinio & sequacium exploditur.
- 15 L. Sempronius, de leg. 2. intellectus.
- 16 L. cum centum, de adimen. leg. intellectus & sensus.
- 17 L. diuortio, de uerb. oblig. declaratur.
- 18 L. si seruus. §. si cum mihi. ff. de pactis. intellectus.
- 19 Summam præsumi duplicatam, cum adest diuersitas cause, temporis, & scripturæ.
- 20 Sententię latę contra eundē licet non differant quantitate uel causa, de diuersis summis præsumi.
- 21 Debita tot præsumi, quot sunt scripturę.
- 22 Summam præsumi diuersam, ob diuersitatem personarum.
- 23 L. si Stichum. §. ult. ff. de nouatio. intellectus.
- 24 L. Paulo Callimacho, in princ. de lega. 3. intellectus & sensus.
- 25 Iudicis arbitrio relinquitur quādo eadē summa præsumatur, & si adsit personarum aliqua diuersitas.
- 26 Summam diuersam præsumi, ob diuersam formam & qualitatem promissionis.
- 27 Summam diuersam præsumi, cum due factę sunt stipulationes.
- 28 Actus interpretari debet ut ualeat, non ut pereat, quod generale est.
- 29 Stipulationem deliberato animo fieri.
- 30 Stipulationē sequi naturā actus, super quo ponitur.
- 31 Cautela, qua detegitur summam esse duplicatam.
- 32 Summam esse duplicatam ob qualitatem personę præsumi.
- 33 Emilię Ferretii lapsus.
- 34 Iudicis arbitrio relinquitur personę qualitas, ut summa duplicata præsumatur.
- 35 Summam duplicatā non præsumi, si in stipulatione, quę à contractu robur sumit, est promissum.
- 36 Summam non præsumi duplicatam cum due confessiones extrajudiciales sit eiusdē summę & cause.
- 37 Confessionem geminatam multum operari.
- 38 Summam duplicatā præsumi cum due sunt iudiciales confessiones eiudem cause & quantitatis.
- 39 Confessionem iudicialem, actionem parere.
- 40 Summam duplicatam præsumi ad euitandum testiū contrarietatem.
- 41 Summam duplicatam præsumi, cum una quantitas scriptura, altera confessione probatur.
- 42 Debitorem bis idem soluisse quando præsumatur.

ENARRATVM ACCVRATISSIME quando summæ eadem, uel duplicatæ præsumantur: & inibi uariæ atque perplexæ Doctorem alitercationes dilucidè explicantur.

- Q**uidam inter iurisprudentiâ studiosos disertissimus adolescens & in literis nõ postremi nominis, a me non iam satis pridè quæsuit, quomodo plures quantitates in duobus apochis & scripturis comprehensis præsumerentur. Respondi, non parum controuersiæ esse hac de re apud interpretes nostros, & plura consueuissè arbitrio iudicantis relinquere, quæ oia, quemadmodum illi uero ingenio declarauit, explicaturus nunc sum. quo fiet, ut cæteri oes intelligant, nullum nos laborem subterfugere iuuandæ iuuentutis gratia. Hanc disceptationem in aliquot casus diuidã, quo clarior reddatur.
- 1 Primus est casus, quando eadem causa cum eadem quantitate concurrat, ut puta, promisi tibi decem ex causa mutui: deinde post aliquot dies ex eadem causa mutui per stipulationem decem promisi: eadem summa hic præsumitur, ita Bart. in l. triticum, nu. 3. & ibi Alex. nu. 6. de uerb. obli. Crau. consi. 282. nu. 1. uerfi. secundo amplius. Verum hoc in casu ob temporis interuallum inter unam & alteram scripturam, aliter uisus est sentire Florianus in l. quinquaginta. ff. de proba. summam esse duplicatam, & cum illo idem scribunt Alex. consi. 4. nu. 4. uerfi. ultimo iuuatur. libro 1. Barb. consi. 25. col. 3. lib. 1. Ne uiza. consi. 96. nu. 2. Ego sentio cum Martino Fanenfi, quem secuti sunt Alex. d. consi. 4. nu. 3. uerfi. accedit diuisio. Iason in l. planè. §. eadem. nu. 16. in fine, de leg. 1. Neui. d. consi. 96. nu. 13. & Alciatus d. l. triticum, in fine, is rem hanc iudicis arbitrio tribuit discreti eadem: nam tam breuis esse posset temporis inter capedum inter unam ac alteram promissionem, ut facile cognoscere possit iudex, unam solam summam hanc esse duabus in scripturis promissam, fieri etiã posset, quod tam longum esset temporis interuallum inter unam & alteram promissionem, ut uerè arbitrari ac iudicari posset, summam unam esse ab altera diuersam. Quare rectè Bal. in l. ne casu. C. de discuf. lib. x. & post eum Iason d. l. triticum, nu. 8. in fi. docuit, ob tēporis diuersitatē duplicatā summā præsumi. & plures citauit Crau. col. 282. nu. 2. uerfi. quarto concurrat.
 - 2 Secundus est casus cū eadem est quantitas, sed cā una tantum in summa expressa fuit: ut puta, promisi tibi decem ob mutuum, deinde post aliquot dies simpliciter per stipulationem decem promisi, hoc etiã casu docuit Bar. in d. l. triticum, nu. 5. eandem summam præsumi. Cū eò idem sentiunt Alex. ibi nu. 6. Iason nu. 8. uerfi. prima q̄ si. idem cōsi. 70. nu. 1. lib. 1. Soc. sen. consi. 129. nu. 10. lib. 4. Rui. consi. 223. nu. 3. li. 1. & Neuiza. consi. 96. nu. 5. Verum iura quibus in hanc sententiã adductus est Bart. illi parum fauent, nã text. §. l. 2. in princip. ff. de dote præleg. ea rōne non confert, quoniam ibi de dote agebatur, quæ quidē reiteratione sui natura non recipit, ut probat l. Lucius, la 2. Sãmpuberem, de leg. 2. atque ita d. l. 2. interpretati sunt Comen. in d. l. triticum, & ibi Alciatus nu. 9. eadem responsione satisfaciunt. l. si diuor

tio, de uerb. ob. qua mouebatur Bar. Rectius itaque ego opinor sententiã hanc firmari ea cōmuni Doctorum doctrina, & actuum pluralitatem non præsumi, & ob id, eum qui aliter probare debere. creditor ergo qui summam esse duplicatam contendit, probare dēt, qm̄ pluralitatem allegat. atque ita rñdit in specie Bal. consi. 344. col. 2. uerfi. sed contrariū est, lib. 2. quem secutus est Crau. consi. 198. col. 1. uerfi. sed ultra. idem sensit ipsemet Bal. in reper. l. edita. nu. 114. C. de eden. imò in sortiori casu loquitur Bal. ut infra subijctam. inquit isti, q̄ & si duæ scripturæ factæ sunt, non tñ duplicatā summam & actum præsumi, cum unum ad alterum relationem potius hñe uideatur. l. qui bis idem, de uerb. ob. Nec ad rem confert, q̄ causã mutui in secunda promissione nõ fuerit expressa, qm̄ in ea continetur ob relationem quandam: ita uisus est sentire interpretes relati. præsertim Iason d. l. triticum, nu. 8. qui sentit in stipulatione eandem mutui causam inesse quod si ita est, parum à primo casu hic secundus distat: quò circa distingui hic potest, ut in illo primo differui.

1 Tercius est casus, cum eadem subest promissionis causã, ut puta mutui, sed quantitates sunt diuersæ, ut si priore loco centum promissa sunt, secundo uerò quinquaginta. hoc inquam casu recepta magis opinio est, diuersas quantitates promissas esse, ita Bar. Bald. Ang. & Castren. in l. scire debemus, de uerb. ob. idem respondit Alex. d. consi. 4. nu. 3. & nu. 4. uerfi. non obstant allegata. lib. 1. Ruinus. consi. 31. nu. 4. in fi. lib. 4. Ias. consi. 56. col. 1. lib. 3. idem in l. planè. §. si eadem, nu. 11. de lega. 1. idem Ias. in d. l. triticum, nu. 8. ubi recenset Iacob. de Aren. Specul. Nicol. de Neapol. Comen. & Florian. idem sensit Alc. in d. l. triticum, nu. 21. & respondit Neui. consi. 96. num. 2. uerfi. tertio pro. Gramm. decis. 103. nu. 59. Crau. consi. 282. nu. 1. in quam sententiã adducti sunt ex §. l. quinquaginta, alias quingenta. ff. de proba. quo loci scriptum est, quod si quingenta sunt in testamento legata, & deinde in codicillis eadem summa relinquatur, legatariū ostendendo duas illas dispositiones satis probare duplicatum legatum: & ob id heredem probare deinde dñe non esse duplicatū. Verū hic textus solum probat, præsumi diuersam summam ob scripturæ diuersitatē, non ob diuersam quantitatē, cum non sit diuersa summa relicta in codicillis ab illa, quæ iam in testamento legata fuerat, sic in diuersitate scripturæ fundatur l. ne casu. C. de discuf. lib. x. atq; ita d. l. quingenta, loqui in diuersitate scripturarū, sēsit Bart. in l. Sēproniu Proculo. in princip. nu. 3. de leg. 2. alios statim referam, adferri secundo loco solet §. l. si is qui ducēta, in prin. de reb. dub. iuncta præsertim glossa secunda ibi quã sic intelligunt relati Doctores & Crau. col. 282. nu. 1. uerfi. mea opinione in d. l. si is qui ducēta, constat de mente clara testatoris legantis cōiunctiue unã summã cū altera, & ob id unam esse summã tñ legatã. nec glossæ autoritas necessariò probat, a recepta tñ opinione ista nõ recedo: qm̄ si solæ scripturæ, si tēporis diuersitas, efficiūt, ut duplicata promissio præsumatur, quãto fortius hoc casu, in quo cum illis quantitas diuersa concurrat. contrariã itaq; opinionē malè tuetur §. l. si parum constans in d. l. triticum, nu. 5. quem secuti sunt ibi Imola, Comen. Arer. & Alexan. & in specie

cie Aretinum secutus est Neuiza. d. consi. 96. num. 3. uerfi. terrid facit. moti sunt isti interpretes §. l. Sēpronius, de leg. 2. Verum inquit Alexader, ibi unum tantum fuisse testamentum, & si duo deinde exēpla de illo confecta sunt. unum ergo solum est tempus, unus solus actus. atque ita d. l. Sēpronius, intellexerunt Bald. in reper. l. edita. nu. 118. C. de eden. & Rui. consi. 176. num. 5. lib. 1. Adfertur secundo tex. §. l. cum centū. ff. de adimen. lega. satisfacere conantur Alexã. in d. l. triticum, nu. 5. & Alciatus nu. 19. eo loci constare de mente clara testatoris legantis unam summam tantum. Ego uerius opinor nihil eo loco à Iureconsulto diffiniri: solum ait, quod si constat testatorem uoluisse duplicatam summam relinquere, utamque deberi. si uerò unam tantum, illam solum præstandã esse. quod ergo uoluerit, uel minus legare præsumatur, uel minus duplicatum legatū, nihil determinat, sed in iuris alia dispositione relinquit. Citari solet tertio §. l. si diuortio, de uerb. oblig. Alexander tamen inquit in d. l. triticum, eo loci antiquam dotis causam expressam fuisse. Ego uero credo nihil ad rem conferre, quoniam unus tantum ibi affuit stipulandi actus, & dubitabat Iurecons. an ualeret stipulatio ob falsã causam stipulationi adiectã. Quarto Aret. retulit tex. §. l. si unus §. si cum mihi. de pactis. qui quidem ad rñ non confert, quando quidem non ab uno tantum duo obligationis actus facti sunt, sed ab uno tantum una obligatio in decem, ab altero liberatio in uiginti, ualere liberatio: quoniam summa maior minorem cōtinet: nec ex eo liberationis actus, præsumitur maiorem obligationem præcessisse: quoniam inducta ad fauorem liberationis, odium obligationis inducerent, cōtra l. legata. inutiliter, de adim. lega. Ultimo tandē loco ratione quadam usus est Alex. in d. l. triticum, quæ, ut rectè ibi animaduertit Iason, Bartolo aduersatur potius, quam eum tueatur.

19 Quartus est casus, §. cum scripturæ diuersitas, diuerso tempore factæ, adest, etiam si ad sit eadē causa: tunc summam præsumi duplicatam, sentiunt Bal. & Imo. in l. Sēpronius, de leg. 2. & Bal. in d. l. ne casu: nu. 2. uerfi. porro. C. de discuf. lib. x. Iason consi. 87. col. 2. uerfi. similiter propter. lib. 3. & egregiè Crauer. consi. 282. nu. 2. uerfi. ultra Alexandrum, Iason d. l. planè. §. si eadem, nu. 16. de leg. 1. idem docuit Imola in d. l. planè. §. eadem. quos omnes retulit & probauit Ruin. consi. 176. nu. 3. lib. 1. qui refert & Baldum in l. nostram. C. de testa. eundem, q̄ si reperiantur duæ §. l. sniã lata contra eundem, licet non differat quantitate, uel cã, præsumi de diuersis quantitatibus ex causis diuersis in specie. immo fortius sensit Rui. d. cōsi. 176. nu. 4. uerfi. quinimmo et. idē esse qm̄ duæ hæ scripturæ factæ eodē tēpore essēt, sed à diuersis notarijs, quoniam (ait ille) Sēpronius Proculo, & ibi Doctores loquuntur qm̄ duæ scripturæ ab eodē notario scribuntur: nam duo exēpla potius creduntur, ut iã supra attigimus. casum huc probat l. quingenta, alias quinquaginta. de proba. quam supra explicauit. Huc pertinet illa rō, tot §. debita præsumi, quot scripturæ capita sunt. l. cum res. ff. de euct. l. scire debemus, de uerb. ob. sed dubitationem hoc in casu mouet, quod scriptura ad faciliorem probationē inuenta sit. l. con trahitur. ff. de pign. si ergo, ubi testibus, uel simili p batione probatur, eandem summam ex eadem causa

bis promissam fuisse, & tñ una sola quantitas præsumitur, uti supra in primo & secundo casu diximus, cur & non dicendū hic est, uel ibi ut hic dicendū forte & maior inesse cãm & uim in scripturæ, q̄ in testibus: nã scripturæ fides una semper est, & uix in iuramentis: at cōtra illa testiū. quo circa promittēs diuersis tēporibus corã diuersis testibus; ea rōne promississe uir, ne is creditor dubitaret, uel morte illorū, uel alio euentu iacturã sui crediti facera. qd non in scriptura cōtingit.

22 Quintus est casus, quando adest personarum diuersitas, ut puta, ego una cum fratre meo hodie centum mutuo a te suscipio, & utriusque obligatio uno in instrumento scribitur; deinde aliud scribitur instrumentū etiam ab eodem notario, in quo ego solus ad centum ex mutuo obligor: hæc quantitas ab illa prima diuersa præsumitur, ita Ias. in d. l. triticum, nu. 8. uerfi. similiter & tertio, de uerb. oblig. & ibi Alciatus. nume. 2. Ias. consi. 87. col. 2. uerfi. similiter ex diuersitate. lib. 3. & Crau. cōsi. 282. nu. 2. Accedit Ias. d. l. planè. §. si eadem. nu. 11. in fi. de lega. 1. l. si Strichum. §. ult. ff. de noua. quod sanè t̄ responsum cōtrarium potius mihi. probare uidetur: nam priore casu ait, quod si animo nouandi centum, quæ ab aliquo dotis nomine promissa fuerunt, a muliere iterum promittatur, semel tantum deberi: secundo casu, si non animo nouandi, ab utroque deberi, sed uno soluente alter liberatur. ita ergo fit, ut una tantum summa præsumatur atque debeat, alio qui semel soluta alter non liberaretur. minus conferre uidetur §. l. Paulo Callimacho, in prin. ff. de leg. 3. quã relatus Alciatus. attulit, nam ibi diuersa aderat scriptura, diuersæ summæ, & diuersæ personæ, quibus sanè personis utroque casu separatim legatum fuit; nimirum si utrumque legatum debetur: quod hic nõ contingit. ubi enim adest personarum, temporis & summæ diuersitas, dubi procul actuum pluralitas præsumitur. ita Soc. sen. r. spondit consi. 24. col. 9. uerfi. tertio principaliter, lib. 1. & in terminis nostris Ias. consi. 87. col. 2. uerfi. prædicta fortius, lib. 3. Credo tamen doctrinam hæc esse ueram, & cur credam, hanc rationē adferre possum, quod uerisimile minimè sit debitorem communem uelle alio in instrumento se tantum obligatum describi, cum iam semel efficaci obligatione se obligatū cognoscat. Verum, cum rationes uerisimilitudinis a iudicis arbitrio pēdeant, quemadmodum suo loco admonui, in hoc etiam multum poterit. aliquando. n. tanta est hominum facilitas & simplicitas, ut patiantur se plus uno uinculo ligari, obligationis itaq; qualitatem, personarumq; & summæ prudens iudex considerabit, & pro sua prudentia controuersiam finiet.

26 Sextus est casus, cum forma §. ali qua uel qualitas diuersa est adscripta in secunda promissione. ut puta, promisi tibi purè reddere centum mihi mutuo data, deinde promisi sub conditione: qualitas hæc efficit, ut summa credatur duplicata: ita docuit Bal. in reper. l. edita. nu. 118. C. de eden. quem secutus est Feli. in c. cum Ioannes. nu. 8. de fide instru. & si corruptè Bartolum citet. cum Baldo idem sensit Ruinus consi. 31. num. 4. lib. 4.

27 Septimus est casus, cum §. duæ stipulationes eiusdē quantitatis, etiam pro eadem causã factæ sunt; tunc diuersæ summæ præsumuntur: ita Ias. in d. l. triticum. nume. 9. de uerbo. oblig. qui huius opinionis scribitur fuisse

fuisse Bartolū ibi, & in l. planē. §. 1. deleg. 1. & ibi Angel. ac Imol. sic Castren. in l. scire debemus, & Alex. in l. qui bis idem, de uerb. oblig. idem Alex. conf. 4. nu. 3. uerf. Accedat quia. lib. j. Barb. conf. 25. col. 5. lib. j. Ruinus conf. 176. nu. 2. lib. j. Alciar. d. l. triticū, in fi. ea ratione utuntur, ne secunda stipulatio inutilis sit: quæ ita interpretari dēt ut poti⁹ ualeat, q̄ pereat. l. quoties, de uerbo. obliga. quæ quidem ratio leuis est: nā si uera esset, idem dicendum foret in cæteris actib⁹ & promissionibus. qm̄ illa regula, q̄ in dubio sumē da illa interpretatio sit, qua factus ualeat, nō modō in ipso stipulationis actū, sed & in quouis altero loco sibi uendicat. l. quoties, de reb. dub. ubi Soc. & latissime tradūt Craue. conf. 52. conf. 223. nu. 8. & cō si. 278. col. 4. uer. adde. Vant. tract. nullita. parte prima, nu. 24. & Neuiz. lib. 6. Syluæ nuptia. nu. 47.

Ego ueriores rationem illam esse aliqñ credidi, q̄ ad stipulationis actum quis nō nisi animo delibe rato & re considerata deuenit: quemadmodum docuit Castre. & post eum cæteri in rub. ff. de uer. obliga. & ibi Ripa nu. 2. qui ita sensisse Bart. in l. 1. §. simpliciter, de uerbo. obliga. scribit. non est ergo credendum hunc incōsideratē & sine effectu uoluisse per stipulationem promittere. Verū nunc rationē hāc minus probabilem opinor, qm̄ fateor consideratē promississe, ut scilicet efficacius obligaretur, non autem in plus. Non ē hęc doctorum traditio probatur ex l. quingenta. de prob. si quæ paulō ante diximus, rectē perpendantur. Minus confert l. qui bis idem, de uer. obl. nec l. Maruius, in prin. de leg. 2. immo cōtra hanc doctrinam interpretum multum urget ratio illa q̄ stipulatio insequatur naturam contractus super quo interponitur: ut cōis est doctorū sn̄a in rub. de uer. obl. & ibi Ripa nu. 52. cōem esse testatur. si ergo ratione principalis contractus non præsumitur duplicata quantitas, ut iam supra in primo & secundo casu diximus: ita nec aliter ob adhibitam stipulationem. difficultatem hanc sensit, & dissoluerē conatur Barba. d. conf. 25. col. 5. lib. j. & postea q̄ pro more multa effudit, tandem concludit stipulationem hoc in casu non esse accessōriam alterius contractus: sed principalem ad obligationem causandā, atque ita ut principalem à Doctorib. considerat. Sed demus ita esse, uel non uel altero casu, nō tñ sequitur, q̄ & si principalis est, duplicatam summam præsumi promissam, cum nō uideatur adesse hic ratio aliqua differentie à cæteris casib. cogitandum itaque erit. in iudiciis suadeo à recepta Doctorum opinione recedendum non esse. Ad euitandam tñ omnem dubitationem consultum optimē erit promittenti, ut in secunda promissione adscribi curet, computata omni

31 alia pmissione, uel instrumento. ita hac cautela utē dū esse admonuit Bar. & Ias. d. l. triticum. nu. 9. uerf. limitat Bar. ubi alios recenset. sic & Barb. d. conf. 25. col. 6. lib. 1. Ias. d. conf. 87. col. 2. in fine, lib. 1. & Neuiz. d. conf. 96. nu. 9.

Non etiam erit locus huic casui ob personæ qualitatem, ut si simplex aliquis uel rusticus ita promississet: nam tunc duplicata summa non præsumeretur: ita post Flor. Fulg. & alios nonnullos respondit Alex. d. conf. 4. nu. 3. uer. accedit decisio. lib. 1. Alcia. d. l. triticum. in fi. & si malē dubiteret Aemilius Ferre. in d. l. quingenta. nu. 5. in fi. qualitas autem huius personæ

34 à iudicis arbitrio, ut iam aliās admonui, pendet. Declaratur etiam hic casus, ut non habeat locum, quando prior contractus à stipulatione robur. foret accipere, essetq; stipulatio pro illius implemento, ut cum numeravi tibi decem, deinde incontinenti mihi dari decem ex causa mutui à te stipulatus sū: tunc enim t̄ summa duplicata non præsumitur. ita Alcia. in d. l. triticum. num. 19. uer. idem cum prior. ex l. cum enim, in fine, de noua.

35 Octauus est casus, cum t̄ duæ sunt extra iudiciales eiusdem summæ & eadem ex causa confessiones: tunc una sola summa præsumitur. ita Ias. in d. l. triticum. num. 10. & Alciar. num. 20. Alex. d. conf. 4. nu. 4. lib. 1. & Neuiz. conf. 96. num. 7. qui huius opinio nis fuisse Bartolum & alios scribunt. lege & ratione in hanc adducti sunt opinionem. lege inquam ex rex l. si Sempronius, de legar. secundo, qui alium habet sensum, ut supra à nobis dictum fuit. ratione, quoniam confessio non est apta obligationem inducere, sed inductam probare. l. Publia. §. ulti. depof. quam alias latē explicauimus. Ratio hęc non multum concludit, quia, si uera esset, nec una sola quantitas præsumeretur promissa. Ego uerius opinor, non præsumi duplicatam quantitatem, quoniam secunda confessio non ad augendam, sed ad confirmandam priorem confessionem emissa creditur, quemadmodum supra de duplicata scriptura diximus. Non ignoro etiam contra hanc Bartoli & sequacium sententiam sensisse Angelum, Imolam & Comen. ut refert Ias. d. l. triticum. numero 10. ea ratione prima, quod post biennium efficax reddatur obligatio ista. l. si ex cautione. C. de non nume. pecu. & inst. de litera. oblig. in principio. quæ sanē ratio leuis est, & non concludit: tum quia in sola obligatione illa quæ li teris causatur, procedit, tū quia nos statum præsentem, non futurum post biennium scilicet spectamus. lapsō etenim biennio, non à confessione, sed à præsumpto tacētis consensu firmata obligatio uidetur. Alia argumētatione usi sunt Angelus & sequaces, nempe t̄ geminatam confessionem efficacem obligationem producere. Bart. l. cum scimus, in fine. C. de agricol. & cō si. lib. 1. Castren. d. l. Publia. §. ulti. & alios refer Ias. d. l. triticum. nu. 10. in fine. uerum lenior est prima considerata hęc argumentatio. nam, cum interpretes nostri scribunt, confessionem geminatam efficacem obligationem inducere, præsupponunt unam esse summam duplici confessione confessatam. at hic si uolumus dicere duas esse summam, opus est dicere in singulas summam unam adesse solam confessionē; atque ita diluitur uana eorum argumentatio.

Nonus casus est, qui à nostris Doctoribus consideratus uidetur, quando t̄ duæ adsunt iudiciales confessiones eiusdem causæ & quantitatis, tunc plures summæ præsumuntur. ita Bart. in d. l. triticum. nu. 4. & sentit Alex. nu. 8. & Ias. num. 10. Barba. d. conf. 25. col. 4. lib. j. ea ratione, quia t̄ confessio iudicialis actionem producit, & pro condemnato habetur, oriturq; actio in factū. ut ex sententia l. unica. C. de confes. si ergo quantitas diuersa non præsumeretur, inutilis esset confessio secunda. Adiuuatur casus iste ex dictis supra paulo ante in quinto casu.

Nec urgent, quæ considerantur ab Angelo, Imola & Comen. qui contra Bartolū & sequaces senserūt, dum

dum aiunt, has confessiones iudiciales esse principaliter factas ad probandam inductā obligationē, non autem ad eam inducendam, & ob id esse spectandū quod principaliter agitur. l. si quis nec causam. ff. si cer. pet. cum uulgatis similibus: nam & hunc effectū parit. d. l. unica. C. de confess. præterea sufficit q̄ ex p̄bata per confessionem obligatione creditor summā duplicatam, ut bis promissam, consequatur.

Decimus est casus qm̄ quis per testes probat, & ad ad euitandam eorū contrarietatem ad cōcordiā reducuntur, ut puta, duo testes affirmarunt quinquaginta fuisse numerata Seio, deinde alij affirmāt Seio cētū numerata fuisse. hoc casu summitur interpretatio ut geminata quidē sit numeratio, sed q̄ in posteriore sūma prior cōtineatur, ita post Abb. Imo. & Butriū docuit Fel. in c. cū tu. nu. 11. uerf. datur et alius, de testib.

Vndecimus ac ultimus casus est, cū t̄ una quantitas scriptura, altera confessione ex testib⁹ probatur: tūc non plures, sed una t̄m præsumitur: ita Afflict. decis. 198. inquit enim quod confessio illa testibus probata, non est noua dispositio, sed p̄batio: ut apud eū. ilū secutus est Carolus Molynæus in annota. ad Alex. d. conf. 4. lib. 1.

Relati casus non mō procedūt quoad creditoris petentis personā, uerū etiā quoad t̄ debitorem, qui ob geminatā quitationem contendit, se bis soluisse, & ideo uult unā sūmā repetere: ita. n. distinguendū est ac in relatis iā casibus, q̄ aperte sensit Bal. in l. ne casu. nu. 2. C. de discess. lib. 10. quo loci illud quidem affirmauit, in dubio reo esse fauēdū, ut duæ solutiōes præsumatur. q̄ an uerū sit, dubito, cū eo in casu is debitor ad repetendū, creditoris atq; ita actoris partes sustineat. idē Bal. in l. ulti. nu. 24. C. de eden. Alex. in l. si quis ex argētarijs. §. ulti. nu. 3. ff. de eden. qui clarius declarat. quāquā absolute debitore bis soluisse præsumi scriptū reliquerit Roma. sing. 547. Debitor. Ias. in d. l. planē. §. si eadē. nu. 17. de lega. 1. & Romanū est secutus Neuiz. conf. 96. nu. 12. in fine. De his satis.

SVMMARIVM.

1. Vassallum iuramentum fidelitatis domino præstare debere.
2. Feudū cū ē modicū, fidelitatis iuramentū nō p̄statur.
3. Feminam in feudo tenui succedere.
4. Vassallū p̄ tenui feudo onere collecti & grauari nō posse.
5. Vassallum non consequi alimenta ex feudo tenui.
6. Feudū cū ē tenue, excusatur uassallis a p̄sonali seruitio.
7. Iudicis arbitrio relinqui, quod feudum modicum & tenue dicatur.

CASVS CCXIII.

FEVDVM TENVE ET MODICVM, quod dicatur; & quid illius causa iure constitutum est, explicatur.

Inter cætera, quæ à uassallo, ut feudū obtineat præstari debēt, t̄ fidelitatis iuramentū præcipuū quid est: nisi enim illud præstaret, feudū nō cōsequeretur, uel consecutū amitteret. cap. nulla, per quos fiat inuestitio. cap. est & alia, quæ sit prima cā benef. amitte. Afflict. in præludijs feudorum. nu. 4. 1. & Iacobinus à Sācto Georgio in inuestitura feudali, in uerbo. Qui qui deū inuestiti præstiterunt iuramentum fidelitatis.

col. 1. certis tamen quibusdam casibus, ab Afflict. loco iam citato enumeratis, non præstatur iuramentū hoc: ut eo in casu, cum feudum t̄ modicum est: ita is Afflict. qui supra nu. 42. uerf. secundus casus.

Simile est qd̄ ob feudū tenue & modicū dicimus, nempe q̄ & si femina in feudo non succedat, c. 1. §. & quia uidimus, qui feud. dare poss. succedit tñ qm̄ feudum est modicum, ita respondit Rom. conf. 367. col. pen. uerf. fallit teriō. Corneus conf. 16. lib. 1. & Cardin. d. §. & quia uidimus, col. 16. uerf. septimō fallit. quos retulit Tiraq. in tracta. De iudicijs in rebus exiguis. uerf. 85. licet.

Simile est, quod & si uassallus t̄ grauari onere collectæ possit, cum dominus uel graui bello, uel alia necessitate præmitur, ut iam supra in casu 164. exposuimus: non tamen potest cum feudum est modicum. ita Afflictus in d. præludijs feudo. nu. 42. uerf. secundus casus. quem secutus est Io. Iacobus d. Leonardis inter consilia Brunni Asten. conf. 117. nu. 187.

Simile est in casu ca. 1. §. sed si feudum, in tit. Epif. uel Abba. quando feudum ab aliquo reuocatur, si is à quo reuocatur, non habet unde se alar, & feudum est magnum, tantum illi ex illo feudo relinquendū est, ut se alere possit: secus si t̄ feudum est modicum: ita ibi annotauit Iternia. cæterea similia prætereo.

Simile etiam est, quod licet in feudo uassallus personaliter seruire tenetur, non tamen cum feudū est modicum: quoniam tunc pecunias soluere potest. ita Capicinus decisio. 32. nu. 2. & Alcia. respon. 222.

Dubitari nunc cōtingit, quod modicum feudum ac tenue esse dicatur. is Iacobus de Leonardis d. conf. 117. nume. 188. aperte respondit & rectē iudicis arbitrio relinqui. prudens autem iudex arbitrari ac iudicare poterit feudum esse tenue ex qualitate personarum Domini scilicet & uassalli, & ex seruitij quantitate: ita Iternia in d. cap. 1. §. sed si feudum, in fine Episco. uel Abba.

SVMMARIVM.

1. Impensa, quæ gratia fructuum percipiendorum fuit, à conductore persoluuntur.
2. Locator partiaris consequitur suam portionem fructuū sine aliqua impensa, quæ in illis colligendis fit.
3. Impensa quæ fit in fructibus custodiendis a conductore præstatur.
4. Impensa, quæ causa proprietatis fit, & nullā de illis dominus sentire habet utilitatē, soluit fructuarius: si uerò dominus sensit cōmodū, p̄ mō illius ipse soluit.
5. Impensa magna facta ad perpetuam rei utilitatē spectat domino rei.
6. Impensam modicam etiam non rei utilitate, non soluit dominus.
7. Impensa modica, quæ dicatur.
8. Iudicis arbitrio relinqui, q̄ modica dicatur impensa.

CASVS CCXV.

IMPENSÆ IN REM FACTÆ QVIS persoluat, an dominus, uel fructuarius; & quæ modica dicatur impensa, declaratur.

CVM anno sexagesimo primo supra millesimum & quingentesimum salutis nostræ in Academia Montis regalis subalpini docerem, respondi interrogatus in ardua, que extorta tunc fuerat controuersia inter

inter tunc amplissimum Cardinalem Alexandrinum illius ciuitatis Episcopum, nunc summo Dei Opti. Max. beneficio Pontificem Max. & Reuerendissimū tunc Lāfanensem Episcopum, cui tunc Illustriss. ipse Cardinalis donauerat redditus unius anni illius Episcopatus Montis regalis. Dubitabatur iter multa, cui spectaret impensa cuiusdam refectiois molendinorum ac aliorum quorundam aedificiorum, quæ sanè impensæ eo anno à conductore illorum reddituum factæ reperiebantur. Distinguebam cū Paulo Castren. in l. domos, in fine. uersic. sed adhuc oppo. de lega. 1. cuius doctrinam alij secuti sunt, præsertim Boerius q. 44. nu. 13. quod una est impensarum species, quæ colligendorum fructuū causa fieri dicitur: hanc spectare conductori dicebā: ut Castren. & Boer. scribūt. si enim uult conductor fructus colligere, in hac causam impendere debet. Hinc si dominus locat predia ut fructuū dimidiam à colono partiaro recipiat, recipit sine ulla ex his impensis. quod probat c. ut nobis, ubi Abbas de decimis. Corneus conf. 289. col. 3. uersic. & hinc est quod colonus. lib. j. Afflictus decis. 252. col. 4. uersic. propterea dicit. & Tiraq. de re tractu confang. §. 15. glo. 1. nu. 9. uersic. fallit quintò.

3 Secunda est species fructuū impensarum, quæ fit causa conseruandorū fructuū, ut qñ custodes adhibentur, ut illos, ne à furibus surripiantur, custodiant. hæc quoq̃ impensa colono spectat, ut rectè Castren. & ceteri scribunt, & Alex. l. diuortio. §. impendia. nu. 4. solu. matr.

4 Tertia est impensarum species, ut cum impendimus pro tempore ad proprietatis utilitatem, ut si molendini rotæ aliquantulum aquarum impetu frangerentur, si molæ, uel quid simile, quod parum duraturum est, ita q̃ dominus tempore finitæ locationis ex illa refectioe nullam sit consecutus utilitatē, hæc impensa ad fructuarium & colonum pertinet. ita Castren. & Boerius locis iam citatis, nam si aliquod modum ex illa impensa consequi posset dominus locatione finita, pro modo utilitatis reficere debere impensam conductori: ita egregie Bar. in l. impensæ. ff. de impen. in rebus dota. factis. dū loquitur de impensa facta in purgatione fossarū, quā colonus, uel cōductor à domino repetit, si finita locatione allatura ei est commodum, illum est secutus Alex. d. l. diuortio. §. impendia. nu. 3. soluto mat. Ruin. conf. 167. nu. 2. lib. j. Hinc dicimus melioramenta æstimari in si. locationis. d. l. domos, & alibi fusius exposui.

5 Quarta est impensarum species, quæ ad perpetuā rei utilitatem fit: hanc re uera & cum effectum facit dominus. ita tradunt relati Castren. & Boerius, & ante eos Bar. in l. damni. §. ei cuius, nu. 3. ff. de damno infecto. & in l. cotem ferro. §. qui maximos. nu. 14. ff. de publica. & uectigal. quem est uno uerbo secutus Aret. conf. 111. nu. 1. & Gramma. conf. 13. nu. 43. & clarius Paris. conf. 96. nu. 26. lib. 2. Carolus Molinæus in consuetud. Paris. tit. 1. §. 1. glo. 8. in si. Alex. conf. 162. col. 1. lib. 7. Afflict. d. decisione 252. nu. 2. Rolan. à Valle cōfi. 28. nu. 13. lib. j. qui omnes intelligūt, qñ est magna & egregia impensa, ut est nouā domū extruere, aut iam uetustate collapsam reficere, & his similia. secus uerò ij scribunt, cum impensa est modica, ex l. hæc tenus. de usufr.

7 Dubitant modo nostri, quæ modica dicatur impensa. Vna fuit opinio relata glossæ in d. l. hæc tenus,

in uerbo, pertinet, esse impensam duorum coronatorum, ex l. si oleum. §. ult. ff. de dolo. quæ opinio nec uera est, nec à Doctoribus recipitur. nā à remotis multum est argumentatio ex d. l. si oleum. §. ult. iam sæpe à nobis exposito.

Secunda fuit opinio Alex. in l. diuortio. §. impendia. nume. 3. in si. solu. matr. esse modicam impensam, quæ fit pro fructuum perceptione, & magnam, quæ est ad perpetuā rei utilitatem, & si exigua sit ipsa quantitas. uerum iure non probatur hæc opinio, & illi. l. hæc tenus, aduersatur, dum de factis refectis reficiendis agit, quæ impensa & si aliquando modica sit, perpetua tamen esse potest.

Tertia itaq; est opinio, quam probat glo. d. l. hæc tenus, & glossa in l. omnino, ubi Alber. & Ange. ff. de impen. in reb. dota. fact. esse iudicis arbitrio, quod placuit & Ang. in l. ultima. §. in computatione. col. 1. C. de iure deliber. Corneo conf. 81. in fine. lib. 4. Marsilio in l. qñtis. nu. 43. de quaest. & Tiraq. in repe. l. si unquam, in uerbo, omnia uel partem. nu. 31. C. de re uo. don. & in tract. De iudicijs in rebus exiguis, uersic. septuagesimo primò precedētib. Ario Pinello in repe. l. 1. parte. 2. C. de bonis mater. Iudex ergo ex qualitate rei & personarum statuet, quæ modica & quæ magna dici possit impensa. Respondi itaque in controuersia illa, ut eo reuertar unde digressus sum, illam egregiam molendinorum refectioem Illustrissimo Cardinali spectasse: ceteras uerò impensas, quæ solum ad fructuum perceptionem factæ reperiebantur, conductori.

S V M M A R I V M.

- 1 Beneficia dum Pontifex confert, qualitatis beneficij rationem habet.
- 2 Beneficia modica & tenuia quæ.
- 3 Beneficia tenuia charitatiuo subsidio non grauari.
- 4 Episcopatum esse de maioribus beneficijs.
- 5 Archidiaconatum esse de minoribus & maioribus beneficijs respectiue.
- 6 Canoniatum esse de maioribus beneficijs respectiue.
- 7 Abbatiam Episcopatu in aliquibus æquiparari.
- 8 Monasterium monialium inter maiora beneficia collocari.
- 9 Beneficia magna & tenuia dici, si redditus est solum centum coronatorum.
- 10 Beneficium ducentorum coronatorum esse tenue, persona Cardinalis inspecta.
- 11 Concilium Lateranense, quo prohibentur Cardinales impetrare beneficia non excedentia coronatos ducē tum. & de illius ratione.
- 12 Iudicis arbitrio relinqui, quæ beneficia dicantur magna, & parua.
- 13 Beneficiū esse tenue cū redditus ad uictū non sufficiūt.
- 14 Ecclesia ita dotata est, ut habeat clericus unde se alat.
- 15 Iudicis arbitrio relinq̃i quātū ecclesia dotari debeat.

CASVS CCXVI.

QVÆ MAGNA, ET QVÆ TENVIA dicantur beneficia, declaratum.

Pontifices maximi iusta ratione fructu in conferendis beneficijs rationē habēt, an magna uel parua, an opima

opima uel tenuia sint. ca. ad aures, de rescrip. c. cui de non sacerdotali, de præben. in 6. Dubitant nostri, quæ dicantur beneficia magna, & quæ parua. id quod utile est scire ob collectas & subsidia charitatiua, quæ quotidie exiguntur: nam parua beneficia collectarum onere non grauantur: ut docuit Paul. de Leaza. in clem. 2. de decimis, & alios retulit Gemin. cōf. 84. col. pen. uersic. de habentibus. Hac ergo in re ego soleo distinguere beneficia magna uel parua, ratione dignitatis, à magnis uel paruis ratione ualoris seu redditus. Cūm agimus de sacerdotijs magnis uel paruis ratione dignitatis, dicendum est dici magna, ut Episcopatus. d. c. ad aures, & ibi Ripa nu. 2. dixit post alios ceteras dignitates ut Decanatus, Archidiaconatus & similes respectiue ad ipsum Episcopatum non dici beneficia maiora. illæ tamen dignitates respectiue ad inferiora beneficia simplicia dicuntur esse magna sacerdotia. ca. cūm in cunctis. §. inferiora. de electio. & hac ratione rectè docuit Abbas in cap. maioribus, primo nota, de præben. maiora sacerdotia esse Episcopatus, minora præbendas respectiue inquam. quamquam eum male reprehēdat Ripa in d. cap. ad aures. nume. 2. hac ratione & Canoniatum maiora beneficia esse dicuntur. capit. tua nobis, de uerbo. signific. Franc. de Marchis quaest. 1124. Sic etenim uidemus Abbatiā Episcopatu æquiparari, & ob id inter maiora sacerdotia collocari. cap. si quis deinceps. 27. q. 4. ut respondit Lupus alleg. 84. col. pen. uersic. item Abbatiā, & tamen Abbatiā habita relatione ad Episcopatum aliquā inter minora sacerdotia reponitur, ut ex d. c. cū in cunctis. §. inferiora, de elec. respondit Oldr. conf. 14. col. 1. immo Abbas Panor. in c. penul. de uerbo. signific. & post eum Gomez. in commentarijs ad Regulas Cellariæ De annali possessore. quaestio. 11. col. 2. scriptum reliquerunt, & monasteria monialium inter magna sacerdotia connumerari; & ob id appellatione beneficij sine alio adiuncto illa non contineri. Ratio ne ualoris & redditus parua sit sacerdotiū & tenue, quod nō excedit annuum redditum coronatorum septem: ita is Paulus de Leaza. in d. clem. 2. de decimis. sed perpetua non est hæc doctrina, quandoquidem & tenue & paruumq; dicitur illud sacerdotium, cuius annuus redditus est ducētorū coronatorū inspecta unius personæ qualitate: ut in exemplum est constitutio Concilij Lateran. celebrati anno secundo Pontificatus Leonis x. qua prouisum est, ne Cardinalibus conferantur uel commendentur beneficia, quorum redditus non excedunt summam ducentorū coronatorum. quæ sanè constitutio ea ratione edita creditur, ut pauperibus de his prouideatur: quemadmodum scribunt Cassiodo. decisio. 2. de præb. & Rebuffus in praxi Beneficio. in titulo De rescript. 1a forma Communi. nume. 21. in quiunt isti, hæc esse parua & minora sacerdotia, inspecta persona Cardinalis. rectè ergo senserunt alij ob rerum & personarum uarietatem, esse hoc iudicis arbitrio relinquendum: ita interrogatus respondit Geminia. d. confil. 3. col. pen. uersic. de habentibus. Ripa cap. ad aures. numer. 2. in fine, de rescrip. & Tiraq. in repe. l. si unquam, in uerbo, Omnia uel partem. num. 31. C. de reuoca. donat. prudens autem iudex iusta ratione iudicare poterit illud beneficiū esse tenue & paruum, cuius redditus non sufficiunt pro necessario uictu ipsius sui ministri & eius familiæ. quod cōcedit Geminianus ex cap. sicut, de supplen. neglig. præla. & c. 1. de præben.

14 in 6. quibus satis probatur ita ecclesiam esse dotandam, ut inde habeat minister unde se alat, quod inteligitur secundum personæ suæ conditionem, ac secundum ecclesie & patriæ consuetudinem, ut annotauit Anch. in d. capi. 1. colum. 1. de præben. in 6. quæ tamen omnia iudicis arbitrio, cū iure non sunt definita, relinquuntur.

S V M M A R I V M.

- 1 Venditor elapso redimendi tempore redimere amplius non potest.
- 2 Venditor qui uendit tenui pretio redimere eam potest etiam lapso termino redimendi.
- 3 Pactum de reuendendo cum modicitate pretij non arguit contractum usurarium.
- 4 Pretij modicitas quæ.
- 5 Iudicis arbitrio relinquitur, quod modicum pretium dicatur in contractu emptionis.

CASVS CCXVII.

PRETIUM TENVE QVOD SIT IN emptione & uenditione; & illius effectu agitur.

Disputatio est apud nostros frequens & utilis; si uenditor cum emptore paciscatur ut ei liceat intra certum tempus rem uenditā redimere, an pretiū illo tempore elapso adhuc redimere liceat: Receptissima est Doctorum sententia non licere. ut hanc communem & ueram multis relatis senserunt Gozad. & Cagn. in l. 2. C. de pactis inter empt. & uend. uterque nu. 64. idem Gozad. conf. 87. nu. 5. & confil. 94. nu. 51. quibus etiam addo Curt. sen. conf. 44. Sup. præmissa dubitatione. col. penulti. in si. Tiraq. de re tractu contentio. §. 1. gloss. 2. nu. 43. qui alios recēset. & ibi no. 53. inquit esse textum clarum in l. si creditor. §. illud. ff. de distra. pigno. Hæc tamen iuris sententia non procedit inter cetera eo in casu, cū uenditio hæc cum pretij modicitate facta est. nam tūc etiā elapso præscripto termino recuperari poterit, ex opinione Hostien. in summa de usuris. §. an aliquo, quem sunt secuti Bertran. conf. 88. in si. lib. j. Iacob. à S. Georgio in l. 2. ff. si certum peta. Cassan. confil. 11. n. 40. Tiraquel. præcitato loco numero 55. & Soc. iun. confil. 104. nume. 3. lib. 3. Verum Cagnol. in d. l. 2. nume. 65. uersiculo. secunda limitatio. C. de pactis inter empt. & uend. multum dubitauit, quoniam pactum de reuendendo cum modicitate precij ad redarguendum contractum esse feneratorium nō sufficit. ut iam suo loco attingimus. atque ita inquit Cagnolus opinionem hanc uix procedere, nisi magnus excessus adsit in pretio, & uere, si uerba Tiraquelli & aliorum perpendantur, sentiunt Hostien. opinioem ex æquitate potius quam ex stricto iure procedere. Dubitari nunc hac in re contingit, quæ pretij modicitas hæc censetur. & cum non sit iure definita, uere iudicis arbitrio relinquitur. ita Barba. confil. 51. col. 2. lib. j. Bertran. confil. 236. numero 4. lib. 2. Tiraquel. in repe. l. si unquam, in uerbo, Omnia. nume. 31. C. de reuoca. dona. Soci. iun. d. confil. 104. nume.

num. 4. 6. li. 3. sic alias diximus in modicitate pretij, qui contractus simulatus arguitur, post Capollam tract. de simula. contractu, pagina penult. uerfi. sexta & ultima conclusio.

SVMMA RIVM.

- 1 Maritus quando presumatur donasse iocalia uxori.
2 Vestes quotidiane que.
3 Iocalia magni ualoris no psumi donata a uiro uxori.
4 Iocalia pretiosa, que esse dicantur.
5 Iudicis arbitrio relinqui, que dicantur iocalia magni ualoris.
6 Ornamenta mulierum uaria, remissiuè.
7 Statutum Patavinum sub rub. De successione mulierum. cap. statumimus quod omnes. declaratur.

CASVS CCXVIII.

QVÆ VESTES ET IOCALIA A MARITO uxori donata censentur, & que dicantur iocalia pretiosa, exponitur.

- 1 Non semel interrogatus sum, an i maritus donat se censetur uxori iocalia, & uestes, quas illi fieri curat. soleo respondere distinguendo cum Bartolo in l. si mulier. §. si uir. ff. de dona. i. p. uir. & ux. & clarius in l. pen. §. i. num. 3. uerf. tertia opinio. ff. solu. mar. uestes quotidianas, quibus quotidie domi mulieres utuntur donatas censeri: uestes uero & iocalia, que potius ad ornatum sunt, quam ad corporis utilitatem, & que magni sunt ualoris non. Cum Bartolo sentiunt ceteri fere omnes posteriores: nam illi probarunt Bald. Angel. Castren. Fulg. Butr. Ang. Aref. Rom. Alexand. Cornueus Ancha. las. Afflictus & alij, quos longa ferie & diligenter retulit secutusque est Rolan. a Valle consi. 10. nu. 1. 2. lib. 1. quibus ego addo Barba. consi. 60. col. 16. lib. 3. laso. consilio 197. colu. 2. uerf. secundo quod ista bona. lib. 2. Capell. Tolosa. q. 337. Io. Lopes de Palatio ruios rubr. extra de donatio. inter uirum & uxorem. §. 1. nume. 3. 4. Neutz. lib. 2. Sylua nupt. nu. 63. Alcia. respò. 241. & Iulium Clarum lib. 4. senten. iuris. §. donatio. q. 10. uerf. successiuè, & cum hac iuris communis dispositione conuenit statutum Patavinum sub rubr. De successione mulierum, cap. statumimus quod omnes. Dubitari nunc coniungit; que uestes, i que iocalia & his similia pretiosa esse dicatur, ut uerisimiliter maritus uxori non censetur donasse. in eam sententiam tadem itum est, hoc non esse iure diffinitum, sed iudicis arbitrio relinqui: ita Imola in l. pen. C. de quaest. & in d. l. pen. §. 1. solu. matrimonio. Capra consi. 135. nume. 16. Cornueus consi. 81. col. pen. lib. 1. Ioanes Lopes in re. p. d. rub. De dona. inter uirum & uxorem §. 1. nu. 11. Afflictus decisione 315. nu. 3. & Roland. a Valle d. consilio 10. nume. 17. lib. 1. Iudex autem prudens personarum conditionem & qualitatem rectè considerat. Sunt enim aliqua, que inter pretiosas uestes & iocalia non habent uestes feticas, annulos & aureas paruas torques, ut sunt uxores opulentissimorum, uel Principum & similia, que hæc in casu quotidiano habent, sunt etiam aliqua e contra, que hæc inter res pretiosas haberent, & que diebus festiuis tantum & solèmbus deferrent, de multiplicibus autem i mulierum ornamentis plura scripsit Tiraq. De leg. connubial. lege tertia. Quibus inferitur de-

claratio ad relatum i statutum Patavinum, quo declaratum non est, que sint res mobiles quotidiani usus. hoc enim ex iudicis arbitrio declarabitur.

SVMMA RIVM.

- 1 Laudo notabiliter contravenire quid.
2 Iudicis arbitrio relinqui, quando dicatur notabiliter contrauentum laudo.

CASVS CCXIX.

CONTRAUENIRE NOTABILITER quid.

Compromittentis in cõem arbitrium, se ratu habeturos illius iudici, nec illi aliqua rone refragari promittunt & interdum his uerbis utuntur: se illi laudo non contrauen turos notabiliter. quemadmodu similem facti speciem recenset Barb. consi. 45. col. pen. lib. 4. qui dum ambigit quam interpretatio nem uerbu hoc, notabiliter, recipiat, tandem ait, iudicis arbitrio relinqui, & eo in casu credidit Barb. illu notabiliter contrafecisse, cu suu aduersariu possessione cuiusda castri spoliasset. p rei ergo qualitate & psonaru cõdõne iudex prudens suu arbitriu tẽperabit

SVMMA RIVM.

- 1 Mora magni esse ponderis ad detrimentu creditoris.
2 Morosus quando quis dicatur.
3 Iudicis arbitrio relinqui qm mora commissa dicatur.
4 Moram esse commissam, facti non iuris esse.
5 Moram duobus modis committi, re & persona.
6 Mora ex re committi quando.
7 Declaratoriam requiri, etiam cum mora ipso iure committitur.
8 Moram ex re committi in casu. l. item ueniunt. §. petita. de pet. bar.
9 Moram ex re committi in furto.
10 Moram ex re committi contra socium interuententẽ bona communia.
11 Furtum committit socius si rem socij in proprios usus conuertit.
12 Mora ex re comitti in casu. l. sed & si. §. ult. de usuris.
13 Moram ex re committi in casu. l. 2. ff. de naut. fen.
14 Mora ex re comitti in casu. l. uideamus. la 1. de usuris.
15 Moram ex re committi in casu. l. pen. ff. de usuris.
16 Mora ex re comitti in casu. l. pen. ff. de ui & ui arma.
17 Moram committi ex re in casu. l. in minorum. C. in quibus caus. in integ. rest. non est necessaria.
18 Moram ex re ipsoq; iure fauore religionis committi.
19 Moram ipso iure committi fauore minoris.
20 Moram ex re & ipso iure committi, cum quis se facturum & curaturum promissit.
21 Moram ipso iure committi cum promissio est iurata.
22 Mora ipso iure causatur cum in contractu reciproco ex suo latere unus adimpleuit.
23 Moram ipso iure committi in casu. l. ult. §. præterea, C. de iure dotium.
24 Moram ex re atque ita ipso iure committi in casu. l. cum uero. §. apparet, de fideic. lib.
25 Mora ex hominis interpellatione quando committatur.
26 Moram esse ex una sola interpellatione commissam.
27 L. mora, in prin. de usuris. sensus & intellectus.
28 L. ult. C. de iure emphy. sensus & declaratio.
29 Acemilij Ferrerij & Corasij de mora opinio explosa. L. mora,

- 30 L. mora, in fine principij de usuris, intellectus.
31 L. si conuenit. ff. de pigno. actio. sensus & intellectus.
32 L. Acemilij Largini. in princip. de mino. intellectus.
33 L. si mandato Titij. §. ille qui ff. mandat. intellectus.
34 L. Qui Roma. §. cohæredes. de uerborum oblig. intel- lectus.

- 35 L. Qui Roma. §. Seia. de uerb. oblig. intellectus & litera.
36 Furas cum quis debet, quomodo offerendo liberetur.
37 Moram in maximè præiudicialibus duabus interpel- lationibus committi.
38 L. 1. §. de inspiciendo. ff. de uentre inspi. intellectus.
39 L. 1. ff. de libellis dimisso. intellectus.
40 Socini senio. opinio de mora commissione reiecta.
41 Ludouici Charonda opinio explosa.
42 Debitum repetere quid.
43 Diem interpellare pro homine.
44 Moram fieri ex lapsu unius diei.
45 Mora ex interpellatione iudiciali.
46 Iudex qd obseruare debeat cu mora comissa dicitur.
47 Mora excusare cu non stetit per debitore, q solueret.
48 Moram excusare probabilis exceptio.
49 Morosus non est, qui aliquantulum distulit, ut amicos solutioni adhiberet.
50 Moram excusat iusta causa, qua ad iudicium pronoca uit debitor creditorem.
51 Morosus nõ e heres debitoris ei fide nõ facta de debito.
52 Morosus non redditur debitor ab hærede creditoris ei fide non facta se hæredem esse.
53 Morosus nõ est debitor a creditore principali interpel- latus, si iam cum procuratore contraxit.

CASVS CCXX.

MORA QVANDO COMMISSA DICATUR, quibus casibus ex re, & ex persona committatur; & que iustæ causæ morosum excusent: diligenter declaratum.

- 1 Clamitant ubique scriptores, i moram magni esse ponderis nec ad creditoris detrimentu ferendam esse. in l. mora. ff. de usuris. in l. si ex legati causa, & in l. si insulam. de uerbo. oblig. sed dubitat omnes 2 quando i morosus quis dicatur. inter ceteros rectè docuit Inno. in c. capitulum sancte Crucis, & in cap. plerumq; de rescrip. esse in iudicis arbitrio positu. illum securus est Marsilius in l. qõnis modum. num. 13. de qõ. horum sententiã probat l. mora, in principio, uer. Diuus. ff. de usuris. Diuus quoq; Pius Tullio Balbo rescripsit, an mora facta intelligatur, neq; con- stitutione ulla, neq; iuris authorum qõne decidi pos- se, cum sit magis facti, quam iuris. quod sanè Papi- niani responsum sic etiam intellexerunt recentiores ut Corasius lib. 2. miscella. iuris. c. 6. Ludouicus Charondas lib. 3. uerisimilium iuris, c. 10. Duareus lib. 1. Disputa. annuier. c. 41. Robertus Aur el. lib. 4. setè. iuris, c. 15. & ante hos ita uisus est sentire Bal. l. edita, in prima lectura. nu. 61. C. de eden. iudex autem re- cte (mea quidem aliorumq; sententiã) intelliget i moram altero ex duobus modis fieri, ex re & ex psona. quos quidem modos, ut ex ordine omnia intelligan- tur, ita declarandos esse existimaui. Primus itaque modus faciendæ moræ, qui ex re di- citur, is est, scilicet lex introducit, efficitq; aliquem esse

morosum absq; hominis facto & interpellatione, is debitor ipso iure factus morosus est. nõ nego tamen quin declaratione iudicis opus sit, qua declaratur il- lù talè esse. nõ recepta magis est Doctoru sententiã, de- claratoriã iudicis i requiri in casib; illis, in quib; ope- ratur ipso iure, ut affirmarunt latissimè Barba. consi. 51. col. 16. 17. lib. j. Iafin l. si quis maior. nu. 25. C. de transact. Deci; in auth. cassa. nu. 14. C. de sacrosat. ec- cle. & consi. 144. n. 6. Rui. consi. 50. nu. 10. lib. j. Cur. Iu- consi. 149. nu. 2. Soc. iu. consi. 68. nu. 59. & consi. 130. nu. 29. lib. 3. late Marf. consi. 10. nu. 24. 25. Tiraq. in l. si unquã, in uerbo, reuertatur. nu. 2. C. de reuocan. donat. nec enim hæc moræ commissio fecit trahit exe- cutione, sed adhuc hominis factu expectat, ob id de- claratoriã requiritur iuxta doctrinã Geminia. c. sceli- cis, de pœnis, in 6. quã pbarit Decius in l. 3. §. qd au- tẽ. ff. qd quisque iuris. et consi. 327. nu. 6. uerf. præte- rea. & alios receset Crau. consi. 12. n. 2. & consi. 239. nu. 2. qua ex re dubitabile uidetur, qd scribit doctif- simus Plantius in l. qd, in præfatione, nu. 10. ff. si cer- tum peta. dum inquit duobus tantum in casibus, nõ- pẽ l. sed & si. §. ult. ff. de usuris, & l. 2. ff. de naut. fenõ. declaratoriã requiritur: immo uidetur necessaria & in cæteris omnibus, quos mox enumerabimus, ut ergo cognoscat iudex noster, qui hi sint casus, in quib; ex re, ipso iure mora fit: hic adferre uoluimus.

- 9 Primus est in litem ueniunt. §. petita. autem fi- sco. & §. a quo. ff. de petito. hered. is qui etiam non de- nuntiatu sit si sco delatã esse hereditatem, & ei non restituit, malæ fidei possessor esse. incipit: & ob id ad- usuras tenetur. est etiam ibi in causa fauor fisci. Alex. l. quod re. nu. 8. ff. si cert. pet.
10 Secundus est casus in l. in re furtiua. §. penult. & in l. ulti. ff. de condi. furt. fur. in mora semper est, quã obrem ad æstimationem quanti plurimi, d. §. pen. & ad periculum interitus. d. l. ult. tenetur. & in l. ulti. C. de cond. ob turpem causam. glo. in d. l. mora. Alex. d. l. quod te. nu. 8. & ibi Plautius in præfatione. n. 12.
11 Tertius est in l. 1. §. ultim. ff. de usuris, cum i socius pecunias communes societatis in usus proprios con- uertit, statim absque alia interpellatione in mora est, & ob id ad usuras tenetur. sic eo loci dñ in tutore, q pecunias pupillares sibi arrogat. Ratio illa uidetur qm i furtu comittere uidetur. l. rei comunis. ff. p so- cio. atque ita hic casus a iã relato non differt effectu.
12 Quartus casus in l. sed & si. §. ulti. ff. de usuris. cu non extat qui conueniatur, ut quia fecit debitor ne- i interpellaretur, mora ipso iure fit. sic & i in l. 2. ff. de naut. fanore. Plautius d. l. quod te. lib. 4. nu. 19.
13 Quintus casus est in l. uideamus, la 2. §. 1. & alijs sequentibus. ff. de usuris. ubi plures, non unus modò referuntur casus, in quibus mora ipso iure causatur: ut in eo, qui in fraudem alienauit, in uiolento occupa- tore, de quo statim, & his similibus.
14 Sextus casus est in l. pen. ff. de usuris. ubi heredes mariti, qui dolo falsum testamentum, uxorem, ne le- gatum consequeretur, accusabant, ad fructus tenen- tur, & si non interpellati a muliere fuerint. rationem ibi glo. adfert, quia dolo fecerunt, cum se teneri sciret.
15 Septimus est casus in l. pen. ff. de ui & ui arma. dum clarè affirmatur, occupatorem uiolentum esse semp in mora. Baueria d. trac. De mora. parte 2. nu. 9.
16 Octauus est casus in l. in minorum, C. in quibus caus.

causam integr. rest. non est necess. qua cautum est favore minorum, ut debitor, qui non soluit, absque alia interpellatione sit in mora. Baueria tra. De mora, parte secunda nu. 15. uer. septimo. Plaut. d. l. quod te. l. 4. nu. 23. & ex d. l. in minorum, ceterum Alex. conf. 7. nu. 8. uer. & eo tempore, lib. 2. clarins Soc. sen. conf. 53. nu. 43. lib. 4. idem inter consilia Ruzini conf. 26. nu. 33. lib. 3. quod si femina excluditur a statuto propter masculos, est illa alimentanda, & non requiritur interpellatio, sed masculi ipso iure in mora sunt cum illi alimenta non prestent.

18 Nonus est casus favore religionis, ita glossa in §. ex maleficijs, in uerbo, in iudicium, ubi Iafon, & Gomez. nu. 49. inst. de actio. idem Iafon l. in fine. C. de his quibus ut in d. ea ratione, quia ecclesia & minor aequi parantur. cauditis, de in integr. restit. at favore minoris ipso iure causatur mora, ergo idem. & favore ecclesie. idem etiam placuit Alex. in l. quod te. nu. 8. ff. si certum petat. & ibi Purpur. n. 95. late Didac. Couarr. lib. 3. uaria. resolu. c. 17. nu. 4. quod hac conuentione esse scribit, non dissentit Plaut. in d. l. quod te. lib. 5. nu. 23. si certum petat. & Baueria d. tracta. De mora, par. 2. nu. 15.

20 Decimus est casus, cum quis promittit se facturum & curaturum, si absque interpellatione in mora constituitur, ita Bal. in c. domino guerram. §. ad hanc, in titu. hic finitur. lex Corradi. & cum Bald. est communis Doctorum opinio, ut testatur Crau. conf. 64. nu. 1. conf. 92. nu. 17. & conf. 246. nu. 1. quo loci post Socin. sen. & Goza. conciliat opinionem Decij, qui in d. l. quod te, prima lectura nu. 1. a Baldo dissentit. quod ipse Baldus loquitur cum ob moram debetur interesse: Decius uero cum ob moram morosus in poenam incideret, quam distinctionem Plautius in d. l. quod te, lib. 4. nu. 34. si certum petat, probauit. & hanc distinctionem & conciliationem ante Crauetram attulit M. Antonius Baueria tracta. De mora, parte secunda, numero 19. qui deinde de eius ueritate dubitasse uisus est.

21 Undecimus est casus cum debitor sub iuramenti uinculo tenetur satisfacere, & scit creditorem illa pecunia egere: tunc absque alia interpellatione morosus est, ita multi affirmarunt, quos recenset Decius in d. l. quod te, prima lectura nu. 1. & in secunda, num. 43. qui satisfacit argumentationibus Alex. ibi. nu. 8. contrarium sentientis, placuit & hac communis opinio Gozad. conf. 37. nu. 7. & conf. 57. nu. 11. Crauet. conf. 64. nu. 2. & Roland. Valle conf. 57. nu. 45. libro primo. contra receptam hanc opinionem sentit M. Antonius Baueria d. tracta. De mora, parte secunda numero 21. 22. & Plautius in d. l. quod te, libro 4. nu. me. 24. 25. si certum petat, qui & alios eiusdem opinionis recensent.

22 Duodecimus casus est, cum contractus est ultrocitroque obligatorius, & unus contrahentium ex latere suo impleuit: tunc alter in mora esse dicitur absque alia interpellatione, ut probat Iulianus. §. ex uerbo. ff. de actio. empt. & l. curabit. C. de actio. empti. Alexand. d. l. quod te, nu. 8. & ibi Plautius in praefat. num. 9. ff. si certum petat, Baueria d. tracta. De mora, parte 2. nu. 19. omnes in d. l. curabit.

23 Decimus tertius casus est in l. ultim. §. praeterea. C. de iure dot. cum extraneus mulieri dorem promittit, elapso biennio morosus efficitur absque alia interpellatione: ita notat omnes in l. de diuisione. ff. solu.

matrimo. Alexand. d. l. quod te, nume. 8. Baueria praecitato loco, num. 14.

24 Decimus quartus casus est in l. cum uero. §. apparet. ff. de fideicom. lib. ubi favore libertatis non est necessaria interpellatio, hunc casum annotauit & Plautius in d. l. quod te, libro quarto, num. 2. Baueria loco iam citato, num. 23. in fine, qui duos alios casus recenset ut apud illum, cuius quidem commentaria, eum iam hęc scripserim, in manus inciderunt. nec suscepti laboris me poenitet, quando & praeter eum per multa attulerim.

25 Secundus modus faciendae morae, quae ex persona dicitur, ille est, cum debitor a creditore interpellatur, solet altero ex duobus modis interpellari debitor extra iudicium, & in iudicio, extra iudicium nullo dato libello, siue iudicis praesentia interpellatur. & hęc sufficit ut in mora constituitur, quemadmodum probat l. mora. de usur. l. Titia. §. usuras, de legatis secundo, l. qui Romae. §. cohæredes. & ibi late Socinus num. 8. de uerborum obligatione & uere dubitationem non patitur. Sed dubitationis est, an iudex noster iudicare debeat moram esse factam ex una sola interpellatione extraiudiciali, & uere (mea & ceterorum opinione) factam, esse iudicabit: nam crebrior & uerior hac est Doctorum sententia, siquidem eam probant glo. & Bart. in d. l. mora, in princip. de usuris. idem Bart. in l. Titia. §. usuras de lega. secundo, & in l. qui Romae. §. cohæredes. nume. 2. & Aret. i. nota. l. a. nume. 9. & Alcia. nume. 2. 1. & in §. Seia, in fine. & ibi pariter Iaf. in fine, de uerborum obligatione. hanc communem esse censuit Felinus in capi. ex literis. nume. 8. de conf. Tiraq. tracta. De Retrahu. confang. §. 9. glossa 3. numero 23. Camillus Plautius in l. quod te, in praefatione, num. 2. ff. si certum petat. & uere probatur in d. l. mora, in princip. dum inquit, si interpellatus oportuno: interpellatus semel intelligitur, posteaquam dispositio in primo actu uerificatur, ex regula l. boues. §. hoc sermone, de uerborum significatione, atque ita hanc considerationem fecit Plautius praecitato loco nume. 23. quamquam dubitatione non careat, cum regula d. §. hoc sermone, cesserit in legis dispositione (in qua nos uersamur) ex l. ueluti. §. hac uox. ff. de eden. ubi scribentes. & tradit latissime Tiraq. d. §. hoc sermone, in nona limitatione. clarius probatur sententia hac in l. ult. C. de iure emphyteutae, uerbo singulari uerens, statuit, dominum p emphyteutae denuntiationem in mora constitui, non emendi rem emphyteuticam, & non impediendi distractionem, quam deinde is alteri facit. Cetera iuris loca scio parum communem opinionem adiuuare.

Qua ex re intelligimus ueram non esse eorum sententiam, qui contra receptam hanc opinionem dixerunt, solam interpellationem extraiudicialem moram non facere, sed duplicata saltem opus esse, in qua quidem opinione fuit & Aemilius Ferretus in libello de mora (qui in nostras manus adhuc non uenit) quem retulit Plautius in d. l. quod te, in praefatione, numero 21. & Ferreti nomine suppresso, hanc pariter probauit Corasius d. libro. 2. miscella. iuris. cap. 6. horum argumentationes facili negotio diluuntur. Primo

29 dem opinione fuit & Aemilius Ferretus in libello de mora (qui in nostras manus adhuc non uenit) quem retulit Plautius in d. l. quod te, in praefatione, numero 21. & Ferreti nomine suppresso, hanc pariter probauit Corasius d. libro. 2. miscella. iuris. cap. 6. horum argumentationes facili negotio diluuntur. Primo

30 tex. l. mora, in fine principij, ff. de usuris, ibi, ommissa debiti repetendi instantia, quasi ostendat non sufficere solam interpellationem, posteaquam instandū esse

esse requirit. Ego posthabitis aliorum interpretatio nibus ita Papiniani responsum intelligo: interpellationem unam factam seruo debitoris non sufficere, cum sui copiam debitor deinde facit: quoniam tunc noua interpellatione opus est, fieri enim potest, ut dominus illius interpellationis notitiam, ob serui negligentiam non habuerit: quare i mora uere non constituitur, si praesens interpellari adhuc potest, nostram interpretationem adiuuat mirum in modum tex. l. ite ueniunt. §. ponamus denuntiatum. ff. de petitio. haered. & ibi glossa, citando d. l. mora, sic est uisa illi interpretari. Nec est uerum quod Cora. & Plautius sentiunt, ibi etiam domino esse denuntiatum ex illis uerbis forte, cum etiam si ipsi inquam domino denuntiatum est. nam sic ego interpretor, quod etiam si sufficiat semel personaliter ipsi domino denuntiari, non tamen sufficeret si semel mediante persona serui denuntiatum, inter duo hac uere differentia Papinianus ponit. et ideo in fi. illorum uerborum, denuntiatum est, repetendum est affirmatiue illud uerbum, sufficiat. Confirmatur, quia si negatiue uellemus legere, non sufficere semel domino esse denuntiatum, quod deinde de seruo dicitur, esset sine probabili dubitatione, cui enim esset dubium, quod si non sufficit semel ipsimet domino denuntiare, non etiam sufficeret si esset domino mediante serui persona denuntiatum? Secundo Ferreti & Corasii opinionem non tuetur, si conuenerit, ff. de pigno. actio. cum iam respondit Bar. in d. l. Titia. §. usuras. neque conclusionem hanc nostram eo in casu limitari, uerum non attulit Bar. limitatio nis rationem. eam ego esse opinor quod ibi agitur, ut non modo in p. credito, sed etiam furti teneatur: erat enim pactus debitor cum creditore de non distrahendo re pignori datam, quare ultra causam crediti ad eum in mora constituendum, erat etiam constituendus in mora, ut a pacto de non distrahendo recedere liceret: non ergo una sola interpellatio pro utroque casu sufficiebat.

32 Tercio Ferreto & Corasio non suffragatur, si Aemilius Largianus, in prin. ff. de mino. ibi, denuntiationibus ut pretium solueretur, quoniam animaduerti, ibi duos terminos fuisse solutioni assignatos, & in utroque adiectum fuit pactum legis commissoriae, ibi diffinitur, per secundam interpellationem esse recessum a pacto, cui ob primam interpellationem atque ob illam moram locus factus fuerat: quemadmodum ita nostri interpretes sentiunt in l. uinum, ibi Iaf. num. 17. & clarius Decius nu. 14. & Rubeus num. 181. ff. si certum petat.

33 Quarto communi opinioni non aduersatur, si mandatum Titij, §. ille illi. ff. mand. quoniam ex facto ita ibi casus euenerat, praeterea ibi sola erat dubitatio, an morte illius, cui credita est pecunia, mandatum esset liberatus: atque ita de interpellatione nihil diffinitur. Quinto

34 tex. l. qui Romae. §. cohæredes, de uerbo, obli. eos non adiuuat, cum ut eo loci omnes animaduertunt, uno Socino excepto, ita ex facto acciderat casus. & inter ceteros ibi Alciatus nu. 21. Socin. considerationes euer tit. Sexto text. d. l. qui Romae. §. Saia, ibi si non cessasset, quae lirera est in codice Florentino ut testatur Ant. Ang. lib. j. emenda. iuris c. 3. prope finem. & ea probat Corasius d. lib. 2. miscella. c. 6. nu. 9. post Holandrum, & si Alciatus lib. j. dispunct. c. 13. legat. si ante cessasset, & uere in meo manu scripto legitur si non cessasset, innuit ergo Scauola interpellationem unam non sufficere, sed assidue interpellandum, seu offerre

dum esse, atque ita non cessandum, quod sane frequenter unum solo in actu non uidetur posse uerificari. Ego opinor ad rem responsum, illud non conferre: nam de oblatione quae usuras impedire solet, loquitur: quae in re cum futura debentur non ex mora, sed ex contentione, ad eas sistendas sola oblatio non sufficit, sed, cum ipsa oblatione, requiritur consignatio, & depositio, ita probat l. si creditrici. l. acceptam. C. de usuris, & ita omnes sentiunt in d. §. Saia, ibi Iaf. nu. 33. Alciatus nu. 15. Negusa. tract. De Pign. parte tertia membri tertij quintae partis. Boer. quaest. 124. nu. 25. & si Carolus Molinæus tract. De usuris. nu. 296. a ceteris in hoc dissentiat, nihil ergo ad interpellationem attinet. Vltimo ea ratione adducebatur Corasius, quod mora multum adfert praedictis, & in multum praedictis pluribus interpellationes requiruntur. l. 1. §. de inspiciendo. ff. de uere inspiciendo. l. ff. de libell. dimisso. c. 1. de suppl. neglig. praela. Verum non satis facit, quoniam satis potest ipse debitor tot moram praedictis euitare posteaquam monitus nouit quid agendum si bi est, quorsum iam certum, certum facere? l. 1. ff. de dote praereg. Nec aduersantur relata iuris loca, nam

38 tex. d. §. de inspiciendo, ideo plures requirit denuntiationes, quia plures uenter, antequam mulier pariat, inspiciendus est, ne fraus aliqua fiat, quae quidem cum fieri possit pluries, ita assidua requiritur inspectio, tex. uero l. 1. ff. de libellis dimisso. requirit iteratas petitiones, quoniam lex opinata est iudicem illi plurimis occupatum negotijs facile obliuisci posse, quod omnes probant in l. quod iussit. ff. de re iud. sic in c. 1. de supp. negli. praela. habita est ratio qualitatis personae Episcopi. Non est pariter uera tertia illa opinio Socin. in l. qui Romae. §. cohæredes. nu. 1. de uerborum obligatione distinguendo conciliare uidetur duas iam relatas opiniones: nam eam distinctionem recte improbauit Alciatus ibi nu. 21.

41 Quarta etiam fuit opinio Ludouici Charondas d. lib. 3. uerisimil. iuris. capi. 10. qui opinatus est unam solam interpellationem sufficere quidem ad moram inchoandam, sed non ad perficiendam, quoniam aliquid quod temporis interuallum requiritur. & ideo instantia quae requiritur, non alia ratione, inquit ille, requiritur, quam ne desistendo uelle uideatur debitorem in mora non constitui, sed potius soluendi tempus is prorogare, quae sane opinio uera non est. Aut enim uoluit Charondas post interpellationem, instandū esse a creditore alijs interpellationibus; & tunc sentit ipse contra communem, & male ex iam relatis. nil enim aliud est repetere debitum (quibus uerbis ille utitur) quam uoce interpellare. Aut uero uoluit post interpellationem tempus esse concedendum, quo ille debitor solutionem parare possit: & tunc nil hic casus differt ab eo, qui uult statim soluere, sed ad pecunias parandas tempus requirit: iuxta l. quod dicimus, de solutio. a coi. itaque & uera Doctorum sententia recedendum non est. expressa itaque extraiudicialis interpellatio debitorem in mora constituit. Hoc idem operatur illa tacita interpellatio extraiudicialis, quae fit per diei appositionem, quoniam tunc dicimus diem pro homine interpellare. l. quoties in diem, cum seq. de uerborum obli. l. magnam. C. de contrahen. & committen. stip. omnes in l. uinum, ibi Alex. nu. 3. & Dec. nu. 9. ff. si cert. pet. Plautius in

44 multum dissentio; immo solus unius diei lapsus moram facit, ut probat d.l. magnam, & doctè scribit Robert. Aurel. lib. 2. sentent. iuris, c. 17. & Charondas d. lib. 3. uerisimilium, ca. 10. in fi. immo & lapsus unius horæ. Dec. in d.l. unum, nu. 9. & ibi Rubeus nu. 108. qui quatuor extensiones ad d.l. magnam, adfert. & eo loco refert casus aliquot, in quib. non procedit illi addo Bauriam tract. De mora, parte 2. num. 1. qui & illud scribit, hanc moram ipso iure committi, quod uerum non est, alia etiam tradunt Soc. tract. fallen. reg. 90. quod attulit quatuor fallacias, idem conf. 109. col. ult. lib. j. & conf. 288. col. 14. lib. 2. Dec. conf. 2. Paris. conf. 34. nu. 15. lib. 1. casum notabilem Alciat. respon. 593. n. 2. & apud Iaf. & ceteros in l. si ex legati causa, de uerbo. obli. Hæc de interpretatione extrajudiciali, interpellari etiam solet debitor iudicialiter, & in mora constituitur. l. nemo rem suam, §. 1. de uerbo. obli. l. homo, de re iudi. ubi Doct. & in l. qui sine, ubi Dec. & Cagn. de reg. iur. Plautius in d. l. quod te, in præfatione nu. 14. 15. qui aliqua scribit. His satis superq; intelligere potest iudex quoniam mora facta sit, nec. n. aliud ad eam committendam requiritur, quidquid alij docuerint, nam, & si plura requiri nostri scribunt, ut apud Deci. in l. quod te, in j. lect. nu. 2. & in repe. nu. 12. 13. & ibi latus Plautius in præfatione nu. 17. si cer. per. illa tam ego prodesse intelligo ad excusationem. prudens ergo iudex noster posteaquam intelliget moram esse commissam, intuebitur, an is debitor aliqua excusatione se ipsum defendere possit: quam excusationem is debitor proponet & probabit. sunt enim plures excusationis causæ: ego non nullas & paucas referam, ceteræ apud interpretes nostros legi poterunt.

47 Prima est excusationis causa, cum per debitorem non stetit quominus satisfaceret. l. sed & si. ff. de usur. ut puta, cum rem in sui potestate non habet; nam tunc excusatur: ita tradunt omnes in l. quod te, ex illo text. si cert. pet. ibi Alex. nu. 10. Dec. in repe. nu. 54. Ripa nu. 38. Curt. in. 30. 39. & Plautius in præfatione nu. 18. qui deinde multis modis declarant.

48 Secunda causa est, cum debitor aliqua exceptione se ipsum tueri potest. l. sciendum, de usuris. ideo rectè in d. l. quod te, in fi. scriptum est, sed etiam si aliqua iusta causa sit, propter quam intelligere deberes, te dare oportere. ubi ergo exceptione tutus est debitor à mora se excusare poterit. atque ita re ipsa sentiunt omnes in d. l. quod te, & si hoc quod nos ad excusationem referimus, ipsi ad initium moræ faciendæ referre uideantur. id quod per improprietatem quandam est, ut probant uerba illa, uidentur, toties repetita in dicta l. sciendum, & subsequētib. ff. de usur. ab opinione hac nostra non dissentit Plautius in dicta l. quod te, lib. 2. nu. 90. 96.

49 Tertia est causa, cum non soluere distulit paratō amicos, quos adhibere uoluit, uel rogato fidei iussores. d. l. sciendum. nec enim hæc frustratio est creditoris.

50 Quarta causa, si iusta aliqua causa motus ad iudicium pronocauit, & si enim deinde constiterit iure non provocasse, à mora iam facta excusatur. l. si quis solutioni, in princ. de usuris.

51 Quinta est causa, cum hæres debitoris est, & ei fides non fit de debito. est enim iusta ignorantia apud

eū. l. qui in alterius, de reg. iur. Rip. in d. l. quod te, nu. 9.

52 Sexta causa, cum hæres creditoris non facta fide se heredem esse, interpellat debitorem. ita Ripa d. l. quod te, nu. 58. Tiraquel. tract. le. mort à fait le uiu. parte 7. declarat. 2. nu. 1.

53 Septima, & nunc ultima causa est, cum creditor, qui cum procuratore sui debitoris contraxit, debitorem principalem interpellat, non facta fide instrumenti contractus & copia ei dimissa. ita latè Rip. d. l. quod te, nu. 60. 62. Cetera ex industria, ne huc referre omnia uelle uidear, prætereo.

S V M M A R I V M.

1 Architectus, qui in sulam edificare promisit, et non edificat, interesse soluit.

2 Iudicis arbitrio statuitur tempus Architecto ad in sulam edificandam, si nullum est in promissione præstitutum.

3 Iudex quid obseruare debeat cum tempus præstituerit nult Architecto ad domum edificandam.

CASVS CCXXI.

ARCHITECTO QVOD TEMPVS AD domum edificandam præstituitur.

Conduxit artifex in sulam ante diem certam edificandam, quam si non edificasset, promisit soluere quanti locatoris interesset; respondit Labeo in l. in sulam, §. in operis, ff. loca. eareus obligationem contrahi, quatenus uir bonus de spacio temporis aestimasset, quia ad actum apparet esse, ut eo spacio absolueretur, sine quo fieri non posset. uir itaque bonus, hoc est iudex suo arbitrio non præstitutum à iure tempus hoc statuet, atque ita hunc casum iudici arbitrarium esse scriptum reliquit Affl. in c. 1. nu. 2. uer. itè breuitas tps. ex quib. cau. feu. amit. sua ergo diligentia iudex adhibitis architectis artiumq; peritis, à quib. instrui uerè possit, tps. p. modo edificij statuet.

S V M M A R I V M.

- 1 Tutores si in loco haberi non possunt idonei, è loco uicino uocandi sunt.
- 2 Vicini loci incolæ ad minus accersendi sunt cum illius loci incolæ, quibus prius est demandatum, idonei non sunt.
- 3 Tributū, quod Principi præstari solet, uel illius Prouincie, uel uiciniæ. Quæstorij persoluendum esse.
- 4 Pauperes si in loco non extant, ut illis psoluatur legatum factum à testatore è loco uicino uocandi sunt.
- 5 Vicinum homicidium perpetrasse præsumitur in dubio.
- 6 Vicinum damnum dedisse uiatori præsumitur.
- 7 Statutum Papiæ 66. in criminalibus, sub rubr. De pœna communium terrarum territorij, declaratur.
- 8 Vicinum præsumi scire facta uicini.
- 9 Episcopus ubi in remotis agit, eius loco Vicarius ordinis confert.
- 10 Iudices è loco uicino uocandi sūt, cū in loco non extant
- 11 Doctores è loco uicino accersendi sunt, cū in loco collegij perfectus deest numerus ad Doctores creationem.
- 12 Doctores loci uicini cōsulendi sūt, cū nullo in loco extat.
- 13 Vicinus locus quis.
- 14 Vicinus ratione domus quis.
- 15 Vicinum dici quantum uox exaudiri potest.
- 16 Iudicis arbitrio relinqui an è loco uicino uox exaudiri possit.

Domus

- 17 Domus duæ uicina quæ.
- 18 Domus pars posterior non consideratur, ut alteri uicina dicatur.
- 19 Vicinus quis dicatur, ut teneatur emendare damnum ex dispositione legis, uel statuti.
- 20 Iudex quid obseruare debeat, ut cognoscat an uicinus oppressum acclamantem exaudire potuerit.
- 21 Vicini qui dicantur respectu personæ.
- 22 Vicini testes qui.
- 23 Statutum, quod damnum emendetur à uicinis, non cōprehendit pupillos & ceteros inhabiles.
- 24 Statutum Papiæ 66. in criminalibus, sub rubr. De pœna communium terrarum territorij, declaratur.
- 25 Vicini ratione ciuitatis uel oppidi, qui dicantur.
- 26 Iudicis arbitrio relinqui, quæ dicantur uicina oppida, uel ciuitates.
- 27 Iudicis arbitrio relinqui, quæ dicantur uicina, uel remota domicilia.
- 28 Vicini ratione prædiorum rusticorum qui.

CASVS CCXXII.

VICINI QUI DICANTVR RATIONE domus, certi actus, personæ & locorum, & de huius disceptationis effectu plenè, & diligenter explanatum.

Summa est utilitas scire, quis locus uicinus, & per consequens quis remotus dicatur, nam, si in ciuitate, ex qua pupillus oriendus est, desint qui idonei administranda tutela uel cura uideatur, ex uicina ciuitate accersendi sunt. l. Diuus. ff. de tuto. & curat.

1 ita si munus certè regionis incolis iniunctum est, neque idonei reperiantur, ex proximis locis euocari debent. l. cum nauarchorum. C. de nauiculis, lib. 1. r. ita tributū quod Principi penditur Quæstorij eius Prouincie, aut proximæ præstandum est. l. 1. C. de cano. larg. tit. lib. 10. ita, quod pauperibus relictum est, si illius loci egeni non extant, uicinis erogandum est. Doct. in l. si quis ad declinadā. C. de Episc. & cler. Ita etiam dicimus, quod ubi ignoratur auctor facinoris, cōtra uicinū præsumitur. l. dominus horreorū. ff. locati, ubi Bar. idè in l. si ita, §. ult. ff. de fund. instr. Soc. sen. conf. 54. col. pe. lib. 3. Gram. conf. 22. nu. 4. Marf. in praxi crim. §. diligenter. nu. 97. Blancus l. ult. nu. 413. de quæst. Foller. praxi crim. par. 2. nu. 18. & Tiraq. De pœnis legū, causa 23. nu. 10. quo loci alia scribit, & nu. 11. subijcit, hac ratione in multis Italiae locis legibus municipalibus sancitū esse, quod damnum uiatoribus datum, esse à uicinis sarcindū, ut potè quod illi ipsi fuerint, qui dederint, uel sua culpa datum sit, quod sanè statutū extat Papiæ in crim. 66. sub rub. De pœna cōmuniū terrarum territorij, & si non utatur hoc uerbo, uicinis, prouidet tamen ut damnum emendetur, cum in illo territorio datum est, relata ratione. Illud etiam accedit præsumi quod uicinos scire, quæ in uicinia aguntur. c. quosdā. cap. quanto, ubi Doct. de præsup. omnes in l. 1. ff. si cert. peta. Tiraq. d. causa 23. nu. 2. qui & alia affert, quod facit & Corasius tract. De iure ciuili in artè redigendo, par. te ult. c. 26. His accedit, quod ubi Episcopus in remotis, non aut in uicinis agit, illius loco eius Vicariū ordinare posse, c. cum nullus, de tēpo. ord. in 6. Huc pertinet quod legitur in c. j. & c. 2. 6. q. 4. si prouincia iudices in

ter se differant, è uicina prouincia euocandi alij sūt. Accedit, quod ubi unius collegij Doctores tot non extant, qui Doctores creare possint, alij è ciuitate & loco uicino conuocari possunt, ita Doct. tradunt in c. ppo. fuisi, de probat. quo loci & illud scribunt, quod ubi non extant in loco Doctores, qui super nata controuersia de iure interrogari possint, esse adeundos uel uocandos uicinos. id, quod tradit & Deci. in l. iuris ignorantia. 2. lectu. nu. 23. C. de iuris & facti ignor.

12 extant in loco Doctores, qui super nata controuersia de iure interrogari possint, esse adeundos uel uocandos uicinos. id, quod tradit & Deci. in l. iuris ignorantia. 2. lectu. nu. 23. C. de iuris & facti ignor.

13 Dubitari nunc contingit, quis locus hic uicinus dicatur, & quis remotus, quæ in re dicendum in primis est, esse spectandam locorum consuetudinē, ubi illa reperitur: ita tradit Bar. in l. si tertius, in princ. nu. 2. ff. de aqu. plu. arc. But. in c. super specula, de priuileg. & Felin. in c. quosdam. nu. 1. de præsupr. Alex. confil. 22. nu. 7. lib. 4. ubi autem consuetudo deficit, plures casus sunt distinguendi.

14 Primus est, cum agitur de uicinis ratione domus & habitationis; tunc uicinus dicitur, qui à uicino exaudiri potest. l. 1. §. eodè autè textu. & §. seq. ff. ad Sylla. Signorol. conf. 32. Qui dicantur. nu. 1. latè Tiraq. De re tractu confan. §. 1. gl. 9. nu. 21. post multos, præsertim post Bar. in l. si tertius, in princ. nu. 2. ff. de aqua pluuia arc. qui subijcit, esse intelligendū, quantum communis uox exaudiri potest. nec enim ratio habenda est uocis stentoree, uel multum tenuis. eritq; temporis pariter magna ratio habenda, nempe an flarent uerti, uel non, & qua ex parte, quæ sanè omnia in iudicis arbitrio, ut potè in facto consistentia, posita esse censeo. Nos quotidie dicere solemus, uicinos eos, qui in una eademque ciuitatis uia habitant, quod intelligitur secundum uulgi opinionem. ita respondit Signorol. conf. 32. Qui dicantur, in fi. qui inquit, hoc esse utile admodum ad interpretationem statuti Mediolani, quo cautū est, quod uicini litigantes possint compelli ad compromittendū. ego etiā hoc procedere intelligo, modo uia non sit longa admodum & unus in uno, alter in altero capite ipsius uiae habitaret: tunc uicini dici non possunt, quisenim dicere posset duos esse uicinos hic Patuij, si unus in capite uiae suburbij sanctæ Crucis, & alter in altero habitaret: de quantitate tamen distantie iudici ego multum tribuo. Non etiā habenda erit ratio uicinitatis domuum, si una in una uia ianuā hæt, altera in altera, etiam si ratione parietum non modò sint uicinae, sed etiam contiguae. ita Barto. in l. 3. §. furdus. ff. de aqua plu. arcen. non enim considerari solet pars posterior domus. quam obrem scribunt Bald. Imo. & Rom. in d. l. si tertius, in princ. statuto disponente, quod offendens aliquem iuxta domum, talis puniatur &c. non esse locum quādo aliquis fuit offensus iuxta domum, sed à parte posteriori domus.

19 Secundus casus est, cum fit mentio de uicinis ratione certi actus, ut puta in casu illius statuti, quod damnum datum à uicinis emendetur: tunc uicini èt illi omnes dicuntur, qui acclamantis uocem ex eo loco commissi delicti exaudire possunt. ita Bart. in d. l. si tertius, in princ. nu. 2. qui ob id i consuluu iudici, ut hominem acclamantem in loco patratu facinoris esse iubeat, & is sit in locis, qui uicini creduntur, ut audiat uocem illius, atque ita iudicet illos esse uicinos uel non, cum enim ea ratione conditum sit statutum, ut exaudientes opem ferre possint oppressis, illi omnes dicuntur uicini, qui oppressi uocem exaudire

potuerunt: atque ita nulla erit differentia, siue proximi siue remoti vicini sint. ita Alber. & Ias. in l. non solum, in princ. de oper. noui nuntia. Tiraq. de retractu confang. §. i. glof. 9. nume. 21. 29. & cum ratio sit ob exauditionem, distantia atque ita etiam vicini tas consideratur non ratione itineris, sed in aere: ita Alex. consi. 22. nu. 5. lib. 4.

21 Tertius casus est, cum sit metio iuiciorum, respectu personarum, utputa, cauetur constitutione Pontificia, quod quis sit usurarius, proberur testimonio uiciorum. hoc in casu, inquit etiam Bar. in d. l. si tertius, in prin. nu. 2. uicinium dici, qui potest ab illius hostio clamans audiri. argum. l. mille passus, de uerb. signifi. Ego uero opinor constitutionem hanc uoluisse intel ligere de oibus illis uicinis, qui uerisimiliter nota ha bent conditionem personarum usurarij. quemadmodum & in eo casu, quem subiicit Bart. si ex statuto (ut Tuderri) cautum est, quod is cuius effectus intelligatur, 22 qui probauit per uicinos proximiores se per decen nium ciuitatem habitasse: nam & si secundum Bar. in telligantur uicini magis proximi, attamen uerius & rectius dicendum est intelligi de his, qui uerisimiliter rei ueritatem scire possunt. ita Bald. in l. si uicinis, in fi. C. de nupt. & Fel. in ca. quosdam, nu. 1. de praesup. immo intelligi debet statutum loqui de uicinis ido neis ad ferendum testimonium, ita Bart. in d. l. si ter tius, in fine, princ. & Ias. in d. l. non solum, in prin. nu. 1. de oper. no. nunc. quare pueri & similes non com prehendantur, quema dmodum nec continentur in il lo statuto, siq. damnatum a uicinis emendetur: na hoc statutum non comprehendit pupillos, mulieres & si miles inhabiles ad auxilium oppressis ferendum. ita re lati interpretes, quibus accedit Ang. in l. si quis i gra ui. §. ignoscitur. ff. ad S. C. Sylla. Cur. iun. consi. 156. nu. 10. sic qui eo tempore aberant, cum delictum fuit perpetratum: ita Dec. consil. 64. col. 4. in princ. atque 24 ita declarari pot. statutum illud Papiae §. 2. in crimina libus. de poena communium terrarum.

25 Quartus est casus, cum agitur de iuicinis ratione lo corum, ut ciuitatum, uicorum, & castrorum. quo in casu sunt opinioes: nam gl. in l. 4. §. si tam uicinu. ff. de dam. infec. sentit duas ciuitates uicinas esse, cum solum per centum miliaria inter se distant. quae opinio iure no probatur. Altera fuit opinio gl. in c. praesenti, ex textu illo, de preb. in 6. uicinia loca dici, quae per duas dia rtas inter se distant. quae sane opinio illo tantum casu, non in omnibus absolute locum habet.

26 Tertia itaque & receptissima opinio est, si arbitrio iudicis relinqui, quis locus uicinus & quis remotus dicatur. ita glo. in c. felicis. §. praesenti, de penis. in 6. glo. in c. cum nullus, in uerbo remoti, de temp. ordi. in 6. in clem. cam, in uerbo remotis, de elect. ubi Car. & Imol. Bar. in d. l. 4. §. tam uicinu. & ibi Alex. in fi. ff. de dam. infec. Bal. in l. si uicinis, in fi. C. de nupt. Alex. consi. 57. nu. 6. lib. 3. & consi. 22. nu. 5. lib. 4. Fel. in c. quosdam, nu. 1. & nu. 3. de praesumpt. Tiraq. in repet. l. si unquam, in uerbo, omnia uel partem. n. 21. C. de reuoc. dona. Mantua in c. nonnulli. in fi. post Card. ibi, de rescrip. sua ergo prudentia iudex secundum sup positam materiam iudicabit loca esse uel remota, uel uicina: His accedit quod scriptum reliquit Afflict. in ca. 1. nu. 21. uerf. sic etiam habet arbitrium, ex quib. causis feud. amitta. post Bal. in l. acceptam. q. 12. C. de

27 usur. esse in iudicis arbitrio, & creditoris domici lium mutatum a primo multum dicatur, ut debi tor qui tenebatur soluere in illo domicilio, non te neatur nunc ire ad nouum.

28 Quintus est casus, cum agitur de iuicinis rone pdio rum rusticorum. ut in l. 4. §. 1. ff. fini. regund. ij. dicun tur uicini, quorum praedia sunt cofinia. d. l. 4. §. fi. sut aut cofinia, cum arbor unius radices in praedio alte rius agere pot. l. adeo. §. in flumine, & §. ult. ff. de acq. rerum dom. sentit Signor. d. cofi. 3. 2. & hac ex sermo nis proprietate cofinia, no uicina dicuntur. d. l. 4. §. ult.

- S V M M A R I V M.**
- 1 Cause modum & formam illi praestare.
 - 2 Legatum minui causa diminuta, ob quam fit.
 - 3 Salarium seruitoris minui diminuta patronorum parte.
 - 4 Salarium quando minuatur Praefectorum duorum Ca strorum uno dimisso.
 - 5 Praebenda una quomodo inter duos ad eandem digni tatem assumptos diuidatur.
 - 6 Salarium quod debetur iudici causarum civilium & criminalium diuidi debet cum illo, qui deinde causis civilibus praepositus fuit.
 - 7 Salarium pro modo aucti laboris augendum esse.
 - 8 Officia duo qui in ecclesia gerit, duo etiam salaria co sequi debet.
 - 9 Salarium institori det duplicari, duplicatis negotijs.
 - 10 Fornarius qui pro certa summa promisit coquere pa nem pro familia, ea aucta, non augetur salarium.
 - 11 Salarium quo minui debeat pro modo diminuti laboris.
 - 12 Iudicis arbitrio relinqui, quomodo pro diminuto labo re minuatur etiam salarium.

CASVS CCXXIII.

QVOMODO AVGERI, VEL MINVI DE beat salarium pro modo aucti uel dimi nuti laboris.

Quae obij causam finit, a modo ipsius cause for mam & determinationem recipiunt. recte ete nim respondit acutissimi ingenij uir Papinia amico, si pro negotijs trium filiorum testatoris inter uenerit, minui, si duo ex illis decesserint. qm (inquit ille tam labor, q pecunie diuisionem recipiunt. quo responso adductus eo loci docuit Bar. esse minuendum salarium seruitoris, qui tribus scholasticis seruire p misit, & deinde eorum unus recessit. & cum Bar. sentit Capo. in tract. seruitutu urbanoru praediorum, c. 50. de furno. nu. 5. ita sentit & Cagn. in l. die functo. nu. 159. & ibi Bologn. nn. 47. ff. de off. assess. & si ipse Ca gn. declaret Bar. doctrinam non procedere, qn quan titas salarij est taxata, quia non diminuitur: ex quo p eu no stat. sed cogita ex relatis. ita pariter docuit Bal. in l. binos. C. de aduoc. diuers. iud. si duobus i castris unus praesit Vicarius, cum annuo honorario cetu co ronatoru, & deinde Dns duos Vicarios preponat: in quit Baldus illi primo esse minuendum salariu, & p dimidia alteri assignadu. idem is inquit, cum ad una i praebendam duo autoritate Apostolica assumuntur. Baldus est secutus Anton. Capicij Neap. decisio. 27. num. 10. qui refert in Consilio Neapolitano deci sum fuisse, salariu capitanei, qui iurisdictioni ciuili & criminali praerat, esse diuidendum cu altero capi taneo

taneo iurisdictioni ciuili deinde praeposito, ita e con tra dicere solemus, pro modo aucti laboris, esse etia augendum salarium. exempla adfert quamplura Fel. in cap. cum olim. num. 1. de re iudic. duo prima sunt egregia. Primum. cum aliquis duo habet i officia in ecclesia, utriusque salarium consequi debet. Alteru est ex responso Roma. consi. 26. Viso facto, si institor unum habet salarium unius negotij causa, si alteri praeponatur, duplicari det. quod de eo qui duobus unitis territorijs praepositus fuit, annotauit Caltr. in l. 3. ff. de off. assess. & Cagn. d. l. diem functo. num. 159. eo. tit. sed contra urgere ut doctrina Capolla d. c. 50. de furno. post Abb. in ca. quanto, de censu. quos secutus est Marti. sing. 134. Tu scis, in fi. si fornarius promisit pro summa quatuor coronatorum coque re panem pro tota familia, ea aucta, non augetur sala rium. uerum satisfieri potest ex distinctione, quam fe cit Capolla d. c. 50. nu. 21. Hac in re itaque contingit dubitare, quomodo i minuendum est salariu pro mo diminuti laboris, uel e contra. Bar. in d. l. Seio, in fi ne princ. de annuis lega. scriptum reliquit, esse in ar bitrio i iudicis. illius sententiam probauit Capic. d. decisio. 27. nu. 10. index ergo recte in tuebatur quan titate diminuti uel aucti laboris. euenit enim non se mel, ut tantus insit labor duobus seruiendo, q qua tuor: & tantum uni officio, quam duobus & e contra.

- S V M M A R I V M.**
- 1 Debitorum cautela, ne debitum soluant.
 - 2 Euictionem imminere, excipi potest.
 - 3 Euictionem imminere, cum allegatur, fideiussore da to tollitur.
 - 4 Euictionem, cum allegatur imminere, auctori denun tiandum esse.
 - 5 Euictionem imminere cum allegatur, alleganti iura mentum deferri, an per fraudem hoc alleget.
 - 6 Euictionem imminere cum allegatur, replicadu erit, dolo & fraude excipienti usu, ut ei lis moueretur.
 - 7 Iudicis arbitrio relinqui, quibus coniecturis dolo & fraus allegatis euictione imminere, probari possit.
 - 8 Iudicem fauorabilem habere in arbitrarijs opti mum esse.

CASVS CCXXIIII.

EVICTIO QVANDO DICATUR IMMI nere, quomodo illa euietur, & de dolo & frau de eam affectantis, declaratum.

Debitores fuerunt & callidi, cum fidem fallere exoptat, ne. f. ipe praestituto soluant creditori bus rei emptae pretium, ea cautela uti solent, cum sol utionis tempore propie esse uident, curat amici & in terposita personae nomine litem super re ab eis em pta moueri, ita ut obijcere creditori possint i euictio nis periculum imminere: atque ita cogi non posse pretiu rei emptae soluere. lex his praedijs, & l. si post perfectam. C. de euiet. hanc cautelam eludunt credi tores i multis modis, uno fideiussione praestita, ut scri bunt omnes in l. a Diuo Pio. §. si post, ibi Ias. nu. 2. de re iudic. Soc. sen. consi. 208. col. pen. uerf. secunda de fensio. lib. 2. Neuz. consi. 37. nu. 15. 16. quamq. pa rum profit fideiussio, cu euidenter euictionis pericu lu imminet, ut apud Ias. loco praecitato. uerum ppe

tua non est huiusmodi defensio, quandoquidem, non oes fideiussione aliamq. cautione praestare possunt.

4 Altero itaque modo cautela haec euitatur, i ut de nuntiatu uenditor suo auctori pariter litem sibi mo tam denuntiet, qui ubi soluendo est, euictionis peri culu imminere non dicitur: ita fuit decisum in Co silio Neapolitano referente Afflict. decis. 171. id e ego dicerem, quando ipsemet uenditor immediatus soluendo esset. uerum & huic defensionis locus sem per non est, hominum inopia.

5 Tertius est modus, ut creditor i iusurandum de bitori deferat, ut iuret, an per fraudem & malitia cu rauerit ei lite moueri, uel ne: ita Curt. sen. in l. unica, in fi. C. de prohib. sequestr. pecu. & Soc. sen. d. consi. 108. col. pen. uer. 2. defensio. li. 2. uerum, ut illi aiut, paru prodesse poterit consilium hoc, qm is debitor ita pronus erit ad deieradu, quae admodu, & inique litem ei moueri curauit. idem docuit Bald. in d. l. si post perfectam, qui dixit, hodie iuramenta haec paru pendit. si tamen iuramentu hoc esset deferendu, ego suaderem potius deferendum esse illi auctori, ut iuret, an ab illo debitore requisitus litem mouerit: nam is facilius rei ueritatem iurabit, cu tati sua no interfit.

6 Quartus tam e defensionis modus, ut creditor alleget debitorem suum per dolum & fraudem cu ralle ei litem moueri, ne pretium numeraret. quam sane fraudem & dolum coniecturis probare poterit.

7 & omnia deinde i iudicis arbitrio erunt, qui ex qua litate personarum & actus iudicare poterit, an dolo & fraude lis mota fuerit. ita Curt. sen. in d. l. unica, in fi. C. de sequestr. poss. & fruct. qui ait, bonum esse in hoc iudicem habere fauorabilem: quemadmodum & in caeteris omnibus dubijs & arbitrarijs casibus: ut docuit Abbas in cap. 1. nu. 15. de constit.

- S V M M A R I V M.**
- 1 Praescriptionem ob malam fidem non currere.
 - 2 Malafides quomodo detegatur.
 - 3 Iudicis arbitrio relinqui, quibus coniecturis mala fi des probetur.
 - 4 Malafide possidet, qui titulo caret.
 - 5 Malafide possidet, qui sprete denuntiatione ne eme ret, emit.
 - 6 Malafide possidet, q non seruatis solenitatibus emit.
 - 7 Malam fidem praesumi ex titulo improbato.
 - 8 Malafides probatur cum probatur possessorem sciuif se rem esse alterius.
 - 9 Malafides probatur, probata fama uicini, e, rem illam alterius esse.
 - 10 Malafides in eo praesumitur, qui post possessionem ade ptam titulum habere procurauit.
 - 11 Malafides testibus extra iudicialibus probatur.
 - 12 Malafides praesumitur cum emptor non curauit uide re mandatum procuratoris uendenti.
 - 13 Malafides praesumitur, qui dicit se ex priuilegio praescripto possidere.
 - 14 Malafides causatur etiam ex relatione tertij.
 - 15 Malafides praesumitur in eo, qui in re aliena possessio nem pretendit.
 - 16 Malafides praesumitur in emete a statim co sumpturo.
 - 17 Malafides praesumitur in eo, qui de iure suo dubita uit, & ob id remedium aliquod quaesit.
 - 18 Malam fidem in eo praesumi, qui adhibitis cautelis in solitis contraxit.

QVIBVS CASIBVS MALAFIDES PRÆSUMATUR LONGA SERIE ENARRATUM.

1 CVM de usucapionib' & præscriptionib' agim', querere diligenter solemus, an præscribes, uel usucapiens in bona uel malafide uersetur: nã f' mala fides in causa hodie est, ne præscriptioni, uel usucapioni locus sit. ca. ult. de præscrip. in 6. qua de re fusus in locis fufissimè interpretes scribunt. Dubitari itaq; 2 quotidie contingit, quomodo f' malafides detegatur. & coniecturis detegi affirmarunt Barto. in l. Celsus. nu. 18. de usucap. Bal. in l. pen. C. de euct. Alexan. con. fi. 487. nu. 8. lib. 2. & con. 44. nu. 9. lib. 6. Alba con. fi. 28. nu. 3. quæ sanè coniecturæ & inditia a f' iudicis arbitrio pendere clarè censuit Claud. Seyllius in reper. d. l. Celsus. nu. 3. 9. quem ibi secutus est Bal. num. 128. Ego obseruauim malam fidem multis modis detegi: aliquos recensebo, cæteros diligens ipse lector perquirat: nec enim is ego sum, qui præstare omnia possim. 4 Primò itaque f' malafides detegitur, cum is possessor sine titulo possidet, ex l. ult. C. unde ui. ita Bart. in d. l. Celsus. nu. 17. & ibi latissimè Balbus num. 105. de usucap. qua de re plura scripsimus in tract. de recup. posses. remedio 13. nu. 33. 5 Secundò, quando iam ipsi f' possessori fuit denuntiatum, ne rem illam emeret, quoniam uendentis nõ est. l. si fundum. C. de rei uend. ita Bart. in d. l. Celsus. nu. 18. & ibi Bal. nu. 110. qui nu. 111. subijcit, intelligi, cum denuntiatio facta est ante emptionem, nõ autem post. idem etiam respondit Craue. con. 6. num. 76. & con. 261. in fi. & sufficit si denuntiatio hæc fiat ab eo, qui rei custodiam habet. Afflic. decif. 469. nu. 10. uel etiam a procuratore, cum mandatum ostendit. Bal. d. l. si fundum. latissimè Tiraq. de retractu cõfang. §. 36. glo. 2. nu. 5. qui alios plures aliter sentientes refert. & eo loci plura alia hæc d' re attulit. Hæc tñ denuntiatio parũ prodest, cum is uenditor iam diu possedisset. ita post Fel. scribit Afflic. dec. 178. nu. 11. 6 Tertiò f' malafides detegitur, quando is emptor nõ seruatis iuris solemnitatibus contraxit. l. quemadmodum. C. de agricol. & cens. lib. 11. & ibi Bar. qui clarè dixit ex titulo improbato f' malafidem præsumi. idem affirmauit Capolla tract. seruitutum ubi. prædio. c. 20. nu. 2. Fel. in ca. si diligenti. nu. 5. & ibi latè Paris. n. 26. qui aliquibus modis declarat. de præscr. quibus addo Bald. con. 347. Quæro quidam nobiles. propè med. lib. 1. Calcan. con. 25. nu. 13. Ias. in §. item si quis in fraudem. nu. 45. inst. de act. qui dixit, hanc præsumptionem esse iuris & de iure, & ob id non admittere probationem contrariam: idem respondit Soc. iun. con. 69. nu. 45. lib. 2. Boer. q. 1. nu. 54. & Neuiz. con. 85. nu. 14. 8 Quartò detegitur f' malafides probando possessorem hunc coram aliquibus dixisse se scire rem illam alterius esse. ita Bart. in d. l. Celsus. nu. 18. & ibi Balbus nu. 118. de usucap. Ang. in l. eum qui. §. Publiciana. ff. de publ. in rem actio. Capolla. d. c. 20. nu. 2. Alexand. con. 187. nu. 8. lib. 2. Fel. d. cap. si diligenti. nu. 5. de præscrip. Nec refert, an confessio hæc parte absente, uel præfente facta sit, ita docuit, & rectè Balbus in d.

l. Celsus. nu. 120. ut apud eum. 9 Quintò, si fama erat in uicinia, rem illã alterius uenditoris esse: tunc in malafide creditur, qui eam emit. ita Barto. in d. l. Celsus. nume. 18. & ibi latissimè Balbus nu. 122. Capolla d. c. 20. nu. 2. Soc. sen. con. fi. 22. in fi. lib. 1. Afflic. decif. 369. nu. 9. & Soc. iun. con. fi. 69. nu. 52. lib. 1. 10 Sextò ex eo quis malafidei possessor præsumitur, quod postea quam possidere cepit, procurauit titulum habere: ita Bald. in l. quoties. C. de rei uendic. Capolla d. c. 20. nu. 2. Fel. d. cap. si diligenti, de præscr. Alex. cõfi. 192. nu. 5. lib. 2. & Balbus in d. l. Celsus. nu. 123. in fi. de usucap. 11 Septimò f' ex testimonio testium etiam extra iudicium, malafides detegitur. Bald. in c. 1. §. si duo, de pace tenen. Fel. in d. c. si diligenti. nu. 5. de præscr. immo unius testimonio malafidem, probari Alex. respondit con. 54. nu. 9. lib. 6. & Alba con. 28. nu. 3. 12 Octauò f' malafides ex eo præsumitur & detegitur, cum is possessor acquirere non curauit uidere mã datum procuratoris nomine sui domini uidentis: nã si postea reperitur mandatũ minus ualidũ uel nullum, in malafide is præsumitur. ita Bart. docuit in l. qui fundum. §. ult. & in l. ult. ff. de usucap. pro empt. Fel. in d. c. si diligenti. nu. 5. & Balb. in d. l. Celsus. nu. 123. & in tract. præscrip. in 2. particula tertiæ partis principalis. q. 18. præfertim, si collusio aliqua potest inter huc acquirere & procuratore probari. Abb. d. c. si diligenti. nu. 25. in fi. de præscrip. qd uerũ esse inrelligunt, nisi is emptor fide dignis personis credidisset, hunc procuratorem mandatum idoneum habere. quod respondit & Ruinus con. 68. nu. 23. lib. 1. 13 Nonò f' malafides in eo conijcitur, qui se ex privilegio possidere, & illud privilegium præscripsisse cõtendit. ita Bal. in l. solennibus. C. de rei uend. Fel. d. c. si diligenti. nu. 5. & Balb. in d. l. Celsus. nu. 123. 14 Decimò ex sola relatione tertij in f' malafide possessor redditur: ita glo. notab. in l. si cum dictũ. §. si cum poterit. de euctio. Fel. d. c. si diligenti. nu. 5. uerũ adde etiam. 15 Undecimò in f' malafide is creditur, qui in re aliena possessionem præterdit, cum rem alienã esse scit, uel scire debet uel lege communi uel municipali, ita tradit Balb. in d. l. Celsus. num. 127. de usucapio. post Bal. quem citat in l. post sententiam. col. pen. C. de sentent. & interlo. omni. iud. 16 Duodecimò f' in malafide is creditur, qui a consumpturo statim emit, ut in eo qui emit a prodigo, uel a luxurioso: ita Bart. in l. si quis cũ sciret, de usucap. pro empt. latè Abb. in dicto cap. si diligenti. num. 26. & ibi Paris. num. 303. qui & de eo, qui ab aleatore emit, loquuntur. 17 Decimotertiò f' in malafide is creditur, qui dubitauit de iure suo, & ob id quæsiuit remedium aliquod, ita respondit Soc. iun. con. 69. nu. 53. lib. 1. quod ego intelligo, cũ uehemens esset hæc dubitatio, quæ ad malã fidẽ inclinaret: ita Paris. con. 50. nu. 10. lib. 1. alias n. dubitans potius in bona quã in malafide creditur. gl. in d. c. si diligenti. & in c.ulti. de præscr. latè Balb. trac. præscr. 2. partic. 3. par. prin. q. 2. qui tñ sensit, dubitationẽ impedire initiũ præscribendi, ceptã tñ non. & hanc esse communem Doctorũ resolutionẽ scribit Did. in c. possessor. par. 2. §. 7. nu. 3. de reg. iur. in 6. Deci-

18 Decimoquartò ac ultimò f' malafides in eo præsumitur, qui contraxit insolitis cautelis adhibitis: nam is in dolo præsumitur. ita gl. in l. si quis sub conditione. ff. de cond. inst. latissimè Ias. in l. testamētũ. nu. 3. 4. C. de testa. Capolla. tract. de simula. cõtract. præsump. 9. Ias. con. 170. nu. 1. lib. 2. Dec. con. 399. nu. 8. & con. 448. nu. 23. Soc. iun. con. 77. nu. 47. lib. 1. Curt. iun. con. 137. nu. 9. Crau. con. 28. nu. 55. & con. 56. nu. 19. Cæteros sciẽs prætereo. Ex his habet index noster quomodò suum arbitrium moderare possit.

SVMMA RIVM.

- 1 Corpore uitati in ecclesia seruire non debent.
2 Corporis deformitas animi deformitatem ostendit.
3 Leuitici locus cap. 21.
4 Cæcos, claudos & his similes in ecclesia seruire non possunt.
5 Deformis malus præsumitur.
6 Deformes hodie a sacerdotijs non arceri, sed illis præponi.
7 Iudicis arbitrio relinqui, quæ deformitas impediatur promoueri ad sacros ordines.
8 Vitium modicum in corpore, quod sit, ne deformis arceatur a seruitio ecclesiæ.

CASVS CCXXVI.

DEFORMITAS QUÆ IMPEDIAT PROMOUERI AD SACROS ORDINES. quid lege antiqua sancitũ, quid hodie malo usu obleruetur, explanatum.

RECTè profectò & magna ratione, non modò à lege antiqua & beatissimis Saluatoris nostri Apostolis, sed & ab illorum successoribus constitutũ est: ne in ecclesia Domini seruiant f' corpore uitati & deformati. Cuius sanè constitutionis rationes sunt, uel qd diuinis ministerijs tractandis ipotentes aliqui sint, uel qd malus f' corporis habitus, malã animi mētem præ se ferat. legitur f' Leuitici c. 21. Dominũ ad Mosẽ dixisse: Homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculã, non offerat panes Deo suo, nec accedet ad ministerium eius, si cæcus, fuerit, si claudus, si uel paruò, uel grãdi, uel torto naso; si fracto pede, si manu, si gibus, si lippus, si albuginẽ habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginẽ in corpore, uel herniosus. quæ uerba sanctæ & doctè exponit Greg. in eius pastoralis, quemadmodũ relatũ est in c. hinc etenim. 49. dist. Rõ illius antiquæ legis illa creditur, (ut dixi) qm corporis deformitas animi deformitatẽ declarat. ita Abb. in c. quia diuersitate, 1. not. de concess. sb. fieri et non pot, ut qui oinof deformis est, bonus sit, quod infinitis ppè bonorũ autorũ auctoritatib. cõprobauit Tiraq. trac. de legi. connub. l. 2. nu. 47. 48. 49. a quo multa illius nomine suppresso (subtraxit Petrus Placa li. j. epit. delic. c. 25. nu. 4. quib. accedunt eruditus Iurecõ. Hier. Maggus li. 4. miscel. c. 4. & Coraf. trac. de Sacerdotijs, par. 3. c. 6. hodie tanta f' deformitatis rõ non habetur: non n. claudi, non fracti pedes, non qui torto, uel grãdi, uel paruò naso sunt, non gibi, nõ lippa a sacerdotijs arcentur: immo quod summopere detestadũ est, solent hodie impij patres, quos habent inuitiles filios, ecclesiæ offerre. cõtra quos acriter inuehit Diuus Hiero. ad Fabiolã de ueste sacerdotali. illa itaq; sola deformitas hodie repellit a sacerdotijs homines,

quæ sacra ministeria tractare impedit, ut si cæcus sit, si mancus, uel quid simile patiat: nam modicum uitium & deformitas nõ repellit. c. 2. de corpore uitia. quo loci glossa declarans quod modicum uitium dicatur, inquit f' iudicis arbitrio relinquit. quã opinio nem ibi probarunt Butr. & Card. quos etiam secutus est Placa d. cap. 25. nu. 4. necnon & Coraf. d. tract. de sacerdotijs, parte 3. ca. 6. nu. 5. prudens autem index f' modicum uitium iudicabit, ut si caret uno digito, ita tamen quod administrare & celebrare non impeditur, ut in cap. 1. de corpore uitia. uel si maculam habet in oculo. cap. 2. illo titulo. uel si ungula pollicis carer, cum tamen fortis ita est in pollice, ut frangere possit. c. ult. illo ti. & his in locis scribunt Doctores.

SVMMA RIVM.

- 1 Appellatio ab eiectione quando deuoluatur ad sedem Apostolicam.
2 Denuntiari commodè appellationem potuisse appellato quando dicatur.
3 Iudicis arbitrio relinquitur quando commodè potuisset denuntiari appellationem appellato.
4 Constitutiones noua Pedemontium, titulo Delle introductione delle appellationi. ibi, & intimata a sia notificata, declaratur.
5 Statutum Papiæ primum in ciuilibus, uer. Quod a sententia lata, declaratur.
6 Statutum Papiæ 10. in ciuilibus, sub rubr. De citationibus fiendis. declaratur.
7 Constitutio noua Mediolani, sub rubr. de iudicij, s. ubi contingat, declaratur.
8 Statutum Brixie primum in ciuilibus, declaratur.

CASVS CCXXVII.

APPELLATIO QUANDO AD SEDEM Apostolicam deuoluatur, de tempore commodæ denuntiationis: Pedemontium, Papiæ, Mediolani, & Brixie municipales leges aliquot declaratæ.

CLEMENS Quintus Pontifex Max. statuit in clem. 1 causam. de electio. f' appellationis causã, ab electione interpositam, tunc deuolui ad sedem Apostolicam, cum intra mensẽ aduersario denuntiata fuit; aut, si non intra mēsem, saltem, paulò post quã primum commodè denuntiari potuit, ambigitur itaque, quomodo illud, commodè, intelligatur. gl. in dicta clem. causam, in uerbo, commodè, hoc iudicij arbitrio reliqui testatur. id quod eo loci cõfirmat Cardinal. q. 20. quem secutus est Marsi. in l. quæstionis. nu. 52. de quæst. sentiunt itaque hoc tempus esse arbitrariũ: nam interdum euenit, ut intra mensẽ denuntiari non possit. Finge, ut inquit Cardinalis, appellentem distare a curia, in qua appellatus, qui in regione procuratorem non dimisit, cõmoratur p qua draginta dies, tunc nõ arcebitur appellans intra mēsem denuntiare, sed tempus erit arbitrium quam primum commodè poterit; mense tamen iplo computato. Ex quibus infertur declaratio ad nouas f' constitutiones Pedemontium in titulo Delle introductione delle appellationi. ibi, & intimata a sia notificata alla parte. dum enim præstituri sunt dies uiginti ad appellationem coram primis iudicibus introducendam, & mensis coram Senatu, facta etiam notificatio ne aduersario appellato, recipit interpretationem consti-

constitutio, si commodè fieri potuit, quoniam si appellatus in remotis regionibus augetur, iudicis arbitrio habenda erit ratio ipsius temporis. Sic declaratur statutum Papie primum in ciuilibus, in uerbo q̄ à sententia lata possit infra quatuor dies appellari. dū statuit, quòd die sequenti post interpositam appellationem esset denuntiandum appellato uel personaliter; uel ad domum. si is appellatus domum nō haberet, & multum abesset, ex hac iuris communis dispositione esset tempus iudicis arbitrio statuendum & denuntiandum. & quamquam ex statuto in ciuilibus decimo, sub rub. de citationibus fiendis de ciuilibus, & statuto sequenti, data sit forma citationum, etiam eorum qui absunt, attamē si absentis nomine aliquis compareat, & absentiam alleget, terminus ad certiorandum datur, quod sanè tempus erit unius diei pro singulis uiginti milliariibus; & si ignoretur quo in loco absens sit, erit arbitrio iudicis. ita ex nouis constitutionibus Mediolani cautum est, sub rub. de iudi. §. ubi contingat, ad cuius interpretationem alia suo loco supra diximus. Sic dicendum est ceteris in locis in quibus data est forma citandi absentis, ut putā ad arengheriam, quemadmodum etiam Brixia, ex eius statuto primo in ciuilibus, intelligitur, nisi quis absens nomine compareat, & absentiam alleget, petitur terminus ad certiorandum illum absentem, terminus assignatur, ut supra: atque ita deinde non obseruatur terminus statuti.

SVMMA RIVM.

- 1 Iuramentum quomodo absenti transmittatur.
- 2 Iuramentum absenti, cuius expensis transmittatur.
- 3 Interrogatoria absenti, cuius expensis mittantur.
- 4 Iuramentū sibi deferri petens suis impensis ei mittitur.
- 5 Actus est explicandus impensis illius, qui explicari illum petit.
- 6 Custodiam sibi dari petens, eam alere debet.
- 7 Remitti se coram Rege, quem appellauit, petens suis expensis remittitur.
- 8 Clericus petēs se remitti coram ordinario suo, suis expensis remittendus est.
- 9 Carceratus remittendus sub custodia, soluit custodia impensam.
- 10 Iuramentum calumniae expensis absentis transmitti.
- 11 Positiones expensis rēdere debēt ei absenti mittuntur.
- 12 Personis egregijs cum iuramentū, uel positiones domi transmittuntur, eorum impensis transmitti.
- 13 Appellationis denūtiationē fieri impensis eā petētis.
- 14 Litera appellationis dimissoria impensis eas petentis concedi.
- 15 Libelli copia cuius impensis reo transmittatur.
- 16 Papia quid obseruetur, cū libellus reo transmittitur.
- 17 Custodiam esse alendam ab eo, qui pro sua defensione eam petit.
- 18 Rationes cum reuidentur sunt, impensis petentis eas reuideri esse reuidentas.
- 19 Pedemontana obseruatio cū Sereniss. Sabaudia Dux uoluit rationes ciuitatum, & oppidorum reuideri.
- 20 Balibasar Raouyra Serenissimi Ducis Sabaudia à secretis Consiliarius laudatur.
- 21 Iuramentum oblatum à presente absenti offerentis impensa transmittendum esse.
- 22 Consultori cū causa transmittatur ex forma statuti, cuius impensa transmittatur.

- 23 Episcopus petens sibi remitti clericum suae diuisionis Episcopi impensis remitti debet.
- 24 Iuramentum cum ab utroq; transmitti petitur, utriusque impensis transmittitur.
- 25 Consultori cū causam ex suo officio iudex transmittit, communi litigantium impensa transmittit.
- 26 Persona egregia cū examinanda est cōmuni impensa litigantium interrogator ad illius domū transmittitur.
- 27 Iudicis arbitrio relinq, cuius impensis interrogator ad egregia personam examinandam transmittendus est.

CASVS CCXXVIII.

IMPENSAM QVIS PER SOLVAT, CVM IURAMENTUM, UEL INTERROGATORIA ABSENTI TRANSMITTUNTUR: PLURA SIMILIA EGREGIE CONGESTA ATQ; DECLARATA.

Absenti aliquando iuramentū defertur, illique, ut iuret, iuramenti forma transmittitur. l. pen. §. his de praesentibus. C. de reb. cred. & iureiurā. & cū iā dubitātū fuisset, cuius impensis illud iusurādum transmittendū esset, statuit Iustinianus in d. §. his, esse sub arbitrio iudicis, & ibi Bart. nu. 4. annotauit Alex. l. ad personas egregias, num. 4. de iureiur. Boer. q. 303. nu. 5. propē mediū. qua constitutio re adductus idē in interrogatorijs, quae absenti ut respondeat, transmittuntur, esse obseruandū scribit Petrus Vāderannus in Enchiridion iuris, lib. 2. c. 10. in fi. Ego hac in re casus aliquot soleo considerare, quibus mea quidē sententia rectē suū hoc arbitriū moderare poterit.

1 Primus est, cū is qui abest, petit sibi uel aduersario iuramentū deferri: & is scilicet aduersarius petēti refert: tunc ipsius absentis expensis iusurādū transmitti dēt. Ratio est, qm̄ expensis illius explicandus est actus, qui explicari illū petit. l. cū saepe. C. de eroga. mil. ann. qua est cautū, & custodia alicui adhibita; esse illius impensis alendam, cū sua causa adhibita sit. qua constitutione adducti, ita in casu nostro senserūt Bal. & Salic. in dicto §. his de praesentibus. quo loci Bald. illud diffinit, q̄ cū quis Regē appellasset, petijsetq; se ad illū remitti, essetque sub custodia remittendus, illius petentis impensis remittendū fuisse. Sic in clerico petente se remitti corā suo iudice, ut clerici impensis remitti debeat, affirmauit Bald. & post eum Card. Alex. in c. §. si iudex, de pace tenenda. in uerbis feud. idē Bal. & Sali. in l. eos. C. de appellat. Boer. quaestio. 303. nu. 1. §. 12. qui in carcerato sub custodia remittendo loquūtur, ut remittatur expensis ipsius petentis. atque ita decisum fuit in Capella Tolosana, ut refert Aufser. in annotat. ad Capellam Tolosan. quaest. 100. & quaest. 274. his accedit text. in l. 2. §. defendi. ff. ex quibus caus. in possess. eatur. & ibi annotauit Bart. & iuramentum calumniae expensis absentis, cuius causa transmittitur, esse praestandum. ita etiam cū & positionibus respondendum est. quod uerum etiam esse intelligo, quando is absens esset & persona egregia & in dignitate constituta, quae non posset cogi personaliter esse in iudicio, sed esse iusurādum domi transmittendum, iuxta l. ad personas egregias. ff. de iureiuran. adhuc illius impensis transmittendum est: ita decidit Capella Tolos. dicta quaestio. 100. reiecta opinione Spe. in tit. de iuram. cal. §. restat. & rectē, quoniam illius dignitas & nobilitas non

non debet alteri detrimento esse. ipsa tamen Capella Tolosana q. 374. uisa est cum Spec. sentire. Huc accedit, qd̄ docuit Card. in clem. causam, quaest. 21. de electio. & appellationis denūtiationē, quae instante appellatione fit appellato absenti, expensis appellantis fieri. illum secutus est Boer. d. q. 303. nu. 6. qui nu. 8. subiicit post Bal. in l. eos. §. apostolos. C. de appell. apostolos, seu literas dimissorias appellationis esse cōcedendas expensis appellantis. ita copia libelli, quae expensis actoris conceditur eius aduersario. ita tradit Specul. in tit. de libelli obla. in uerbo, actoris. glo. i. d. cle. causā. de electio. Bar. tamen in l. 1. ff. de edend. dixit seruandā esse locorū consuetudinē, cū aliquibus in locis libelli & copia tradatur aduersario impensis actoris, & in alijs solū dimittitur copia in actis, & aduersarius suis impensis edi sibi postulat. Bart. secuti sunt Capella Tolosa. quaest. 91. & Boer. dicta quaest. 303. nu. 7. & Papia obseruauit illa praxis, ut actor suis expensis transmittat reo libelli copiam, hanc opinionē probauit pract. Papien. in forma libelli pro actione reali. in glo. prima, nu. 11. ubi ergo consuetudo non extat, expensis actoris copia libelli fit. simile scribit Boer. d. quaest. 303. nu. 1. post Bar. in l. illicitas. §. ne potentiores, nu. 8. ff. de off. praesid. & custodiā esse alēdā impensis illius q̄ eā sibi concedi, ne à potentiori opprimatur, petit. ita etiā Iaf. in l. praetor ait. §. is etiā. nu. 11. ff. de eden. Petrasancta sing. 78. simile est, qd̄ tradit Craue. conf. 238. nu. 5. uer. quartò respondeo, cū iudex & superior uult rationes & administrationes locorū uisitari & reuideri, eā uisitationē esse faciendā impensis non ipsius loci & uniuersitatis non petentis, sed impensis ipsius superioris, uel alterius personae particularis petentis. id qd̄ tamen non fuit obseruatū annis his elapsis in regione & Pedemontia, dum iura, rationes & administrationes Cherij, Carignani, & Bouisij reuiderentur, qm̄ impensis ipsarū uniuersitatis factū. pro qua obseruatione confert decisio Boerij d. quaestio. 303. nu. 9. ibi, & idem in reformatibus à Rege ad aliquā reformandā ciuitatē datis, quibus ab ipsa ciuitate expensae ministrandae sunt. nā & in ea regione Pedemontia reformationes factae sūt in rebus publicis administrandis, praesertim in loco Cherij & Bouisij: cuius reformationis diligentissim⁹ reuisor fuit uir admodum illustris & Balthasar à Raouyra crucis domino à secretis Serenissimi Ducis Sabaudia Consiliario, cuius ego egregias ac singulares animi dotes ueneror atq; exofculor: cū me semper humaniter fouerit, & sub cuius felicissimis auspicijs, cum Papia uices illustris Gymnasiarchae sustineret anno MDLVI. mense Maio lauream consecutus sum.

Secundus est casus, quando is qui praesens est, offerentis, tunc illa transmissio fit expensis praesentis & offerentis, cū is sit, qui ad sui commodum & utilitatem petit. nam probationum loco eo iuramento uti uult. Et si dicatur, is cui offertur ad sui utilitatem iurabit, ergo ipse impensas facere debet: ex supra relatis respondetur, fieri etiam posse, quod non iurabit pro se, sed potius contra: nec enim huius rei habenda est ratio, quoniam de illius fide hic offerens cōsensus est. & sufficit, quod petierit, quoniam is uerē est, qui causam delationis iuramenti praebet. quemadmodū in simili, citando d. §. his de praesentibus, docuit Bart. in

1 si postulauerit, in princip. nu. 2. ff. de adult. dū inq̄, esse faciendā cōmissionē illius petentis, cū is cōmissioni causā praebet. idē docuit Bal. l. 3. C. de adulte. Cardin. Zabar. in cle. 1. de aetate & qualitat. & Scala Patruinus li. 3. de cons. sapientis, c. 11. quāq; scribit Iaf. in l. praetor ait. §. is etiā. nu. 10. ff. de eden. cōmunibus impensis esse super causā hanc consultori cōmittendā. cuius sententia ex consuetudine forte obtinere poterit. sic qm̄ clericus à iudice laico captus, ab Episcopo sibi remitti petitur, ut suam iurisdictionem tueatur, expensis Episcopi remittendus est, quamquam alijs remittatur expensis ipsius capti, ut supra attigimus: ita Boer. d. q. 303. nu. 12.

Tertius est casus, cū ambo, actor scilicet & reus contentantur, quòd iuramentum alteri eorum cui de iure, uel cui magis iudici placet, deferatur: uel quòd ex officio iudex defert, id quod uix in litis decisio uenire potest: tunc communi impensa transmittitur: ita in simili determinat Bart. in d. l. si postulauerit, in princip. num. 2. de adulte. cū iudex ex suo officio causam & consultori mittit, impensis communibus haberi debet responsum, cum ambo in causa cōmissionis sint, ex quo uterque eorum ad sui commodū litem finiri desiderat. idē docuit Iaf. in d. l. ad personas egregias, nu. 3. de iureiur. Boer. d. q. 303. nu. 5. ita etiam cum examinanda est persona egregia, tunc interrogator cōmunib. impensis actoris & rei transmittendus est ad illū. ita Spec. in tit. de iura. calū. §. re stat. uer. antepen. Alex. & Iaf. in d. l. ad personas, uterque nu. 4. Boer. d. quaest. 303. nu. 5. & Bertachinus in reposito. in uerbo, Impensae. qui testatur, se ita apud Cefenā iudicasse. idē docuit Iaf. in l. praetor ait. §. is etiā. nu. 9. ff. de eden. ego tamen in hoc multum iudicis arbitrio tribuo. id qd̄ sentit & Iaf. in dicta l. ad personas egregias, nu. 4. cetera praetermitto.

SVMMA RIVM.

- 1 Euectiones facere non licere inferioribus à Praefecto Pratorio.
- 2 Iudicis arbitrio euectiones concedi pro publicis functionibus.
- 3 Imperatores olim habuisse equos per loca dispositos.
- 4 Tractatoria quae.
- 5 Euectiones, postas hodie appellari.
- 6 Postas seu euectiones tenere, qui hodie possint.

CASVS CCXXIX.

DE EUECTIONIBVS, QVAS VVLGO appellat Postas, & qui illis uti possunt, paucis declaratum.

Constituit Leo Imp. ut scriptū est in iudicib. C. de cursu publi. l. 2. nō licere inferioribus à Praefecto Pratorio euectiones facere, nec alijs concedere, nisi prosecutori publicarū functionū, cui ambulandi facultas pro iudicis arbitrio conceditur: ut in ea cōstitutione legitur. obseruatū olim ab Imperatoribus fuit, ut publico sumptu equi per loca disposita alerentur. his utebantur Imperatores ipsi, cum ipsimetq; citissime quòd uellent peruenire possent. uel etiam eius nūtijs facultas dabatur, si ipsius Imperatoris causa erat: hūc nuntij licentiam in scriptis, quam tractatoriam

Actoria, aut euectionem uocant, habebat, ut euectionum iudices ea inspecte equos concederent. hasq; postas hodie uocamus. quamquam (ut recte admonuit doctiss. Alc. in annota. in tres posteriores libros codicis in hoc ipso titulo de cursu publico,) hodie impensis publicis equi non alantur: & omnibus hodie concedatur facultas sine tractoria euectione facere. sunt qui pro coi hominu, & Reipu. utilitate per loca equi dispositi, & ij, ut quibus in priuilegium, aut pretio numerato data est hac facultas habendi & equos dispositos, quod uulgo tenere tenere postam dicunt, certu equoru numeru paratu semper habere debet. bellorum tpe maxime obseruari solet, ne sine Principis licentia quis cursu hoc utatur. Cetera apud Alciatu, Iacobum Cuiacium, Ioannem a Platea, & Lucam a Penna in commentarijs ad titulu illu, de cursu publico, legi possunt. & aliqua scripsi supra in secdo casu.

S V M M A R I V M.

- 1 Dominorum potestas in seruis olim maxima.
2 Libertatem rem inestimabilem esse, & cur.
3 Libertum parte suorum bonorum Patrono relinquere debere.
4 Fauia legis constitutio.
5 Iudicis arbitrio relinquere quomodo alienata a liberto possint a domino reuocari.
6 Donata a liberto causa remunerationis reuocari a domino non posse.
7 Vassalloru subditi, qui certa portione suis dominis relinquere in testamento tenentur, libertis equiparantur.
8 Domini reuocare possunt alienata ab eorum subditis, qui eis certam portionem relinquere tenentur.

CASVS CCXXX.

DE POTESTATE DOMINI IN SERVOS, & quando liberti teneantur certam portionem patrono relinquere; necnon de reuocatione alienatorum in fraudem domini: & quomodo subditi uassallorum libertis equiparentur, declaratum.

Cum maxima olim foret potestas Domini in seruis, quemadmodum pluribus antiquoru legibus & constitutionibus docemur, quorum meminit doctus & pulchre Alex. Ab Alex. lib. 3. dierum Genialium, cap. 20. ita factum est, fauorabilior esset illis datam libertas, quam inestimabilem rem appellauit Iureconsultus in l. libertas, de reg. iur. & grande beneficium ad remunerandum dixit Vlpianus in l. 1. ff. de bonis liberti. in huius itaque datae libertatis premitium edixit Prator & post eum Iustinianus, & libertum certam bonorum partem, certis casibus patrono relinquere debere, quemadmodum legitur in integro illo tit. ff. de bon. liber. & in instit. de success. liber. eueniebat tamen sapissimè, ut per fraudem hi liberti bona alienarent atq; distraherent, atq; ita fraude quadam hoc iure eorum patronos spoliabant: & donec Fauia lege constitutum est, ne quid libertus in patroni fraude alienaret, quod si euenisset, a dnis alienata reuocari poterant, ut legitur in l. 1. & in toto ipso titu. ff. si quid in fraud. patr. Verum est aliquando dubitatum, an si libertus in sui patroni fraudem alienauit in alterius seruum, posset is patronus contra patronu illius serui, qui acquisiuit & liberti bona consecutus est,

alienata reuocare, respondit Vlpian. in l. 1. §. si seruo meo. ff. si quid in frau. patr. & iudicis arbitrio relinquitur, quio alienata hac a patrono serui reuocentur, tan in id quod in re eius uersu est, tan in id quod in serui peculio est. sunt quide certi casus quidam, qui in eo tit. si quid in frau. patr. enumerantur, in quibus non licet alienata reuocare. is unus oium notabilis est, qui relatus e a Iuliano in l. uiuus libertus. ff. si quid in fraud. patr. cum. l. 1. ob remunerationem accepti beneficij aliqd a uiuente liberto donatur, qua de re late apud Tiraq. in repe. l. si unquam. C. de reuoc. don. in uerbo, donatione, nu. 44. Hac utilia admodu sunt in illis regionibus, in quibus antiqua consuetudine, uel priuilegio domini locorum succedunt subditis suis, quos nullis relictis filijs decedere contingit: & si decedentes testatur, tertiam parte suoru bonoru dnis relinquere tenentur. id quod in multis locis Pedemontiu obseruari uidi. na subditi isti illis libertis coparantur, ut post Spec. in tit. De feud. §. super homagijs. uer. 16. & Bal. in l. liberti liberteq; col. pe. in fi. C. de oper. libert. tradit in terminis nostris Iacobinus a S. Georgio in tracta. de roidis, seu de operis, col. 7. uerfi. dubitatur e, quo loci plura de his successione horu dnorum scribit. hi ergo & dnus ita reuocare poterut in fraudem suae successionis alienata, ut possunt patroni libertorum, id quod aliquando ex facto euenit in loco Clauelanae Pedemontium, me patrono causa existente.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericum non succedere in feudo.
2 Conuersum non succedere in feudo.
3 Monachum in feudo non succedere.
4 Clericu no succedere in Baronia, Ducatu, et his similib.
5 Militem Hierosolimitanum in feudo non succedere.
6 Cardinalem non succedere in feudo, declara ut infra.
7 Episcopum non succedere in feudo, nisi in feudo possit seruire per substitutum.
8 Clericum posse in feudo succedere, cum pro eo seruitium personale praestatur.
9 Clericus qui uiuente patre factus est clericus, an eo mortuo possit clericatu exuere, & in feudo succedere.
10 Clericu prima tosur. a no beneficiatu in feudo succedere.
11 Clericu prima tosur. & beneficiatu in feudo succedere.
12 Clericus post mortem patris, an beneficio renuntiare possit, & in feudo succedere.
13 Clericus post mortem patris diu in clericatu perseuerans quomodo in feudo succedere possit.
14 Iudicis arbitrio relinquere quando diu clericus dicitur in clericatu perseuerare post mortem patris.
15 Mulier quando allegare possit, metu uiri se religionem ingressam esse.
16 Iudicis arbitrio relinquere, quando post mortem uiri mulier dicitur diu in religione perseuerasse.

CASVS CCXXXI.

IN FEUDO QUANDO SUCCEDANT clericus, monachus, Cardinalis, Episcopus, & miles Hierosolymitanus, & quando in religione dicitur diu perseuerare filius post mortem patris, enarratio utilis & incunda.

Constitutionibus feudalis cauetur clericu in feudo non succedere, c. 1. §. qui clericus, si de feu. fue. con trouer.

trouer. inter dom. & uassal. c. 1. de mil. uassal. qui arm. bell. depof. qui sane textus in & conuerso loquitur. ca. 1. an mut. uel aliis imperf. & in c. 1. §. ex hoc illud, de feud. form. quibus in locis ita nostri Doctores scribunt. & late apud oes in c. in praesentia, ibi Dec. nu. 74. de proba. Iacobi a Sancto Georgio. in inuestitura feudali, in uerbo, Ex quibuscunque hereditibus, nu. 4. late Cur. iun. tracta. feudo. in 3. parte prin. 2. membro. q. 10. Crau. et. conf. 303. nume. 8. 9. & Jul. Clar. lib. 4. sent. iuris. §. feudum. q. 78. qui idem & fortius esse affirmat in monacho. quaquam aliqui dissentiat, quoru opinio regularis non est, sed. certis quibusdam casibus, ut mox subiiciemus, procedit. Hac regula pcedit etiam in & Baronia, & Ducatu, quorum feudu ad clericu, uel monachu non tranfit. Dec. d. c. in praesentia. nu. 74. de proba. post Baldu quem citat. secundo procedit et in & milite Hierosolymitano: nam nec is in feudo succedit. ita Bal. conf. 170. ad euidenciam praemittendum est. lib. 2. Brun. conf. 17. & alios recitet Neuiz. cofi. 30. nu. 1. idem respondit Alc. resp. 29. nu. 6. Crau. conf. 303. col. 1. & 2. Rol. a Valle conf. 23. num. 39. lib. 1. quibus ego addo reiecta opinione Aluar. & Afflic. in cap. 1. de mil. uassal. qui arm. bell. de pos. qui affirmant, hos milites in feudo posse succedere. quam opinionem probantur & Iacobinus in dicta inuestitura feud. in uerbo, Dicitur uassalli promiserunt non committere feloniam. col. 1. uerfi. 14. ca. Curt. iun. qui supra dicta q. 10. Rub. con. si 80. & Neuiz. 30. nu. 1.

Tertio procedit hac regula etiam in effectu Episcopo, uel & Cardinali: nam nec ij in feudo succedunt, cu nec per se, nec p substitutu feudi dno seruire possint, ita re ipsa in Cardinali respondit Ruin. consil. 142. nume. 2. lib. 1. dixit Ruin. Cardinalis illum potuisse retinere feudum illud, qm in celum coeclum fuerat, secus si in feudum rectum. idē docuit Io. de Anan. in ca. Iudaei. l. 2. in gl. ulti. de Iudaeis. ex quorum traditionibus declaratur doctrina Bal. in capit. inter dilectos, & ibi Feli. nu. 10. de fide instr. quos secutus est Cephal. consil. 1. numero 58. & consil. 2. nume. 10. l. 1. dum affirmant, & Episcopum posse feudum retinere: intelligitur, quando pot in feudo seruire p substitutum, & in terminis sic etiam declarantur Anto. Capic. decis. 3. 2. num. 2. Hiero. Scru. inter consilia feudalia Bruni conf. 140. nu. 15. sic de Episcopo loquens sentit Bellame. conf. 48. col. 2. uerfi. circa quartu dubiu. & col. 8. uerfi. secundu probatur. atque ita intellexi i trac. de recuperada poss. remedio. 10. m. 69.

Regula hac declaratur non procedere in eo feudo, in quo & uassallus seruitiu reale tm praestat, ut in censu annuo. Rui. d. conf. 142. nume. 2. lib. 1. Dec. d. cap. in praesentia. num. 74. de probatio. Brun. consilio 16. nu. 4. Neuiz. conf. 30. nu. 4. Curt. iunior d. tracta. feudo. 3. part. prin. 2. membro, num. 14. Cephal. d. cofi. 1. nume. 2. lib. 1. multis alijs modis declarat. Curt. iunior in d. 3. memb. q. 10. quos, ut omitteram, illud tantum quod praesentis instituti est, referam: quid sit dicendum in & clerico, qui uiuente & suadente patre factus est clericus, & deinde mortuo patre clericatum exiit, an hic in feudo succedere possit. Principio sciendum est & clericum primae tonsurae non beneficiatum posse semper in feudo succedere, quoniam seruire non impeditur. ita Bald. in cap. 1.

§. qui clericus, si de feud. conten. fit inter dom. & agn. uassal. & Curt. iun. d. q. 10. num. 25. & ita pulchre declarat Roland. a Valle conf. 23. num. 23. lib. 1. & hic casus dubitationem non habet.

Secundo, & quando clericus primae tonsurae beneficium, & sacerdotium habet, is in feudo succedere non potest, qm duobus simul, nempe ecclesie, & dno feudi seruire non potest. ita Crau. d. conf. 303. nu. 8. 9. & Rolan. d. conf. 23. nu. 23. qui sic distinguit. Quid ergo est dicendum, cu hic & clericus post mortem patris uult renuntiare beneficio, ut in feudo succedat, an possit? Distinguit Afflic. in c. 1. nu. 10. uerfi. sed dubitat, de milite uassal. qui arma bell. depof. post Iser. nra ibi: Aut is filius statim mortuo patre & clericatu abiecit, aut eo mortuo diu in eo perseuerat. primo casu succedit, secundo uero non. sed hic modo dubitatur, quando diu in ipso clericatu perseuerasse dicitur. Affl. d. nu. 10. uerfi. sed dubitat in fine, scribit iudicis arbitrio relinqui. is ergo ex qualitate personae iudicabit. na forte tpe mortis patris posset hic esse absens, uel minor, ita ut probabiliter ignorare possit, an bonum sibi esset, uel malum sacerdotio renuntiare, & feudu consequi: pro sua ergo prudentia hoc diiudicabit. Non est huic casui dissimilis ille, quem recenset Abbas in c. 1. nu. 7. extra de his, quae ui metusue cau. si & mulier metu mariti religionem ingressa sit, & moriatur uir, an mulier ingressum ratum habere dicatur, nisi statim conqueratur, & religionem egrediatur, inquit Abbas. & eam ibi clare est secutus Mant. nume. 39. hoc relinqui & iudicis arbitrio, intra quod tempus censeatur ratificasse ingressum, ut egredi amplius non possit.

S V M M A R I V M.

- 1 Debitor ut ab usuris liberetur, sortem offerre, & deponere debet.
2 Deposito fortis loco congruo fieri debet.
3 Oblatio, & depositio fieri debet tempore congruo, & parte citata.
4 Deposito pecuniarum sortis pure fieri debet.
5 Deposito debet fieri in pecunia numerata, ut ab usuris liberetur.
6 Deponi debent pecunia, quae eo tempore currunt, & non quae statim reprobantur.
7 Deposita integra summa fieri debere.
8 Locus congruus ad faciendum depositum quis.
9 Iudicis arbitrio relinqui, quis locus congruus depositi faciendi sit.
10 Iudicem posse se ipsum in depositarium eligere.

CASVS CCXXXII.

QUAE OBSERVANDA CVM DEBITOR deponit sortem, quam debet, ut ab usuris liberetur; & quis congruus ad deponendum locus sit, explanatum.

Cum debitor exoptat se ab usuris liberare, quas creditori, si ei soluere differat, necesse hnt prestare, sortem offerre, & deponere det in loco idoneo, si no hnt cui soluat, qd pbat. l. accepta. C. de usu. ut. n. & de positio hac debitorem liberet ab usuris, & ab oi periculo, debet esse facta primo (ut diximus) in loco congruo:

ferenda est sententia: & demum sunt illa obseruanda, quae obseruari solent, quia & si ipsa frequentia efficiat hunc effectum, atque ita re ipsa esse usurarium manifestum, non tamen manifeste & notorie constat eum esse talem, ut ordo iudicarius, quemadmodum in prioribus casibus, omittendus sit. Cum ergo de probationibus faciendis contra hunc usurarium agitur, in primis eius confessio iudicialis recipitur: ita in nostris terminis Abbas d. consi. 2. nu. 1. lib. 2. Bald. consi. 17. Factum super quo. in fin. lib. 1. & consi. 447. Ad euentiam. col. 1. lib. 5. & consi. 458. Visa repetitione. col. 1. uers. item illa confessio. lib. 4. Burgos d. cad. nostram. nu. 28. Didacus. d. c. 3. nu. 4. uers. est item. Iulius Clarus lib. 5. sentent. iuris. §. usura. uers. sed hic quaero, quae sane confessio non debet esse simplex, ut si diceret se sub usuris mutuo dedisse, sed debet esse quod sub usuris publice sapius, uel domi frequenter mutuaue. ita Bald. d. cap. in praesentia. nu. 8. cum alijs supra relatis. Est ratio, quia illa confessio simplex, se sub usuris mutuo dedisse, in uno solo actu uerificari posset, qui solus actus non efficit, ut usurarius dicatur: Cui uerbale nomen in uno actu solo non uerificetur, ita oēs in ca. 1. ibi Ripa. nu. 96. de iud. ubi post Paridē Puteū hoc in specie de foeneratore scribit. & alijs similibus comprobatur, ut de meretrice, mercatore, calūniatore, & his similibus, addo latē Tiraq. De penis legū. ca. 5. ad finē.

21 Secundò probatur hic actus frequens mutuandi sub usuris ex confessione propria extraiudiciali; ita glo. in d. cap. quamquam. in uerbo. manifesti, de usuris, in 6. ubi Docto. Soc. sen. d. consi. pen. col. 2. uers. primo per ea, li. 3. Did. d. c. 3. nu. 4. uers. 3. licet. q. a fortiori intelligo, ut in primo casu. Nec est dubium quin confessio hac probet, cum & in ceteris delictis probandis sufficiat: ut est satis iure clarum, hoc tamen intelligo cum extraiudicialis haec confessio sit palam coram pluribus, nec. n. secreto facta sufficeret. ita respondit Bald. d. consi. 17. in fi. lib. 1. & d. consi. 447. col. 1. uers. itē pmissē dū. lib. 5. Clarus d. §. usura. uers. sed hic quaero.

22 Tertio probatur hoc delictum testibus, qui deponant se pluries uidisse hunc mutuo dante sub usuris: ita intelligo Abbatem consi. 81. nume. 1. propē medium. lib. 2. Fulgo. consi. 138. colu. 2. & Burgos d. cap. ad nostram. nu. 28. nec hoc in casu maior testium numerus, quam in ceteris delictis probandis requiritur. Hinc male sentit Ang. Are. in §. ex maleficijs. nume. 3. Inst. de actio. dum scriptum reliquit ex mente Bartoli, septem testibus probari hoc delictum: quia immo duobus uel tribus probari potest. fatēor quidem probari septē testibus, sed non potest negari quin & paucioribus probetur. testēs autem singulares non sufficiunt ad probandum actus singulares fenoris, sed sufficiunt solum ad probandum in genere aliquem esse usurarium & manifestum, ita permultis auctoritatibus ostendit Crauet. consi. 73. nume. 3. 2. & si multi dissentiant, & ex recentioribus Didacus. d. c. 3. nume. 5. qui tamen Crauetam non retulit. & quo modo hoc intelligatur de probatio crimine in genere & in specie declarat Simancas Praxi Hareseos. ca. 62. nu. 24. quem secutus est Iulius Clarus lib. 5. sentē. iuris. §. h. q. 53. uers. Dixi etiam. Rursus testes illi idonei sunt, qui commodum aliquod, uel principaliter, uel in consequentiam sperare non possunt, & ideo illi, qui mutuo susceperunt, non satis idonei erunt, cum

illis extortae usurae restituendae sint, ita Feder. cōf. 61. Roma. singu. 355. Volo. Abbas & Felinus in capitul. personas, de testib. quos secutus est Didacus. d. c. 3. nu. 4. in fine, quibus accedunt Bal. in l. dictantibus. C. de testa. Anch. consi. 189. colum. 2. uers. sed in quaest. nostra. Alex. consi. 72. nume. 7. & consi. 107. nume. 3. lib. 1. Ias. cōf. 78. col. 3. uers. itē isti testes, & haec magis communis est Doctorum opinio. & si aliter cēserint Bal. consi. 361. Verba Bartoli, propē finem. lib. 5. Angelus de Castellione inter consilia Baldi consi. 405. Ego Angelus. lib. 1. repetit. consi. 10. lib. 3. Abb. consi. 81. col. 1. & consi. 113. colum. 4. uers. nec obstat, si dicatur.

24 lib. 2. quos recenset Crauet. consi. 6. nume. 102. qui cōciliat, ut in causis criminalibus relata communis opinio procedat in ciuilibus uero posterior. quā distinctionem nec ueram nec ex mēte Doctorū esse opinor. Ego ita soleo intelligere, q. quādo testes isti deponunt contra usurarium ita ut ipsi non sunt consecuturi aliquod commodum, ut quia pro tertio deponunt, recte deponunt & probant, & ideo recte docuit Bal. in d. l. dictantibus, hos testes probare absolute aliquem esse usurarium, si ipsi renuntiant omni modo sibi hanc ob causam obuenturo, & hoc in casu recte procedit relata opinio posterior, quae contra communem esse creditur. Si uero in consequentiam isti testes commodum sentirent, idonei testes non essent: ita procedat communis opinio. Erit ergo cautela ad omnem dubitationem tollendam, ut testes isti in actis renuntiant omni suo commodum. statutum tamen Brixiae 43. in ciuilibus sub rub. De causis usurarijs. admittit etiam hos testes, qui commodum etiam in consequentiam possunt sentire; ut ostendunt uerba statuti, ibi, & uideatur testificari in facto proprio, quae uerba ita intelligo.

27 Quarto probatur hoc delictum fama & communis opinione (duo haec idē esse credimus) ita de fama scribunt Feder. de Senis consi. 62. quem est secutus Abbas consi. 81. nume. 1. & nume. 4. lib. 2. Ange. in l. 2. ff. de furtis. Io. de Ana. capitu. quia in omnibus, col. 2. de usuris, Burgos d. cap. ad nostram. numero 28. de empt. & uend. Fulgo. consi. 138. colu. 2. de communi opinione idem affirmauit Bal. in l. 1. prima lectu. col. 3. uers. quid de testamento usurarij. C. de sacrosen. ecclē. Abbas d. consi. 2. nu. 3. uers. sextum ponit, & consi. 81. nu. 3. lib. 2. fama autem & communis haec opinio testibus probabitur, ita hoc in casu ut & in ceteris, qua de re apud omnes in capit. qualiter & quando, il. 2. de accusat. & in l. plurium §. tormenta. de qō. & ideo declaratur statutum Patauinum sub rubr. De carceribus, capi. statuimus de praesenti. dum uult per famam usurarium commodum illius statuti priuari, intelligitur esse secundum ius commune, & famam testibus posse probari.

29 Quinto probatur hoc delictum coniecturis & inditijs, capit. cum in diocesi, de usuris. Abbas d. consi. 81. nu. 4. lib. 2. Ias. in l. licet Imperator. nu. 1. de leg. j. Burgos d. cap. ad nostram, nu. 28. qui dixit haec inditia esse debere clara & aperta. Ego hac in re dicendum esse opinor, inditia & coniecturas non esse probationes de se probandi aliquem esse usurarium, sed esse modos, super quibus examinantur testes, & ex illis resultat probatio, illum per illas coniecturas & inditia usuras exercuisse. Exempli causa, uolo probare te publicum

publicum & manifestum usurarium, deducam, te conuenisse uendere cariori pretio ad tempus; te emere uiliori pretio cum pacto retrouendendi: & ita similes coniecturas deducam. ad has coniecturas probandum inducā testes; ex his resultabit probatio te usurarium esse. non ergo coniecturae ipse probat, sed probantur, & probatis resultat is effectus, eū talē esse. exempla alia in alijs delictorū speciebus adferri possunt.

30 Sexto probatur hoc delictum ex libro. rationum ipsius usurarij: ita Imola in cle. 1. de sepul. Est ratio, quia liber rationum probat contra ipsum scribentē; ut latē diximus supra in casu 93. Io. de Ana. tamen in d. cap. quia in omnibus, col. 2. uers. tu considera q. dubitauit ille q. licet probet liber illum usurarium, non tamen probat esse usurarium manifestum. ego uerius opinor cum Imola probare usurarium manifestum, si frequentia actuum ex libro ipso detegatur, cum frequentia (ut dixi) efficiat hunc esse manifestum usurarium: & satis res ipsa loquitur. itaq; ita uisus est sentire Baldus in l. 1. nume. 15. in fi. C. de falsa caus. adiecta legat.

31 Probationibus ita receptis & re ita cognita habet iudex pronuntiare hunc esse usurarium manifestum. & hoc est quod dicebat Baldus in additio. ad Specu. quem supra in principio retuli, esse in arbitrio iudicis, quis usurarius manifestus dicatur. nam cum probationes in iudicis arbitrio sint, ut alijs supra in casu 90. admonui, sequitur idem esse in casu hoc nostro. eo tamen modo intelligendo, quo in d. casu 90. explicauim. Hinc recte etiam censuerunt Doctores nostri, q. usurarium manifestum illum dici non posse ante sententiam & declarationem prolatam. ita responderunt Feder. de Senis consilio 62. in fine. Abbas d. consi. 2. nume. 1. uers. tertio dicit, & tradit Didacus d. cap. 3. nu. 4. uers. quarto etiam.

SUMMARIUM.

- 1 Statutum Papiae primum in ciuilibus, De causa consulti transmittenda, declaratur.
- 2 Statutum Patauinum sub rub. De ordine procedendi. c. in diffinitiuis. declaratur.
- 3 Statutu Ferrariae lib. 2. sub rub. De modo procedendi in causis a decem libris marchio supra, declaratur.
- 4 Consultori cū causa transmittitur consulenda, & discordant partes in formando puncto dubitationis, quid agendum.
- 5 Iudicis arbitrio formari punctū dubitationis cū causa consulenda transmittitur.
- 6 Papiae, Patauij & in regione Pedemontium qd obseruetur cū causa consulti transmittitur consulenda.

CASVS CCXXXVI.

QUANDO CAUSA EX DISPOSITIONE statuti transmittitur consulenda, iudicem formare dubitationis punctum, si inter se dissentiant colligantes.

- 1 Cautum est statuto primo Papiae in ciuilibus, causas certis casibus consulti partium cōfidentem committendas esse. quod statutum est & hic Patauij sub rub. De ordine procedendi. cap. In diffinitiuis. & Ferrariae lib. 2. sub rub. De modo procedendi in causis a decem libris marchio. supra. ac alibi, &

cum tractationem hanc quatuor eruditissimis libris absoluerit Scala Patauinus non multum hac in re pertractanda immorabor. illud solum in dubitationem reuocatur, quando colligantes inter se dissentiant in formando dubitationis puncto consulti transmittendo, quid agendum sit? Roma. in l. i. iusurandum & ad pecunias. §. si de qualitate, & ibi Ias. nu. 5. ff. de iur. iur. docuerunt esse in iudicis arbitrio formare, idem docuit Afflictus in cap. 1. nu. 21. uers. item si partes non concordant ex quib. caus. feud. amitta. & latē declarat is Scala libro 3. De consilio sapientis, c. 9. qui post Decium & alios recte admonuit, tutius esse transmittere in tegra acta ipsi consulti, ut consulat, quid iuris, id quod hic Patauij, in regione Pedemontium & Papiae obseruari scio.

SUMMARIUM.

- 1 Studiorum causa fauorabilis maxime est.
- 2 Faber quando a scholastico expelli possit.
- 3 Iudicis arbitrio relinqui quando scholasticus, uel doctor fabrum expellere possit.
- 4 Scholasticus ut fabrum aliquando expellere potest, ita & doctor.
- 5 Aduocat' ita fabrum expellere potest, ut p'fessor legū.
- 6 Immunitas cōcessa Doctorib. cōpetit & Aduocatis.
- 7 Scholasticus qui fabrum praue nit, expellere eum potest, quod ibidem declaratur.
- 8 Iudicis arbitriū uersari, an aptitudo repellat scholasticum, ne fabrum expellat.
- 9 Fabrum expellere potest scholasticus, cum ambo in tēpore pares sunt.
- 10 Artifices partem ciuitatis facere.
- 11 Doctores partem ciuitatis non constituere.
- 12 Priuilegiū concessum Doctoribus & scholasticis expellendi fabrum causa studiorum est.
- 13 Magistratus partem ciuitatis facere.
- 14 Magistratum obtinere non possunt illiterati.
- 15 Magistratus antiqui causas non iudicabant.
- 16 L. certi iuris C. de iuditijs, intellectus.
- 17 Faber si praue nit scholasticum, qui a libi commodē habitare potest, expelli non potest.
- 18 Praue nit loc' nō est cū una causa est maior altera.
- 19 Quod tibi nō nocet, & alteri prodest, cōcedi facile dēt.
- 20 Impedimentum non excusat cum suo facto quis illud sibi imposuit.
- 21 Iudicis arbitrium uersari, an scholasticus, uel doctor possit alibi quam apud fabrum habitare.
- 22 Faber qui in loco consuetudo habitationis scholasticorum se contulit ad habitandum, expelli omnino dēt.
- 23 Faber qui doctorem praue nit, expelli potest, si alibi doctor habitare non potest.
- 24 Impossibilia dici quae commodē fieri non possunt.
- 25 Studiorum causa cause dotis equiparari.
- 26 Faber qui alibi commodē commorari potest, expelli potest, & si scholasticum praue nerit.
- 27 Doctor qui alta uoce legendo alios impedit, cogi potest, ut sileat, uel demissius legat.
- 28 Doctor Battutos, seu disciplinatos expellere potest, si alta uoce canentes eius studia impediunt.
- 29 Scholasticus uel doctor expellere monachos non potest, nec presbyteros alta uoce canentes.
- 30 Doctor, uel scholasticus qui studijs operam non dat, fabrum expellere non potest.

- 31 Donatio à parte facta filio, si studuerit, intelligitur, & ad doctoratum peruenerit.
- 32 Species facti egregia, quae Papiæ euenit.
- 33 Baldi consil. 284. lib. 2. declaratur.
- 34 Verba, nec aliter nec alio modo, formam significare.

CASVS CCXXXVII.

DILIGENS ET EGREGIA EXPLANATIO, quando Doctor uel scholasticus expellere possit fabricum sua studia impediens.

1. **C**ausa studiorum fauorabilis adeo est, ut legum clatores maxima ac penè innumera illi cõtulerit priuilegia, quemadmodum legimus apud omnes in authen. habita. C. ne filius pro patre. & in l. 1. ff. solu. matrimo. & alibi unum tamen satis memoria dignum est collatum inter cætera priuilegiũ, ut fabricum prope obstrepentem expellere possit professor Doctor, uel studiosus. ita passim & uulgo dici solet. uerũ magna & grauis est apud nostros hac de re disputatio inter ceteros Bar. in d. l. 1. prope finẽ, & ibi clarius Thomas Parpalea nu. 44. ff. solu. matr. & sensu Abbas in c. ult. in fi. de iud. & clarè Ripa. in d. l. 1. nu. 130. Alc. nu. 51. & Visita. nu. 185. solu. matr. & ibidẽ Soc. iunior nu. 272. 273. hoc iudicis arbitrio tribuunt, qui certis casibus iudicare potest, fabricũ non esse expellendũ, & certis casibus esse. Verũ ego dicã singulatim quid hac in re agendũ iudici sit. Illud inter cætera obserua bit iudex, nullã esse constituendã differentiam inter

2. Professores, Aduocatos, & scholasticos: quoniam par est i hoc omniũ conditio. nã quemadmodũ professori tribuitur hoc priuilegiũ, ita & scholastico, cum una sit causa studiorũ, atque ita receptissima est Doctorum opinio, ut apud omnes in l. 1. ff. solu. matr. ibi Alex. nu. 53. laf. nu. 46. Soc. n. 64. Alcia. nu. 54. & Soc. iunior nu. 276. Ripa. nu. 134. latè ibidẽ Visitarinus nu. 187. Parpal. nu. 48. qui de scholastico loquuntur, & rectè ex multis rationibus quas huc adferre pretiũ opere nõ esse existimaui. In Professoribus quoque idẽ esse scribit in d. l. 1. solu. matr. Ripa. nu. 132. Alciatus nu. 52. in fi. & Soc. iunior. nu. 272. q. 1. ea opinio sunt, q. immunitatem cõcessã Professoribus, cõcessã etiã esse Aduocatis, ex Bar. & ceteris in l. medicos. C. de p. fess. & med. lib. 10. Guido Papæ q. 38. & q. 388. & infra etiã alios adferã. Marc. Matua li. 2. obserua. c. 17. Titaq. tracta. nobilita. c. 29. nu. 15. & in illo capite in finita scribit pro ac aduersus Aduocatos, ad rem ut reuertar ego securus in multis ueram & probabilem Iacobi de Aren. distinctionem, quã à ceteris reiectã non uideo, ita casus plures distinguo.

3. Primus est, cum Doctor, uel scholasticus iam præuenit fabricum, tunc dubio procul fabricum expellere potest: ita is Iacobus, & cum eo Bar. & ceteri in d. l. 1. solu. matr. & Abbas in cap. ult. in fine de iud. Est ratio, quia eum præueniendo potior est in iure l. 2. §. si quis nemine. ff. ne quid in loco publ. & confert l. potior, & l. qui balneum. ff. qui poti. in pig. hab.

4. Declaratur hic casus, ut locum nõ habeat ratio aptitudinis & consuetudinis locorum: ita Bart. in d. l. 1. in fine. quem ibi secuti sunt Parpalea nu. 44. & Ripa. nu. 130. & Abbas d. cap. ult. in fine, de iud. Exempla gratia; Ego cõdixi domum in uia fabricorum hoc

Dubitari modo contingit, an factus is palam gestus præsumi faciat ita facti ignorantiam, ut iuris, atque ita, an is qui palam agit, excusetur illis in casibus, in quibus error & ignorantia facti excusationem præstat. quod præsumatur, & ita excuset a iuris ignorantia, clarè probant uerba & ratio d. l. ult. ff. de ritu nupt. nec est qui in hoc dissentiat, ut ex relatis similibus factis superque intelligere possumus. Est ergo sola dubitatio in errore i & ignorantia facti: qua quidem in re sunt opiniones Doctorũ. nam Decius consilio 154. post Oldrad. consilio 256. respondit, falsè rentem, se per ignorantiam facti publice contrahendo matrimonium cum consanguinea, non excusari, nisi ignorantiam ipsam probet. hoc clarius affirmat Ruinus in consi. 14. num. 5. lib. 3. qui respondit in casu d. l. ult. actum palam gestum præsumi facere solam iuris, non autem facti ignorantiam; & ob id excusationem in errore facti non attulisse. quod ea ratione demonstrat, quia ibi solũ pena minuitur, qd euenit ob iuris ignorantiam, a qua actus palam gestus excusatur: non autem in totum pena tollitur, que tolleretur, ubi etiam error facti præsumeretur; ex l. qui contra. C. de incest. nupt. Et licet ipsemet Ruinus

nus conf. i. bo. nu. 5. uer si nec obstat tex. l. qui contra.
 15 lib. 3. aliqua adferre uideatur ad responsionem d. l. qui contra, uerum tamen nihil ad rem cōferunt: quā quod de errore iusto dicitur, refertur ad utrumque, ad masculos scilicet, ut & ad fœminas. Ego aliquādo
 16 dicebam in d. l. ult. agi solum quid possit actus palā gestus ad excusandum ab ignorantia iuris: quo autē ad ignorantiam facti, relictum est in dispositione iuris, uel potius iudicis, ut statim subiiciam. & quod ibi dicitur, non excusari in totum, intelligitur respectu ignorantia iuris, quæ non meretur omnimodā excusationem, cum is peritiores consulere debuerit: punitur ergo, sed non ea pœna ordinaria. Altera fuit opinio, præsumi ēt ignorantia facti, atque ita excusari ab illa ex actu palām gesto. hoc clarē affirmauit Bald. in d. l. qui contra, nu. 4. uer. & ex hoc pono, C. de incest. nup. idem sentit Bar. in l. si adulterium cum ince
 17 stu. in prin. nu. 10. de adult. nam cum Bar. sub nu. 9. distinxerit, quo modo ignorantia iuris & facti excuset, subiicit, quid in dubio, an præsumatur sciuisse, uel ignorasse? inquit retento ipso themate ignorantie iuris & facti, ex actu clam gesto, scien tiam, ex actu uerō palām, ignorantiam præsumi. atque ita de utraque ignorantia loquitur. hanc sententiam probauit & Ruin. sibi parū constās conf. 100. nu. 4. l. 3. & cōf. 51. nu. 17. lib. 5. uerum horum opinio non est absolute uera, si quidē maior subest ratio excusandi ab ignorantia facti quā iuris. Regulariter etenim iuris ignorantia neminē excusat. iuris ignorantia. C. qui adm. & tamē ignorantia facti etiā prudētissimos fallit. l. 2. ff. de iuris & fact. igno. Rectius itaque tertio loco mihi uisus est sentire Gabriel Palæotus eruditissimus iureconf. & nunc purpurei ordinis Senator amplissimus tract. de Nothis spurijsque filijs, c. 9. nu. 19. 13. hoc esse in iudicis arbitrio positum: qui aliquā iudicare poterit præsumi ignorantiam facti, ut ignorantia iuris, & aliquā non. si enim frater cum sorore uel consobrina, cū quibus una simul educatus sēper fuisse, contraheret, hic certē ignorantia facti præsumi aliquo modo non posset, quāq̄ actus publicē esset gestus, si uerō quis cum forensi & remotissima regione contraheret, dubio procal hic impedimentum facti atque ita facti ignorantia præsumeretur. quo in casu rectē procedit d. l. qui contra. C. de incest. nup. uer. ergo secundū personarum qualitate statuet.

SVMMA RIVM.

- 1 Pascua pro quantitate pecudum esse diuidenda.
- 2 Pecudes in pascuis habēdas esse singulis pro prædiorum modo.
- 3 Pascua diuidi a iudice communi diuidendo peti posse.
- 4 Pascuorum modus quando intelligatur, an pro prædiorum quantitate, uel eius ualore.
- 5 Seruitutes aquæ ducendæ pro modo prædiorū deberi.
- 6 Alluiones acquiri pro quantitate frōtis prædiorū.
- 7 S. Insula. insti. de rerum diuisi. intellectus & ratio.
- 8 L. 2. §. cum in eadem nauē. & l. ult. ff. ad l. Rhod. de iact. intellectus.
- 9 L. maiorem. ff. de pactis, intellectus.
- 10 Creditorum pars maior, paciscendo cum debitore, minori parti præiudicare potest.
- 11 Saluus conductus concessus à maiori parte creditorū obseruari debet etiam à minori parte.
- 12 Statutum Ferrariæ lib. 2. sub rub. de cessione bono-

rum & inducijs quinquennialibus, declaratur.
 13 Constitutio noua Mediolani sub rub. de saluis conductibus. in prin. declaratur.
 14 Iudicis arbitrio relinqui, quomodo pascua diuidi debeant inter incolas pro modo prædiorum pecudum.
 15 Index quid obseruare debeat in diuisione.

CASVS CCXLV.

DE PASCORVM DIVISIONE, EGREGIA disputatio, & aliquot iuris loca, nec non Mediolani & Ferrariæ leges municipales declarata.

CVM de pascuis publicis agitur, iter multa illud à nostris in controuersiam adducitur, quem numerum pecudum unusquisq; incola habere possit: nec. n. unus alterius partem uedicare sibi potest, aut debet. Albericus Rosatus in l. Imperatores. ff. de seruit. rust. præd. ex illo textu docuit, ꝑ pecudes unum in pascuis cōibus habere posse, & debere pro modo prædiorum, quæ in territorio possidet: quemadmodū & pro modo prædiorum aquæ duci possunt. d. l. Imperatores. idem Alber. in l. testatrix. §. 1. ff. si serui. uend. qui scribit, illos qui minorem quātitatem pecudum habent, posse agere fœctione cōi diuidendo, ut unicuique iusta portio assignetur, idē cum Alberico senserunt Calca. conf. 34. nu. 6. in fine. & Craue. conf. 60. nu. 3. Sed adhuc contingit dubitare quomodo hic pascuorum ꝑ modus intelligatur, an iuxta iugerum quātitatem, uel eorum ualorem. qua in re multum dubitauit Alber. in d. l. Imperatores. nā argumentatur ꝑ modū esse pro modo quantitatē iugerum, quemadmodum & seruitutes aquæ ducendæ d. l. Imperatores. & quia falluione acquiritur singulis ꝑ ꝑ ripam possidentibus pro modo quantitatē prædij, quod in fronte fluminis est. §. insula. insti. de rer. diuisi. quæ sanē iura in casibus admodū diuersis loquuntur. nā seruitus ducendæ aquæ pro modo & quātitate iugerū intelligitur ꝑ quādā connexitatē: est. n. unū ꝑpter aliud, hoc est, seruitus aquæ pro quantitate pascuorum. qđ ut aliās supra exposuimus, diuersū hic ē, qm unū ad aliud nō infert. nec. n. infert qđ qui hēt plura pascua, habere ēt debeat maiore partē pascuorū. Sic & casus d. §. insula, est multum diuersus, qm ꝑ modo quātitatis frontis alluione unusquisq; acquirit, qđ & amittere posset. periculū ergo amissionis & lucrispes duo connexa sunt, & unū secundū aliud distingi solet. l. fm naturā. de reg. iur. at diuersū hic est: non. n. unū ab altero depēdet, uel determinationē recipit.

Pro secunda uerō opinione Albericus citauit argumentum ꝑ l. 2. §. cum in eadē nauē. & l. ult. in fine. ff. ad l. Rhod. de iactu. quibus probatur unumquēq; ꝑ rata ualoris mercium & bonorum debere cōtribuere illi cuius bona leuandæ nauis causa in mari ꝑiecta fuerunt. Verum diuersam rōnem habet: nā bona & merces maioris pōderis, sed minoris ualoris in mari sunt ꝑiecta, ut seruaretur, quæ maioris ualoris erūt. ualor ergo nō ipsa quātitas ibi oīno spectatur. id qđ in casu nō cōtingit. Non pariter hanc adiuuat sententiam ꝑ l. maiore. ff. de pactis. quā citat Alber. qm ibi consideratur ualor ob damnum, quod quis tanq̄ creditor sensurus est. nam dum ibi dī, ꝑ octum maioris partis ꝑ creditorū remittētibus hæredi debitoris

debitoris partem, modo hæreditatē adeat & residuū soluat, præiudicare minori parti: intelligitur maior pars creditorum respectu crediti, ut uox etiam ipsa docet. est ratio, quia si ipsi plus perdunt, ceteri creditores aliquid etiam amittunt, quoniam nihil alias cōsequerentur. ita gl. in d. l. maiorem, & ibi latē las. nu. 1. & pulchrē admodum apud Afflict. deci. 288. Soci. sen. conf. 273. colu. 2. lib. 2. & Benue. Stracham trac. de decoctoribus, parte sexta, nu. 4. 5. 9. 10. qui idē esse censuit, cum datur ꝑ securitas debitori à creditoribus pro maiori parte, quæ maior pars ratio ne interesse consideratur. l. ult. C. de ijs qui bon. ced. poss. ubi omnes, & egregiē scribit consultissimus Bellus Albesis trac. de re militari, parte 9. tit. de saluis conductibus. num. 3. 6. quod est adnotandum ad interpretationem ꝑ statutum Ferrariæ, lib. 2. sub rub. de cessione bonorū & inducijs quinquennialibus. ibi, si uero aliquis ex creditoribus contradixerit, tunc requiratur cōsens⁹ maioris partis creditorum, quoad cumulum crediti siue cōiūctim, siue diuisim. illa uerba, quoad cumulum, intelligūtur ut supra rōne partis interesse & crediti. Mediolani tñ extat ꝑ constitutio noua, tit. de saluis conductibus. quę ita incipit: Si tres partes & quatuor omnium creditorū tā respectu numeri ꝑsonarum q̄ quantitatē debiti, &c. duo hic copulatiuē requiruntur, maior pars personarum & maior quantitas crediti: ita ut si unus solus maiore partem crediti haberet, saluus conductus, eo reluctantē, non uideretur posse cōcedi. ego opinor ex æquitare iudicē suo arbitrio posse illorum creditorum malignitatē reprimere & inducias concedere. cū ergo in d. l. maiorem, hæres eam ob causam adeat ꝑ maior pars debiti sibi remittitur, ualor, nō personarū numerus cōsideratur, quod hic non contingit, cum unum aliud non inferat. minus ad rem facit. l. item si fundi. §. sed & si metalla. ff. de usufructu. nō refero, qđ itūcti satis parebit.

Tertia itaque & uerior opinio eorum fuit, qui dixerunt, hoc totum iudicis arbitrio relinqui. ita Bertran. conf. 27. lib. 1. conf. 75. nu. 25. lib. 2. & conf. 1. col. 2. lib. 3. Afflict. in constit. Neapol. rubr. 85. nu. 8. & Petrus Auendanius tract. de exequendis manda. c. 14. nu. 20. quos secutus est Didac. libro Pract. quæst. 37. col. 1. prudens ergo iudex cōsiderabit pascuorum qualitate, & incolarum quantitate & conditionem, & æquitate utetur. nā extrant agricolę pauperes, quibus liberius cōcedere pascua, quā opulētis tum ac bonum est: ne qui opulenti sunt, magis ditescant, & pauperes ad summā inopiā redigantur. considerare. n. dēt bona oppidi, uel ciuitatis esse potius ad pauperes subleuandos à Deo cōcessa, quā ut diuites luxuriēt: ut uerē nostra ætate in eorū animæ maximū detrimentum luxuriant, qui pro eorū uoluntate Respub. & earū bona administrat. sed quid proderit hoī totū mundum lucrasse, si animæ suæ iacturam faciet.

SVMMA RIVM.

- 1 Clericos ꝑ cā pecuniaria ēt olim corā Epō cōueniri.
- 2 Clericos pro causa criminis in foro ciuili corā laico olim conueniri.
- 3 Glossæ interpretatio ad auth. Clericus quoque. C. de Episc. & cler. improbat.
- 4 Iudicis arbitrio relinquitur, qđ sit tempus intra quod laicus iudex de causa clerici olim cognoscebat.
- 5 Clericos hodie nō nisi corā Episcopo conueniri posse.

CASVS CCLVI.
 DE TEMPORE INTRA QVOD olim laicius iudex de causis clericorum cognoscebat ex authen. clericus quoque. C. de Epif. & cler.

STATUIT olim Iustinianus in aut. clericus quoq; C. de Epif. & cler. defumpra ab auth. ut clerici apud proprios Epif. conuenia. clericos ꝑ esse pro causis pecuniarijs in primis conueniendos coram suis Episcopis, qui ubi causam diffinire non poterunt, coram laico erunt conueniendi, qui sine mora controuersiam terminabit, pro causā uerō criminis ciuili conuenitur coram ipso laico, qui intra duos menses litem finiet. Dubitabat glos. in d. auth. clericus quoq; in uerbo mora, quō uerba illa: nec mora circa talia, qđ sanē tps censeatur statutū iudici laico de causa pecuniaria cognoscētī cōtra clericū. ibi ꝑ glos. opinatur duos menses esse statutos, quēadmodū & in causis ciuilitate tractādis, ut ibidē subiicitur. rectius ibi sentit Alber. nu. 1. hoc tps esse in determinatū, & ob id iudicis arbitrio statuēdū esse, nec, ait ille, argumētari licet a causa criminali ad ciuile, cū diuersi ordinis sint: ut probat, l. properādū. C. de iud. iūcto tit. ut itra certū tps cā crim. term. hodie cessat hæc disputatio, qm ꝑ clericis oībus i causis corā suis Episc. cōueniri debēt, ex auth. statuimus. C. de Epif. & cler. quæ est canonizata in c. statuimus. xi. q. 1. & diximus supra lib. j. q. 43. quam obrē termini à iure Pōtificio ꝑstituti obseruabūtur.

SVMMA RIVM.

- 1 Simulationem contractus coniecturis probari.
- 2 Iudicis arbitrio relinqui, quibus coniecturis contractus simulatio probetur.
- 3 Index quid obseruare debeat, ut pronuntiet ex coniecturis contractum esse simulatum.

CASVS CCLVII.

CONTRACTVS SIMVLATVS quibus probetur coniecturis.

Cauti & uerfuti fœneratores ita prudēter & caute solēt cōtractus suos celebrare, ut uix eorum fictio, simulatio, & fraus detegi possit: quāobrem ꝑ ꝑsumptionibus & coniecturis quibusdam agitur, tandem in eam sententiā transeunt oēs, ꝑ iudicis esse arbitrium: ita egregiē respondit Bald. cōf. 311. In qōne Galuagnini ꝑ ꝑ finē, uer. duodecimō cōsiderādū, lib. 5. quē secut⁹ est Craue. cōf. 156. nu. 14. q. eiusdē opinionis retulit Corneū cōf. 346. col. pe. li. j. nec aliter sētūt Barb. cōf. 51. col. j. in fi. li. j. Soc. se. conf. 83. col. 2. lib. 3. Parisius conf. 54. nu. 22. lib. j. Didacus li. 3. uariarū resolut. c. 7. nu. 3. in fi. & c. 8. nu. 4. Cephalus cōf. 199. nu. 17. li. 2. prudēs ꝑ ergo iudex diligētē & exactē (ut præcitato loco admonuit Baldus) perpendet personarum qualitate, loci famam, antecedētia & subsequētia contractus, & personarum interpositio nem. & quia extrant qui integros de his ediderūt tractatus, inter quos Capolla Veronenfis super sedendū hic censui, illos ergo adeat lector.

SVMMA RIVM.

- 1 Cessionem præsumi simulatam ob pretij tenuitatem.
- 2 Iudicis arbitrio relinqui, quæ sit tenuitas pretij in cessionibus, ut simulatę præsumantur.

CASVS CCXLVIII.

DE PRETII TENVTATE IN CESSIONIBVS.

PREtj tenuitas est in causa, ut cessio simulata presumatur. l. per diuerfas. C. mandati. quo loci Bald. q. 12. nu. 16. eam mouet dubitationem, quod si hac pretij tenuitas non est ob rei naturam, sed ex accidente, ut, ut puta, ego cedo tibi quod mihi decem uere ualeat, sed tibi ob loci distantiam quinque tibi ualebit: cedo inquam pro quinque, an presumatur simulatio, ut uideatur cessio? inquit Bal. non presumi, qm litis redemptor non est, qui rem tanti emit, quanti apud sue conditionis homines ualeat. subijcit tñ Bal. esse positum in t iudicis arbitrio arbitrari & iudicare, quod iustum hoc sit pretium, obseruata personarum qualitate & locorum distantia: quia saepe uni expedit, qd non alteri. quæ, cum in facto uerferentur, iudex ipse suo arbitrio iudicat, Bal. est secutus Salic. ibi col. 4. uerf. simili ter tu habes, & Afflictus in c. 1. nu. 2. uer. item habet arbitrium decernendi, ex quib. cau. feud. amitt.

S V M M A R I V M.

- 1 Testium effrenatus numerus reprimendus.
2 Testium effrenata multitudo que.
3 Iudicis arbitrio relinqui, quis effrenatus dicatur numerus testium.
4 Iudex quid obseruare debeat in refrenanda testium multitudine.
5 Testium effrenatus numerus esse aliquando ultra tres, decem, & quadraginta, pro negotij scilicet qualitate.
6 Constitutio Galliarum, De testium numero refrenando, declaratur.
7 Constitutio Pedemontium tit. Delle depositioni dell' testimoniij. §. Aduertiranno, declaratur.
8 Statutum Veronæ, lib. 2. ca. 34. sub rubr. De testibus & eorum numero, declaratur.
9 Statum Brixie 19. in ciuilibus, sub rubr. De nominibus testium producendis, in fine, exponitur.

CASVS CCXLIX.

DE EFFRENATO TESTIUM NUMERO reprimendo, & quis numerus testium effrenatus dicatur. & statutum unum Brixie declaratum.

INiqui litium fautores, quo magis aduersarium laboribus & impensis fatigent, ingentem testium numerum in iudicium aliquando producere solent, at is numerus iusta ratione refrenandus est. l. 1. §. ult. ff. de testib. cap. significauerunt, & cap. cum causam. §. ult. extra eo. Verum solet sapissime dubitari, quando testifrenata multitudo dicatur, & uere hoc esset in iudicis arbitrio positum, probat d. l. 1. §. ult. de test. qd placuit Oldr. consi. 145. Queritur, si testes. Abb. in d. c. cum causam. nu. 3. Rom. l. si uerò. §. de uiro. nu. 241. ff. solu. matrim. pract. Papien. in forma oppo. contra testes. in glossa, luntq; publicati, nu. 14. Afflict. in ca. 1. nu. 2. uer. item datur arbitriū iudici, utrū numerus, ex quib. cau. feud. amitt. Petr. Lorioto in l. 3. nu. 7. ff. de testib. & Petr. Rebuff. in l. unica, nu. 60. C. de sent. q. pro eo qd interest profer. t iudex aut prudens iuxta personarum & negotiorum qualitate arbitrabitur, qd sit sufficiens & quis effrenatus numerus testium. ita

glo. d. c. cum causam. in uerbo, effrenata. quæ iuris cõis dispositionem est insecuta constitutio noua Pedemontiu in titu. Delle depositioni de testimoniij. §. aduertiranno. aliqñ in iure sufficiens numerus triū testiū hñ, & ultra effrenatus creditur. ut est notabilis tex. in l. quories, & ibi Bar. nu. 3. C. de aufr. lib. 10. nã in ore duorū uel triū stat oē uerbū. in singulis ergo articulis probandis tres testes sufficiunt, ut eo loci docuit Bart. & Rom. d. §. de uiro. nu. 241. aliquando effrenatus numerus solum dñ ultra quadraginta. ita in d. c. cum cam. §. ult. de testibus. apud Gallos ex Regia constitutione effrenatus numerus est cum decem excedit: ita Rebuf. in d. l. unica, nu. 60. C. de sent. que pro eo. quo loci testatur, ita etiã arrestis fuisse cõprobatū. quæ constitutio intelligitur. non pro tota ipsa cã, sed pro singulis articulis, ut ipsemet Rebuf. retulit. qm alias euenire posset, ut super quinquaginta articulos dñer is numerus decem testiū. & ob id recte t constitutio Pedemontiu, tit. Delle depositioni de testimoniij. §. Aduertiranno. clarè singulos articulos cõsiderauit. sic est statutū Veronæ lib. 2. c. 34. sub rub. de testib. & eorū numero. quo statuto est diffinitus numerus sex testiū in singulos articulos. Declarari et ex relatis pot t statutū Brixie 16. in ciuilib. sub rub. de nominib. testiū producendis. in fi. dum disponit iudicem taxare dñe numerū testiū, sñm qd nus pcepit & requirit. ius aut cõe expressè testiū numeū nō statuit, sed reliquit iudicis arbitrio. in casu ergo illius statuti iudex ille pro suo arbitrio numerum testium taxabit: habebit tamen rationem qualitatis personarum & negotij, ex iam relatis.

S V M M A R I V M.

- 1 Remissiones cõcedi ad testes examinandos i loco remoto
2 Iudicis arbitrio relinqui, quando remissiones ad examinandos testes concedi debeant.

CASVS CCL.

REMISSIONES AD EXAMINANDOS testes in loco remoto quando concedendæ.

CVm in remotis regionibus ita agunt testes, ut ad iudicij locum commodè adduci nō possint, cõcedi solent remissiones, ut in loco ubi degunt, interrogentur, id qd totū a iudicis arbitrio pendet. l. iudices. & auth. apud eloquentissimum. C. de fid. instru. c. cum cam, & ibi latè Fel. n. 27. 28 de testib. qd clarius tradit Cassiod. in suis decis. in tit. De dilationibus. dec. 4. ita & Gram. consi. 41. nu. 57, & probat in l. 3. §. ult. ff. de test. uerum, quia hanc disputationem satis accurate (ni fallor) absolui in tract. de recuperanda poss. remedio 15. q. 26. calamo nunc parcam. solum hoc referat Iulij Clar. doctissimū Iurecons. lib. 5. sent. iur. §. ult. q. 26. ubi scribit in dominio Mediolani has remissiones inconsulto Senatu, non fieri, & eo loci alia nonnulla egregia scribit, quæ huc adferre nolui, cū illius commentaria in omnium manibus uerferentur.

S V M M A R I V M.

- 1 Positionibus simpliciter esse respondendum.
2 Statutum Papiæ 28. in ciuilib. sub rubr. De responsionibus fiendis positionibus.

Consti-

- 3 Constitutio Pedemontium, titu. Delle poste. §. le risposte, declaratur.
4 Statutum Brixie in ciuilib. in statutis reformatis. c. 16. uerf. Et quod quibuscunque, declaratur.
5 Iudicis arbitrio relinqui, quando qualificata responsio ad positiones admittatur.
6 Positionibus qualitate respondere, aliquando iudex concedit.
7 Responsio qualificata admittitur ad positiones, cum qualificata est ipsa positio.
8 Responsio talis qualis facienda ut interrogatio.
9 Positiones simpliciter esse ponendas, et nō qualificatæ.
10 Responsio qualificata ad positiones recipitur, ob rei naturam.
11 Responsio simplex que.
12 Statutum Veronæ lib. 2. cap. 22. sub rubr. De respondendo positionibus, declaratur.
13 Statutum Ferrariæ lib. 2. sub rubr. De positionibus, declaratur.

CASVS CCLI.

POSITIONIBVS QUANDO QUALIFICATE respondere liceat; & plura insignium ciuitatum statuta declarantur.

QVo rei neritas magis elucescat, statutis caueri solet, ut qui t positionibus rñdere habet, simpliciter, non aut qualificatè respondeant. ita cautū est Papiæ ex statuto 28. in ciuilibus, sub rubr. de responsionibus fiendis positionibus. ita in regione Pedemontana ex nouis t constitutionibus, in tit. Delle poste. §. le risposte, ita t Brixie ex statuto reformato, c. 16 uerf. & qd quibuscunque. euenit tñ aliqñ, ut iusta rō ne recipiantur qualificatæ rñsiones: qd quando sit, est t iudicis arbitrio. ita Roma. in l. iusturandū. §. ait Prætor, & ibi etiã uisus est sentire Bal. ff. de iureiur. So. sen. in l. 1. nu. 8. uer. tertio, & ultimò. ff. de uulg. & pupill. subst. hoc clarius dixit Afflict. in c. 1. nu. 2. uerf. item facit, qd si statutū dicit. ex quib. cau. feud. amitt. 6 ex æquitate ergo t iudex respõsionē hanc qualificatā admittet p plonæ respõdentis qualitate. ut puta in idiota, & rustico, qd cū nō nouerint quid sit simpliciter, uel qualificatè respõdere, eorū respõsio ita ut p fertur, recipienda est: ita Soc. sen. in d. l. 1. nu. 8. in fi. de uulg. & ibi Ripa nu. 27. & dixi supra in casu 93. 7 Recipitur et qualificata responsio, cū qualificata e pposita positio: ita Soc. d. nu. 8. uerf. secundò limita, post Bal. & ceteros, & ibi Ripa, nu. 27. qui deinde declarat. Est ratio, quia talis esse debet responsio, qualis pcessit interrogatio. l. ut responsum. C. de trans. §. pre rea. inst. de inuol. stipul. sic ergo fuit admittā positio qualificata, cur, & nō admittenda est qualificata rñsio: nec. n. plus est concessum ponenti, quā rñdenti. 9 det enim, & ipse ponens deducere t positiones ipsas simpliciter, & sine qualitate ac adiuncto, ut relati interpretes scribunt: & clarius Curt. sen. in l. 2. §. quod obseruari. nu. 42. C. de iureiuran. ppter calum. dan. qui, & illud dixit, nō prodesse clausulā illā a ponente adiectā, faciēs de unaqua; clausula diuisibili unā positionem: uel si dicat, cõiectim, uel diuisim, qm absurdū est, qd is, qui respondere debet, habeat ponentis positiones distinguere, & declarare. & Curtiū proba

uit aliis adducti Neniz. consi. 7. nu. 9. recipitur t etiã qualificata respõsio, cū qualitas; & cõditio in est a natura rei, ut puta, pono quod uendidisti tibi pñdium, tū respõdes, me uendidisse prædium pro decem. potuit hic adiaci pretium, cū a natura rei. in sit emptioni. §. pñdium. inst. de empt. & uend. ita Bald. in l. 1. C. de ed. edic. Soc. d. l. 1. nu. 8. de uulgar. quado aut simplex positio, & t simplex respõsio dicatur, explicant oēs in l. 1. §. si quis simpliciter. de uerb. oblig. & aliqua scriptimus supra in casu 93. ubi de qualificatis leu connexis respõsionibus egimus. cū hac iuris cõmunis determinatione conuenit statutū ciuitatis Veronæ lib. 2. c. 22. sub rub. de respondendo positionibus clarè. quo statuto tributū est iudicanti arbitriū admittendi, uel reiciendi respõsiones positionibus factas. qd sanè arbitrium ex relatis moderari poterit. t sic declaratur statutū Ferrariæ lib. 2. sub rubr. de positionibus, & earum respõsionibus. ita relata statuta & constitutiones Pedemontium, Papiæ, & Brixie interpretari possunt.

S V M M A R I V M.

- 1 S. Quod si frumentum. inst. de rerum diuis. intellectus, & declaratio.
2 Iudicis arbitrio relinqui quo unius frumentū, quod frumento alterius admixtum fuit, separetur.
3 Frumenta duorum admixta quomodo diuidantur.

CASVS CCLII.

DE FRUMENTO DVORVM COMMIXTO, IUDICIS ARBITRIO DIUIDENDO.

CONstituit Iustinianus in t §. si frumentū. inst. de rerū diuis. quod si duorū frumentū simul eorū uoluntate misceatur: cõmune effici, quia singula grana, qd cuiusq; p priā fuerunt, cõmuni cõsensu cõicata sunt. si uerò fortuito, uel uoluntate unius eorū tm, nō dicuntur cõicata, sed singula grana in sua sub stãtia stant. & ob id si ab altero eorū ita mixtum frumentum retineatur in re actio pro mō frumenti cuiusq; cõpetit. quæ uerba ego intelligo cum ceteris, ut in re agat, hoc est, rei uedicatione is qui frumentū nō possidet cõtra possidentē, ut frumentum suum cõsequatur. at cū alteri est mixtum nec discerni potest, officij iudicis uerfabitur. & ideo subicit postmodū 2 Iust. arbitrio t aut iudicis continetur, ut ipse aestimet quale cuiusq; frumentū fuerit, quæ sanè casū iudicij arbitrariū annotauit ibi gl. & Afflict. in c. 1. n. 2. uerf. ite significat, ex quibus causis feud. amitta. Est tamē nō leuis dubitatio in quo uerferet hoc arbitrium: Azo opinatus est in eo uerfari, qd quado nō apparet quod frumentū cuiusq; eorū fuerit, aestimat, qd cui liber tātū frumentū restituatur. si uerò apparet quale fuerit cuiusq; grana discernitur, & unusquisque suū cõsequitur. Verū absurda est interpretatio, quia etiã si apparet quod cuiusque fuerit, attamen ob impossibilem discretionem unicuique, quod suum erat, restitui non pōt. Accut. ergo in d. §. quod si frumentum, in uerbo, competit, interpretatur arbitrium iudicis uerfari circa qualitatem, & quantitatem, non aut circa singula corpora, quæ singula restitui non possunt. in diuisione ergo rationem in primis habebit iudex quantitatis, ut unusquisq; tm consequatur, quantum

quantū prius habebat: nec enim hoc est factum, difficile, quo uerō ad qualitatem is, qui deterius frumē tum habuit ex iudicis arbitrio pensabit alterius detrimentum, nec aliter eo loci sentiūt Ioan. Fab. Ang. Arer. & ceteri interpretes.

SVMMA RIVM.

- 1 Assesores magistratus eligere,
2 Assessor cuius peritiā esse debeat,
3 Iudicis arbitrio relinqui, cuius peritiā deat eē assessor,
4 Statutum Papię de regimine Potestatis, 28 sub rubr. de electione Potestatis & eius famil. declaratur.
5 Prator quando excusetur, & Assessoris persona,
6 Assesores an iuris doctores esse debeant,
7 Assesores in Regno Neapolitano admitti carentes doctorali dignitate,
8 Assesores perfectę ætatis esse debere.

CASVS CCLIII.

DE ASSESSORYM QUALITATE, ET quando ex eorum persona executionem mereantur Magistratus.

Qui ordinariam, uel delegatā iurisdictionē hnt, ne in causis finiendis imperitiā sua ex aduersarijs alterum lædant, t assessoris iuris peritos secum habent: a quibus instrui possunt, quid agendum sibi sit, quod probant duo tituli Digestis & Cod. de off. assesso. quibus in locis permulta scribunt omnes,
2 Dubitari solum hic contingit, cuius peritię t assessor hic esse deat: Afflict. in c. 1. nu. 21. uers. item hēt arbitrium eligendi. ex quib. caus. feud. amitta. scriptū reliquit, esse t iudicis arbitrio; ex snia Bal. in l. si. quid. §. si uēditor. ff. de ædil. edic. uerū Bal. solū dixit, esse debere mediocris doctrine uerē qdē credo totū ab ipsius iudicis eligentis arbitrio pendere, qui, si diligentem & peritum eliger, sibi bene consultum erit, si imperitū, ipse iudex dabit pœnas, & non modō consuetudine, sed & iure municipali ac cōi cautū est, ipsos iudices assessores sibi eligere. ita enim obseruat Prator Papię, qui ex statuto illius ciuitatis de Regimine Potestatis, 28. sub rubr. de electione Potestatis, & suę familie, assessorem sibi eligere pōt; modō assessoris sit iure cōsultus peritus & in foro uersatus. quōd utinā semper obseruaretur. conuenit statutum cum iure communi in tributa eligendi facultate. ita enim ius commune eligendi potestatem relinquit: ut probat l. 1. & l. liceat. C. de off. assess. & scribunt omnes in l. 1. ff. eod. ibi Purpur. num. 71. Est ratio. quam suprà uno uerbo attigi, quia non potest postmodum ist Prator & iudex, se ipsum excusare si sui assessoris cōsilio iniquam sententiam tulit: ita Alex. consi. 64. lib. 1. Purp. d. l. 1. nu. 71. in fi. de off. assess. & omnes in l. 2. ff. qd quisque iur. qui intelligunt, si magistratus est iuris peritus, qua de re ista larius in casu 339. ubi de his agā.
6 Est etiam eligendus assessor, qui Doctor iuris civilis sit, ut statui uerba clarē disponunt, quæ in hoc ius cōmune ampliant, nec enim necessariō, de iure communi requiritur doctoratus dignitas, sed sufficit qd sit peritus & uersatus: ita Sal. in l. 1. C. de pœna iud. q. malē iud. Purp. in d. l. 1. nu. 72. ff. de off. assess. & ibi ē Ioannes Bologn. nu. 13. qui testatur in regno Neapo-

lirano assessores admitti carentes dignitate doctoratus, ut etiā admittuntur Aduocari. & eo loci reprehendit Marcum Mantuan nostrū uirū grauissimū, qui in suis commentarijs scribit, ex consuetudine Italiae solum doctores admitti ad assessoratus officium. poterat solum attestari Mantua de consuetudine huius regionis, in qua ipse semper in honesto otio eum negotio uixit. iure etiam communi requiritur, quōd assessor ætatis perfectę sit: ita Purp. in d. l. 1. nu. 63. & ibi Bolog. nu. 13. ff. de off. assess. & clarē sentit Purpur. assessorē esse debere maiorem annis uiginti quinque, ut ex suo malo consilio obligari possit: ut apud eū, Papię ex relato statuto d. electione p̄tatis, nihil expressē dī de ætate assessoris, sed solū de ætate iudicis maleficiorum, qui maior esse dēt annis triginta; qd non semper obseruatum fuit opinor ex ratione, quæ una est utraque in casu, ut, si sint prudentes & uersati, & ob ætatem maturi, saniq; iudicij, idem est dicendū in assessore. Requiritur etiam de iure cōmuni, ut assessor sit exterus, nec enim esse potest illius patrię: ita probat l. in consiliarijs. C. de off. assess. latissimē tradit & declarat Purp. in d. l. 1. siue in rubr. ff. de off. assess. colu. 2. & 3. & ibi latē Bologn. nu. 7. atque ita consuetudine ubique locorum ferē obseruatur, ut Papię, & si ex relato statuto cautum hoc non sit: sufficere enim uidetur clara iuris cōmunitis dispositio.

SVMMA RIVM.

- 1 Assessori prestuendum esse salarium,
2 Iudicis arbitrio relinqui, quod salarium assessori prestuui debeat,
3 Alc. l. diem functo. nu. 41. ff. de off. assess. declaratur.

CASVS CCLIIII.

ASSESSORIS SALARIUM NON PRÆstitutum, quod præstitui debeat.

Assessori (ut etiam de eo casum hoc loco arbitrium iudici subijciamus) salarium constitutum est. l. diem functo. ff. de off. assess. & ibi glo. in uerbo, prestutum, quam ibi annotant oēs. Sed dubitatio nis est, quid dicendum cum salariū expressē taxatum non est, quod erit ei soluendum: Io. Baptista à Sancto Seuerino in d. l. diem functo. quæst. 30. in fi. scripsit, iudicis, t arbitrio taxari debere. Iudex ergo prudens rōnem habebit consuetudinis, quantum. l. consueuerit dari assessori. qd intelligitur, similis doctrinæ & conditionis; & si unum semper sit assessoratus officium; est tamen differentia aliquando inter unius & alterius assessoris conditionem. & licet Alc. in d. l. diem functo, nu. 41. uisus sit reprehendere Seuerina tis sententiam, at tamen Alciati considerationes uersantur potius circa salarij quantitatem ratione temporis, quàm ratione conditionis personæ, & cum Seuerinate sentit Purp. in l. 1. seu in rubr. ff. de off. assess. nu. 182. ubi alia plura scribit,

SVMMA RIVM.

- 1 Arbitriū suo Episcopus alterū ex presentatis eligit,
2 Gratificari quid,
3 Ciceronis locus,
4 Gratificationis materia ubi tractetur.

CASVS

CASVS CCLV. EPISCOPVM EX DVOBVVS PRÆSENTATIS alterum suo arbitrio eligere posse: & inibi quid sit gratificari.

Cum duos instituendos ab Episcopo ecclesia patronus presentat, ex eis unū suo arbitrio eligit t Episcopus, qd arbitrariū uerē esse dixit Afflictus in c. 1. nu. 21. in fi. uers. itē hēt arbitriū ut possit. ex quib. cau. feud. amitt. sic intelligens c. cum autē, extrā de iure patro. uerū hoc arbitriū gratificatio eo loci appellatur. qua gratificationis dictio est et usus. Scæuola in l. ult. ff. de relig. & sumptib. fune. & gratificari nil aliud est, qd re gratā facere. t M. Tull. in famil. lib. j. episto. 1. Gratiā autem nostrā extinguit hominū suspicio qd Pompeio se gratificari putant. sic pro fauere & ornare. idē M. Tull. 2. Off. Qui gratificantur cuipiā quod ob sit illi, cui uelle uideantur prodesse, non benefici, neque liberales, sed perniciosi assentatores iudicandi sunt. Episcopus ergo qui ex duobus presentatis unum eligit, electo rem gratam agit, atq; ita gratificari dicitur. quā de re plura scribit omnes in d. cap. cum autem. & Dec. consi. 129. col. 2. & latē Tiraquel. tract. de iure primogen. q. 17. opin. 2. num. 8. & quoniam is Tiraquel. in illa secunda opinione infirmita propē de huius gratificationis materia scripsit, & a quo plura, illius nomine suppresso desumpsit Ioan. Baptista Afinius Florentinus in l. ult. ff. de relig. & sumpt. fune. ad illos lectorem iudicemq; nostrum allegandum duximus.

SVMMA RIVM.

- 1 Iudicis arbitrio relinqui, quomodo fructus in quartā Trebellianicam imputentur,
2 Hæres imputat in quartā fructus à se nō restitutos,
3 Fructus percepti, & in horreo reconditi uiuente testatore cum re ipsa fideicommissario restitui,
4 Fructus pendentes uiuente testatore uenire in restitutionem cum re fideicommissa,
5 Fructus pendentes pars fundi sunt,
6 Fructus pendentes in legatis cedere heredis cōmodo,
7 Fructus percepti, uel pendentes iacente hereditate cum ipsa re restituntur,
8 Fructus ab herede adita hereditate seminati heredis sunt,
9 Hereditas adita hereditatis nomen perdit,
10 Fructus rei donata donati non censentur,
11 Statutum Brixie 191. in ciuilib. sub rub. Quōd rogati restituere detrahant, declaratur,
12 Fructus adita hereditate pceptos nō restituit heres, et si testator iusserit restitui quidq; ad eū peruenit,
13 Fructus ab herede pcepti uolētē testatore restituntur,
14 Fructus restituit heres, si iussit testator, quantumcūq; pecuniam restitui,
15 Fructus appellatione pecunię contineri,
16 Fructus restituit heres, si iussit testator restitui quid ex bonis supererit,
17 Testatoris uoluntas coniecturata, idem quōd expressa operatur,
18 Fructus restitui cum gratia fideicommissarij restitutio dilata fuit,
19 Fructus restituit heres grauatus ultra uires hereditarias,
20 Fructus rei fideicommissa rem ex fideicommissa amissā

suppere debere.

- 21 Creditor hæres factus & grauatus restituere fructus cum credito compensat,
22 Hæres grauatus restituere proprio filio, etiam fructus restituit,
23 Hæres restituit fetus pecorum,
24 Fructus ciuiles, ut pensiones domorū restituit heres,
25 Fructus pceptos post euentū conditionis heres restituit,
26 Fructus perceptos post euentum conditionis heres restituit, & si fideicommissarius ob absentiam restitutionem fieri non postulet,
27 Fructus perceptos post restitutionem uerbalem fideicommissi restituit,
28 Fructus percepti post euentum conditionis omnino restituntur, cum dominium ipso iure transit in fideicommissarium,
29 Ecclesia fructus omnes restitui cum re ei ex fideicommissa debita post conditionis euentum,
30 Statutum Brixie 191. in ciuilib. sub rub. Quōd rogati & c. uers. Et qd hereditas declaratur,
31 Fructus perceptos ex ipsamet quarta Trebellianica heres numquam restituit,
32 Filij primi gradus fructus in quartam Trebellianicā non imputant,
33 Filij primi gradus etiam disponente testatore, non imputant fructus in quartam Trebellianicam,
34 Fructus non imputant in Trebellianicā filij grauati restituere extraneo,
35 Fructus non imputat in quartam Trebellianicam filius cum duas quartas detrahit,
36 Castren. & sequacium opinio reiecta,
37 Filij qui loco quartę Trebellianicę maiorem portionem à statuto consequuntur, fructus in eam portionē non imputant,
38 Statutum Brixie 191. in ciuilib. sub rub. Quōd rogati & c. latē declaratur,
39 Subrogatum sapere naturam subrogati,
40 Species mixta à potentiori regulatur,
41 Fructus in Trebellianicam filij naturales grauati restituere hereditatem imputant,
42 Statutū Brixie 191. in ciuilib. sub rub. Quōd rogati restituere, dum loquitur de descendētibus, an etiam naturales comprehendat,
43 Fructus si non imputantur in Trebellianicam rerum hereditariarū, tamen diminutionē debent supplere,
44 Fructus in horreo reconditi in quartam Trebellianicam imputantur,
45 Statutū Brixie 191. sub rub. Quōd rogati, declaratur,
46 Imputare in Trebellianicam quid,
47 Computare cum Trebellianica quid,
48 Fructus cum credito compensari in fideicommissis,
49 Pater heres filij fructus in Trebellianicam imputat,
50 Hæres extraneus fructus in Trebellianicā imputat,
51 Iudicis arbitrio relinqui, quando heres extraneus in Trebellianicam fructus imputet,
52 Fructus negligentia fideicommissarij ab herede percepti, in Trebellianicam non imputantur,
53 Fructus percepti post moram quomodo in quartam Trebellianicam imputet heres,
54 Hæres extraneus filius primi gradus à statuto equiparatus fructus in Trebellianicam non imputat,
55 Statutum Brixie 191. sub rub. Quōd rogati restituere, declaratur.

CASVS CCLVI.
FRUCTVS QVOS HÆRES GRAVATVS
hæreditatem restituere faciat suos, & quos resti-
tuere cum re ipsa teneatur: qñ illos in quartâ Tre-
bellianicam sibi imputet; explanatum non paruo
studio: & inibi statutum unum Brixie enucleatū.

Agitata diu multumq; in foro est uetus illa quæ-
stio: Quādo fructus percepti ab hærede graua-
to restituere hæreditatem, in quartâ Trebellianicâ
imputari debeant. Quæ in re Bart. in lita tamē. §. hæ-
res ex asse. ff. ad Trebell. iudicis arbitrio multum tri-
buit. & cum eo sentit Raph. Comensis. Ego animad-
uertere rem hanc utilissimam, non mediocri diligentia
enucleandam esse. Principio itaque sciendum est Do-
ctores nostros, cum hanc disputationem explicant,
illis in casibus loqui, qñ fructus ab hærede percepti,
non sunt omnino fideicommissario restituendi, sed il-
los grauatus ipse hæres suos facit: ita tamen, ut illos
¶ in quartam imputet. l. filius. §. l. quod de bonis.
§. fructus. ff. ad leg. Falc. l. in fideicommissariam. l. mur-
lier. §. si hæres. ff. ad Trebell. & clarè explicat Picus in
l. in quartam. nu. 109. ad leg. Falc. ubi inquit, hæredes
sape falli, cum grauati sunt restituere sub cōditione,
si decesserint sine liberis. & eueniente cōditione cre-
dunt detrahere Trebellianicam per se, uel per hære-
des suos, cum tamen nō possunt: quia si fructus per-
cepti ascendunt ad quartam, non poterunt hæredes
detrahere aliā quartā, quia fructus in illā imputatur,
seu cū fructibus sit cōpēsario. ita pariter declarat Ma-
ria. Soc. iun. in l. cū filiosam. nu. 173. de leg. 1. ubi in-
quit: Notabis tamē, qd fructus tales & si restituendi
non sint, in quartam tñ imputari debent. Quod ergo
proposita hæc iuris disceptatio elucescat, dicendum
prius est, quinam sint fructus, quos hæres unā cum
proprietate restituere tenetur: & quos suos facit. Est
enim hoc propositi huius casus nostri antecedens
quoddam necessariò explicandum. Quod, ut facili⁹
efficiam, tres casus distinguo atq; constituo:
¶ Primus est, cum ante aditam hæreditatem & ui-
uente adhuc ipso testatore fructus percepti, fuerunt
reconditi in horreo, hos sine aliqua controuersia hæ-
res grauatus restituit. ita censuit gl. in l. quod his uer-
bis in prin. ex illo tex. de leg. 3. Ripa in l. in fideicom-
missariam, nu. 3. uers. secus. & num. 11. & ibi Hieron.
Lauren. Auenio. nu. 18. in ff. ad Treb. Est ratio, quia
hi fructus ex corpore hæreditatis esse dicuntur: atque
ita hæreditarij, ut rectè inquit ipse Ripa. & adeo hæ-
reditarij esse dicuntur, ut non solum imputari, sed et
computari debeant ad detractiōem quartæ Trebel-
lianicæ, quemadmodum infra suo loco dicemus. Ac-
cedit, quia, si (ut statim subiungā) fructus pendentes
tpe aditæ hæreditatis restituendi sunt, quantò forti⁹
¶ in horreo iā recōditi. Idē est dicendū in fructibus, nō
dū perceptis, sed solum maturis atque ita pēdentib⁹
tpe mortis ipsius testatoris: nā & hos restituit omni-
nō hæres: ita cōsuerunt Ripa & Hier. Laur. in d. l. in
fideicommissariā. ille nu. 12. iste nu. 21. post Alex. in l.
Centurio, de uulg. & in l. in lege Falcidia. ad l. Falc. q-
bus addo Ang. cons. 33. An in restitutione. col. 1. uers.
fallit nostra. & Io. Copū Paris. tract. de fructib. tit. 3. c.
1. nu. 1. Est ratio, quia fructus pendentes pars fundi
sunt, l. fructus pendentes, de rei uend. d. l. in lege Fal-

cidia, ad leg. Falc. & l. si seruus. §. locauit, ff. de furtis. &
adeo fundi sunt, ut etiam post separationem ob ius
reale, ut sui peti possint. l. si filius. §. cum fundum, de
uerb. sign. & scribit Ang. præcitato loco. immo & in
legatis dicimus fructus hos cedere commodo hæ-
redis, cum hæreditatem augeant, nō autem legatum.
l. quæsi. cum. §. pen. de leg. 1. & declarat Copus d. tit. 2.
Cap. 3. nu. 1. & adeo in casu nostro fructus hi ex cor-
pore hæreditatis sunt, ut etiam filij primi gradus in
quartam suæ Trebellianicæ illos imputare seu com-
putare debeant, quemadmodū infra dicemus. Idem
dicendum est, cum fructus iam sunt pendentes mor-
tuo quidem testatore, sed iacente ipsa hæreditate. nā
ij restituuntur, siue deinde hæres spontè, siue coactè
hæreditatem adeat. ita Ang. Comen. & Alex. in d. l. in
fideicommissariam, & ibi Ripa nu. 9. & Hier. Laurē.
num. 8. quibus addo Ang. in d. cons. 33. col. 1. uers.
quintò fallit, quorum sententiā probari satis uidetur
in l. in fideicommissi. §. 1. de usur. & in l. ita tamen.
§. 1. ad Trebel. eadem est ratio quæ supra, quod hi fru-
ctus pars sunt hæreditatis.
¶ Secundus est casus, cum fructus ab hærede fue-
runt feminati & percepti post aditam hæreditatem:
hos hæres nō restituit, sed suos facit, cū sit dominus
hæreditatis. l. si quis bonorum. de leg. 1. l. in fideicom-
missariam, & l. postulante. §. sed si huiusmodi. ad Tre-
bell. & clarè probat l. Herennius. la. 1. ff. de usuris. nec
enim hi hæreditarij possunt appellari, cum hæreditas
adita desinat esse hæreditas, & efficiatur res propria
hæredis. l. 1. §. ueteres. ubi latè las. nu. 14. de acquir.
posses. & ideo ex ea hæreditate adita percepti fruct⁹
proprij hæredis sunt. quemadmodum dicimus in
fructibus rei donatæ, qui donati non dicuntur, ut
sit hæc differētia inter causantem & causatum, atque
ita in specie nostra, hæredem hos fructus non resti-
tuere censuerunt Ripa in d. l. in fideicommissariam,
nu. 4. & ibi Hier. Laur. nu. 1. ad Treb. quib. addo Ang.
d. cons. 32. in princ. & uers. quintò fallit. Io. Copum
d. tit. 2. c. 1. nu. 4. & Boer. q. 44. nu. 16. propè medium.
¶ Hinc infertur declaratio ¶ ad statutū Brixie 191. in
ciuilibus, sub rubr. Quod rogati restituere hæredita-
tē detrahant, quo cautū est, grauatos restituere hære-
ditatem, posse detrahere certam portionē tot⁹ hære-
ditatis: in illa portione hæreditatis, non cōputantur
hi fructus percepti ab hærede post aditā hæreditatē,
quia hæreditatis non sunt, sed hæredis.
¶ Extenditur primò, ut non procedat etiam si testa-
tor ita hæredē grauasset, ut restituat quicquid ad eū
peruenerit. nam & tunc hos fructus non restituit. ita
post alios Ripa d. l. in fideicommissariam. n. 15. uers.
amplia ergo, & ibi Hier. Lauren. num. 30. in ff. immo
idē est, si dixisset testator, restituat omnia bona mea
prouenientia & prouentura quomodocunq; & quā
litercunq; ita egregiè respondit Ang. d. cons. 33. col.
2. Tiraquel. in l. si unquam. in uerbo, reuertatur.
nu. 287. C. de reuoc. dona. Soc. iun. in l. cū filiosam.
nu. 168. de leg. 1. Boer. q. 44. nu. 16. circa medium.
¶ Declaratur primò hic casus, ut non procedat quā-
do testator iussit omnes fructus hos ab hærede resti-
tuiti: tunc esse restituendos censuerunt Ripa d. l. in
fideicommissariam. num. 6. & ibidem Hieron. Laur.
nu. 6. idē senserūt Ang. d. cons. 33. col. 1. uers. tertio
fallit, & Copus d. tract. De fructib. tit. 2. cap. 1. nu. 6.
Soc.

Soc. tract. fallen. reg. 172. fallen. 3. ex rex. l. si ita. §. Pe-
gafus. d. l. 2. & d. l. in fideicommissariam. ad Trebell.
Iubere autem solet testator duobus modis, expressè
& tacitè. Quando iubet expressè, res clara est, ut rela-
ti scribunt. Maius est dubiū, cum iubet tacitè, ut puta,
¶ si dicat, ¶ Restituat hæres quantamcunq; pecuniā
ad eū peruenerit ex bonis & hæreditate mea. ita aper-
tè firmarunt Bar. & Alex. in l. balista. ff. ad Treb. Ripa
d. l. in fideicommissariam. nu. 15. & ibi Hieron. Laur.
nu. 30. & Copus d. tit. 2. cap. 2. nu. 2. idem respondit
Ang. d. cons. 33. in ff. & Alcia. respon. 648. in ff. quā
deklarationem probat d. l. Balista. nam appellatio pe-
cuniæ generalis est, & comprehendit illas pecunias
redactas ex his fructib. perceptis & consumptis. l. itē
ueniunt. §. redactæ. ff. de petit. hære. l. uenditio. ff. de
shæred. uend. Præterea satis constat fructus contineri
appellatione pecuniæ: si ergo iussisset testator fru-
ctus debere restitui, illi restituerentur, ut dixi: fortius
ergo cum dixit, quātamcunq; pecuniā, atq; ita ea
geminatiōe usus est. Idem esse scribunt Bart. & alij
¶ nōnulli, qñ testator ita disposuisset; restituat hæres
quidquid ex hæreditate & bonis supererit: nā tunc
extantes saltem fructus restituere tenetur. ita Bal. in
d. l. Balista. ad Treb. quem sunt secuti Ripa in d. l. in fi-
deicommissariam. nu. 16. & Hieron. Laur. nu. 33. Soci.
iun. in l. cū filiosam. nu. 176. deleg. 1. ex l. in fideico-
missi. §. nonnumquam. & §. cum Pollidius, de usur. cō-
siderant & rationem, quæ apud illos legi potest. id qd
isti intelligunt, cum est simul dictum, quidquid ex bo-
nis & hæreditate, secus si solum esset dictum ex hære-
ditate: quia tunc non essent hi fructus restituendi.
Idem etiam est, cum coniecturata uoluntas testatoris
adhuc restituendi sunt, quoniam uoluntas coniectu-
rata idem operatur, qd expressa. l. si seruus pluriū. §. si.
de leg. 1. d. l. in fideicommissi. §. cum Pollidius, de usu.
¶ ut si testator distulit restitutionē fideicommissi gra-
tia solius fideicommissarij: nā fructus tūc percepti ante
restitutionē fideicommissi, ipsi fideicommissario resti-
tuuntur. ita Ripa in d. l. in fideicommissariam. nu. 7. &
idem Hero. Laur. nu. 7. & ante eos ita respondit Ang.
d. cons. 33. col. 1. uers. quartò fallit. idē pbauit Io. Co-
pus d. tit. 2. cap. 2. nu. 6. Soc. iun. in l. cū filiosam. nu.
175. de lega. 1. ex d. l. in fideicommissi. §. cum Polli-
dius, de usur. & l. si ita, §. Pegafus, de leg. 2. quam decla-
rationem intelligit Ripa, etiam si restitutio gratia
utriusque fuit dilata.
¶ Declaratur secundò hic casus, ut non procedat,
¶ quādo hæres fuit grauatus ultra uires hæreditarias:
tūc tenetur restituere fructus deducta quarta, ut sup-
pleat fideicommissi diminutionē factam ad legato-
rum solutionem: ita affirmarunt Ange. & Alexand.
in d. l. in fideicommissariam, & ibidem Ripa num.
17. & is Lauren. num. 35. ad Trebell. ita intelligentes
tex. l. ita tamen. §. hæres ex asse. ff. eod. ad Treb. idem
docuit Picus in l. in quartam. nu. 110. ad leg. Falcid.
Boer. q. 44. nu. 16. circa medium.
¶ Declaratur tertio ut non procedat; quando ante
diē restitutionis res aliqua perijt casu. tūc hæres sup-
plet damnum ex fructibus: ita scribit Ripa d. l. in fidei-
commissariam. nu. 18. post Rom. quem citat. idem
eo loci affirmauit Hier. Laur. num. 35. uers. uel si res.
idem respondit Soc. iun. cons. 57. nu. 18. lib. 3. & tra-

dit Soc. sen. tract. fall. reg. 172. fallentia 1.
¶ Declaratur quartò, ut nō procedat relatus casus,
quando hæres grauatus fuisse creditor ipsius hæredi-
tatis: tūc fructus suos non facit, sed debet cum ipso
credito compensare. ita Ripa d. l. in fideicommissa-
riam, nu. 19. 20. ad Treb. & ibi Hier. Laur. nu. 35. qui-
bus addo Ang. cons. 43. col. 2. uers. septimò fallit. Pa-
ris. cons. 25. nu. 65. lib. 2. Soc. iun. cons. 57. nu. 13. lib.
3. Alciat. respon. 648. post Rom. sing. 36. Boer. q. 44.
num. 16. propè medium.
¶ Declaratur quintò ut non procedat, ¶ quando hæ-
res esset grauatus restituere proprio filio: ita Ripa d.
l. in fideicommissariam. nu. 21. sed ab hac opinione
dissentit Soc. iun. in l. cū filiosam. nu. 184. de leg. j.
¶ Declaratur sextò ut non procedat ¶ quò ad festus
pecorum, qui cum loco gregis demortui sint, non re-
stituuntur. l. deducta. §. hæreditatem. ad Treb. decla-
rant Ripa & Hier. Lauren. in d. l. in fideicommissariā.
ille nu. 22. iste nu. 40.
¶ Declaratur septimò hic casus, ut ¶ non procedat in
fructibus ciuilibus, ut in lucro usurarum, & pensio-
nib. domorum: ita declarant relati Ripa & Laur. in
d. l. in fideicommissariam. ille nu. 23. iste nu. 44. quibus
addo Ang. d. cons. 33. col. 1. uers. sextò fallit.
¶ Tertius est casus in fructibus perceptis post aditā
hæreditatem, & conditionis euentum, hos hæres om-
nino restituere tenetur fideicommissario. ita omnes
in d. l. in fideicommissariam.
¶ Extenditur primò, ut procedat ¶ hic casus etiam
qñ fideicommissarius ob propriā absentia nō petit hæ-
reditatem sibi restitui, quia & tunc fructus percepti,
sunt ei omnino restituendi: ita Bart. & ceteri in d. l.
in fideicommissariam, ubi Ripa nu. 10. qui idē esse
scribit, cum fideicommissarius est pupillus, uel sur-
sus, cum absentibus æquiparetur. l. in minorū. C. qd.
ex caus. in integ. rest. non est necess. ratio huius decla-
rationis illa est, quia nihil est, quod ipsi fideicommissa-
rio uel culpæ, uel negligentia adscribatur.
¶ Extenditur secundò, ut procedat ¶ etiam in fructi-
bus perceptis post solam uerbalem restitutionem, &
si fideicommissarius negligat petere restitutionē rea-
lem: ita declarant omnes in d. l. in fideicommissariā:
ibi Ripa nu. 13. testatur communem. & ibidem cla-
rius explicat Hieron. Laur. nu. 28. Est ratio, quia per
solam hæc uerbalem restitutionem bona efficiuntur
ipsius fideicommissarij, & si nondū eorū nactus fue-
rit possessionem. l. facta. l. restituta. ff. ad Treb. ad eū
ergo suæ rei fructus esse debent. l. in fundo. de rei uen-
dic. l. bonas fides, depositi.
¶ Extenditur tertio, ut procedat ¶ etiam in fructibus
perceptis ante restitutionem, siue realem siue uerba-
lem, quando tamen dominium ipso iure, post hunc
conditionis euentum, in ipsum fideicommissariam
transiit: ita declarant Barto. & alij in d. l. in fideicom-
missariam, & ibi lae Ripa nu. 14. & Lauren. nu. 29.
Quo circa respondit Capra cons. 33. in 2. dub. quod
ex quo dominium ipso iure acquiritur ¶ ecclesia, hos
fructus esse omnino restituendos a die euentus con-
ditionis, nulla alia restitutione facta. Hinc infertur ad
d. statutum ¶ Brixie 191. in ciuilibus, sub rubr. Quod
rogati restituere. uers. & quod hæreditas. quo cautū
est, in fideicommissarium hunc non solum dominium,
sed etiam possessionem ipso iure absque alia resti-
tutione

tutione transferri. in casu ergo huius statuti hæres grauarus restituere tenetur omnes illos fructus, quos percepit, statim quo cessit conditio fideicommissi.

31 Declaratur primò, ut non procedat quò ad fructus perceptos ex ipsa quarta Trebellianicæ: nam hos non restituit aliquo in casu, cū illos propriè suos faciat. l. quod de bonis. §. fructus. ff. ad leg. Falcid. & l. mulier. §. si hæres. uers. alia causa. ff. ad Trebell. & tradunt Ripa in d.l. in fideicommissariam, nu. 24. & ibi Hieron. Lauren. nu. 46. His intelligimus qui fructus ex re fideicommissa supposita restituendi sunt, & qui non sint.

Dicendum est nunc quibus casibus hæres imputare debet perceptos à se fructus, quos omninò restituere non tenetur in quartam Trebellianicam, qua in re aliquot casus distinguo.

32 Primus est, quando testator instituit hæredes proprios filios, & illos grauaui restituere, uel adinuicè, si moriantur sine filijs, uel grauaui restituere alijs descendentes, uel agnatis. hoc in casu filij isti non imputant fructus à se perceptos in quartam, sed quartam ipsam ex prædijs hæreditarijs detrahere possunt, ita oēs affirmarunt, præsertim Ripa in d.l. in fideicommissariam, nu. 2. Si ad Trebell. idem docuit Picus in l. in quartam, nu. 11. ad l. Falc. nam hoc filijs primi gradus in priuilegium tributum est, l. iubemus. C. ad Trebell. ubi Doctores omnes.

33 Extenditur primò hic casus, ut et locum etiam habeat, quando ipsemet testator instituit his filijs, ut in suam hanc quartam fructus imputarent: ad hoc enim cogi non possunt imputare: ita Ang. & Alex. in l. Balista, ad Trebell. quos secutus est Ripa in d.l. in fideicommissariam, nu. 3. ad Trebell. & si eo loci Hier. Lanrè. num. 80. dissentiat.

34 Extenditur secundò, ut fortius procedat quando filij isti hæredes instituti grauari sunt restituere extraneis: nam & tunc hos fructus in quartam ex prædijs detrahere eis licebit. ita senserunt glo. & Bar. in d.l. in fideicommissariam, ad Trebell. & in l. quod de bonis. §. quod auus, ad l. Falc. ubi Alex. & Imo. idem scribunt Salic. & Castr. in d.l. iubemus. C. eo. Corn. consi. 108. col. 1. lib. 4. quos secutus est Ripa in d.l. in fideicommissariam, nu. 29. & ibi communem testatur Hier. Laur. nu. 58. post Bertran. consi. 106. lib. 2. Ruin. consi. 163. nu. 1. §. 1. 2. Est clara & aperta ratio, quia si nõ coguntur filij ij, etiã disponente patre, imputare hos fructus in quartam quando sunt grauari restituere fratribus suis uel alijs agnatis, quorum causa fauorabilior est illa extraneorum, quanto fortius quando grauari sunt extraneis restituere. Nec aduersatur consideratio eorum, qui aliter senserunt, ut Alex. Comen. & aliorum quorundam quos secutus est Rubeus Alex. consi. 40. col. ult. Ruin. sibi contrarius consi. 84. col. 3. uers. & ex alio. & consi. 91. nu. 5. lib. 2. quia illi abunde satisfaciunt Ripa & Lauren. præcitatis locis.

35 Extenditur tertio, ut procedat etiam eo casu cum filij isti sunt grauari restituere sub conditione. quo in casu duas quartas detrahunt, unam pro legitima, alteram pro Trebellianicæ: nam adhuc in eam quartam Trebellianicam non imputant hos fructus, aliqui a se non restituendos. hanc opinionem probarunt Bar. & Alex. in l. quod de bonis. §. quod auus. ad leg. Falcid. ubi Alexand. communem testatur. Ange. consil. 131.

Corn. consi. 108. col. 7. lib. 4. Picus l. in quartam, nu. 11. ad leg. Falc. quos secutus est Ripa in d.l. in fideicommissariam, nu. 30. & ibi Hier. Laur. nu. 61. quibus addo Rol. a Valle consi. 12. nu. 8. lib. 1. ubi communem hanc & ueram esse testatur. & huius opinionis recenset Ias. Decium, Gozad. Paris. Soc. iun. Guid. Papæ, & Claud. Seyfel. quibus etiã accedit nouissimè Neuiza. consi. 2. num. 5. addo etiam Rui. consi. 133. in fine, & consi. 190. in fil. lib. 2. Quibus intelligimus hanc esse opinionem hodie receptissimam. & ob id malè docuit

36 & respondit Cast. in l. mulier. §. cum proponeretur, ad Trebell. & consi. 92. Super testatis, col. 2. & in l. scimus. §. repletionem. C. de inoff. test. qui contrariã opinionem probauit, q. hoc in casu, fructus in Trebellianicam sunt imputandi. quam et opinionem probarunt Alex. d. §. cum proponeretur. & Curt. sen. consi. 52. Super testamentis, col. 1. uers. est etiam aduertendū. Dec. consi. 480. nu. 13. & consi. 495. col. ult. Ias. consi. 221. col. 2. lib. 2. & consi. 43. col. pen. lib. 3. & Goza. consi. 45. col. pen. Verum fundamentis Castr. rectè satis faciunt relati interpretes, præsertim Ripa d.l. in fideicommissariam, nu. 30. & fusius ibi Hier. Laur. nu. 6.

37 Extenditur quartò, ut procedat etiam quando isti filij loco quartæ Trebellianicæ maiorem portionem à

38 statuto consequerentur. exemplū est egregiū in statuto iam relato Brixie 191. in ciuilib. sub rub. Quod rogati restituere hæreditatem detrahant. quò cautū est, ut filij & descendentes grauari restituere hæreditatem possint detrahere tertiam totius hæreditatis, si quatuor sunt instituti, & ab inde infra. & si quinque dimidiã, si ergo hæc tertia uel dimidia est loco Trebellianicæ subrogata, in eam portionem filij isti non imputant fructus: quoniam subrogatū sapit eius naturam, in cuius locū subrogatur. l. eū qui. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. idem est dicendū in eo statuto, si diceremus eam portionem loco legitimæ esse subrogatam. cum clarum etiã sit, filios non imputare fructus in quartam legitimam, ut tradunt omnes in d.l. in fideicommissariam, ubi Ripa nu. 38. & omnes in l. scimus, C. de inoff. test. Ego (ut hoc nunc, nec sine utilitate dicā) dubitaui aliquā, an portio à statuto illo delata grauato restituere sit loco legitimæ, uel Trebellianicæ, & esse loco legitimæ suaderet hac ratione, quia legitimam taxatur ex numero filiorum: si sunt quatuor, est tertia: si sunt quinque, est semis. auth. nouissima. C. de inoff. test. hæc eadē taxatio fit in hoc statuto inter descendentes masculos, ergo loco legitimæ esse uideretur. Sed quòd sit Trebellianicæ loco probari ex eo uerò: primò, quia uult statutū illā portionem retineri, p. restitutione hæreditatis, ergo uidetur loco Trebellianicæ, quæ uerè à iure communi inuenta est; cum hæres institutus est grauatus restituere hæreditatem, ut ostendunt duo tituli ad S. C. Trebell. & in inst. de fideicommissarijs hæreditatibus, in princ. quæ restitutio in legitimam detractione considerari non uidetur: nisi dicamus, illam aliquando considerari, ut grauato dum duas quartas detrahit, ut supra diximus. Secundò esse portionem illam loco Trebellianicæ suadere uidetur, quòd inspecta persona grauari ultra primum gradum nõ potest dici legitima, quia illa non datur, nisi filio primi gradus. Capra consi. 53. nu. 4. Fabianus in repe. auth. nouissima. nu. 22. C. de inoff. test. cum tamen dictū statutum eam portionem alijs ulterioris gradus cõcedat.

Suaderi

Suaderi uidetur tertio, quò non sit legitima, quia inspecta persona feminarum, portio eis assignata non conuenit cum portione ei assignata de iure communi. cum ergo legitimæ non conueniat, dicendū uidetur esse loco Trebellianicæ, nisi dicamus, nõ esse bonum argumentum; nõ est legitima, ergo est Trebellianica, quia potest esse alia & tertia species, ut mox subiiciã.

Quòd uerò sit tertia quedam species, ex eo uidetur probari, quòd non est nec legitima, nec Trebellianica simpliciter, sed de utraque illarum specie participare uidetur, quia quatenus consideratur in filijs primi gradus uidetur legitima, quatenus respicit ceteros, uidetur Trebellianica, Quo circa à potentiori uidetur regulanda, iuxta l. quæritur. ff. de statu homi.

39 Signorol. consi. 48. col. ult. Dec. consi. 352. nu. 5. Alcia. in l. 2. nu. 42. de uerb. oblig. ubi alia scribit. Crau. cõf. 276. col. pen. ubi respondit, rem esse dicendam ecclesiasticam cum participat de illius specie tamquam de potentiori. Gomef. inst. de act. in princ. nu. 41. idē Crau. in rub. de leg. 1. nu. 150. 152. & consi. 273. nu. 2. Constat autè legitimam esse potentiorē, firmiorēq; ipsa Trebellianica: cum difficilior perimatur, & maioribus priuilegijs condecoratur. Accedit hæc statuti portionē illi legitimæ magis assimilari: illa ergo regulanda est, ut inqt Ias. in l. naturalis. §. sed si facio. 4. notab. de p̄scrip. uerb. Signor. cõf. 119. nu. 13. uers. p̄terea qñ.

41 Declaratur nunc hic casus primò, ut non habeat locum in filijs naturalibus hæredibus institutis & sub conditione grauatis restituere: nam ij dum quartam Trebellianicam deducunt, in eam fructus perceptos imputare debent, nec n. tributum priuilegium filijs ex l. iubemus. C. ad Trebell. his naturalibus cõceditur, ita affirmarunt Ang. in d.l. iubemus. & Alex. d.l. in fideicommissariam, ubi Ripa nu. 32. & ibi Hier. Lauren. nu. 77. qui declarat, nisi ij naturales essent legitimi, quòd respondiisse Alexan. consi. 2. lib. j. scribit Ruin. consi. 91. nu. 6. lib. 3. sed dissentit idem Ruin. consi. 84. col. 2. uers. contrarium autem, li. 3. Sed uidi dubitari, an naturales ij filij dici possint ex descendentes, ita ut portio à statuto delata descendentes, huic naturali debeatur, ut in præcitato statuto

42 Brixie 191. sub rub. Quòd rogati, qua in re dicendum uidetur nõ deberi, cum appellatione descendētium non uideantur comprehendi naturales, ut uisus est sentire Lanrè. de Palatijs tract. super statuto, quòd stantibus masculis num. 166. & licet sit ampla liberorum ac descendētium significatio, non tamen in exorbitantibus & correctorijs appellatione liberorum ueniunt naturales. Berous in c. in præsentia, nu. 300. de prob. post Baldum & alios quos citat.

43 Declaratur secundò ut non procedat quoad supplementum diminutionem rerum hæreditarium, si casu aliquo perierunt. ita Ripa d.l. in fideicommissariam, nu. 34. & ibi Hier. Laur. nu. 82. & supra diximus hæredem ex fructibus alijs non restituendis non debere supplere defectum harum rerum, uerum hæc declaratio non uidetur esse de genere regulæ, cum nos loquamur de imputatione in Trebellianicam.

44 Declaratur tertio ut non procedat in illis fructibus, qui non tamquam fructus, considerantur, sed loco proprietatis habentur. ut in fructibus in horreo iam recõditis tempore mortis testatoris, uel cum eo tempore pendent. quemadmodum supra diximus

partem fundi hos constituere, ob id in quartam Trebellianicam imputandos esse censuerunt omnes, d. l. in fideicommissariam, ubi Ripa num. 36. & Hier. Laur. nu. 87. 88. post Bald. in l. scimus. in princ. C. de inoff. test. & Salic. in l. iubemus. C. ad Trebell. quibus accedit Curt. sen. consi. 52. Super testamentis, col. 10. in fi. est ratio (ut dixi) quia ij fructus loco proprietatis sunt, & dicuntur hæreditarij. Quo circa, dum et relatum statutum Brixie 191. uult, illam portionem totius hæreditatis tribui, cum ipsa hæreditate continetur fructus isti, & hac in re est animaduertendum, quia hoc in casu non dicitur hæc proprie imputatio, sed com-

45 putatio, cum imputatio illa sit, quæ fit ex fructibus non hæreditarijs in ipsam quartam, & dicuntur imputari, hoc est, adscribitur locum teneant in his, quæ sunt detrahenda. l. in quartam, ad leg. Falc. computatio uerò est cumulatio rerum in hæreditate, ex qua deductio fit. §. 1. Inst. qui testam. face. poss. l. deducta, ad Trebell. & declarat Fernandus Bereng. in repet. d. l. in quartam, parte 2. num. 1. cum ergo fructus sunt in horreo recõditi, in illam hæreditatem computantur, atque ita eam augent.

46 Declaratur quartò ut non procedat quò ad imputationem in creditum, ita Ripa in d.l. in fideicommissariam, numero 35. uerum non est hæc declaratio de genere regulæ.

47 Secundus nunc est casus, quòd quando pater à filio fuit heres institutus & grauatus restituere hæreditatem sub conditione. tunc is pater fructus hos non lucratur ex toto, sed in quartam Trebellianicam tamquam extraneus alter imputare debet. ita Ripa in d.l. in fideicommissariam, nu. 31. & ibi Hier. Laur. nu. 69. ad Trebell. qui communem esse testatur, & multis similib. comprobauit, magnam esse in multis differentiam inter patrem & filium. & alia scribit Ias. in auth. nouissima, n. 39. C. de inoff. test. Marf. sing. 579. Dec. l. filius, nu. 6. C. de pact. & in l. iura sanguinis, in fi. de reg. iur. Curt. iun. consi. 159. num. 15. Crau. consi. 110. nu. 1. Ripa lib. 1. resp. c. 7. & Alciat. tract. præsump. reg. 1. præsump. 8. & præsump. 31. in fine.

48 Tertius est casus, cum testator hæredem instituit extraneum, hoc est alterum quemuis ultra filium primi gradus, ita enim extraneus hoc loco sumitur, ij ergo an omninò cogantur fructus in quartam imputare, ambigitur. si quidem plures fuerunt hæc de re Doctorum opiniones. Prima fuit opinio antiquorum nempe Iacob. de Aret. Oldr. & Rayn. negantes hunc hæredem, cogendum esse fructus imputare debere in quartam Trebellianicam, sed illam ex corporibus hæreditarijs posse detrahere. Verum illorum fundamentis rectè satisfaciunt Bart. & Alex. in d.l. in fideicommissariam, & ibi apertius Hier. Lauren. nu. 48.

49 Secunda fuit opinio Barto. in l. ita tamen. §. hæres ex asse. ad Trebellianum, quem ibi secutus est Comen. q. d. hoc iudicis arbitrio relinquatur. sed hæc opinionem tacitè rejicit Ripa in dicta l. in fideicommissariam, nu. 25. & clarius Hieron. Laur. nu. 48. in fi.

50 Tertia fuit opinio Alexandri & Imolæ, qui affirmarunt esse omninò imputandos, quam opinionem probauit multis rationibus is Hieron. Lauren. in dicta l. in fideicommissariam, num. 51. Roland. à Valle consil. 30. num. 5. 6. lib. 1. Verum ab ea dissentit ibi Ripa num. 25.

Quarta

Quarta fuit opinio Pauli Castr. ita distinguentis: Aut fructus adhuc extant, & tunc imputari eo reluctantem non debet. hoc casu procedat opinio antiquorum. Aut iam consumpti sunt, & tunc omnino imputari debent: ita procedat opinio Imolae & Alexan. hanc Castr. distinctionem probavit Ripa d.l. in fidei commissariam. nu. 26. sed Hier. Laur. nu. 49. dissentit. Ego ab opin. Castr. non recedo, adhibito tamen iudicis arbitrio, iuxta Bar. sententiam. iudex enim arbitrat, an aequitati consentaneum sit fructus hos esse imputandos uel non.

52 Declaratur primo hic casus, ut non procedat in fructibus perceptis negligentia fideicommissarii, quia hos absolute haeres lucratur: atque ita in Trebellianicam non imputat, ita docuit post alios Ripa d.l. in fideicommissariam, nu. 26.

53 Declaratur secundo, ut non procedat in fructibus perceptis post mortem commissarii ab ipso haerede in non restituendo, hos imputat si placet ipsi fideicommissario, ita Ripa d.l. in fideicommissariam, num. 27. post alios quos citat.

54 Declaratur tertio, ut non procedat in fructibus qua do isti extranei haeredes filijs ipsi primi gradus aequi parantur a statuto, exemplum sit in saepius allegato statu to Brixiae 191. Quod rogati restituere, quod statutum disponit, descendentes gravatos restituere haereditatem, possint detrahere tertiam, uel dimidam totius haereditatis, praesupposito, quod illa tertia uel dimidia subrogata sit loco quartae Trebellianicae. na hoc casu ita ceteri descendentes non debent posse cogi imputare fructus hos in portionem illam, cum cogi non possint filij ipsi primi gradus. d. l. iubemus. C. ad Trebel. & inter hos illud statutum differentiam non constituit, sed aequiparat, dum eis aequum fauet, aequallem portionem tribuendo, & unica determinatione complectitur, & ideo illud statutum non habet hos descendentes loco extraneorum, sed loco filiorum, quoniam (ut dixi) aequallem cum ipsis filijs portionem assignat, tum etiam, quia statutum differentiam facit expressam inter hos descendentes & extraneos, ut patet ex illo statuto in uers. alij uero. non ergo habet descendentes, hos pro extraneis, sed pro suis.

CASVS CCLVII.

QVOT PEREMPTORIAE CITATIONES TRANSMITTANTUR ANTE PROLATIONEM SENTENTIAE.

1 Dvbitari saepissime solet, quomodo & quando & quot peremptoriae citationes transmitti debeant, antequam sententia feratur. Vlpianus in l. non numquam. ff. de iudicijs, respondit, citationem estimare debere: atque ita esse in iudicis arbitrio intelligimus, quod clarius annotavit Afflictus in dicto c. 1. nu. 21. uerum item arbitrat an expedierit, ex quibus causis feudum amittitur, uerum, quia haec late explicauimus supra lib. j. quaestione 59. non progrediar ulterius.

SVMMA RIVM

- 1 Melioramenta qua reficienda sint, iudicis arbitrio relinqui.
2 Constantini Hermenopoli locus.

CASVS CCLVIII.

De melioramentis reficiendis.

Celsus li. 3. Digestorum scribit: In fundo alieno, quem imprudens emerat, aedificasti, aut conseruisti: deinde euincitur, bonus iudex uarie ex personis, causisq; constituet, & c. in fundo, ff. de rei uen. est certe magnu hoc arbitrium iudici collatum: nepe, q; pro modo causa & personae iudicet, quae melioramenta ac quomodo reficienda sint bonae fidei possessori, & quae non. qua de re amplissime aliquando scripsimus in tract. De recuperanda possessione, remed. 15. quae cum sufficere existimem, breuius hic ero. Illud tamen hic adscribam, quod Constantinus Harmenopolus in promptuario iuris lib. 2. tit. 1. rub. De bonae fidei possessione, in haec uerba scripsit: Vult constitutio, cum ijs, qui bonafide possederunt, rei melioris & pretiosioris factae aliqua impensa refunduntur: si quidem modicis factis sumptibus, magni pretij res quis in praedio possessio erexerit & statuerit, ut uineam, oliuetum & id genus, solum quod impensum est restitui. Cum uero quis multa quidem in rem insumperit, sed non multo eam pretiosior effecerit, ei solum rei aestimationem praestari, ut potest, cum ea, quibus rem ornarit & instruxerit, quam paucissima sint, incitiae etenim suae adscribat, qui tanro opere laborarit, ut inconsulto in terram tenuem forsitan ac sterilem, quaeque sibi credi tueri non posset tantam pecuniam ac sumptum conferret.

SVMMA RIVM

- 1 Beneficiorum ecclesiasticorum pluralitas canonibus inimica.
2 Pluralitas beneficiorum ecclesiasticorum multa mala parit.
3 Beneficia duo incompatibilia possidere quae non potest.
4 Gregorij X. Constitutio de beneficiorum pluralitate impedienda.
5 Iudicis arbitrio relinqui intra quod tempus dispensatus ad plura beneficia de dispensatione sua facere debeat.

CASVS CCLIX.

QVOD TEMPVS PRAESTITVM SIT DISPENSATO AD PLURA BENEFICIA, UT DISPENSATIONIS FIDEM FACIAT.

1 Cvm beneficiorum pluralitas sit canonibus inimica, c. sanctorum. 7. dist. 7. praebear quoque uacationis, dissolutionis ac ambiendi ansam. c. quia in terra, in fi. de praeb. cum alijs permittis rationibus ppenis a Rebuffo in praxi beneficiorum, in tit. De dispensatione ad plura beneficia. ob id iusta ratione factum est, ne quis duo beneficia incompatibilia possidere possit. d. c. quia in terra, & c. de multa, de praeben. c. dudum, de elec. c. ordinarij, de off. ord. in 6. & in extraneag. execrabilis, quae est Ioannis xxij. quibus in locis explicat interpretes, quae dicantur beneficia incompatibilia: & quo ad ea soleat dispensare Pontifex Max. quae latius

rius explicantur, & a Rebuffo, praecipuo loco a Ioanne Staphileo tracta. De gratijs & expectatiuis, titu. De qualitate & statu beneficiorum. & quod pluralitas omnino impediretur, statuit Gregorius X. in c. ordinarij, de offic. ord. in 6. q. ordinarij locorum compellant subditos suos plures dignitates, uel ecclesias, quibus cura animarum immineret, obtinentes, exhibere eorum dispensationes, quibus fulti illa obtinere asseuerant: tempus autem exhibitionis relinquit Gregorius in iudicis arbitrio: dum in haec uerba loquitur: Infra tempus pro facti qualitate ipsorum ordinariorum moderandum arbitrio exhibere. quae constitutio recte & sancte in nouata est a sacrosancto Concilio nouo Tridentino, sessione 7. c. 5.

SVMMA RIVM

- 1 Pena cur in contractibus adijciatur.
2 Pena una legalis, altera conuentionalis: & de earum differentia.
3 Penae legales & conuentionales ad quam summam usque ascendere possint.
4 Pena legalis cur quadruplum non excedit.
5 Penam legalem quadruplum excedere in casu l. 3. s. ult. ff. de calumnia.
6 Penam legalem extra ordinem indictam quadruplum posse excedere.
7 Penam legalem posse excedere quadruplum, cum per uiam accusationis agitur.
8 Iudicis arbitrio relinquitur pena legalis, cum per uiam accusationis agitur.
9 Penam legalem quadruplum excedere, cum loco interesse datur.
10 Penam legalem excedere quadruplum in actione legis Aquiliae.
11 Penam legalem excedere quadruplum in casu l. si manumissus. C. de lib. & eorum liber.
12 Penam legalem excedere quadruplum, cum ita uel legi uel Principi placet.
13 Pena conuentionalis ad quam summam usque ascendere possit, uariis Doctorum opiniones.
14 Alex. consi. 157. nu. 7. lib. 6. a Rebuffo male intellectus, declaratur.
15 Iasonis in constantia notatur.
16 Romani opinio consi. 510. nu. 9. defenditur.
17 Iudicis arbitrio relinqui, ad quam summam usque pena conuentionalis ascendere possit.
18 L. unica. uers. cum scimus. C. de sent. quae pro eo quod interest profer. declaratio & intellectus.
19 Pena adiecta contractui incerto, interesse non excedit.
20 Rebuffi consideratio explosa.
21 Statutum Brixiae 151. in ciuilib. sub rub. Quod non fiat ratio de penis, late & diligenter explicatur.
22 Penam conuentionalem ita contractui affirmatiuam, quemadmodum & negatiuam adijci posse.
23 Penam conuentionalem in compromissis quadruplum posse excedere.
24 Iudicis arbitrio moderandam esse penam conuentionalem ratione contemptus commissam.
25 Penam conuentionalem in transactione, an quadruplum possit excedere.
26 Iudicis arbitrio temperatur pena commissa in transactione ratione contemptus.
27 Pena ultra quadruplum ex certa scientia promitti potest.
28 Statutum Patavinu sub rub. De alienationibus, & obli

- gationibus, c. statuimus, late declaratur.
29 Pena conuentionalis iuramento promissa quadruplum excedere an possit.
30 Iuramenti inobseruator infamatur.
31 Penam peti posse ob iuramentum, & si nil interfit.
32 Diuinam maiestatem ledere plus est, quam humanam.
33 Pena conuentionalis si uerum interesse excedere potest, an etiam possit excedere quadruplum.
34 Pena conuentionalis excessus promissio iuramento non confirmari.
35 Iuramentum tres comites habere debere.
36 Statutum Brixiae 151. in ciuilib. sub rub. Quod non fiat ratio de penis, declaratur.
37 Penae conuentionales an quadruplum possint excedere de iure canonico.
38 Penas conuentionales esse ob contemptum et interesse exigibiles, etiam de iure canonico.
39 Penas conuentionales in foro conscientiae esse exigibiles ratione interesse.
40 Penas conuentionales debitorem ultra soluere, non teneri etiam in foro conscientiae.
41 Penas conuentionales et ab ecclesiasticis posse exigi.
42 Penas conuentionales exigi non posse, cum in fraudem usurarum appositae sunt.
43 Statutum Brixiae 151. in ciuilib. sub rub. Quod non fiat ratio de penis, an locum habeat cum datione quantitatis pena apponitur, late declaratur.
44 Pactum esse loco pretij.

CASVS CCLX.

POENA LEGALIS QUAE, QUAE CONUENTIONALIS, QUANTA ESSE POSSIT EARUM SUMMA, STATUTUM BRIXIAE ATQUE PATAUII DILIGENTER & SUBTILI DECLARATIONE ENUCLEATUM.

Quo facilius legum constitutiones ac partium pacta & conuenta obseruentur, adijci poena contra contemptores solet. quae sanctorum poena altera legalis, altera conuentionalis appellatur: legalis quae a lege ipsa dicitur, omnes in sti. de actio. & in integro illo titulo inst. de perpet. & tep. actio. conuentionalis uero, quae ex partium conuentione perficitur. s. conuentionales, in sti. de diuis. stip. l. 5. s. conuentionales, de uerbo. oblig. Clauasius in suma, i uerbo. Poena. s. 12. Corad. tract. De contract. q. 31. & Rebuff. in l. unica. nu. 542. C. de sentent. quae pro eo quod interest profer. Dubitari nunc contingit, ad quam summam usque ascendere haec poena possint. & quemadmodum duae sunt poenae species, ut dixi, ita duo capita nostri constituunt. unum quod ad penam legalem, alterum quod ad conuentionalem.

Quo ad primu caput res satis clara uidetur, poenam quadruplum regulariter non excedere. s. omnes. inst. de actio. ibi, ulterius autem nulla actio extenditur. cur ita constitutum sit, ingenuè fatetur Corasius ad d. s. omnes, ignorare. Declaratur primo ut non procedat, cum duae actiones moueri possunt, ut in casu l. 3. s. ult. ff. de calu. quo loci habetur, quod si a Titio pecunia acceperis, ut mihi calu niae causa negotium faceres; deinde a me quoque; tamen de forte ne faceres, duab. actio nib. i factu ex illo edicto d calu niatorib. te conuenire potero, & unaquaeque in quadruplum dabitur; tum ei quod a me, tum eius quod ab alio accepisti. qua declaratione ad rem nostram annotauit Corasius

Corasius d. §. omnes. num. 2. & ibi Zasius nu. 1. uers. quartò fallit.

6 Declaratur secundò, non procedere, cum pœna extra ordinè indicitur, ut in casu l. ult. C. de ijs qui à non dom. manumittunt, ueluti si quis Principis auctoritate seruū alienū manumittat: nam uero domino post restitutū in primis mancipiū duo similia eiusdem sexus & artis domino, & tria fisco in pœnā decipientis principem, præstare cogitur: ita adnotauit Corasius pœnato §. oēs, & ibidē Zasius nu. 10. uers. tertio fallit.

7 Declaratur tertio non procedere, cum pœna accusationis proceditur: nam tunc pœna quadruplum excedere potest, cum aliquando ob criminum grauitatem totum patrimonium exhauriat, atque ita publicetur. §. sic igitur. in auth. ut iudices sine quoquo suffrag. & adnotauit Corasius, qui supra, & ibidem Zasius nu. 11. uers. sextò fallit. & hoc erit t. iudici arbitrium. atq; ita intelligi potest eorum opinio, qui in iudicis arbitrio pœnam hanc lege non determinatam collocarunt, quam quidem opinionem recenset ac probare uidetur Ang. Aret. d. §. omnes. nu. 2. uers. si autem est firmata, inst. de actio.

9 Declaratur quartò, non procedere t. cum pœna est loco interesse, ut si quis morbosum pecus uendidit, cuius postea cōtagione totus grex interiit, aut tignū uitiosum, cuius uitio edes corruerint, tunc is uenditor ultra quadruplum ex eo teneri patet, quod rerum omnium detrimentum soluere teneatur. l. Iulianus, in princ. ff. de actio. emp. idem pariter si quis clauum è nauis sustulerit, dederitque causam naufragio, pœnam totius damni sustinet. l. 3. §. senatus consultum. ff. de incend. ruina & naufrag. & annotauit Zasius d. §. omnes. num. 10. uers. secundò fallit. & ibidē Corasius in fine.

10 Declaratur quintò non procedere t. in actione legis Aquiliæ, cuius pœna quadruplū excedere potest. §. illud, inst. de lege Aquil. Zasius d. §. omnes, nu. 10. ut si seruus occisus proterat adire hæreditatem, ista tota hæreditas æstimatur quæ quadruplum sæpissimè excedit, quod speciale fauore legis Aquiliæ esse intellexit Zasius, ut compescantur nebulones, ne passim seruos alienos occidant & trucident. ego uerius intelligo non tantum hoc esse ad pœnam, quam ad interest, ratione damni perpeffi ob amissam hæreditatem.

11 Declaratur sextò non procedere t. in casu. l. si manumissus. C. de lib. & eorū libe. si seruus manumissus ingratus domino est, in seruitute redigitur, quæ pœna inæstimabilis est. l. libertas. de reg. iur. Zasius d. §. oēs, nu. 11. uers. quintò fallit, qui existimauit hoc esse ad pœnam grauis criminis ipsius ingrati tudinis.

12 Declaratur septimò non procedere, quando noua lege, uel sua auctoritate statueret Princeps, quæ pœna quadruplum excedat: nam cum Princeps sit lex uiua, sequitur ita posse statuere, ita in specie Ripa lib. 2. respon. cap. 9. in fi. qui loquitur de pœna conuentionali excedenti quadruplum auctoritate Principis.

13 Secundū caput nostri huius casus est, cū de pœna conuentionali agitur, ad quam usque summam ascendere possit, uaria hac in re fuerunt Doctorum opiniones, quas longa serie recenset Petrus Rebuffus in l. unica, nu. 543. C. de sent. quæ pro eo quod interest profer. eo enim loci enumerauit duodecim opiniones, quas ego hic adscribere supersedeo, ne ex scriptis scri-

pta conficiam. illam unam ipse Rebuffus probauit & communem dixit, quam affirmauit Inno. in c. sacro, de senten. ex com. nempe pœnam conuentionalem ultra quadruplum exigi posse, sed uerè non uideo quòd cōis opinio hæc sit: si quidē Rebuffus citat Alex. cōf. 157. nu. 7. lib. 6. sed ibi Alex. non Innocentij opinio-

14 nē, sed glossa in d. l. unica, C. de senten. quæ pro eo quod interest profer. recenset, & cōem esse testatur: quam tamen ipsemet Rebuffus in d. l. unica, nu. 546. post Alciatum ibi, & post Rom. consi. 510. nu. 9. 10. rejicit. allegat etiam Rebuffus. Iasonē in l. 2. nu. 141. C. de iure emphyte. cū tamen in opinione Iasonis, quæ suboscure etiam ab eo affirmari uidetur, non sit con-

15 stituendum solidum fundamentum, cum idem t. Iason, sibi parum constans in l. stipulatio ista. §. alteri. in fine, de uerb. obligat. tueretur opinionem Barto. in l. unica, num. 21. C. de senten. quæ pro eo quod interest profer. & tamen illa opinio Bart. à cæteris reicitur, ut ipsemet Rebuffus d. l. unica, nu. 551. eam reprehendit. reulit etiam Rebuffus. Franciscū Balbum, qui quidem solum affirmat, pœnam conuentionalem exigi posse quouis iure, non tamen explicat ad quam usque summam ascendere possit. Quo circa, ut paucis rem-

16 concludam, mihi placet illa opinio t. Rom. cōf. 510. nu. 9. uers. mihi uerò. quòd aut ratione contemptus adiecta est pœna, & tunc cum expressum non repe-

17 riatur, t. iudicis arbitrio relinquitur, quod ille pbat

18 ex t. d. l. unica, uers. cum scimus. C. de senten. quæ pro eo quod interest profer. dum inquit eas solas pœnas exigi, quæ competenti moderatione proferuntur. cū ergo competens moderatio non reperiatur iure de terminata, iure & merito (inquit Romanus) dicendū est, iudicis arbitrio locum esse, ex l. 1. in fine, ff. de iure deliber. cap. de causis. de off. deleg. Rursus, inquit Romanus, probat is uers. cum scimus, dum ait inspicendum fore quæ sit stipulationis pœnalis quãtitas, quòd non a parte, ne in sua causa sibi ius dicat, sed à iudice diffiniendum est. Subiungit tamen Romanus quòd si ipsa pœna nō excederet duplum, poterit exigi, ex l. sciendum, ff. de eui. cō. Aut loquimur (inquit Romanus) de pœna, quæ loco interesse adijcitur, & tunc subdistingendum est: Aut adijcitur contractui habenti certitudinem quantitatis, ad quem ipsa pœna referri potest, tunc duplum excedere nequit, quoniam, si quod interest, duplum excedere non potest, d. l. unica, uers. sancimus itaque, pari ratione nec pœna loco interesse subrogata, ex regula l. eū qui. §. qui iniuriarum, ff. si quis caut. cū uulgatis similibus. Aut

19 adijcitur pœna contractui t. continenti quid incertū, & tunc dicendum est non posse excedere uerum interesse, quod probatur, quia si, cum petitur interesse descendens ex contractu incertum continenti, iudex ex sua subtilitate uerum interesse considerare debet, & in eodem, non ultra condemnare. l. 1. §. ult. ex intellectu glossa ibi. ff. qui fatid. cog. dicendum est ipsam pœnam esse determinandam secundum ipsum in

interesse, ut tanta sit, quantum ipsum interesse, quo circa opus non est (inquit Romanus) agentem aliter probare. l. ult. ff. de pœto. stipula. & §. ult. inst. de inutil. stipulat. sufficit enim si de interesse constat, quod iudicis etiam arbitrio moderari solet, quæ admodū diximus supra casu 119, 120. & 122. Nec aduersatur

20 illa t. consideratio Rebuffi d. l. unica, num. 550. quòd secun-

secundum Romanum hoc modo pœna promissa nō à partium conuentione, sed à iudicis arbitrio penderet, quòd dicendum non est, nam respondeo, conuentionis substantiam pendere à partibus, sed hanc qualitatem moderandi à iudice, nec incongruū hoc est, quoniam ita uidemus in pœnis & interesse ob illatū damnum uel interesse, de cuius quantitate statuitur iuramento iniuriati & damnum passi, adhibita deinde iudicis moderatione. Hæc doctrina multum confert

21 ad interpretationem t. statuti Brixie t. ciuilibus. 151. sub rub. Quòd non fiat ratio de pœnis, quo simpliciter cautū est, pœnas conuentionales exigi posse certis in casibus, ut in contractibus locationum & conductionum, in compromissis, in instrumentis pacis ac alijs nonnullis, nō tamen declarat statutū ad quam usque summam pœnæ illæ ascendere possint, ob id iuxta iuris communis dispositionem statutum illud declarari dēt, ut dicamus, quod si pœna erit ratione contēptus, arbitrio iudicis taxabitur: si ratione interesse in contractu certo, erit duplū: si in cōtractu incerto, adhuc arbitrio iudicis pro quantitate ipsius interesse, quòd à iudice reperari solet, ut iā diximus, moderabitur. Quo circa dū statutū uult, adiectā pœnā in cōtractu locationis & conductionis exigi posse, ut est quoniam conuentio fuit inter partes, quod cōductor rē conductā meliorem reddat, ut puta, quod arbores & uites plātet, quod si non plantauerit, uel si plantas inciderit nomine pœnæ quinquaginta soluat, uel quod iā plantatas non incidat. nā rectè ratione huius facti, siue affirmatiui siue

22 t. negatiui pœna erit de iure cōmuni adijci pot. l. 2. §. itō si in facto. & l. 4. §. Caro. & l. stipulatio ista. §. alteri, de uerb. oblig. & cum pœna hæc in contractu locationis appositā uideatur potius ratione damni ac interesse, quam ob meram pœnam: ex quo ob incisas, uel non plantatas arbores pœniam uberius non redditur: dicendum est, pœnam hanc iudicis arbitrio taxandam esse, cum factum incertum sit, quamquam in factis affirmatiuis & negatiuis pœnam excedere posse quadruplum senserit, & male Rebuffus. d. l. unica, nu. 786. C. de sent. quæ pro eo quod interest profer. Præterea, cum statutum hoc concedat, pœnam posse adijci

23 in t. compromissis & laudis super illis ferendis, conuenit cum iure cōmuni, quo est permittum pœnam in illis apponere, etiam si dationi quãtitatis adijcitur: ita Butrig. Salic. & Fulgos. in l. promissis, ubi Alexan. nu. 2. C. de transact. idem Alex. in l. 2. §. ult. nu. 6. ff. de uerb. oblig. Abbas cap. dilecti, in fin. de arbitris. Purpur. in l. rogasti. §. si tibi, num. 83. ff. si cert. peta. & Rebuffus. d. l. unica, num. 272. & nu. 568. uers. secundò procedit. C. de senten. quæ pro eo quod interest profer. qui sensit hoc in casu pœnam hanc excedere posse quadruplum, uerum relati Doctores ab eo hoc non affirmant, sed simpliciter dicunt pœnam adijci posse in compromisso & laudo, & illam non præsumi in fraudem usurarum, quamquam dationi quantitatis appositæ fuerit: cū potius factum, hoc est, si laudo non paruerit, quam ipsi ueræ dationi adiecta censetur. ad quā ergo summam ascendere hæc quãtitas possit, eorum nemo declarat. quamobrem ex iā relatis intelligere possumus, hanc pœnam esse adiectā potius

24 ob contemptus, quod ob interesse facti certi, ob id t. iudicis arbitrio moderanda pœna erit, ex d. l. unica, uers. cum sciamus. C. de sent. quæ pro eo & c. quam Rom.

25 d. conf. 510. nu. 9. perpendit. Idē est dicendū in t. contractu transactionis, in quo illud statutū concedit pœnæ adiectionem, quemadmodū & ius cōe, ut scribunt omnes in l. promissis. C. de transact. ubi Alex. post ceteros intelligit, quoniam adijcitur uel facto, uel dationi speciei. hoc inquam casu cū pœna sit ratione contēptus, pœna t. iudicis arbitrio moderanda erit. Hæc intelligitur cum pœna promissa excedit quadruplū: nā, si nō excederet duplū, liberè absq; alio iudicis arbitrio & moderatione exigi possit, ut relat. Roma. affirmauit ex l. sciendum, ff. de eui. cō.

26 Declaratur nunc primò hæc iuris sententia, ut nō procedat, cum ex certa scientia expressè quis pœnā ultra uerum interesse promississet: nā tunc illa exigi potest. ita Rom. d. conf. 510. nu. 10. sic intelligēs. l. sed & si quis. §. ult. ff. si quis caut. & l. si dictum. ff. de eui. cō. & l. ult. ff. de pœto. stip. quas ita etiā intellexit Rebuffus. in d. l. unica, nu. 572. uers. octauò extende. C. de sent. quæ pro eo. post Alex. quem citat. Illa est ratio, quia ipsi ita scienter p. mittenti adscribitur, si tã largè atq; profusè promissit. & hæc est notabilis declaratio ad relatum statutum Brixie, dum admittit pœnæ promissionē, admittit etiā ultra interesse si scienter expressè promissit. quo circa cauti erunt contrahentes, & arbitri, ut certiores reddant pœnarum promissores, quid iura & leges statuerint, quidq; ab eis promittatur, & deinde exprimant certam pœnam interesse excedere.

Dubitauit ego aliquando, an hæc declaratio procedat in t. statuto Patauino, sub rub. De alienationib. & oblig. c. statuius, quo sancitū est, pœnā non posse excedere summā ualoris atq; æstimationis rei: dubitauit inquam, an hoc statutū loquatur in dubio, uel etiā cum quis scienter pœnā promissit. & cum statutū sit iuris cōis declaratoriū, nec. n. (ut diximus) ius cōe diffiniuit expressè ad quā usque quantitatē pœna ascendere possit, sed in iudicis arbitrio relinquitur: ob id dicendū uideretur si ius cōe eē intelligendū: nec. n. statutū declaras extenditur ad iā clara, quoniam frustraneū esset. l. 1. ff. de do. p. leg. cum ergo ius cōe admittat promissionē hæc certā & clarā, sic statutū admittere uideretur. nihilominus uerius sentio statutū hoc reijcere eē p. missionem scienter factam ultra ipsius rei æstimationem, nam statutum uult ingluuiem stipulationum pœnas sibi solui reprimere, ne ultra uerā rei æstimationem pœnas stipulentur, atque ita, dum ea dictione, quantitas, statutum utitur, sentit de quãtitate expressè & clara, & dum subijcit, incerta atq; promissā, scientiam exprimere uideretur. ut hinc intelligamus nullo modo licere stipulari pœnas ultra ueram rei æstimationem. Quid autem in foro & iudicis obseruatum hæctenus sit, dicant disertissimi Patauini causarum patroni: ego eam nouis incola iudiciorū huius ciuitatis obseruantia ignoro, sed an pœna hæc ultra interesse quadruplū transcendere possit, Rebuffus. d. l. unica, nu. 472. posse transcendere scribit, quod uerū non puto.

29 Declaratur secundò non procedere, quando promissioni ipsius pœnæ adiectum fuisset iuramentum: nam tunc uerum interesse excedere, potest: ita respōdit Rom. d. conf. 510. nu. 11. & ante eum Anch. conf. 148. ex tex. l. si quis maior. C. de transact. quem in hac sententiam singularem esse dixit. idem placuit Iasoni in d. l. si quis maior. n. 29. quamquam dixerit tex. d. l. si quis maior, necessariò non p. bare, sed ibi Parpalea

FAMA FREQUENS QVÆ,
& de illius effectu.

Qantum frequens uehementis que fama tā in ciuilibus q̄ i criminalib. causis proficit, oēs norūt. fama etenim effectus plures sunt: ut latē scriptū reliquerūt Bar. & Mar. i l. de minore. §. si pluriū. ff. de q̄st. ille nu. 30. iste nu. 50. cū multis sequētib. sed uere maior est effectus fama frequētis, seu uehementis. nā & si simplex fama nō facit inditiū sufficiens ad torturā, facit tñ fama uehementis. ita respōdit Bar. cōf. 191. Domino Paci. lib. j. quē secuti sūt Mar. sing. 97. Fama i si. Lud. Carerius in uerbo, secūdū inditiū. nu. 6. Feli. in c. ueniens, il. 1. nu. 15. de testibus. Plotus in l. si qñ, nu. 891. C. unde ui. & his i locis scribūt i j inter pretes, eēt iudicis arbitrio, quæ frequens ac uehēmēs fama dicatur. qđ docuit etiam Mar. silius in l. quæstio nis modum. nu. 19. & nu. 47. de quæstio.

SVMMARIVM.

- 1 Iniuria uni facta qñ eius conuictis facta dicatur.
- 2 Constitutio Cherij oppidi declaratur.
- 3 Iudicis arbitrio relinqui quando iniuria uni ex cōsan guineis facta, alios afficiat.
- 4 Inuria facta uni ex consanguineis, quoad quæ alteri facta censetur.
- 5 Consanguineos testimonium ferre non posse in causa iniuriæ alteri facta.

CASVS CCLXII.

QVIBVS CONSANGVINEIS CENSEA
tur facta iniuria cum uni facta est.

Quoniam explicare cepimus casus iudici arbitrios i causis criminalib. ob id placet cetera hęc subijcere. ambigitur interdū qñ i iniuria facta amico uel sanguine coniuncto, alteri etiā facta censetur. Est. n. regulare, qđ iniuria facta uni ex sanguine cē seatur facta alteri. ut pbat l. lex Cornelia, in prin. ff. de iniurijs, & ibi gl. & Bar. notarūt: ita etiā Bal. Ang. & Sali. in l. unica. C. de raptu uirg. Alex. conf. 115. col. 2. lib. 4. Feli. in c. Petrus. nu. 8. de homicid. late Tiraq. trac. De pænis legū, causa. 5. nu. 68. qui aliorū autoritatibus, & multis similibus cōprobat. Sed dubitatio in eo uersatur, an omnes & quoscunque de familia afficiat. Bal. in cōf. 173. incipit in ciuitate Cherii, lib. 3. dū respōdit sup. quadā i constitutione oppidi Cherii, seu societatis sancti Georgii illius oppidi, qđ percussus possit facere uindictā. quærit, an percussus ille uindictā possit facere contra coniunctū percussoris: & inquit, non posse, cū is uel absens fuit, uel in gradu remoto est, qđ iniuria remotos nō afficit. & ob id declarādo d. l. lex Cornelia. de iniurijs, sentit illū esse remotū & iniuriā eum non afficere, cum est ultra quartum gradum. quamquam eo loci aliorum opiniones referat, qui dixerunt esse remotum ultra septimum gradum. Ego uerō sentio cum Bartol. in l. tutor. §. si tutor, in fine. ff. de suspect. tutor. hoc relinquit iudicis arbitrio, qui ex facti qualitate & consuetudine regionis iudicabit, an etiam consanguineus ultra quartum uel ulteriorem gradū ea iniuria affe-

nu. 70. & Cur. Sen. nu. 53. clarius affirmant, Baueria tract. De uirtute iuramenti. nu. 139. Rebuffus d. l. unica. nu. 572. C. de senten. quæ pro eo quod interest. ea ratione mouentur Anchara. & Romanus, qñ iuramentū operatur, ut cōtraueniens infamiā incurrat, & in pœnā incidat, & ex cōtractu percepta restituat. ergo sequitur (inquit Romanus) qđ pœna illa saltem corroboratione & approbatione propter iuramentū legalis est: qm̄ si lex ita nō statuisset, agēs altero cōtentus eē deberet: nēpē uel pœnæ exactio, uel oppositio ne pœnæ ex conuentione puenientis, l. re scriptū. §. si pacto. ff. de pactis. l. cū pponas, C. de trāf. ar certū est pœnas legales usq; ad quadruplum esse terminatas. §. omnes, inst. de actio. & supra diximus.

Secūda ratione Anch. & Romanus utuntur, hoc casu ob iuramenti uim; pœna etiā si nihil interfit, peti potest: cum ratione contemptus appōita sit. l. stipulatio ista, §. alteri. de uerb. oblig. si ergo ratione cōtemptus pcepti humani ultra interesse ascendere potest, ut supra diximus, ergo fortius ratione cōtemptus Diuinæ maiestatis excedere potest: cum plus sit diuini nam i maiestatem q̄ pcepta humana contēnere. l. Manichæos. C. de hæret. & cap. urgentis, extra eod.

Sed in hac declaratione subest dubitatio, an i pœna hæc, quæ interesse uerum excedere potest, excedere etiam possit quadruplum? Rebuffus in d. l. unica. nu. 572. C. de sent. quæ pro eo quod interest profer. expressē dixit, quadruplū posse excedere. idem uisus est sentire Curt. ten. d. l. si quis maior. nume. 53. C. de transact. ea ratione utitur Rebuffus, quia quando iuramentum potest seruari sine interitu æternæ salutis, obseruandum est. cap. cum contingat, de iureiuran. c. quamuis, de pactis in 6. sed in casu isto seruari pōt, ergo &c. Accedit, quod scienter pœna promissa est, ergo (ait ille) ultra quadruplum extenditur. l. sed & si quis. §. ult. ff. si quis cautio. & attingi in præcedenti declaratione. Verum consideratio hæc falsa est: & illi iā occurrit Ancha. d. cōf. 148. col. 2. uers. cōtrariū sentio. dum dixit, excessiuam hanc i promissionem iuramento non confirmari, cū iustitiæ, honestati ac bonis moribus repugnat. cap. suam, de pœnis. & iuramentum debet habere tres comites iustitiam, ueritatem, & honestatem. cap. animaduertendū. 22. q. 2. & tradunt Dec. cōf. 130. num. 5. Cur. iun. cōf. 141. nu. 9. Craue. cōf. 144. num. 16. & Soc. iun. cōf. 48. nu. 25. lib. 1. & declarat Didacus in cap. quamuis, parte prima. §. sexto, nu. 4. de pactis in 6. quæ hic non adessent. Non etiam me mouet illa ratio Rebuffi, quod scienter sit facta promissio, quia ex declaratione præcedenti intelligimus, certam promissionem operari, ut ultra interesse uerum pœna exigi possit; non tamē dīq; quadruplū excedere possit: imō aduersus Rebuffum pugnat tex. §. omnes, inst. de actio. quo intelligimus pœnā legalē quadruplū transcendere nō posse. ergo nec pœna hæc ex uirtute iuramenti posteaquā approbatione legalis est, possēt tamen transcendere qm̄ sua auctoritate Princeps confirmaret. Ripa lib. 2. respō. c. 9. in fi. & supra artigi. Sed ego intelligerē qñ certo est promissa & Princeps confirmat, ut loqui uidetur Ripa. id qđ dubitationem nō haberet ex dictis supra in pcedenti declaratione. Quibus infertur de-

36 claratio ad relatum i statutum Brixie i 51. quo pœna conuentionalis multis in casibus approbatur. cōstat

illas pœnas esse legales approbatione, & p cōsequens posse excedere iustum interesse & rei estimationem, non tamen posse transcendere quadruplum.

Declarationes istæ locum obtinent non solum ex iuris ciuillis dispositione, sed etiā ex iure Pōtificio, ut probat cap. suam, de penis, iuxta unum intellectū glossæ ibi, atque ita annotauit Rebuffus d. l. unica. nume. 568. uers. quarto etiam. C. de senten. quæ pro eo. & c. qui sensit posse excedere quadruplum. quod falsum opinor, & illi cap. suam, repugnat, quæ admodum cum Anchara supra attigimus. & Doctores relati a Rebuffo solum affirmant, i pœnas has, uel cōuentionales ob contemptum, uel interesse, uel etiā legales de iure canonico esse exigibiles etiam ultra iustum interesse. quod clarē affirmauit Purpur. l. rogasti. §. si tibi. nu. 91. ff. si cert. peta. & sensit Soc. iun. cōf. 23. nu. 17. lib. 2. imō & in foro cōscientiæ exigī pœnæ hæc possunt ita Corneus consilio 69. in fine, lib. 2. Ang. cōf. 44. Decius cōf. 298. col. 2. nu. alios citant Purpur. in d. l. rogasti. §. si tibi, nu. 87. & Rebuff. in d. l. unica, nu. 569. quod intelligitur ex latere creditoris, qui iuste has pœnas exigere potest, cum leges ita fieri permittant. Ex latere uerō debitoris, qui pœnas illas promissit, scribunt Doctores, illum non teneri in foro cōscientiæ ultro soluere, sed ita demum si ad solutionem requiritur: ita declarat Purpur. d. §. si tibi, nu. 78. idem sensit Rebuff. d. l. unica, nu. 569. in fine. & Andreas ab Exea in cap. 1. nu. 340. de constit. reiecta opinione Decii in d. cap. 1. nu. 30. qui leui quadā ratione hæc declarationem reprobauit, atque ita declarādi sunt Corsetus sing. in uerbo, Pœna, incipit In foro conscientiæ. Gomef. in §. ex maleficijs, nu. 14. in sti. de actio. & Tiraquel. in l. si unquam, in uerbo, Reuertatur. nu. 291. 292. C. de reuo. dona. qui post alios plures perplexē hac de re loquuntur. Illud etiam est annotandum, has i pœnas non posse exigi ab ecclesiasticis, quatenus iustum interesse excedunt: ita clarē respondit Angelus cōf. 43. in fine. & Rebuff. d. l. unica. nu. 568. uers. limita in ecclesia. qui alios citat. Quod est annotandum ad interpretationem d. statutū Brixie, quo frui ecclesiastici possunt cōtra laicos, ut scribūt Doctores in c. ecclesia sanctæ Mariæ, de cōst. si ergo Prælati bona ecclesiæ laico locauerit & adiecerit pœnam iuxta illius statuti concessionem, illa iustum interesse excedens a Prælato exigi non poterit.

42 Illud etiam adnotandum est, hanc i pœnam tunc exigi non posse, cum in fraudem usurarum adiecta est: ita probat l. cū allegas. C. de usuris. omnes. l. rogasti. l. si tibi. ff. si cer. peta. Rebuff. d. l. unica. nu. 573. In fraudem autem usurarū multis modis probatur promissum, quos sanē modos longa serie recēsent Doctores d. §. si tibi, ibi præsertim Purpur. nu. 79. & in d. l. unica, ubi latissimē Rebuffus num. 270. & nume. 408. illudque in summa concludunt, quod aut pœna adieciatur quantitati dationis, ut puta, & si centum mutuo a me tibi data intra annum non restitues, solues decem; præsumitur hæc pœna in fraudem usurarū, atque ita exigi non potest. Aut adieciatur ipsi facto ut puta, & si domum non ædificaueris, si arbores non plantaueris, solues decem: non præsumitur hæc pœna in fraudem usurarum adiecta: ob id exigi potest.

43 Hæc libenter retuli, quoniam uideo in illo i statuto Brixienfi cap. 151. sub rubri. Quod non fiat ratio de pœnis,

pœnis, difficultatem excitari posse, cōcedit statutum pœnas has certis casibus adiectas posse exigi: an intel ligatur statutum siue pœnæ adiectæ fuerit facto, siue dationi quantitatis: utrunque enim contingere pōt, ut puta, si in instrumento liuelli, uel locationis dictū est, quod is liuellarius, uel conductor teneatur plantare arbores, & si non plantauerit, soluat decem: hæc pœna est adiecta facto. si uerō est dictum, quod liuellarius uel conductor soluat quorannis durante liuello & locatione cētum in die sancti Martini, & si illa die non soluerit illa centum, pœnæ nomine soluat decē. hæc pœna est adiecta dationi quantitatis. ita etiam si foret dictum in cōpromisso, seu laudo emologato, qđ dictæ partes non possint, nec debeāt recedere a p lato laudo, & si recesserint, quod nomine pœnæ soluant alteri parti cētum: hæc pœna est adiecta facto. Si uerō esset in laudo dictum quod unus ex litigantibus alteri soluat mille in die sancti Martini, & si non soluerit, nomine pœnæ det centū. pœna hæc dationi quantitatis adiecta est: ita in instrumentis pacis & similibus cōsiderari potest. poterit ne ergo in terminis statuti utroque in casu adiecta pœna exigi? Ego opinor in compromissis seu laudis emologatis, in transactionibus, & instrumentis pacis, absoluit utroque in casu exigi posse: quoniam factum principaliter consideratur, hoc est contemptus, inobedientia, atque ita contrauentio. Maius est dubium in instrumentis liuello rum, locationum, & inquilinorum, quoniam ubi dationi quantitatis adieciatur, nullū factum propriē cōsiderari posse uidetur. & idem uidetur quod in mutuo, i quo adiecta pœna reprobatur, nihilominus credo pœnam utroque in casu adiectam exigi posse. quoniam statutum expressē hoc concedere uidetur, perpendēdo illius uerba, ibi, tam partiarior, quam pecuniarios: uel ad alias res reddendas obligatos. æquiparatur statutum colonos partiarior, pecuniariosq; illis, qui res aliquas restituere tenentur: sed ab illis, si rem non restituerit, pœna exigi potest: ergo & a colonis his, si uel pensionem, uel fructuum partem non solunt. Præterea hoc statutum fingere uidetur hanc pœnam esse pro legitimo interesse dominorū, qui ex suis prædijs fructus & redditus tempore præstituto ad suæ familiæ domus detrimentū nō cōsequuntur. & qñ lex uel statutū fingit hoc interesse, exigi illud potest: ita respondit Bal. cōf. 166. Satuto cauetur qđ fingatur. li. j. quē secutus est Rebuff. in l. unica. nu. 278. C. de sēt. qđ pro eo qđ interest profer. Rursus, pœna hæc legitimum interesse uidetur: nā considerādū est, qđ dominus tanti nō locasset, sed pluris, si credidisset pētionis solutionē differri: ut ergo eo tempore sine dilatione soluerent coloni, minori pretio locauit. i pacto ergo illud loco pretii succedit. l. fundi partem. ff. d. cōtrah. empt. Decius cōf. 309. nu. 3. infinita pp cōcessit Tiraq. tract. de retractu consang. §. 1. glo. 18. num. 38. & tract. De retractu conuētio. in proemio nu. 2. & Didacus lib. 3. uaria. resol. capit. 10. nu. 1. ceteros prætereo. Hæc dixisse sufficiant.

SVMMARIVM.

- 1 Fama effectus multi.
- 2 Fama frequentis uis magna.
- 3 Iudicis arbitrio relinqui, quæ fama frequens dicatur.

Aut sit confirmari hæc satis possunt ex his, quæ ab-
de scripsimus supra ad casum 146. Hæc autem iuris
4 & doctorum sententia, q̄tiniuria facta uni de fami-
lia intelligitur facta omnibus de illa familia, intelli-
gitur quod ad ea, in quibus consideramus animi affe-
ctum, non quod ad commodum aliquod, ut puta, q̄ is age-
re possit, uel p̄nã aliquã conventionalem consequi;
ita post Bald. in l. 1. col. 2. C. si quacunq; præd. dignit.
& alios docuit Ias. in lege si ita stipulatus. §. Chrylogo-
nus, nu. 53. de uerb. oblig. & illum secutus est Gram-
ma. conf. 12. nu. 27. ii ergo de familia ob hæc affectio-
nem non poterunt in ea causa uel testimonium fer-
re, uel iudicare, q̄m iure suspecti sunt, ita Bart. in d. l.
lex Cornelia, in prin. ff. de iniuriis, quem probantur
relati doctores, ut Ias. Gramma, & Tiraq. quibus ac-
cedunt Parisius conf. 55. nu. 3. cõf. 58. n. 15. conf. 59.
nu. 26. & conf. 152. nu. 10. lib. 4. Alcia, tract. præsump.
reg. 1. p̄sump. 2. & præsump. 23. Gramma. conf. 26. nu.
42. conf. 45. nu. 4. & conf. 58. nu. 7. idem in decisi. 23.
nu. 1. & decisi. 48. num. 14. & Rolan. à Valle conf. 24.
nume. 4. i. libro primo.

SVMMARIVM.

- 1 Iniuria atrox, quæ.
- 2 Iudicis arbitrio relinquitur, q̄ sit p̄na atrocis iniuriæ.
- 3 Iudicis arbitrio relinquitur, quæ sit atrox iniuria.
- 4 Iulij Pauli receptarum sententiarum locus.
- 5 Iniuria Magistratui atrox dicitur.
- 6 Iudicis arbitrio relinquitur p̄na pro iniuria illata Magistratui.
- 7 Magistratum illatam sibi iniuriam uendicare posse.
- 8 Appellans si in præcibus asserat iudicẽ a quo iniquẽ & pretio ac precibus sententiam tulisse, iudicis arbitrio punitur.
- 9 Constitutio Pedemontium titulo Come si hæc fare l'ap-
pellatione, cū iure communi in aliquibus conuenit.
- 10 Iniuria illata magistratui donec est in syndicato puni-
tur ac si re ipsa sit in ipso officio.
- 11 Iniuria facta magistratui non contemplatione officij,
non punitur ordinaria p̄na.
- 12 Iudicis arbitrio punitur, qui iniuriam facit magistra-
tui non contemplatione officij.
- 13 Iudicis arbitrio puniri inferentem iniuriam magistra-
tui suspensio ob officio.
- 14 Appellatione pendente sententia stat in suspensio.
- 15 Iniuria Rectori facta atrox censetur.
- 16 Iudicis arbitrio punitur iniuria facta scholastico.
- 17 Iniuria facta doctõri dicitur atrox.
- 18 Constitutio noua Mediolani sub rub. de p̄nis, cap. si
quis non prouocatus, declaratur.
- 19 Iniuria ex causa inimicitie doctõri illata, non puni-
tur ut facta doctõri ratione dignitatis.
- 20 Doctõr asserens se pretextu dignitatis iniuria ab ali-
quo affectum, probare debet.
- 21 Statutum puniens iniuriantem scholasticũ matricula-
tũ, comprehendit & iniuriantem de proximo ma-
triculandum.
- 22 Constitutio noua Mediolani sub rub. de p̄nis, cap. si
quis non prouocatus, non habet locum contra iniu-
riantem licentiatum.
- 23 Iniuria atrox dicitur coram magistratu facta.
- 24 Iniuria facta in foro atrox dicitur.
- 25 Constitutio noua Mediolani sub rub. de p̄nis, c. qui
cunque ense, declaratur.

- 26 Statutum Ferrariæ lib. 1. sub rub. de officio potastatiæ
Ferrariæ, declaratur.
- 27 Iniuria est atrox, cum in faciem quis uulneratus est.
- 28 Lycurgo oculum baculo eruit Alexander.
- 29 Constitutio noua Mediolani sub rub. de p̄nis, c. eruẽs
oculum, declaratur.
- 30 Statutũ Papiæ 19. in criminalibus, sub rub. de p̄na
illius, qui uulnerauerit, declaratur.
- 31 Statuta Veronæ lib. 3. c. 26. sub rub. qui uerba iniu-
riosa dixerit, & c. nigefimooftaou, nigefimonono,
declarantur.
- 32 Statutum Ferrariæ lib. 3. sub rub. de p̄na dicentis
uerba iniuriosa, declaratur.
- 33 Statuta Patani sub rub. de uerbis iniurijs, c. 1. &
2. & sub rub. de iniuriantibus officiales, cap. 1. 2. 3.
declarantur.

CASVS CCLXIII.

INIURIAE ATROCES QUÆ ET
quibus p̄nis hæc coercentur, uaria insignium Ci-
uitatum statuta exposita atque declarata.

INter iniurias aliquis datur gradus, cum aliqua sim-
pliciter iniuriæ, aliqua atroces iniuriæ appellen-
tur. Prætor edixit. §. ulti. & l. sed & q̄stionis, & l. lex
Cornelia. §. lex itaq; ff. de iniuriis. & in §. atrox iniu-
ria. instit. de iniuriis. Ater. consil. 34. Boerius q. 168.
num. 10. Petrus Placa lib. j. epitom. delicto. cap. 6. nu.
3. atrox iniuria indicatur ex qualitate facti, & ex qua-
litate dignitate uel personarum, quibus illata est. d. §.
atrox. uerum quia nec personarum qualitates, digni-
tates, uniusquisq; qualitates ipsorum factorum, quæ
uariæ sunt, & a futuro euentu pendent, iure diffiniri
potuerunt, ob id dicitur atrox iniuria iuxta arbitrio iu-
dici. ita Hostien. in summa de senten. excommu. §. si
quis, uers. septimus, quem secutus est Tiraquellus in
repe. l. si unquam, in uerbo, omnia, uel partẽ. nu. 3. 1.
C. de reuo. dona. quibus addo Abbatẽ in capit. cum
illorum, nu. 9. & nu. 11. ibi Feli. nu. 13. de sen. excom.
Alex. consil. 203. col. 1. lib. 2. quem est secutus Conra-
dus Lauden. tract. duelli conclusionẽ 17. nu. 18. addo
& Ruinum consil. 81. nu. 6. lib. 4. & quemadmodum
ratione uarietatis factorũ ac personarum iniuria iu-
dicatur atrox, & plus quam atrox, ita uariãt & p̄nẽ
& ob id censent doctores, p̄nam pro atroci iniuria
non esse diffinitã iure, sed relinquit iudicis arbitrio.
ita Aluar. in ca. 1. §. iniuria, de pace iura. firm. Gomef.
inst. de actio. in princ. nu. 44. & clarius Craue, consil.
119. nu. 1. idem sentit Afflictus in cap. 1. nu. 2. uers.
item habet arbitrium taxandi. ex quib. causis feudũ
amitta. hinc Iulius Paulus lib. 5. tit. 4. sententiarum
iuris. & eo loci Cuiacius sic scribit, iniuriarum actio,
aut lege, aut more, aut mixto iure introducta est. lege
12. tab. de famosis criminibus membris ruptis, & of-
fibus fractis, moribus quoties factum pro qualitate
sui arbitrio iudicis aestimatur, congruetis. p̄nã sup-
plicio uindicatur: is ergo eam iudicabit emeritã p̄-
nam pro sui arbitrio iure & ratione regulato, quo ta-
men exempla aliqua iudex noster habeat, aliqua hoc
loco recensẽbo.

Primo atrox t̄ iniuria creditur illa, quæ infertur
magistratui. l. Prætor edixit. §. ulti. ff. de iniurijs. quod
aucto-

auctoritate Aristotelis Proble. 19. c. 14. in fi. cõfirma-
tur. idẽ nostri scribunt, ut Bar. in l. nõ solũ, §. si mada-
ro. ff. de iniurijs. Bal. in c. 1. §. iniuria, de pace iura. fir-
ma. qui atrocem adeo hanc esse dixit iniuriã, ut pecu-
riẽs magistratũ ob inimicitia, quã cũ eo gerebat, capi-
te multandus sit. quã assertionem ut admodum no-
bilem cõmendauit Ruin. cõf. 81. nu. 6. lib. 4. qui di-
xit hoc casu p̄nã esse arbitrariã, sed arbitriũ posse
6 extendi usque ad mortem. idem tradunt Ias. in l. qui
iurisditioni, col. 1. de iurisd. om. iud. in l. principalibus,
nu. 4. ff. si cer. peta. & l. 1. primo notab. C. de pre-
cib. imper. offeren. Petrus Placa d. lib. 1. epitom. delicto-
rũ, c. 6. nu. 3. qui multis rationibus & auctoritatibus
comprobauit, q̄ tñ desumpsit à Tiraq. cuius nomen
impie suppresserẽ semper solet, à Tiraq. inquam in
tract. Nobil. cap. 28. num. 4. 5. & tract. quod cessante
causa cesset effectus. limita. 15. nu. 9. & quia dignita-
ti dicitur rancillata iniuria eam ipsemet magistratũ
7 t̄ punire potest. ita Parisius conf. 187. nu. 7. lib. 4. post
Oldra. consil. 7. & Paridem Puteum tract. syndicatus
in uerbo, iniuria. quod intelligendum est, & declarã-
dum egregie secundum Abba. in c. cum uenissent. n.
9. de iud. qui iudẽdus omnino est. Accedit quod scri-
ptum reliquit Paulus Castren. in lillud. ff. de appell.
quem secutus est Nicolaus Ant. Grauatius in annot.
ad praxim Octauiani Vestrij lib. 7. ca. 3. nu. 3. 1. appel-
8 lantem qui appellando conuictus est iudici, asse-
rendo illum iniquẽ, odio & pretio iudicasse & his si-
milia, puniri extraordinariẽ quam sententiam uide-
tur in secuta nouã constitutio Pedemontium in tit.
Come si hæc fare l'apellatione, & in qual. tẽpo. quẽ
p̄na 25. coronatorum hos conuictiores punit.

Quæ quidem iuris sententia extenditur, ut proce-
10 dat etiam, cum quis magistratus ex toto magistratũ nõ
deposuit, ueluti, cum est in syndicato, ita Ias. d. l. prin-
cipalibus. nu. 4. ff. si cer. pet. idem in l. si ita stipulatus.
§. Chrylogonus, quintõ notab. de uerb. obli. & Tiraq.
d. c. 28. nu. 7. & Placa d. c. 6. nu. 12. Bald. tñ in l. obser-
uare. §. proficisci. num. 6. uers. septimõ quæritur. ff. de
off. procons. quo desumpta est hæc doctrina, intelli-
11 git esse uerum, quando t̄ contemplatione officij mag-
istratus fuit iniuria affectus, alias non, & recte qui-
dem: quoniam tempore syndicatus is nõ dicitur esse
in magistratu, sed suspensus, suspendi enim seu inter-
dici ei debet officium: ita Paris Puteus tract. syndica-
tus in titu. de off. syndica. pagina 4. quem est secutus
Gramma. conf. 10. nu. 3. Ego tamen opinor iniuriã tẽ
hunc magistratum ita suspensum nõ puniri p̄na il-
la ordinaria & atroci, qua regulariter puniuntur ini-
12 uriantes magistratus, qui re ipsa magistratu fungun-
tur: sed potius p̄na extraordinariã iudicis arbitrio.
quã a fortiori probat l. iudici. ff. de iniurijs. & l. illud.
ff. de appell. & ibi clarẽ Bar. nã iura illa probant infe-
rentẽ iniuriã iudici, qui sententiã tulit, & a qua fuit
13 appellatũ, extra ordinẽ puniri iudicis arbitrio: eo quã
pendente appellatione is ab officio suspenditur, quẽ
14 admodum suspenditur & ipsa sententia. l. 1. §. ulti. ff.
ad Turpil. & cũ Bar. in d. l. illud. ff. de appell. transit
Placa d. c. 6. nu. 12. Secundũ exemplũ est atrocis iniu-
15 riæ, cũ quis t̄ iniuria afficeret Rectorẽ Gymnasij. nã
is Principis personã sustinet, & dignitate omnes ante
cellit: ut ex statutis ipsarum Academiarum uidemus.
quo circa eos iniuria afficiens p̄na capitis plectun-

tur: quã olim Papiæ, contra Ricium; & Pisis contra
Crassum obseruatum nostra ætate fuit. scribit etiam
Bal. in auth. habita. nu. 17. C. ne filius pro patre, arbi-
16 trio iudicis puniri t̄ afficientem iniuria scholasticũ,
& si atrocem ratione personæ esse nõ dicat.

Tertium exemplum atrocis iniuriæ est, cum quis
17 t̄ iniuria afficit Doctõrem: nam & ij iudicandi mu-
nus habent, auth. habita. C. ne filius pro patre, quod
intelligitur in professoribus inter suos scholasticos:
ceteri autem solam dignitatẽ habent. cap. quanto.
ubi Abbas, de magistris. & i specie nostra sentit is Pla-
ca d. cap. 6. num. 4. ob dignitatem ergo consideratur
atrox iniuria, in his autem doctõribus non profiten-
tibus nõ reperio a iure cõmuni diffinitum, quã
p̄na sint plectendi illi; qui eis iniuriam inferunt:
quam obrem arbitrio iudicis puniendi erunt. in Me-
18 diolanensi dominiõ sancitum est ex nouis t̄ constitu-
tionibus, sub rub. de p̄nis, cap. si quis non prouo-
catus, inferentes iniuriam doctõri collegiato punien-
dos esse ultra p̄nam iuris communis, quã arbitra-
riam esse diximus, p̄na aureorum ductuũ, & duã
pars p̄nẽ defertur collegio, ea ratione factum est, quã
illata iniuria uni ex collegio, dicitur illata ipsi colle-
gio. l. decuriones. C. de quẽst. Ita Iacobus Beluisius in
sua pract. iudiciaria. n. 52. & Conradus Lauden. de
duello, conclus. 17. nu. 19. & probat glo. in ca. uulgaris,
in uerbo, totum. de p̄nit. distin. j. Rursus constitu-
tionem illã intelligo de doctõre tam iuris quã me-
dicinæ, philosophiæ & theologiæ: nã & ii doctores
omnes sunt, & sæpe iure consultis præferuntur. ut scri-
bunt omnes in l. cum quid. ff. si certum peta. & dum
constitutio considerat iniuriam ex causa prouenien-
te ab exercitio doctoratus, intelligimus ultra ius cõ-
mune disponere. nam supra diximus afficientem ini-
uria magistratum ob priuatam inimicitiam puniri
eadem p̄na, quã puniretur, si eum iniuria affecisset
19 ex causa ipsius magistratus, si ergo t̄ doctõr ex alia
causa affectus sit iniuria, ut ob inimicitiam aliunde
prouenientem, p̄næ locus non erit. quo circa quali-
tas hæc probanda erit ab ipso doctõre, cum suam
20 accusationem ita qualificatam deducat, & sine illa
qualitate deducta nihil ei quoad constitutionis p̄nã
prodesset. is enim qui in qualitate fundamentum cõ-
stituit, debet eam probare, ut latẽ diximus supra in ca-
su 185. & quod ait de doctõre collegiato, ego intelli-
go etiã de eo qui de proximo esset collegiandus ac-
ceptandus. idq; ex doctõr. Angein. pen. ff. de milit.
testa. dum affirmat statutum punientem offendẽ-
tem scholarem in matricula descriptum, locum etiã
21 habere in eo, qui de proximo scribendus est. & cum
Angelo senserunt Alexan. in l. si quis id quod. col. 1.
de iurisd. qm. iud. Ias. in auth. si quã mulier. nu. 15.
C. de sacros. eccl. Feli. in c. eam te. nu. 1. de rescrip. Ni-
conitius in rub. ff. sol. matr. nu. 195. & Tiraquel. trac.
de legibus connubia. post leges, nu. 15. nec etiam rela-
22 tãt constitutiones procedunt in solo licentiatõ, uel
qui examẽ priuatũ fecisset. glo. clem. 2. de magist.
Feli. in cap. eam te. nu. 1. de rescri. nu. 15.

Quartum exemplum atrocis iniuriæ dicitur, cum
23 quis coram ipso magistratu aliqua iniuria afficitur
ut probat d. l. Prætor edixit. §. ulti. de iniurijs. & d. §.
atrox. instit. eo. confirmat Iulius Paulus lib. 4. senten-
iuris. ut. 4. §. atrox. & ibi pulchrẽ Cuiacius, & ob id

eam statim punire potest is magistratus: ita Bart. in l. scriptus. de relig. & sumpt. fune. Parisius d. conf. 147. nu. 1. r. 1. 2. lib. 4. Marf. sing. 549. & legibus Græcorū ita cautū fuit, Aymarus Rinalius lib. 2. histo. iuris ciuili. in princip. sic etiā illata esset iniuria in foro corā multis personis, qd ex relatis iurib⁹ affirmarūt Cur. iun. cōf. 148. nu. 2. & Conradus d. cōcluf. 17. nu. 19. ex Placa. d. c. 6. nu. 15. in Mediolanensi dominio ex p̄cita 25 tis cōstitutionib⁹. in titulo de p̄enis, c. quicūq; ense, indicta est certa p̄na illis, qui corā Principe, uel magistratu, uel in foro, & curia facto iniuriā, seu uulnus 26 uel uerba alteri intulerūt. Ferrariae uero extat statuta rutū, lib. 1. sub rub. de officio potestatis Ferrariae, quō tribuitur liberū arbitriū Pretori puniēdi iniuriā tē aliquem coram eo, ita Patauū extat statutum sub rubri. de uerbis iniuriosis, c. r.

27 Quintū ac nūc ultimū exēplū, cū in faciē q̄s fuit uulnerat⁹, uel percussus, ueluti, si oculus eruarur, quē 28 admodum cōtingit Lycurgo Lacedæmoniorū legis latori, cui Alcāder baculo oculū eruit, auctor est in illius uita Plutarchus, atrox etenim hęc creditur iniuria. d. 1. Prætor edixit. §. ulti. & d. §. atrox. quō circa re 29 tē noua cōstitutio est Mediolanensi, in tit. de p̄enis proh. c. eruens oculū, sancitū fuit contra ita iniuriātes, posse puniri ēt p̄na corporali, arbitrio iudicis, ex statuto f̄ autē Papiæ 19. sub rub. de p̄na illius qui uulnerauerit uel percusserit aliquē, est indicta p̄na contra eruentē alteri oculū ducētū librarum, quam si intra quindecim dies nō soluet, ocul⁹ ei pari modo eruedus erit, ita, n. obseruatur illud euāgelicū, Oculus p̄ oculo, in multis ēt Italiae locis statuta extat, q̄bus cōceditur arbitriū iudici indicendi p̄nā, cuius uis uerbali iniuriā causa, quemadmodū 31 cautū est Veronæ ex statuto, 3. c. 26. sub rub. qui uerba iniuriosa dixerit, & de iniuria personali in c. 28. 32 29. euuldē libri, & Ferrariae ex statuto li. 3. sub rub. d. 33 P̄na dicentis uerba iniuriosa alicui, & Patauū statutu. sub rub. de uerbis iniuriosis, c. 1. & 2. & sub rub. de iniuriantibus officiales, c. 1. 2. 3. quæ sanē statuta declarari atque interpretari ex relatis debent.

S Y M M A R I V M.

- 1 Procurator pro reo i p̄nis pecuniarijs cō parere p̄t.
- 2 Iudices posse cogere reos ut corā se omnino cōpareāt.
- 3 Cautela qua reus uti potest ad constituendum procuratorem, ubi p̄na pecuniaria est indicenda.
- 4 Responsio in indiuiduo faciēda q̄, & de eius effectu.
- 5 Procurator quando respondendo, dominum obliget.
- 6 Veritatem detegi ex motu personæ interrogatę.
- 7 Iudicis arbitrio relinqui an reus debeat personaliter comparere.

C A S V S C C L X I I I.

PROCURATOR REI CRIMINOSI quando reijci possit, & reum cogi comparere.

1 **D**Octorum magis recepta opinio est, f̄ procuratorem rei accusati nomine comparere in iudicio ad eum defendendum posse, quando pro delicto esset imponenda p̄na pecuniaria: ita Bart. in l. seruum, quoque §. publicē. ff. de procura. & communem testatur Rubens in repe. l. penult. §. ad crimen. nu. 183. ff. de publ. iud. & attigimus supra li. 1. q. 80. Verū eue

nit sape, q̄ iudices iustis d̄ causis uolūt reū ipsum interrogandū cōparere, an is reus ita cogi possit: Iacobus Butriga, referēte Bar. d. §. publicē. nu. 6. attulit cōsiliū ad hoc euitandū, ut reus f̄ procuratorem constituat ad sic & sic respōdendū: est, n. mandatū hoc (ut obiter hoc admodū annotatione dignū dicā) de respōsione in indiuiduo faciēda, & d̄ formalis ipsius rei respōsio, ita Bar. in l. nō solū, in prin. nu. 8. & ibi Ange. ff. de procura. idē Bar. in l. filiusfam. nu. 1. ff. de dona. et cōf. 84. In causa statii, lib. 1. pulchrē admodū Bal. in conf. 110. Decreto domini cauetur. li. 1. & conf. 181. factū super quo, lib. 5. Ange. Are. in §. p̄tereā, nu. 32. 33. in ff. de excep. Roma. cōf. 241. col. pe. Ias. in l. inuitus, nu. 5. C. de proc. & in l. si procurator, col. j. & 2. ff. de cond. in deb. Ant. Capicius decisio. 67. & Vanrius tract. nullitātū, in tit. de nullitate senten. ex defectu mand. cōpa. nu. 93. 97. quo sanē mandati genere utimur, ut f̄ procurator respōdēdo possit obligare dominū, ēt ad p̄nā sanguinis, & ex relatis locis satis uniuersusque poterit intelligere quomodo uerba illius mādati concipiēda sunt, uoluit ergo dicere Iacobus Butrigarius, mādātū hoc ad sic respōdendū sufficere, quia ex procuratoris respōsione incidet dominus in p̄nā. Verū adhuc non sufficere scribit Bar. d. §. publicē. nu. 6. q̄n uellet iudex rei accusati p̄sentia habere, ut hominis faciē, dū interrogaretur, intueri possit, & cognosceret quo uultu, qua constantia, uel animi trepidatione responderet. nam ex illius animi motibus f̄ueritas sape detegitur. l. de minore. §. tormenta. ff. de minor. quam obrem subiicit Bart. d. §. publicē. nu. 6. in si. esse f̄ iudici arbitrariū, q̄n cōpareat solus p̄curator cū mandato ad respōdendū, uel ueniat ip̄met accusatus. cū Bart. senserūt Ruinus conf. 118. nu. 5. lib. 5. & Ant. Capicius decis. 143. nu. 5. qui & alios recensent, prudens ergo erit iudex cū delicti causa postulabit. cetera scripsimus supra lib. 1. d. q. 80.

S Y M M A R I V M.

- 1 Causa capitalis & criminalis quæ.
- 2 Iudicis arbitrio relinqui, q̄ causa capitalis dicatur.
- 3 Capitalem causam esse, quæ uitam adimit.
- 4 Criminalem causam à capitali differre.
- 5 Roberti Aurelianensis opinio de causa criminali & capitali.
- 6 Duareni opinio de causa capitali, criminali & ciuili.
- 7 l. Caius ff. ad S. C. Syllan. intellectus & genuinus sēs.
- 8 Ciuilis causa sepius appellatur pecuniaria.
- 9 Dubitadi ratio ad l. Caius ff. ad Senatūscōsul. Syllani.
- 10 Delicta morte extinguui.
- 11 P̄nas pecuniarias nō extinguui morte delinquentis.
- 12 Constantini Harmenopoli locus.

C A S V S C C L X V.

CAPITALIS CAUSA QUÆ, ET quæ criminalis, & de genuino intellectu l. Caius, ff. ad S. C. Syllania.

Posteaquam tractare cœpimus de arbitrariis iudicium in causis capitalibus, criminalibusq; haud incongruum est hoc loco agere, quando f̄ causa capitalis, & criminalis dici possit. Bald. in l. eos. §. sup. ijs. uerū.

uer. extra quæto. C. de appella. scriptum reliquit, causam capitalem considerari arbitrio iudicis, ex eo qd euenire potest consideratis demeritis rei, argu. ult. C. de iniurijs. potest enim delictum iniuriarum, ratione qualitatis personæ considerari capitale, & nō capitale, rursus ab euentu, quia potest contra iniuriātem procedi altero ex duobus modis, ciuilitate scilicet & criminaliter, l. lex Cornelia. ff. de iniurijs, ab euentu, ergo iudicatur causa criminalis seu capitalis. Ego (ut paulo altius rem cum beneuoli lectoris utilitate repetam) scio causam capitalem uere à criminali distingui, Est. n. capitalis f̄ cā & iudiciū, quæ uitā adimit, uel quæ ciuem Romanū de ciuitate eximit, ut ultimum supplicium, aqua & ignis interdictio, at que his similia, l. 2. ff. de publ. iud. §. capitalia, inst. eo. & eruditissime explicauit Horomanus in commentarijs ad orationem Ciceronis p̄ P. Quinctio, interdū tamen latiori significatione dicimus capite puniri, nam & de his qui bestijs subiiciuntur, intelligitur l. 3. & l. pen. ubi glo. ff. ad l. Corneli. de fica.

4 f̄ Criminalis autē causa, quæ uere à capitali distinguitur, est, cū p̄na pro perpetrato delicto imposita fisco deseratur, quemadmodū ē cōtra ciuilem illa d̄, q̄n p̄na parti laesa cōceditur, ita gl. l. 3. ff. de sepul. uiol. ubi Bar. quæ sanē opinio uera est & cōmunis, & hęc esse magis receptā sententiā testātur M. Ant. Blācus in Practica crimina. parte quinta, incipit iuris inditijs p̄ reū. nu. 158. Decius in rub. extra de iudicijs. nu. 9. Gomez. in ff. de actio. in prin. nu. 19. Boerius. q. 349. n. 2. et nouissime hęc defendit Duarenus lib. j. disputa. antiuerfa. c. 35. nec ab hac multū recessit Rober. Aurel. lib. 4. sen. iuris c. 9. quāquā is postmodū i deo dictū iudiciū ciuile opinetur q̄ olī iure ordinario ageretur, essetq; finitus modus agendi, & ad certas formulas redactus, quo circa ciuile examinationē ordinē illū appellauit Vlpianus in l. 1. ff. de abigeis. & criminale iudiciū ab eo sūpsisse nomen credit, q̄ extra ordinē nulla p̄posita formula, sed simpliciter ad criminis ultionē ageretur, l. unica. C. quā ciuili. act. cri. p̄ iud. §. i sūma. inst. de iniu. Duarenus uerō dixit, ciuilitate agi, hoc est humaniter, & ut ciuē decet. l. 1. ff. de incen. tui. & naufr. & l. ulti. C. de iniurijs, & dum interpretarer aliquā rubricā. ext. de iudicijs, cū Duareno sentiebam unū, hoc est, causā criminalē censeri, cū p̄na, ēt si pecuniaria est, fisco deseratur. Nec aduersatur fortissim⁹ obex. l. Caius. ff. ad S. C. Syl. in cui⁹ declaratione miris cruciatibus se hactenus nostri torserūt. eo. n. in respōso appellatur causa ciuilis, cū tamen p̄na fisco de lata esset. ego, aliorū ambagibus p̄termisissis, respōsū illud interpretor, ut ibi uere causa esset criminalis, sed p̄na imposita ratione cōmissi criminis esset pecuniaria, quæ sanē p̄na pecuniaria eo in casu nomē tribuit, ut causa ciuilis appelleretur, id qd esse uere potest. nā qn causa criminalis à ciuili p̄prie ponitur tāquā diuersa f̄ ciuilibus sepius pecuniaria appellatur. ut in l. ulti. ff. de ferijs. in l. 1. in prin. ff. de testib. in authē. sed hodie. C. de epis. & cle. l. tunc conuenit. C. de accu. l. ult. C. de requ. reis. l. interrogari. C. de quæstio. auth. sed nouo iure. C. de p̄na iu. qui malē iud. Cum uerō solū est sermo de causa criminali, iudiciū ratione criminis criminale appellatur, sed p̄na interdū pecuniaria est: ut in l. ulti. ff. de priua. delictis, & in d. l. Caius, quā sic intelligo. nā ibi indicitur p̄na forori

heredi indigna nō uindicati defuncti fratris necē, iuxta S. C. Syllaniani cōstitutionē. & ob id ut indigna, p̄na ea punitur ut hereditate fratris priuetur, & illa fisco deferatur. quam obrē erat in respōso illo d. l. Caius, f̄ dubitadi ratio, quia dicendū uidebatur, q̄ & si illa Titia soror fuisset indigna, & ob id incidere in p̄nā Senatūscōsulti Syllaniani, nō tamen uideatur esse posse locū illi p̄næ post mortē ipsius Titia: eo quia p̄ mortem delictum & p̄na extinguitur. l. unica. C. si ex delict. defuncti. l. 1. & l. penult. C. si reus uel accusa. mort. fuer. Veruntamē aliter respondit Iu reconsultus in d. l. Caius, nempe p̄nam illam nō esse extinctam, cū pecuniaria sit, qm̄ agebatur solū de auferēda successione ab idigna, quæ sanē p̄na mortē illius indignæ non fuerat extincta, l. 3. C. si reus uel accusa. mort. fuer. & l. 3. C. si pend. appella. & plura re tuli in tracta. de recuper. possess. remedio primo, nu. 159. Quibus inferitur haud rectē satis sensisse Constantinū Harmenopolim, qui in iuris promptuario sūma ab eo diligentia compilato scripsit, lib. 1. titul. 2. rub. Quid ciuile sit, quid itē criminale. ciuiles con trouersias esse, quotquot pecuniaria p̄nam seu mulctā iis, qui eas habent, irrogant. hęc uerba, is, qui eas habent, fisco, qui mulctarū ius habet, non autem priuatū ostendunt. Causā ergo ciuilem esse sentit, etiam cū p̄na pecuniaria fisco deseratur, qd cōi opinioni aduersatur, sed cū Harmenopolo sentit Rota decis. 10. de appella. in antiquioribus, ubi decidit, iudicem appellationis datū super causa criminali, non cognoscere super causa criminali ciuilitate tractanda, ut cū p̄na pecuniaria applicatur, & illam decisionem reulit supra lib. 1. quæst. 82. nu. 3.

S Y M M A R I V M.

- 1 Delictum graue quod.
- 2 Iudicis arbitrio relinqui, qd dicatur graue delictum.
- 3 Excessus enormis quis.
- 4 Seditiosos grauisima p̄na plectendos esse.
- 5 Statutum puniens turbantem pacificū statum ciuitatis non habere locum contra turbantem incidenter.
- 6 Delictum graue dicitur, quo clericus potest deponi.

C A S V S C C L X V I.

DELICTVM GRAUE QVOD, & qui excessus enormis.

Graue delictum graui etiam p̄na puniri debet, cum p̄na sit cum delicto commensuranda. c. non afferamus. 34. dist. 1. authen. omnes peregrini. C. communia de succes. & legitur i Deuteronomio, cap. 25. Iuxta mensurā delicti erit plagarum modus, & scribit Marf. conf. 6. in fine. Dubitari itaque contingit, quod graue delictum iure dici potest. gloss. l. 1. in uerbo, parte. ff. de custo. reo. Baldus in cap. proposuit, nu. 2. de appell. docuerunt, esse f̄ iudicis arbitrio. idem respondit Barba. conf. 5. 1. col. 2. lib. 1. conf. 2. 1. col. pen. lib. 2. conf. 80. in fin. lib. 3. & conf. 45. col. pen. lib. 4. Io. Lopez de palatios ruinos in rub. extra de donatio. inter uirum & uxorem. §. 2. nu. 13. idem scriptum reliquit Marsilius in l. quæst. modum. nu. 3. ff. de quæst. quo loci numero 24. idem dixit de graui & enormi

3 & enormi excessu, & gl. c. cu illoru, in uerbo mem-
broru, de sent. excom. Iudex aut estimabit graue deli-
ctu illud ee, quo status Reip. turbari pot. ita Bal. d. c. p.
posuit, post host. & ideo sanxerunt Gratia. Valent. ac
Theodosius i. l. 1. C. de seditio. f. seditiosos grauissima.
pena multandos esse, qua de re plura Boer. in tract. de
seditionis, parte ult. nu. 28. id qd intelligitur. cu princi-
pariter aliquid actu est, quo seditio concitaretur, se-
cus si incidenter; ita Gramma. uoto. 19. nu. 2. post Bal.
in l. 1. §. huius studij. nu. 6. ff. de iust. & iure. qui clare
scribit, qd si statutum indicit pena capitale contra tur-
bata pacificu statu ciuitatis, no habebit locu quando
incidenter perturbatio subsecuta est, nisi, inquit Bal-
dus, pena a statuto esset in dicta contra faciente aliqd,
ex quo perturbatio sequi posset; quia etiam de eo qd
incidenter contigit, cautu est. Sic graue delictu, quo
clericus deponi potest, esse dicitur arbitrio iudicis;
ita Abbas in ca. at si clerici, in princ. nu. 3. 4. de iud. &
ibi Fel. nu. 1. 2. & Dec. nu. 3. 5. late Io. de selua tracta. de
beneficio, tertia parte, q. 3. nu. 1. 2. 7.

S V M M A R I V M.

- 1 Vassallus feudo priuatur si grauem iniuriam domino
infert.
2 Iudicis arbitrio relinquitur, que grauis dicatur ini-
uria, qua uassallus priuari possit feudo.
3 Osculum impudicum datum a uassallo uxori domini
grauem infert iniuriam domino, & ob id uassallus
feudo priuari potest.
4 Cap. 1. §. porro. que fuerit prima caus. benef. amitt.
5 §. Aliud quoque capitulu, in auth. ut cum de appel.
cogno. intellectus & declaratio.
6 Filium posse ultra quatuordecim causas ingratitudi-
nis exheredari.
7 Iudicis arbitrio relinquitur que grauis iniuria dica-
tur, qua filius exheredari potest.

CASVS CCLXVII.

GRAVIS INIURIA QUAE DICATUR
qua uassallus feudo priuari potest.

Relatus nunc casus reuocat in memoriam quod
fancitum est in c. 1. §. porro, que fuerit prima ca
benef. amitt. est. n. sancitu ea constitutione uassallu esse
feudo priuadu, si graue iniuria & inhonesta domino
intulerit, dubitari itaq; contigit, que grauis hoc casu
2 iniuria dicatur, & uere hoc iudicis arbitrio relinqui
tur: quemadmodu probat illam et constitutio dca. 1.
§. sed qa. que fuerit prima caus. benef. amitt. & ibi in
specie annotauit Aluarotus, & egregie declarat Soc.
sen. conf. 99. col. 1. uers. Prætere a si iudex. lib. 3. & Ia-
cobus Cuiacius in c. 1. quibus mod. feud. amitta. quo
circa alias in rubr. extra de iudicij. docui tex. d. c. 1. §.
1. quib. mod. feud. amitta. in illis uerbis, si turpiter lu-
3 serit. in f osculo impudico uerificari, & iudicē recte
arbitrari posse, ex illo grauem iniuriam domino illa
ta esse, ob idq; uassallum feudo priuari posse. Sunt, n.
4 uerba illa si turpiter luserit, & illa d. c. 1. §. porro, si
grauem & inhonestam iniuria, generalia admodum
& apta continere iniuriam hanc ex osculo impudico
nullata, & uere uerba illa generalia esse ad rem nostrā

senfit Alc. lib. 4. parerg. iuris, cap. 10. & Crau. in tract.
de antiq. temp. in 4. parte principali. in principio, nu.
155. Hin etiā infertur declaratio ad tex. f. aliud quo
que capitulum, in auth. ut cum de appell. cogn. dum.
Iustinianus iter cas ingratitudinis, quibus filius a pa
tre exheredari pot, illa unā generalem enumerat: si
grauem & inhonestā iniuriā intulerit patri. in Codi-
ce uero Holoandri sic legitur: si quis parentibus suis
manus intulerit, aut atrocem & indecentem contu-
melia ingesserit. generalis ergo clausula hæc facit, ut
aliae causæ ultra quatuordecim expressæ ac specificæ a
Iustiniano enumeratas, considerari in d. §. aliud quo-
que capitulum, possint. id quod i specie affirmarunt
Alex. conf. 293. nu. 6. lib. 2. Iaf. in auth. non licet, nu.
7. C. de libet. præte. Rui. conf. 74. nu. 3. lib. 1. Fel. in ca-
pastoralis, in princ. de rescrip. Dec. in c. cum speciali,
nu. 5. de appell. Petrasanta sing. 1. & Marf. sing. 78.
& egregie declarat d. §. aliud quoque, Carolus Moli-
naus in cōmentarijs consuetudi. Paris. tit. 1. §. 30. nu.
138. 139. erit, ergo f arbitrio iudicis declarare, que
sit hoc in casu indecens, & atrox contumelia. & con-
ferunt quæ scripsimus supra in casu 262. ubi egimus,
quæ atrox iniuria dicatur.

S V M M A R I V M.

- 1 Confessionis probatio maxima.
2 Confessionem in delictis minori curatore carenti non
nocere.
3 Minor in integrum restituitur, si delictum curatore au-
ctore fatetur.
4 Minorem restitui in integrum aduersus suam confes-
sionem de delicto factam, etiam si errorem no probet.
5 Minori nullum tempus currere ad petenda restitutio-
nem in integrum aduersus confessionem de delicto facta.
6 Confessionem maioris delictum ab eo commissum opti-
me probare.
7 Iudicis arbitrio relinquitur, quod cum confessione de
linquentis concurrat eius motus, hoc est, confessionem
esse ueram.
8 Probationes esse recipiendas super atate, cum dubi-
tatur, an qui delictu est confesus, sit minor uel maior.

CASVS CCXLVIII.

DE VI CONFSSIONIS ETATE MI-
minoris ad delictum probandum.

Cum maxima sit oris proprii f confessio, ut late
scripsimus in tracta. De recuper. poss. remedio
primo, nu. 217. dubitari solet quid in causis capitali-
bus illa operetur. Bal. conf. 310. Aut mulier de cuius.
lib. 1. tres casus distinguit. Primus est, cu agitur de cō-
fessione minoris. Secundus, cum de confessione maioris.
Tertius, cu ambigitur an is maior, uel minor fuerit.
Primo casu dubiu no est, f confessionem minori non no-
cere si curatore carens deliquisse fatetur, cum iudicium
sit nullum, l. cum & minores. C. si aduers. re iud.
& l. clarnm. C. de auto. præta. ex quo. n. iudicium le-
gitime fundatum non fuit, sequitur, confessionem
non nocere. l. in uniuersis. C. qui dare tur. post. ita Bal.
conf. 310. Ang. in tracta. maleficio. in uerbo, compa-
ruerunt inquisiti, uersi. nec non sis cautus. Cyn. & Al-
ber.

ber. in d. claru. C. de auto. p. st. Affi. Etus deci, 208. nu.
2. Marf. conf. 26. nu. 9. & conf. 62. nu. 14. late Rolan. à
Valle conf. 31. nu. 8. l. j. & adeo nullu est hoc iudiciu,
ut nullu ipsi minori currat tēpus a statuto pfixu ad di-
cendū de nullitate ita respondit Ruin. conf. 36. nu. 4.
lib. 5. hæc tamē cōmunis opinio malè hodie obserua-
tur apud Mediolanēses & Venetos, ut testatur Iulius
Clarus lib. 5. sent. iuris. §. si, q. 59. in prin. & q. 5. uers.
ulterius Cassonus in Pract. crimi. Si uero minor cu-
ratorē habēs eo auctore delictu fatetur, in integrū re-
stituitur, si dolu aduersari probet, uel iudicis bladi-
rias, quibus allectus cōfessus est. ita probat Cynus in
1. 1. C. de confess. ex l. certu. §. sed an ipsos. ff. eo. & post
Bald. d. conf. 310. idē censuit Ang. in d. §. sed an ipsos.
& Iaf. in l. ait Prætor. §. si minor. nu. 7. de iure iur. qui
post Angelu ipsu, & Alex. ac alios nonnullos, docuit,
hanc ipsa in integrū restitutionē concedi et si de er-
ronea confessione non doceatur, cu satis ex sola ipsa
cōfessione de latione appareat. idē respōdit ipse Iaf.
conf. 133. nu. 1. lib. j. & conf. 188. nu. 1. li. 2. Rui. cōsi.
135. nu. 8. lib. 1. & cōf. 59. lib. 4. Affi. d. deci. 208. i. si.
Marf. sing. 445. Minor lesus. Pari. conf. 96. nu. 9. & nu.
85. lib. j. Grama. conf. 16. nu. 1. & conf. 60. nu. 1. Ro-
lan. conf. 51. nu. 38. lib. j. imò respondit Bald. d. conf.
310. col. 1. uers. notandumq; est f minori ad hanc re-
stitutionē impetrada nullu tēpus currere, donec pen-
det iudiciu, & suffragatur etas. Illud quoque affirmat
Bal. minori nō nocere repetita confessionē, nec resti-
tutionis renuntiationē: nā repetitio maiorē arguit fa-
cilitatē. l. doli. §. diuersu. de noua, & l. si mulier. C. ad
Valleia. Sic ipsa renūtiatio. l. nō tantu. ff. de appell. gl.
notab. in l. pactu inter hæredem, de pactis.
Secundus est casus, cum de f confessione maioris
agitur; quo quidem in casu cōcludendum est, illi stā-
dum, & iudicem in eum sententiam ferre posse, cum
(ur admonui) nulla melior sit pbatio. id quod in tel-
lexit Baldus. in d. conf. 310. col. 1. uers. aut confessio
facta est. qn cum hac ipsa confessione spontanea con-
currit motus ipsius iudicis, ut quia sen sit, cōfessionē
secundum facti ueritatem emanasse, nec metum uel
dolum adfuisse. de quo quidem iudicis motu illius
7 assertioni & conscientia standum est: sicq; eius ar-
bitrio relinquitur. id quod (inquit Bal.) probat glos,
notab. in l. si Prætor. §. Marcellus. de iud.
8 Tertius est casus, cum dubitatur an is f maior, uel
minor sit tunc, inquit Baldus d. conf. 310. col. 1. uers.
tertio casu, super hoc recipi debent probationes, qa
ætas a processu, quemadmodum in innocentia a pœna
defendit, ergo an minor, maior sit. tanquam quid p-
iudiciale, ante omnia summatia cognitione termina-
ri debet. iuxta. l. si putas. C. de peticio. hære. & l. quon-
iam Alexandrum. C. de adulter.

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio in tormentis facta quomodo probet.
2 Iudicis arbitrio relinquitur, quam probationem faciat
confessio facta in tormentis.
3 Index obseruare quid debeat, ut cognoscat ex confes-
sione delinquentis facta in tormentis, delictum esse
probatum.
4 Confidenti occidisse hominem & in mari proiecisse,
non creditur, nisi de cadauere constet.
5 Alerij Max. locus.
6 Agrij Argentarii memorabile exemplum.

- 7 Furtum re ipsa esse commissum constare debere, anieq;
credatur confitenti se furtum commississe.
8 Cōfessio possibilis ee det, ut cōfidenti delictum noceat.
9 Confessio ut cōfidenti delictu noceat det ee uerisimilis.

CASVS CCLXIX.

QUANTVM CREDENDVM SIT
confessione delinquentis factæ in tormentis, &
de memorabili exemplo cuiusdam serui.

Posteaquam de confessione in causis capitalibus
uerba facere cepimus, placet & hunc casum sub-
nectere. Dubitari ergo contingit, quando f confessio
in tormentis facta probet. Marfiliius i. l. quæst. modū
2 nu. 17. de quæst. scriptum reliquit, hoc f iudicis arbi-
trio relinqui, ex l. 1. §. Diuus Seuerus. ff. de quæst. nam
metu tormentorum non pro rei ueritate facta credi-
tur, ut in d. §. Diuus, scribunt omnes. quam obrem iu-
stificari ex alio debet: ita Decius conf. 564. nu. 7. pru-
dens ergo & diligens esse debet f iudex, ne ita passim
confessionibus istis credat: sed debet considerare an
illa confessio sit probabilis, possibilis, & uerisimilis.
Probabilis est cum constat delictum esse perpetratu:
utputa, constat de cadauere interfecti, quo circa si qs
4 f confiteretur, se hominem occidisse, & in mari pro-
iecisse, ei nō creditur ita simpliciter, ita Bal. in l. cum
probatio. ff. de proba. Ang. in l. 1. C. de cōfessis. Marf.
in l. 1. in princ. nu. 3. 2. de quæstio. Boerius. q. 164. nu.
8. & Craue. conf. 292. nume. 3. uers. quinimmo. Extat
5 f egregium exemplum apud Valerium Max. li. 8. cap.
4. de seruo Agrij Argentarii, qui dum esset in simu-
latus occidisse Alexandrum Titi Fannii seruum, eoq;
nomine tortus a domino, admisisse id facinus cōstan-
tissimus asseuerauit, itaque Fannio debet f supplicio
affectus est. paruulo dein tempore interiecto ille cui-
us de nece creditum erat, sospes domum rediit. Sic
7 in eo qui cōfessus est f commississe furtum, consta-
re prius debet furtum esse, perpetratum: ita Marfilii-
am citatus, & Craue. conf. 260. col. 2. & similia recē-
set Parisius conf. 153. nu. 8. lib. 4. Possibilis quoque ef-
8 se det f confessio hæc, alioquin nō nocere. utputa, si
quis confiteretur, se occidisse eū, qui adhuc uiuit; ita
Marf. d. l. 1. in prin. nu. 33. de quæstio. qui alia exēpla
6 reuulit. f uerisimilis et ee debet, ut late declarat Marf.
præcitato loco nu. 35. non refero.

S V M M A R I V M.

- 1 Inditia ad torturam precedere debent.
2 Inditia que sufficiant, ut torture locus sit.
3 Iudicis arbitrio relinquitur, que sint inditia ad torturā
sufficiantia.
4 Iudicis arbitrio relinquitur an cōfessio reuocata faciat
inditium sufficiens ad torturam.
5 Index quid obseruare debet, ut intelligat inditia tor-
turam sufficiantia.
6 Inditia debent esse uerisimilia & probabilia.
7 Inditia a latinis signa appellantur.
8 Inditia necessaria que.
9 Inditii necessarii exemplum.
10 Falsum instrumentum probari ex locorum distantia.
11 Diuū Ambrosiū eadē die fuisse Romæ & Mediolani.
12 Quintiliani locus.

- 13 Inditium credibile, seu uerisimile quod.
- 14 Salomonis prudentissimi Regis iudicium.
- 15 Caroli magni egregium iudicium.
- 16 Homicidam probari, si cadauer coram eo emittit sanguinem.
- 17 Cadauer cur sanguinem coram homicida emittat.
- 18 Vulneratus creditur ab eo, qui domum cum gladio sanguinolento egreditur.
- 19 Vlyxis factum, & accusatio.
- 20 Inditium non repugnans quod.
- 21 Furtum commissum presumi ab eo, qui domi solus erat tempore quo commissum fuit.
- 22 Homicidium presumi commissum ab habitantibus.
- 23 Inditia certa esse debere, ut tortura locus sit.
- 24 Statutum Verone lib. 3. cap. 3. sub rubr. De ponendis & non ponendis ad tormenta, declaratur.
- 25 Statutum Ferrariae lib. 3. sub rubr. Ex quibus causis, & quando possit quid torqueri, declaratur.

CASVS CCLXX.

QVAE INDITIA AD TORMENTA SUFFICIENT, & de eorum diuisione; multa notatu digna explicantur.

Questioni, quam torturam uocant, ut locus sit, inditia aliqua perpetrati ab eo delicti procedere debent, qd late supra attrigimus libro superiore, q. 83. Dubitari nunc cotingit, q sufficiantia inditia esse dicantur, quibus adductus iudex reum quaestionibus subiiciat. Bar. in l. ult. nu. 5. & ibi Iacobi Marf. nu. 4. d. qd affirmauit esse in iudicis arbitrio, idem scripsit Dec. in l. Magistratibus, nu. 10. de iurisd. om. iud. ubi ait esse etiam in arbitrio iudicis, an reuocata confessio inditium faciat ad torturam, alia idem in l. nemo ut fraudare, nu. 10. de reg. iur. & col. 363. nu. 6. Marf. in l. qonis modum, nu. 38. de qd. & in Pract. crim. §. diligenter, nu. 23. idem in conf. 8. nu. 25. Thomas Ferrarius cautela, 5. nu. 3. idem scriptum reliquit Tiraq. in l. si unquam, in uerbo, oia, nu. 3. C. de reu. do. Alc. respon. 463. nu. 4. & resp. 478. nu. 1. Gramma. col. 17. in fi. & Crau. conf. 6. nu. 1. 2. & conf. 99. nu. 1. post Bald. conf. 77. li. 3. & idem Crau. conf. 13. in fi. Bossius tract. causarum criminalium, tit. De inditijs, nu. 30. quibus addo etiam Afflictum in cap. 1. nu. 2. uer. item datur arbitrium iudici, an requirantur plura inditia, ex quibus caus. feud. amitt. Verum, ut admonuit Marf. in d. §. diligenter, nu. 24. & superiore libro explicauimus q. 13. arbitrium hoc esse debet iuri ac equitati consentaneum. Iudex sergo noster diligenter perpendere debet inditorum qualitatem: nam debent esse probabilia & uerisimilia. l. milites. §. oportet. C. de qd. debent & esse graua & luce meridiana clariora: ita Bal. col. 259. Verba inquisitionis, col. 1. lib. 1. Crau. conf. 6. nu. 1. 2. & conf. 99. nu. 1. sunt inditia, quae latini signa recte appellant, multiplicis generis, aliquando inditium necessarium appellatur, aliquando credibile, seu uerisimile, ali quando uero, atq; ita tertio, non repugnans. Primum inditium siue signum, quod necessarium dicitur, quando ex eo qd instrumentis, uel alio simili continetur, necessario efficiamus, quod intendimus, & huius inditij tanta est uis, ut probatio concludens dici uere possit, quo circa sufficit, non modo ut reus ex eo conui-

ctus qonibus subiiciatur, uerum etiam ut condemnetur, id quod late explicabimus infra in casu 278. uno tamen exemplo ad huius rei declarationem nunc utar. Accusaris falsum instrumentum scripsisse, producit instrumentum, in quo scriptum est, te die 8. Septembris huius anni hic Patauij mihi mutuo dedisse centum coronatos. ego testibus probo me ea die octaua Romae fuisse: sequitur ex hoc inditium necessarium, ob maximam locorum distantiam falsum scriptum esse, te mihi mutuo ea die dedisse hic Patauij, ita probat. l. optima. C. de contrah. & commit. stip. ubi Bal. qui scribit, hoc non sine miraculo effici posse, ut quis eadem die sit duobus in locis tam distantibus, ut miraculose de-
11 Diuo Ambrosio memoriae proditum est: qui mane missam Romae celebravit, & statim uisus fuit Mediolani, & de Beato Isidoro simile scribit Boer. q. 17. §. n. 12. 7. simili exemplo utitur etiam Quintilia. lib. 5. Inst. orato. caetera suo loco prosequar.
13 Secundum inditium, qd credibile seu uerisimile dicitur, a nostris inditium proximum appellatur, hoc proximum solum inditium sufficit, ut reus quaest. subiiciatur, ut mox dicemus. Exemplum huius inditij afferri potest in iudicio prudentissimi Salomonis in ca. ferte gladium.
15 de pba. simili iudicio usus est fuit Carolus magnus, is, cum accepisset patrem & filium homicidij accusari, & re uera adhibitis etiam grauissimis cruciatibus constare non potuisset, quorum alter ex is delictum perpetrasset, utrumque laqueo suspendi iussit, hoc cognito pater nullam inde sibi spem uitae considerans, rem omnem patefecit, atque ita se reum criminis detexit, filiumq; liberauit, ita recensent Isernia in ca. 1. §. publici latrones, de pace tenen. & Boer. q. 166. num. 6. qui sub nu. 1. post multos aliud exemplum huius inditij proximi attulit, quando homicida coram cadauere ducitur, si sanguinem ex uulneribus cadauer emittit, is fugit inditium credibile & proximum, illud fuisse homicidam, testaturq; eo loci Boerius, ita aliquando Venerijs usu uenisse, ita Romae accidisse scribit Paris Puteus tract. Syndicatus, in uerbo Tortura. Marf. in praxi crimi. §. diligenter, nu. 81. & Blancus in l. ult. nu. 408. de qst.
17 & qua ratione hoc eueniat, doctissime disputat Hier. Maggus li. 3. Miscel. c. 5. Tertium exemplum adferri potest, probatum est aliquem in domo illa fuisse uulneribus confossum, probatur etiam te domum illam egressum fuisse una simul habens gladium & uestem sanguine madentes, hinc insurgit inditium proximum, te illum occidisse, hoc exemplo usus fuit Fabius Quintilia. d. lib. 5. Inst. orato. c. 9. & Est exemplum in Vlyxe, qui reperto Aiace in sylua gladio interempto (se ipsum etenim interfecit, posteaq; resciniit quae per insania fecisset) gladium cruentum e corpore eduxit, & a Tenero Aiace fratre accusatus fuit qd Aiace interfecerit, cuius rei meminit M. Tull. in primo ad Herennium. simili exemplo utitur nostri, ut Bar. in l. fur est, nu. 2. de furtis. Bald. in l. neq; natales. C. de proba. & Boer. d. q. 166. nu. 2. quo loci multorum autoritatibus affirmat, haec inditia sufficere, ut is accusatus qonibus subiiciatur. Marf. tamen in l. unius. §. testes, nu. 1. de quaestio. dixit hoc inditium esse remotum, quod falsum esse opinor.
20 Tertium inditium siue signum, qd non repugnans dicitur, a nostris leue inditium, uel presumpuum appellatur: ut apud Duarenum li. 1. di. pu. anni uersa. ca. 27. hoc sola suspitione, uel leni iuris praesumptione

ne nititur. Exemplum sit: uolo probare te furtum commisisse, probo te unum domi fuisse cum res subtrahata est: suspicio hinc aliqua insurgit, te subtrahisse, ita Bal. in l. 1. nu. 6. C. locati. & Iacobi in l. si quando, nu. 21. 39. C. unde ui. Aliud exemplum homicidium creditur hac suspitione perpetratum ab ijs, qui in domo commorantur. l. 1. ff. ad S. C. Syllania, hoc inditium cum remotum sit, nisi alijs inditijs & aduinculis adiuuetur, non erit aptum, ut is reus qonibus subiiciatur: ita Bar. in d. l. ult. & ibi Marf. nu. 4. de quaestio. qui declarant, ut apud eos. Illud etiam obseruabit iudex antequam ex inditijs reum quaestioni subiiciat, ut singula ipsa inditia sint certa, hoc est, saltem duorum testimonio probata: ita post Baldum & alios plures scripsit Marf. l. unius. §. testes, nu. 1. de qd. & sing. 585. Gramma. uoto. 22. caeteros sciens praetero. Quibus inferitur declaratio ad illa statuta, quae arbitrium tribuunt iudicentibus subiiciendi reos qonibus, ut ex-
24 ratum Verone lib. 3. c. 3. sub rubr. De ponendis & non ponendis ad tormenta. nam hoc arbitrium intelligitur, modo legitima inditia precedant, & quaestio inditia sunt sub iudicis arbitrio. sic declaratur statutum Ferrariae lib. 3. sub rub. Ex quibus causis & quando possit quis torqueri.

SVMMA RIVM.

- 1 Quaestionibus & tormentis cum quis subiiciendus est, ratio habenda est qualitatis suae personae.
- 2 Iudicis arbitrio relinquitur modus et qualitas torture.
- 3 Statuta Ferrariae et Verone de tormentis, declarantur.

CASVS CCLL.

TORMENTORVM MODVS A IUDICIS arbitrio pendet:

Cum criminis reus accusatus quaestioni subiicitur, habenda est ratio qualitatis personae. sunt equidem uariae hominum conditiones: sunt aliqui robusti, aliqui debiles, aliqui nobiles, aliqui rustici: atque ita non aequae omnes sunt ut pares cruciatibus ferre possint, quo circa hic modus adhibendae qonis & torture iudicis arbitrio relinquitur, ita Bal. in l. unica, nu. 9. C. de confes. Gadinus tract. maleficiorum sub rubr. De qonibus, nu. 10. Castr. col. 296. Vifa inquisitione. lib. 2. Roma. conf. 451. Quaedam mulier. col. 2. quos secutus est Marf. in l. qonis modum, nu. 1. de qd. & Lud. Caretius in Practica criminali pagina, 93. nu. 2. quae sane sententia probatur in l. 1. §. qd. & d. l. qonis modum, de quaestio. ac arbitrium per statuta tribuunt iudicentibus, ut in casu statuti Ferrariae & Verone, intelligitur etiam quod ad modum ipsorum tormentorum, est etiam hac re animaduertendum, iudicem diligentem esse oportere, ne sua culpa i tormentis tortus pereat: quoniam tunc is iudex puniretur: ut dicemus in casu 339.

SVMMA RIVM.

- 1 Constantia multorum in tormentis.
- 2 Exempla multorum, qui in tormentis constantes fuerunt.
- 3 Tortura repetenda an sit.
- 4 Iudicis arbitrio relinqui, an repetenda sint tormenta.
- 5 Iudex quid obseruare debet, ut tormenta repetat.
- 6 Tortus leuiter torqueri iterum potest.
- 7 Torqueri iterum potest delinquens ex nouis inditijs.

CASVS CCLXXII.

TORMENTA QUANDO REPETI POSSINT, & de multorum in tormentis constantia.

Vsu compertum est non semel, tantam aliquantiam, ut saepe & acriter affecti cruciatibus nihil fateri uelint, exempla sunt apud Valerium Max. lib. 8. capi. 4. t. de Alexandro seruo Fannij, & de Philippo seruo Fuluij Flacci, extant & alia apud Alexandrum ab Alexandro li. 1. dierum Genial. cult. de Zenone, de Theodoro & de Leena qui, & maximis cruciatibus affecti, compelli tamen non potuerunt, ut perpetratum facinus faterentur, quo circa recte dixit Vlpianus in l. 1. §. qoni fidem. ff. de quaest. plerosq; ita tormenta coterere, ut exprimi ab eis ueritas nullo modo possit. Dubitari itaque non semel cotingit, an sapius tormenta repetenda sint. Bal. in l. 2. C. quod metus causa, docuit, esse in iudicis arbitrio positum, quando repetendae sunt qones & cruciatibus, nec aliter sensit Paris Puteus in tract. syndicatus, pagina 2. & clarius Marf. in l. qonis modum, nu. 61. de quaestio. erit ergo diligens si iudex noster, & obseruare poterit quod a nostris frequentiori calculo scriptum est, sinoua inditia non inperuenerunt, semel tortus torqueri amplius non debet, qd intelligitur qn ut couenit, uel acriter tortus fuit, secus si leuiter, quia repeti tortura potest Bald. in l. 2. C. quor. appell. non recip. & Marf. in d. l. reper. nu. 5. de qd. qui nu. 7. subdit, posse et repeti, quando inditia sunt multum urgentia, & is est admodum constans, ita intelligens d. l. repeti. & l. unius. §. 1. de qd. idem etiam affirmant Curt. sen. conf. 60. col. 8. pp. fine, Soci. sen. conf. 54. in fil. lib. 3. & Boer. q. 163. nu. 9. 10. Si uero noua inditia superueniunt, tunc tormenta repeti possunt, quod intellige quando ista noua inditia sunt primis fortiora: ita multis declarat Marf. in d. l. repeti. nu. 8. & diuersi generis esse debent. Marf. in pract. crimi. §. quoniam, nu. 9.

SVMMA RIVM.

- 1 Inditia quando per torturam censeantur purgata.
- 2 Iudicis arbitrio relinqui quando inditia per torturam purgata censeantur.

CASVS CCLXXIII.

QUANDO INDITIA PER TORTURAM purgata censeantur.

Questio adhiberi interdum solet ad inditia delicti purgata, sed dubitari cotingit quando inditia haec per torturam purgata censeantur. Et esse iudicis arbitrio scribit Marf. in l. qonis modum, num. 57. de quaestio. post Io. And. in c. contemplatio ne, de reg. iur. & Augustinum de Arimino in additio. ad Angelum tractat. maleficio. in uerbo, Comparent dicti inquisiti, in prima additione.

SVMMA RIVM.

- 1 Adulterii suspectum, suspicionem purgare debere.
- 2 Iudicis arbitrio relinqui, quando suspectus de adulterio suam innocentiam purgauerit.
- 3 Purgationem canonicam iudicis arbitrio fieri.
- 4 Purgatio de crimine haeresis qualis.

CASVS CCLXXIII.

CRIMINIS SVSPICIONEM QVANDO PURGASSE QUIS DICATUR.

Non multū dissimilis est hic casus iā relato... terii suspectus eā suspicionem purgare deber, quę quidem purgatio iudicis arbitrio fit: ita constituit Pont. Max. in c. significasti, in fine, de adulter. ita dicimus in purgatione canonica: Abbas in c. 2. nu. 7. de calum. ubi scibit, calumniam iudicis arbitrio purgari. & hodie omnes canonicas purgationes esse arbitrarias. c. 1. ubi gloss. de purg. can. ita etiam in illa purgatione, quā de hærese suspectus facit: illa in quā iudicis arbitrio fit. gl. in ca. excommunicamus. § qui autē. in uerbo suspicionis, de hærese. qua de re infra in casu 370. dicemus, ubi agemus de pœnis hereticorū.

SVMMA RIVM.

- 1 Iudicis arbitrio reliqui, quādo quis dicatur ex uulnere mortuus.
2 Vulneratus si intra modicum tempus moritur, ex illo uulnere mortuus creditur.
3 Iudicis arbitrio relinquitur, quod dicatur modicum tempus intra quod uulneratus mortuus, præsimitur ex eo uulnere mortuus.
4 Vulneratum præsumi mortuum ex illo uulnere, si uoluit perseverat.
5 Vulneris magnitudo & profunditas arguit illum uulneratum ex eo uulnere esse mortuum.
6 Vulneratus ex eo uulnere mortuus præsimitur ex armorum qualitate.
7 Vulneratus præsimitur mortuus ex illo uulnere ob continuum dolorem.
8 Vulneratus ex illo uulnere non præsimitur mortuus si post longum tempus is mortuus est.
9 Vulneris accidentia ubi cessarunt, non præsimitur uulneratus ex illo uulnere mortuus.
10 Vulneratus non præsimitur ex uulnere mortuus, cū culpa & negligentia mali uictus ei imputari pōt.
11 Vulneratus nō præsimitur ex illo uulnere mortuus, quod medici iudicarunt non fuisse mortale.
12 Vulneratum non præsumi ex uulnere mortuum ex qualitate loci, in quo quo illatum est uulnus.
13 Iudicē in dubio pronuntiare debere uulneratū ex uulnere non esse mortuum.

CASVS CCLXXV.

CONIECTVRÆ PER PLVRES ENUMERANTUR, QUIBUS ALIQUANDO PRÆSUMITUR UULNERATUM EX ILLO UULNERE MORTUUM EŒ, & ALIQŪ NON.

Est non semel usu cognitum, uulneribus affectos mori antequam bene reconualescant, tum quia uulnus non cognitum ab imperitis medicis mortē attulit, tum quia is uulneratus speretis medicorū præceptis sibi ipsi mortem conscivisse uidetur. quocirca solet dubitari, an is ex eo uulnere, uel alia causa potius interierit? & hoc esse in iudicis arbitrio rōdit Capo. cōf. 41. col. 3. idē sensit lser. in cōsti. Regni sub rub. de homicidiis, in gl. occidisse q̄ latē dislerit. clarē idem affirmarunt Marfi. cōf. 7. nu. 28. idem in l. quæstio. modum. nu. 32. de. quæstio. Gramma. cōf. 49. nu.

3. alios recenſet Petrus Placa lib. primo epīt. delicto. cap. 13. num. 24. & optime probat l. quod si noluit. §. si mancipium. ff. de ædil. edicto. uerum, ut Iudex noſter arbitrium hoc suum moderare possit, diligenter animaduertat. ante oīa iudicium medicorū perſcrutetur: nec enim leges noſtræ aliquid certi de his futuris contingentibus statuere potuerunt. solent tamen aliqua coniecturę considerari ad præſumendū uulneratum esse ex illato uulnere mortuum: quas quidē coniecturas retulit Bal. in cōſi. ab eo posito post eius commentaria institutionum, & late ex ordine recenſet Boerius. q. 323. nu. 11. 12. 13.

Prima est coniectura, qñ i vulneratus intra modicū tps mortuus est: ita scribunt Bald. & Boer. & plures quos statim referam. Sed dubium est, qd modicū hoc tempus esse dicatur. aliqui dixerūt esse tridui, aliqui quinque dierum, alij octo, alij quadraginta, alij anni. has opiniones recenſet Boer. d. q. 323. nu. 11. qui tandem pos. Floria. in lair lex. col. 1. uerſ. puto hic. ff. ad l. Aquil. & Soc. sen. cōf. 178. col. 2. uerſ. circa primum casum. lib. 2. cōcludit esse positū in arbitrio iudicis; qui tamen secundū consilium medicorū iudicare debet. Addo Gramma. & Placam, qui suprā, & Dec. cōf. 145. nu. 7. qui intelligit qñ sumus in dubio, secus cū esset clarū, uulnus non fuisse mortale: quia dicitur ex alia infirmitate, uel sua culpa mortuus.

Secundā coniecturā, quod ex uulnere is mortuus sit, præstat perseverantia uomitus & febris ab initio: ita post Baldū, Abb. Ioan. de Ana. Fel. Cępollam, Alex. Signorolum & Corneum censuit Boer. d. q. 323. nu. 13. quem secutus est Placa. d. c. 13. nu. 27.

Tertia est coniectura i vulneris magnitudo & profunditas. ita tradit Boer. d. q. 323. num. 14. post Bal. & Ang. quos citat. addo ego Bal. in cōf. 328. An uulnus. uerſ. item uulneris magnitudo. lib. 2.

Quarta sumitur coniectura ex armorum qualitatibus, quibus uulnus illatum est. Boer. d. q. 328. nu. 15. post Fel. in c. significasti, de hom. istis addo Baldum in cōf. 136. Proponitur, col. 2. uerſ. item qualitas. & cōf. 338. uerſ. itē & instrumentū. lib. 2. Placā lib. 1. epito. delicto. c. 13. n. 27. uerſ. alia erit coniectura.

Quinta est coniectura i dolor cōtinuus, ut qñ neri uulnerati sunt, Boer. d. q. 323. nu. 16. quo loci post Dec. cōf. 415. nu. 9. declarat, non procedere quando uulnus non erat letale, sed spasmus superuenit. sic qñ febris. Gramma. cōf. 2. nu. 9. uerum hoc satis dubitabile existimo, quoniam spasmus, uel febris ab uulnere caufantur: est ergo uulnus causa mortis.

Considerari etiam solent contrarię coniecturę, quod ex uulnere non sit mortuus.

Prima est, quando post longum tempus a die illati uulneris is mortuus est: ita Boer. decidit, d. q. 323. nu. 18. post Abbatem in c. significasti, de homicid. addo Baldum in d. cōf. 328. col. 1. uerſ. si uerō quis, lib. 2. qui uerum hoc esse intelligit, nisi aperte appareret eū ex uulnere mortuum esse, ut putā si sagitta malo ueneno tincta uulneratus ita fuisset, ut mederi non potuerit.

Secunda coniectura est, quando i vulneris accidentia cessassent: ut si febris, qua laborabat uulneris causa recessisset, uel amplius non impediretur in operationibus naturalibus: ita Boer. d. q. 323. nu. 19. post Bar. Bald. Ang. Alber. & Cępollam.

Tertia

Tertia est coniectura i quādo ipsi uulnerato, uel eorum custodibus uel etiam medicis culpa & negligentia adſcribi pōt: ut multis exemplis declarat Boer. d. q. 323. nu. 20. & præter eum Bald. d. cōf. 136. col. 1. uerſ. sed certum esset & d. cōf. 328. colu. 1. uerſ. sed propter culpam. lib. 2. Cępolla cōf. 28. col. pen. & cōf. 62. latē Soc. sen. cōf. 178. col. 2. & 3. lib. 2. Bologna. cōf. 5. col. 1. Marſi. cōf. 7. nu. 47. Alex. de Neuo inter consilia criminalia diuerſorum cōf. 87. col. ulti. Gramma. cōf. 2. nu. 5. 6. & cōf. 49. nu. 4. idem uoto 24. nu. 11. 12. Placa. d. c. 13. nu. 27. in fi. & Io. de Villamata in rep. l. Diuus, nu. 12. ff. ad l. Cor. de ſicar. ubi has omnes coniecturas aliorum nominibus ſuppreſſis recenſet. alia ſcribit lsernia in d. commentarijs ad cōſtit. Regni sub rubr. De homicid.

Quarta est coniectura, qñ i medici iudicarūt uulnus nō esse mortale, uel ex illo uulneratū mortuum non esse. Boer. d. q. 323. nu. 21. illi addo Bald. d. cōf. 136. col. 1. & d. cōf. 328. uerſ. tertio dixi. lib. 2. Gramma. de uoto. 24. nu. 7. quod declarat Dec. cōf. 415. in fi. & uerē hæc nō dicitur coniectura, sed uera pbatio.

Quintam coniecturam i uisi sunt considerare Bald. d. cōf. 136. col. 2. lib. 2. & Soc. sen. d. cōf. 178. col. 1. uerſ. secundū adde. lib. 2. & ſentit Boer. d. q. 323. nu. 3. ex qualitate loci, ut si in brachio uulneratus sit. hæc coniectura placet, sed nō exemplū, quia tale uulnus esse pōt in brachio ut mortem afferre possit. quēadmodum experientia ipsa quotidiana docet. dixi quod a nostris hac de re memorię proditum est, illud nunc ſubijcio, & uerē, hæc oīa a peritorum artis medicę iudicio pendere. in dubio autem debet iudex pronuntiare non esse mortuum ex uulnere. ita Bald. d. cōf. 328. in fi. lib. 2. quem secutus est Dec. cōf. 415. nu. 1. idem respondit Gramma. cōf. 2. nu. 9. & si aliter forte ſenſerit cōf. 49. nu. 6. & cum eo Boer. q. 323. nu. 8. a Baldo tamen non recedo.

SVMMA RIVM.

- 1 Pœnam alicui indicendam non esse, nisi sit iure expreſſo cautum.
2 Pœna non indicitur contemnti reformationem ſtatuti ſi ſtatutum reformatum ſolum pœnam indicit.
3 Iudicis arbitrio puniuntur contemntens reformationem ſtatuti.
4 Mulierē dote priuari pp oſculū, iure cautū non esse.
5 Citari faciens aduerſarium coram diuerſis iudicibus, causam non perdit.
6 Pœnam l. 1. C. ne liceat poten. locum non habere cū quis auxilium potentioris implorat.
7 Tutor cum alijs datus, tutela non priuatur, ſi ſe datū negauit.
8 Mendacium non niſi in caſibus a iure expreſſis puniri.
9 Pœna commutata efficit, ut locus non ſit priuationi ofſiciorum, quæ prius indicebatur.
10 Statutum excludens ſceminas per maſculos, intelligi de maſculis ibidem deſcriptis, & non ultra.
11 Pœna priuationis hereditatis non trāſit in heredem heredis.
12 Pœna uocantis in ius patrem ſine uenia, quos afficiat.
13 Iudicis arbitrio puniri uocantem in ius ſine uenia parentes ultra patrem.
14 Statutum Mantuę puniens alienātes bona in forēſes, declaratur.
15 Statutum Papię 147. in ciuilib. sub rub. De rebus im

mobilibus in non ſubditum trāſferendis, declaratur.
16 Vaſallū feudo nō priuari niſi expreſſo iure cautū ſit.
17 Actus non annullari, niſi in caſibus a iure expreſſis.
18 Nullitatem actus pœnam eſſe, qđ ibidem declaratur.
19 Excommunicationis pœnam non iudici, niſi in caſibus in iure expreſſis.
20 Emphyteuta ſi emphyteuſim ob non ſolutum canonē amittit, an etiam cadat a luendi pacto ſibi facto.
21 Irregularē non effici, niſi in caſibus in iure expreſſis.
22 Extensiones ceſſare in pœnalibus.
23 Statutum Papię 67. in caſibus. sub rub. q. nullus corporali pœna puniatur. latē declaratur.
24 Conſtitutio noua Mediolani sub rub. De pœnis. c. nullus corporaliter. declaratur.
25 Carceratus quādo relaxetur ſi deus orib. remiſſiud.
26 Falſo utens inſtrumēto quomodo puniatur, remiſſiud.
27 Correſtionē iuris communis non induci per ſtatuta niſi dictam ſit expreſſe & ſpecificē.
28 Expreſſum dici, quod uenit in conſequentiam.
29 Expreſſum dicitur, quod ab expreſſo prouenit.
30 Omiſſum non dici, quod in expreſſo continetur.

CASVS CCLXXVI.

ENVMERANTVR PER PLVRA EXEMPLA, QUIBUS DEMONSTRATUR, PŒNAM NON ESSE IN DICENDAM NIſI EXPREſſE IURE CAUTUM FUERIT, & INHIBI EXPLANATUR UNA MEDIOLANI CONSTITUTIO, & STATUTUM PAPIÆ.

Cum explicare cęperim casus iudici arbitrarios in caulis criminalibus. ſimq; explicaturus illos, in quibus eadem habet poteſtatem in pœnis indicēdis reis criminofis: illud prius hoc loco ſatis cōgruo explanabo, qđ pro regula noſtri ſcribunt: nempe pœnam alicui non eſſe indicēdam, niſi expreſſo iure cautum ſit. lat ſi quis. §. diuus. ff. de religio. & ſump. ſu. ne. §. cum igitur, in auth. de nō elig. ſecund. nub. quā quidem iuris propoſitionem multis explicat noſtri iuris interpretes. Ego aliqua ſcitu non indigna huc adferre uolui, illud itaque primum notādum eſt, qđ docuit Bal. in l. ult. j. lect. in fi. ff. de in ius uoc. ſi per ſtatuti reformationem pœna indicitur iis, qui illi reformationi contraueniunt: illi pœna locus nō erit, ſi principale ſtatutum contempſerunt, ob id (inquit Bal.) pœna iudici arbitraria indicenda erit, ita etiam ex d. §. diuus. & d. §. cum igitur, ſcribunt Dec. in rub. extra de iud. col. 1. & ibi Rip. n. 16. & omnes in rub. C. de eden. ueriores eſſe illam opinionē contra Bal. qđ mulierem propter oſculum dote non priuari, cum nullo iure cautum ſit. ita etiam inquit Dec. in c. ex tenore, nu. 8. de reſc. quod faciēſ citari aduerſarium coram diuerſis iudicibus, nō perdit cauſam, ſed ſolum priuatur commodo literarum, & in expenſis condēnatum: cum iure ſancitum non ſit, ut cauſam amittat. ita pariter his iuribus adductis ſcribunt Abbas, & Butrius in c. 1. ubi Dec. num. 6. de off. deleg. i pœnam l. 1. C. ne liceat poten. ſolum habere locum, quādo quis alienat in potentiores, non autem quando illius auxilium implorat, cum hoc in caſu pœna clarē indicēda iure nō ſit. ita etiam ſcribit laſ. in l. quod te. nu. 3. ff. ſi cer. peta. & in l. 1. nu. 1. C. de tranſ. i tutorem datum cum aliis ſimul nō priuari beneficio dato pluribus tutoribus, ex l. 1. §. nunc tractemus. ff. de rure. & rō.

T t diſtrah.

distrah. si se datum tutorem negavit: & illis in locis
 8 alius similibus docuit Ias. † mendacium non puniri
 nisi in casibus a iure expressis, cum pœna regulariter
 a iure indicta non sit, & de mendacio alio in casu ita
 Gozad. consi. 46. nu. 3. Hinc etiam respondit Decius
 consi. 90. col. 2. uerf. sed tamen ulterius, quod si statu-
 tum pro uitio sodomitico imponat pœnam corpora-
 lem, & officiorum priuationem, & deinde corpora-
 9 list pœna in pecuniariam commutetur, non esse etiã
 locum priuationi officiorum: cum in ipsa reforma-
 tione nihil dictum sit de hac officiorum priuatione.
 Huc pariter pertinet, quod respondit Dec. consi. 553.
 10 num. 5. † statutum excludens fœminas per masculos
 solum habere locum quò ad còmodum masculorũ,
 qui expressi sunt in statuto, non quò ad alios, qm̄ fœ-
 minarum priuari hæreditate non debent in casibus non
 expressis: Accedit etiam, quod respondit, idem Dec.
 consi. 581. nu. 10. quòd si hæres grauetur molestiam
 11 alicui in ferre sub pœna priuationis hæreditatis, pœ-
 nam illam non habere locum in herede ad hæredem
 ita illius hæreditate; cum pœna non sit indicta hoc
 secundo in casu, ex d. §. diuus, & d. §. cum igitur. Acce-
 dit etiam quod egregiè ad rem nostram scribit Go-
 12 mes. in §. pœnales. nu. 39. in §. actio. dum inquit pœ-
 nam ex edicto Prætoris contra uocantem in ius pa-
 trem, locum non habere in casibus. l. 2. & l. 3. ff. de in-
 ius uocan. cum iure cautum non sit, & ob id ait pœnã
 13 esse statuendam iudicis arbitrio. Ad rem etiam con-
 fert, quod respondit Soc. iun. consi. 3. nu. 3. lib. 3. dũ
 14 consuluit, quòd † statutum Mantuar, quo puniuntur
 pœna priuationis bonorum alienantes bona supposita
 ipsi ciuitati in forenses, non habet locum (inquit
 Socinus) quando re ipsa bona nõ sunt illi forensi ac-
 quisita, sed tantum tractatum est, ut illi acquireretur:
 cum ratione solius tractatus pœna indicta a statuto
 non sit, idem illo ipso in casu cum ipso Socino re-
 spondit Alc. resp. 479. nu. 44. atque ita declarari pòt
 15 † statutum Papiar 147. in ciuilib. sub rubr. de rebus
 immobilib. in non subditum non transferendis. Huc
 etiam spectat, quòd respondit Cur. iun. consi. 137. nu.
 16 me. 17. † uasallum non puniri priuatione feudi si qd
 cõtra sibi subiectos seuerè egit, nisi iure expresso cau-
 tum sit, idem respondit ante Curtiũ, Alex. consi. 103.
 nu. 15. lib. 1. Illud quoque ad rem non parum facit, qd
 17 † actus non annullatur, nisi iure expresso cautum sit,
 ut in rescripto quod non annullatur ex quauis quali-
 tate suppressa, iuxta glo. clemen. 1. in uerbo, alteri. de
 præb. & latè supra in casu 201. nu. 2. explicauit; & in
 specie ita sentit Ioan. de Selua tract. de beneficio, par-
 18 te 3. q. 12. nu. 39. illa est rõ, quia nullitas actus est pœ-
 na. l. lenatus. ff. de contrah. empt. Barr. l. turpia. de leg.
 1. Vantius tract. nullitatum, tit. quid sit nullitas, num.
 15. ubi latè. Fel. in c. 2. nu. 6. in nostra, num. 13. in fi. de
 rescrip. & in cap. quærelam. nu. 2. de iure iur. quæ qui-
 dem iuris sententia procedit, cum nullitas prouenit
 legis prohibitione, non autem ob solum solemnita-
 tis defectum; quemadmodum declarant Alex. consil.
 90. col. 1. lib. 7. Soc. sen. consi. 112. in princ. lib. 3. Van-
 tius loco iam citato, & Boer. q. 1. num. 16. & Vantius
 tract. nullitatum, titu. quid sit nullitas, num. 15. Con-
 19 fert etiam ex d. §. diuus, & §. cum igitur pœnam excõ-
 cationis indicendam non esse, nisi expresso iure cau-
 tum sit, ita respondit Cassan. consi. 1. in §. presuppõsi-

to, nu. 45. Hinc quoque scribunt Decius in l. in bona
 fidei. nu. 11. C. de pact. Gozad. consi. 86. nu. 26. & Al-
 cia. tract. presump. reg. 3. presump. ult. nu. 2. post Bar-
 20 ba. consi. 51. lib. 1. Aliquis domum suam didicit, & incõ-
 tinenti eam in emphyteusim recepit: dein de emptor
 fecit pactũ de luendo: iste emphyteuta a solutione
 canonis cessauit, ita qd cecidit a cõtractu emphyteu-
 tico, an etiam censetur cecidisse à pacto luendi? deci-
 dunt: relati Docto. non cecidisse: cum pœna non sit
 21 iure quo ad illud pactũ imposita, ita etiã pœnã irre-
 gularitatis imponendam non esse, nisi iure expresso
 cautum sit. c. 15. qui, de sent. excom. in 6. Tiraquel. in
 repet. l. si unquam, in uerbo, reuertatur, nu. 2. §. 1. C. de
 reuoc. don. ubi plura congerit, & ibi, nu. 248. 49. alia
 ad rem nostram recenset, & ex his scribunt nostri in
 22 pœnalibus cessare extensiones: ita ad rem hanc uti-
 tur his iuribus & rationibus Crau. trac. de antiq. tẽp.
 23 4. par. principali, i prin. n. 148. cũ iure cõi cõuenit sta-
 tutum Papiar 67. sub rubri. qd nullus pœna corporali
 possit puniri, nisi statuto caueatur. conuenit & noua
 24 † constitutio Mediolani. sub rubr. de pœn. ca. nullus
 corporaliter. sed dubitari potest, an hæc leges municipi-
 pales iuri cõi derogent. utputã, si delictum aliquod a
 iure communi punitur pœna corporali, & statutum
 nullo modo prouidet aduersus hoc delictum, nec pœ-
 nam indicit: an pœna corporali sit indicenda? maxi-
 25 me utilis est dubitatio tum ratione ipsius pœnar, tum
 etiam, quia si is delinques est carceratus, potest fidei-
 iusoribus relaxari si pœna corporalis in dieenda non
 uenit, ut in specie notauit Aegidius Bossius trac. causã
 rum criminalium, tit. de carcerato fideiussoribus cõ-
 mittendo; nu. 20. qui dum affirmat, hunc delinquentẽ
 esse relaxandum fideiussoribus, innuit, iuri cõi deroga-
 ri, alioqui malè sentiret. idem Bossius tit. de iditijs,
 nu. 57. hoc probasse uidetur, dum scribit ex facto eue-
 26 nisse in quodam Papiensi, qui † falso instrumento
 usus fuerat, dicebatur ex relato statuto 67. nõ esse pu-
 niendũ, qm̄ aliud statutũ Papiar 37. in criminalib. sub
 rubr. de pœna notariorum, punit fabricantes falsã in-
 strumenta, non tamen illis utentes, uerũ inquit Bos-
 sius is comprehendebatur in dicto statuto. 37. quia
 presumpcio erat, quòd curasset instrumentum il-
 lud celebrari. qua de re dicemus infra in casu 315. Ec-
 ce ergo, quòd amplissimus hic Senator Bossius sentit
 quòd ubi cessaret presumpcio illa, hunc falso hoc
 instrumento utentem, nõ potuisse puniri pœna indi-
 cta a iure communi, ex l. 1. §. ordinem. ff. de falsis. cũ
 alijs, quæ allegabimus infra d. casu 315. atq; ita sentit
 dictum statutum Papiense 67. derogare iuri commu-
 ni. Simile tradit idẽ Bossius tit. de falsis. nu. 139. dum
 querit, an testis qui ueritatem tacet, falsum ita com-
 mittere dicatur, ut comprehendatur sub statuto de
 pœna falsi, quia (subijcit ille) si non comprehenditur,
 non punitur ob aliud statutum, quòd nullus pœna
 corporali puniatur, nisi in casibus in statuto compre-
 hensis, atque ita sentit esse derogatum iuri commu-
 ni, quo absolūtè pœna falsi puniuntur testes, qui ueri-
 tatem tacent, quemadmodum declarabimus infra in
 casu 310. Simili in casu idem sentit Bossius præcita-
 to tract. causarum criminalium, titu. de homicidio.
 num. 6. in fi. Hæc opinio, quæ uera mihi uidetur, ea-
 ratione confirmatur, quia dictum statutũ Papiar 67.
 & d. constitutio Mediolani sub rubr. de pœnis, cap.
 nullus,

nullus, loquuntur per uerba illa uniuersalia, nullus
 puniatur, nisi lege municipalis caueatur, excludunt
 hæc uerba omnẽ pœnã alio iure, præterquam illis sta-
 tutis indictam. Nec dicatur, quòd hac admiffa inter-
 pretatione per plura delicta in statuto & constitutio-
 nibus non comprehensa impunita remanent: quia
 respõdetur, immo impunita non remanere, cum sta-
 tutum Papiar pœnam illã iudicis arbitrio relinquat:
 & constitutio Mediolani uelit Principem esse confu-
 lendũ. Non etenim obstat, quòd secundum hanc
 27 interpretationem sequitur iuris communis cor-
 rectio, quæ non nisi uerbis claris & specificis induci de-
 bet. l. sancimus, C. de testa. & l. præcipimus, in fi. C. de
 appell. ubi Bar. scriptum reliquit, quòd antequam di-
 catur aliquid esse correctum, clarè & specificè cõsta-
 re debet. respondit Ias. consi. 164. col. 1. lib. 2. & Crau.
 tract. de antiq. tempo. 2. particula quartæ partis prin-
 cipalis, num. 42. Respondeo, satis specificè fuisse di-
 ctum, posteaquam ex uniuersali sermone hoc uenit
 28 † in necessariam consequentiam ita sentit Ripa in l.
 1. num. 61. ff. de uulga. Accedit quòd scriptum reli-
 quit Bald. in l. ult. num. 9. C. de hæred. inst. quòd ubi
 29 expresso † sequitur tacitum, id censetur expressum,
 ex l. si ita. §. si filio. ff. de bono. poss. secund. tabu. idem
 Bald. in l. 1. num. 10. C. de ijs qui ante aper. tabul. tra-
 30 dit, omiffum † qd sequitur expressum, haberi p ex-
 presso. alia his similia congeffit Tiraq. de legib. con-
 nub. in glo. 5. nu. 172. ita hoc in casu, licet statuta &
 constitutiones iam relatæ nõ corrigant specificè ius
 commune, attamen cum dicant, neminem eẽ puniẽ-
 dum pœna corporali, nisi legibus ipsis municipalib.
 cautũ sit: necessariò intelligimus ius cõmune abroga-
 ri, aliq; nihil operarentur. Hæc tamen in re, qd grauis
 põderis est, erit nõ parũ cogitãdũ, cum hætenus in
 specie atque ex p̄fesso ab aliquo, quẽ uiderim, expli-
 cata nõ fuerit. & si uera est interpretatio, quã uerã o-
 pinor, nõ paruũ ex legibus illis municipalibus tribu-
 tum est illis in locis iudicibus arbitrium.

SVMMA RIVM.

- 1 Vim ui licet repellere.
- 2 Ciceronis loca in oratione pro Milone, & in officiis.
- 3 Platonis lex de ui repellenda.
- 4 Defensionis limites excedens punitur.
- 5 Iudicis arbitrio relinquitur, quando dicatur excessif se quis limites defensionis.
- 6 Statutum Ferrariae lib. 3. sub rubr. qd licitum sit impunè se defendere, declaratur.
- 7 Abbatem aliquando posse cum monacho irregulari dispensare.
- 8 Iudicis arbitrio relinquitur, quæ dicatur modica sãguinis effusio.
- 9 Statutum Papiar 18. in criminalibus, sub rubr. de pœna illius qui uulnerauit, declaratur.

CASVS CCLXXVII.

DEFENSIONIS LIMITES EXCESSIS SE
 quando quis dicatur, & uim ui repellere licere,
 Platonis & Ciceronis auctoritatibus cõprobatũ.

1 **C**oncedit ius naturale propriam corpori defen-
 sionem & tutelam: quo circa uim ui repellere
 licet, l. ut uim. ff. de iusti. & iure. quod his confirmat

2 † M. Tull. pro Milone: Est. n. iudices, non scripta, sed
 nata lex, quã non didicimus, accepimus, legimus, ue-
 rũ ex natura ipsa arripimus, hausimus, expressim:
 ad q̄ non docti, sed facti, non instituti sed imbuti su-
 mus, ut si uita nra i aliquas insidias, si in uim, in tela,
 aut latronum, aut inimicorum icidisset, omnis hone-
 sta ratio esset expediendã salutis. silent. n. leges inter-
 arma, nec se expectari iubent, cũ ei, qui expectari ue-
 lit, ante iniusta pœna luenda sit, quã iusta respuenda,
 idẽ eo loci: Sin hoc & ratio doctis, & necessitas bar-
 baris, & mos gentib., & feris natura ipsa præscripsit,
 ut omnem semper uim quacũque ope possent, à cor-
 pore, à capite, à uita sua propulsarẽt, nõ potestis hoc
 facinus improbum iudicare. idẽ M. Tull. in 1. offic.
 3 Omni genere animatiũ à natura tributũ ẽ, ut se uita,
 corpusq; tueatur. hic scribit diuinus ille Plato dialo-
 go 9. de legib. lege fita eẽ faciendũ: si orta seditione
 uel quouismodo frater fratrẽ in se impetũ facientẽ
 pro defensionis sua interimat, quasi hoste perempto
 pũtus sit, quin eẽ si ciuis ciuem, aut peregrinus pere-
 grinũ, aut peregrinũ ciuis, uel e conuerso defenden-
 do se interfecerit, similiter mũdus sit, quòd circa qui
 alterũ lædit, seipsũ defendendo, plectendus non est,
 d. l. ut uim. & ibi latè post alios Dec. nu. 6. qd multis ex-
 tensionib. & declarationib. rem hanc exactè & acu-
 tẽ explanauit. Hæc tamen sententia intelligitur ac p-
 4 cedit, dum modò intra defensionis limites cõsistat:
 at si multum excedat, punitur, ut statim subijciam.

Dubitari itaq; contingit quis magnus dicatur ex-
 cessus. Host. & alij in c. cum illorum, de sent. excom.
 & ibi Fel. num. 13. scripserunt, iudicis arbitrio relin-
 qui. idem placuit Tiraq. in l. si unquam, in uerbo,
 omnia uel partem, nu. 31. C. de reuoc. don. atque ita
 5 declaratur † statutum Ferrariae lib. 3. sub rubr. Quòd
 licitum sit impunè se defendere. nam hoc statutũ in-
 telligitur, modò defensionis termini nõ excedatur.
 necnon & is tex. c. cum illorum. §. qui si claustrales,
 6 in uerbo, excessus. dum negat, † Abbatem posse cum
 regulari dispensare, si alterum lædendo multum ex-
 cessit, ut si sãguinem effundisset, nisi modica esset ef-
 fusio. quæ quidem effusio quãdo modica dicatur, eẽ
 7 † Iudicis arbitrio relinquitur, ut exponit glo. in dicto
 cap. cum illorum. §. qui si claustrales, in uerbo, Effu-
 sionem, & ibi Abb. nu. 11. & Fel. n. 13. uerf. in eadẽ.
 qui dixit, effusionem abundantia significare, & hoc
 esse annotandum ad libellorum & statutorum inter-
 8 pretationem, ut ad † statutum Papiar 18. in crimina-
 lib. sub rubr. de pœna illius qui uulnerauerit, uel per-
 cussit, dum punit grauius eum, qui aliquem uerber-
 auit & sanguis exiuit, intelligitur, si abundè exiuit.
 SVMMA RIVM.

- 1 Defensionis limites excedens punitur.
- 2 Iudicis arbitrio punitur excedens limites defensionis.

CASVS CCLXXVIII.

POENA EXCEDENTIS DEFEN-
 sionis modum.

1 **A**dmonni superiore casu uno uerbo excedentẽ
 limites defensionis puniri, & rectè: nam ita af-
 firmarunt multi relati à Decio in l. ut uim. nu. 18. de
 iust. & iure. & consi. 482. nu. 14. & alios nunc referã.
 Tr 2 Dubitari

Dubitari nunc contingit, qua pena sit iste punitus & uno ore ferè fatentur nostri, nō esse pena homicidij, uel uulneris ordinaria puniendum, sed arbitrio ipsius iudicis alia pena. ita Bal. in d. l. ut uim, col. ult. uerf. cognoscuntur autem: & ibi latè Dec. nu. 18. qui multos huius sententiæ recenset, præsertim Roman. sing. 3. An si quis, qui clarè hoc affirmat. idem celsit Afflict. decis. 206. in fi. Marf. sing. 100. Alciat. respō. 450. num. 20. Boer. q. 168. nu. 7. in fi. Soc. iun. consi. 136. num. 1. 2. lib. 3. Tiraq. tract. de legib. connub. l. j. num. 81. & in tract. de pœna legum, caula 1. num. 6. Gram. consi. 18. nu. 8. consi. 39. n. 6. 7. & consi. 69. in fine. Petrus Placa lib. 1. epitom. delict. cap. 28. nu. 13. Didac. in clem. si furiosus, parte 3. §. unico. num. 3. de homicid. Cæteros ex industria prætereō.

S V M M A R I V M.

- 1 Probationes lucidissimas in causis capitalibus fore necessarias.
2 Inditia aliquando probationes claras facere.
3 Testes quo probent aliquid noctis tempore esse factū.
4 Delinquens conuictus per inditia puniri potest.
5 Iudicis arbitrio punitur conuictus per sola inditia.
6 Homicida, qui ad sui defensionem occidisse fatetur, ex illa confessione punitur.
7 Iudicis arbitrio punitur, qui fatetur ad sui defensionem alterum occidisse.

C A S V S C C L X X I X.

QVÆ PROBATIONES IN CRIMINALIBUS requirantur: & qua pena plectatur is, qui ad sui defensionem occidisse fatetur.

Quamquam in causis capitalib. probationes luce meridiana clariore esse debeant. l. ult. C. de pba. attamen aliqui aded urgent signa & præsumptiones, ut sufficere uideantur: id quod uerè probat d. l. ult. in illis uerbis, uel inditijs ad probationem indubitatis. euidentem etenim & claram interdum probationem faciunt inditia & præsumptiones, ut latè scribunt omnes in l. licet Imperator, ibi las. n. 4. quinto, de leg. 1. egregiè Afflict. decis. 44. nu. 15. Boff. tract. caularum criminaliū, tit. de conuictis, nu. 28. latissimè Marf. in Pract. crimin. princ. nu. 14. & hæc indubitata inditia, signa necessaria apud bonos auctores dicuntur, ut attigimus supra in casu 269. ubi exemplum unum attulimus ex l. optimam. C. de contrah. & committ. stipul. secundum exemplum adferri potest: si testes affirmarent quempiam tempore noctis uidisse aliquem occidere, & illum homicidā de facie cognouisse, si probetur eo loci lumen non adfuisse, & noctem illucem obscurāq; fuisse, sequetur ex necessaria præsumptione iuris testes illos falsō asseruisse, se homicidam cognouisse. sic testes quosdā Athenis falsi conuictos fuisse refert Plutarchus in Alcibiadis uita. & in iure nostro probatur auctoritate Bal. in l. si cum exceptione. §. in hac. ff. quod met. cau. las. in l. non minorem. num. 4. C. de trāfact. & Dec. consi. 163. col. 3. harum ergo præsumptionum & inditiorum tanta est uis, ut illis sic conuictus puniri possit. d. l. ult. C. de probat. l. si ij qui. C. de adult. Bart. d. l. licet Imperator. de leg. 1. latè Boer. q. 164. nu. 6. quo loci iudicis monet, ne hos criminis conuictos

pena corporali puniat, sed pecuniaria tantum. qd in finitis propè Doctorum auctoritatibus confirmant Tiraq. tract. de pœnis legum, caula 27. & idē scribit Marf. in l. repeti, nu. 23. de quest. Alciat. tracta. p̄sup. reg. 2. p̄sump. 9. n. 4. & Boffius dicto tit. de conuictis, nu. 34. qui oēs sentiunt penā hanc pecuniariā iudici ex ipsius iudicis arbitrio. qd clarius decidit Grāma. decis. 42. in fi. & ante oēs Gandinus tract. maleficio-rū, sub rub. de p̄sumptionib. in fi. Confirmatur horū sententia ex admirabili & summè annotanda doctri-na Abbān cauditis, nu. 32. de præscri. si aliquis fatetur, se hominē occidisse, sed ad sui necessariā defēsiō-nē fecisse: pot̄ ex illa sua confessione cōdenari. licet. n. sua cōfessio sit qualificata, & uideatur uel in totum acceptanda, uel in totum respōnda, atamē hoc in casu solūm acceptatur confessio, quatenus est contra ipsum cōfitentē, & quatenus pro eo est, reijcitur. Est ratio, quia præsumptio, quæ ex homicidio orta est, contra ipsum cōfitentem pugnat. quam sententiā multorum auctoritatibus comprobauimus supra in casu 91. in fi. & quibus addo Capiciū decis. 155. nu. 11. inquit ergo Abb. ob hanc ipsam præsumptionē hunc ita cōfitentem homicidium eē puniendum, sed pœna mitiori, non autem ordinaria: atq; ita sentit suo arbitrio pœnā temperare posse. id qd clarius eo loci affirmat Feli. & las. in l. ut uim. nu. 13. in fi. & ibi Dec. nu. 20. de iusti. & iure. idem Dec. in c. cum uenerabilis, nu. 20. de except. qui latissimè tuetur Ab-batis doctrinam, clarè affirmans, pœnam hoc in casu imponi iudicis arbitrio. idem in l. 1. in l. lect. nu. 16. in fi. ff. si cert. peta. consi. 459. & cōf. 469. Boer. q. 164. nu. 10. 11. Gram. d. decis. 42. in fi. idem consi. 69. nu. 13. & uoto 2. nu. 3. uo. 10. nu. 39. & uoto 21. nu. 8. Io. Ancharanus Regienfis q. 71. in fi. Scio quidē aliquos sensisse contra Abbatem, quos recenset Deci. in d. c. cū uenerabilis. nu. 30. & quos tuetur Parif. d. cauditis, nu. 28. attamen illorum argumentationib. rectè satisfacit Decius: in foro itaque non satis tutum erit ab hac opinione recedere, quā etiam defendit Thom-as Ferratius cautela 5. qui ex hoc præbet cautelam, sed ante eum Deci. in d. cap. cū uenerabilis, nu. 20. in fine, ut homicida ita qualificatè respondeat, quā responsonem si cōstanter defendet, nec se aliō trahi permittat, mortis pœnam effugiet. atque ita etiam sentit Iul. us Clarus lib. 5. senten. iur. §. fin. q. 5. uerf. fortè posset. qui uult esse uno contextu respōdēdū. qua de re alibi fufius. conferunt ad casum hūc quæ referam infra in casu 345. ubi agemus, qua pena plectendus sit, qui pro altero tenetur.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudices suā iurisdictionē pena p̄posita tueri posse.
2 Iudicis arbitrio relin. qui, quæ multa contumaci possit iudici.
3 Iudicis arbitrio multa indicitur.
4 Contumacem puniri nō posse, ut totā causam perdat.

C A S V S C C L X X X.

MVLCTA QVÆ CONTVMACI IUDICI POSSIT.

NE iudicentium tribunalia cōtemnantur, & eorum auctoritas eludatur, datum est illis posse pœnali

penali iudicio propriam iurisdictionem tueri. l. 1. ff. si quis iud. non obtemp. multam ergo contumaci indicere potest. Sed dubitari contingit, quænam multa iudici possit: Barba. consi. 23. in fine, lib. 2. respōdit, esse in iudicis arbitrio. idem docuit Curtius iun. in d. l. 1. in princ. num. 4. & in §. ult. nu. 9. si quis iud. non obtemp. Afflict. in cap. 1. num. 21. in fine. ex quib. cau. feud. amitta. & ex recentioribus idem scriptum reliquerunt Alciat. in l. si qua pœna, num. 6. de uerb. signif. & Zasius lib. 1. sing. intellect. cap. 2. & rectè, mea quidem opinione, quoniam ut actor est Vlpianus in l. aliud est. §. inter multam, de uerb. signif. multa ex arbitrio eius uenit, qui multa dicit. prudens ergo iudex causæ & personarum qualitatem cōsiderabit, & quod iustum æquumq; erit, statuet. Illud tamen obseruabit, ne ob contumaciam condemnet illum contumacem, ut tota causā cadat. hoc probat glo. d. l. 1. §. ult. si quis iud. non obtemp. & ibi Curt. iun. nu. 13. declarat, & Deci. in l. 2. nu. 30. C. de eden. Barba. consi. 3. col. 4. li. 2. Aret. consi. 146. nu. 1. & Crau. consi. 103. nu. 8. qualis autem esset olim modus indicendæ multæ, scribunt Alciat. & Brecheus in d. l. aliud est. §. inter multam, de uerb. signif. & præter eos egregiè nonnulla adnotauit Petrus Crinitus li. 23. de honesta discipl. c. 8. necnon & eruditissimus Baldus in cōmentarijs ad legem duodecim tabularū, in princ. qui & l. 1. ff. si quis iud. non obtē. explanauit, quam etiam interpretati sunt Duaren. lib. 1. disput. annu. ff. c. 50. & Rober. Aurel. lib. 4. sent. iuris. c. 21.

S V M M A R I V M.

- 1 Prætoris album corrupens, qua pœna puniatur.
2 Prætoris proclamata corrupens uel auferēs punitur.
3 Episcoporum edicta p̄posita corrupens punitur.
4 Insignia familiæ corrupens & delens punitur.
5 Iudicis arbitrio punitur, qui insignia alicuius familiæ corrumpit & delet.
6 Statutum Patavinum sub rub. quib. liceat acquirere bona, c. nullus hominum, declaratur.
7 Proditorum insignia esse delenda.
8 Proditorū insignia nō nisi auctoritate Principis abradant.
9 Proditorum insignia abradere iurisdictionis esse.
10 Iudicum arma esse delenda, cum per sordes iudicant.
11 Iudicis arbitrio statuam alicui honoris causa erectā deiiciens punitur.
12 Proditoris imaginem ad eius contumeliam deiiciens, & corrupens punitur.

C A S V S C C L X X X I.

DE POENIS CORRVPENTIS ALBUM Prætoris, insignia familiæ & statuas.

Prætoris edicto pœna quinquaginta coronatorum indicta olim fuit contra illum, qui Prætoris album corrupisset. l. si quis id qd, de iurisd. omniū iud. quo loci scribunt omnes, quod album illud esset, & plenius Duar. lib. 1. disput. annu. ff. c. 48. puniri & hac pœna hodie possunt ij, qui Prætorum proclamata, & Episcoporum admonitiones pro forib. ecclesiæ p̄positas corrumpunt. hæc etenim in antiqui Prætoris edicto loco subrogata uidetur. quod intelligo etiam si perpetuæ iurisdictionis non sint, ut rectè docuit Gomef. §. pœnales. nu. 15. in sti. de act. repugnate

Aret. & las. ibi. necnon & Dec. d. l. si quis id qd, nu. 8. Sed nunc dubitari contingit, quid sancitū sit aduersus eos, qui alicuius familiæ insignia in ecclesiis, alio ue celebri loco ad perpetuā memoriā collocata, corruptit atq; deleuit. Rom. sing. 474. Eorū arma, scriptū reliquit, pœnam esse iudicis arbitraria. & cū eo senterunt Gomef. §. pœnales, nu. 5. in sti. de actio. Curt. iur. in d. l. si quis id qd, nu. 6. extat hic Patauij statutū sub rub. quibus liceat acquirere bona. c. nullus hominū, quo pœna quinquaginta ducatorū dicitur illi, qui arma, insignia, & epitaphia è sepulchris deleuit atq; corrupit. qd sanè statutū à iure cōmuni descēdit, cū quo conuenit, ex d. l. si quis id qd, quo circa opinor locū illi eē, si hæc insignia proditoris essent. nā licet ad suę familiæ honorē collocata arma deleri atque abradant debeant. l. eorū. ff. de pœnis. & ibi Bar. & scribunt Rom. d. sing. 474. & clarius sing. 666. An arma. latè Tiraq. de Nobilitate, c. 20. nu. 120. & alios recenset Gigastract. de crimine læsæ maiest. tit. de proditorib. q. 8. & tit. de rebellib. q. 23. quibus addo Dec. cōf. 37. col. 2. uerf. postremō, & Placā lib. j. epitom. delict. c. 21. nu. 9. at tamen intelligitur ut abradantur & deleantur Principis, atque superioris auctoritate, si qd iurisdictionis hæc sunt, quæ à priuato exerceri nō possunt. ita rectè exposuit Gomef. d. §. pœnales, nu. 5. in fi. relecta quorūdā opinione, qd priuato cuius licere dicebāt, ex d. l. eorū, quæ uerè facultatē hæc cuius nō tribuit, ita et intelligo illud, qd tradunt Paris Put. tract. syn. dicatus, in princ. col. 2. nu. 9. & Gigastract. de crimine læsæ maiest. tit. de proditorib. quest. 2. nē p̄ arma iudicū, qui per sordes iudicant, atque iustitiā peruer-tūt, eē delenda & abradēda, intelligitur nō à quouis priuato, sed principis auctoritate. quare si priuatus quid moliat, plectendus est. qd ego itelligo, pœna iudici arbitraria, posteaq; nulla reperitur expresse dicta. His rationibus opinor idē eē dicēdū, qd iudicis arbitrio puniendus sit is, qui corrupit atque abradit statuā, uel insignia p̄posita in proditoris contumeliā. licet etenim hoc sit graui animaduersione dignū, attamen certa pœna indicta nō uidetur, quantumcunq; Gigastract. tit. de proditorib. q. 8. post Mart. Laud. tracta. de crimine læsæ maiest. q. 26. in ea opinione sit, hunc puniri pœna 50. coronatorū, ex d. l. si quis id qd, quibus nō assentior. Idē dicendū credo aduersus eos, qui statuas alicui honoris causa erectas deiecerunt, quæ admodum i statuā Regis Solis, quæ Antonini Pij esse ferunt apud Papienses, cuius meminit Curt. iun. d. l. si quis id qd, nu. 5. & si is dixerit eē pœnā quinquaginta aureorū ex illa cōstitutiōe, ego arbitraria opinor. quibus autē plectantur pœnis qui Saluatoris nostri, uel sacratissimæ Virginis imagines abradunt, uel cōspurant, & frangunt, dicemus infra in casu 374.

S V M M A R I V M.

- 1 Deo dicata non esse in hominum commercio.
2 Sanctorum reliquias distrahi non posse.
3 Iudicis arbitrio puniri, qui Deo dicata distrahit.

C A S V S C C L X X X I I.

Pœna distrahentis Deo dicata.

Sacra & Deo dicata in hominum commercio esse non debere, constituit Iustinianus in §. sacræ

instituta. de rerum diuis. immo sancitum fuit, ne quis... 2. f. sanctorum reliquias distrahatur...

SVMARIVM.

- 1 Bannitus minus legitime impune aliqui occidi potest. 2 Iudicis arbitrio punitur occidens bannitum minus legitime bannitum.

CASVS CCLXXXIII.

POENA OCCIDENTIS MINVS LEGITIME BANNITUM, uel qui banno iam satisfecit.

PLacuit aliquando & nobis illa doctorum sententia: f. Bannitum minus legitime impune interimi posse, ita dicente lege municipalis: nam quod ad ipsu homicidam...

SVMARIVM.

- 1 Pena afficitur, qui manum, uel mortem sibi infert. 2 Graeci laudi tribuebant, mortem sibi consciscere. 3 Empedoclis mors iactationis gratia.

- 16 Mortem sibi inferens ob uitae tadio, pena non meretur. 17 Mors praesumitur illata tadio uita, cum non praesens sit. 18 Mortem, uel manum sine causa sibi inferens, punitur.

CASVS CCLXXXIII.

EGREGIA EXPLANATIO, QVA poena afficiatur mortem sibi consciscens, uel uulnus inferens, quid iure Diuino, Pontificio, Ciuili Romano quidq; Graeco de his sancitum sit.

Disputatio est non lenis apud nostros iuris interpretes, quae poena plectenda sit, quae manu sibi infert, uel mortem consciscit. quae quidem in re aliqua est iudicis arbitrio diffinita reliquit. Ego, ut disputatione hac abfoluam ex ordine dicam, quod apud Graecos obseruatum olim fuerit, quid apud Romanos, atque ita quod ab eis iure ciuili sancitum sit: quid itidem iure Pontificio: & postremo quid iure Diuino. Apud Graecos itaque aliqui laudi sibi esse ducebant, si uel manu sibi infereret, uel mortem consciscerent siue iactationis gratia, siue ut affecti tadio eo leuarentur. f. Empedocles iactationis causa se Deum ortale effici falsis opinans, i crateras motis Aethnae coniecit, quemadmodum meminit Accursus. in l. si quis filio, §. si quis tadio, i uerbo, iactationis, ff. de iniusto rupto & irri. testa. & recensent eruditissimus Alciatus lib. 4. Parerg. iur. c. 4. Tiraq. De Nobilitate, c. 3. i. nu. 5. 1. 2. & Petrus Placa li. j. epito. delictorum, c. 23. qui & aliorum exempla retulerunt. Illud exemplum Annibalis huc adferri potest, qui, ne in inimicorum manus ueniret, hausit cicutem, & simul moriens dixit: Soluamus i genti cura Populum Romanum. quemadmodum in illius uita meminit Plutarchus. Verum sapientiores Graeci hanc stultitiam maxime damnarunt: nam Athenienses, cum mortem quisquam sibi manu consciscisset, defuncto

defuncto cadaver manum itaquam facinorosam absceidebat, illamque diuisam a corpore inhumatam relinquebant. reliquum uero cadaver humo tegebant. cuius legis meminit Aelchines in oratione in Ctesiphontem, & Alex. ab Alex. lib. 5. dierum Genialium, cap. ult. in fine, qui hoc fuisse Platonis documentum scribit: & recte, nam Plato in Phaedone, hoc mortis genus maxime damnatum. & apertius lib. 9. de legibus scriptum reliquit ita esse sancendum: Qui se ipsum (inquit) uita & sorte fatorem priuarit, nec iudicio ciuitatis, nec tristi & inuitabili fortunae casu coactus neque extremo aliquo pudore compulsus, sed ignauia & formidolosi animi inbecillitate iuste sibi mortem consciscuerit, ei sepultura fiat solitaria, ubi alius nemo condatur: deinde in his locis sepeliatur, quae de duodecim partibus ultima, deserta, innominataque sunt, sic obscurus ut nec statua, ne inscriptione sepulchrum notetur. Platoni subscribit Aristoteles non uno in loco, ut lib. 3. Ethic. cap. 7. in fi. & lib. 5. c. 1. quae loca nobis retulit Tiraq. De nobilitate, d. c. 3. nu. 5. 6. 2.

Apud Romanos uero tadio affecti multi manum sibi intulerunt: quemadmodum Cato ille Vticensis auctor est Plutarchus in illius uita. & quem Cicero laudauit, ut scriptum reliquit Gellius lib. 13. noct. atrica. ca. 18. ita etiam Marius Praeneste obsessus mortem sibi consciscuit, quod memoriae prodidit L. Florus lib. 88. Epito. & lib. 89. & 123. recensent Gneum Norbanum, M. Brutum, & M. Antonium, caeteros sciens praetereo. Illud tamen egregium exemplum Portiae Catonis silentio non inuoluam: haec cum post afflictas fortunas Bruti mariti necem audiuisset, cum mori animo destinasset, idque fixum statutumque haberet, clauso cubiculi hostio, ne cuius interuentus facinus moraretur, incenso carbone, & sibi in fauces indito, memor generis & Romani nominis mortem sibi ipsa consciscuit. Caeterum alij sapientiores prudentioresque Romani ignauiam hanc, atque stultam opinionem summopere damnarunt. f. Tarquinius Priscus oim primus (ut haecenus obseruari iussit in crucem tolli eorum corpora, qui tadio mandati operis affecti sibi necem consciscuerant, & illa feris uolucrisque laceranda relinquenda esse statuit, quemadmodum scribit Plinius li. 3. 6. Naturalis historiae, c. 15. & quem locum nos infra in casu sequenti citabimus. Cicero autem lib. 1. Tuscul. q. 6. inquit, f. mortem sibi consciscere esse aduersus Dei mandata, dum ait: Vetat dominans ille in nobis Deus iniussu hinc nos suo demigrare, & in somno Scipionis: Tibi (inquit) Publi & pijs omnibus retinendus est animus in custodia corporis, nec iniussu eius a quo ille est a nobis datus, ex hominum uita migrandum est; ne munus humanum assignatum a defugisse uideamini. Hodie ex responsis prudentum & Caesarum constitutionibus aliter sancitum est, & quod ius hoc clare explicetur, aliquot casus distinguo atque constituo.

Primus est, ut is, qui f. conscientia perpetrati sceleris sibi mortem consciscit, bonis priuetur: ita respondit Martianus l. 3. ff. de bonis eorum qui sibi mortem consciscuerunt, quo loci in §. idem rescripsit, ita demum procedere intellexit, cum hic eo crimine innexus fuit, quod si conuinceretur, bonis careret. sit pbat. in fraudem, §. eius. il. ff. de iure fisci, atque ita nostri Doctores intelligunt, ut Iacobi. 2. num. 2. C. qui testam. facere

poss. Placa lib. 1. epito. delicto. cap. 23. nu. 8. qui alios recenset. efficiturque, iste intestabilis: nam conditum ab eo testamentum irritatur. l. si quis filio, §. eius. ff. de iniusto & irri. testa. d. l. 2. C. qui testa. fac. poss. ubi Iacobi. nu. 1. Dec. n. 2. & caeteri omnes. & casus hic i controuersia a nostris minime ponitur, illud solum disputari solet, an hic, qui ob scelus sibi mortem consciscuit, ignominia affici possit & debeat. puta, quod illius cadaver suspendatur. Bal. & caeteri in d. l. 2. C. qui testamenta facere poss. scribunt, hoc esse in iudicis arbitrio positum, quod pluribus confirmabimus in casu subsequenti. Secundus est casus, cum hic, qui f. mortem sibi consciscuit, id egit uita tadio affectus, uel doloris impatientia commotus: tunc is nullam poenam sentit uel meretur. d. l. 3. §. si quis autem tadio. ff. de bonis eorum qui mortem sibi consciscuer. & l. 1. & 2. C. eod. idem si are alieno maxime oppressus se interimat. l. in fraudem, §. eius. ff. de iure fil. quare & testamentum ab eo ita conditum ualeat. d. l. 2. ubi omnes, C. qui testa. fac. poss. causa autem tadio & doloris tunc f. mors illata praesumitur, cum nulla praesens delicti accusatio, uel suspicio futurae accusationis: quod annotarunt Alex. & Dec. in d. l. 2. C. qui testa. fac. poss. ille nu. 7. iste num. 16. Placa lib. 1. epito. delicto. c. 23. nu. 9.

Tertius est casus, cum quis sine f. causa manum sibi intulit. hic ponitur d. l. 3. §. si quis autem tadio, in fine, ff. de bonis eorum qui mortem. Dec. d. l. 2. nu. 4. C. qui testam. fac. poss. Sed de duobus dubitari contingit: primo, quando dicatur sine causa f. quis manu sibi inferre. secundo, qua specie poenae hic plectendus sit. Primae dubitationi satisfacio, sine causa dici cum non furor, non doloris impatientia, non uita tadium, non a alienum ugens adfuit, quin immo intelligo sine causa eum sibi necem consciscuisse, qui iactationis causa eam consciscuit. nec aduersatur responsum Vlpiani f. in d. l. si quis filio, §. eius. de iniusto rupto & irri. testa. quando quidem nec ipse eam causam probauit, sed irrisit potius. Rursus sentit Vlpianus, illum posse testari atque ita non priuari omnibus bonis, non tamen negat, quin puniatur, saltem parte ipsorum bonorum. Hinc sumitur responsio secundae dubitationis, nempe hunc sibi necem consciscentem non priuari bonis omnibus; ex quo eum testari posse intelligimus. atque etiam ex eo quod publicantur solum bona his casibus, cum hic, qui mortem sibi inferit, delictum perpetravit dignum ea poena publicationis bonorum. d. l. 3. §. idem rescripsit. opinor itaque hoc in casu iudicis arbitrio poenam indicendam esse.

Quartus est casus cum quis f. manum sibi intulit, sed non perfecit. quo in casu non ambigunt Doctores, quin iste puniendus sit. ita affirmarunt Bart. in l. si quis aliquid, §. miles. ff. de poenis. & in l. transigere. nu. 17. C. de transact. & in specie Gram. decis. 44. nu. 1. Solum dubitari consuevit, quae poena hoc casu sit. recepta Doctorum opinio illa esse uidetur, quod hic eadem puniatur poena, qua puniendus esset, si alterum uulnerasse. ita Io. And. in addit. ad Spec. in tit. De poenis. Bal. in proem. Decretalium, Alber. Fulg. & Castr. in d. l. 2. & ibi Iacobi. nu. 4. C. qui testam. fac. poss. quos secutus est. Gram. d. decisio. 44. nu. 4. quorum sententia adiuuari uidetur ea ratione, quam recenset Martianus d. l. 3. §. si quis autem tadio. ibi, qui enim sibi non pepercit, multo minus alij parceret. quasi q. ratio

ratio hæc a fortiori significet atq; ostendat, esse hunc eadem pœna puniendum ac si alterum uulnerasset. Verùm ratio hæc a fortiori sumpta arguit potius maiorem pœnam huic esse indicendam, quam uulnerati alium. Mouentur & altero fundamento relati Doctores, nempe ex l. si quis aliquid. §. miles. ff. de pœn. quo loci pœna capitis militi se ipsum percutienti, ut se interficeret, indicitur, idem scriptum est in omne delictum. §. qui se uulnerauerit. ff. de re milit. Verùm hoc in solo milite procedit, ut sensit Gram. d. dec. 44. nu. 4. nam grauius in eos animaduertendū est, cum erit grauius delinquant: si quidem maiorem animi constantiam & intrepidationem, atque fortitudinē ostendere debent, q̄ ceteri homines. cum uerē regulariter alterum uulnerans capite non plectatur, & aduersus relatos Doctores, alij senserunt, ut refert Curt. iun. conf. 182. nu. 3. arbitror itaq; hoc in casu hunc tentantem se ipsum uulnerare, esse iudicis arbitrio puniendū, & huius sententiæ rectē intuenti fuit Placa d. ca. 23. nu. 19. in fi. Ex relatis infertur, q̄ statuta, q̄ indicunt pœnam occidenti uel uulneranti aliquem, non habent locū his in casibus, si quidem ex eorum uerbis intelligimus eorū dispositionem his casibus adaptari non posse, quemadmodū in statuto ciuitatis Callij in eadem facti specie cōsulerunt Dec. conf. 438. Curt. iun. cōf. 182. Paris. conf. 155. lib. 4. & Soci. iun. conf. 51. lib. 1. hi uno ore rēderunt, illud statutū quo pœna capitis & publicationis bonorum indicabatur occidenti alterū, non comprehendere eū, qui nulla sceleris conscientia ductus in puteum se cōiecit. quoniam loquebatur statutum his uerbis: si quis homicidium fecerit, uel fieri fecerit capite puniatur. loquitur statutū de eo qui flagitio perfecto adhuc est supstes, & de quo supplicium sumi potest: non autem de eo, qui mortuus puniri pœna corporali non potest.

28 Quibus summitur interpretatio ad statutum Papiæ in criminalibus 21. sub rubr. De pœna illius qui homicidium commiserit, ut non procedat his in casibus: cum statuat homicidam esse capite mulctandum, ita quod moriatur. hæc uerba nō conueniunt his casibus, cum quis seipsum interfecit, ergo nec dispositio. sic declaratur nouæ cōstitutiones Mediolani, sub rubrica. De pœnis. c. homicida. sic & statuta Brixia & Verona ac Patauij, quæ his fermè uerbis idem disponunt. Infertur etiam ex relatis, quod statutum concedens impunitatem & liberationem perpetrati sceleris bannito, qui alterum bannitum interficit, non opitulatur huic occidēti seipsum, id quod omnium primus affirmauit Bal. in l. 1. nu. 21. propè medium. C. de ser. fug. ubi Castr. nu. 10. in fi. cum Baldo sensit, sic Dec. in l. 2. nu. 6. C. qui testam. face. poss. qui alios recēser. idem placuit Curt. iun. d. conf. 182. nume. 3. Fel. in e. quæ in ecclesiarum. num. 4. de constit. & ibi Bero. nu. 132. Et ob id aiunt, hunc iudicium ita se occidentem, non euitare pœnā de his qui sibi mortem conscuerunt. Ego hoc intelligo de pœna illa arbitraria, cuius memini supra in tertio casu. nec enim opinor in alijs probabilem dubitationē proponi posse: si quidem bonorum omnium publicatio indicitur ob præcedens delictum, non ob mortem, quam quis sibi inferuit iam supra in primo casu explicauimus. & uerē credo cum Baldo & ceteris, bannitum impunē nō posse sibi manū inferre, ea præcipua rōne

q̄ mens statuti nunquā fuit uel est casum hūc cōprehendere: nā si statutū hoc expressē permitteret, non ualere tanquā contra ius diuinū & naturæ, ut mox dicemus. fortius ergo dicendū est, tacitē non comprehendere casum hunc. nec iusta cā considerari potest, q̄ statutū hoc in casu loquatur: quoniam, aut iste se uirgē radio, uel furore sibi mortem consciuit, & tunc factis iure cōi excusatur. Aut ut effugiat pœnam patratī sceleris, & adhuc non excusatur, cū malo animo illud egerit. Aut se occidit tāquam legis minister, & adhuc pœnam non euitat: quia non est considerabilis hæc causa in eo, qui se in manus magistratū dare potuit, atque ita non zelo iustitiæ, sed sui commodi causa, hoc egit: non ergo meretur præmium. Accedit, quod hęc bannitus non potest considerari, quod tanquam minister iustitiæ se ipsum interimat: cū differentia, esse debeat inter agentem & patientem, ut inquit Bero. d. nu. 122. uerf. quarto lege. cap. per nostras, de iure patro. cum similibus. Præterea iudicium sponte facit, non autem iussus a iudice, quare non excusatur, sed homicida est. cap. cum minister. 23. q. 5. Nec est dicendum tacitē datam censi licentiam ob statutū dispositionem: quia respondeo, non esse datam hoc casu licentiam nec expressē nec tacitē, quoniam, si iudex inter rogaretur, an uelit hanc facultatem cōcedere, dubio procul negaret, ne ius diuinum & naturale læderet. Nec aduersantur aliquot rationes, quibus contrariā sententiam tueri conatur Dec. in d. c. quæ in ecclesiarum, nume. 14. uerf. quartus casus. & primò dum ait, hanc facultatem occidendi bannitum respicere publicam utilitatem, ut delicta puniantur, quam obrem extendi debent, ut sensit Barto. in l. 2. §. exercitum. de ijs qui notan. infam. Dec. l. factum. §. in pœnalibus, quarta limita. de regul. iuris. sic uidemus hanc facultatem alteri bannito concedi: ita Bar. in l. si quis in grau. §. utrum. ff. de ijs quibus ut indig. Bald. l. rogasti, in princip. ff. si certum peta. Respondeo, hoc in casu non esse bonam consequentiam, nec esse admittendam extensionem ob diuersitatem rationis: nam, qui alterum occidit, facit ut minister iustitiæ, & illius loco esse potest: sed diuersum est in eo, qui se ipsum occidit, quando quidem loco ministri iustitiæ esse nō potest prohibente iure diuino: & quemadmodum supra at tigi, si zelo iustitiæ facit, potest iste ad iudicem accedere. Non etiam secundo obstat, quod hæc statuta fauorabilia sint: quoniam responderi nunc potest, esse fauorabilia respectu casuum, qui sub illis comprehenduntur: inter quos hic non reperitur. Ius Pontificium (ut de eo nunc dicamus) punit hos, qui manū sibi inferunt, si quidem sacro Bacharenfi Concilio 1. quod est celebratū sub Honorio huius nominis primo Pont. Max. sancitū est. c. 34. quod relatū est, in decretis in c. placuit. 23. q. 5. ut ijs qui mortem sibi consciscunt sepultura careant, & p̄ eis in diuinis nulla fiat cōmemoratio. quā cōstitutionem confirmauit Inno. III. in c. ex parte, de sepul. & annotarunt Roma. sing. 264. Fui interrogatus. Dida. lib. 2. uaria resol. c. 1. propè fi. qui uerū intelligit, nisi hic mortuus in puteum reperiatur, quia ab alio coniectus præsumitur. & Placa d. c. 23. nu. 14. 15. Soc. iun. conf. 51. nu. 2. lib. 1. Hinc docuit Abb. in c. contingit, il. 1. & ibi, de sent. ex. om. clericū se ipsū uulnerantem esse excōicatū, idē scribit Dec. in l. 2. n. 5. C. qui test. fac. pos. Placa d. c. 23. nu. 15. uerf.

38 uerf. ceterum. Ius uerò diuinum hosti uolentia manus sibi inferentes morte æterna plectit, quando quidem inter diuinæ legis præcepta & hoc continetur. Non occides, quod sanè præceptum, & se ipsum occidentem cōprehendit, quemadmodū D. August. lib. 1. de ciuitate Dei, cap. 18. quod est relatū in c. si non licet, 23. q. 1. scriptum reliquit. & hæc est receptissima oīum Theologorum sententia, ut tradunt D. Thomas 2. 2. q. 64. art. 5. Alc. lib. 4. pareg. iur. c. 4. in fi. alios recēser Tirac. De Nobilitate, c. 3. 1. nu. 560. Placa lib. 1. uerf. to. delicto, c. 23. num. 1. 2. qui tacito Tirac. plura sibi uendicauit, latē idē probauit Didac. lib. 1. uaria. resol. c. 2. nu. 8. 9. qui & per plura hinc deducunt, quæ, ut factis diligēter ab eis tractata, filētio præreūda esse duxi.

SYMMARIVM.

- 1 Delicta morte extingui.
- 2 Iudices malè agere dum iubent cadauera suspendi.
- 3 Lex antiqui testamenti, de cadaueribus nō puniendis.
- 4 Bannitum iā mortuum uulnerari, aut spoliari nō posse.
- 5 Consanguineos curare consueuisse, ut consanguineus potius ueneno moriatur, quàm ignominiosè in foro laqueo suspendatur.
- 6 Exemplum memoria dignum, quod Venetijs euenit.
- 7 Iudicis arbitrio relinqui, an cadauer iustis de causis laqueo suspendi debeat.
- 8 Tarquinij Prisci memorabile factum contra eos, qui mortem sibi inferebant.
- 9 Milesiorum lex contra uirgines, quæ mortem sibi inferebant.
- 10 Publicæ utilitatis causa cadauera anothomia cōcedi.
- 11 Statutum Papiæ 82. in criminalibus, sub rubr. De anothomia fienda, cum iure communi conuenire.
- 12 Iudicis arbitrio relinqui, an cadauer tradi pro anothomia possit.

CASVS CCLXXXV.

QUANDO IN MORTVOS SÆUIRE liceat, aliqua memoratu digna referuntur.

RECTÈ a legumlatoribus constitutum est, delicta morte extingui. l. defuncto. ff. de publ. iud. cap. quorūdam. 2. dist. & ibi gl. & i. c. 1. 23. q. 2. nec enim in mortuos sæuire conuenit, quocirca infert Ang. in l. 2. C. qui test. facere possunt. Iudices maleficiorum malè agere, dū iubent delinquentiū cadauera suspendi, id quod affirmant in d. l. 2. Alex. nu. 3. Ias. nu. 2. & Dec. nu. 8. idem Dec. in Imperium, nu. 16. ubi Curt. iun. nu. 34. & Bologn. nu. 37. de iurisd. omni. iud. quorum sententiam confirmat lex i antiqui testamenti Deut. c. 21. Quī peccauerit homo, quod morte plectendum est, & adiudicatus morti appensus fuerit in patibulo, non permanebit cadauer eius in ligno, sed in eadem die sepeliatur, quia maledictus à Deo est, q̄ pender in ligno. obseruabit ergo hoc iudex, ne syndicat⁹ sui tempore quid ferat detrimenti. Huc spectat quod scriptum reliquit Bald. in Mororem. C. de his quibus ut indig. i bannitum iā mortuum uulnerari, aut spoliari non posse, & si dum uiueret potuerit, statuto ita permittente. & Baldum tuetur Bologne. in d. l. Imperium. nume. 38. quod eo loci Curt. iun. num. 35. post Castren. quem citat, intelligit, nisi occisus statim spo-

lietur. Hinc etiam fit, ut nobiles curent sibi sanguine coniunctos in carcerem, ueneno eis dato, necari, ut euitent pœnam ignominiosam & turpem eis in foro & publicè inferendam. quod recēser Ias. in d. l. Imperium. nume. 2. Bologne. nu. 37. & Sapia nu. 13. qui bus accedunt Marf. singul. 150. qui post Baldum scribit, illos affines esse ob uiolatum carcerem eadem pœna puniendos. idem senserunt Io. de Arnono epit. 50. & Petrus Placa lib. 1. epito. delict. cap. 23. nu. 12. uerf. illud profectō. Et accepi aliquando Venetijs memorabile huius rei exemplum euenisse: ob graue crimē erat quis laqueo suspendendus. quod egre admodū ferens illius frater exoptabat maleficum fratrem ueneno necare; sed diligens adhibita custodia impediēbat. (nec enim permittebat custodes aliunde aliquid ei ad edendū, uel bibendum deferri) impetrauit tandem hic frater pridie quàm maleficus frater laqueo suspenderetur, ut eū alloqui & deo sculari saltem posset, quod obtinuit. cum itaque eum allocutus esset, & deo sculari illum fingeret, ore illi obtulit pillulam pessimi ueneni, quam maleficus ore excepit, prudenter intelligens quid esset. atque ita dentibus fractam demisit: & nocte subsequenti uitam finiuit. Verùm, cum huiusmodi eueniūt casus, potest iudex iustis de causis ex suo arbitrio iubere, hos ita uita functos, uel laqueo suspendi, uel alijs ignominijs affici: ita docuerūt Bald. d. l. 2. nume. 2. Ias. nu. 2. Dec. nu. 8. C. qui testam. face. poss. idem Dec. in Imperium. nume. 16. ff. de iurisd. omni. iud. post Roma. & Imolan. quos recēser. quibus accedunt Marf. in l. quæstionis modum, nume. 31. & in lulti. nu. 29. ff. de quæst. & Boer. q. 316. nu. 9. & hoc usu esse receptum multis in locis testatur Iul. Clarus lib. 5. sentent. iuris. §. si. q. 51. uerf. sed hic incidenter. iustæ autem causæ huius arbitrij considerari aliquæ possunt: ut putā, ad coercendam audaciā eorum, qui magis decus quam uitam faciunt, atque ducunt: nam, si iudex deterri a maleficijs possunt hac ignominia faciendum est. Cuius rei extat i memorabile exemplum apud Plinium lib. 36. naturalis histo. c. 15. de Tarquinio Prisco. Curabat Rex iste immensum ac ualde periculosum opus plebis manibus confici: quo opere perterriti multi mortem sibi consciscabant: quare iussit Tarquinius horū mortuorū corpora in crucem tolli, & populo spectanda, feris, uolucrisq; laceranda relinqui. tum pudor grandis omnes inuasit, ut à nouo illo mortis genere in posterum desisterent. Simile est quod de Milesijs scribunt Plutarchus De claris mulieribus. c. 10. & Gellius lib. 13. noct. attic. c. 10 Milesiorum uirginum es fermè quot tūc in ea ciuitate erant, repente sine ulla euidenti causa uoluntatem cœpisse obeundæ mortis, ac deinde plurimas uitam suspendio amisisse. id, cū accideret in dies crebrius, neq; animis earum mori perseverantiū medicina adhiberi quiret, statuerunt Milesij, ut uirgines, quæ corporibus suspensis demortuæ forent, omnes nudæ, cum eodem, quo essent præcinctæ laqueo, efferrentur. post illud decretū uirgines uoluntariā mortem non obibant, pudore solo deterrite tam inhonesti funeris, ob publicam etiā utilitatem in mortuos aliquid moliri licet: ut cū laqueo suspensus scholasticis atq; studiosis artis medicæ in causam anothomiæ conceditur. concedi enim posse crebrius notri affirmant: ita Decius in d. l. Imperium. nu. 18. de iurisd.

Iurisf. omn. iud. ubi Bologn. nu. 67. in fi. communem testatur. & si ipse secutus Bar. in l. ult. ff. de cada. puni. dissentiat. sed ueram esse cōem sniam scribit Ripa. tra. cta. Pestis. tit. De remedijs præferua. cōtra pestem. nu. 142. & hanc cōem Doctorum opinionem. secutum
 11 est statutū Papiæ 182. in criminalibus. sub rubr. De
 12 anorthomia fienda. Ego in hoc multum iudicis arbi-
 rrio tribuerem. qui sua prudentia considerabit fami-
 liæ conditionem & dignitatem. an huiusmodi sit. ut
 illa reluctante cadauer anathomix tradendum non
 sit. uel tradendū. si uilis est familiæ & deploratæ con-
 ditionis. tutius tamen erit Principis uoluntate p̄clu-
 tari. ut rectè admonuit Iul. Cla. li. 5. sct. iur. §. ult. q. ult.

SVMMA RIVM.

- 1 Sodomitas morte mulierum esse.
- 2 Sodomitas iure Pontificio excommunicari.
- 3 Templarij sodomitæ igne concremati.
- 4 Constitutio noua Mediolani sub rubr. De penis. cap. sodomitæ. declaratur.
- 5 Sodomitam dici. etiam qui feminam contra naturam carnaliter cognouit.
- 6 Statutum Ferrariæ lib. 3. sub rubr. De uitijs carnis. de claratur.
- 7 Sodomitam dici. etiam qui cum brutis coiuuit.
- 8 Sodomitas infames esse.
- 9 Sodomitas bonis priuari.
- 10 Sodomitas & passos muliebria intestabiles esse.
- 11 Sodomitarū crimē pessimū i lege antiqua appellatur.
- 12 Pauli sententia contra sodomitas.
- 13 Sodomitis assignādos nō esse aduocatos. ut defendātur.
- 14 Uxorē tētātā de sodomia a uiro. ab eo posse separari.
- 15 Uxorē separari posse a uiro. si uir cū masculis cōcubuit.
- 16 Iudicis arbitrio puniri tētātē masculorū pudicitia.
- 17 Iudicis arbitrio puniri deosculantē turpiter mulierē.
- 18 Iudicis arbitrio puniri. qui extra uas cōtra naturam pollutus est.
- 19 Minores ætate ob carnis uitium mitius puniri.
- 20 Sodomitæ olim deportabantur ob solā attentionē.
- 21 Constitutio noua Mediolani. sub rubr. De penis. c. sodomitæ. non procedere in solo attentante.
- 22 Statutum Ferrariæ lib. 3. sub rubr. De uitijs carnis. non punire attentantem sodomitam.
- 23 C. Marii egregia contra sodomitam sententia.
- 24 Platonem & Solonem masculorum concubitores penis non affecisse.
- 25 Solonis lex permittens cum masculis concubere.
- 26 Plato masculorum concubitor.
- 27 Zenonis factum risu & miseratione dignum.

CASVS CCLXXXVI.

SODOMITARVM POENÆ QVÆ DE his plures relatæ leges & sanctiones; & quid Solon & Plato eorum legibus statuerint.

Foedissimi masculorū cōcubitores. quos a nephā-
 diffima Sodoma urbe sodomitas appellamus.
 1 morte mulctari solent ex Cæsarum constitutioni-
 bus. l. cum uir nubet. C. de adulter. & §. item lex Julia.
 instituta. de publ. iud. Constantinus Harmenopolus lib.
 6. tit. 4. de præter naturā lasciuientibus. Præter naturā
 lasciuientes tā agens q̄ patiens gladio plectantur. quæ
 quidem grauis pœna iam lege Scatinia quam P. Scari-

nus tulit. indicta fuit. cuius rei meminit Raymarus
 Riuallius li. 2. Historiæ iuris ciuilibus. dum de lege Sca-
 tinia agit. scribitque ea per plures damnatos fuisse. Iu-
 re autem Pontificio pœna etiam mortis indicta illis
 uidetur. ex cap. sollicitatores. §. 1. de pœnit. dist. 1. qui
 sanè canon est desumptus ex l. 1. §. ult. ff. de extraord.
 crimini. uerius ergo solum puniuntur iure Pōtificio
 2 pœna excommunicationis. & à cœtu fidelium arcentur.
 c. clerici. de excess. prælat. fuit etiam aliquādo obser-
 uatum in sacro. Viennensi Concilio sub Clemente.
 3 qui Benedicto successit. ut sodomitæ illi ordinis
 Templarij igne concremarentur. quod memoriæ
 prodit Petrus Crinitus lib. 24. De honesta discipl. c.
 13. iure etiam Pontificio priuantur omnibus bonis
 atque beneficijs. carcerique mancipantur perpetuo.
 4 c. clerici. ubi Abbas de excess. prælato. & scribit Bernard.
 Diaz pract. crimina. capitu. 80. & Fabius Monte-
 leo in Praxi arbitrari. tertia particula quartæ partis
 principalis. numero 486. Papiæ ex statuto 23. in crimi-
 naliibus. sub rubr. De pœna sodomitæ. & Medio-
 5 lani. in totoque dominio exp̄nouis constitutionibus
 in titu. De penis. cap. sodomitæ. igne cremantur. quæ
 sanè constitutiones intelliguntur de sodomita tam-
 cum masculo quàm cum femina: ex ueriori sentētia.
 Cardin. in clem. 2. q. 13. de consangu. & affinita. quæ
 reiecta contraria Socini opinione. probarunt Dec.
 in l. 1. nu. 9. C. de secund. nupt. Afflict. in comment. ad
 constitutiones Regni. lib. 3. rub. 42. Corta in memo-
 6 rab. in uerbo. Pedicones. & Plotus in l. si quando. nu-
 mero 311. in fi. C. unde ui. & statutum Ferrariæ lib.
 3. De uitijs carnis. cum hoc iure communi cōuenit.
 Intelligitur etiam uerbo sodomita. puniri. qui turpiter
 cum animali bruto coiuuit: ut habetur Exodi cap. 20.
 in capitu. reos. §. qui coierit. 23. quæstio. 5. Constantinus
 Harmenopolus dicto libro sexto. titu. 4. De brutis
 7 rescentibus. Brutiscentibus. hoc est ijs. qui cum iumētis.
 aut cæteris mutis animantibus concubunt. penis
 præcidiunt. Boer. quæstio. 316. nume. 1. Roland. à Val-
 le consilio 7. num. 1. lib. 1. Iulius Clar. lib. 5. senten. iur.
 §. fornicatio. uer. cum animali bruto. quare Papiæ
 ex dicto statuto 23. declaratur. ut talis & eadē ignis
 8 pœna puniatur. sic etiam Ferrariæ ex relato statuto
 De uitijs carnis. atque ita etiā erit declarāda constitu-
 tio Mediolani. Sed an qui crimen hoc solum tenta-
 uit. sed non perfecit. puniendus sit. quæstionis est. Ego
 opinor ob criminis atrocitatem esse puniendum.
 sed non pœna ordinaria. quod autem atrox crimen
 sit. iam ex relatis constat. posteaquàm mortis pœna
 9 indicta illis est. Accedit etiam sodomitas infames esse.
 glo. in l. 1. §. remouet. ff. de postula. & i. d. l. cum uir.
 C. de adulte. Iacob. Beluis. in authen. ut non luxur. cō-
 tra naturam. Propterea commissio crimine statim
 ac ipso iure rei criminis efficiuntur. & dominio bo-
 10 norum priuantur. glo. in §. 1. in auth. de incest. nupt.
 gl. in c. cum secundum. in princi. de hæret. in 6. Bart.
 in l. post contractum. ff. de dona. & in l. Imperator. ff.
 de iure fisci. Bal. in authen. in cestas. C. de incest. nupt.
 quo circa glo. in §. testes. in uerbo. intestabiles. in l. i.
 de testa. censuit passos sodomitæ esse intestabiles:
 ergo à fortiori agentes. atque ita in terminis sodomi-
 11 tas testamentum condere non posse. & conditum
 antequam sint condemnati annullari. cōsuluit Ana-
 stasius Platus inter consil. Barba. consil. ult. lib. 1. quæ
 secuti

secuti sunt Decius in d. l. 1. n. 7. C. de secund. nupt. Corta
 in d. memorab. in uerbo. Pedicones. Bello. cōf. ult.
 nu. 2 & Plotus in l. si qñ. nu. 311. in fi. C. unde ui. qui-
 bus addo Marf. sing. 597. Contra naturā. & Coraf. in
 l. in testamento. nu. 23. C. de impube. & alij subst. Al-
 12 ciat. l. inter stuprum. nu. 4. de uerb. sign. & Tiraq. in
 l. si unquā. in uerbo. reuertatur. nu. 384. C. de reuoc.
 dona. Bossius tract. causarum criminaliū. titu. De stu-
 pro detestabili in masculos. nu. 2. & Fabius Mōtel eo.
 loco præallegato. nu. 495. & Iul. Clarus lib. 5. senten.
 iur. §. sodomia. uerf. itē sodomita. Rursus. adeo graue
 13 crimē hoc existimatur. ut i sacra Gene. c. 37. pessimū
 crimen appelletur. & c. 18. sic legitur: Et peccatū eorū
 14 aggrauatū est nimis. & ideo exclamabat Paulus ad
 Romanos 1. Et tradidit illos Deus in passionem igno-
 minia: nā femina eorū mutauerūt naturalem uitam.
 Hinc etiam censuit Bal. in aut hen. sed nouo iure. C. de
 15 ser. fugit. & sodomitis assignandos non esse aduoca-
 tos ut defendantur. & eum secutus est Barba. consil.
 16 pen. col. 2. in fin. lib. 1. quo loci respondit Barb. iuxta
 rem separari a uiro. cum ab eo de uitio hoc ipso tenta-
 17 tata fuit. & eum est secutus Dec. in d. l. 1. nu. 8. C. de
 secund. nupt. Iulius Clar. d. §. sodomita. uerf. item pro-
 18 pter. immo respondit Barba. d. consil. pen. col. 6. uerf. si
 19 capio nūc aliud. iuxta rem a uiro posse separari. cum
 uir cum alijs uitium hoc exercet. & in d. consil. penul.
 col. 10. clarè affirmat Barba. conatum puniri. idem
 clarius affirmarunt Boer. q. 316. nu. 2. & 4. post Guid.
 Papæ q. 236. & Marf. in l. 1. nu. 2. 5. ad leg. Corn. de
 20 fica. & probat l. 1. §. ult. de extraord. crim. cuius uerā
 lectio ex Pandectis Florentinis restituit nobis An-
 21 to. Augusti. lib. 3. emend. iuris c. 9. Sed tolet dubitari
 qua pœna puniendus sit hic conatus & attentatio.
 22 & iam dixi pœna extraordinaria. idest arbitrio iudi-
 cis. ut pbat d. l. 1. §. ult. ff. de extraord. crim. quem textum
 sic ibi intelligunt glo. & omnes. Paris. consil. 163.
 nu. 2. 3. lib. 4. & alios referam infra in casu 356. nūc
 addo Iul. Clarum lib. 5. senten. iur. §. sodomia. uerf. sic.
 23 quæro nunquid. qui citat Afflict. in cōstitutionibus
 Regni. idem Afflict. dec. 275. qui etiam censuit deo-
 24 sculantem mulierem per uim iudicis arbitrio puni-
 25 ri ex d. §. ult. & quo osculo i subsequenti casu attingā.
 26 Sic respondit Socin. iun. consil. 7. nume. 1. lib. 3. iudi-
 cis arbitrio illum puniri. qui extra uas pollutionem
 27 extraordinariam commisit. & eo loci subijcit. iudi-
 cem habere debere retentionem conditionis persona-
 28 rum. ut si adolēscētes & ætate minores sunt. mi-
 29 nori pœna eos etiā puniat: iuxta l. auxilium. §. 1. ff. de
 minor. qua de re aliqua infra in casu 329. attingam.
 in specie nunc addo cōstitutionem relatam à Con-
 30 stantino Harmenopulo lib. 6. tit. 4. De præter naturā
 lasciuientibus. Præter naturam lasciuientes tam agēs
 quam patiens gladio plectantur. nisi fortè qui passus
 est minor erat annis duodecim. tunc enim ætatis de-
 31 fectus eum à pœna eximit. aduersus tamen receptif-
 simam hanc opinionem obtare illud non parum ui-
 32 debatur. quod pœna attentati huius criminis sodomi-
 33 cæ non sit iudici arbitraria. cum ex d. §. ult. l. 1. de ex-
 34 traord. crimi. iis deportandus sit. nisi dicamus hodie
 esse arbitrariam. quia hæc deportationis pœna in
 35 usu esse desit. ut infra in casu 329. attingam. & ibi ali-
 quorum autoritatibus ostendam loco pœnæ depor-
 36 tationis arbitrariam esse subrogatam. atque ita opi-

nio hæc communis iure defendi potest. quæ ad de-
 37 clarationem statuti Papiensis. & Mediolanensisque
 38 constitutionis annoranda est. & ad declarationem
 relati statuti Ferrariensis. quo nihil uideretur sancitum
 contra attentantem hoc crimen. qua de re suo loco.
 & quod ad patientem conuenit illud statutum cū iu-
 39 re communi. Huc pertinet fegregium C. Marij. qui
 septies consul fuit. exemplum. cuius meminit Plutar-
 40 chus in illius uita. is inquam iudicauit C. Lucium ne-
 potem suum à Trebonio adolēscēte. quod illius pu-
 dicitiam non semel attentasset. & uim tandem infer-
 re uoluisset. rectè occisum. quin ob egregiè factū Tre-
 bonium coronā donauit. Hoc sanè quam memoria
 41 dignum iudicium non commendasset uiri alioqui
 42 prudentissimi Solon & Plato. qui nephandum hoc
 uitium nō modò penis grauissimis dignum non exi-
 43 stimarunt. sed foedissime eo se oblectarunt. Plutar-
 44 chus de Solone in illius uita scriptum reliquit. il-
 lum legem tulisse. ex seuis neminem posse adolēscē-
 45 tem deperire. De Platone scribit in illius uita Dio-
 genes Laertius: & ex aliorum sententia testatur. il-
 lum adamasse Asterum. Dionem. & Phædrum adolē-
 46 scentulos. risu dignum est quod idem Laertius in
 47 uita Zenonis Citiensis scribit: Ait Zenonem semel
 cum ancilla. bis cum pueris coiuisse. ne utrunque se-
 xum odisse uideretur.

SVMMA RIVM.

- 1 Osculi impudici pœna qua.
- 2 Iudicis arbitrio puniri uirum deosculantem turpiter mulierem.
- 3 Pistrati Atheniensium Tyranni factum egregium.
- 4 Catonis Censorij de honestate seruanda lex.
- 5 Statutum Patauinum sub rub. De raptu mulierum. c. qui aliquam mulierem. declaratur.
- 6 Osculum impudicum si mulier patiat. punitur iudicis arbitrio.
- 7 Dotem. an mulier perdat propter osculum impudicū.
- 8 L. ult. in fi. C. de repud. intellectus.
- 9 §. Prædictis itaque. in auth. ut liceat matri & auia. intellectus.
- 10 Capit. primo. §. primo. quibus modis feud. amittit. intellectus.
- 11 Camilli Plantij iureconsulti doctissimi noua opinio de dote propter adulterium hodie non amittenda.
- 12 Dos de iure ciuili. an ob adulterium. uel ob diuortium perderetur.
- 13 Quinquennium statui ad accusationem adulterij.
- 14 Causa cause est causa causati.
- 15 Diuortium solum sine adulterio in causa non fuisse. ut mulier dotem perderet.
- 16 L. Lucius. ff. sol. matr. intellectus.
- 17 L. Miles. §. socer. ff. de adult. intellectus.
- 18 Causam proximam esse considerandam.
- 19 Causam remotam considerari.
- 20 Possessionem quod ad usucapionem plus considerari. q̄ dominium.
- 21 Diuortium quomodo sit hodie sublatum.
- 22 Cap. 2. de transla. Epif. intellectus.
- 23 C. plerunque. de donation. inter uirum & uxorem. intellectus.
- 24 Camilli Plauti intellectus ad c. plerunque. de dona. inter uir. & ux. in dubium reuocatus.

POENA IMPVDICE DEOSCVLANTIS
quæ, & an hodie mulier ob osculum, uel adu-
lterium dotem perdat: Camilli Plautij eruditissimi
Iureconfulti noua una opinio examinata.

Quoniam superiore casu aliqua de osculo attigi-
mus, placet nunc casu hunc referre. qui ac dubita-
ri simul contingit: qua pena plectendus sit il-
le, qui alterum luxuriosè & turpiter deoscularus est:
dicam prius, qua pena puniatur uir deoscularus uirum,
uel foemina, deinde qua pena etiam puniatur foemina
uirum deoscularus. Cum ergo masculus masculum,
uel foemina turpiter deoscularur, pena iudici-
arbitraria puniatur: ita Cyn. in l. si quis non dicam
raperè. 6. oppos. & ibi Bald. nume. 6. C. de episc. &
cleri. & sentit glo. l. i. in prin. in uerbo, propter uolun-
tatem. ff. de extraord. crimin. ex illo textu idem docuit
Sali. in l. is qui cum telo. C. ad leg. Corn. de sicar. & ita
decisum fuisse in sacro Neapolitano consilio testatur
Afflict. dec. 275. & late multis comprobauit Gramm.
confi. 48. Bossius tract. causarum criminalium, de ex-
traord. crim. l. i. Clar. lib. 5. sent. §. ult. q. 88. uerf. oscu-
lū inferens, qui Gramm. recenset, multo mitiori pœ-
na esset is plectendus, qui præ nimio amore uirginē
deoscularus est: nam is affectus uehemens excusat. Ex-
tat exemplum egregium apud Valer. Max. lib. 5. c. 1.
de Pisistrato Athenienſium tyrāno, qui cū adolescēs
quidam amore filia eius uirginis accensus, in publi-
co obuiam sibi factam oscularus esset, hortante uxore,
ut ab eo capitale supplicium sumeret, respondit: si
eos, qui nos amant, interficiemus, quid ijs facimus, qui
bus odio sumus. hanc tamen licentiam non tulisset
seuerus ille Cato censorius, qui nec patiebatur, ma-
ritū deosculari mulierem præſente filia. cuius rei me-
minit Plutarchus in Catonis uita. & ex nostris Baldui-
nus in commentarijs ad leges Romuli l. 9. cum iure
communi conuenit statutum Patavinum sub rubr.
de raptu mulierum. cap. Qui aliquam mulierem. Hęc
tamen uera esse intelligit relatus Bossius, cum nulla
uis intercessit, secus si per uim esset deoscularus: quia
grauis ait puniri, hoc est pœna deportationis. sed ue-
rè idem est, posteaquā deportatio in usū esse desierit,
& hodie arbitraria illius loco successit, ut infra dice-
mus. Mains dubium est, quid in foemina, quæ uel ui-
rū turpiter deoscularur, uel se deosculari permittit,
in uirgine adhuc ego crederem penā esse arbitriariā,
exemplo uiri, & illis rationibus, quibus opinio illa de
uiro probatur. In iam nupta uerò hætenus ferè oēs
senſerunt dotem ita perdere, quemadmodum & ea
ob commissum adulterium priuatur. ita enim inter-
pretes ferè omnes in rubr. C. de edend. & in rubr. ex-
tra de iudicijs. Ego autem dum interpretarer rubri-
cam illā de iudicijs, fui in contraria opinione, quam
hoc loco paucis referam. adducebar si quidem ex l.
consensu, iuncta §. ult. in fine, C. de repud. iuncto etiā
§. prædictis itaque causis, in authen. ut liceat matri &
auia. tex. enim d. l. consensu, & d. l. ult. plures probant
causas, quibus mulier dote priuatur, deinde in d. §. ut l.
d. l. ult. Iustinianus ita clarè cenſet: Oib. etenim causis
requisitis & perlectis, quas antiquitas introducebat,
nihil ualidum præter eas, quas anteriores constitutio-

nes & præſens dispositio introduxit, inuenimus. Cū
ergo in relatis constitutionibus osculum, ut causa le-
gitima dotis amitrendæ, enumerata non reperiatur,
sequitur legitimam non cenſeri, id quod clarius pro-
bat text. §. d. §. prædictis itaque causis, ubi plurib. re-
latis causis, quibus olim matrimonium dissoluebatur,
& dos uel donatio propter nuptias amittebatur, plu-
ribusq; abrogatis; his uerbis utitur Iustinianus: Oēs
igitur prædictas causas, quæ præſenti nostra continen-
tur lege solas sufficere ad legitimorum matrimoniorū
solutionem iubemus, oēs uerò alias uacare, neque ul-
lam aliam, nisi nominatim inserta huic sit legi legiti-
mum matrimonium dissoluere posse præcipimus, siue
nostris, siue uetustioribus cōprehēdatur legibus. Nec
est, quod dicatur loqui de causis solius dissolutionis
matrimonij; qm̄ tota illa constitutio de utroque lo-
quitur, & utraque causa æquiparatur, quod et ostē-
dit Iustinianus in d. l. ult. §. ult. C. de repud. Næc no-
stræ huic opinioni aduersatur text. cap. 1. §. 1. quibus
modis feud. amit. quibus præcipuus in hanc senten-
tiam pro cō. Doctorum opinione allegatur, qm̄ præ-
ter multa quæ a Doctoribus in d. rubr. C. de eden. &
rubr. extra de iud. adferuntur, satisfacere possumus ex
his, quæ supra in casu 226. attigimus eo. n. loci osten-
dimus præcipuam esse constitutionem illam in feu-
dalibus, nec eam in consequentiam trahere licet. cæ-
tera cōis opinionis leuia fundamenta non refero. Re-
lata nostra hæc opinio aduersus cōem fortius esset, si
uera esset noua una opinio uiri celeberrimi summa
mihi necessitudine coniuncti §. Camilli Plautij in
rubr. C. de edēdo. nu. 4. 6. & subsequentibus, is enim
aduersus ceteros oēs affirmauit, hodie mulierem ex
causa etiam adulterij, dotem non amittere. summa
argumentationis illius uiri eruditi hæc est: Mulier ex
antiquis constitutionibus legislatorum, ac etiam
nouis Iustiniani dotem amittebat non immediatè
ob solam causam adulterij, sed ob diuortium & re-
pudium: quo circa pœna amissionis dotis non erat
ob adulterium, sed ob ipsum diuortium, cui hodie
locus non est: ergo, nec locus erit pœne amissionis do-
tis, maior propositio omni iure probatur, iure Pæde-
ctarum in l. Lucius. ff. sol. matrim. ibi, si probetur culpa
mulieri matrimonium dissolutū, an poterit maritus
propter culpam uxoris retinere, in l. miles. §. socer, de
adulter. ibi, contentus lucrū ex dote retinere, tam
quā culpa mulieris diremp. o matrimonio. iure Co-
dicis probatur in l. cōsensu, C. de repu. ubi multæ enu-
merantur causæ, ob quas mulier dote perdebat: sed
ita demum si nullum esset repudium, & secutū diuor-
tium: pœna ergo ista amissionis dotis, est pœna diuor-
tij, nō adulterij. ita iure authenticorum probatur in
§. nuptias, & in §. mitiores, in auth. de nupt. & in §. q.
uerò plurimas, in auth. ut liceat matri & auia. Minor
probatur in c. 2. infra, de transl. epif. Alex. l. si cum dote.
§. si maritus, nu. 10. sol. matr. est ergo uera hæc conclu-
sio, inquit uir hic clarissimus & ingeniosus admodū.
Ego uerò esse animaduertendum cenſeo. Primò quo
ad maiorē propositionem, quæ fortè non est abſolu-
tè uera, nā concedo statuisse post alios Iustinianū, tūc
demū mulierem dote perdere, si secutū est ob iustā
causam, ut adulterij uel similis, diuortium, nec aliter
potuisset statuere. quoniā, si nullo facto diuortio ma-
ritus in matrimonio perseveraret, facta esset cerra-

inter

inter coniuges reconciliatio; & omnis remissa quo-
dāmodò iniuria, nec esset necesse disputare, de dote
13 uel retentione, uel restitutione, quare lex statuit quin-
quennium ad accusandum, l. miles. §. quid ē, de adult.
& de reconciliatioe probat l. si uxor, in fi. de adulte.
Boer. q. 298. 3. quæst. ueruntamen non arbitror illud
uerum, dotem perdi causa diuortij, sed uerius credo
causam præcipuam amissionis esse adulterium ipsū.
Primò adducor ea ratione, quia adulterium dicitur
14 causa causæ, ergo & causati. quod enim est causa cau-
sæ est & causati. l. manumissiones, de iust. & iure. Dec.
in rubr. ff. si cert. petat. 3. lect. nu. 5. qui dicit cām ordi-
natam considerari, ut hic, cum adulterium sit causa
ordinata ad dotis amissionem, sed adulterij est cā di-
uortij, ergo adulterium est causa amissionis dotis.
15 Rursus est aduertendum, quod non solum diuor-
tium sine causa adulterij, nec solum adulterium sine
secuto diuortio, efficit, ut mulier dotem perdat: sed
simul concurrere debet ut scilicet uir in proposito
repudij libello causam inserat adulterij & eam pro-
bet: qua probata diuortium sequitur, uel sub alia for-
ma, quæ olim fortè obseruabatur, ut proposita adul-
terij accusatione & ea probata, secutaque sententia,
missioq; libello repudij diuortij fieret: nō tamen di-
uortij illud est causa effectiua amissionis dotis, sed
potius declaratiua, nēpè declarans tempus euenisse,
quo mulier dotem perdat ob commissum a se adulte-
riū. Rursus, si uera esset, solum diuortij esse causam
amissionis dotis, sequeretur diuortium in se esse deli-
ctum & culpam, & tamen est mera pœna, quam pati-
tur mulier unā simul cū amissione dotis, & hoc pp-
culpam & delictum adulterij, & ita adulterij est cau-
sa causans utruq; & est cā effectiua. simile potest ad-
ferri si officialis in suo magistratu delinquat & remo-
ueatur a magistratu declaraturque amississe & com-
modum magistratus, & quidquid erogauit in asse-
quenda illa dignitate & magistratu, pœna huius amif-
sionis, & si sequatur immediatè remotionem ab offi-
cio, & sine illa remotione illi locus non sit, non tamē
hęc amissio commodi dicitur esse pœna remotionis,
sed ipsius delicti, ob quod secuta est remotio. ita hoc
casu amissio dotis est pœna adulterij, non diuortij,
cum diuortium de se non sit delictum, sed altera deli-
16 cti pœna, atque ita intelligo §. l. Lucius. ff. sol. mat-
rim. quo loci dicitur, culpa mulieris dissolutum fuisse ma-
trimonium. & culpa dicitur commissā ob tentatam
dissolutionem sine causa, ob quam & mulier dotem
perdit. l. consensu, uerf. nam mulier si contempta. C.
de repud. & ideo d. l. Lucius, inquit, propter culpam
mulierem dotem perdere, & in fine, inquit, culpam
17 mulieris esse muctandam, text. autē §. l. miles. §. socer,
de adulter. præsupponit commissum adulterium, &
hanc esse culpam ob quam dirimitur matrimonium,
deinde declaratur dos amissa, quæ amissio causatur
uerè a commissio adulterio. sic in l. consensu, conside-
ra delictum ut causa effectiua & dissolutionis matri-
monij, & amissionis dotis. Non obstat, adulterium
causam esse remotam, diuortium uerò esse causam
18 proximam, & causam proximam non autem remo-
tam esse in consideratione, l. socium qui in eo. §. pri-
mo, ff. pro socio. Barto. l. sed & si plures. §. in arroga-
to, de uulg. Dec. l. certi conditio. §. quoniam, nume.
7. ff. si cert. petat. & in l. in eo quod plus est, numero 5.

19 in fi. de regu. iur. Respondeo, immo causam remotā
esse considerandā, quando sine ea effectus sequi non
posset. Exemplum in usucapione, causa proxima est
dominium: remota possessio. uerum quia sine pos-
sessione usucapio procedere non potest. l. siue posses-
sione. l. non uidetur, de usucap. ideo possessio magis
20 consideratur. ita docuit Bart. l. i. nume. secundo, uer-
ista solutio. ff. de constit. princ. Rursus, adulterium est
causa ordinata ad amissionem dotis, ergo illa attendi-
tur. Dec. rubr. ff. si cert. pet. 3. lectu. nu. 4. Rursus, quan-
do causa mediata nihil agit in absentia primæ, & ita re-
motā, illa remota attenditur. Bal. l. non eo minus. nu-
mero 3. C. de accusat. si percutio te cum baculo, ma-
nus, & si causa sit remota, consideratur, non baculus,
quamuis proxima. Quoad minorem propositionem
est pariter aduertendum, hodie non esse sublatum
21 diuortium uel repudium ex causa adulterij, immo
est concessum, ut habetur Matthæi c. 5. & 19. & in c.
plerunque, de dona. inter uirum & uxorem. in hoc
tantum est antiquum diuortium temperatum, quod
licet olim securo diuortio licuerit & uiro & mulie-
ri, alteri nubere, hodie non licet. ca. 1. 2. 4. & 5. 3. 2. q.
7. ca. 2. de diuor. nec id contingit ob ipsam causam
matrimonij carnalis, sed ob sacramentum, cap. licitè,
3. 2. q. 7. qui character sacramenti euellet ab offibus no-
stris nō potest, & in specie tradit Franciscus de Marchis
22 q. 5. 1. 4. nu. 27. quod autem dicitur in §. cap. 2. de tran-
sila. Epif. intelligitur, cum sit diuortium ex solo con-
iugum consensu sine aliqua causa fornicationis præce-
dentis: nam nec tunc consumato matrimonio dissol-
ui à Pontifice, nisi magna ex causa potest, ut late respon-
dit Dec. cons. 1. 12. immo etiam ubi subest causa spon-
te & sine iudicio ecclesiæ, non recedunt a matrimo-
nio coniuges. cap. 3. de diuor. Nec aduersatur illud
quod hæc hodie dicitur thori separatio subrogata
potius loco diuortij, & non diuortium propriè, quia
iā dicitur esse illud antiquum diuortium, sed limita-
tum & declaratum, seu in ea parte correctū, ut secuta
separatione illa neuter coniugum nubat, nec ex hac
23 correctione sublata est pœna amissionis dotis, immo
uidetur approbata ex ca. plerunque, de donat. inter
ui. & uxo. quam cōstitutionem sic ipse intelligo cum
cæteris, ut secuto diuortio seu thori separatione ob
fornicationem a muliere commissam, perdat dotem
24 mulierem. Nec me mouet intellectus §. Plautij in d. rubr.
C. de eden. numero 14. uerf. sicu. magis dubium. dum
inquit d. c. plerunque, solum uelle mulierem dotem
non repetere, id est dotem apud uirum remanere, ea
ratione, quia & si thorus fuerit separatus, non tamen
dissolutum est matrimonium, cum ergo daret, dos
penes maritum remaneret, & si nō sustineat onera ma-
trimonij: nam durante matrimonio dos debet esse ap-
ud uirum. l. mutus, ubi glo. ff. de iure dot. & ideo di-
cebat Plaut. esse casum specialem in quo maritus re-
tinet dotem apud se, & tamen non sustinet onera ma-
trimonij: quod esse intelligitur ob delictum ab uxore
commissum. Subtilis hic intellectus fortè nō potest
defendi, quia illud matrimonium quod perdurare di-
citur, dicitur quò ad Deum ratione sacramenti. d. ca-
pitu. licitè. 3. 2. q. 7. quò uerò ad coniuges dicitur esse
omnino separatum. Secundò hic intellectus præsup-
ponit, quòd aliquando mulier dotem repetat, etiam
si non sit reconciliata marito, præsupponit, inquam
V V repeti

repeti soluto matrimonio per mortem alterius eorū & tamen hoc est diuinare in illo textu: immo ostendere quod prius sit mortua uxor, extinctam esse culpam & causam non repetendi dotem, & ab hereditibus uxoris posse repeti, & tamen tex. non ad tempus limitatum, sed absolute repetitionem negat.

SVMMA RIVM.

- 1 Stupri crimen graue.
2 Stuprum proprie quod:
3 Stupri pena in foro conscientie, q̄ contra clericum.
4 Pena stupri contra laicum in foro conscientie.
5 Clericus ob stuprum deponitur.
6 Iudicis arbitrio interdū puniri clericum stupratore.
7 Stupratoris pena de iure civili.
8 Iudicis arbitrio stuprator punitur de iure civili.
9 l. i. s. ult. ff. de extraord. crim. intellectus.
10 s. item lex Iulia inst. de publ. iud. intellectus, & de eius litera.

CASVS CCLXXXVIII.

POENA STUPRATORIS QUAE TAM ex iure civili & Pontificio, quam ex foro conscientie.

- 1 Stuprum graue admodum crimen est, aliquando tamen pena arbitraria punitur: quemadmodum mox dicemus. f. stuprum proprie in uirginē uel uduam committitur. l. inter liberas. §. Iulia. ff. ad l. lul. de adul. & doctē explicant Alciatus & Bræchus inter stuprum. ff. de uerbo. sign. stuprator ergo his penis plectitur. Primò in foro conscientie hodie clerico poenitentia decem annorum iniungitur, cū illis ieiunijs & poenitentijs, quorum meminit tex. in cap. presbyter. 83. distin. laico uerò iniungitur poenitentia septem annorum. cap. deuotam. 27. q. 1. & ca. hoc ipsum, 33. q. 2. & annotauit Paulus Grillandus tract. de penis omnifaria coitus. q. 7. nu. 1. In foro contētiōso iuris canonici clericus deponitur: ita magis cōmunē eē doctorū opinionē, r. statuis Grillandus d. q. 7. nu. 2. Iulius Clarus quē statim referā. & is Grillandus d. loco. n. 3. refert ex Abbatris opinione in c. ut clericorū, de uita & honest. cler. interdū arbitrio iudicis puniri. quā opinionē pbauit & gl. in c. 2. in uerbo, castigatus. de adulter. ubi latē idē Abbas. Paulus Lancellotus in institu. canonici, tit. de adulterijs. §. eadē iure civili stuprator, si uir honeste uitæ est, aut dignitate constitutus partis honorum confiscatione & relegatione temporali iudicis arbitrio punitur. si humilis est persona, fustigatur, & in exilium mittitur. ita probat §. item lex Iulia, inst. de publ. iud. atque ita simpliciter sentit is Grillandus. d. q. 7. nu. 4. & singulare hoc eē, q̄ pena stupri nō sit capitalis, an notauit Marthæ. notab. 200. & Grāma. uoto 17. n. 3. Rolan. a Valle conf. 35. lib. 2. & Iulius Clarus li. 5. senten. iuris. §. stuprū. uerū. sed quæro quæ sit pena. Verū huic sententiæ ex diametro repugnare uidetur l. 1. §. ultimo. ff. de extraordi. crimin. quod loci ait Paulus stupratores perfecto flagitio mulctari, imperfecto de portari. hanc anotiā conciliare multi studuerūt. Cotta in memorabilibus in uerbo stuprū, scribit eē legendū in institutionibus ibi stupratoribus, uel alijs peccatorib⁹, & cū eo Io. Baptista Pius in annota.

ad l. 1. de extraordi. crim. inquit eē legendū p̄dicatoribus, nēpē ut cōsultores stupri ea p̄na cōsificationis bonorū & relegationis uel fustigationis & ex illi puniantur. hāc cōciliationē reicit Alcia. lib. 5. Paradox. c. 10. q. tamen cōciliat, ut stupratores lege Iulia, relata p̄na in d. §. itē lex Iulia, plectātur, iudicio uerò extraordinario puniātur, ut in d. l. 1. in fi. de extra ord. crim. atque ita duæ sint diuersæ p̄næ legibus diuersis sancitē. eiuſdem opinionis fuit idem Alciatus in l. transigere. nu. 10. in fi. C. de trāfact. cū illo nūc sentio.

SVMMA RIVM.

- 1 Fornicatoris pena in foro conscientie quæ.
2 Iudicis arbitrio punitur fornicator de iure canonico.
3 Fornicatio simplex de iure civili impuniibilis.
4 Consanguineus qui ignoranter coiuuit cum consanguinea meretrice non punitur.

CASVS CCLXXXIX.

FORNICATIONIS POENA quæ ex omni iure.

Fornicatio simplex interdum punitur: nam iure diuino in foro cōscientie fornicatori indicitur poenitentia septem annorum, & minor etiā arbitrio sacerdotis, c. hoc ipsum. 33. quæst. 2. & alia recenset Paulus Grilladus trac. de penis omnifariam coitus, q. 9. nume. 1. qui nu. 3. subiicit post Abba. in c. ut clericorum, num. 7. de uita & honest. cleric. in foro contentioso iuris canonici poenam esse f. iudici arbitriam tam contra clericum, quam cōtra laicum. idem affirmauit Paulus Lancellotus in institutionibus canonicis, tit. de adulterijs. §. ultimo. Sed uerius clericū suspensione ab officijs affici scribit Dec. in ca. ar si clerici, in princip. nume. 36. & ibi Berouus. nu. 165. de iud. & alios recenset Clarus lib. 5. senten. iuris. §. fornicatio, uerū. sed quæro quæ sit p̄na fornicationis. qui quidem in laico fatetur esse arbitrariam: iure uerò civili simplex f. fornicatio cū meretrice alia uē muliere inhonesta est impuniibilis. l. 1. C. de concub. Bar. l. uerum. ff. de furtis. Grillandus d. q. 9. nu. 4. quod loci post Sali. l. 1. quæ adulterum. C. de adul. ait quod ille qui ignoranter carnaliter cognouit consanguineam suam meretricem, nō punitur, qm̄ rei prohibita operam non dabat. si aut scienter, punitur. hoc inquit illi ex iuris civilis dispositione: ex iure uerò canonico semp̄ punitur, quia rei illicitæ operā dabat.

SVMMA RIVM.

- 1 Iudæus cognoscens carnaliter Christianam in uelamine matrimonij pena mortis punitur.
2 l. Ne qs Christianā. C. de iudæis, intellectus & sensus.
3 Adulterij poenam mortis esse.
4 Glos. l. qui cum uno. §. adulterij, de re mil. explosa.
5 Penam adulterij solum iure Codicis esse capitalem, multi senserunt; sed male.
6 l. Quamuis, la. 2. C. de adul. à quo & qñ promulgata.
7 Iudæus adulterium cum Christiana commutens, pena mortis plectitur.
8 Iudæus qua p̄na punitur si Christianam solutam simpliciter carnaliter cognouit.
9 Iudicis arbitrio punitur Iudæus, qui Christianam solutam cognouit carnaliter.
10 Lex antiq̄ testamēti quo modo hodie allegari possit ad decisionem

decisionem causarum.

- 11 Oldradus cons. ult. declaratur.
12 Iudæos loca ciuium saepe haberi.
13 Bononienses Iudæi priuilegio ciuilitatis à Pontifice donati.
14 Statuta Bononiæ sub rub. de adulterio, declarantur.
15 Iudicis arbitrio punitur Iudæus, qui cum meretrice Christiana coiuuit.
16 Constitutio noua Mediolani sub rub. de penis. c. Iudæus, declaratur.
17 Statutum Patavinum sub rub. de raptu mulierum, c. Iudæus, declaratur.
18 Catechumeni carnaliter cognoscens Christianas eadem p̄na qua Iudæi puniuntur.
19 Catechumenos non saluari nisi mediante martyrio.
20 Destinatio pro facto haberi quomodo intelligatur.
21 Saraceni coeuntes cum Christianis, ei sdem penis puniuntur, quibus & Iudæi.
22 Iudæos esse deteriores ipsis Saracenis.
23 Constitutio noua Mediolani sub rub. de penis, c. Iudæus, locū et habet in Catechumenis & Saracenis.

CASVS CCXC.

QUIBUS POENIS AFFICIUNTUR IUDÆI cum Christianis coeuntes, & contra, quid de Catechumenis & Saracenis, diligens explanatio.

Plura est admodum & egregia illa nostrorū djceptatio, qua p̄na puniendus sit cognoscēs carnaliter Iudæam, & contra, qua puniendus sit Iudæus carnaliter cognoscēs Christianam. Ego soleo aliquot casus distinguere. Primus est quando Christianus Iudæam, uel f. Iudæus Christianam sub matrimonij uelamine scienter carnaliter cognoſcit: tunc p̄na capitalis puniuntur, ita probat f. lex ne quis Christianam. C. de iudæis. dum uult, hos esse tanquam adulteros, plectendos, quam quidem sanctionem ita intellexit grauiſſimus Iureconsultus Marcus Mantua in c. 1. nu. 67. de constitu. & Rolan. à Valle conf. 35. nu. 47. lib. 2. & ante eos Paulus Grilladus tract. de penis omnifaria coitus, quæstio. 12. nu. 3. adulteri autē etiā iure antiquo illā cōstitutionem l. quamuis. la. 2. §. ult. C. de adulter. p̄na mortis puniebantur. nā lege Iulia p̄na f. mortis adulteris indicta est. §. item lex Iulia, de adulterijs, inst. de public. iud. cū tamen lex Iulia ab Augusto Casare lata sit. l. prima. ff. de adulter. quo circa male sensisse uidetur glo. in lege q̄ cū uno. §. adulterij. ff. de re mili. & l. 2. §. miles. ff. de his qui notati in fam. & in l. Claudius, ubi Bar. ff. de his quib. ut indig. qui semp̄ in ea opinione fuit, p̄nā f. capitalis in adulteros eē solū iure Codicis cōstitutā. & quā opinionē probauit eruditissimus Alcia. li. 5. Paradox. c. octauo, & in l. transigere. nu. 8. C. de transactio. Corasius li. 2. miscella. iuris. c. 1. nu. 8. at nostro casu, siue cōmunem illā opinionē admittamus, siue reiciamus, semp̄ uera est ista cōmūnis opinio dū omnes itelligūt dict. legem ne quis christianā indicare p̄nā, quæ in adulteros indicta est. tempore illo, & ante annos plusquā sexaginta edita fuerat cōstitutio, d. legis quamuis. nā dicta lex ne quis christianā, est Valent. Theod. & Arcad. ab eis edita sub consulatu Theodosii, Cynegeii, quod fuit anno salutis nostræ 490. illa uerò constituto

tio f. l. quamuis la. 2. est Constantini, ab eo edita sub consulatu Constantini. A. 7. & Constantio Casare. 4. quod contingit anno Redemptionis nostræ 327. p̄na ergo adulterij ex d. l. ne quis Christianam, p̄na mortis est, ex d. l. quamuis, la. 2. §. ult. rationem autem cur hoc casu Iudæo indicta est hæc p̄na infra statim ad feram. excusatur tamē hic Iudæus ob iustam ignorantiam, quod declarat Grillandus d. q. 12. nu. 4. & iure canonico scienter cōtrahens perpetua excommunicatione damnatur. cap. caue. 38. quæstione prima, & Grilland. p̄cicato loco alia scribit.
7 Secundus est casus, quādo f. Iudæus cognoscit carnaliter Christianam, uel contra, nō in uelamine matrimonij, sed adulterium cōmittendo, ut quia eorū unius matrimonio copulatus est: hoc casu dubio procul existimō esse etiam locum penę ultimi supplicij, tum quia p̄na legis Iuliæ de adulterijs, quæ capitalis p̄na est, eos afficit, tum etiam quia religionem uiolauit Christianā. id qd̄ sentit Oldra. cons. ult. uerū. & hoc intelligo. Alcia. respon. 458. in fin. & Berous c. 1. nu. 185. & nu. 186. de constitu. & Iulius Clarus lib. 5. sententiarum iuris. §. fornicatio. uerū. cum Iudæis.
8 Tertius est casus, quando f. Iudæus & Christiana, & contra soluti sunt, & qui quidem carnaliter inter se sine matrimonij uelamine cognouerunt: tunc dicendum uidetur ob sectæ diuersitatem atque ita ob religionis uiolationem mortis p̄na esse puniendos, iuxta illud Numeri 25. & habetur in capit. reos. §. qui coierit. uerū. Phines, uigesimalertia quæstione quinta. cap. Nos. §. his ita, secunda quæstione septima. in quibus legitur, quod Phines Eleazaris sacerdotis filius Iudæum cum Madianitida coeuntē gladio trāfixit, & est ei reputatum ad iustitiam. uerum solā p̄nam extraordinariam iudicis arbitrio esse hoc casu indicendam, consuluit Alexand. consil. 13. lib. 7. nam ibi nume. 15. scribit, nullam esse à iure statutā certā p̄nam hoc in casu, & ob id iudicis arbitrio esse statuendam. & ibi nume. 17. 18. satisfacit relatis auctoritatibus ex Numeri 25. & dict. cap. reos. §. qui coierit. 23. quæst. 5. & dict. cap. nos. §. his ita. illa enim procedunt ex lege ueteris testamenti, quæ leges hodie, quoad causarum decisiones, nō obseruātur, nisi qua renus p̄r habentem potestatem legis cōdendæ, post legem noui testamenti fuerunt approbatę: ita Alex. d. consil. 13. nu. 19. post Imolam in l. tertia, columna ultima. ff. de testa. in l. stipulatio hoc modo concepta, col. 4. de uerbo. oblig. & in ca. ult. columna tertia, de consue. ex auctoritate diui Thomæ in 1. 2. quæst. 99. art. 2. idem respondit Barb. consil. 65. colum. ultima, lib. 3. nec dissentit Berous in cap. primo, nu. 182. de const. Rolan. d. conf. 35. nu. 46. lib. 2. hanc Alexandri sententiam probauit prius Oldra. cons. ult. qui absolute loquitur, non distinguendo inter mulierē meretricem, uel honestioris conditionis. Hic tamen casus non uendicat sibi locū in illis ciuitatibus, in quibus p̄na pro his criminibus est expressē indicta, & nihil in specie est sancitū cōtra Iudæos: tunc f. Iudæi eo in loco habitantes eque ac ciues puniuntur, & tūc præsertim cum habent priuilegium, ut ciuium loco tractentur ac habeantur, quemadmodum f. Bononiæ, ubi uidæi priuilegium hoc obtinent sibi cōcessum à Pontifice Maximo, anno 1464. ut scribit Marfilius cōsilio 101. nu. 46. qui ita consultus in specie nostra respondit,

spondit, post Alexand. consi. 99. lib. 6. & consi. v. 3. lib. 47. Barba. consi. 63. lib. 4. qui sic statutu Bononiae sub rubr. de adulterio, extendunt, ut in Iudaeis locum habeat, ita et declarat Alc. resp. 458. nu. 2. statutum Ferrariae sub rubr. de uitijs carnis, & Rol. consi. 25. num. 48. lib. 2. declarando quoddam statutum ciuitatis sub ditione Pontificis. & ibi late explicat.

15 Quartus est casus, cum Iudaeus meretricem Christianam carnaliter cognouit, tunc omnes ferè concludunt esse solum puniendum pœna arbitraria: ita a fortiori Oldradus d. consi. ult. & in specie Alexand. d. consi. 99. nu. 1. lib. 6. Barba. d. consi. 63. lib. 4. Decius in c. 1. lect. 1. nu. 17. in fine, de constit. & ibi Berouus nu. 148. cuius doctrina hoc casu defendi potest, sic etiam intelligo Decium in l. si fugitiui. num. 22. C. de seruis fug. & in c. consuluit. il. 3. nu. 3. de appell. Marfi. d. cõsil. 101. nu. 41. & nu. 58. Bossius tract. causarum crim. titulo de coitu damnato, num. 21. Tiraq. tract. de iure primigen. q. 66. nume. 20. & Clarus lib. 5. sentent. iuris. §. fornicatio, uerfi. cum iudaeis. Boerius q. 316. nu. 5. Alc. lib. 7. parerg. capit. 23. & respon. 458. Didacus Conar. in epito. de sponsal. 2. parte. capit. 6. §. 11. nu. 3. & Manua d. cap. 1. nume. 69. de constit. Grillandus d. q. 12. numero 8. qui admonet esse spectandam conditionem Iudaei, an consueuerit, ita meretricis Christianas adire, uel an simpliciter semel id commiserit, ut pro modo personæ & facti aliquando grauis, aliquando grauissima indicatur. In dominio Mediolanensi relata doctorum sententia locum nõ habet ex nouis constitutionibus sub rubri. de pœn. c. Iudaeus. quibus sancitum est, iudaeos morte mulctari: si carnaliter cognouerint mulierem Christianam, quæ quidem constitutiones non distinguunt, an mulier sit nupta, uel sit meretrix, siue honestioris uitæ, solum considerant illam qualitatem, quod sit Christiana, utpote q. religionis sacramenta uiolentur: & ita intelligi debent ut aliquid ultra ius commune operentur. l. i. §. pretor ait. ubi omnes, de dam. infect. & in cap. pastoralis, de appell. Dec. consi. 356. col. pen. & alibi saepe, constitutiones tamen ipsæ in alijs interpretationem recipiunt: nam, cum minor in delictis multum excusetur. lautilium, de mino. & attingam plena (quod aiunt) manu infra in casu 329. ita hac in specie respondit Alc. d. resp. 458. in fi. sic declarari potest statutum Patavinum sub rubr. de raptu mulierum, capit. iudaeus. Scio etiam dubitari posse, & quid dicendum de Cathecumenis, quid etiam de Saracenis: de Cathecumenis respondi 18 aliquando ex facto interrogatus, idem esse dicendum quod de ipsismet iudaeis, cum uerè adhuc iudæi sint, quemadmodum senserunt Bar. in l. 2. C. ne sanctum baptis. reiterare. Gemin. in cap. audite. 34. dist. & Dec. in c. 1. lect. 1. nu. 8. de const. dum affirmarunt, illos non ligari lege Pontifici, quemadmodum nec ipsimet iudæi. Rõ est, quia baptismi character qñ ad ecclesiam christianam recipiuntur, & ei deinde subiiciuntur, imprefus illis non est, quo circat Cathecumenos non saluari, nisi mediante martyrio inquit diuus Augustinus, & est relatum in cap. Cathecumenum, de consec. dif. 3. Nec aduersatur, q. animi destinatione Cathecumeni Christiani & baptizati dicuntur: quoniam illud qd dicitur, destinationem pro ipso facto haberi, l. quæsi tuin. §. ultimo, de leg. tertio. cum similibus, & late ex illo textu scribunt Soc. sen. consi. 35. colum. 3. lib. 1.

Paris. consi. 80. nu. 34. lib. 2. Soc. iun. consi. 120. num. 45. lib. 1. & Crau. consi. 205. nu. 12. hoc inquam qd dicitur destinationem pro facto haberi, est per quamdam fictionem, & nõ secundum ueritatem, ut declarat Rolan. a Valle tract. de lycro dotis. q. 91. pp. 13. 14. q. sane ueritas in pœnalibus, & maxime in statutorum dispositionibus spectanda est, de Saracenis autem idem quod de iudæis dicendum est, licet enim Iudæi sint Saracenis peiores, cap. nonne, prima questio. prima, nihilominus ita in eis diuersitas sectæ, ut in iudæis consideratur, & quemadmodum iudæus cognoscendo carnaliter Christianam baptismatis sacramentum uiolat, ita & Saracenus atq; ita in specie de Saracenis tradit Paulus Grillandus d. trac. de pœnis omnifaria coitus, q. 12. in fin. Quod circa dicendum est relatas constitutiones Mediolani ceteraq; statuta nõ modo in iudæis sed & i Cathecumenis & Saracenis locum habere.

SVMMA RIVM.

- 1 Raptus pœna quæ.
- 2 Meretricem rapiens, qua pœna puniatur.
- 3 Iudicis arbitrio puniatur rapiens meretricem.
- 4 Bar. l. uerum ff. de furtis, declaratur.
- 5 Meretricis hostium frangens qua pœna puniatur.
- 6 Iudicem arbitrum posse pœnam mortis contra rapientem meretricem.
- 7 Meretrix quæ dicatur.
- 8 Statutum Verona lib. 3. cap. 41. sub rubr. qui carnaliter cognouerit, declaratur.
- 9 Statutum Ferraria sub rubr. de pœna per uim cognoscentis uel rapientis, declaratur.
- 10 Iudicis arbitrio puniri raptorem, qui pœnitentia ductus raptam carnaliter non cognouit.
- 11 Iudicis arbitrio puniatur mulier uirum rapiens.

CASVS CCXCI.

POENA, QUÆ ADVERSVS RAPIENTEM UI MERETRICEM, STATUTA VERONÆ, & FERRARIÆ DECLARATA.

Raptus pœna grauis admodum est, homo liber capite mulctatur: seruus uerò igni cõcremãdus traditur. l. unica, in fi. C. de raptu uirg. Marfi. consi. 16. nu. 100. C. de raptu uirg. sed qñtis est, qua afficiendus sit pœna is, qui mulierem inhonestæ uitæ, & quæ meretricatur, rapuerit. recepta magis & uera opinio est, q. puniatur pœna extraordinaria Iudicis arbitrio: ita Bal. in l. pen. ff. de rerum diuis. Matthæ. nota 102. Nota unum, quos secuti sunt Marfi. d. l. unica, nu. 26. C. de raptu uirg. Gomez. in cap. mulieres, nu. 28. de iudiciis, in 6. Neuz. lib. 4. lyluæ nupt. nu. 43. & Did. lib. 3. uaria. resol. c. 14. nu. 2. in fi. idem uisus est sentire Castrensis quæ secutus est Bossius tract. causarum criminalium, tit. De raptu mulieris, nu. 10. quibus constat nõ esse ueram illam Boerij quæst. 317. nu. 8. sententiam, dum censuit coitum uiolentum cum meretrice esse impunibilem, id quod sensit & de raptu Alciato in respon. 469. nume. 2. dum respondit, illam Baldi opinionem ueram non esse, & contra eum per plures sentire, & Alciato uisus est sequi doctissimus Iulius Clarus lib. 5. sententiarum iuris, §. fornicatio. in principio. & in §. raptus. uerfi. Quæro nunquid pœna raptus.

4 ptus. nam uerum hoc minime est. Bar. enim in l. uerum. ff. de furtis, ab eo allegatus, solum ait, frangentem hostium meretricis libidinis causa, furti nõ teneri, si inde ab alio est factum, qm frangentis ppositum nõ fuit uelle furari, sed illa carnaliter cognoscere, ob id non negat Barrolus, quin hic teneatur illata uis. sic ceteri Doctores ab Alciato allegati non affirmant illud ad quod allegantur: praesertim Io. de Villamata. in repe. l. Diuus. nu. 62. ff. ad l. Corn. de sicar. solum ait, rapientem meretricem nõ puniri pœna raptus: nõ in negat quin pœna extraordinaria iudici ei possit. ita etiam intelligo Gramma. decis. ult. nu. 5. non est ergo a Baldo recedendum, dñ existimat pœnam hanc esse arbitrariam. Credo etiã Bal. & Matthæ. in eo bene sentire, dñ affirmant, huc Iudicem arbitrari posse pœnam hanc ad mortem usq; qñ atrox esset iniuria, ex si summa, inst. de iniur. & explicauit sup. lib. 1. qst. 85. Sed difficile equidem est considerare atrocem iniuriam, nisi ipse concubitus sit, uel contra naturam, uel aliquid turpe agatur. sciens praetereo casus ab Alciato ad Baldi defensionem relatos. nec enim casui nostro multum conferunt. aliam etiam distinctionem recenset Marfi. in d. l. unica, nu. 27. C. de raptu uirg. uerum ad rem nõ confert, cum nos praesupponamus hanc raptam uerè meretricem esse. & illam meretricem esse intelligo, quæ pluries pretio se prostituit & plures admittit. glo. in c. uidua. 24. dist. Ripa. c. 1. nu. 96. 97. extra de iud. Bossius tract. causarum criminalium, tit. De pluribus uiolentijs, nu. 67. Et hæc adnotanda sunt ad interpretationem statuti Veronæ lib. 3. c. 41. sub rubri. Qui carnaliter cognouerit, quo nulla pœna indicitur contra rapientem meretricem, intelligitur quod ad pœnam ordinariam illius statuti indicitam contra rapientes mulieres honestas, nõ aut de pœna extraordinaria atq; ita iudici arbitraria. Sic declaratur statutum Ferrariae li. 3. sub rubr. de Pœna p uim cognoscentis uel rapientis mulierem, Iudicis etiã arbitrio puniatur, q. pnia ductus raptam carnaliter nõ cognouit, ita Iulius Clar. lib. 5. sent. iur. §. raptus. uerfi. sed qd si ille q rapuit, qd nũc nõ psequor. & eodem loco idem Clarus uerfi. sed pone q mulier, inq. iudicis arbitrio puniri mulierem, q uirum rapuit.

SVMMA RIVM.

- 1 Mulierem carceratam carnaliter cognoscens iudicis arbitrio puniatur.
- 2 Paridis Putei & Marfilij opinio explosa.
- 3 Iudicis arbitrio puniatur custos, qui meretricem carceratam carnaliter cognouit.
- 4 Constitutio noua Mediolani sub rubr. De Custodia reorum, cap. si Prætores, declaratur.
- 5 Carceratus carnaliter cognoscens mulierem custodis, qua pœna puniatur.
- 6 Iudicis arbitrio puniatur carceratus cognoscens carnaliter mulierem custodis.

CASVS CCXCII.

POENA COGNOSCENTIS CARNALITER MULIEREM CARCERATAM.

Relatus nunc casus in memoriã reuocauit, quod scriptum reliquit Gomez. in cap. mulieres, num. 28. de iud. in 6. dum affirmat, cognoscentem carnaliter meretricem carceratam Iudicis arbitrio puniri,

autoritate Bald. d. l. pen. de rer. diuis. & Matthæ. d. no. tab. 102. uerum aliter senserunt Io. Fabri in §. item lex Iulia. inst. de publ. iud. Paris Puteus in tracta. Syndicatus, in ti. De adulterio. & Marfi. sing. 150. qui existimant, hunc esse puniendum pœna Iudicis, qua puniretur cognoscens mulierem honestam, uerum cõtra Puteum late sedit Boe. q. 317. nu. 5. qui rõnib. ipsius Putei rñdet, & Boeriu uisus est sequi Clarus lib. 5. sent. iuris, §. fornicatio. uerfi. Cum carcerata. & subiecit Boer. d. q. 317. nume. 9. in Curia Burdegalensi iudicatum fuisse, officialem, uel custodem, qui per uim meretricem carceratam carnaliter cognouerit, uirgis caedendum fuisse. scribitque quod si meretrix consensisset, impune eã cognoscere potuisset. Ego uerè opinor utroq; casu rõnẽ loci esse puniendos, sed iudicis arbitrio, cõ nulla certa pœna a iure sancita sit. in muliere autem honeste uitæ censuit etiam Boer. d. q. 317. nu. 16. illã carnaliter cognoscentem, data fide q. eã liberaret, esse arbitrio iudicis puniendum. in Dominio Mediolani tẽx nouis constitutionibus, sub rubr. De custodia reorum, cap. si Prætores. indicata est certa pœna tam contra ipsos officiales q. cõtra custodes cognoscentes mulierem carceratam, quæ sanè constitutiones puniunt etiã hos cognoscentes carnaliter mulieres illas uolentes. considerat enim constitutio loci uiolationem, ut etiam periculum, ne deinde custos eam aufugere permittat, uel officialis sit in eam mitior: atque ob id delictum mulieris remaneat impunitum. q. sanè rõnes loci et sibi uendicat in cognoscente meretricem carceratã. Sed quid è contra, qñ uir Iudicis carceratus cognoscit carnaliter uxorem, uel ancillã custodis. Boe. d. q. 317. nu. 10. uno uerbo censuit, non esse puniendum rõne loci, quã assertionem nec iuribus, nec rationibus cõfirmavit. ego aut sentio utrunque iudicis arbitrio esse puniendum, tum ob loci uiolationem, tũ ob periculum illud, ne deinde mulier curet illũ aufugere. quæ admodum uisus uenit Papiæ anno 1557. in personam Io. Alberti de Maioribus Astensis iuris ciuili studio si mei tunc auditoris, is dum iniustam quandam ob causam esset carceratus, uxor custodis amore adolescentis capta, illi sui copiam fecit, & sua opera è carceribus aufugit una cum quodã mercatore Antonio Sclaueto, isque adolescens ad cõnobium Carmelitarũ se contulit. hæc sunt annotanda ad illarũ Constitutionũ Mediolani & statutorũ Papiæ declarationem.

SVMMA RIVM.

- 1 Stuprans ancillam sclauam puniatur.
- 2 Iudicis arbitrio puniatur stuprans propriam ancillã.
- 3 Ancillam iam ab alijs cognitã, carnaliter cognoscens non puniatur.
- 4 Statutum Ferrariae lib. 3. sub rubr. de pœna cognoscentis mulierem, declaratur.
- 5 Statutum Patavinum sub rubr. De raptu mulierũ, c. si quis carnaliter, declaratur.

CASVS CCXCIII.

ANCILLAM PROPRIAM STUPRANS, qua plectatur pœna.

Egregius est etiam ille casus, qui ab Angelo in l. inter liberas. in prin. ff. de adulter. recensetur; dñ scribit,

scribit, stuprantem ancillam suam puniri extra ordinem; ita iudicis arbitrio: ut clarius dixit Boer. q. 3. l. 6. nu. 6. post Io. de Ana. in c. significavit. col. ulti. uerf. & adde. de adulte. & Alex. in additio. ad Bart. in d. l. inter liberas. Que sane pena arbitraria etiam cessaret, quia illa ancilla iam ab alio cognita fuisset: ita inteligo Ang. in l. si uxor. de adulte. & Alex. consi. 13. nu. 6. lib. 7. dum affirmant, carnaliter cognoscetes ancillas suas non puniri, id quod decidit etiam Gram. decis. ult. nu. 7. intelligo. n. cum iam ab alio cognita fuerunt, non si ab eis stuprentur: quoniam tunc arbitrio iudicis puniuntur. Ferrariae tamen hoc determinatum est ex statuto l. 3. sub rubr. Pena cognoscentis mulierem carnaliter uoluntaria. Patavij nulla pena inducitur cognoscenti carnaliter proprias ancillas uoluntarie. ita extat statutum sub rubr. De rapto mulierum. c. si quis carnaliter. quod tamen declarari possunt, non procedere cum ab alijs ancilla cognita fuit.

SVMARIVM.

- 1 Virginem nondum uiri potentem stuprans, qua pena afficiatur.
2 Baldi opinio reiecta.
3 Stuprans nondum uiripotentem deportatur, ex aliorum opinione.
4 Iudicis arbitrio puniri stuprans uirginem nondum uiri potentem.
5 Virginem nondum uiri potentem in uxorem ducens an puniatur si uixus est eam carnaliter cognoscere.
6 Baldi opinio in l. si quis non dicam rapere. nu. 11. C. de Episc. & cler. uno in casu saluatur.
7 Statutum Brixie in criminalibus 7. sub rubr. De muliere honesta uite stuprata. declaratur.

CASVS CCXCIII.

POENA QUAE NAM SIT CONTRA stuprantem uirginem nondum uiri potentem.

Dubitari sapissimè solet, qua pena puniendus is sit, qui uirginem nondum uiri potentem stuprauit. Vna fuit opinio Baldi in l. si quis non dicam rapere. nu. 11. C. de Episc. & cler. penam mortis esse in dicendam. ea ratione utitur, quia, si pro solo rapto indicitur pena mortis, & pro solo stupro imponitur pena. l. raptores. C. de rapto uirgi. & l. prima. ff. de uarijs & extraord. crim. fortius cum utrumque ad fuit, hanc Baldi doctrinam probauit Io. Fabri in §. item lex Iulia. inst. de publ. iud. Curtius iun. in l. transigere. nu. 40. C. de transac. nec dissentit Aegidius Bossius tract. carum criminalium, in tit. De coitu danato. nu. 67. Ego opinor rationem Baldi non concludere hoc in casu, in quo secundu quonem a Gulielmo Cuneo, quem refert ipse Baldus, propositam, praesupponimus raptum non interuenisse. Rursus, quod iquit Baldus pro ipso stupro, atque ita pro carnali copula pena mortis indicitur: ergo & hoc in casu, non est probabilis, nec dicam uera argumentatio. quandoquidem, ut dicebat is Gulielmus, quem mox referam, non est hic secutum stuprum, sed attentatum potius: non ergo pena mortis uenit imponenda: ut ipse Baldus opinatur.

Secunda uero fuit opinio Gulielmi de Cuneo, quem refert Baldus in d. l. si quis non dicam rapere. nu. 11. C. de Episc. & cler. pena deportationis esse mulcandum, qua quidem sententiam approbavit Guido Papae. quaest. 55. s. qui

attestatur ita in Consilio Delphinatus decisum fuisse ut pariter sic fuit decisum in Consilio Neapolitano, quemadmodum refert Gramma. decis. 2. Alcia. in l. transigere. nu. 10. C. de tras. & Iulius Clarus. lib. 5. sen. ten. iuris. §. stuprum, in fine, qui tandem ait iudicis arbitrio penam hanc esse relinquendam. Quae quidem opinio satis rectè probatur in l. si quis aliquid. §. qui nondum. ff. de penis, & in l. si stuprum. ff. de iniurijs.

Tertia fuit opinio Signoroli consi. 207. nume. 3. penam iudicis arbitrio esse indicendam: nam inquit ille rone iniuria pena est arbitraria, ex d. l. si stuprum iuncta l. ulti. ff. de iniurijs. quo uero ad penam ratione delicti (ait Signorolus) iudicem posse suo arbitrio indicare uel penam relegationis, uel deportationis, ex d. §. qui nondum, iuncta l. 1. §. expilatores. ff. de fracto. & expila. non dissentit. Clarus praecitato loco. Quae quidem opinio, si rectè perpendatur, haud multum recedit a sententia Gulielmi. atque ita Signorolus declarat statutum ciuitatis Taruisij sub rubr. De rapto seu uolentia mulierum: quo quide statuto pena mortis uirginum stupratoribus indicitur. declarat inquam Signorolus, uel locum non habeat pena illa hoc in casu: illa est ratio, quam considerauit Gulielmus, quoniam in uirgine matura, quae uirginitatem uerè perdit delictum hoc stupri perfecte committitur: in uirgine uerò nondum uiripotentem diuersum est, quia ex quo corrumpi non potest, nec etiã uirginitate amittere dicitur. Hinc scriptum reliquit Azo in summa C. de nupt. quod ille qui uirginem nondum uiripotentem in uxorem duxit, & nixus est eam carnaliter cognoscere puniatur tanquam stuprator ex d. l. si quis aliquid. §. qui nondum, quoniam cum illa iustè congedi non potuit, & corrumpere atque ita matrimonium (ut uulgo dicitur) consummare, ut ergo stuprator puniri debet, inquit ille, a qua opinione non dissentit glo. inst. de nupt. in princ. in uerbo, uiripotentis. & Alcia. d. l. transigere. nume. 10. C. de transac. Verum in hac specie ab Azone aliter sentit, & rectius, mea opinione. idem Alcia. in l. continuus. §. cum ita. nu. 12. de uerbo. obliga. refidit igitur cum illa opinione Gulielmi & Signoroli esse penam deportationis, uel relegationis indicendam: si modo uolentia commissa non est nec raptus, quia tunc pena mortis imponenda erit, secundum Baldum cuius doctrina defendi hoc casu potest, atque ita Baldum tueretur Io. Baptista à sancto Seuerino in l. si qua illustis nume. 23. in fi. C. ad S. C. Orphitia, qui affirmat bis ex facto hac de re interrogatum fuisse. Ego pariter memoriae repeto anno 1556. mense Maio similem casum Papiam euenisse in personam cuiusdam presbyteri Rochi, qui Episcopo Papiensi fuerat accusatus, quod puella octo annorum nixus esset carnaliter cognoscere, me causae patrono liberatus is fuit, ea ratione praecipua, quod nihil legitimae esset probatum. dicebam tamen quod ubi foret puniendus, penam arbitrariam fuisse imponendam, ex iam relatis Doctorum autoritatibus. Est etiam adnotanda haec opinio ad interpretationem statuti ciuitatis Brixiae in criminalibus, cap. 67. sub rubr. De muliere honestae uite stuprata. quo est indicta pena pecuniaria Praetoris arbitrio stupranti uirginem uolentem. Praetor minorem penam arbitrari in casu illius statuti debet contra stuprantem nondum uiripotentem, quoniam si ius commune existimauit hoc esse

minus

minus delictum, atque ob id minus punitur, quam cum uiripotens stupratur: idem dicendum est in statuto, quod secundum ius commune interpretari debet, l. 2. C. de noxa. & alibi sapissimè diximus.

SVMARIVM.

- 1 Atheniensium lex contra fures.
2 Furta apud Lacedemonios impunita.
3 Furta apud Aegyptios & Germanos impunita.
4 Furta impunita apud Samios. & quae apud Baetrianos.
5 Furtum pena ex legibus 12. tab.
6 Alexandri Seueri contra fures grauis sententia.
7 Eui. hodie regulariter morte non mulcatur.
8 Iudicis arbitrio fures puniri.
9 Furtum magnum pena mortis uindicatur.
10 Iudicis arbitrio relinquitur, quod dicatur furtum magnum.
11 Furto subtrahens Doctori librum, furtum magnum committit.
12 Rustico porcum subtrahens, oculum ei furari dicitur.
13 Cui §. si quis quinque solidos, de pace tenend. intellectus.
14 Latro famosus pena mortis plectitur.
15 Latro famosus quis.
16 Statutum Ferrariae lib. 3. sub rub. De pena committentis furtum, uel robariam declaratur.
17 Furta tria lenia qui commisit, pena mortis punitur.
18 Furta tria dicitur commississe, qui duo in uno loco, & tertium in altero perpetravit.
19 Furta tria dicitur & is commississe, qui a duobus iam fuit absolutus.
20 Furta tria esse non dicuntur, quae una die & actu sunt commissae.
21 Statutum Papiæ 27. in criminalibus sub rub. De pena furis declaratur.
22 Statutum Ferrariae lib. 3. sub rub. De pena committentis furtum, uel robariam. declaratur.

CASVS CCXCV.

FURES QUIBUS POENIS AFFICIANTUR: quid olim apud Graecos, Aegyptios, Germanos & Romanos obseruatum fuerit: & quid de latrone famoso.

Magna fuit inter antiquos legulatores de furti conditione dissensio: puniendi an essent, uel minus. apud Athenienses ex legibus Draconis, capitis supplicio puniebatur, quas quidem leges, ut seueras nimis temperauit Solon, & dupli pena furtum uindicandum existimauit. Apud Lacedaemones impune furari licebat, ut homines solertes redderetur. haec fufius à Gellio lib. 11. noct. attica. ca. ult. explicantur: qui & de penis iure nostro aduersus fures idictis scribit. apud Aegyptios autem, nec non Germani furta inulta relinquunt. licet apud Persas nullus erat rapinis modus. autor est Alexand. ab Alexandro lib. 8. dieterum Genialium cap. 10. qui de Indis, Licijs, ac Scithis multa memoriae prodit. scribit etiam Plutarchus in problema 4 te 168. Samijs furari licuisse, cum Mercurio Charidota sacrificabatur, apud Baetrianos, qui pauca furbantur, spatis dehonestari, atque ita irrideri consueuerant. apud Aetrios uerò, qui minima furto subtrahant, lapidibus obruebantur: autor est Petrus Crenitus lib. 3. de honesta discipl. cap. 13. qui & alia non nulla ex relatis recenset. & Caelius Rhodegin. lib. 10. antiq. lect. c. 6. ubi Draconis & aliorum leges refert.

Nos rectum ac Christianum hunc morem obseruamus, ut pena graui afficiantur. nam in legibus duodecim Tabularum capitali pena feriebatur. quod Theophilus in inst. de perper. & temp. acti. scriptum reliquit. & meminit eruditissimus Anto. Aug. Hisp. lib. 4. emen. iuris cap. 4. Alexander tuerò Seuerus (ut in illius uita Lapidius scribit) in crucem tolli iussit furem, qui furtorum reus per ambitionem nimiam ad militiam aspirauerat. im mo scribit Plin. lib. 18. naturalis histo. ca. 3. lege duodecim tabularum capitale fuisse puberibus frugem atrato quassitam furtim octu pauisse ac secuisse. quin & eo iure cautum erat (ut loco iam citato scribit Gellius) licere nocturnum furem rem magni ualoris subtrahentem interimere. quae sane sanctio diuinitus, & lege ueteri desumpta uideatur. si quidem Exodi ca. 22. ita scriptum est: Si effragens fur domum sine suffodiens fuerit inuentus, & accepto uulnere mortuus fuerit percussor non erit reus sanguinis. Quod si orto. sole hoc fecerit, homicidium perpetrabit, & ipse morietur. posteriorum uero legislatorum sanctionibus uarijs penis fures puniuntur. regulariter fur morte non mulcatur. auth. sed nouo iure. §. r. C. de ser. fug. §. pro furto autem, in authen. ut nulli iud. sed alijs penis castigatur. quo circa glo. in l. subtrahens, in gl. ulti. C. de furtis, inquit, pena extraordinaria puniri, hoc est iudicis arbitrio, ut recte interpretatur Cepolla d. auth. sed nouo iure. n. 64. quod clarius sentit Didacus libro 2. uaria. resol. cap. 9. nume. 7. qui sentit ex qualitate loci & rei arbitrari posse penam ad mortem usque: sed de hoc statim ordinario iure arbitrari solent iudices huc furem eo uirgis caedendum; ita Cepolla d. auth. sed nouo iure. nu. 65. post glo. l. capitalium. §. famosos. ff. de penis.

Declaratur primo non procedere cum fur furtum est magnum; quoniam tunc pena capitis plectitur. ita Bal. in d. auth. sed nouo iure, nu. 7. C. de ser. fugi. Ange. in l. quod si nolit. §. qui assidua, de adil. edict. Ang. Aret. in §. ex maleficijs. nu. 12. inst. de actio. & in tract. malef. in uerbo, Vestem caelestic. col. 3. ad finem. Alcia. in c. cum non ab homine. ulti. notab. de iud. Didacus d. c. 9. n. 7. prope medium. quaquã contraria defendant Sali. Fulgo. & Castren. in d. auth. sed nouo iure. Iaf. in l. 1. C. de precib. Imp. off. Capol. d. aut. sed nouo iure. nu. 76. Boer. quaest. 173. nu. 9. Rolan. à Valle cons. 51. §. fi. lib. j. Gomez. §. ex maleficijs. nu. 13. inst. de actio. sed à iam relata magis comuni recedendum non est. nam suum arbitrium extendere ad mortem usque iudex poterit; ex supra relatis lib. j. quaest. 85.

Quando autem dubitatur, an furtum dicatur magnum uel paruum, iudicis etiam arbitrio relinquitur ita Ang. in l. col. ulti. uerf. & quod dicitur. C. unde ui. quem est secutus Marfil. in l. quaestiois modum. nume. 48. de quaestio. is ergo inspecta facti qualitate & personarum conditione arbitrabitur, an magnum uel paruum furtum dici possit. adfert exemplum Angelus, si Doctori codex, in quo multum inuigilauit, & plura scripsit, subtrahatur; furtum iudicabitur magnum. adfero & ego aliud exemplum ex glo. in l. illi citas. §. ne tenuis. ff. de off. Praesid. dum inquit, qui auferit rustico porcum, auferit oculum. quam glossam singularem dixit Rom. sing. 706. iudex. Declaratur secundo non procedere in casu capitali. §. si quis quinque solidos, de pace tenend. in uisibus feudo.

eudo. uerum plures sunt ad textum illum sensus & intellectus, ut aliquos recenset Capolla in d. authen. sed nouo iure. nu. 88. C. de seruis fug. ego opinor comunē sensū eē uerū, ideo tā graue p̄nā eo in casu iudici, q̄a & pax, quæ maximē obseruāda est, uiolatur: ita affirmarunt Iler. Alu. & ceteri oēs in d. §. quique, & Capolla conf. 40. col. 5. uers. circa fm; comunē restatur Gomē, in st. de actio. §. ex maleficijs, nu. 3. 4. ubi aliū sensū recenset. & sensū comunē probauit Iulius, Clarus li. 5. senten. iuris. §. Furtū. uers. sed quæro, quæ sit p̄na furti. eo tamen loci inquit, hanc sanctionem, nisi receptā nunquā fuisse, scribit tamen Neūiza. li. 1. syluæ nuptia. nu. 69. post Paridē Puteū, Federici constitutionē atrocē nimis eē, & ob id eius animā in inferno torqueri. sunt hæc somnia uigilantium, Federici animū & uoluntatem iudicant Deū, cuius arcana hominibus cognita non sunt.

14 Declaratur textio, ut non procedat in f̄samolo latrone: nam is p̄na capitis punitur, capitalium §. famosos. ff. de p̄nis. & ibi glossa & Bart. latē Capolla. d. auth. sed nouo iure. nu. 103. C. de ser. fu. qui ample; 15 etiam declarat, qui famosi f̄larrones dicantur. & q̄; 16 iure communi conuenit statutum f̄ Ferraria lib. 3. sub rub. P̄na committentis furtum, uel robariam.

Declaratur quartō ut nō procedat in fure, qui tria furtā eēt leuia cōmissit. n. capite punitur. ita gl. in d. auth. sed nouo iure. in uerbo, castigabitur. C. de ser. fugit. & ibi doctores, præsertim Bald. & ibi Capolla nu. 92. communem esse testatur: quamquam is cōtrariam opinionem tueri conetur. & idem sensit Iulius Clarus d. lib. 5. sententia. iuris. §. furtum. uers. sed po- 18 ne. tria autem furtā esse dicuntur, eo etiā casu si in hac Ciuitate Patauī unū cōmissit, & duo alia Papiæ. & si. n. de tribus furtis hic Patauī cognosci non possit, attamen unū aliud aggrauare d̄r: & ex illis duob⁹ & hoc tertio satis actū frequētia p̄batur. ita egregiē Bar. in l. si cui. §. si cū sacrilegiū. ff. de accusa. Bal. in d. auth. sed nouo iure. nu. 15. & ibi Capolla. num. 98. Barba. conf. 47. col. 15. lib. 1. Ant. Burgos c. cū dilecti. nu. 41. de emp. & uend. & Decius quē statim referā, & Alcia. c. cū non ab homine. nu. 31. de ind. & Iulius

19 Clarus de quo supra. sic etiā tria furtā esse dicuntur q̄n à duobus fuit absolutus siue per gratiam, siue q̄ condemnationes soluerit. ita Capolla d. auth. sed nouo iure. nu. 99. Dec. in l. bonafides non patitur, n. 9. de regu. iuris. Didacus lib. 2. uaria. resol. c. 10. nu. 2. uer. ceterum. qui recenset Afflictum & Chassanqum attestātes ita esse in iudicijs usu receptum: atq; ita in dominio Mediolani seruari testatur Clarus d. §. furtū. uers. Quæro eēt st. in te statuto. Præterea, tria furtā esse dicuntur, quæ non eadem die actūq; quodā continuato, sed quæ diuersis interpolatisque temporibus cōmissa fuerunt. ita post alios Capolla. d. auth. sed nouo iure. nu. 95. & latē Boer. q. 219. Clarus d. §. furtum. uers. unum tamen nota. Sunt hæc adnotāda ad statutorum interpretationē, ut statuta Papiæ in 21 criminalibus 27. sub rub. De p̄na furis. f̄ & Ferraria lib. 3. sub rub. De P̄na cōmittentis furtū, uel robariam. dum pro tertio furto grauiorem p̄nam indicant. tria. n. furta relatis modis intelligi debent.

SVMMA RIVM.

- 1 Fures balnearij iudicis arbitrio puniuntur.
2 Fures nocturni extraordinem plestuntur.

- 3 Effractores, nocturnique fures ad opus publicum damnantur.
4 Alciatus reprehensus.
5 Aristotelis locus illustratus.

CASVS CCXCVI.

FVRIS BALNEARIJ POENA, NEC non & nocturni.

1 FVest balnearij iudicis etiam arbitrio puniuntur, quemadmodum probat l. 1. ff. de furi bus balnea. 2 quo loci cum dixisset Vlpianus, f̄ fures nocturnos esse extraordinem puniendos, subiungit, idem esse & in balnearijs furibus. quo responso intelligimus balnearios fures non puniri grauius, quam consueueriat effractores & nocturni fures qui i domibus fur 3 iunt, f̄ nam & ij effractores, ut iam diximus superiore casu, ad opus publicum certo tempore damnantur. l. 1. ff. de effra. & expila. ibi, grauiori interdum, nempe in opus metalli perpetuo. l. 2. ff. eo. de effra. 4 qua in re non satis recte uisus est sentire Alcia. lib. 2. Pareg. iuris, cap. 38. dum memoriæ prodidit, balnearios hos fures grauiori p̄na affici, quoniam ad opus publicum certo tempore damnantur. nam & ceteris communis est hæc p̄na. Nec huc pertinet locus Aristotelis ab Alciato, & ab Hotomano in commentarijs uerborū iuris in uerbo. Balnearij, citatus i problema. sectione 29. problema. 14. quoniam is iuxta Græcorum leges loquitur, quemadmodum doctissimus Petrus de Apono in commentarijs ad illud problema scriptum reliquit.

SVMMA RIVM.

- 1 Furtū faciēs e re, q̄ naufragio deperdita est, punitur.
2 Iudicis arbitrio punitur, qui rem subtrahit naufragio commisso.
3 Leuato uelo in causis procedere quid sit, & qua ratione ita dictum.

CASVS CCXCVII.

POENA SVBTRAHENTIS REM naufragio facto. & quid sit, leuato uelo causas diffinire.

1 QVie naufragio deperditā rē furto subtrahit, iudicis arbitrio punitur: quēadmodū sua lege sancierunt Honorius & Theod. in l. de submersis. C. de naufr. lib. 11. cuius uerba, si placet legere, adposui. De submersis nauibus decernimus, ut leuato uelo istæ causæ cognoscantur, & si quispiam de talibus negotiis aliquid accepisse detegitur, iudex, apud quē constiterit, his conquerentibus, qui nudantur, pro qualitatibus personarum mulcandi, remouēdi, pro scribēdiq; habeat potestatem & c. Hæc posteriora uerba, quæ etiam habentur in Codice Theodosiano lib. 13. titulo. 9. l. de submersis. clarē ostendunt in his datum esse f̄ iudici arbitrium imponēdi p̄nam. quod ibi annotauit Baldus. idem placuit Barb. tract. De præstantia Cardinal. quæst. 11. num. 5. uers. facit elegans. & hanc sententiam probat tex. l. 4. §. 1. uers. & omni

& omnip̄o. ff. de incend. ruin. & naufrag. illud etiam ex d. l. de submersis, adnotare licet, in causis illis esse procedendum f̄ leuato uelo, quod idem est ac si diceremus de plano, iuxta l. 1. ff. de const. princip. & in l. nec quidquam. §. de plano. ff. de off. Proconl. & utroque loco notauit Corasius. & ante eum Alciatus lib. 4. de uerbo. sign. nu. 4. sed qua ratione leuato uelo causa cognosci dicantur, nō explicant. Hieronymus Maggius uir eruditissimus lib. 2. miscella. capitu. 13. locum huius l. de submersis, explicat, atque eruditē Clementis auctoritate inquit, Iudices uelum quoddam tribunali prætere de consueuisse: quo adhuc de causa non liquere, istamque causæ cognitionem adhibendam, quæstionem uel per plures dies exercendam, ostendebant.

SVMMA RIVM.

- 1 Commodatariū furti teneri, si re commodatā ad aliū usum utatur.
2 Commodatario quando credatur se usum re commodatā ex bonafide, quod credidit, ita dominum concessurum.
3 Iudicis arbitrio relinqui, an credendum sit commodatario dicenti se credidisse dominum concessurum ut ita re illa possit uti.
4 Furem excusare non potest dominus, dicendo se ei concessisse rem auferre.
5 Commodatarium re ad alium usum utentem, differre a fure.
6 Asserenti creditur in his, quæ ab eius animo pendēt.

CASVS CCXCVIII.

FVRTI QVANDO TENEAT VR commodatarius, qui ad alium ulum, quam concessum fuit, re commodatā usus est.

1 I Gnorat nemo f̄ commodatarium furti teneri, si re commodatā ad usum non destinatum utatur. l. q̄ fundum. ff. de cond. furti. l. si ut certo. §. planē, ubi glossa. ff. commo. Hinc scriptum reliquit Gellius lib. 7. noct. atrica. capitu. 15. Būtum solitum dicere, furti damnatum esse, qui iumentum aliorum duxerat, quam quō utendum acceperat: itē qui longius produxerat, quam quem in locum petierat. Verum hoc ita demum procedit, cum is commodatarius certo scit, se aduersus commodatū animum ac uoluntatem re illa uti: at contra, si credit hoc commodanti potuisse placere, ubi hoc nouisset, quod probat. l. inter omnes §. rectē. ff. de furtis. 2 Dubitari ergo contingit, quando f̄ credulitas hæc dici possit probabilis, uel non, ut excusetur, uel condemnetur commodatarius? Ang. in d. l. inter omnes §. rectē, docuit, hoc esse in f̄ iudicis arbitrio, idem scriptum reliquit Ange. Arer. uel uersus Ang. Arim. ibi in tracta. maleficiō. in uerbo. Et uestem celestem, in additione. adde quōd licet uera sit, quos securus est Marfil. in l. quæstionis modum. nume. 54. de quæst. prudens ergo iudex diligētē animaduertat, quæ sit personarum qualitas, an. l. sint consanguinei, uel magna amicitia coniuncti. ita ut uerisimile sit hunc cō-

modatariū iustē credere potuisse, commodantem concessurum, considerabit etiam, an is commodans sit homo liberalis & consuetus ita commodare: rei etiam qualitatē, an magna, uel parua: an ad eū usum apta sit uel non. ita admonere uisus est Bart. in d. §. rectē. nu. 1. in fi. quo loci infert, q̄ quando quis furti accusatur, si rei subtracte dominus comparet, & allegat, rem illam suo cōsensu ab eo acceptam: an ei credendum sit, ad fisci detrimentum, ne is furti accusatus puniatur? inquit regulariter ei non esse credendum, nisi coniecturæ & inditia, quæ ut supra considerat, concurrant. Bar. olim securi sunt Salu. in l. si conuicti. C. de iniurijs. Petrasan. sing. 55. Nota bene, in fi. Marfil. sing. 22. idem clarius conf. 26. nu. 2. & Iulius Clarus lib. 5. senten. iuris. §. furtum. uers. item excusatur, qui expressē dixit has coniecturas esse iudicis arbitrio relinquendas. Inter duos casus relatos, illa tamen extat differētia, quam sensit Bar. d. §. rectē, nume. 2. nempe quando ab initio res est commodatā, præsumptio est pro ipso f̄ commodatario, ut facilius credere potuit, dominum consensurū. Sed quando ab initio res subtracta fuit, præsumptio est contra subtrahentem, q̄ dominus non consensisset, ubi hoc nouisset: quia nemo suum iactare uelle præsumitur. ita eo loci Bart. cum quo transeunt relati Doctores, præsertim Marfil. d. conf. 26. nu. 2. & late Neūiza. lib. 3. syluæ nupt. nume. 52. Nec obstat inquit Bar. quōd d 6 in his, quæ ab animo nostro pendēt, nostræ assertio ni credatur, iuxta glossam. §. aliq; in st. de actio. ubi Ias. nume. 54. quia illa doctrinā non procedit, quando adest præsumptio in contrarium, ut extat hoc in casu: ita etiam declarat Craue. conf. 225. numero 9. & conf. 271. col. ult. Marfil. conf. 9. nume. 36. & Natta. consil. 230. nu. 6. lib. 1.

SVMMA RIVM.

- 1 Expilatores qui.
2 Expilatorum furtum improbißimum.
3 Iudicis arbitrio expilatores puniri.
4 Effractores qui.
5 Effractores grauius puniri.
6 Effractores iudicis arbitrio puniri.
7 Directorij qui, & eorum p̄na.

CASVS CCXCIX.

EXPILATORES, EFFRACTORES & Directorij qui: & de eorum p̄nis agitur.

1 EXPilatorum crimen non leue est. sunt. n. f̄ expilatores, qui uiatoribus noctu pallia & uestes diripiunt. quod doctiss. Alciatus li. 3. pater iuris, ca. 1. declarauit, uel sunt expilatores, qui ne pilum quidē relinquunt in corpore spoliatorum, ita ex Alconio exposuit Budæus in annot. Pandectarum, ad titulum De effractoribus & expilatoribus, quo loci & alia nō nulla hac de re scribit, & apud Ant. Ang. lib. 4. emēd. 2 iuris, cap. 16. in fi. horum f̄ expilatorum furtum improbius appellatur in l. si te expilasse. C. ex quib. caus. in fam. irroga. & M. Tul. in Prætura urbana, improbißimum uocat. expilatores h̄ iudicis arbitrio puniuntur.

tur. ita in specie respondit Signorol. confi. 169. num. 48. & Cæpolla in auth. sed nouo iure, nu. 101. in fine, C de ferui. fug. ex claro rexo l. 1. §. expilatores, ff. de effracto. & expilato. ibi, idcirco cā cognita liberum erit arbitrium statuendi ei, qui cognoscit. qua in re spōlo idem de effractoribus sancitum est, sunt enim 4 f effractoress, qui ui fores uel parietes domum furandi causa infringunt. l. 3. §. effractor. ff. de off. Præfec. Vigil. M. Tull. in Vatiniū. Licet impunè per me parietes in adolescentia perfoderis, uicinos compilaris. Teren. in Adelph. Fores effregit atque in alienas eades irruit. solent tamen grauius puniri effractoress isti 5 quàm simplices fures. quod probat lex antiqua Exo. cap. 2. Si effringens fur domum siue suffodiens fuerit inuentus & accepto uulnere mortuus fuerit, percussor non erit reus sanguinis. sic etiam grauius puniri, probat d. l. 1. §. expilatores, uersic. sed enim, & l. seq. ff. de effracto. & expila. & scribunt omnes in auth. sed nouo iure, ibi Cæpolla nu. 100. uersic. si loquimur. C. de fer. fug. idem confi. 26. in fin. immo capitis pœna aliquando puniuntur. Guid. Papæ q. 42. 2. Boer. q. 173. nu. 4. Papiæ extat statutum in criminalibus. De pœna frangentis domum, indicens pœnam pecuniariam, quod sanè statutum ego intelligo cum solùm fregit, non ante furtum commisit, & habet illud statutum locum in domuncula, Decius auth. qui rem. num. 19. 6 C. de sacros. eccle. iudicis etiam f arbitrio puniuntur directarij, quemadmodum probat d. l. 1. §. expilatores. de effrac. & expila. sunt f directarij, qui in aliena cœnacula se dirigunt furandi animo. l. sacularij, in prin. ff. de extraor. crim. sunt à dirigendo dicti, quòd in alienam domū se dirigere, perinde sit, atque ingredi. ita Petrus Crinitus lib. 17. de honesta disciplina. ca. 8. à quo non dissentit Budeus in anno Pandect. ad d. l. sacularij, de extraord. crim. Paulus lib. 5. sent. capit. 4. Quoties qui pulsatur, uel cuius domus introitur ab ijs, qui uulgò directarij appellantur, quem locum ibi notauit Cuiacius, & retulit eruditus Hotomanus in commentarijs uerborum iuris, in uerbo, directarij. ita enim ille legit. & si Crinitus & Budeus, directarij, & rectus, mea quidem sententia, legant.

SUMMARIUM.

- 1 Expilatæ hereditatis crimen iudicis arbitrio puniri.
2 Expilatæ hereditatis pœnam censent aliqui esse pœnam ordinariam furti.
3 Expilatæ hereditatis crimen non esse furtum.

- 4 Statutum Papiæ 27. in criminalibus sub rubri. de pœna furis, non habere locum contra expilatorem hereditatis.
5 Expilatæ hereditatis crimen non cadit in cohæredes.
6 Uxorem defuncti crimine expilatæ hereditatis conueniri non posse.

CASVS CCC.

PœNA EXPILATÆ HEREDITATIS quæ, & aduersus quos.

1 Expilatæ etiam hereditatis crimen extraordinarie, atque ita iudicis arbitrio punitur. l. 1. ff. de crim. expil. hered. ubi Bart. idem sentit. & clarè hanc pœnam esse arbitriariam scriptum reliquit Io. Maria Riminaldus in additionibus ad Salicetum in l. ult. C. de crim. expil. here. ubi communem esse opinionem testatur, reiecto Baldo in l. de his C. de furtis, nec non & Roman. in lgerit, de acquiren. hered. qui affirmant, pœnam hanc esse furti ordinariam. & ob id statutum loquens de fure, locum habere etiam in hoc hereditatis expilatore. quod falsum, & rectè, cæteri censent. cum furtum sit rei alienæ contrectatio. l. 1. ff. de furtis, quæ diffinitio non conuenit huic crimini, quod committi dicitur ante hereditatis aditionem, atque ita eo tempore, quo nullus extat illius rei dominus, & uerè hoc crimen a furto differre probat l. 2. ff. de crimin. expilat. hered. quæ declaratio est notabilis ad statutum Papiæ 27. in criminalibus sub rubri. de pœna furis. cuius pœna hoc in casu locum non habebit.

Declaratur primò, ut hæc pœna locum nō habeat contra cohæredes. d. l. 1. C. de crimin. expila. hered. ubi Baldus rationem reddit, quoniam pro suo iure se cisse uidetur. l. meritò. ff. pro locio. quam declarationem ego intelligo, nisi ultra partem suam aliquid accipiat, ut declarando d. l. meritò, respondit Alex. confi. 103. nume. 6. lib. 1. ex l. duo fratres, in fi. & ibi doct. ff. pro socio. cum Alex. sentit Craue. confi. 319. col. 2. in princ. uersic. Neque excusandus.

6 Declaratur secundò, ut nō habeat locum hæc pœna contra uxorem, quæ cum furti accusari non possit, ita nec expilatæ hereditatis. l. penult. ff. de crim. expil. hered. & l. aduersus, & l. ult. ubi Bald. C. eo. qui qui dem Baldus scribit ita esse declarandum statutum Perusinum sub rubri. Quòd si quis expilauerit hereditatem.

IACOBI MENOCHII IURISCONSULTI

ACVTISSIMI,

DE ARBITRARIIS IUDICIUM.

Liber Secundus.

CENTVRIA QVARTA.

SUMMARIUM.

- 1 Effractorem eum etiam dici, qui carcerem effregit.
2 Iudicis arbitrio puniri carceris effractorem.
3 Fugiens de carcere an pro confesso habeatur.
4 Constitutio noua Mediolani sub rub. de pœnis, cap. si quis autem aliquid, declaratur.
5 Carceratus si hostio fracto fugit, qua pœna plectatur.
6 Carceratus solis compedibus uinctus si fugit, qua plectatur pœna.
7 Carceratus sub sola custodia fugiens, effractoris pœna punitur.
8 Constitutio noua Mediolani sub rub. de pœnis, c. si quis autem, pcedit et i eo, q sub sola custodia carceratus fuit.
9 Carceratus si citur, & qui sub arresto est.
10 Iudicis arbitrio punitur arrestatus fugiens.
11 Carceratus fugiens si capiatur, pœna effractoris puniatur.
12 Carceratus qui post fugam reuersus est, non punitur, ut effractor.
13 Iudicis arbitrio punitur carceratus, qui post fugam reuersus est.
14 Carceratus indebitè fugiens non punitur.
15 Carceratus indebitè in foro conscientie fugere potest.
16 Effractor qui effecit ut carcerati fugerent, qua pœna puniatur.
17 Constitutio noua Mediolani sub rub. de pœnis. ca. si quis autem, an locum habeat contra eum, qui effecit, ut carcerati fugerent.
18 Interpretatio stricta quando in pœnalibus sumatur.
19 Statutum Veronæ lib. 3. cap. 72. sub rub. qui carceratis dant consilium, declaratur.
20 Statutum Ferrariæ lib. 3. sub rub. de frangente carceres, declaratur.
21 Pœna instigantis carceratum ut fugiat.
22 Effringens carceres, ut debitores fugiant, qua pœna plectatur.
23 Carceratus notoriè iniuste, tutè aufugit, & illum instigans non punitur.
24 Statutum Patauinum sub rub. de carceribus. c. Nul lus audeat, declaratur.

CASVS CCCI.

EFFRACTOR CARCERIS FUGIENS, & qui causam præbuit fugientibus, qua mulctentur pœna, plenè & diligenter exponitur.

1 Quoniam & effractor is appellatur, qui carcerem infringit, ut inde criminis rei effugiant, de illis

hoc loco dicendū est, f iudicis equidem arbitrio aliquando punitur: ut eo casu primo cum iam effractor carcerem atque ita apertum reperit: ita scribunt Ange. in luerum. ff. de furtis. Alberi. in l. succurritur. ff. ex quib. caus. maio. Paris. Puteus tracta. syndicatus. c. Qualiter probabitur contra commenta. quos secuti sunt Boer. quæstio. 215. nume. 13. 15. 21. & Didacus lib. 1. uariarum resolu. ca. 2. nu. 11. in fi. quibus addo Raphaelem Comen. confi. 105. Felinum in c. nullus, nume. 4. de præsump. Soc. tract. fallen. regu. 162. fallen. ul. Marfilium in praxi crimin. §. attingam. num. 37. & nume. 45. ubi post multos scribit, hanc futa fugientem non haberi pro confesso & conuicto, & si suspectus reddatur. Hæc sunt memoriæ commendanda ad interpretationem constitutionum dominij Mediola. rubr. de pœnis, cap. si quis autem aliquid fecerit. dum uult, hos effractoress puniri pœnis a iure communi indictis. intelliget iudicēs in casu isto esse sibi datum arbitrium indicendi hanc pœnam. Secundus est casus, quando carceratus fracto hostio, uel pariete fugit: tunc fuga operatur primò ut habeatur pro conuicto & confesso de crimine, ita Spec. in titu. de præsump. §. 2. uersic. uiolenta. & ibi latè Ioan. And. in additio. Angel. Aret. in tract. malefic. in uerbo fama publica, nume. 20. & ibi August. Arimi. in additio. Curt. Sen. in l. admonendi, nu. 270. de iure iuran. Fel. capit. nullus, nume. 3. de præsum. Marfilium in praxi crimi. §. attingam, num. 44. 45. qui cum Baldo consil. 220. lib. 1. intelligit, quando quis est carceratus pro inquisitione speciali, secus si pro generali. Addo Bal. consil. 32. Primus quæstionis. lib. 3. Secundò hic carceris effractor capitis pœna punitur. l. 1. de effracto. & expil. l. in eos. ff. de cust. reo. ubi omnes, Feli. d. c. nullus. nu. 3. Boer. d. q. 215. nu. 7, Marfi. d. §. attingam. nu. 36. ita erunt declaranda relatæ constitutiones Mediolani d. cap. si quis autem.

6 Extenditur hic casus ut procedat, etiam si hic effugiens non esset clausus in carcerem, sed solùm in compedibus: ita probat l. succurritur. ff. ex quib. caus. maio. dum inquit, nihil interesse an compedibus. uel parietibus detineatur. ita declaratur constitutiones Mediolani, ut statim subijciam.

7 Extenditur secundò procedere in eo, qui est sub sola custodia, uel qui habet domū iudicentis pro carcere: adhuc is fugiens, ut effractor punitur. ita post alios docuit Cur. sen. in l. admonendi. nu. 165. de iure iuran.

iura. & si enim sub custodia positus quoad alia proprie carceratus non dicatur, nihilominus quoad casum nostrum proprie ob iudicis. s. præceptum carceratus dicitur, ut is Curtius recte affirmat, & si Ias. in repe. d. l. admonendi, nu. 163. post Alber. & alios nō nullos dissentiat. quo circa licet constitutiones Mediolani in d. c. si quis autem, simpliciter de carcerato loquantur, attamen intelliguntur ut carcerati sint, & isti positi sub custodia, & intellige quando ui e custodia manibus aufugit, secus si illi negligentes permittebant illum uagari, & is arrepta occasione aufugit: ita Socinus d. tract. fallen. reg. 162. fall. ultima.

Extenditur tertio, ut procedat etiam eo casu quando factum est alicui factum seu præceptum, ne exeat domum, uel ciuitatem, is. n. adhuc carceris effractor dicitur si exiit: ita uerè respondit Oldrad. cons. 65. Hic agitur de duobus, primo dubio, & si eum intellexerit Boer. quæstio. 315. nu. 21. ut hoc in iudicis arbitrio relinquat. qua de re ne uerbum quidem id quod Oldradus, annotauit et Io. And. in additio. ad Specul. in titulo de præsumpt. §. 2. col. 1. immo Guido Papæ quæst. 253. Si quis, decidit, ita arrestatum dici proprie carceratum, et quoad alia, ut potest quod celebrati ab eo contractus rescindantur, ac si in ipsum carcerem celebrati forent, quod est annotandum, maxime in regione Pedemontium, ubi in usu positum est, ut iudicantes hæc arresta præcipiant.

Extenditur quarto ut procedat etiam in eo qui effregit carcerem & iam exibat, & interim fuit captus, perinde enim est ac si perfecte aufugisset, ita Boer. d. q. 215. nu. 12. post Iacobum Beluifium.

Declaratur, ut non procedat in eo, qui aufugit & deinde reuersus est, is. n. nō potest ut effractor puniri: ita Bal. in l. 1. C. de seru. fugi. Mar. in l. qui falsam, nu. 41. ad l. Cornel. de fals. in l. is qui cum telo. nu. 54. ff. ad l. Cornel. de sicar. & i rub. ff. de fideiuss. n. 441. Curt. sen. in l. admonendi, nu. 159. & ibi et Rip. nu. 169. de iureiuran. Boer. d. quæst. 215. nu. 17. Verum eo loci Boer. nu. 19. decidit post Seuerinatem & Mart. Fanè

sem, esse hunc reuertentem pœna aliqua iudicis arbitrio puniendum, ad hoc ut eius audacia comprimatur.

Declaratur secundo non procedere in finitè & indebitè carcerato. is. n. & ut fores carceris, uel parietes infringere & effugere impune potest: ita Paris Puteus tract. syndicus in §. Carcerem, quem est secutus Rip. in l. admonendi, nume. 171. de iuretu. immo

potest iste etiam in foro conscientie carceres euadere, etiam si inde custodi detrimentum aliquod contingat. immo si mortem euadere aliter nequiret, custodes tunc interficere poterit, ita late multorum autoritatibus firmavit Didacus lib. 1. uaria. resolu. c. 2. nu. 12. Boer. d. q. 215. nu. 32. Gramma. cons. 51. nu. 56. Neuiza. cons. 61. nu. 37.

Tertius est casus in solo effractore, qui ui fores carceris frangendo efficit, ut carcerati fugiat, ii eadè puniendi sunt pœna, qua puniendi erant, qui aufugerunt, quod probatur in l. 1. C. de iis qui latro. Bart. in l. si quis. in fine. ff. ne quis eum qui in ius uoca est ui exim. & Angell. 1. in princ. & Alexan. d. l. 1. §. item si quis, in fi. ff. eo. ubi fortius affirmarunt non esse habendam rationem, an is aufugiens fuerit iuste, uel iniuste carceratus. idem respondit Alexan. cons. 35. nu. 4. in fi. lib. 2. Hæc annotanda omnino sunt ad interpre-

rationem constitutionum domini Mediolani sub rub. de pœnis, c. faciens ut quis euadat. dū inducitur pœnam isti effractori, quam passus fuisset is fugiens, si condemnatus fuisset: hæc constitutiones exitum respicere uidentur an cōdemnetur, uel nō. sentientes pœnam huic effractori non iudici, si fugiens liberetur. attamen, ut iuri communi conueniant constitutiones illæ, possunt interpretari, ut effractor puniatur ea pœna, qua puniendus erat is fugiens, non inspecto fine, sed sola accusatione & imputatione considerata. quod factum ea ratione est, ut reprimatur horum effractorum audacia. Hæc declaratio confirmatur, quia alias sequeretur, quod si carcerati delictum probari non posset concludenter, nisi per eius confessionem si carcerem euaderet, atque ita deficerent probationes, liberandus esset, & ob id is effractor nullam pœnam pateretur, quod iniquum & absurdum admodum esset. non ergo constitutiones respiciunt causæ exitum, sed principium, ut ea pœna puniatur iste effractor, qua imputatus esset puniendus: sicque imputationem, non sententiam constitutiones considerat. huc accedit quod statim infra in secunda extensione dicam. Nec obstat quod in pœnalibus stricta summa sit interpretatio. l. si de interpretatione, de pœnis, cum similibus, quonia respondetur, regulam illam procedere, quando non redderetur elusoria legis dispositio, ac secus si e contra, ita Dec. in l. factum suum. §. in pœnalibus, de reg. iur. Ias. cum quidam, in fi. de lib. & posth. Craue. tract. de antiq. tempo. 1. particula quartæ partis principalis, nume. 8. at hoc in casu constitutionum dispositio eo casu redderetur elusoria ob defectum probationum. sunt etiam hæc annotata

ad interpretationem statuti Veronæ lib. 3. c. 72. sub rubr. Qui carceratis dant consilium, quo hi Prætores arbitrio puniuntur. sic declaratur statutum Ferrariæ lib. 3. sub rubri. de frangente carceres. ibi, & puniatur eadem pœna, qua cōdemnari & puniri debeatis, q. aufugerit, ac si de crimine pro quo ille erat incarceratus, uerè constaret & appareret.

Extenditur primò hic casus, ut locum etiam sibi uendicet in instigatore, fautore & consultore, qui suavit carcerato, ut fugeret, ex dict. l. 1. C. de iis qui latro. Butr. & ceteri in capitulo 1. de offic. delega. ex illo textu, in specie Alex. d. consilio 35. nume. 4. in fin. lib. 2. & cōferunt quæ dicemus infra in casu 349. ubi agemus de pœna illius, qui opem delinquenti ac consilium præstitit. Huc spectat quod aliquando in foro Montis Regalis Pedemontium uidi controuersum. Aufugerat aliquando è carcere carcerati omnes uno excepto, qui propter corporis debilitatem non poterat hastam conscendere, & è perfracto pariete carcerem effugere. illi delictum adscribebatur, quod aufugientibus consensisset, atque ita cum ceteris conspirasset, iuxta l. in eos. ff. de custod. reorum, quoniam debebat clamare: ille respondebat, nō potuisse cum esset perterritus illorum minis, qui eum acerrimè uerberassent. ego iuxta ratione contendebam illum non fuisse puniendum, cum conspira-

re cum ceteris non potuerit. est enim qui conspirare simul aspirare contra aliquem. ita Archidia. & ceteri in capitulo coniurationum. 11. quæstio. 1. qui inquit, quod conspiratio est multorum cōuentio ad illicitum, & tradit Gigas trac. de crimine læsæ maiestatis sub

sub rub. quomodo & per quos crimen læsæ maiestatis probetur. q. 2. sed hic ob impotentiam non poterat cum alijs pacisci. dicebam illius assertioni cum iuramento credendum fuisse super illato metu, iuxta ea, quæ scribunt omnes in §. sed ista, ubi gloss. in ff. de actio. & tradunt de metu docto. in l. metum. C. quod met. causa. & hæc erit notabilis declaratio ad relatas constitutiones Mediolani.

Extenditur secundo, ut procedat etiam in eo, qui effregit carcerem, ut aliquorum debitores effugeret: is enim effractor tenetur loco illorum debitorum. l. quoties. C. de exact. trib. li. 10. Bar. tract. de carceribus, nu. 18. nec ulterius queritur an illi carcerati essent uere debitores, uel non: nec enim huic effractori datur facultas, si probare uellet, carceratos illos uerè non fuisse debitores. ita multum egregiè Ange. in l. sed eximendi. §. item si quis, in fine. ff. ne quis eum. Capolla cons. 14. col. 3. in fine, & Marfilii in praxi crim. §. attingam. nu. 84. Ioan. de Ana. cōf. 55. in fine. Ias. cons. 27. nu. 1. lib. 3. imò scribit Boerius q. 217. nu. 12. post multos, quod etiam si is debitor qui fugit, iterum capiatur & ad carceres reducatur, non tamen effractorem liberari, sed teneri omnino soluere.

Declaratur hic casus, ut nō habeat locum in eo, qui notoriè & clare eēt iniuste carceratus, ex supra relatis in secunda declaratione secundi casus, & sensit Alex. l. 1. §. ite si qs, in fi. ff. ne quis eum. & ante eum Bar. in tract. de carceribus. nu. 17. & hoc in casu nō habebit locum pœna nouarū constitutionū Mediolani ac eēt statutum Veronensis. sic eēt potest declarari statutum Patauinum sub rub. de carceribus, c. Nullus audeat.

SUMMARIVM.

- 1 Commentariensis quis, & unde dicitur.
- 2 Custos carceris qua pœna puniatur, si carcerati fugiant.
- 3 Statutum Papiæ 57. in criminalibus, sub rub. de pœna superstitis uel custodis carcerum, declaratur.
- 4 Statutum Patauinum sub rub. de carceribus. c. Capitaneus, declaratur.
- 5 Custos tenetur si carceratus fugit, et culpa sui serui uel uxoris.
- 6 Custos non tenetur si adhibita solita diligentia carceratus fugit.
- 7 Iudicis arbitrio puniuntur custos, & si adhibuerit solitam diligentiam, cum carceratus aufugit.
- 8 Custos carceris non tenetur cum carceratus fugit sui socij opera.
- 9 Statutum Papiæ 57. de pœna superstitis, uel custodis, declaratur.
- 10 Custos carceris non tenetur, si carceratus fuit, quem credebat iuxta rationem non debuisse fugere.
- 11 Iudicis arbitrio relinquitur, an carceratus uerimissimè non esset fugam arrepturus.
- 12 Custos carceris non tenetur, si carceratus erat de proximo liberandus.
- 13 Custos carceris non puniuntur, si carceratus miraculosè fugit.
- 14 Custos potest liberè carceratos relaxare ex Principis indulgentia.
- 15 Carceratos esse relaxandos ob pacem & publicam lætiam.
- 16 Falsarius è carceribus non est liberandus ob pacem & publicam lætiam.

POENA QVA MVLTATVR CVSTOS carceris, si carcerati aufugerunt, & quando excusationem mereantur, accuratè tractatum.

Custos carceris, què antiqui rectè commentariensis, quod in commentarijs custodias referret, & ueluti diarium custodiarum cōficeret, appellatur: ut apud Budæum in annota. Pandectarū ad titulū ex quibus caus. maior. sumā diligentia in custodiendis carceratis adhibere dicitur alioqui ea plectitur pœna, qua erat puniendus is carceratus, qui aufugit. l. ad commentariensis. C. de cust. reo. & ibi gloss. & doct. Boer. q. 217. nu. 1. immo in l. ultim. ff. de custo. reo. sancitū uidetur absolutè eēt capitatis pœna mulctandū, nisi intelligamus fm d. l. ad commentariensis. ubi autè is carceratus solū eēt pro debito ciuili, custos tenetur creditori satisfacere. ita Ias. cōf. 27. n. j. li. 3. post Bal. cōf. 177. In ista captura, li. 2. & ex l. eū pro quo. ff. de in ius uoca. & cū hoc iure cōmuni cōuenit statutū criminale Papiæ 57. sub rub. de superstitis, uel custodis carcerum. quod sanè statutū in illis uerbis, & ad dictā quantitatem dicti superstites & custodes & fideiussores eorū teneantur, & conueniantur, & exigantur, perinde ac si essent debitores condēnati legitime: ostēdit nō licere custodi ad sui defensionem allegare, illū carceratū, qui fugit, debitore nō fuisse, ex his quæ tradit Ang. in l. sed eximendi. §. ite si qs. ff. ne quis eum. Capolla cōf. 14. col. 3. & dixi supra in casu præcedenti prope si nisi ut eo loci diximus, notoriè constaret hūc aufugientē debitore nō fuisse. sic declaratur statutū Patauinum sub rub. de carceribus. c. Capitaneus. ibi, cōpellatur satisfacere tā cōmuni, quā singularibus personis. ipsi autè custodi erit consultū, si ab illis creditoribus cessionē habeat, & experietur contra illū fugitiuū, uel eius fideiussores. ita Alber. tract. statutorū, parte 2. q. 144. Extenditur hæc iuris sententia ut procedat etiam, quando ipse custos sui loco alterum custodem reliquisset, ut seruum, uel filium, uel uxorem, quorum negligentia carceratus aufugisset: tunc custos adhuc tenetur. ita Gramma. uoto. 29. nu. 11. 12. & de filio, & uxore in specie Boer. d. q. 217. nu. 11. quæ extensio est notabilis ad relatū statutū.

Declaratur primò hic casus, ut locum sibi nō uendicet, cum custos eam solitam adhibuit custodiam & diligentia, quam alii custodes illius carceris adhibebant: tunc si carcerati aufugient, ipse custos non tenetur: ita Boerius d. quæstio. 217. nume. 5. post Puteum de syndicato in uerbo Carcer. Corneum cons. 93. li. 1. & Gramma, uoto 29. nu. 16. atque ita relatū statutum Papiæ declaratur.

Declaratur secundo, ut non procedat, quando carceratus aufugit opera socij ipsius custodis, qui sanè socius à principe, uel magistratu præpositus fuit. nā tunc custos uenia dignus est, l. ultim. uerf. interdum. ff. de custod. reo. quem textum singularem in hac sententiam dixerunt Roma. sing. 30. Si dicitur. & Frac. Crem. singu. 99. Erant. Marfilii in Practi. crimin. §. attingam. numero 73. & Boerius d. quæst. 217. nu. me. 7. 8. qui multis similibus confirmauit. Quæ sanè declaratio est, ut iquit Roma. d. c. singu. 30. egregia sed statuta, ut ad dictum statutum Papiæ 57. Cuius

etiam clara uerba cum hac declaratione conueniunt, ibi, nisi superstes, uel custos probauerit carceratū fugisse cum altero ex superstitibus: quo casu ille solus cum quo carceratus aufugit, puniatur. Est ratio, quia nulla ipsi custodi culpa adscribi potest: Cum nemo prodicionem prouidere ualeat, & uerba d. statuti de socio, intelligo ut supra de prapposito à superiore.

10 Declaratur tertio ut procedat, qñ is carceratus, q aufugit ob malā adhibitā custodis diligentia ex ueri simili coniectura & ratione prapsumi nō poterat, q fugere deberet, ut putā in nobili, & uiro egregio, qui pro modica summa debiti fuisset carceratus, si n. custos latiores habenas ei relinquit, non uidetur arguendus, ira Ang. in l. si à bonafidei. ff. de rei uend. quem multi secuti sunt, ut retulit Boer. d. q. 217. nu. 9. Alciat. tract. prapsumpt. regu. 1. prapsumpt. 48. & plures alios recenset Tiraquel. tract. Nobilitatis, cap. 20. nu. 28. Verum is Boerius affirmat aliquñ in consilio Burdegalenfi contrarium obseruatum fuisse, & tandem

11 inquit, & rectè, hoc esse iudicis arbitrio relinquendum, qui pro sua prudentia arbitrabitur iuxta qualitatem rei & conditionem personæ, an uerisimiliter sit credendum eum fugam arrepturum uel non.

12 Declaratur quarto, ut non procedat quando is carceratus erat de proximo liberandus, ita gl. sing. in l. si pecuniam. §. si seruum, in uerbo, carcere. ff. de cond. ob cau. latè Boer. d. q. 217. nu. 16. ut apud eum.

Declaratur quinto, ut nō procedat, quando is carceratus miraculose effugisset: quemadmodum de beato Petro scriptum est, ita Boer. d. q. 217. num. 17. quæ sanè declaratio non est de genere regulæ postea quam nulla negligentia custodi adscribi potest.

14 Declaratur sexto, ut non procedat secundū Boer. d. q. 217. num. 2. i. quando Princeps in nouo ingressu ciuitatis omnibus carceratis remissionem concedit: quoniam tunc custos uidetur posse absque alia iudicis auctoritate, idem esset diceandum in remissionibus quas faciunt Principes ob lætitiā pacis inite: ut factum fuit anno M D X L I I I. in uniuerso Mediolanensi dominio, quo anno inita est pax inter Iuuiatissimum Carolum Quintum Imperatorem, ac Christianissimum Franciscum Galliarum Regem, & anno M D L I X. ob pacem initam inter Henricum Christianissimum Regem Galliarum, & Philippum Regem Catholicum Hispaniarum. Aduerte tamen

16 (ut obiter hoc dicam) remissionem hanc ob pacē non prodesse reo criminis falsi, Bart. l. Lucius, in fin. ff. ad S. C. Turpil. Dec. cap. licet causam, nu. 11. extra, de prob. Marfil. in rubr. ff. ad leg. Corn. de fals. nu. 12. & sing. 163. Afflict. decis. ult. num. 22. in fine. sed etiam ei profit, qui iam semel eam ob causam fuerat excarceratus, uide Bart. l. 3. C. de episc. aud. ubi apostil. Signorol. consi. 97.

S V M M A R I V M.

1 Carceris qualitas quæ esse debeat, & qui fideiussoribus relaxandi.

2 Iudicis arbitrio relinquitur qualitas carceris & uinculorum, & qñ carcerati dato fideiussore sit liberandi.

3 Carceratus ob solam pœnam pecuniariam sub fideiussione potest liberari.

4 Carceratus ob pœnam pecuniariam si delictum est confessus, non est sub fideiussione relaxandus.

5 L. Si confessus. ff. de custod. reo. intellectus.

6 L. ij. C. de exhib. reo. intellectus.

7 Statutum Papiæ 9 in criminalibus sub rub. quo casu inculpatus de maleficio, declaratur.

8 Carceratus ob pœnam pecuniariam relaxandus non est dato fideiussore, si sero eum obtulit.

9 Carceratus si semel aufugit, amplius liberandus non est dato fideiussore.

10 Carceris custodiam esse adhibendam arctiorem illi, q semel aufugit.

11 Statutum Papiæ 9 in criminalibus sub rub. quo casu inculpatus, non procedit, si carceratus semel aufugit.

12 Carceratus repertus in fragranti crimine p quo est solata pœna pecuniaria, fideiussoribus nō est relaxandus.

13 Carceratus ob pœnā pecuniariam, si crimen est notorium non relaxatur sub fideiussione.

14 Constitutio Mediolani sub rub. De penis, c. si quis nō pronocatus, declaratur.

15 Carceratus ob pœnam corporalem sub fideiussione relaxandus non est.

16 Fideiussor non potest obligari ad pœnam corporalem principalem.

17 L. 1. ff. de custod. reo. sensus.

18 L. 2. ff. de custod. reo. intellectus.

19 L. 3. ff. de custod. reo. declaratio.

20 L. eos. §. super his. C. de appel. intellectus.

21 Fideiussorem posse interdum obligare pro principali ad pœnam corporalem.

22 Constitutio Regni Neapolitani, quæ incipit humanitate, declaratur.

23 Carceratus fideiussoribus non relaxatur, et si corporalis pœna sit tantū corporis afflictina, ut iet sustiū.

24 Statutum Papiæ 9 in criminalibus sub rub. Quo casu inculpatus, declaratur.

25 Carcerati ad ueritatem eruendam dato fideiussore non relaxantur.

26 Testes carcerati ut examinentur in aliorum causam dato fideiussore non liberantur.

27 Dicitio saluo, exceptiua.

28 Carceratus si confessus est delictum, non liberatur dato fideiussore.

29 Statutum Papiæ 9 iam supra relatum, declaratur.

30 Deportandus dato fideiussore è carcere relaxandus nō est.

31 Carceratus pro pœna pecuniaria, quæ corporalis efficitur, fideiussoribus non relaxatur.

32 Carceratus pro infractione saluæguardiæ dato fideiussore relaxandus non est.

33 Statutum Papiæ 19 in criminalibus, de pœna illius qui uulnerauerit, declaratur.

34 Carceratus à proximo liberandus sub fideiussione relaxari potest.

35 Carceratus dato fideiussore relaxatur si facti consuetudo ita suadet.

36 Carceratus ob pœnam sanguinis in defectum pecuniariæ fideiussore relaxatur.

37 Carcerati relaxantur fideiussoribus obligantibus se loco custodæ.

38 Carceratos in festijs Paschalis & Natalis Saluatoris nostri sub fideiussione relaxari.

39 Carceratus ob pœnā arbitrariā fideiussoribus relaxatur.

40 Carceratus ob pœnam pecuniariam ex consuetudine fideiussoribus relaxatur.

41 Iudicis arbitrio relinquitur carcerati relaxatio in penis arbitrarijs.

Statutum

42 Statutum Papiæ 9 iam relatum declaratur.

43 Statutum Papiæ 28 in criminalibus sub rub. De pœna roboratoris, declaratur.

44 Constitutio noua Mediolani sub rub. De penis, c. si quis fecerit robariam, declaratur.

CASVS CCCIII.

ENARRATVM LONGA SERIE ET AC curatè quando carcerati datis fideiussoribus è uinculis relaxari possint: & permultæ leges municipales declaratæ.

Q VONIAM superioribus casibus de carcere inaci patis uerba fecimus, placet hoc loco nunc casū hūc referre. solet sapissimè de carceris & uinculorum qualitate dubitari, quomodò in eis detinentur di sint carcerati, uel quando fideiussione, uel cautio ne præstita relaxandi, quod totum uerè at iudicis arbitrio pendet, ut clarè probat tex. l. 1. ff. de cust. reo. & ibi annotauit Bar. sensu Ias. cons. 27. propè finem. lib. 3. Tiraq. tract. nobilitatis, c. 20. num. 3. i. ut tamen iudex nolter intelligat, quid multis in casibus Doctores nostri censuerint, illos huc referam:

1 Primus est casus, cum quis est carceratus pro eo crimine, pro quo pœna solū pecuniaria indicta est; tunc fideiussore dato relaxari posse censuit Marfil. in rub. ff. de fideiuss. nu. 247. quo loci hāc communem opinionem Doctorum esse testatur. idem in practica crim. §. attingam. num. 2. 3. & ex multis citat Baldum consi. 204. Duo famuli. lib. 1. Capol. consi. 15. Feli. in cap. ex parte. il. 1. nu. 7. de rescrip. & in cap. ult. nu. 10. de accus. idem censuit Ang. in l. 2. col. 1. C. de exhib. reis. Boff. tract. causarum crimi. tit. De carcerato fideiussoribus committendo, nu. 1. qui idem ait procedere in causa appellationis, post lo. de Ana. consi. 1. & Bald. consi. 337. lib. 2.

2 Declaratur primò hic casus ut nō habeat locum, quando is carceratus esset confessus & conuictus de crimine ipso, tunc nō relaxatur sub fideiussione, sed condemnari debet, ac cogi ut soluat, ita Bal. in d. l. 2. col. 1. in fi. C. de exhib. reis. ex l. si confessus. ff. de cust. reo. & l. 2. C. eo. & cum Baldo sensu Marfil. d. pract. crim. §. attingam. num. 4. post Ang. tract. maleficio. Foller. in pract. crim. §. & si confitebuntur. nu. 73. idē Marfil. l. unius. §. cognituum. nu. 6. i. de quæst. uerum d. l. si confessus, rectius in causa capitali, ubi pœna corporalis in d. intelligi dēt. minus pbat d. l. 2. ego uerius intelligo, q aut loquimur de relaxatione carceris ob custodiā, tūc relaxari omninò dēt, cum nulla sit differentia inter tēpus post confessionē uel ante, ex quo fideiussor ipse satisfacere pōt. Aut loquimur de carcere ad pœnā, ut soluere cogatur anteq̄ exeat: & tūc rectè sentiunt Bal. & ceteri, nō eē fideiussione data relaxandū, sed eē cogendū soluere. Est ratio, quia iā constat eū eē debitore, quorsū ergo differre exactio nē sub datione fideiussoris, si pōt & dēt statū soluere, eum liquidū sit debitū. id qd̄ sensit Bal. in l. fed & si is, 2. lect. in fi. ff. de in ius uoc. dū docuit, debitore fisci non relaxari, si debitū est liquidū, sed cogi debere, ut soluat. & conferunt qd̄ scribit Folle. in pract. crim. in uerbo, Vel carceretur. n. 10. i. fi. atq; ita eē disposit & intelligitur statutū Papiæ 9, in criminalibus sub rub.

Quo casu inculpatus de maleficio incarcerationetur, & quo non, qd̄ sanè statutū & si loquatur de condēnato, attamen præcedit & in hoc casu, cum cōfessus est reus, & statim ob illā cōfessionē cōdemnadus est: cum partes iudicis tunc solū sint in condemnando. l. 1. ff. de confess. & non solū intelligo de confessione iudiciali, sed et extrajudiciali, q̄ tamen sit deinde testibus pbata. nā & illa tunc parē uim habet ac iudicialis, ut tradūt oēs in l. ult. C. famil. ercise. & alibi sepe. & hæc declaratio procedit et qñ hic, q̄ confessus est delictum, suæ confessionis errorem allegaret, & uellet probare. nā interim, quia pro fisco stat confessio, relaxari non debet. sed tūc demum errore probato, qm̄ tunc perinde est, ac si confessus non esset: atque ita essemus in primo statu ante confessionem. ita cōstitutionē unam Regni Neapolitani declarando tradit Petrus Folletius in Practica criminali. in uerbo, Examinati liberentur sub fideiussoribus, nu. 5.

8 Declaratur secundo, ut non procedat quando tero fideiussorem obrulit; nam tunc illa non est recipienda: atq; ita nec reus relaxandus. ita Ang. in d. l. 2. col. 1. C. de exhib. re. quem sunt secuti August. Arimi. in addit. ad Ang. de maleficijs. & Marfil. in d. Pract. crimin. §. attingam. nu. 3. adducti ex tex. l. 2. in prin. ff. de custod. reo. Ego opinor declarationem hāc intelligi quādo tardè nimis, hoc est, cum ferenda est sententiā. Est ratio, quia constat illum debere soluere: ita sensit Suarez in tract. De fideiuss. crim. num. 4. uer. in tantum quod si. & hæc declaratio in iuratione non differt à præcedenti, & est utilis ad declarationem statuti iam relati Papiensis.

9 Declaratur tertio ut non procedat, qñ hic reus tē carcere semel aufugisset: nam tunc, & si pœna pecuniaria est indicenda, attamen dato fideiussore nō relaxatur: quoniam per fugam beneficium hoc amississe dicitur. ita Alex. in annota. ad Bar. in l. 1. ff. de custod. reo. quem secuti Ang. Arer. in tract. maleficio. in uerbo, fama publica. nu. 15. & August. Arim. in eiusdem Ang. annot. in uerbo, pro quibus Antonius fideiussor in l. addit. & Marfil. in d. pract. crim. in §. attingam. num. 7. Petr. Foller. in sua pract. crim. in uerbo, Examinati liberentur sub fideiussoribus, nu. 18. Suarez in tracta. De fideiuss. in causa crim. num. 33. auctoritate glossæ in l. lege Cornelia. §. 1. in uerbo, ex uinculis. ff. ad S. C. Sylla. & ibi Rom. Hinc dicimus carceris custodiam arctiorem adhibendam esse illi, qui semel aufugit, ita Bal. in l. 3. num. 6. in fi. C. de Episc. aud. Hinc pariter dicimus, q̄ ille, qui iurauit de iudicio sisti, & deinde non stetit, perdit iuratoriā cautionem, quam aliās fideiussoris loco dare poterat, ut probat tex. in auth. ei qui, in uerbo, iurat, iuncto uerbo, fideiussorem. & ibi Bal. C. de bon. auth. iud. poss. Marfil. sing. 74. Tu habes, ueram ego opinor ex d. l. lege Cornelia, & ibi glossa, quæ à fortiori probat, nam illa loqui potius uiderur in casu, quādo illi terui quæstionibus subijciendi, nondū fuerant carcerati atq; ita ante fugerant; à fortiori ergo si iam carcerati fuissent. Verum cenleo animaduertendum, ex hac fuga sublatum non esse arbitrium iudicetū, quin si uult, possit hūc relaxare dato fideiussore, aliqui fuga hæc detrimentum adfert iudicenti, auferendo sibi arbitrium. nec dicatur reorū factum in hoc iudicetū nocere, ut putā, si leue quis crimē comississet, & deinde

aliud graue. ex hoc graui ob quod pœna est indicēda corporalis, nonne iudici tollitur arbitrium relaxādi? Respondeo non esse pares terminos, quia in casu huius exempli tollitur arbitriū, ex quo pœna corporalis non potest iudici fideiussori, ut infra dicemus, sed in casu nostro fuga non reddit pœnam pecuniariam corporalem. dico ergo in terminis iuris cōmunis fūgam hanc non tollere arbitrium iudicenti, & ob id quod ad eum declaratio hęc parui ponderis est. erit tamen maximē utilis in terminis d. statuti Papiēsis 9. in criminalibus, sub rubr. Quo casu inculpatus, quo est cautum, Prætorē teneri carceratum pro crimine, pro quo uenit imponēda pœna pecuniaria datis fideiussorib. relaxare nā dū statutū ex illo uerbo, teneatur, cogit & necessitatē indicit Prætori, ut relaxet, si continget carceratum semel fugissē, poterit Prætor negare relaxationem oblata fideiussio ne atq; ita declarō hęc erit utilis & necessaria in casu d. statuti.

12 Declaratur quartō, ut non pcedat, qñ hic carceratus repertus fuit in fragrātū crimine, p quo tamē eēt imponēda pœna pecuniaria. ita August. Arim. in add. ad Ang. de maleficijs, in uerbo, Fama publica quē secutus est Mars. in d. §. attingā. nu. 56. & ibi. n. 7. idē eēt ait, qñ ob crimen falsi eēt indicēda pœna pecuniaria, criminis atrocitate. & cū illo idē censuit Petr. Foller. in practi. crim. in uerbo, Examinati liberētur sub fideiussorib. nu. 19. & ibi nu. 7. de fragranti crimine. & de quo infra. Ego multū dubito, uel ex eo, q uix est inuenire legē cōmunē, uel municipalē, q p enormi & fragrātū crimine pœnam pecuniariam indicat, uel ex eo, quod atrox dici possit, si tā lenis pœna indicitur. si tamen uera est declaratio hęc, egregia admodū erit ad relatum statutum Papiæ 9. in criminalibus, non enim hoc in casu locum habebit, ut teneatur Prætor illum condemnandum pœna pecuniaria, dato fideiussore relaxare.

13 Declaratur quintō ut nō procedat qñ crimen esset notoriū, aut publicū, tunc non relaxatur. est ratio, quia statim est cōdemnandus, quemadmodū de cōfesso supra diximus. & ideo cōstitutio Regni cōcedens relaxationem etiā ubi pœna sanguinis igeritur, rectē hunc casū excipit. & refert Follerius, qui supra nu. 8. atque ita relatum statutum Papiæ declaratur.

Declaratur sextō quādo lex municipalis indiceret pœnam pecuniariam, & tamen uellet illum reum di

14 cere causam in uinculis. ut una extract constitutio in Dominio Mediolani in tit. De pœnis, c. si quis non p uocatus, dum punit iniuriantem Doctorem.

Secundus est casus, quando pœna corporalis carcerato indicenda est: tunc ex omnium opinione relaxari non debet fideiussore oblato: nec enim oblata fideiussio acceptari debet: ita Bal. in l. 2. col. 1. in fine, C. de exhib. reis. idem Bald. in l. eos. §. super his. C. de appell. qui dixit, non esse relaxandum, etiam si uellet dare mille fideiussores. Ang. Aret. in tract. malefic. in uerbo, fama publica. uers. decimō quæro. Marf. cons. 16. num. 18. & in d. Pract. crim. in uerbo, attingā, num. 1. & latius in rubr. ff. de fideiuss. nu. 147. quibus addo Capicium decif. 30. nu. 7. Feli. in cap. 2. nu. 20. de rescrip. Paulū Grill. tract. De relaxa. carceratorū. cap. fideiussoribus eorum. num. 20. & Didac. lib. 2. uaria. resol. cap. 8. nu. 8. qui alios recenset: Boss. tract. causarum criminalium, titu. De carcerato fideiuss. re

laxando. num. 1. & Clar. lib. 5. sent. iur. §. si. quæst. 46. Rol. à Valle consil. 38. nu. 2. lib. 1. Est ratio, quia fideiussor nō potest se obligare ad pœnam corporalē, ut affirmat gl. in c. cum homo. 2. q. 5. Bal. in l. j. nu. 7. C. ne filius pro patr. las. in l. 1. ff. de in lit. iur. Feli. in c. contingit, il. 1. de sent. ex com. & alios recenset Marf. d. rubr. de fideiuss. 240. Iulius Clar. d. lib. 5. sent. iuris. §. fin. q. 46. uers. sed nunquid poterit. Est ratio quia nemo est dominus membrorum suorum. l. liber homo. la. 1. §. 1. ff. ad leg. Aquil. Ego profectō semper de huius sententię ueritate dubitauit: quod immo nō cogatur iudicēns hūc carceratum in carcere retinere, sed possit suo arbitrio sub fideiussione relaxare. q sanē opinionem aduersus cōmunem multū inuitat tex. l. 1. ff. de custod. reo. quo iudici tributum est arbitrium uel retinēdi reum criminis, uel sub fideiussione relaxandi, obseruata personæ qualitate, ac etiā de licēti. & licēt ibi Bar. dicat illud arbitriū intelligi, nisi delictum sit graue: attamen glossa ibi & ceteri inter pretes sentiūt absolutē eē arbitrium iudicis: ex quo est etiam in arbitrio ipsius iudicis iudicare, quod de licētum graue dicatur. qua de re fusius in superiorib. diximus. Et uerē Iurecons. in d. l. 1. non distinguit, an pœna corporalis uel pecuniaria indicenda sit. quin immo, admittit et Bart. declaratione, adhuc procedit nostra hac consideratio: nām & si crimen non esset ita graue, ut Bart. considerat, attamen pœna corporalis possit iudici. erūt ergo adhuc in iudicis arbitrio

18 casus isti, exceptis illis grauib. Accedit text. §. 1. 2. ff. de cust. reo. ubi seruus de capitali crimine publico iudiciorum dato fideiussore, uel domino, uel extraneo relaxari potest. est ibi certum crimen esse capitale, & pœnam corporalem iudici. Cū pœna criminis publici sit pœna mortis, cū publicum iudicium capitale est, ut in casu d. l. 2. ita probat l. 2. §. 1. ff. de publi. iud. quibus constat fœdē lapsos esse Bart. & Ang. in interpretatione d. l. 2. de custod. reo. Bart. inquam, dum dixit ibi crimen illud, quo seruus accusatus fuerat non fuisse graue. malē Bar. quia, si erat crimen capitale publicum, erat graue, cū mors indicatur. d. l. 2. §. 1. de publi. iud. Ang. autem malē scribit, ibi fuisse datum fideiussorem solum de sistendo in iudicio, ut tamen seruus ī carcere uel alio loco pro carcere assignato permaneat. leuis & ridicula interpretatio. si. n. est in carcere, quorsum fideiussores iudicio sisti recipere: & si est sub alia custodia loco carceris idem est, cū ad libitum recedere non possit, ut potest, cū relaxatur fideiussione præstita.

19 Tertio huc spectat tex. §. 1. 3. ff. eod. de custod. reo. quod solum prohibētur relaxari fideiussore præstito, qui graue scelus admisserunt.

20 Quarto confert mirum in modum text. §. 1. eos. §. super his. C. de appell. in illis uerbis, ut inopia idonei fideiussoris rententis in custodia rei, & c. iuncto principio, ibi, super his uero qui in capitalibus causis cōstituti, dum ergo de causis capitalibus loquitur, pro quibus sanguinis pœna est. d. l. 2. §. 1. de publi. iud. l. capitaliū, de pœnis. affirmat, reos fideiussori idonei inopia retentos sub custodia fuisse: ergo ubi idoneus adfuisse fideiussor, à custodia liberati fuisse, scio Baldū & Sali. multa comminisceri, sed q rem attingant, alij uiderint. ego scio esse aduersus constitutio nis uerba aperta. Non etiam desunt qui nostrę huic opinioni

opinionem assentiunt: nam ita uisus est sentire Spec. in titu. De accusa. §. 1. uers. sed pone Titius. & clarius Ang. in l. 2. C. de exhib. re. col. 1. uers. si enim est uilis. & si paulo post in uers. est tamen uidendū, cōsulat iudicem, ne reos hos relaxet: quoniam aliquod indēdē detrimentum sentire possēt. Nec uidetur obstare illa

21 communis Doctorum ratio, quod fideiussor se obligare nō possit alterius causa ad pœnam corporalē, ex gl. d. ca. cum homo. 23. q. 5. quoniam is tex. clarē contrarium probat. & contra ceteros sensit Alber. i tract. statutorum, parte 1. q. 51. Cū iam scripsissem, fortē fortuna reperij Suarem Hispanū in d. tract. De fideiuss. in causa crim. nu. 14. & multis subsequētib. aduersus receptissimam Doctorum sententiā attulisse à me excogitata hęc fundamenta, quo factū uidetur, frustra nos laborasse: sed non frustra certē, quando cum uiro celeberrimo par fuerit iudicium. Verū, ut ille ait, & rectē, à communi Doctorū opinione non licet recedere, quod probō & laudō, nisi uel consuetudine, uel cōstitutione aliter cautum sit.

22 quemadmodum in Regno Neapol. in quo Regia constitutione, quę incipit, Humanitate, cautum est, quod inquisiti de criminibus imponētib. pœnā ultra relegationem si parati erūt dare cautionem fideiussoriam, non carcerentur: quę quidem constitutio generalis est & omnes casus complectitur, etiā si pœna corporalis indicenda est, atque ita obseruatur. ut in commentarijs ad illam constitutionem scribit Afflictus, & Petrus Foller. in pract. crim. in uerbo, Examinati liberentur sub fideiussoribus. nu. 1. in illa tamen cōstitutione decem casus excipiuntur. ex illis nonnullos loco extensionis adhuc casum nostrum referam. Retenta ergo communi Doctorum opinione, à qua in iudicijs recedendum non est.

23 Extenditur primō ut procedat, etiam ubi pœna mortis non esset indicenda, sed tantū corporis afflictua, ut pœna ictus fustium. ita Bald. in l. si quis post. ff. de testam. ex illo textu quem singularem dicit: nec dissentit ibi Imola. Suarez d. tract. De fideiuss. in causa crim. num. 18. uers. facit notabilis tex. qui recenset

24 regia lege apud Hispanos ita cautum esse. Papiæ tex. d. statuto 9. in criminalibus, sub rub. Quo casu inculpatus de maleficio carceretur. Hęc extēsiō est dubia: quoniam statutum non esse sub fideiussione relaxandos carceratos, cū pro crimine ab eis perpetrato pœna sanguinis imponenda est, ictus fustium non uidetur pœna sanguinis, cū ex illis uerberibus sāguis non emittatur: nihilominus obseruari uidi, quod hoc in casu non relaxatur. quam praxim confirmat doctrina Baldi in l. nemo deinceps. C. de episco. aud. dum docuit, reos non esse relaxandos, cū ad ueritatem eruendam torquendi sunt, & tamē ex tortura sanguis non exit. lex ergo ac statutū solum cōsiderat pœnam corporis afflictuā, quā sustinere loco principalis, fideiussor nō debet, ex iam relata rōne supra.

Extenditur secūdo ut procedat, etiam in illis, qui non sua causa, sed aliorum detinētur, ut ex illis crimen probetur: ut in testibus, qui examinandi, ac ēt aliquando torquendi sunt ad ueritatem indagandā. ita sensisse uisus est Bald. d. l. nemo deinceps. & clarē hoc diffinitum est Papiæ ex d. statuto 9. ibi, saluo, q testes possint detineri, donec testimoniū p̄buerint.

27 dictio, q saluo, exceptiua atque ita modificatiua est.

ut probat tex. l. si debitor. §. in uēditione. ff. qui. mod. pign. uel hypo. sol. Dec. consil. 28. num. 2. & consil. 656. num. 6. Alciat. resp. 101. num. 12. dum ergo statutū uult reos criminis debere detineri donec pœnas sustinerint, excipit hunc casum, ut detineatur testes donec testimonium dixerint: atque ita negat sub fideiussione esse relaxandos. Ratio est, ne ob partium subornationem uel alio mediō ueritas occultetur.

28 Extenditur tertio ut fortius procedat in eo, qui iam confessus fuisse delictum: is enim nullo modo, oblato quouis fideiussore, est relaxandus. Est ratio, quam supra attulsi, quia constat hunc debitorem pœnē eē, quare absque alia dilatione exequenda illa est.

29 & iam dixi, hanc esse notabilem declarationem ad d. statutum Papiæ 9. dum negat aliquo modo cōdemnatos esse relaxandos: procedit etiam, si confessi tū sunt, cū in confessum nullæ alia sint partes iudicis, q in condemnando non repero sapius dicta.

30 Extenditur quarto ut procedat, etiā quando quis est per Præsidentem deportatus, sed ita demum si Principi placuerit Præsidentis sententia dum ergo Præsides scriptum expectat, deportandus in carcere detinēdus est, quod probat l. infer pœnas. §. Præsides. ff. de interd. & releg. & hic casus est ex exceptis in regia constitutione Neapolitana iam relata reseruat: ut recenset Foller. loco iam citato. nu. 13. qui & alios nonnullos casus ex d. constitutione Regni recenset.

31 Extenditur quinto ut procedat, etiā quando carceratus esset condemnandus pœna pecuniaria, quæ ob solutionis defectum corporalis effici possit: tunc nec dato fideiussore relaxandus ē. ita Bar. in l. 1. nu. 3. ff. de custod. reo. quem sunt secuti Suarez d. tract. De fideiussorib. in causa crim. nu. 23. uers. & in tantum. Petrasancta singu. 63. Ferē per totam. Dec. consil. 143. num. 1. & Cagno. in proēm. Digestorum. nu. 59. qui

32 dixit, q carceratum pro infractione saluæguardiæ, nō esse sub fideiussione relaxandum, quia pœna corporalis possit iudici. cautelem tamen dat Bar. ut is carceratus re ipsa soluat fisco sub conditione, si cōdenabitur. idē Bar. in litem liberatur. §. qui paratus. nu. 3. quib. mod. pig. uel hyp. sol. qui declarat ut infra subijciam. Et hęc extēsiō est utilis ad d. statutum Papiæ. & cum Bar. d. l. 1. de custod. reo. sentit etiam las. cōf. 9. nu. 9. lib. 1. Tiraq. de retracto confang. §. 3. gl. 3. n. 14.

33 Hinc infertur declaratio ad statutum Papiæ 19. in criminalibus, sub rub. De pœna illius qui uulnerauerit. quo pœna ducētū librarū in d. amputari alicui mēbrū. quas libras ducentū si nō soluerit, simile mēbrū ei amputetur. dū dicit, soluerit, nō poterit dare fideiussores, atque ita interim ē carcere relaxari nō poterit. sic declaratur statutum 27. De pœna furis, & 13.

Declaratur nunc is casus, primō ut non habeat locum, q quando is carceratus esset de proximo liberā duxit: probat l. nullus. C. de exhib. reis. ubi Bald. & textum illum singularem dixit Rom. sing. 490. Accusatus. Suarez præcitato loco. num. 25. in fin. Bossius d. tract. causarum criminalium, titu. De carcerato fideiussoribus committendo. num. 15. 21. & Iulius Clar. lib. 5. sentent. iur. §. fin. q. 46. uers. pariter etiam Marf. singu. 381. & in l. unica. nu. 96. 97. C. de raptu uirg. idem in pract. crim. §. attingam. nu. 15. 16. qui Bal. & alios plures recenset. & hęc erit notabilis declaratio ad relatum statutum Papiæ.

35 Declaratur secundò ut nò procedat qñ ex consue- tudine esset factū ut his in casibus sub fideiussione re- laxarentur carcerati isti: ita gl. in d. c. cum homo. 2. 3. q. 5. quā singularē eē dixit Rō. singul. 128. Tu scis, qñ in causa criminali. & Marf. in d. §. attingā. num. 9. qui eiisdē opinionis recēset Aug. Arim. in addit. ad An- ge. ut apud eū. addo ego Capol. conf. 40. col. 10. Fel. in c. cognoscentes. nu. 3. de const. & ibi Dec. nu. 4. in 2. lect. idē Fel. in c. 2. n. 8. de proba. Bossius tract. cau- sarū criminaliū. titu. De carcerato fideiussoribus cō- mittendo. nu. 5. Verūm aliter sentit Didac. li. 2. uaria. resol. c. 8. nu. 8. in fi. & contrariū refert sensisse Fel. d. c. 2. de const. & ibi Aldobrandinus in addit. ad De- ciū. Ego à cōi in iudicando, non recederē quā ēt pro- bāt Suarez loco iā citato nu. 26. uers. terriò limita. & inquit præcitato loco Boss. ex stylo seruari, ut si non multum urgent inditia, detur ciuitas loco carceris, sub fideiussione tamen non recedendi ab illa.

Declaratur tertio ut non procedat, qñ pœna san- 36 guinis ueniret in defectū pecuniariae, hoc modo, ut quia diceret statutū, qñ condemneretur in certa quanti- tate, quā si soluere non poterit, amputetur sibi pes- runc. n. datis fideiussoribus idoneis relaxari dēt: cum dici non possit, soluere minimē posse, qui idoneos fideiussores inuenit. In nemo dubitat, de reg. iur. ita in specie nostra declarauit Bar. i. d. l. itē liberatur. §. qui paratus. nu. 3. ff. quib. mod. pig. uel hyp. sol. quē secuti sūt Petrasācta d. sing. 63. Ferē p totā. Suarez d. tracta. De fideiuss. in causa crim. n. 23. uers. sed hoc intelligo. Marf. cōf. 16. Ang. de maleficijs, in uerbo, Et si nō so- luerit. Petrus Placa li. j. epitō. delict. c. 2. nu. 18. in fine.

Declaratur quarto, & multum egregiē ut non pro- 37 cedat hic casus qñ darentur fideiussores, qui nō tā- quā fideiussōres, ppriē se obligarēt p̄sentare reū car- ceratū, sed se obligarent tanq̄ cōmentarienses, & il- lius custodes: nā tunc iudex carceratū relaxare pōt. ita in specie is Suarez d. tract. De fideiussorib. in cau- sa crim. nu. 26. uers. quintò considera. & ibi. n. 28. hu- ius opinionis adfert Galic. in l. ad cōmentariensē. C. de custod. reorū. nā hoc casu cessat illa ratio, qua cō- munitis opinio fundatur, qñ fideiussor nō possit se ad pœnā corporālē obligare. cessat inq̄ hoc casu, quia cu- stos carceris eadē pœnā puniri pōt. dict. l. ad cōmen- tariensē, & latē attingim⁹ i casu p̄cedēti, sub hac caute- la ergo notabili pōt, si uult, iudex amico fauere.

38 Declaratur quinto nō procedere tempore feria- rum solēnium Paschatis & Natalis Saluatoris nostri, quo sanē tempore relaxātur carcerari sub fideiussio- ne. In nemo. C. d. Epif. aud. & si eo loci scribat Bar. hoc in usu esse desisse. idem tradit Frā. de March. q. 409. nerūm in dominio Mediolani altera & pia magis ex- rat cōsuetudo, ut recenset eruditissimus Iulius Clar. lib. 5. sent. iuris. §. fi. q. 46. uers. solent etiam.

39 Tertius est casus, quādo p̄ delicto, pro quo re⁹ est carceratus, esset indicta pœna arbitraria: tunc duo casus sunt considerandi secundum Baldū ita distin- guentem i l. 2. col. ult. uers. aut pœna est arbitraria. C. de exhib. re. Primus est, quando ex fori & iudicis con- suetudine p̄ simili crimine pœna corporalis solet in- dici: & tunc idem est obseruandum, qd obseruari diximus in præcedenti casu. Secundus est casus ē con- 40 tra, quando ex consuetudine pœna pecuniaria im- pōnenda esset: tunc idem obseruabitur quod in cete-

ris casibus & pœnis pecuniarijs. cum Baldo senserunt Ang. Aret. in tract. malef. in uerbo, Pro quo Antoni⁹ fideiussit. & remissuē transit Marf. in rubr. ff. de fidei- iuss. num. 247. in fi. & clarē Suarez d. tract. De fideiuss. in causa criminali. num. 4. in fi. & num. 25. Gramma. tamen consi. 55. nu. 57. absolute intellexit, carceratū ob pœnam arbitrariam non esse fideiussoribus rela- xandum. & malē, quia Bald. ab eo allegatus d. l. 2. di- stinguit. & Bart. in l. quoties. la. 1. ff. de noxal. quem ēt citat, loquitur quādo ultra pecuniariam erat indicē da aliqua corporalis. Verūm minus perfecta adhuc est hæc doctrina, quid si non constaret de aliqua con- suetudine, ut quia nunquam is casus euenit; & si eue- nit, non exat memoria, uel si euenit, non constat per- fectē consuetudinem firmatam esse. ego opinor, qñ quemadmodum est in ipsius iudicantis arbitrio de pœna iudicare, ita etiā ei licerē de hac carceris remis- sione statuere: quoniam si potest quod est plus, pōt etiā quod est minus. & hoc in casu declaratur d. sta- 42 turum Papiæ 9. in criminalib. ut non procedat, quan- do pœna esset arbitraria, & posset in dicit pœna sāgu- nis, uel pecuniaria. nam, cum iudex reum hunc rela- xat sub fideiussione, ostēdit motum animi sui uelle imponere pœnam pecuniariam. quam consideratio- nem probat auctoritas Signoroli cōf. 102. Factum sic se habet. nu. 8. uers. præterea ex qualitate facti. Et ex hoc casu infertur declaratio ad statutum Papiæ 28. 43 in criminalibus, sub rub. De pœna robatoris. dum sta- tutum tribuit iudici arbitrium puniēdi robatorem in auere, hoc est in bonis, uel persona, hoc est pœna corporali. si eueniat quod carceratus sit talis delin- quens, cui iudici posunt hæc pœnæ, poterit iudex eū sub fideiussione ē carcere relaxare. atque ita declarari 44 possunt constitutiones Mediolanēsis Domini j, sub rubr. De pœnis, c. si quis fecerit robariam.

S V M M A R I V M.

- 1 Fideiussor qua pœna puniatur si reus aufugit.
2 Iudicis arbitrio puniatur fideiussor, cum reus sub eius fideiussione relaxatus, aufugit.
3 Fideiussor qua pœna puniatur, cum tanquam custos promisit pro carcerato relaxato.
4 Fideiussor carcerati relaxati puniatur pœna cōsuetā, si consuetudo extat.
5 Fideiussor qui sub certa pœna promisit reum p̄sentare, illam solam pœnam soluit, si reus fugit.

C A S V S CCCIII.

POENA QVA PLECTATUR FIDEIUS- sor, sub cuius fideiussione relaxatus est ē uin- culis carceratus, qui deinde fugit

Diximus superiore casu, iudicem multis in casib. posse criminis reum dato fideiussore ē carcere relaxare. Quid si eueniat, reum illum fugere, & fidei- iussorem non posse illum p̄sentare: quia pœna puniendus erit fideiussor iste? & cum reus criminis est cōdemnatus pœna corporali, fideiussor eadem pœ- na non poterit puniri, sed pœna extraordinaria arbi- 2 trio iudicis, ita sentit glo. in ca. cum homo, 23. q. 5. & clarius Gemin. in ca. ius gentium. distinc. 1. quem secutus

secutus est Fel. in ca. ult. nu. 10. de accusat. idē placuit Ang. in l. 2. C. de exhib. reis. col. 1. uers. est tñ. Sal. in l. ad cōmētariensē, col. 1. uers. ult. gl. C. de cust. reo. nec dissentit Suarez in tract. de fideiussio. in cā crimi- nu. 22. & nu. 28. Iudex ergo prudēs cōsiderabit, ut ad- monet Ang. personā fideiussoris qualitatē, & factū, an si in dolo, uel non, non p̄sentando reum illum.

3 Declaratur hic casus, ut nō procedat quādo is f̄ fideiussor non obligasset se proprie tamquam fideiussor, sed tamquam custos: quoniam tunc eadem met pœna corporali, qua ipse principalis puniri posset, ita Salic. in d. l. ad cōmentariensē. & Suarez loco an- te citato, nu. 28. & superiore casu attingimus.

4 Declaratur secundò, ut procedat eo casu quo exta- ret consuetudo, quæ pœna hoc casu est p̄stituta: ita Ang. d. l. 2. col. 1. uers. est tamen uidendū. C. de exhib. reis. est hic casus sine controuersia, cum non amplius sit hoc iudici arbitrium, ex quo de lege non scripta constat, quod aliās sup̄ lib. 1. q. 14. explicauimus.

5 Declaratur tertio, non procedere quando sub cer- ta & limitata pœna fideiussor promississet p̄sentare reum: tunc cessat iudicis arbitrium & illa sola pœna exigenda est: ita Ang. d. l. 2. C. de exhib. reis.

S V M M A R I V M.

- 1 Custodię qualitas carceratorum a iudicis arbitrio pendet.
2 Carcer ad custodiam, non ad pœnam esse debet.
3 Prælati irregulares efficiuntur, si tetro carcere claudant clericum.
4 Carceratos pati non debere.
5 Carcerem sobterraneum esse non debere.
6 Iudicis arbitrio relinquitur an carceratus sit cathenis, uel alijs uinculis ligandus.
7 Carceratus ob atrox delictum ligari etiam potest.
8 Senes carcere duro continendos non esse.
9 Carcerati de proximo liberādi, carcere duro affici nō debent.
10 Statutum Papiæ 9. in criminalib. sub rubr. Quo casu inculpatus de maleficio in carceretur, declaratur.
11 Pœna corporalis maior est pecuniaria.
12 Carcerati aliquando relaxandi eo carcere, quo conti- nentur perpetuò carcerati, non sunt claudendi.

C A S V S CCCV.

QUALITAS CVSTODIÆ ET VINCV- lorum carceratorum quæ.

1 Cvm qualitas f̄ custodiæ carceratis adhibēda ēt a iudicis arbitrio p̄deat, ut pbat l. 1. & ibi Bar. ff. de custod. reo. Bal. in l. 2. in fi. C. de exhib. re. Rodericus Suarez tracta. De fideiussor. in causa crim. nu. 6. Iaf. consi. 27. in fi. lib. 3. ceteros suo loco referam: ē reu- uisum est de his hoc loco agere. Illud in primis gene- ratim dicam, quod, cum f̄ carcer ad custodiam, nō ad pœna datus sit. l. aut damnum. §. solent. & l. credibile. ff. de pœnis. Paris. consi. 2. nu. 148. lib. 4. & egregiē Bal- duinus uir doctissimus in cōmētarijs ad leges 12. tabul. lege 46. debet carcer huiusmodi esse, in quo cu- stodiantur, sed non pereant carcerati. Constantinus enim Imperator humanissimus sua lege constituit,

carceres tales esse debere, ut præter fidam custodiam nihil habeant. l. 1. C. de cust. reorum. quo circa cētuit Card. in clem. 1. q. 7. de pœnit. & remiss. f̄ prælatos ir- regulares & homicidas reddi, si tetro carcere clau- dant clericū, uel aliū delinquentem. Cardinalem secu- tus est Folle. in pract. crim. in uerbo, Vel carcerentur, nu. 2. qui nume. 3. subijcit, intimas tenbras f̄ carcerā pari non debere, quo circa, si noctis tpe ad tutiorem custodiā in obscuro carcere claudantur, orta die edu- ci debent. l. 1. C. de custo. reo. Hinc respondit Corne. consi. 325. nu. 4. lib. 4. f̄ carcerem subterraneū esse nō dīe. An aut cathenis alijsue uinculis ligari debeant, a iudicis arbitrio pendet, ut in specie scribūt Paris Pu- teys in trac. syndicatus, in uerbo, Carcer. uers. an si plu- res. & Petrus Foller. præcitato loco, nu. 8. & ante eos Bal. in d. l. 2. in fi. C. de exhib. reis. quem secutus est Ti- raq. tract. De pœnis legum. cā 31. nu. 11. prudens ergo iudex diligenter personæ conditionem, & criminis qualitatem perpendet. si erit persona uilis & iudici suspecta carcerare etiam uinculis possit. si uerò erit p- sona nobilis, & crimen est leue, seu nō atrox, poterit honestiore loco sub custodia detinere. d. l. 1. & l. Diu. ff. de custo. reo. Ang. in l. si à bonæ fidei. ff. de rei uend. qui ideo dixit, nobiles non esse ita duriore carcere, ut uiles custodiendos. sic Traq. de nobilitate, c. 20. nu. 31. idem tract. de pœnis legum, cā 31. nu. 10. 12. si ue- rō delictum erit atrox, sed de eo adhuc non erit con- uictus, tunc in carcere custodiet etiam sine uinculis, nisi habeat illum suspectum, uel carcer esset parum tutus. Si uerò crimen erit atrox, & de eo conuictus tunc non solum in carcere, sed etiam in uinculis & cōpedibus conijci reus poterit: ita Bal. in d. l. 2. i. fi. C. de exhib. reis. Sic etiam rationem ætatis habebit iu- dex, nec enim ita duro f̄ carcere coercentis sunt senes, ut iuuenes: ita glo. l. si ut certo. §. custodiam. ff. com- mo. & est tex. in l. ult. ff. de custod. reo. ibi, ordines, æta- te in quā uictorum. Marf. in Pract. crimi. §. attingā, nu. 15. Foller. loco sup̄ citato, nu. 6. qui nu. 7. subijcit, post glo. in l. si pecuniam. §. sed si acceperit. ff. de cōd. ob cām, non ita arctē esse f̄ custodiendos de proximo liberandos ut alios. qd tradit & Marf. in d. §. attingā, nu. 15. poterit etiā iudex iuxta cōditionem personæ assignare ciuitatem loco carceris, ita Ang. in l. pen. ff. quod mer. cau. & in d. l. si à bonæ fidei, de rei uend. Iaf. in reper. l. admonendi, nu. 163. de iureiur. qui infert ad declarationem statuti, quo esset cautum, quod ac- cusatus de delicto detineatur in carcece, ut extat f̄ sta- tutum Papiæ 9. in criminalibus sub rubr. quo casu in- culpatus de maleficio in carceretur, iquit Iaf. post An- ge. esse huic statuto satisfactū, si nobili assignetur ci- uitas, uel prætoris palatiū pro carcere. Angelū plures secuti sunt, ut recenset Tiraq. de nobilitate, c. 20. nu. 28. 29. Boer. q. 217. nu. 9. Ego credo non esse uerā hęc Doctorū opinionē, si sequamur receptissimā illā sen- tentiā, quā in casu ab hinc sc̄do retuli, dū uno ore fe- rē nostri affirmant, nō posse iudicem ē carcere reum accusatū relaxare fideiussore oblato: quantò minus hoc in casu nostro, in quo iudex minus tutē relaxat? Et si dicatur, illud ea rōne est, quia fideiussor nō pōt ad pœnam corporālē alterius noie se obligare. Respon- deo, quid si fideiussionem pecuniariā ingentis sumę offerret? certē nihil p̄desset, cum leuis pœna corpo- ralis maior sit quauis pecuniaria. l. in seruorum. ff. de pœnis:

pœnis: & tamen Iudex si eam acceptaret, esset magis tutus, nihilominus non relaxat. idem in casu nostro a fortiori dicendum est. Accedit quod ciuitas uel ædes Prætoris propriè carcer non sunt, ob minus tutam custodiam, quam hic statutum considerauit: ut ipsemet Iul. dicto nu. 163. fatetur, non ergo statuto, cuius uerba propriè & strictè intelligi debent, satisfactum erit, qua ratione rectè censuit Ange. in d. l. si a bonæ dei, iudicem illum fuisse in magno periculo, ne condemnaretur loco illius nobilis, qui ita malè carceratus auferat. Erit præterea, quod animaduertat iudex non eum carcerem esse assignandum his custodiendis, qui condemnatis in pœnam perpetui carceris, ut declarat Parisius consi. 2. nu. 152. lib. 4. dum respondit, inquisitos hæreticè prauitatis pendente disquisitione, non esse in eum carcerem claudendos, in quo ipsi de hæresi conuicti ad pœnam claudi solent.

S V M M A R I V M.

- 1 Falsi crimen graue.
- 2 Falsi pœna deportatio & bonorum publicatio regulæ est.
- 3 Partus suppositi pœna falsi est.
- 4 Falsariorū pœna ex lege antiqua ueteris testamenti.
- 5 Falsari apud Romanos a saxo Tarpeio deijciebatur.
- 6 Falsificans literas Regias apud Gallos, qua pœna puniatur.
- 7 Clericus falsarius degradatur.
- 8 Falsarius ex legib. Lögobardorū qua pœna puniatur.
- 9 Falsarius in Regno Neapolitano qua pœna puniatur.
- 10 Falsarius in dominio Mediolani qua plectatur pœna.
- 11 Falsarius non comprehenditur sub generali indulgentia & remissione Principis delinquentibus facta.
- 12 Cardinalis factus obuiam falsario, eum à pœna mortis qua statim mulcandus est, non liberat.
- 13 Fallacem odit Dominus.
- 14 Falsum quod nemini nocet, non punitur.
- 15 Testamentum inualidum surripiens uel supprimens, non punitur.
- 16 Declaratio doctrinæ Doctorum, dum affirmat falsum quod nemini nocet, non puniri.
- 17 Falsitas a notario commissa super contractu in ualido punitur pœna falsi ordinaria.
- 18 Falsitas commissa in instrumento nullo, defectu solenitatum, non punitur pœna falsi ordinaria.
- 19 Falsum commissum in instrumento omninò perfecto, sed ex quo nullum detrimentum sequi potest, non punitur pœna falsi ordinaria.
- 20 Iudicis arbitrio punitur committens falsum nemini nocibile.
- 21 Alex. cōf. 70. in fi. lib. 1. & alijs in locis declaratur.
- 22 Falsitas qua nemini nocet, punitur arbitrio iudicis.
- 23 Falsificans literas Regias, que nemini nocere possunt, pœna iudicis arbitraria punitur.
- 24 Statutum Ferrariæ lib. 3. sub rubr. Pœna deponentis, falsum, declaratur.
- 25 Falsificans allegationes iuris, qua pœna punitur.
- 26 Falsificans literas salui cōductus, qua inualide erāt, punitur arbitrio iudicis.
- 27 Constitutio noua Mediolani sub rubr. de pœnis. ca. qui cunque fecit, declaratur.
- 28 Statutum Papiæ 36. in criminalibus sub rubr. de pœna notariorum, declaratur.
- 29 Statutum Veronæ lib. 3. cap. 47. 48. declaratur.

- 30 Falsitatem nemini nocibilem pœna ordinaria non puniri, cum nihil pœnitus nocet.
- 31 Falsitas satis dicitur nocere, cum nocet quod ad literarum comparationem.
- 32 Falsum committi, etiam in proprio libro rationum.
- 33 Falsitas est punibilis, cum in potentia illa nocet.
- 34 Statutum Verona lib. 3. c. 49. sub rub. Qui falsum testimonium dixerit, declaratur.
- 35 Testis qui elapso termino p̄batorio falsum deposuit, pœna iudicis arbitrio punitur.
- 36 Falsitatem commissam, in re modici ualoris, non puniri pœna ordinaria, sed arbitraria.

C A S V S C C C V I.

FALSI POENA QUÆ EX OMNI IVRE & populorum sanctionibus: & diligenter explanatum quomodo falsitas, qua nemini nocere potest, plecti debeat.

CRimen falsi graue admodum est, ob id graui pœna plecti soler. regulariter deportatio & bonorum publicatio pœna est, l. 1. §. ult. ff. ad leg. Corn. de falsis, aliquando tamen est mors, ut cum quis falsū testimonium dicit contra accusatū de crimine capitali, pro quo mortis pœna esset indicenda, l. 1. §. præterea, ubi latè Marf. ff. ad leg. Cor. de sicar. sic in crimine falsi partus suppositi pœna est mortis, l. 1. C. de falsis. Afflic. dec. 21. nu. 8. sic in seruo & uili persona pōt esse absolute pœna mortis, d. l. 1. §. ult. ff. de falsis, apud antiquos tamen uarijs pœnis falsarij plectebantur. Ex lege Mosaica puniebantur testes falsi ea, qua puniendus erat is, cōtra quem dicebant testimoniu, auctor est Iosephus lib. 4. antiq. cap. 6. & habetur in Deut. ca. 19. Apud Romanos qui falsum testimoniu dixisset, è saxo Tarpeio deijciebatur, ut memoriæ prodit Gellius li. 20. noct. attica. c. 1. qui leges duodecim tabul. recenset, & eam doctissimè explanauit Balduinus in illis ad leges duodecim tabul. commentarijs, lege 51. quam quidem legē immutauit deinde L. Syl. la dictator, qui de falsis legē tulit: qua teruis ultimū supplicium, liberis aquæ & ignis interdictionem irrogabat, ut meminit eruditissimus Paulus Manutius de legibus Romanis. Alexander uerò Seuerus, (ut in illius uita scriptū reliquit Lampridius) notariū, qui falsum causæ breuem in consilio Imperatorio retulerat, ea pœna plecti iussit, ut incisis digitorū neruis, ita ut nunquā posset scribere, deportaretur. alia nonnulla recenset Did. in c. quamuis, parte 4. §. 7. nume. 5. de pact. in 6. qui recenset ex Demosthen e apud Græcos, falsi iudicium fuisse grauissimum. hodie uariè etiam sunt falsi pœnæ in uasto hoc terrarum orbe, quas referre nec laboris nec ingenij humani est, dicam tantum aliorum constitutiones. Apud Gallos falsificans litteras Regias hac pœna plectitur. In primis is falsarius deferendo manu sua accensam tadā sustigatur per aliquas uias ciuitatis, deinde ducitur ad Palarium magistratus, ibique omnibus spectantibus ferro candenti in fronte inuritur, & deinde bannitur, ita refert Boer. q. 82. nu. 9. quæ pœnæ forma est desumpta a cap. ad audientiam, de falsis, quo scelerico falsificatē rescripta idicatur pœna dgradationis, deinde ferro candenti in fronte inuritur, & postmodum in exilium

lium mittitur. Aliquando uerò degradatur & in monasterium ad tanti sceleris agendam pœnitentiam detraditur, ca. c. 1. ubi Abb. de crim. fal. Legibus Lōgo bardorū falsario manus amputabatur, ut in Lōbard. de eo qui fals. char. scrip. Gand. trac. malef. in uerbo, Falsario. Rol. consi. 38. n. 16. lib. 1. qui num. 19. inquit hodie esse pœnam arbitrariā posteaquam deportatio desijt esse in usu. in Regno Neapolitano ex Regia cōstitutione pœna est capitalis falsificanti literas Regias ut refert Afflic. dec. 21. quò loci declarat, quò pœna illa capitalis intelligatur. In dominio Mediolani ex nouis cōstitutionibus in titu. de pœnis, uarijs pœnis falsarij mulcantur: nam falsificans literas Principis igni cōcremandus traditur, ut in §. 1. illius tituli, ubi in §. Quicunque fecerit, alia pœnæ indicuntur cōtra falsificantes acta, uel instrumenta, & in §. sequenti pœnas uarias ferenti falsum testimonium indicit. sceleris èt huius grauitas ex eo demonstratur: quò multa, quæ concedi solent in alijs criminis, in hoc denegantur. nā generalis remissio Principis, quæ oia crimina abolet, non tamen huic indulgentiā tribuere solet. Bart. in l. Lucius, in fi. ff. ad S. C. Turpill. Marf. in rubr. ff. de falsis, nu. 12. qui subiicit, quò licet quando condem natus ducitur ad supplicium, si illi obuius fiat Cardinalis, liberari debeat, non tamen liberabitur falsarius. Hinc Solomon prouerb. cap. 6. Testem fallacem odit Dominus. hinc Ang. in §. minorem, in auth. de nup. dixit falsitatem esse homicidio & ueneficio detestabiliorem, & Lucas à penna in l. milites, col. 4. C. de dignit. lib. 12. dixit ob illius crimen nobilem amittere nobilitatem. Hæc oia sine controuersia procedat, cum falsum illud alteri detrimentum adfert. Sed quò nis est, cum nemini nocet: multi in ea opinione sūt, pœnam aliquā indicendā non esse: ita sensisse uidetur gl. l. damus, in uerbo, priuatus. C. de falsis, in c. quato. de iure iur. Bar. l. 1. §. ult. ff. de falsis. alios recenset Marf. in l. j. §. præterea, nu. 14. ff. ad leg. Cor. de sicar. qui ali quibus similibus confirmauit, & clarius hoc affirmant Corn. consi. 182. col. pen. lib. 4. & Rol. d. cōf. 38. nu. 22. 44. lib. 1. qui negant etiam extraordinem puniri: Accedit quod surripiens uel supprimens testamentum inualidum non punitur, l. si quis aliquid, §. testamentum, de pœnis, quo simili utitur ad rem nostram Alber. tract. statut. par. 2. q. 147. Sic præstans iuramentum inualidum, nō est periuurus, si illud nō obseruauit: ita Bal. in l. nec si uolens. C. de lib. cau. Gram. consi. 31. nu. 13. dum in casu nostro loquitur. Cetera sciens præter eo. Verum probabilior & receptior est snia, hunc falsarium emitare quidem falsi pœnā ordinariam, sed non extraordinariam, quare animaduertat diligens lector Doct. hac de re uerba facientes, solum dicere, hunc falsarium non puniri pœna falsi, non negantes eum posse puniri alia pœna extraordinaria, hinc Bart. in l. si quis legatum, num. 2. in fi. ff. de fal. docuit, quò quando commissa est falsitas in instrumento, quò in se habet solennia a notario adhiberi solita, & omnem perfectionem quò ad eum, & si cōtra ètus in eo instrumento celebratus, ut emptio, permutatio, uel alius similis, nullius ualoris sit, notarius falsi pœna tenetur: quoniam quantum in se erat, ut falsum cōmitteret, egit, idem Bar. in l. quid ergo, §. cum autem, in fi. de ijs qui not. in fa. Rui. consi. 85. nu. 3. lib. 5. Bal. consi. 294. Ad euidentiā, col. 1. lib. 1. Boff. tract.

causarum crimin. tit. de fals. nu. 89. Si uerò falsitas est in eo instrumento cōmissa, in quo solennia & substantialia adhiberi solita a notario, ut subscriptio, sigillum uel aliud simile, deficiunt, tunc inquit Bart. is notarius pœna falsi non plectitur, & cum eo trāsunt ceteri, & cōem esse testatur Soc. sen. consi. 104. col. 2. uerf. tertius casus est, lib. 2. Sic quando falsum est commissum in scriptura, quæ recepit omnem perfectionem: sed actus in ea scriptus euidenter ac clarè ostenderet, ex eo nullum alicui detrimentum adferri posse, ut putat, si notarius scriberet instrumentum, quò Pontifex est Romæ: ita Soc. d. consi. 104. col. 2. uerf. quatos & ultimus casus, ubi in fine, post Gā. & alios quos allegat, non modò nō negat hunc puniri posse aliqua pœna, immo clarè affirmat posse puniri pœna extraordinaria iudicis arbitrio, & Gandini sententiam hanc probauit Alb. tract. statuto, parte 2. q. 147. quibus defendi pōt doctrina Ioan. And. in ca. nō est sine culpa, de reg. iur. & Anch. consi. 24. quos secutus est Soc. sen. consi. 103. in fi. lib. 1. & Bologn. consi. 30. col. 2. in fi. & Boffius d. titu. de falsis, nu. 60. dum dixerunt testes non puniri, cum eius testimonium nemini nocet. intelligo non puniri pœna falsi, sed puniri quidem pœna extraordinaria, ita etiam declarandus est Alex. in consi. 70. in fi. lib. 1. dum respondit falsitatem commissam in instrumento fideiussionis, quò nemini nocet, non puniri de falso, non negat Alexander quin alia pœna puniatur, idem Alex. consi. 74. nu. 10. lib. 1. respondit in eo, qui uolebat authenticare quandam notulam, quæ nullam fidem fecisset. Alexā drū est secutus Dec. consi. 175. col. antepen. uerf. præterea & secundo, & Craue. consi. 46. num. 3. sic intelligo Rubeum consi. 15. nu. 5. & Soc. iun. consi. 38. num. 15. & consi. 41. nu. 16. lib. 2. dum dixerunt, falsum nemini nocibile non puniri: dic non puniri pœna falsi, sed quidem extraordinaria, atque ita uerè, ut summam dicam affirmant omnes, quò & si commissa falsitas alteri nocere non possit, punitur tamen pœna extraordinaria iudicis arbitrio. hoc clarè affirmauit Bald. in l. 1. nu. 2. C. de sepulc. uiola. alios citat Vārius in tract. nullitatum, in titulo, Quoties & intra quod tempus, nu. 62. Marf. in d. l. 1. §. præterea, n. 23. ff. ad legem Corneliam, de sicarijs, qui hanc esse communē & receptissimam omnium sniam testatur. idem censuit Plotus in l. si quado, nu. 721. C. unde ui. quibus addo Afflic. dec. 21. nu. 13. & dec. ult. nu. 18. qui de cidit falsificantem litteras Regis, quæ alicui nocere non poterant, non potuisse puniri pœna ordinaria ex constitutionibus Regni, sed solum extraordinaria iudicis arbitrio, quò est annotandum ad declarationem nouarum constitutionum Mediolani, in titulo, de pœnis, §. 1. & ad statutum Ferrariæ lib. 3. sub rubr. ca. Pœna deponentis falsum, & illum secutus est Par. consi. 151. nu. 25. 26. lib. 4. qui quidem Parisius respondit in casu notabili de eo, qui scriperat falsas iuris allegationes pro sententia iud. Sic Gramma, uoto, 2625. nu. 12. dū rñdit, extraordinè puniri illū, qui falsum commisit in literis salui conductus, quæ inualidæ erāt ratione deficientis ptatis ipsius concedentis, sunt hæc annotanda summopere ad declarationē distatū constitutionum Mediolani dicta rubrica, de Panis, capit. quicunque fecerit, uel fieri mandauerit chartam falsam, & §. si quis falsum, & statutum Panchartam

QVÆ SIT POENA FALSI COMMISSI
circa actus accidentalia.

piæ in criminalibus sub rubr. de pœna notariorum, ac Ferrariæ præcitati: nam pœna ibi indictæ cessant, cum falsitas nemini nocibilis commissa est, sed iudicis arbitrio punietur. & pariter ad interpretationem statutorum Veronæ lib. 3. cap. 47. & 48. & quod dicunt iura & Doctores falsitatem nemini nocibilem falsi pœna non puniri, intelligunt quando ne quid minimum nocet, uel nocere potuit, etiam sola ipsa potentia considerata, quod ostendit Bart. in d. l. si quis legatum, num. 2. in fi. de falsis. dum dixit, falsitatem nocere quando etiam solum ex falsa illa scriptura comparatio literarum sumi potest ad aliam scripturam. quod clarius dixit Socin. sen. consi. 104. col. 1. uersic. primus casus, lib. 1. Hinc rectè docuit Salic. in l. 1. col. 4. uersic. secundo casu. C. de sepulch. uiol. illum esse falsi pœna puniendum, qui in suo libro rationum falsò scripsit, aliquem esse debitorem, quoniam, & si de præfenti is liber rationum fidem non facit, attamen post mortem scribentis fidem aliquam facere potest: quò fit, ut aliquantulum noceat. ita Salicetum intelligo & declaro, & illum secutus est Soc. sen. consi. 62. col. 2. uersic. quintò & ultimò, lib. 1. quamquã idem Socinus parum sibi constans in consi. 104. col. 2. uersic. secundus casus, lib. 1. eum apertissime reprehendat, & Socin. d. consi. 104. uisus est sequi Bossius tract. causarum criminalium, tit. de falsis, num. 85. qui dixit, hunc pœna stellationatus, quæ arbitraria est, puniri. quòd autè sola nocendi potentia efficiat falsitatem esse punibilem pœna ordinaria, clarè respondit Soc. sen. consi. 60. in fi. lib. 4. quod est memoria dignum. His tandè accedit, quod egregiè respondit Bal. consi. 106. Cum peteretur, in fi. lib. 1. testem illum qui elapso termino probatorio, & non præstito iuramento falsum tulit testimonium, non puniri pœna falsi, sed falsi iudicis arbitrio. & Bal. est secutus Maranta tract. de ordine iudic. quem recenset & probat Plotus in l. si quando. nu. 717. C. unde uis inferens ad declarationem relatione constitutionis Mediolani, atq; ita èt pòt declarari statutum Veronæ, lib. 3. c. 49. sub rubr. qui falsum testimonium dixerit. Est ratio, quia hoc testimonium nemini nocet. Vnum etiam non ommitto, quod respòdit Crauet. consi. 40. nu. 12. falsitatem falsi commissam in re modici ualoris, non esse punibilem, ego intelligo non puniri pœna falsi, sed quidem extra ordinem.

S V M M A R I V M.

- 1 Falsitas commissa circa accidentalia punitur.
- 2 Iudicis arbitrio punitur falsitas commissa circa accidentalia.
- 3 Testis qui falsum deposuit in accidentalibus cause punitur.
- 4 Falsi non punitur qui aliquid in accidentalibus rescripto addidit.
- 5 Iasonis doctrina l. 2. nu. 16. in fi. C. de bono poss. secũ. tab. declaratur.
- 6 Falsum in circumstantijs non punitur.
- 7 Constitutio noua Mediolani sub rub. de pœnis, c. si quis falsum, declaratur.
- 8 Statutum Veronæ lib. 3. c. 49. sub rub. qui falsum testimonium dixerit, declaratur.
- 9 Statutum Ferrariæ lib. 3. sub rubri. pœna deponentis falsum, declaratur.

Relato casui hic proximè accedit, cum testis falsum dixit testimonium, falsi pœna punitur, ut supra attingimus. hoc intelligitur, quando falsitas fuit circa substantialia: secus si circa qualitates & accidentalia, quæ ad cam pertinent: tunc. n. falsi pœna non punitur, sed tm̄ extraordinè falsi iudicis arbitrio, ita singulariter scripsit Iacob. Butri. in l. Lucius, ubi Ang. sumè comè dat. ff. de his, qui notan. infam. & Bar. in l. si ex falsis. 2. lect. & ibi Ias. nu. 10. C. de transact. qui declarando d. l. si ex falsis, quod falsum in uno fit etiã falsum in altero, intelligunt, nisi falsitas esset solũ in accidentalibus. cũ Butrigario etiam sensit Ang. consi. 194. Visis processibus, col. 2. uersic. nunc ad secundum, qui respòdit testem, ut falsarium non esse repellendum ex eo, quò dixit alterum ex colligantibus sibi affinem nõ esse, cum esset, cum illa falsitas nõ sit in substantialibus, sed in accidentalibus. idem annotauit ut admodum singulare Marfi. sing. 76. Cõmunis. idem docuit Ias. in l. 2. nu. 16. in fi. C. de bonorũ poss. secundũ tabul. & in l. si duo. §. idem, in fi. ff. de iureiur. Cur. iun. consi. 122. nu. 8. idem Marfi. in l. 1. §. præterea, nu. 25. ff. ad legem Cornel. de sicar. hanc ut singularem doctrinam tradit Dec. in cap. licet cam. nu. 22. de probat. sic Grãma. decif. 43. nu. 4. & decif. 60. nu. 16. Socin. iun. consi. 31. nu. 28. lib. 2. Bossius tract. carũ criminaliũ, tit. de falsis, nu. 146. 148. Confert qđ scriptũ reliquit Fel. in c. 2. nu. 18. de rescript. & in cap. fraternitatis, nu. 25. de hæret. qđ si quis addat aliquid non substantiale rescripto, non punitur pœna falsi, & si excommunicatus sit, quam doctrinam probauit Alcia. in l. 1. §. sed si mihi, nu. 58. & ibi Coraf. nu. 21. de uerbo, obligat. ubi Alc. post Aret. consi. 71. declarat illud cõsiliũ Angelii, ut procedat quidẽ, quòd ad euitadã pœnam falsi, sed non redditur ualidum illud testimonium, ut probet, atque ita èt intelligo, quod tradit Ias. in d. l. 2. nu. 16. in fi. C. de bonorum poss. secundum tabul. cũ citando Aret. d. cõsi. 71. inquit Butrigarij & Ang. doctrinã non procedere, quando illa qualitas spectat ad cam. intelligo Iasonem loqui, quòd ad probationẽ, nõ quòd ad falsum euitandum: sic etiam sensit Ruin. cõsi. 149. nu. 28. lib. 5. dum dixit, falsum in circumstantijs, quæ iudicem mouere possunt, nocere. intelligo quòd ad fidem probationis, non quòd ad falsitatem. sic Crauet. cõsi. 6. cũ citat Baldũ in rubrica, de contr. inuest. quẽ qđdem Baldum sic etiam intellexit ipse Alc. in l. si ex falsis, in fi. C. de trans. & Soc. iun. consi. 41. nu. 13. 14. lib. 2. Verũ Iulius Clarus lib. 5. senten. iuris. §. si. q. 53. uersic. scias tamen. sensit, hos testes etiam fidem facere: uerius tamen uidetur, testimonium uitari, licet falsi pœnam effugiat. immo & illud scribit Alciatus post Bart. consi. 88. Quæstio inter Franciscum, & post Cæpollam consi. 3. in criminalibus, dictum Angeli non procedere, quãdo tanta esset illa affinitas, quæ maximè nocere, uel prodesse posset causæ. Butrigar. etiam & Angeli sententiam probauit, & Plotus in l. si quando, nu. 719. D. unde uis. qui rectè infert ad declarationem falsi constitutio Mediolani, sub rub. de pœn. c. quis falsum testimonium, ut procedat cũ falsum est in substantialia-

S V M M A R I V M.

- 1 Falsitas in una parte commissa an alteram partem uiuierit.
- 2 Falsum an præsumatur scienter, uel ignoranter commissum.
- 3 Testis præsumitur consideratè testimonium ferre.
- 4 Testis dicens falsum testimonium, ius diuinum, & naturale lædit.
- 5 Ignorantia non excusat, cum diligentia requiritur.
- 6 Iudicis arbitrio relinquatur, an testis scienter, uel ignoranter dixerit falsum.
- 7 Obluionem præsumi ex factò antiquo, & inuoluto.

CASVS CCCVIII.

QUANDO PRÆSUMATUR TESTES
scienter, uel ignoranter falsum dixisse
testimonium.

Non est dissimilis multum hic casus præcedenti. Cum disputant nostri, an testimonium, quod est in una parte falsum, sit & in altera. & in utraque esse falsum affirmant in l. si ex falsis. ff. de transact. ubi Bal. declarat, nisi falsum illud per ignorantiam commissum sit, quod sensit & Ang. in consi. 194. Visis processibus, col. 2. uersic. 1. quia affines, & Alciat. in l. 1. §. sed si mihi, nu. 59. d. uerb. oblig. Boss. tract. carum criminalium, tit. de falsis, nu. 147. Sed quæstionis est, an in dubio præsumendum sit ignoranter, uel scienter falsum dixisse. Spec. in tit. de teste. §. 1. Ang. in l. pro herede. ff. de petit. hæret. & Aret. in l. 1. §. sed si mihi, de uerb. ob. & in ca. in nostra. col. 3. de testi. affirmarunt, præsumi scienter falsum dixisse: ex quo testis dicere non dicit, nisi si, qđ re uera uidit, & cognouit, qđ tribus satis solidis rationibus comprobauit Alc. in d. §. sed si mihi, nu. 60. Prima, quia testis ob iuramentum præsumitur consideratè, & de eo qđ est certus testimonium ferre. ca. ex rescripto, de iureiur. Alex. in rub. de uerb. ob. n. 15. Secunda, quia testis dicens testimonium falsum, dicit contra ius gentium, naturale ac diuinum; quare ignorantia non excusat. Ang. in l. plagij. C. ad le. Jul. de plag. & tradit Capolla consi. 21. Tertia, quia in his, in quibus uti quis diligentia debet, ignorantia non excusat. gl. in c. ad falsarium, ubi lo. d. Ana. col. pen. de crim. falsi. in dubio ergo falsum deposuisse præsumitur. subiicit tamen, & rectè, Alciatus, hoc à iudicis arbitrio pendere, iuxta qualitatem personæ, temporis ac rei. fieri. n. pòt, ut persona sit idiota ac rerum penitè ignara, quæ nõ ex dolo & culpa, sed potius mera ignorantia, uel memorie lapsu aduersus ipsam rei ueritatem testimonium ferat: quemadmodũ in rustico, de quo latè supra egimus in casu 215. Aliquando etiam tanta esse posset temporis antiquitas, ut etiam prudentes lapsu falsi memorie falli possent: ut scribunt Aret. in cap. in nostra, de testib. & Fel. in cap. fraternitatis, de hæret. ita etiã negotium esse posset implicatum & circumuolutum, ut contraria aliqua proferre posset. quod sensit & Barb. consi. 65. col. 4. lib. 4.

CASVS CCCIX.

FALSITAS SINE DOLO QUANDO COMMISSA DICI POSSIT, & QUAE PœNA PLECTATUR.

Positum est in ore omnium, falsum sine dolo nõ committi. nec exemplum. l. si quis Decurio, & ibi Cyn. C. de fals. omnes in cap. cum Ioannes, de fide instrum. Gramma. dec. 60. nu. 7. latè Soc. iun. consi. 37. n. 28. lib. 2. qui affirmauit multorum auctoritatibus, falsitatem hanc falsi pœna non puniri, sic Paris. cõsi. 169. nu. 56. 60. lib. 4. Et hinc pulchrè docuit Bart. in l. si quis obrepserit, nu. 2. ff. de falsis, quòd cum aliquis ex consuetudine & stylo fori daret cedula notario, ut actus infereret, dedit cedula falsam: notarius bona fide credens sic fuisse, in actibus publicis illam scripsit, & ex hoc illa pars sententiæ pro se obtinuit: an ex hoc ille possit puniri de falso? inquit Bartolus, se de facto rñdissè non puniri: cum in notario dolus nõ adfuerit, & per consequens instrumentum non est effectũ falsum, ut is etiam producens cedula de falso possit puniri, quod utile est, inquit Bart. ad interpretationem statuti Tudertini, quod est cautum, quod si quis fieri fecerit falsum instrumentum, puniatur, & quod statutum extat Papiæ in criminalibus, nu. 37. sub rubr. de pœna notariorũ, & Veronæ lib. 3. c. 52. sub rubrica, qui interpellauerit aliquem notarium, & Ferrariæ lib. 3. sub rubr. Pœna deponentis falsum, & in dominio Mediolani in nouis constitutionibus, rubrica, de pœnis. capit. quicumque fecerit, uel fieri mandauerit chartam falsam. idem consuluit Barto. consilio 199. Tudertinus quidam. num. 2. lib. 1. Bartolum est secutus Alexand. consi. 77. nu. 1. lib. 1. qui respondit in eo, qui falsam notam dedit notario, ut de ea instrumentum conficeret, atque ita etiam super d. statuto Ferrariæ, sub rubr. Pœna deponentis falsum testimonium, uel falsum instrumentum facientis. & idem sensit Bossius tract. carum criminalium, tit. De delicto, nu. 36. & tit. de falsis, nu. 100. & Ruin. consi. 83. nu. 5. lib. 4. qui admonet, qđ qñ hic casus occurreret: non erit accusandus is producens cedula, qđ mandauerit falsa acta, uel falsum instrumentum cõfici, quia uerè falsum nõ est. sed accusandus erit, quòd per obreptionem falsi obtinuerit

tinuerit a prætorè sententiã: & tunc de falso puniri poterit. quæ declaratio est memoriæ commendãda. Verùm, & si penam falsi hic euitat, non tamè omnem penitus. quam obrem Alcia. in l. 1. §. fed si mihi, in fi. de verb. obl. docuit esse puniendum ꝑ iudicis arbitrio. Corn. tñ consi. 182. col. pen. uerf. & maxime, lib. 4. uifus est sentire nec extra ordinè pœna stellionatus huc esse puniendum: & cū eo senserunt Paris. col. 151. nu. 23. lib. 4. & Ioannes Ancharanus q. 44. nume. 4. sed ego ab opinione Alciati non recedo. quod uerè pcedit etiã in dubio, qm̄ in dubio error potius præsumitur, quàm dolus, & per consequens falsitas. glo. in ca. accedens. de crim. falsi. quæ dixit falsarium aliquè non præsumi, quod respondit & Marf. consi. 51. nu. 33. Paris. d. cõsi. 169. nu. 58. lib. 4. qui post alios subicit, per errorem potius præsumi factum, q̄, ut falsum committeretur: quod tamen intelligit & declarat Cur. sen. consi. 56. Super processu inquisitionis. col. 6. uerf. Non obstat quantum, nisi is qui dicitur falsum commississe, esset diligens & uersutus; quoniam ex dolo fecisse potius præsumitur, quàm per errorem personæ: tamen huius qualitas, ut alias diximus, a iudicis arbitrio iudicanda relinquitur.

S V M M A R I V M.

- 1 Testis nihil accipere potest, ut testimonium dicat.
- 2 Testis ueritatem deponere debet, etiam nõ requisitus.
- 3 Testimonium uenale, non esse testimonium ueritatis.
- 4 Index pretium accipere non potest, ut iudicet.
- 5 Testis qui pmiũ recepit, ut testimonium ferat, punitur.
- 6 Falsitas est ueritatis immutatio.
- 7 Iudicis arbitrio punitur testis, qui præmium accepit ut deponeret.
- 8 Constitutio noua Mediolani, sub rubr. de pœnis, ca. si quis falsum testimonium, declaratur.
- 9 Statutum Papiæ 37. in criminalib. sub rub. de pœna notariorum, declaratur.
- 10 Testis licitè accipit mercedem sui laboris & damni, dum accedit, ut testimonium ferat.
- 11 Testis non punitur si post testimonium redditum aliquid accipit.
- 12 Testis q̄ pretiũ accipit, ne testimonium dicat, punitur.
- 13 Iudicis arbitrio punitur testis, qui pretiũ accepit ne testium ferat.
- 14 Falsarius est, qui in iudicio ueritatem tacet, dum testimonium reddit.
- 15 Iudicis arbitrio punitur occultator probationum.

CASVS CCCX.

POENA QVÆ SIT ADVERSVS TESTES, qui pretium accipiunt, ut testimonium ferant, uel taceant.

Dubitatum non semel fuit, an ꝑ testis licitè possit pretium aliquod accipere, ut testimonium pro rei ueritate dicat, & non posse sentiunt omnes in ca. qualiter, il 1. de accusat. Diuus thomas & Caietanus in 2. 2. q. 70. art. 1. & probat tex. notabilis in c. nolite timere. l. 1. q. 3. & in c. intimauit, de testib. quibus est constitutum, ꝑ testem liberè etiam nõ requisitum debere testimonium dicere ad proximum liberadũ. & ideo text. in ca. non sanè. 14. quæst. 7. dixit, uenale ꝑ testimonium, non esse ueritatis testimonium. alia recenset Didac. in c. peccatũ. 2. parte. §. 3. nu. 2. de reg.

4 iur. in 6. Sic nec ꝑ iudex pretiũ accipere potest, ut ueram sententiã ferat. l. 2. ff. de cond. ob turpem cam, cuius constitutionis rone rectè deduxit Did. p̄ citato loco, n. 1. Sed dubitationis est, qua pœna hinc testis, qui pretium accepit, ut testimonium dicat, punitur. Bart. in l. 1. §. 1. ff. ad leg. Cornel. de falsis, & ibi Marf. nu. 5. dixit puniri pœna falsi. idem affirmarunt Abbas in cap. 1. de crimin. falsi, & ibi Fel. & idem in ca. licet cauam, num. 3. o. de probat. Iason in l. Diuus, num. 27. de re iudic. quibus relatis communem hanc esse opinionem testatus est Didac. in cap. quamuis pactum, parte 1. §. 7. nu. 5. de pactis, in 6. quibus addo Marf. in gul. 353. & Plotum in lisi quando. nume. 45. C. unde iur. Verùm maxime dubia est cõmunis hæc opinio, ut admonuit Dec. in cap. 1. nu. 2. de testibus, & Didac. d. c. quamuis: nam falsum ꝑ tunc dicitur, cum rei ueritas immutatur: sed qui pecuniam hanc accipit, non immutat ueritatem, non ergo falsi pœna plecti potest, & eo loci Deci. rectè respondet contrarijs Doctorũ rationibus. quam obrem is concludit, hunc testem pœna falsi non teneri, sed alia quidem, quam non declarat. attamen colligimus ex eius dictis dum paulò post citat Bald. in c. peruenit, il 1. de testibus cogen. & alios, uoluisse sentire penam iudicis arbitrio esse indicendam. quod clarius scribit Didac. in d. cap. quamuis, & rectè: quia uerè hoc casu iure aliquo certa pœna indicta non est. Hinc infertur declaratio ad illam constitutionem ꝑ Mediolani sub rubr. De pœnis. c. si quis falsum testimonium. illa etenim constitutio considerat uerum effectum, quod quis dixerit falsum testimonium, ut aliquis condemnetur, uel absolueretur. quam obrem illa dispositio non haberet locum hoc in casu. sic etiam declaratur dictum ꝑ statutũ Papiæ 37. in criminalibus, sub rubr. De pœna notariorum, & statutum Veronæ lib. 3. cap. 52. erit ergo solum locus pœnæ arbitrariæ: quæ sanè pœna cessat, quãdo ist' testis pecuniam accepit loco mercedis suorũ laborum & expensarum: iustissimè enim eam exigere & recipere potest, cap. statutum. §. pro ferendo testimonio, de rescript. in 6. ca. uenturis. 4. q. 3. l. quoniã liberi. C. de testib. Crotus in tracta. De testibus. q. 15. Dec. consi. 189. num. 12. & Did. in d. c. peccatum, parte 2. §. 3. nume. 3. de reg. iur. in 6. Sed hic opus erit iudicis, diligentia, ut perscrutetur ac iudice, ex conditione personæ, ac pecuniæ datæ summa, uerisimile an sit illam loco mercedis laborum & expensarum datã esse. cessat etiam hæc pœna arbitraria, quando ꝑ testis post dictum in iudicio testimonium ab eo pro quo testificatus est, aliquid accepit: licitè tunc facit. Marf. d. l. 1. num. 6. de falsis. qui nu. 7. subijcit, nisi præcessisset promissio. Maius hæc exoritur dubium, quid si ꝑ testis pecuniam accipiat, ne testimonium dicat? & paucis agendo sentio cum Baldo in d. c. peruenit, il 1. de testib. cogen. ꝑ iudicis arbitrio puniri, cum à iure pœna certa definita non sit. Baldum ibi secutus est Felin. in sine, idem Felin. in c. accepimus. nume. 12. in fi. de instrum. Dec. in d. l. 1. nu. 3. de testib. & atref. & si enim is qui in ꝑ iudicio testimonium dicit, tacendo ueritatem falsarius sit, & punitur pœna falsi, capitu. 1. de crimin. falsi. non tamen idem est, cum se se occultando, ad iudicium non ueniendo ueritatem non aperit, quia solum probationes parti subtrahere

trahere dicitur: nec iudicis tribunal, ac iuramenti religionem uiolat, solum ergo ut probationum occultator pœna extraordinaria ꝑ iudicis arbitrio puniri deber. ita sensit Bald. in l. presbyteri. nu. 1. in fi. C. de Epis. & cler. Alex. l. Argentarijs. §. cum aut. ff. de eden. Bossius quem mox referam nu. 163. quod & in occultante alterius instrumenta censuit Abb. in d. c. accepimus. & ibi Fel. nu. 2. de fide instr. & in casu sequenti dicam post Boer. q. 292. in fi. Boss. tract. carum criminalium, tit. De falsis. nu. 139. qui scribit Senatũ Mediolanensem cõsueuisse indicare mitiorè pœnã testibus ueritatem pro parte subtrahentibus, nisi iurasset dicere puram & meram ueritatem. qui loquuntur in ipsis priuatis, non aut in notario, qui de instrumeto rogatus est, & de quo statim dicemus in casu sequenti, de iudice aut qui pecuniam accepit, ut sententiã ferat, pleniori manu attingemus infra in casu 342.

S V M M A R I V M.

- 1 Falsarium dici, qui probationes occultauit.
- 2 Notarius protocolum celans falsi tenetur.
- 3 Notarius senex si dicit se non recepisse instrumentum, quod in sua iuuentute recepit, excusatur.
- 4 Iudicis arbitrio relinquitur, an notarius probabiliter possit ignorare, se instrumentum non recepisse.
- 5 Notarius celans instrumentum soli aduersario petenti non punitur.
- 6 Falsi non tenetur, qui furti committendi causa instrumenta celat.
- 7 Instrumenta suo aduersario subtrahens, falsi pœna nõ tenetur.
- 8 Iudicis arbitrio punitur, qui suo aduersario probationes subtrahit.
- 9 Instrumentum inualidum occultans non punitur.

CASVS CCCXI.

POENA, QVA PLECTENDVS SIT probationum occultator.

FALSI ꝑ is pœna punitur, qui iura, rones, & tabulas celauit. l. Paulus. §. 1. ff. de falsis. & clarè Diocletianus in l. eum qui. C. eod. cenluit, eum qui celauit, uel amouit testamentum falsi crimen committere. quas quidem iuris constitutiones intelligunt Doctores in notario, & publica persona, quæ rogata de illis esset. ita Bald. Alex. Soc. & Purpur. in l. qui accusare. C. de eden. Mar. in rub. C. de prob. nu. 80. & alios recenserunt Boer. q. 292. nu. 5. inquit isti, ꝑ notarium puniri de falso, si celat suum protocolum, uel si negat se aliqd instrumentum recepisse. Declaratur hic casus primò, ut nõ procedat quando is ꝑ notarius iam effectus senex affirmaret se non recepisse instrumentum, quod uerè iuuenis receperat tunc enim pœnam falsi euitat. ita in specie Ang. in §. si autem, in auth. de trien. & semiss. Dec. in c. 1. nu. 58. de prob. Purpur. in d. l. qui accusare nu. 8. C. de eden. qui tamè rectè inquit, hoc relinquit ꝑ iudicis arbitrio ut ipse iudicet iuxta qualitatem facti & personæ, an negatio illa prouenerit a probabili obliuione, uel potius ex dolo. idem ibidem sensit Alc. nu. 2. idem censuit Boer. d. q. 293. nu. 6. & ad rem conferunt, quæ diximus de obliuione supra in casu 255.

Declaratur secundò, ut non procedat quando is notarius celaret illi soli aduersario perenti, ceteris autem omnibus ostenderet: ita Bar. in l. 3. §. si quis dolo. ff. de tab. exhib. Dec. in d. c. 1. nu. 58. in fi. de prob. Purpur. d. l. qui accusare. nu. 8. uerf. secundò limitetis. & ibi Alc. nu. 12. Boer. d. q. 292. nu. 7.

Declaratur tertio, ut non procedat in eo, qui celauit instrumenta non cã ueritatis occultandæ, sed potius furti cõmittendi: is enim tunc furti pœna, non falsi mulctabitur. l. qui tabulas. l. q̄ tabularũ. ff. de furtis. glo. & Bar. in l. 1. ff. de publi. iud. Alc. in d. l. qui accusare. nu. 12. in fi. C. de eden. Boer. d. q. 292. nu. 2.

Declaratur quarto, ut nõ procedat in eo, qui suo aduersario subtraxisset, & occultandæ ueritatis gratia extraordinaria ꝑ iudicis arbitrio punitur, ut retulimus in præcedenti casu post Abbatem & Fel. in cap. accepimus, de fide instr. & Boer. d. q. 292. in fi. qui Hæricũ Boic in d. c. accepimus, eiusdem fuisse opinionis scribit. quo loci latissimè differit Boerius, an hic probationũ occultator puniatur etiam in amissione causæ, in qua alioqui ius fouet. qua de re nũc nõ cõtedo.

Declaratur quinto, ut nõ pcedat ꝑ eo, qui supprimit instrumentũ inualidũ, qd nocere nemini potest; ita sensit Alb. trac. statuto. par. 2. q. 147. ex l. si quis aliqd. §. testamētũ. de pœnis. & attingi supra in casu 306. n. 15.

S V M M A R I V M.

- 1 Testis qui unũ dixit in iudicio, & aliud extra punitur.
- 2 Bartoli opinio in l. eos, nu. 8. ff. ad leg. Corneliã de falsis, reijcitur.
- 3 Iudicis arbitrio puniri testes, qui unũ in iudicio, & aliud extra iudici attestati sunt.
- 4 Iudicis arbitrio punitur testes qui falsum deposuerunt extra capitula.

CASVS CCCXII.

QVA PLECTENDI SINT POENA TESTES, qui unum in iudicio, & aliud extra iudicium attestati sunt: & qui falsum extra capitula dixerunt.

Cum testis unũ affirmauit extra iudiciũ, & deinde cõtrariũ dixit in iudicio, puniendus est, sed dubitant nostri qua pœna. ꝑ Bar. in l. eos. nu. 8. ff. ad leg. Corn. de falsis, docuit pœna falsi puniendus esse. & cū eo senserunt Tyndarus in tract. De test. c. 11. Afflict. in const. Neapol. lib. 3. tit. De periurijs. nu. 14. Verùm horũ opinio iure non uidetur probari: quo circa cõtra Bart. senserunt Bal. in c. 1. §. si. n. col. 1. quid sit inuest. Alb. in tract. statuto. 2. parte. q. 147. & cõtra Bartolũ cõem esse sententiã testatur Alex. consi. 74. nu. 7. lib. 1. a Bar. et dissentit Fel. in c. cum in tua, de testib. sic Marf. in d. l. eos. nu. 9. ubi nume. 16. in fi. inquit hunc testem ꝑ puniri posse leuiter, ut mendax. quam sanè pœnam iudex pro qualitate facti & personæ æstimabit. quod etiam clarius affirmauit Didac. in cap. quamuis, prima parte. §. 7. nume. 5. propè medium, de pact. in 6. Non absimile est, quod dicimus, ꝑ testes deponentes falsum extra capitula, non puniri pœna ordinaria falsi, sed iudicis arbitrio: ita respondit Baldus consi. 106. Dum peteretur. lib. 1. & Bologn. consi. 30.

Ser Savius. quos secutus est Viuius tracta. communi-
um opinionum, opinione 3 5 1. in fine. & ante om-
nes ita censuit Gandinus tract. maleficiorum sub
rubr. De falsariis. num. 2 r.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudicis arbitrio punitur falsarius, cum ex officio per
inquisitionem contra eum proceditur .
- 2 Falsitas coram delegato commissa, ab eo punitur, &
quomodo.
- 3 Statutum Papiæ 37. in criminalibus, sub rub. de pœ-
na notariorum, declaratur.
- 4 Constitutio noua Mediolani sub rubr. De panis. c. si
quis falsum testimonium, declaratur.
- 5 Iudicem ex officio, & suo arbitrio punire eum, qui co-
ram eo instrumentum falsum produxit.

C A S V S CCCXIII.

POENA FALSARII QVÆ, CVM CON-
tra eū ex officio, & per inquisitionē proceditur.

Diximus iam falsi crimen graue esse, & uariis pe-
nis utroque iure puniri ut supra in casu 306. ex-
posuimus. quæ obtinent locum, quando mediāte ac-
cusatione atque ita iudicio ordinario puniendi sunt,
secus si contra eos ex officio per inquisitionem pœ-
ditur: quoniam tunc sola pœna extraordinaria ad iudicis
arbitrium plectuntur. ita gloss. in l. nullū. C. de testib.
& scribit Didacus in c. quauis, parte prima. §. 7. nu. 5.
de pactis. in 6. ductus etiam auctoritate Practici Papiæ
sis in forma iuramenti testium. in glo. in uerbo falsi-
tate. nu. 4. quo loci in si. illius glossæ, inquit, utile ad-
modum esse ad illius quæstionis diffinitionem, quoniam
testis dixit falsum coram iudice delegato ad exami-
nandum, & interrogandum, ut ab eo puniri possit pœ-
na ordinaria: a iudice uero causæ, & delegante pœ-
na extraordinaria: qua cum primū curauerit is tes-
tis puniri, grauiorem illā ordinariam euitabit. Hic
certe casus notabilem declarationem adfert statuto
Papiensi 37. in criminalibus, sub rubr. De pœna no-
tariorum. & t constitutione Mediolanensi sub rub.
De panis. c. si quis falsum testimonium. ut ita demū
pœnæ illæ ordinariæ indicæ locum habeant, cum p
accusationem proceditur, non cum per inquisitionē.
quod est summopere obseruandū. quæ confirmatur
ex simili doctrina Cyni in l. ubi falsi. C. ad l. Cornel.
de fals. quem secutus est Prac. Papiensis in forma libel-
li ad rescindendā sententiam, in gl. in uerbo instru-
mentum. nu. 4. dum affirmarunt Iudicem t ex officio
extraordinariē posse punire eum, qui falsum instru-
mentum coram se in causa ciuili produxit. & subiu-
ciunt, quod hac pœna inflicta, cessabit illa ordinaria,
cui locus esset, si iterum accusari is posset.

S V M M A R I V M.

- 1 Falsis precibus qui aliquid consequuntur, qua pœna
puniantur.
- 2 Rescriptum falsis precibus impetrans, ubi pœna a iu-
re est indicta, illa seruatur.
- 3 L. ult. §. 1. C. de iis qui a non dom. manumiss. sunt, de-
claratur.
- 4 Iudicis arbitrio punitur qui rescriptū per obreptionē

- obtinuit, si non datur specificum nomen criminis.
- 5 L. & si legibus. C. si cōtra ius uel util. publ. intellect.
- 6 Rescriptum falsis precibus impetrans aliquando pœ-
na mortis punitur.
- 7 Constitutio noua Mediolani sub rub. De rescriptis in fi-
ne, declaratur.
- 8 Statutum Brixie in criminalibus, cap. 103. sub rubr.
De pœna producentis chartam, ibi, tamquam falsa-
sarius, declaratur.
- 9 Rescriptum falsum qui obtinuit, falsum narrando &
probando, pœna falsi punitur.
- 10 L. si quis obreperit. ff. de falsis. intellectus.
- 11 Dicitio, tanquam, quid significet.
- 12 Libellus pro precibus interdum sumitur.
- 13 Dictionis perinde, significatio.
- 14 Obripiens aliquid per mendacium a priuato, punitur
iudicis arbitrio.
- 15 Rogatus ire cum amico, non punitur, si is amicus ob-
uiam factum occidit.
- 16 Rescriptū qui per surreptionem obtinuit, nō punitur.
- 17 Delinquens negando deliquisse, non punitur de illo
mendacio.
- 18 Sanguinem proprium redimere quouis modo licet.
- 19 Delinquens inquisitus si efficit, ut suo nomine alter
falsò compareret, non punitur.

C A S V S CCCXIII.

POENIS QVIBVS AFFICIANTVR QVI
falsis precibus rescripta & his similia impetra-
runt, & de intellectu l. si quis obreperit,
ff. ad le. Corne. de falsis.

Qui falsis t precibus aliquid consequuntur, præ-
ter id quod impetratis carere debent, l. & si legibus.
C. si contra ius uel util. publ. & scripsi supra in
casu 201. pœna est alia puniuntur: nā interdum falsi pe-
na, interdum arbitraria plecti solent, quoniam uero re hanc
scitu omninō dignam perplexē nostri tractarūt, ideo
claro enarranda nobis ē, casus ergo aliquot ita cōstituo.
Primus est, cum t rescriptū illis in casibus impetra-
tur, in quibus iam certa pœna sancita est: illi tūc scādū
est, cū clarū illud, non autē dubium sit: quæadmodum
in casu l. ult. §. 1. C. de iis qui a non dom. manumiss.
sunt, qua in dē pœna manumittendi seruuum alienum,
falsis ad hoc precibus impetrato a Principe rescripto,
ut is manumittēs manumissū mācipiū uero dño re-
stituatur: illiq; duo alia det, & tria eius sexus & qualita-
tis fisco inferat. quā sanē cōstitutionē in hanc sent. ar-
tulit Bal. l. & si legibus. n. 2. C. si cōtra ius uel util. publ.
Secundus est casus, cū obreptio, uel surreptio non
incidit in aliquod specificum criminis nomen: tunc
pœna arbitraria impetrans ille punitur. ita ex Baldi
sententia intelligitur d. t. l. & si legibus. C. si cōtra ius
uel util. pub. in illis uerbis: & si nimia mentientis re-
periatu improbitas, etiam feueritati subiaceat iudi-
cantis. uerum glossa in cap. dicenti. §. & si legibus. 2 §.
q. 2. quam probauit Sali. in d. l. & si legibus, ut pœna
falsi illa sit, sed ego a Baldo non dissentio. id quod uis
sus est sentire Rebuffus in commentarijs ad Consti.
Regias tomo 2. titu. De rescriptis, articu. 66. glo. ulti.
Quo circa ibidem scribunt Bal. & Castrensis, interdū
tantam fore impetratis improbitatem, ut pœna mortis
iustē dignus iudicari possit: quemadmodum de
illo

illo exemplum attulerunt, qui falsis precibus impe-
trauit aliquē, ut bannitū, cū non esset, prehendi. ob
quod is prehensus in magno uitæ discrimine positus
fuit, cū uix se illum uerē bannitū ostendere potuerit:
re autē detecta falsus precator capite mulctatus est, at
que ita hoc in casu intelliguntur t nouæ cōstitutiones
Mediolani rub. De rescriptis. in si. quibus sancitū est,
impetrantes rescripta puniri arbitrio Senatus, si calū-
niosē se in his habuerint. intelliguntur cum hæc
obreptio non trāsit in nomen specificū criminis. pœ-
na etiā arbitraria punitur is, quē lex cōis, uel statutū
uult puniri tanquā falsariū. ita egregiē scribūt Bal. in
c. nonnulli gratia. nu. 3. extra de rescript. & Fel. in c. so-
lita. nu. 3. de maio. & obed. quod (inquit Baldus) est ad
notandum pro interpretatione statutorū. ita ergo erit
declarendum t statutum Brixie in criminalibus. cap.
103. sub rubr. De pœna producentis chartam, & cap.
105. sub rubr. De pœna faciētis officium ministri. ibi,
puniatur tanquā falsarius instrumenti.

Tertius est casus, cum quis a Principe uel a magi-
stratu dolosē rescriptū obrepsit, falsum t scilicet nar-
rando atque probando: tunc quia falsarij nomen ob-
tinet; atque ita illud criminis nomen specificum cō-
sequitur, falsi etiā pœna punitur. ita sensit Bal. in d.
l. & si legibus. nu. 2. C. si contra ius uel utilit. publi. &
in l. 4. in fine, C. quomo. & quando iudex, qui hanc
pœnam ordinariam esse intellexit. sic explicans t l. si
quis obreperit. ff. de falsis, ut uere loquatur cum pro-
bando falsum obreptum est, & cū illo senserunt Bar.
d. l. si quis obreperit, & ibidem Marfil. nume. 1. r. &
Parsius col. 1 §. 1. nn. 3. 4. lib. 4. Berouis tamen in capit.
super literis. prima lect. nu. 2. & secunda lect. nu. 4. de
rescriptis. docuit d. l. si quis obreperit, simpliciter lo-
qui, cum quis a Principe falsis precibus obrepsit re-
scriptum, nec differentiam constituit, quæ uel narran-
do, uel probando obreptum sit, & atque ita etiam is
intelligit l. 1. §. ex illa quoque. ff. eo. de falsis, & cum
Berouo ego ut (ut ingenue fatear) sentio; quamquā
magna sit Bartoli, Baldi & aliorū auctoritas. ad hoc
me mouent clara uerba illius. l. si quis obreperit, sic
enim legitur: Si quis obreperit Præsidi prouincia-
tam per acta, quā per libelli interpellationem, &c.
ex illa dictione, acta, intelligimus per ipsas probatio-
nes, quæ inter acta connumerantur; per libellum ue-
rō simplicem ipsam narrationem, & illat dictiones,
tam & quā, separationem ostendunt; & si compara-
tionem equaliter faciant, ut probat las. cons. 143. nu.
5. lib. 4. post Bar. in l. pro hærede. in prin. ff. de acq. hæ-
red. & clarius separationem ostendere respondit Al-
cia. respon. 487. nu. 13. ex l. ult. §. ulti. C. de dotis pro-
miss. Cōfirmatur hic sensus ex exemplo ibidem a Mo-
destino relato, dum inquit, Alexadrum Seuerum ita
rescripsisse; Si libello dato aduersarius tuus ueritatē
in precibus ab eo datis non adiecit. loquitur Alexan-
der solum in obreptione commissā simpliciter narrā-
do; ut uerba ipsa aperta ostendunt, & t libellus sumi-
tur eo loci pro ipsis precibus Principi datis, quod p
bat l. ampliore. §. in rescriptoriis, ubi gl. C. de appel.
& clarius. l. 1. C. quādo libellus Principi datus, & egre-
giē scribunt doctri. Budæus & Alciatus in l. nec quic-
quā. §. ubi decretum. ff. de off. procons. sed difficile
admodum esset in iudicijs a Bartolo & cæteris rece-
dere, cum præsertim benignior interpretatio in his

recipienda sit. Illud etiam non omitto, pœnam falsi in
casu d. l. si quis obreperit, esse uerē ordinariā ut osten-
dit illat dicitio, perinde, posita in illo textu, cuius na-
tura est denotare omnimodam similitudinem, ut in-
quit Bar. in l. sacrilegij. §. is autem. ff. ad l. lul. pecu. De
cius consi. 361. nu. 4. qui alios recenser.

Quartus est casus cum quis per mendaciū aliquid
a priuato obrepsit; tunc, si ciuiler agitur, de dolo-
rā falsus is præcor tenetur: si uerō criminaliter, ex
traordinē iudicis arbitrio plectitur. ita docuit Berou.
in d. c. super literis, prima lect. nu. 2. & secunda lectu.
nu. 4. de rescriptis, qui uerum esse intellexit, mō obre-
ptio illa non incideret in specificum nomē criminis;
quoniam tūc pœna illius criminis puniretur. Hinc scriptū
reliquit Marfil. in d. l. si quis obreperit. nu. 8. q. si quis
amicū rogauit, ut una secū ad aliqua negotia sua p-
tractanda iret; & deinde factus obuiam inimico eum
interfecit; amicū rogatū non puniri aliqua pœna, se-
rogantem illum obripiemem; atque ita huic inuē au-
ctorem Raphaelē Fulgosiū citat. quamquā ad rem
hanc nostram haud multum conueniret ego credam.
Quintus est casus, cum t per surreptionē, hoc est, cū
quis tacita rei ueritate aliquid uel a Principe, uel a
magistratu, uel a priuato obtinuit; tunc is priuatur q
dem cōmodo rei impetratæ, sed non imponitur alia
pœna, ita Berou. in d. c. super literis, secunda lect. nume.
4. in fine, illam rōnem is retulit, quia non dicitur pro-
priē peccare, ex quo seipsum detegere non cogitur.
Hinc in specie nostra scriptum reliquit Bald. in l. & si
legib. num. 2. uerbi. aut obrepsit reus mendaciter. C. si
cōtra ius uel util. publi. reu t per mendacium negan-
tem se commississe delictum, cum uerē commiserit, ali-
qua pœna puniendum nō esse; ex quo t unicuique li-
cet p phas ac nephas p priū sanguinē redimere. l. 1. C.
de iis qui sibi mortē cōsciue. oēs l. transigere. C. de trā-
sac. huc spectat quod rōdit Rube. inter consilia Soc. iu.
cōf. 38. nu. 10. lib. 2. criminis reū, qui t falsò effecit, ut
alter suo noīe compareret in iudicio, ob illam falsam
comparitionē nō esse puniendum: quoniam (inquit ille) il-
li licuit quali tunc que suum sanguinem redimere.

S V M M A R I V M.

- 1 Falsarius est & is qui falso utitur.
- 2 Falsum fabricans, & eo utens pœna ordinaria falsi
punitur.
- 3 Falso utens punitur pœna arbitraria.
- 4 Statutum Papiæ 37. in criminalibus, sub rubr. De pœ-
na notariorū. dū punit, utētes falso quō intelligatur.
- 5 Statutum Verona lib. 3. c. 50. sub rubr. Qui produxe-
rit falsum instrumentum, declaratur.
- 6 Falsum committere non dicitur, qui ignoranter falso
utitur.
- 7 Statutum Brixie 103. in criminalibus, sub rubr. De
pœna producentis chartam, declaratur.
- 8 Iudicis arbitrio puniri debet, qui tanquā falsarius
puniendus est.
- 9 Falso utens in factō proprio scienter uti pœsumitur.
- 10 Falso q utitur i factō alieno pœsumitur ignorāter uti.
- 11 Ruini responsum consi. 86. nu. 6. lib. 4. sub incude re-
uocatum, & ueris rationibus confutatum.
- 12 L. qui in alterius. de reg. iuris. intellectus.
- 13 Iudicis arbitrio relinquatur, an actor, qui i ius alteri
Y y 2 successit

- successit, probabilem habeat causam ignorantie,*
- 14 *Falsos testes qui produxit, si deinde protestatur, se illis uti nolle, non punitur.*
 - 15 *Constitutio noua Mediolani sub rubr. De pœnis. c. si quis falsum testimoniũ. uer. eisdem pœnis. declaratur.*
 - 16 *Falsum fabricasse qui falsi accusatur satis dicitur, si fabricatorem non nominat.*
 - 17 *Falso utens non dicitur fabricasse, nisi probetur eum in struẽtum fuisse de falsitate.*
 - 18 *Statutum Ferrariae lib. 3. sub rubr. Pœna producẽtis, uel utentis falsum, declaratur.*
 - 19 *Statutum Papię 37. in criminalibus, sub rubr. De pœna notariorum, declaratur.*
 - 20 *Falsis testibus qui usus est in factõ proprio, scienter fecisse præsimitur, sed contrarium probari potest.*
 - 21 *Cautela respondendi interrogationi, an uelit uti testibus falsis.*
 - 22 *Falsis testibus utens, cum legitimos credit, respondet aliquando se uti illis uelle, quatenus solum ueri & legales, & ibi, an illa responsio bona sit.*
 - 23 *Cautela noua eorum, qui uti nolunt falsis testibus, & quomodo eludi illa possit.*
 - 24 *Procuratorem suo factõ non posse efficere, ut dominus incidat in pœnam.*
 - 25 *Mandato specialissimo atque in indiuiduo opus esse cum procurator uult pro domino respondere, se uelle uti testibus, qui falsi creduntur.*
 - 26 *Mandatũ singulare quod.*
 - 27 *Falsis testimonijs renuntians non punitur, si illa iam produxit.*
 - 28 *Renuntians testibus falsis, qm̄ à pœna falsi excusetur.*
 - 29 *Statutum Veronę lib. 3. cap. 50. sub rubr. Quod producens falsum instrumentum, ibi, & teneatur per sacramentum dicere causam, declaratur.*
 - 30 *Falsum qui fabricauit, uel scienter falsos testes produxit, pœnam falsi non euitat, etiam si eorum usui renuntiat, quod & ibi declaratur.*

CASVS CCCXVI.

QVIBVS POENIS AFFICIANTVR utentes falso, quando scienter, & quando ignoranter falso uti quis dicatur, & quando renuntiano usui testium, a pœna falsi quis excusetur, plures de claratae læges municipales Mediolani, Papię, Brixia, Veronę atque Ferrariae.

Falsarius nõ solũ is est, qui falsũ dixit testimoniũ, uel falsum instrumentum fabricauit, uerũ et qui falsis ipsis testimonijs, instrumentis, similibusque utitur. l. si falsi. §. ordine. ff. ad l. Cornel. de falsis. l. maiorem, & l. si falsos. C. eo. solet tamen in pœna infligẽda constitui differentia, an falsum quis fabricauerit & utus sit: uel solum iam falso fabricato ab altero ipse eo solum usus sit. priore casu, cum quis fabricat & utitur, pœna ordinaria ac directã legis Corneliae de falsis punitur, ex d. l. maiorem. & l. i. ff. eo. secundo uero casu solum punitur alia quadam pœna nõ directã, quæ mitior est, ita Cynus in l. 2. col. 1. uerf. queritur circa. C. de fide instr. quem sunt secuti Io. de Ana. in c. ad falsariorum. col. 1. in fi. de crim. falsi. quod latẽ dixerit, & ex illo textu ac aliorum auctoritatibus confirmat. quibus addo Io. Fabri in §. item lex Cornelia, de

67 Declaratur quartò, ut non procedat in eo, qui expēdit monetā nō ex eo falsā q̄ ære, uel forma cōtinuata sit, sed quia erat tanq̄ uetus reprobata & bānita, ut dici solet. nā is solū extraordinaria pæna iudicis arbitrio punitur: ita in terminis Bal. conf. 494. Sciendū est, q̄ moneta col. 1. uers. sed expēdens deliquit. li. j. q̄ est duplicatū in cōf. 376. li. 3. Principē autē posse ueteres monetas & exteras reprobare ac bānire, saltē cū Populi consensu tradit Frac. de Marchis. q. 152. q̄st. 186. & q. 187. Possēt hoc loco p̄babiliter 69 dubitari, qd̄ in conscio huius criminis qui nō denūtiat monetariū hūc Principi, qua pæna puniatur. qua de re fusius dicemus infra in casu 355. ubi de pæna conscii criminis dicemus. interim uidentus est Berouius in c. 1. nu. 73. de officio deleg. qui tenet eadem falsi pæna puniri. qd̄ uerum an sit, suo loco dicam.

S V M M A R I V M.

- 1 Mēsuris & pōderibus falsis utēs, qua plectatur pæna
- 2 iudicis arbitrio punitur, qui falsis uiuunt mensuris.
- 3 Mēsuris falsis utēs iure canonico quomodo puniatur.
- 4 Pœnitentias hodie arbitrio sacerdotis indici.

CASVS CCCXVII.

MENSURIS PONDERIBVS QVE falsis utentis pæna ex omni iure.

1 Cvm falsum etiam in mensuris (ut suprā admonui) committatur, de illius pæna dicēdū nobis est. Diuus Hadrianus aliquñ in eos, qui falsis mensuris & ponderibus usi sunt, pænam legis Cornelie de testamentis indixit: aliquādo relegauit, ut recēset iure cons. in lannonam, in fi. de uariis & extraord. crim. & in l. pen. ff. ad l. Corne. de falsis. & L. Sylla crimō hoc ad legem Corneliam de falsis, pertinuisse declarauit. quemadmodum adnotauit Manutius De legi. Romanis. cum itaque pæna semper certæ nō fuerit. inquit nostris iudicis arbitrio relinquit. quod clarè affirmauit Io. Fabri in §. item lex Cornelia, de falsis in fine, in st. de publ. iud. Abbas in c. 2. in fi. & ibi Ant. Burgos num. 1. 2. de emp. & uend. Bellonus consilio 3 43. in fine, iure ꝑ Pontificio ac in foro pœnitentia imponitur pœnitentia ieiunii triginta dierum in pane & aqua. d. c. 2. de emp. & uend. scribunt tamen relati Abbas & Burgos esse communem Canonistarū ac Theologorum sentētiā, ex suo arbitrio sacerdotum

tem eam pœnitentiam minuere posse, cum pœnitentia omnes hodie (ut infra in ult. casu 390. latè exponam) arbitraria sint. c. ꝑ Deus qui, de pœnit. & remiss. c. menfuram. de pœni. distinct. 1. & tradit Rip. in d. tract. pestis in ultima parte. nu. 134. nonnulla scribit Bonifacius Vitalinus tract. maleficio. sub rub. De pæna falsantis mensuras & Pondera.

S V M M A R I V M.

- 1 Falsitatem etiam in nominis mutatione committi.
- 2 Nomen mutare unicuique homini libero licet.
- 3 Pōtiffices Maxi. dū creatur, antiquū nomē sibi mutat.
- 4 Sergius Pontiffices os Porci ante Pontificatū dictus.
- 5 Religionē ingrediētes nomē seculi sibi mutat, & quare.
- 6 Nomen mutare dicebat apud Græcos & Romanos.
- 7 Plato antiquum nomen sibi muta uit.
- 8 Theophrastus nomen sibi mutauit.
- 9 Homerus nomen sibi mutauit.
- 10 Cicero hoc assumpsit nomen cum antea M. Tullius diceretur.
- 11 Archias Poeta nomen immutauit.
- 12 Nomen ut immutaretur hereditates relinqui consueuiffe.
- 13 Augustus Cæsar iussit Tiberium suum nomen ferre.
- 14 Nomen immutari tunc dicitur, cum re & uerbis immutatur.
- 15 Desponsans mulierē mutato sibi noē, sponsalia tenet.
- 16 seruus nomen sibi immutans punitur.
- 17 Nomen sibi immutans in fraudem punitur.
- 18 Iudicis arbitrio punitur, q in fraudē nomē sibi mutat.
- 19 Nomen clerici falsò assumens punitur,
- 20 Doctoris nomen & insignia assumens punitur.
- 21 Iudicis arbitrio puniuntur, qui nomen alterius in fraudem assumunt.
- 22 Nomen sibi immutans dum contrahit, punitur.
- 23 Mercator signum marchæ alterius assumens punitur.
- 24 Statutum Papiæ 30. in criminalibus, sub rub. De pæna illius qui celauerit sibi nomen, declaratur.

CASVS CCCIII.

NOMEN IMMUTANS QUANDO puniatur: & usus Græcorum ac Romanorum mutandi nomen, & sumendi alterius familiaris insignia enarratum.

1 Cōmittitur etiam falsitas in nominis uel cognominis mutatione, q̄ aliquñ punitur iudicis arbitrio. qd̄, ut explicemus, sciēdū ante oīa est, ꝑ regula esse traditū licere unicuiq; libero nomen mutare. l. 1. C. de muta. nom. & ibi oēs affirmant. & in proœm. Gregoriano, ubi Fel. n. 36. ac etiā in proœ. sexti. Hinc uidemus, ꝑ Pont. Max. cum creati sunt, nouū nomen sibi assumere qd̄ ea ratione factum est, quia aliqui inuenti sunt habere turpe nomē, qd̄ retinere Dei opt. Max. uicario in terris indecorū ualde est. scribit Platina in uitis Pontificum, ꝑ Sergium Pontificem huius nominis secundum, Os Porci fuisse appellatum, & ob turpitudinem cognomenti, Sergij nomē sumpsisse; eamq̄ consuetudinem ad nostros manasse, ut qui Pontiffices creantur, suo omisso, maiorū noīa sibi inderent. quod tamen (inquit ille) ab omnibus obseruātū non fuit. sic qui seculo hoc infelici relicto religioni se dicant & uouent, aliquando nomē mutant,

tant, ut inde ostendant se cum nomine uitę etiam genus mutare, qua de reliqua scribit Geminia. in proœ. sexti col. ultim. post glossam ibi in uerbo, Bonifacius. 6 apud Græcos & Romanos hoc maxime in usu positum fuit, ut unusquisque pro sui uoluntate nomen mutaret. exempla sunt Græcorū; ut ꝑ Platone, qui, ut in illius uita scribit Diogenes Laertius ex aui nomine, Aristocles nominabatur. sic idem de ꝑ Theophrasto scribit, cui Tyrantio nomen erat. ita ꝑ Homerus, qui anteq̄ cęcus factus esset, & duce non indigeret, Meleagenes dicebatur. exempla & de Romanis 10 extat plura ꝑ M. Tullius nomen Ciceronis assumpsit, quod aperte in illius uita his ostendit Plutarchus: Cū primas dignitates Reipub. cępisset attingere, & a beneuolis suis crederetur id nomen aut omnino uitaturus aut in aliud commutaturus, iuuenili quadam audacia dixisse traditur, se certaturū splendidius Scauriris atque Catulis, Ciceronis nomen efficere. ꝑ sic Archias poeta posteaquam ciuis Romnus factus est Aulus Licinius appellari cępit. quod in illa oratione ꝑ Archia ipso habita ostendit Cicero. Hinc sepe hæreditates ꝑ relinquebantur, & bonorū donationes fiebāt in premium uel sub ea conditione assumendi nomen testatoris uel donantis. Augustus ꝑ. n. Cæsar (ut in illius uita c. ult. Suetonius scribit) hæredes instituit primos Tiberium ex parte dimidia & sextante, Liuiā ex parte tertia, quos & ferre nomen suum iussit. & de donatione probat text. l. hoc iure. §. ult. ff. de donatio & de hereditate in l. facta. §. si in danda. ff. ad Trebell. & tradunt nostri, ut Bal. l. 1. C. de uerb. sign. Soc. sen. conf. 259. lib. 2. Gratus conf. 5. nu. 77. lib. 2. Pari. cōf. 19. nu. 29. lib. 2. Tiraq. tract. De legib. connubia. lege quinta, nu. 24. quo loci citat Dec. conf. 273. nu. 2. ad do Guid. Papę. q. 251. & q. 467. & Boe. q. 146. nu. 6. Chass. catalogo Gloriz mundi, parte 1. conf. 38. cōcl. 66. Guliel. Bened. in c. Raynutius in uerbo, Raynutius declara. 44. 50. de testam. Est tamen hac in re obse 14 se ruandū ꝑ nomen tūc mutari, cū re & uerbis mutatur, secus si uerbis tm̄ & tamen facto demonstrerur, 15 ut si Caius Caiam desponsans ꝑ ita loquatur, Sempronius: te desponsat, & ei anulum det, cum eaq; coeat, illa inominis mutatio non dicitur Bal. in l. ult. nu. 21. C. de hære. inst. Fel. d. proœm. Gregor. nu. 38.

16 Declaratur modò hæc regula ꝑ nō procedat primo in seruo, qui nomen suum mutare non potest, ita Bal. & Ang. in d. l. 1. C. de muta. nom. Fel. in d. proœm. Gregor. nume. 37. quam declarationem probat d. l. j. estq̄ue ratio, ne à Domino seruus fugiens ꝑ eperiri amplius possit, ita Bald. in proœm. Codicis. nu. 7.

17 Declaratur secūdò nō procedere ꝑ quando in fraudem sibi nomen quis mutaret: ita Baldus & ceteri in d. l. 1. C. de mut. nom. Bart. in l. falsi. in prin. ff. de falsi. qui ob id inquit, pæna falsi hunc puniri quæ olim sāctione L. Syllæ dictatoris erat ꝑ libero homine aqua & ignis interdictio: in seruis ultimum supplicium. quemadmodum Paulus Manutius De legibus Romanis scribit. hodie uerò in seruo est ultimum supplicium: & in libero bonorū publicatio, & deportatio. l. 2. §. ulti. ff. eo. de falsis. Bonifac. Vitalinus, tract. maleficio. sub rubri. De pæna mutantis sibi nomen. at cum hodie deportationis pæna in usu non sit, sed 18 eius loco ꝑ arbitraria successerit, ut diximus suprā in casu 293. sequitur & hoc in casu arbitraria esse. Hinc

dixit Bart. in l. qui sub prætextu. in fi. C. de sacros. eccl. 19 cle. quod ille, qui fraudem assumit ꝑ nomen clerici punitur pro motu iudicis, id est arbitrio iudicis, ut recē interpretatur Fel. in d. proœm. Gregoria. nu. 38.

20 Hinc qui fraude ꝑ Doctoris nomen sibi assumit, punitur. Bar. in l. reddatur. C. de professo. & med. lib. 1. idem in l. eos. §. qui se pro milite. ff. de falsis. Fel. qui supra, Ruinus conf. 99. num. 16. lib. 1. punitur inquam, 21 sed pæna extraordinaria iudicis arbitrio cum nomē tantum sibi assumpsit, ut annotauit Alex. in additio. ad Bart. in d. §. qui se pro milite. & clarè Tiraq. tracta. Nobilitaris, cap. 3. in fine, sic in eo uidemus, qui do 22 lo & fraude nomen ꝑ sibi mutat, dum contrahit, is n. punitur de falso. Bal. in rubr. C. de fide instr. nu. 12. ex tex. l. Paulus. ff. de sol. idem sentit Fel. in d. proœ. Gre 23 got. nu. 37. qui idem dicit in ꝑ mercatore, qui non potest mutare signum & nomen, assumendo signū alterius. sic etiam in notario, de quo etiam scribit Bal. in proœm. C. nu. 3. sic in eo, qui assumit sibi falsum nomen nobilitatis, tradit post alios Tiraq. de nobil. d. c. 13. & aliqua scribit Rebuffus in tract. nomina. q. 12. sunt hæc annotanda ad interpretationem statuti 24 ꝑ Papiæ 36. in criminalibus sub rubr. De pæna illius, qui celauerit sibi nomen, uel pronomen, uel mutaerit. intelligitur enim cum mutat, uel celat in fraudē. nec enim illi locus esset, si referat nomē suum, quod iam diu assumpsit, uero nomine antiquo suppresso, nisi modo ageretur de facto antiquitus ab eo, cuius nomen antiquum celare non liceret.

S V M M A R I V M.

- 1 Periurus falsarij nomen obtinet.
- 2 Periurus scelus grauissimum.
- 3 Periurus infamis efficitur.
- 4 Periurus beneficia ecclesiastica, quæ obtinet, perdit.
- 5 Constitutiones Pedemontium titu. Del giuramēto. §. ult. declarantur.
- 6 Periurus qui ad causę decisionem falsò iurauit, quoad fisci commodum punitur.
- 7 Periurus, qui animo sedato per personam principis iurauit, conuictus punitur.
- 8 Periurus, qui calore iracundię per personam Principis iurauit, non punitur.
- 9 Periurus qui per Deum sedato animo iurauit, conuictus an puniatur.
- 10 Iudicis arbitrio punitur periurus, qui sedato animo per Deum peierauit.
- 11 L. ult. ff. de crim. stello. declaratur.
- 12 L. nam sufficit. ff. de dolo. intellectus.
- 13 L. 2. C. de reb. cred. & iureiu. intellectus ex Duuveno.
- 14 Sententiam esse sedato animo ferendam, sed interdum ferri calore iracundię.
- 15 L. 2. C. de reb. cred. & iureiura. intellectus, ex Roberto Aurelio.
- 16 Blasphemiam pæna corporali & diuina puniri.
- 17 Alexandri Seueri religio maxima.
- 18 Hadrianus in omnibus urbibus templa Saluatori nostro edificari iussit.
- 19 Periurium contra Principem commissum puniri.
- 20 Principi non obediens morte mori debet.
- 21 L. 2. C. de reb. cred. & iureiu. intellectus ex Cuiacio.
- 22 Constantini Harmenopoli locus declaratus.
- 23 L. 2. C. de reb. cred. & iureiura. intellectus genuinus.
- 24 Dictionem, & si. pro etiam si.

- 25 *Dictionem et si, ampliativam dispositionem augere.*
- 26 *Limitationes, & ampliationes esse debere de genere regula.*
- 27 *Constantini Harmenopuli locus declaratus.*
- 28 *L. 2. C. de rebus credit. in iuramento calumnie etiam procedere.*
- 29 *Positionibus respondens, si deierat, solum Deum habet ultorem.*
- 30 *Constitutio nova Pedemontium, tit. Delle poste o sua positioni. §. trouandosi. declaratur.*
- 31 *Statutum Brixie §. 1. in ciuilibus. sub rub. De sacramentis delatis a parte parti, declaratur.*
- 32 *Peierans calore iracundiae arbitrio iudicis punitur.*
- 33 *Iracundia delinquens mitius punitur.*
- 34 *Constitutio nova Pedemontium, tit. Del giuramento, §. ult. declaratur.*
- 35 *Iracundia delictum fuisse perpetratum quomodo probetur.*
- 36 *Decretum Papie §. 37. sub rubr. Quod non procedatur contra quempiam ratione iuramenti. declaratur.*
- 37 *Constitutio Mediolani, sub rub. De accusationib. cap. Ex causa iuramenti, declaratur.*

CASVS CCCXIX.

PERIVRII POENA QUAE, ENVCLEATUS uerus sensus. l. 2. C. de reb. cred. & iureiu. & alii quot Brixie & Pedemontium declaratae constitutiones.

Periuus qui a falso iuramento suscepto nomen assumpsit, iure inter falsarios connumerari potest; quo circa grauissimum scelus committere dicitur: nam maius crimen illud creditur ipso homicidio: ut tradit Diuus Thomas in quolib. 1. art. 18. a quo non dissentit Ripa in c. ex parte, nu. 3. de rescrip. & refert Baueria trac. De uirtute iuramenti. nu. 122. & si ipse dubitet. Didac. Couar. in c. quauis, par. j. §. 7. nu. 1. de pac. in 6. ab eo non parum dissentit. non contendo nunc. **2** Periuus est infamis efficitur utroque iure. l. si quis maior. C. de tranfact. c. infames 6. q. j. gl. in c. querela, de iureiu. Didac. d. §. 7. nu. 4. oes in d. l. si quis maior. Ripa d. c. ex parte. nu. 2. de rescrip. quo loci nu. 13. inquit periuus beneficijs omnibus priuari, non tamen ipso iure, sed per sententiam. & hac esse communem opinionem restatur. sic et Didac. d. §. 7. n. 3. quod est annotandum ad interpretationem nouae constitutionis Pedemontium, in titulo, Del giuramento. §. ult. dum periuos priuat omni officio ac beneficio, intelligi debet per sententiam, non ipso iure. & praeter loco Ripa infinita prope scribit de poenis periuus. Quaestio est (ut caetera omittamus) cum quis ad causae decisionem aduersario deferente iurauit, an de illius periuus saltem filco instante inquiri ac puniri possit. quaestioe hac in iudicijs non semel agitata uidi. in cuius quidem explicatione multa fuerunt Doctorum iudicia, & subobscura pplexaq; dictiones. quatuor fieri poterit in luce adferre, plures itaque casus distinguo. Primus est, **7** cum quis iurat per Principem ipsum animo quidem sedato, si tunc peierasse conuincitur, de crimine inquiritur, & fustibus caeditur, ita clare probat l. si duo. §. ult. ff. de iureiu. quem textum sic oes intelligunt: ut Cynus, Albe. & Salic. in l. 2. C. de reb. cred. & iureiu. & ex recentioribus Duar. li. 2. disput. annuerc. 37. nec dissentit

Cuiacius li. 2. obserua. iur. c. 19. sic et Rober. Aurel. li. 2. sent. iur. c. 20. & demum non est, quod contradicat. & apud relatos interpretes huius sanctionis ratio habetur. & hoc in casu loquitur etiam Decretum Papie §. 37. sub rub. Quod non procedatur contra quempiam occasione iuramenti praestiri. quod sane decretum est, editum iuxta formam statuti Mediolani, intelligitur ergo decretum, cum animo sedato & quieto iuratum fuit.

8 Secundus est casus, quod cum quis calore iracundiae, per personam ipsius principis deierat: tunc non punitur. ita probat d. l. 2. §. 1. C. de reb. cred. & iureiu. ra. quem textum sic omnes ibi intelligunt. atque ita declarari poterit relatum decretum Papie, & statutum Mediolani.

9 Tertius est casus, quod cum quis hoc iurandum per ipsum Deum Opt. Max. animo sedato subiit, & deierasse reperitur, in hoc casu uariae sunt Doctorum opiniones: illorum magis placet, qui dixerunt, periuus puniri, sed extraordinem, iudicis scilicet arbitrio. ita enim affirmarunt Cagn. in l. si quis maior. nu. 137. C. de tranf. qui Guido. Pape, Capellam Tolosanam & Socin. sen. citat, qui tamen hac de re non loquuntur. hac tamen opin. clarius affirmauit Roma. sing. 420. Ego. las. in l. si duo. §. ult. num. 1. in fi. de iureiu. & in §. item si quis postulante. num. 35. inst. de actio. & ibi Gomef. num. 29. idem censuit Bologn. conf. 28. col. j. Ioan. de Selua tract. De iureiu. nu. 60. M. Ant. Bauer. tract. De uirtute iuramenti. nu. 23. Bonifac. de Vitalinis in clem. dudum. §. caeterum, nu. 16. de sepul. & tract. maleficiorum, sub rubr. De poena blasphemantium. nu. 10. Montalonius in promptuario iuris, in uerbo, Periuus. his accedunt Curt. iun. in d. l. si quis maior. num. 35. in fi. C. de tranfact. Iacob. Concenna. lib. 1. quaest. iur. cap. 2. nu. 8. Didac. in d. ca. quamuis, parte 1. §. 7. num. 4. in fi. de pactis, in 6. & Rober. Aurelia. d. cap. 20. nec dissentit Duare. d. cap. 37. in hanc

11 sententiam adducuntur ex t. l. ult. ff. de crim. stellio. qui uere probat, cum non distinguat an per Principem, uel per Deum ipsum iuratum fuerit. Nec una aduersatur interpretatio Iacobi Cuiacij d. c. 16. in fi. dum ait, ibi poenam non indicit periuus, sed crimini stellionatus. quoniam uidemus, quod & si quis non peierauit, sed dolo rem alienam pignori obligauit, at tamen incidit in illud crimen. l. 2. C. de crim. stellio. non ergo ipsi periuus, sed ipsi crimini poena indicitur. hanc considerationem prius sensit glo. in d. l. ult. in gl. ult. in fi. & eam falsam existimo; quoniam uere hac est periuus poena, quod sane crimine periuus, cum certum nomen non habeat, stellionatus generale nomen & alijs permultis criminibus innominatis conuenit, ut illi crimini, cum quis rem alienam pignori obligauit. qua de re fusius infra in casu §. 381. & ex d. l. 2. ult. ff. de crim. stellio. declaratur per l. nam in f. ff. de dolo. dum ait sufficere poenam periuus contra deierantem, & cum retractari sententia non possit, poena periuus ibi de extraordinaria intelligitur, ex d. l. ult. Contra tamen hanc sententiam senserunt Alberic. & Salic. in d. l. 2. C. de reb. cred. & iureiu. & clarius Parpalea in d. l. si quis maior. nu. 64. C. de tranfact. Cassan. in commen. ad cosuet. Burgundiae in tit. De retractu. §. 12. nu. 12. quem retulit Boer. q. 305. num. 3. in fi. quo loci ipsemet Boer. col. pen. uer. quid dicendum, hanc esse ueram & communem sententiam restatur,

& se-

& sequitur idem censuit & Cuiacius d. c. 19. inquit ij omnes, periuus hoc nullo modo puniri, cum satis Deum ipsum ultorem habeat. d. l. 2. C. de reb. cred. **13** & iureiu. Verum responsum hoc interpretatur Duar. d. c. 37. ut loquatur de eo, qui calore iracundiae deierat. nam talis fuerat quaestio ipsi Alexandro proposita, quod sane periuus puniri non solet, ut supra attigimus, & probat l. alienam. C. ad l. Iul. maiest. hunc sensum, Duareni tamen nomine suppresso, improbauit Robert. d. cap. 29. qui enim (inquit ille) cum de litris decisione agitur, uehementiori animi motu nos ad iurandum concitatos causari possemus? miratur hic Robertus, quod quis ira commotus in iudicio sit & suscepto iureiu. deierat, sed desinat mirari, quoniam & ira plures accessit inimicos calumniatur & falsis accusationibus diu frustrant, quod is titulus de calumnia toribus indicat, & in casu subsequenti dicemus. Hinc uidemus & sententias, quae alioqui sedato & bene composito animo ferri solent, per iracundiam esse aliquando prolatas, c. si episcopus forte iracundus. 11. q. 4. l. lex Iulia. in fi. ff. ad leg. Iul. & per iracundiam ad peierandum alios persequisse, ostendit c. sicut ex literis. de iureiu. & supra attigimus. nec alia quae obijcit Robertus Duareno aduersantur: ut mox subiiciam.

15 Secundus ergo fuit ipsius Roberti ad illud. l. 2. responsum sensus, ut generalis illa sit propositio, ut ultio contemptae religionis Deo relinquatur, quae propositio trahitur etiam ad eum casum specialem: nempe, cum per Principem iuratum quidem fuit, sed nimio ira impetu, quod ostendit illa dictio, & si, ut sit sensus, cum animo sedato per Deum quis peierat, Deum solum ultorem habere: cum per Principem, ut reus criminis laesa maiestatis punitur: eo casu excepto, quando calore iracundiae deierat. subiicit tamen Robertus, quod & deierans per Deum ut reus criminis laesa maiestatis non punitur, d. l. 2. nihilominus punitur poena extraordinaria, stellionatus scilicet ex d. l. ult. de crim. stellio. Verum (mea quidem sententia) si hunc sequimur sensum, qui & alijs placuit, ut per Deum peierans, Deum ultorem solum habeat, & qui per Principem, ipsum Principem ultorem habeat, quem quidem sensum absolute probauit Cuiacius d. cap. 19. ut statim subiiciam, mirum certe est, quod contempta Principis religio corporali poena puniatur, & illa maximi rerum omnium opificis Dei, non uidemus blasphemiam, quae Deum, cum tamen ipsum solum offendit, & quae ab ipso puniri posset, puniri etiam poena corporali, ut late scribunt Bart. in litem apud Labeone. §. ait praetor. ff. de iniur. las. in l. 3. §. iurari. de iureiu. in §. item si quis postulante, in fi. de act. latissime Boer. q. 301. & Dida. loco supra citato §. 7. nu. 9. & ab utroque iudice, nempe ecclesiastico & laico puniri respondit Soc. sen. consi. 119. lib. 4. quae ergo differentiae ratio inter hos casus adferri potest, cum ambo in religionis contemptum, & in hominum scandalum sint? nec credendum est, quod alia fuerit ipsius Alexandri

17 Imperatoris mens; quippe, qui religiosissimus fuit; si quidem (ut in illius uita scribit Aelius Lampridius), in Latario suo Deos Principes, & animas sanctiores, inter quos Appollonium, Orpheum, Abraham, ac Christum Saluatorem nostrum habuit, & his hora matutina rem diuinam faciebat. & paulo post in hac uerba scribit; Templam frequentauit. Christo templum

facere uoluit, eumque inter Deos recipere. Quod & Hadrianus cogitasse fertur, qui templa in omnibus ciuitatibus sine simulacris iusserat fieri, quae hodie idcirco, quia non habent numina, dicuntur Hadriani, quae ille ad hoc parasse dicebatur, sed prohibitus est ab ijs, qui consulentes sacra repererat oes Christianos futuros, si id oprato euenisset, & templa reliqua dissenda. Hac ille. Siue ergo nostrae, siue antiquae religionis obseruator maximus is fuit, non ergo possum animu inducere, illum uoluisse uindicare iniuriam ex periuus Principi illata, & inultam relinquere contra Dei religionem. Nec mihi dicatur, periuus contra Principem, ipsum Principem ultorem habere oportere, cum a Deo non puniatur, quoniam contrarium uerius est, dixit. n. Saluator noster Matthaei ca. 5. Iterum auditis, quia dictum est antiquis, non peierabis: Reddes autem Domino iuramenta tua. Ego autem dico uobis, non iurate omnino neque per caelum, quia thronus Dei est: neque per terram: quia scabellum est pedum eius: neque per Hierosolimam: quia ciuitas est magni Regis: neque per caput tuum iuraueris: quia non potes unum capillum album facere, aut nigrum, sit autem sermo uerster, est est, non non. Dixit etiam Deus, Qui Principi non obedierit, morte moriatur, ut habetur c. 1. 4. Regum, & in ca. 2. de maio. & obe. quibus et constat, non esse recipiendum intellectum per Cuiacij dicto ca. 19. qui fretus autoritate Constantini Harmonopoli, in epist. seu in promptuario iuris ciuilibus lib. 1. titulo, De iureiu. absolute scribit: si per Principem peieratum sit, Principem ipsum uindictam esse. si per Deum ipsum Deum, nam ita Constantinus scribit: Nemo, qui per Deum peierauit, periclitatur, satis enim Deum ultorem habet iurandi per Deum praestiti contempta religio. quod si quis per Principis uenerationem calore quodam peierarit, ueniam consequitur. **22** Verum ego per Constantinum loqui intelligo de ipso iuramento calore iracundiae utroque in casu praestito, quod statim planum faciam. Sum itaque in hac opinione, integrum illud responsum Alex. in d. l. 2. esse intelligendum de periuus calore iracundiae commissio, quod sensu iam citatus Duarens, sed praeter eum ego ita demonstro prius duobus praesuppositis. Primo, quod duae sunt periuus poenae, una animae, altera corporis. animae poenam solus Deus infligit: corporis poenam Princeps, uel illius minister. Secundo praesuppono, quod licet delictum calore iracundiae perpetratum, poena temporali, saltem ordinaria & corporali non puniatur, ut in l. 2. C. ad l. Iul. maiest. l. 1. C. si quis Imper. maledixit. omnes l. quid quid calore iracundiae, de reg. iur. attamen apud Deum anima punitur: tum quia irascendo mortaliter peccat, tum etiam quia delinquit peierando. probat hoc secundum praesuppositum ismet tex. l. 2. C. de reb. cred. dum ait, iurandi contempti religio satis Deum ultorem habet. hac est animae poena, quia deinde subiicit: periculum autem corporis. dictio autem, aduersatiua est. Bart. l. trafigere. num. 6. & ibi omnes. C. de tranfact. ostendit ergo duas esse diuersas poenas, atque Deum ulcisci periuus ita commissum, & si mitiori poena, ut in blasphemiam dicitur. cap. 2. de maled. Tiraq. De poenis legum. num. 14. ubi in illa causa scribit permulta, quomodo ex ira delinquens puniatur in foro Ciuili, Pontificio & Diuino. Alexandri ergo sententia hac est:

Qui per iram peierat, quod ad animæ pœnam, Deum ultorem habet: quod ad pœnam corpõris, nõ punitur, quod procedit etiam si per Principis uenerationem
 24 deieret, ita enim interpretor illam dictionem, & si, pro, etiam si, quemadmodum in §. qua ratione, insti. de pupill. subst. & apud Grammaticos passim obser-
 25 uatur, quæ sanè dictio, & si, uel etiam si, cum sit ampliatiua, auget ipsam disputationem ad qualitatem cui adijcitur. cap. tanta, de simo. c. 2. de procurat. in 6. Gemin. consi. 132. in princ. Crau. consi. 294. num. 7. uers. septimò pondero, si ergo qualitatem auget, dicẽdum omnino est, esse qualitatem hanc, hoc est, periurium ita commissum, aliàs non esset qualitatem ipsam augere, se ab illa recedere. Accedit, quod quemadmodum limitatio esse debet sub regula. l. nã qd liquidæ, de penu legata. Dec. l. 1. num. 22. de reg. iuris, ita & ampliatio, si ergo diceremus in casu d. l. 2. periurium contra Deum commissum, fuisse a nimo sedato commissum, subsequens ampliatio esset ultra regulã.
 27 Confirmat hanc interpretationem locus Constantini Harmenopoli, quem in contrariam opinionem Cuiacius recenset. ait Constantinus: Nemo, qui per Deum peierarit, periclinatur: satis enim Deum ultorem habet iusiurandi per Deum præstiti contempta religio, quod si quis per Principis uenerationem calore quodam peierarit, ueniam cõsequitur. Hęc ille. Hunc locum ut desumptum & in epitomen relatum ex d. l. 2. interpretor, ut iam dixi, loqui cum calore iracundiæ quis peierauit, hoc clarè ostendunt uerba subsequenti ipsius Constantini, dum inquit: Si quis iurauerit in re pecuniaria per genium Principis & peierauerit, fustibus castigatus dimittitur. Quisquis aut ex decreto iudicis, aut aduersario postulante iusiurandum in ecclesia receperit, sacris iniuriatisque contactis Euangelij, postea periurij cõuicto lingua abscondatur: idemque in testibus obseruetur. Hęc Constantinus, qui nihil clarius, nihil aptius ad rem nostram dicere potuit, cum postulante aduersario, hoc est, eo de ferente, iurans per Euangelia, hoc est per uerba Dei, per ipsum Deum, si periurus detegitur, punitur, & si pœna illa ab eo relata iure nostro recedat non uideatur, ne ergo pars hæc posterior priori repugnet, dicẽdum omnino est, in prima agi de periurio ex iracundia cõmissio; in secunda cum cõsulto & sedato animo, atque ita cum relata ueriori & receptiori snia residueo, tacitus etiã illud non præteribo, quod scribit gl. inst. de pœna temerè litig. in glo. ult. in si. dum intel-
 28 xit d. l. 2. C. de reb. cre. & iure in loqui de iuramento calumniæ, quod (inquit glossa) nõ in hoc, sed in alio seculo punitur, quã glossam probauit Bal. consi. 299. Proponitur quod super, lib. 5. qui respondit, eum, &
 29 respondeus positionibus peierauit, non puniti, ex d. l. 2. & d. gl. & Bald. secutus est Ripa in cap. ex parte, de rescrip. quibus addo Feder. de Senis consi. 23. Rebuffum, tract. de pacificis possessoribus, nu. 219. Did. de cap. quamuis, parte 1 §. 7. nume. 4. qui tamen Did. subiicit, nisi de periurio euidenter constet, addo etiã Abbatem in cap. ex parte, nu. 12. de iure iur. & Felin. in c. 1. num. 2. l. de litis cõtest. qui pariter declarat, nõ procedere, quando non narrando factum, solam credulitatem negat, dicendo sed non credere, utrunque
 30 est notabile ad interpretationem nouæ constitutionis Pedemontiu, in tit. Delle. poste d. sia positioni, §.

trouandosi, qua punitur pœna pecuniaria, qui respondendo positionibus deierarunt, cum sit illa constitutio correctoria seu saltem a iure communi exhibitans strictè erat intelligenda, quo circa dum requiritur, ut is tanquã perirus punitur. Primò, quod negata positio sit plenè & perfectè probata, ibi, Ma in tal caso sarà necessaria una compiuta & piena proua. Secundo, quando negata sui positio, quam uerissimiliter ueram esse sciebat, Trouandosi ch' alcuno habbi negato una positione, di cui uerissimiliter poteua hauerne notitia, quæ sanè uerissimilitudo & si in iudicis arbitrio posita sit, uti iam diximus supra in casu 8 §. attamen illa uerissimilitudo debet esse talis, ut satis clarè & euidenter huius periurium ostendat, ut re-
 31 latus Didacus scribit. His declarari etiam potest statutum Brixie 31. in ciuilib. sub rubr. de sacramentis d. latis a parte parti in si. dum prohibet falsi iuramenti prestiri accusatione: nec quoquo modo uult inquietari posse, intelligi potest statutum quod ad partem de ferentem, non quod ad iudicem, qui ex officio & arbitrio suo extra ordinem pœnam indicet.
 Quartus & ultimus casus, qui ex iam relato colligitur, est, cum quis calore iracundiæ per Deum peierat: hic inquam pœna corporali non punitur. d. l. 2. sed tamen extraordinem mitiori pœna iudicis arbitrio puniendus est, quod scribit Dec. in l. quidquid calore, nu. 8. de reg. iur. idem clarè affirmat M. Anton. Bueria tract. de uirtute iuramenti: num. 144. multis similibus ostendit Tiraq. tract. de pœnis legum. cau-
 33 sa prima, dum scribit eos mitius puniri, qui per irã delinquant. Erit etiam hæc declaratio annotanda p
 34 interpretatione nouarum constitutionum Sabaudia ac Pedemontiu, in tit. Del giuramento. §. ultimo. constitutiones enim illæ acerrimè periurium hunc puniunt, etiam pœna corporali iudicis arbitrio, pro cõditione personæ & facti qualitate, licet ergo si natura periurium graui pœna iudicari possit, illa tamen moderata erit, si probatum fuerit calore iracundiæ deierasse. & de modo probandi hanc iracundiã scribit Dec. in d. l. quidquid calore, num. 8. & Cagno, nu. 36 me. 5. Ita etiam declarari potest relatum & decretum Papiæ 37. sub rub. quod non procedatur contra quẽpiam occasione iuramenti. quod quidem decretum & ex alijs relatis supra interpretationem recipit. Sic
 37 pariter declarari potest & noua constitutio Mediolani, sub rubr. de accusat. c. ex causa iuramenti, illa cõstituti admittit periurij accusationem intra mensẽ, illis tamen in casibus, in quibus de periurio accusari & agi potest, atque ita non determinat, qui sint casus hi, in quibus accusari pot, sed relinquit in iuris cõsistitutione. ex iam relatis ergo pot ac det illa constitutio declarari, in eo præsertim, qd si latus ex periurio accusare non possit, uel phibente iure cõi, uel lapso termino mensis, iudicem tamen ex officio & phisici interesse posse illũ periuriũ extraordinè punire.
 SVMMARIVM.
 1 Principis auctoritatem & iurisdictionem usurpans punitur.
 2 Priuatus gerens se pro magistratu in arduis punitur pœna læsa maiestatis.
 3 Regnum sine iusto titulo occupans Tyrannus est, et crimine læsa maiestatis punitur.

- 4. Iudicis arbitrio punitur priuatus, qui Principis auctoritatem in leuioribus usurpat.
- 5. Indignationem Principis incurrere, quid.
- 6. Usurpans auctoritatem Principis, & ob id falsò quid agens, falsi pœna punitur.
- 7. Doctoris nomen usurpans iudicis arbitrio punitur.
- 8. Comitum Palatini dignitatem usurpans punitur.
- 9. Notarij auctoritatem & potestatem usurpans graui ter punitur.
- 10. Rectoris usurpans dignitatem falsi pœna plectitur.
- 11. Dignitatis locum indebitum usurpans, sacrilegij pœna punitur.
- 12. Usurpator loci dignitatis plectitur interdũ pœna stellionatus, atque ita iudicis arbitrio.

CASVS CCCXX.

POENA QVA PVNIENDVS SIT VSVRPATOR AUCTORITATIS PRINCIPIS, UEL ALTERIUS, NECNON & LOCUM DIGNITATIS EI NON DEBITUM.

Qui iudicis atque superioris auctoritatem & iurisdictionem sibi usurpat, interdum iudicis arbitrio, interdum mortis pœna afficitur. quod ut clarè explicemus, casus aliquot distinguendi sunt.
 2 Primus est, cum quis priuatus pro potestate magistratue quid sciens dolo malo gesserit: hic plectitur pœna criminis læsæ maiestatis. l. 3. in si. ff. ad leg. Jul. maiest. panam autem huius criminis scimus esse mortis, sed quid gessisse dolo malo debuerit, ex illis uerbis d. l. 3. ibi, quid sciens, dubitat Doctores. And. Ifern. in cõmentarijs ad constitutiones regni Neapolitani, tit. de homicidijs puniẽdi, in uerbo, occidisse, intelligit, cum hic usurpator aliquem necari iussit, cõ Ifern. idem sensit Io. Baptista a S. Seuerino, in l. omnes populi, nu. 32. ff. de iust. & iure, & in l. imperium, nu. 19. de iurisd. omn. iud. quamquã horũ immemor Hiero. Gigas multæ lectionis iureconsultus tracta. de crim. læsæ maiest. Qualiter & a quibus crimen læsæ maiest. committatur, q. 2. simpliciter sentiat hũc pœna illius criminis læsæ maiestatis teneri, & huius opinionis solùm recenset Lud. Montaltum tract. de probatione sententiæ Pilati, art. 4. nu. 8. & in eorũ qui Regnum occupat, sine iusto titulo, tradit Affli. in c. 1. §. & bona committentium, nu. 109. quæ sint regal.
 4 Secundus est casus, quando hic usurpator exercuit leuiores iurisdictionalia, ut putã, si solæ dignitati se in gessisset, ut militia, tunc punitur iudicis arbitrio, ita relati Ifern. & a S. Seuerino ex l. probatorias. C. de diuers. off. lib. 12. quæ uix hanc opinionem probat. cum ibi pœna proserptionis & amissionis oium bonorum indicta sit, melius probat l. in his. C. eo. ibi, cõgruã indignatione incurret, cõ sit indignationis pœna arbitraria: quẽadmodũ dicemus infra in casu 365.
 6 Tertius est casus, cum hic usurpator præter illud, quod usurpat ex Principis auctoritate, falsò quid agit, ut putã, cum falsis literis magistratum adipiscitur: tunc etiam pœna falsi punitur, ita relati Doctores sentiunt ex l. ultim. C. de off. quæst. quæ fortè non probat, clarior hoc probat l. qui nomine, ff. de falsis. quod & L. Sylla sua lege declarauit, ut annotauit Manutius de legibus Rom. Hinc Bar. in l. reddatur. C. de profess. & med. lib. 1. scriptum reliquit, uendicatem Doctoris

¶ nomen pœna iudicis arbitraria puniri, qua de re supra in casu 318. nu. 20. uerũ Bald. in l. data opera, nu. 50. C. de iis qui accu. non pos. docuit illũ, qui se falsò asserit Comitem sacri Palatij, & notarios creat, puniri pœna mortis: illa ratione utitur, quia deliquit in ipsum Principem a quo auctoritatem habere fingit, arg. l. 1. C. de priua. carcer. & c. paratus. 23. q. 1. idẽ Bald. esse in eo, qui falsò sef notarium facit: & ille usurpata auctoritate instrumenta cõficat, nisi (inquit Baldus) is notarius iam fuerit uerè notarius, & deinde priuatus, quoniam si post priuationem confecit instrumenta, non pœna mortis, sed alia punitur. Fel. cap. super literis, col. 8. nu. 30. de rescri. Bossius tract. causarum criminalium, tit. de falsis, num. 131. Ego credo Baldi doctrinam duobus illis casibus procedere posse, ob maximum periculum, quod ex eo crimine pendet: nempe ob falsa instrumenta celebranda, de cuius quidem criminis pœna iam diximus. & pœna falsi eũ teneri, qui sef pro Rectore loci gerit, cum non sit, docuit Ang. in l. 3. ad l. l. maiesta. atque ita decidunt Guido Papæ q. 423. & Capella quæst. 401. quos secutus est Gigas d. q. 22. in si.
 11 Quartus est casus, cum quis contra Principis ordines, & præcepta indebitum sibi dignitatis locũ usurpauit: tunc solùm sacrilegij pœna afficitur, l. j. C. ut dig. ordo serue. quam in hanc sententiam ita intellexerunt Ifern. & Ioan. Baptista a S. Seuerino præcitat in locis, quam quidem pœnam arbitrariã hoc casu opinor ex his, quæ dicemus infra in casu 388. ubi de sacrilegij pœna agemus.
 12 Quintus est casus, cum in hac usurpatione dignitatis deficit titulus criminis, tunc pœna criminis stellionatus plectitur, ita relati Doct. ex l. 2. ff. de crimine stellion. quæ pœna uerè arbitraria est, ut dicemus infra in casu 381. eadem pœna extraordinaria punitur qui falsò procuratoris nomen assumpsit. Bossius tractatu causarum criminal. tit. de fals. num. 173.
 SVMMARIVM.
 1 Calumniatores qui.
 2 Calumniari quid, ex Valla.
 3 Iudicis arbitrio relinquitur, quæ causa iusta excuset a calumnia.
 4 Calumniator dicitur, qui accusationem nõ probauit.
 5 Bald. l. 3. nu. 5. C. de calum. declaratur.
 6 L. 1. §. sed non utique. ff. ad S. C. Turpil. intellectus.
 7 Calumniator excusatur si semiplenè probauit.
 8 Probatio semiplena quando a calumnia excuset secũdum Socinum.
 9 Soci. tract. fallen. reg. 129. fall. 2. declaratur.
 10 Statutum Papiæ 13. in criminalib. sub rub. de pœna accusantis falsò, uel denuntiantis. declaratur.
 11 Statutorum uerba proprie accipi.
 12 Verba in potiori significato sumi.
 13 Statuta a iure communi interpretationem sumi.
 14 Statutum Verona lib. 3. c. 51. sub rub. qui accusationem falsò fecerit, declaratur.
 15 Statutum Ferraria lib. 2. sub rubr. quod accusatio nõ recipiatur, declaratur.
 16 Statutum Patauinum sub rubr. de accusationibus, ca. quilibet, declaratur.
 17 Calumniari consuetus non excusatur, si semiplenè, tantũ institutam accusationem probauit.
 18 Calumniator nõ excusatur ex semiplena probatione, si

accusatus contrarium probavit.

- 19 Calumniator excusatur, si a testibus se deceptum probat.
- 20 Calumniator excusatur, si probat se a fide dignis audivisse.
- 21 Calumniari non dicitur, quod ex officij necessitate accusat.
- 22 Statutum iam relatum Papij 13. in crimin. declaratur.
- 23 Hæredes quod mortem defuncti vindicare tenentur, a calumnia excusantur, si accusationem non probarunt.
- 24 Calumniator excusatur si dolore immenso accusare coegit.
- 25 Pater accusans filij sui homicidam excusatur, si accusationem non probavit.
- 26 Calumniator excusatur cum de atroci crimine accusat.
- 27 Monetarium falsum accusans excusatur a calumnia, si non probat.
- 28 L. 1. C. de falsa mone. intellectus.
- 29 Calumniator non efficitur, qui diffamatum accusat.
- 30 Calumniari non dicitur, quod accusat ex defuncti voluntate.
- 31 Calumniator excusatur si suam accusationem probavit testibus deinde ex sua persona reprobatis.
- 32 Calumniator ob ætatis & sexus imbecilitatem excusatur.
- 33 Calumniator ex iustis causis excusatur, ne teneatur similitudine supplicij, non autem ab actione iniuriarum.
- 34 Calumniator ex iustis causis a refectione expensarum non excusatur.
- 35 Constitutio nova Mediolani sub rub. de iudiciis. ca. qui calumniosè, declaratur.

CASVS CCCXXI.

CALUMNIATOR QUI, ET QUÆ IVSTÆ CAUSÆ EUM EXCUSARE POSSUNT, DILUCIDÈ & plenè explanatum.

- 1 **Q**ui falsa crimina intendunt et calumniatores appellantur. l. 1. §. 1. ff. ad S. C. Turpilia. c. not. ad d. 2. q. 3. M. Cicero contra Sallustium: sed est, quædam calumnia quæ unusquisque nostrum testante animo suo fert de eo, quod falsum crimine bonis obiectat. verum scribit. Laur.
- 2 Valla li. 6. elegant. c. 50. et calumniari esse cavillari. cuius sententiam confirmat locus Ciceronis lib. 2. de rep. ut Carneadi respondeatis, qui sepe optimas causas ingenij calumnia ludificari solet. Vallæ tamen opinionem falsam existimavit Alciat. lib. 4. de verb. signific. de his ad Grammaticos. de his itaque hoc loco agendum nobis est, prius tamen dicemus, quæ causæ iustæ sint, quibus a calumnia quis excusatur: deinde de calumniatorum poenis. Causa ergo iusta à qua calumnia excusatur accusator verè in iudicis arbitrio residet. quod Marcellus respondit l. 1. §. sed non utique. ff. ad S. C. Turpil. his verbis: Sed non utique quod non probat, quod intendit, protinus calumniari dicitur, nam eius rei inquisitio arbitrio cognoscens committitur: qui reo absoluto de accusatoris incipit consilio querere, qua mente ductus ad accusationem processit, et si ei iustum errorem reperit, absolvit eum. si vero & c. & paulo post, facti quidem questio in arbitrio iudicantis est, responsum hoc annotarunt in hanc sententiam Afflict. in c. 1. n. 2. in fi. ex quibus causis feud. amitta. & Iacobus, Concenna. li. 1. questio. iur. c. 3. n. 8. in dubio autem iudex noster illum et calumniator esse iudicabit, qui accusationem, quam intendit, non probavit, si quidem extat contra eum iuris prescriptio: ita Bar. in l. 1. in princ. nu. 6. ff. ad S. C. Turpil. Ang. in l. athletas. §. calu-

niator. ff. de ijs qui not. infam. Feli. c. 1. nu. 4. & c. 2. n. 1. ex illo tex. de calu. Crau. conf. 262. in fi. & communè testatur Iul. Clarus lib. 5. senten. iur. §. fi. q. 62. uers. dixi supra. quo circa intelligimus malè sensisse et Bal. in l. 3. n. 5. C. de calu. qui docuit, non dici statim calumniatorè, qui accusationem non probavit, nisi Baldum intelligamus loquere de caluniatore re ipsa & cum effectu, quemadmodum est intelligendus est text. d. §. sed non utique, ibi prius calumniari. ex quo cum causarum discussio expectanda est, non eo ipso caluniator dicitur cum effectu scilicet. et iam admonui causam iustam esse debere, quoniam hoc in casu causa iniusta, quæ aliàs excusat, nihil prodest: ita Bal. in d. l. 3. nu. 3. C. de calu. Soc. sen. conf. 118. col. 4. uers. his tamen non obstantibus, lib. 1. Est et illud hic adnotandum, illum caluniatorem dici, qui semel tantum calumniosè accusavit, ita Ripa in c. 1. num. 96. de iudiciis. Causæ autem iustæ plures sunt, quæ a calumnia accusatorem hunc excusare solent.

- 7 Prima est, quando et accusator semiplenè accusationem probavit; ita Spec. in tit. de clam. in fi. quem secutus est Feli. in c. 2. in 3. notab. de calumnia. quare illum calumniatorem non esse opinantur, qui unius testimonio accusationem suam probavit. Verum huic sententiæ aduersatur, quod scriptum reliquit Soci. tract. fallen. reg. 139. fall. 2. et dum dixit, semiplenam probationem a calumnia tunc excusare, cum iuramentum in supplementum probationum deferri potest. quoniam animaduertere debuit, semiplenam illam probationem sibi prodesse non posse. at in causis criminalibus, iuramentum in supplementum non deferitur, ut late scribit Ias. in repe. admonendi. nu. 224. ff. de iureiur. & in specie nostra Abb. in c. 2. nu. 4. declaratur. Ego opinor et Socin. loqui quod ad expensarum refectionem, a qua hæc causa non excusatur, ut si sine huius casus dicam, alioqui malè sentiret, quoniam non potuit hic cogitare, quid futurum esset: probationes enim in iudicis arbitrio positæ sunt, ut supra diximus in casu 90. potuit ergo hic existimare tantam fore huius testis fidem apud iudicem, ut reum condemnaret, cum presertim aliæ accedunt presumptiones. ostendit etiam probatio semiplena hunc accusatorem non esse sine causa motum. quam obrè cum Specu. & Felino sentio. Est annotanda omnino doctrina hæc ad interpretationem et statuti Papij 13. in criminalibus, sub rub. de pena accusantis falsò, uel denuntiantis. quo poena indicitur contra hos accusatores, qui accusationem non probarunt, et si eum statum his uerbis, et si non probauerit, & c. quod plenam probationem requirere uidentur, tum quia semiplena probatio, uera & propria probatio non est, ut et statutorum uerba requirere uidentur. l. 3. hæc uerba, de negot. gest. Bart. l. constitutiones, ad municip. & presertim Papij ubi extat statutum ultimum in criminalibus, quod uerba ad literam sine interpretatione intelligatur, tunc etiam, quia et uerba in suo potentiori significato intelligi debent. l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager uectig. uel emphy. petra. quæ regula, et in uerbis statutorum obseruari solet, cum & lex illa civilis, quod ad ipsos ciues sit, uerum tamen, quia et statuta à iure communi interpretationem sumunt, ut late apud omnes in l. 2. C. de noxa. act. Soc. iun. conf. 29. num. 8. lib. 1. late Gomez. §. in personam, nu. 25. Instit. de act. & Craue. confil. 259. num. 2. hac ratione dicendum est, ob semiplenam probationem excusare, etiam in casu illius

- 14 illius statuti, ex quo falsus accusator, uel denunciator non dicitur. Sic simile statutum Veronæ lib. 3. c. 51. sub rub. qui accusationem falsò fecerit. Simile statutum extat Ferrariæ lib. 2. sub rub. Quod accusatio non recipiatur, nisi accusator fideiubeat de probanda accusatione. sic etiam alio statuto Ferrariæ, li. 3. sub rub. Pena accusantis aliquem pro assassinio. Patauij 16. et extat statutum sub rub. de accusationibus. cap. Quilibet, quo accusator excusatur si iudiciis tantum uerisimilibus arbitrio iudicis probauerit. quod quidem statutum intelligitur etiam quod ad alias probationes, ut uerisimiles sint ex arbitrio iudicis. et ita etiam intelligitur statutum Patauinum eodem loco, c. nullus. Declaratur nunc causa hæc ut duobus casibus locum non habeat. primò in eo qui et calumniari consuevit: ex quo enim semel malus semper malus presumitur. cap. semel malus. de regul. iur. in 6. sequitur hoc casu non excusari. nam semiplena illa probatio, quæ illam calumniæ præsumptionem elidebat, a contraria hac præsumptione eliditur. ita declarant Butr. & Feli. in d. cap. 2. de calum.

- 17 Declaratur secundò, ut non procedat quando ipse reus ad sui defensionem aliquid probasset, ex quo enim elisa est semiplena illius accusatoris probatio, sequitur eum calumniatorem esse: ita Feli. in d. c. 2. in tertio notab. de calum. post alios, quos citat.
- 18 Secunda iusta causa, qua et calumnia excusatur accusator est, cum a testibus ipsis deceptus est: ut si extra iudicium promiserunt, se in ea causa testimonium laturos, et postmodum in iudicium, se nihil scire attestati sunt: ita Abb. in d. cap. 2. num. 5. et ibi Feli. in 3. notab. de calum. ex gl. cap. Paulum. 2. q. 3. Iul. Clar. d. lib. 5. sent. iuris. §. fin. q. 62. uers. sed pone. & conferrunt, quæ scripsimus supra in casu 177. uers. sexta causa. post Alex. in l. properandum. §. si autem alterutra. num. 18. et ibi Ias. num. 8. C. de iudic.
- 19 Tertia est causa, qua a calumnia excusatur accusator, cum probat se audivisse a plonis fide dignis. ita Bart. in l. athletas. §. calumniator, nu. 3. de iis, qui not. infam. & in l. ult. n. 7. uers. est et alius. ff. de her. inst. qui sensit esse fide dignos amicos, et consanguineos. l. 1. in princ. nu. 6. ad Turpil. Abb. in c. 2. nu. 5. et ibi Feli. nu. 3. de calum. Ias. confil. 144. in fin. lib. 2. Contrariè sensit Cynus, quem recenset Socin. sen. conf. 118. col. penult. uers. nec obstat. lib. 1. Verum recepta magis opinio est cum Bart. a quo nec ipse Socinus recedit.
- 20 Quarta est causa iusta et excusationis, cum quis ex necessitate officij accusat, ut est in tutore. l. 2. C. de iis, qui accus. non possunt. ita gl. in d. l. athletas. §. calumniator. et ibi Bal. nu. 5. ff. de iis, qui not. infam. Abbas in d. c. 2. nu. 6. et ibi Feli. nu. 5. 6. de calum. qui et illud exemplum subiiciunt: quando et hæredes tenentur vindicare mortem defuncti, ex l. cum fratre. C. de iis quibus ut indign. quæ quidem exempla egregia sunt ad interpretationem d. §. statuti Papiensis, necnon et Decreti 31. sub rub. quod si quis denuntiauerit, uel quempiam calumniosè & c. sed illud etiam est annotandum in specie, in qua prouidet statutum, nempe quando officialis ex necessitate officij accusare, uel inquirere cogitur, ut in iudice inquirente exemplum ponit Ang. in d. §. calumniator. idem sensit Iul. Clar. lib. 5. senten. iur. §. fin. q. 62. uers. dixi etiam, uel etiam in parochianis, et ancianis ex dispositione d. statuti Papiensis: nam

- 21 illi excusantur, et si accusatio non fuerit probata, quod sanè statutum declaratur non procedere, quando huius officialis, et ancianis calumnia enidens detegere. ita post Aret. in c. qualiter, et quando, il. 2. col. 12. de accus. scriptum reliquit Aegid. Boss. in tract. causarum criminalium, in tit. de accusat. nu. 21. et in tit. de preuaricatoribus, nu. 7. ea ratione, quia ab euidenti calumnia nemo excusatur: ita Bar. in l. in senatus. §. eos. ff. ad Turpi. Aret. conf. 80. n. 5. in fi. Calumnia autem euidens in his dici potest, cum nullum præcedit indiciurium: ita uisus est sentire Angel. d. §. calumniator. & Barb. confil. 47. col. 2. lib. 1.
- 22 Quinta est iusta excusationis causa, cum dolor immensus accusare coegit: ut puta, cum maritus uxorem de adulterio accusauit. l. quamuis. C. de adult. ita Abb. in d. c. 2. nu. 5. de calum. et ibi Feli. nu. 9. qui num. 10. subiicit, idem esse, cum et pater homicidam filij sui accusat, ex l. 2. C. de calum. idem sensit glo. in d. §. calumniator. et ibi Bald. nu. 5. & Marfil. conf. 19. nu. 4. et in filio accusante pro morte patris. l. calumnia. C. de calum. quod intelligitur, ut supra admonui, nisi de euidenti calumnia constet, ut in terminis declarat Bart. in d. l. senatus. §. eos. de calum. Aret. d. confil. 80. nu. 5. in fi. & Bossius in tract. causarum criminalium, in tit. de denuntiatione, nu. 17.
- 23 Sexta causa est, quando et delictum pro quo facta est accusatio, est atrox, et immanis: tunc et si non probetur accusatio, is excusatur. ita Abb. in d. c. 2. n. 5. et ibi Feli. nu. 6. de calum. qui exemplum adferunt in d. l. cto falsæ monetæ, ex l. 1. C. de falsæ mone. et si uerior illius textus expositio mihi uideatur, ut dicam immunitatè accusatoribus concedi, id est iis, qui tanquam participes puniri poterant, ut non puniantur, si ceteros accusat, cum Abb. tñ idem sensit Soc. sen. confil. 118. col. penult. uers. nec etiam obstat. lib. 1. qui declarat et procedere solum cum quis accusat monetarium, qui in locis abditis, et secretis falsam monetam cudidit: non autem si accusaret eum, qui publicè exercet officium cudendi monetam ex publico munere sibi demandato: ut apud eum. est et exemplum in crimine hæresis. Iul. Clar. d. q. 62. uers. dixi etiam, adferri alia exempla possent illis in casibus, supra enumeratis in casu 289. ubi egimus, quæ delicta atrocia dicantur. Et hæc erit maximè annotanda declaratio ad relata statuta Papij, Veronæ, Patauij, et Ferrariæ, quæ simpliciter loquuntur de eo, qui accusat de crimine mortis poena digno.
Declaratur secundò, ut non procedat in eo, qui data opera factus est ebrius & deliquit. ita ex Bal. in repet. l. 1. nu. 40. C. unde uir. tradit Tiraq. dicta causa 6. nu. 10. in fi. & clarius eodè trac. causa 13. in fi. Est. n. ebrietas affectata, dolosa, & poena graui digna. Io. de Villema. d. repet. l. Diuus. nu. 86. in fi. Ripa d. l. ult. nu. 79. uerf. secundò intelligo, sed hæc declaratio eam patitur difficultatem, quæ supra de furioso retulimus.

Declaratur tertio, ut non procedat in ebrio, qui dum in ebrietate deliquit, effectus deinde mentis compos gloriatur se illud facinus perpetrasse. nam iactatio illa efficit, ut ratum habere uideatur quod male egit: ob id aliqua uenia dignus non est, ita Ripa d. l. ult. nu. 89. uerf. tertio intelligo. C. de reuoc. donat. conferunt quæ de dormiente expergato dicemus in fi. sublequentis casus. Et is Ripa nu. 80. subijcit, necessariū fore probare, quod eo tempore commissi delicti uere esset ebrius. id quod affirmat et Craue. conf. 169. in fi. & uere ita dicendum est. inquit tamen difficile admodum hoc esse probare. cetera de ebrietatis uitio & poena apud relatos interpretes uideri possunt, præsertim apud Placem dicto c. 30. & apud Tiraq. De legib. cõnub. lege. 9. nu. 152. & multis subsequentibus.

SVMMARIUM.

- 1 Iudicis arbitrio punitur, qui dormiens deliquit.
2 Pater suffocans puerum dum dormit, punitur arbitrio iudicis.
3 Dormiens delinquendo punitur, si negligens fuit.
4 Dormiens, qui scit se dormiendo surgere & deambulare, punitur arbitrio iudicis, si ita dormiendo deliquit.
5 Dormiens furioso ac amenti similis est.
6 Platonis lex contra eos, qui dormiendo delinquant.
7 Dormiens si deliquit, & deinde uigilando ratum habuit quod fecit, poena ordinaria punitur.

CASVS CCCXXVII.

DORMIENTIS DELICTVM QVA PLENTATUR POENA: & quid in eos faciendum esse dixerit in suis legibus Plato.

Quis dormiens deliquit, mitius iudicis arbitrio punitur, quod probat gl. ex illo tex. i. c. ult. de ijs qui filios occid. dum uult patrem, uel matrem dormien-

tem & filium suffocantem arbitraria poena castigari. & ad rem nostram annotauit Bonifac. de Vital. in titu. De parricid. ad finem. immo etiam poena extraordinaria, hoc est, iudici arbitraria hi puniuntur, & si in aliqua culpa fuerunt. l. 1. §. sed & si. & l. 3. §. ex Senatus consulto ff. ad leg. Cornelia de sicar. lo. de Arnono suo sing. 43. & Placa lib. j. epito. delicto. c. 22. nu. 29. & uere aliqua culpa, uel negligentia requiritur in dormiente delincente, ut poena saltem extraordinaria puniatur. ita annotarunt Barto. Alex. & Iaf. in l. 1. §. adipiscimur. de acquir. possess. Deci. in l. ut uim. nu. 29. de iustit. & iure. Mar. in l. 1. an. 40. ff. ad l. Corne. de sicar. Didac. in cle. unica. parte 3. in initio. nu. 6. de homic. Iulius Clarus lib. 5. sentent. iuris. §. si. quæst. 60. uerf. Quaero et. Placa lib. j. epito. delicto. c. 31. n. 3. dū exemplum negligentia & culpa eo in casu adferunt, cum quis sciebat se dormiendo surgere, deambulare, & similia agere; debuit, n. præcaute re claudendo ostium cubiculi, in quo dormiebat, ne surgedo & exiendo alteri noceret. Cum ergo omni culpa uacat, ab omni et poena immunis est. cle. unica. de homicid. cuius rei rationem esse dicunt ibi Laud. & Card. quod dormiens furioso ac amenti comparetur. c. maiores. §. sed adhuc, & §. ite quaeritur. de baprisimo. immo dormiens mortuo similis est. cle. 1. in fine, de sum. Trin. ubi Card. & apud Virgil. 6. Aeneidos.

Dulcis & alta quies placideque simillima morti.

Alia plura retulit Tiraquel. trac. De poenis legum, causa 5. num. 2. & ibi num. 3. refert Platonem lib. 6. De legibus, sic dicentem: Nemo dum dormit alicuius pretij est, non magis quam si non uiueret. alia etiam recenset Placa dict. cap. 31. & hic casus est etiam annotatus ad interpretationem dictorum statutorum & constitutionum.

Declaratur hic casus ut non procedat quando is, qui iam dormiendo deliquit, uigilando deinde ratum habuit, quod iam male egit: ita Ioannes de Villema in repet. l. Diuus. num. 85. in fin. ff. ad leg. Corn. de sicar. conferunt quæ supra diximus de ebrio, post Ripam in l. ult. nu. 79. uerf. tertio intelligo, C. de reuocan. donatio.

SVMMARIUM.

- 1 Amore captus furioso similis est.
2 Iudicis arbitrio punitur, qui amore impulsus deliquit.
3 Meretricem non esse, quæ amoris causa sui copiam amanti fecit.
4 Meretricem dici quod quaestum mereat.
5 Mulier amore captam furit.
6 Mortis uis ad insaniam homines trahit.
7 Meretrix non dicitur, quæ coactè se prostituit.
8 Luxuriam cum auaritia iungi.
9 Par in parem non habet imperium.
10 Amorem omnibus imperare.
11 Culpa caret, qui superioris imperio pareat.
12 Amore captus amoris seruus est.
13 Mulierem amore captam seipsam continere non posse.
14 Meretricem è uicinia expelli posse.
15 Meretricem posse pro debito priuato carcerari.

AMORE CAPTVS DELINQVENS qua poena afficiatur: & inibi lepiða enarratione de monstratum, meretricem non dici, quæ amoris causa sui copiam fecit.

- 1 Cvm amore captus furioso simili sit, nec nõ dormienti, ut in præcedenti casu diximus ex ca. maiores. §. se adhuc de baptis, ea ratione fit, ut is præ nimio ardore delinquens puniendus non sit; uel si puniendus est mitiori pœnâ iudicis arbitrio, & puniendum non esse eum, qui amore accensus, ut muliere potiretur, magicas imagines ad eam rem (ut ipse opinabatur) accommodatus confecerat, daemonesq; inuocarat, consuluit Oldr. consil. 210. Regularis habet, col. 2. uerf. tertia consideratio. quæ securus est Tiraq. tract. de pœnis legum, causa 4. nume. 3. qui tamen ait leuius puniendum esse, & similia recenset Iulius Clarus lib. 5. senten. iuris. §. fina. q. 60. uerf. est & amor. & Tiraq. p. ræcitato loco multorum autoritatib9 docet, quanta sit uis amoris in excusatione hac. Huc spectat quod egregie scriptum reliquit Io. Fabri in §. soror. inst. de in off. test. ¶ mulierem infamem meretrici uen non esse, nec turpem personam, si amore uehementi capta sui copiam amanti fecit. & ob id aita testatore in stirui posse, etiam eius fratre, uel sorore præteritis ex d. §. soror quem locum dum publicè aliquando explicarem, ut adolescentibus. quibus hac magis q; illa, quæ grauiora ac utiliora sunt, ardent, placerem, aliqua in amorem iocando recensebam, quæ huc adferre et non grauaor. Ea ratione primùm dicebam meretricem illa non esse, quæ amanti sui copiam fecit, quoniã ¶ meretrix illa proprie dicitur, quæ quæstum meretur: ut probat. l. athletas. §. ait prætor. de ijs qui nota. in fa. iuncta. l. palam. §. non est agnoscendum. ff. de ritu nup. Archid. in c. uida. 34. distinc. Ripa in cap. 1. num. 96. de iud. Alc. in l. Massurius. in fi. de uer. sign. at, quæ amoris causa sui facit, quæstum non meretur, non ergo meretrix dici potest: atq; ita nec turpis persona, qualis ipsa meretrix appellatur. in l. Pantonius. in prin. ff. si quis a pate. sue. manumiss. 5 Secundo accedit, quod amore capta, furiosa dicitur, ut supra attigimus, & probat tex. in §. illud. uerf. nouimus, in auth. quibus mod. natur. eff. leg. glo. in §. ult. in uerbo, debachata, inst. de success. quæ hie. per bono. uend. & præter multa relata à Tiraq. d. causa 4. accedit quod de amoris ui, quæ ad insaniam & furorem homines uertit, tradit latè Boer. q. 23. nu. 75. in fi. & num. 76. is exèpla quamplura attulit, ut de Salomone, Appio Claudio, Virgilio & aliis permultis. si ergo per furorem agit, non dicitur delinquere, & consequens nec meretrix, nec turpis persona. Tertio, iam relatæ argumentationi hæc accedit: q; coactè se pstituit, meretrix non dicitur, nec infamis. l. fædissimam. & ibi Bal. C. de adulte. pulchrè Abb. cõ si. 4. li. 1. at, quæ amore capta sui copiam facit, ui & amoris potentia cogitur, cum sit amor iplo igne potentior, ut eruditissimus Alc. libello Emblem. scripsit ¶ Aligerum fulmen fregit Deus aliger, igne. ¶ Dum demonstrat uti est fortior ignis amor. Quarto, proprie ¶ luxuria est auaritiæ iuncta uti ostendit M. Tull. in oratione pro Sexto Roscio Ame-

- rino. Ex luxuria existat auaritia necesse est. at, q; sine quæstu, seu amoris causa amanti se prodit, non dicitur proprie luxuriosè agere: ergo nec meretricis nomen obtinere dicitur. Quinto, ¶ par in parem non habet imperium. l. nã & magistratus. ff. de recep. arb. l. ille à quo. §. tempesi uum. ff. ad Treb. sed amor ita terre mariq; præest, ut quiuis alter imperatorem, ut idem Alciatus elegantissime eodè libello Emblebaton cecinit, dum illius formam designat. ¶ Altera sed manu flores gerit, altera piscem, ¶ Scilicet, ut terra iura det atque mari. Sequitur ergo mulierem hac altera lege puniri non posse, cum lege amoris permittente & coacta hoc egit, l. Gracchus, C. ad leg. Iul. de adult. 11 Sexto confert, quod ille, qui sui superioris mandato obediuit, culpa carere dicitur. l. is damnum dat. §. 1. ff. de reg. iur. & ibi Dec. & rex. in l. liberorum. §. ult. ff. de iis qui nota. infam. quo loci respondet Iureconsultus infamem non effici, qui eam ducit patris imperio, quam aliã, sine infamia ducere nõ poterat. & multa referemus infra in casu 353. sed dubium nõ est ¶ amore captam, esse ipsius amoris seruam, ut cecinit Propert. lib. 2. ad Cintiam. ¶ Libertas quoniam iam nulli restat amanti ¶ Nullus liber erit si quis amare uolet. Ergo sequitur, hanc culpa carere, atque in turpitudinis notam effugere. Septimo illud suffragatur: impossibiliũ nulla è obligatio. l. impossibiliũ, ubi Dec. de reg. iur. sed impossibile est ¶ mulierem amore captam se posse continere, quidem nec ipsi Philosophi possunt. d. §. illud. uerf. nouimus in auth. quibus mod. natu. eff. leg. iure ergo excusatur. quam argumentatione urgere a fortiori dixi, quã si uero ignoscitur, fortius mulieri, quã et in delictis ueris lex sepe mitius punitur: ut probat. l. sacrilegij pœnã, in prin. ff. ad l. Iul. pecul. in l. si adulteriũ. §. stuprũ. & §. fratres. ff. de adulte. & piura scribit Tiraq. d. tract. de pœnis legũ, cã nona. Quibus concludere possumus, hanc mulierẽ nõ esse dignã aliquã pœnã: quæ admodũ nec meretrix dici potest: ut uerè nõ est, ex quo infertur, q; licet meretrix è uicinia expelli possit, docuit Castr. l. 2. C. de sum. Trin. & fide cathol. Decl. sepe in cõtractib9, nu. 3. de reg. iur. & Ripa trac. pestis in tit. de remedijs præferuat. contra pestẽ. n. 164. nõ tñ hæc expelli poterit. sic et infertur, q; licet meretrix possit pro debito priuato præhendi & carcerari, uti latè explicauimus supra lib. 1. q. 88. nu. 13. non tamen mulier ista. S V M M A R I V M. 1 Aetati esse succurrendum. 2 Pubertati proximus delinquens punitur extraordinè. 3 Incesti coitus pœna ob ætatem remittitur. 4 Iudæam carnaliter cognoscens ob ætatem minorem excusatur. 5 Sodomie pœna ordinaria temperatur in ætate minori. 6 Abortionis pœna minuitur ob minorem ætatem. 7 Homicidij pœna temperatur in minori. 8 Statutum Papiæ 21. in criminalibus, sub rubr. de pœna illius qui homicidium commiserit, declaratur, non procedere in ætate minori. 9 Constitutio noua Mediolani sub rubr. de pœnis, cap. Homicida. declaratur.

Statutum

- 10 Statutum Papiæ 19. in criminalibus, sub rub. de pœna illius qui uulnerauerit, declaratur. 11 Furti pœnam ordinariam in infante temperari. 12 Constitutio noua Mediolani sub rubr. de pœnis, cap. si quis robariam, declaratur. 13 Statutum Papiæ in criminalibus, sub rub. de pœna furis, declaratur. 14 Platonis lex contra ætate minores delinquentes. 15 Lex 12. Tab. aduersus fures impuberes. 16 Plinij locus in naturali Historia. 17 Statutum Papiæ 34. in criminalibus, sub rubr. de pœna incendiarij, declaratur. 18 Statutum Ferrariæ lib. 3. sub rub. quòd minor 14. annis, declaratur. 19 Minor 25. annis delinquens iudicis arbitrio punitur. 20 Senectutis causa pœnam temperari. 21 Platonis lex contra senex delinquentes.

CASVS CCCXXIX.

POENAS ORDINARIAS TEMPERARI ob teneram ætatem, uel senium, & quid in hos lancinerit lex 12. Tab. & in suis legibus Plato.

- 1 Regula iuris est, ferè in omnibus pœnalibus iudicijs, & pœnati & imprudentiæ succurri. l. ferè, de reg. iuris. & licet quam ætatem hoc loco intelligat Iureconsultus non explicet: sic dicendum tamen est: at que primò infantem doli minimè capacem in totũ excusari. l. j. §. impuberes, C. de falsa mon. l. infans, ff. ad l. Corn. de sica. Clem. unica de homicid. 2 Secundo uerò casu cum quis est proximus pubertati & doli capax, tenetur quidem mitiori pœna, non ordinaria, l. auxilium, §. in delictis, ff. de mino. ibi, nisi quatenus interdum miseratio ad mediocrem pœnã iudicem perduxerit. sic mitioribus tormentis affligitur serui impuberes, uel ancillæ nondum uiri potentes, cum in causam domini in domo occisi torquenti sunt. l. j. §. impubes, & §. seq. ff. ad S. C. Syllan. sic pœna ¶ incesti coitus ob ætatem teneram remittitur. in l. si adulterium, §. j. uer. fratres, ff. de adulte. hæc & alia plura recenset Tiraq. trac. de pœnis legum, causa 7. & Iulius Clarus lib. j. sent. iuris, §. fi. q. 60. Sic à pœna ordinaria cognoscetis carnaliter Iudæam excusari minorem ætate respondit Alcia. respon. 458. in fi. Sic à pœna ordinaria sodomie excusari consuluit Soc. iu. consil. 7. in fin. lib. 3. & uno uerbo dixi supra in casu 293. Sic teneram hanc ætatem ¶ excusare pœna abortionis respondit Dec. consil. 535. nu. 5. sic quoque excusare à pœna ordinaria homicidij docuerunt Bal. in l. & si seuerior, col. 2. C. in quib. cau. irrog. inf. & Dec. in d. l. ferè in omnibus, nu. 2. de reg. iur. qui affirmarunt, q; si pupillus committat homicidium, non punitur pœna mortis naturalis, sed mitiori. Marfi. in l. j. in prin. nu. 91. & in l. infans, nu. 5. in fi. ff. ad l. Cor. de sica. Dec. consil. 535. nu. 5. Gramm. deci. 23. nu. 11. 12. 13. & Mantua cap. de causis, nu. 10. de offi. deleg. & Myfingerius centur. 2. obseru. 54. Bossius trac. causarum criminaliũ, tit. de homic. nu. 79. ubi refert extare decretum Mediolani, minores 14. annis corporaliter ne puniantur, quod annotadum est pro declaratione ¶ statuti Papiæ 21. in criminalibus, sub rubr. de pœna illius, qui homicidium commiserit, & ¶ con-

stitutionis Mediolani sub rub. de pœnis, cap. Homicida, idem est, quã esset pro delicto membrum, ut manus, amputandum, adhuc potest, si uult iudex dispensare in impubere, ne ei manus amputetur: ita Bald. in l. quicumque, C. de seru. fug. qui subiicit, iudicem non posse cogi, nec ab eo appellari. Gram. tñ d. deci. 23. nu. 1. 2. 13. sentit, immo iudicem cogi minorare pœnã hanc, sed uerior est & receptior opinio cum Bald. ita Placa lib. j. epit. delic. c. 32. nu. 10. erit ergo optimum habere iudicem fauorabilem. cum Bal. Capolla caute la 2. nu. 14. qui scribunt ita statuta, quæ pœnã mutilationis membri indicunt, declarari. atque ita declarari potest statutũ Papiæ 19. in crimin. de pœna illius qui uulnerauerit, quo imposita est pœna illi, qui alteri membrũ amputauit, q; si pecuniariã condonationẽ in tra quindecim dies non soluerit, amputetur ei simile membrũ quã sanè pœna, & si regulariter termino elapso nõ sit amplius in iudicis arbitrio, est tamen hæc, quæ impuberi sponi possit. quo circa eo tpe elapso adhuc iudex dispensare poterit. ita et pœnã furti ordinariã eẽ temperandã in impubere scriptũ reliquit Capolla in auth. sed nouo iure, nu. 88. in fi. C. de ser. fug. Si ergo declarabitur ¶ statutũ Papiæ in criminalibus, De pœna furis, & constitutio Mediolani, rub. De pœnis, c. si quis fecerit robariã. In hoc ergo casu nostro iudex noster suo arbitrio pœnã ordinariã ratione ætatis huius impuberis temperabit. id quod in specie affirmarunt Deci. in d. l. ferè in omnibus, nu. 4. post Comen. consil. 95. in fi. Didacus in cle. unica, parte tertia, in initio nu. 5. in fi. de homicid. Placa lib. j. epitome delicto, c. 32. n. 6. & 10. horum sententia confirmatur diuini ¶ Platonis autoritate, qui dialog. 1. 1. de legibus, ita scriptum reliquit: Præterea in singulis iniurijs, ut penitus moderatior fiat, multa afficiatur: leuiore quidem, si propter iuuentutis imprudentiã aliena malitia, fuit impulsus: grauiore si dementia sua, aut immoderatis uoluptatibus, & doloribus, aut timore, aut inuidia, aut iracundia insanabili, hæc ille. ¶ Legibus autem duodecim tabularum datum erat prætoris arbitriũ castigandi fures impuberes, quod apertissimè Gellius & Plinius testantur. Gellius etenim li. 1. 1. noct. attic. c. ult. sic scriptũ reliquit: Sed pueros impuberes Prætoris arbitrari uerberari uoluerunt. noxamque ab his factã sarciri ¶ Plinius uerò lib. 2. naturalis histo. c. 3. sic scripsit: Frugẽ quidẽ aratro quæsitã furtim noctu pauisse ac secuisse, puberi 12. tabulis capitale erat: suspensũq; Cereri necari iubebant, grauius q; in homicidio contictũ: impuberẽ prætoris arbitratu uerberari, noxã uè duplionẽ uè decerni. Hęc ille, quã duodecim tabularum legem est interpretatus eruditissimus Balduinus in cõmentarijs ad leges illas, lege 56. Infertur declaratio ad plura statuta & constitutiones locorũ ¶ & præsertim ad ¶ statutum Papiæ 34. in criminalibus, sub rub. De pœna incendiarij, quo punitur, qui blada, hoc est, frugem incendit. nõ procedit in ætate minori ex relatis. Ferrariæ uerò cessat ois dubitatio, quã 18 est expresse cautum ¶ statuto lib. 3. sub rub. q; minor quatuordecim annis, hos impuberes esse solum seruila & lenibus his castigationibus plectendos. Hęc de impuberib. sed quid in ¶ minori 25. annorum, in as pœna arbitraria & mitiori sit puniendus? Zucchar. in rub. C. qui admitti. nu. 23. post Alex. & alios, quos citat, inquit procedere, atq; ita obtinuisse, quod est

notabile pro extensione statuti Ferrariae.

Tertio, aetas digna, cui mitior poena imponatur... ob paratum scelus, est ipsa... senectus quam aetatem esse a iure consulto in d.l. ferè in omnibus, de reg. iur. comprehensam ibidem affirmant Dec. nu. 5. & Cag. nu. 2. post glos. ibi. ex tex. l. 2. ff. de term. amo. quo loci scribit iureconsultus. senibus tempus relegationis ob eorum aetatem minui, sic senectuti ignoscitur, ne poena senatus cõsulti Syllaniani teneatur. l. si quis in graui, §. ignoscitur. ff. ad S. C. Syll. & Dec. d. l. ferè, nu. 5. sic in poena furti scribit Capolla in d. auth. sed nouo iure, nu. 88. in fi. C. de fer. fug. & d. cautela 2. nu. 14. Iul. Clarus d. l. 5. sent. iuris, §. fi. q. 60. uer. successiue quæro. Accedunt & alia quæ recenset Tiraq. tract. de pænis legum, causa 8. quo loci inter plura, quæ scribit, recenset Platonem in suis legibus, dialogo 9. de legibus, ita sanciuisse; Si quis (inquit Plato) simile eorū, quæ aut sacrilegi, proditores, legum corruptores committunt ob infantiam, uel morbo, uel senio pressus, uel in aetate puerili constitutus, ita ut ab istis nihilo differat, admiserit, iudicibus declaratus, & ipso, aut defensore referente, q̄ sic affectus id commiserit dānum, quod intulit simplex omnino restituat: cetera sibi remittantur. hæc Plato, ita ergo iudicis arbitrio poena hoc in casu, ut in præcedenti, cum æquiparentur, moderanda erit, quemadmodum esse moderandam sensit Plato loco iam citato, dum subiungit: Nisi homine interfecto mundus adhuc à cæde non sit, sic enim aliò pfectus annū peregrinetur, & si priuquā constitutum à lege tempus præterierit, reuersus fuerit, aut et intra fines deprehendatur, in publico carcere biennio à legū custodib. detineatur: post hæc liber à uinculis esto. sensit ergo Plato hunc homicidā esse poena homicidij ordinaria dignū, quæ quidē oīno an notanda sunt ad relatorū statutorum declarationē.

SVMMA RIVM.

- 1 Relegationis poena olim frequens.
2 Relegare quid olim.
3 Relegare ex Cælio, & Crinito.
4 Deportare quid.
5 Iudicis arbitrio hodie relegandus, uel deportandus punitur.
6 Statutum Papiæ 7. in criminalibus, sub rub. q̄ ius dicens inculpatum declaratur.

CASVS CCCXXX.

RELEGARE ET DEPORTARE QUID olim: & quæ poena illarum loco successerit hodie, & nonnulla ex bonis auctoribus explicata.

Relegationis & deportationis poena olim usu frequens admodum erat, ut integri de ea tituli ostendunt: hodie autem recepta non est, cum ex toto in delictum abiit, ut mox subiiciam. Erat autē 1 Relegationis poena exilium, reseruato tñ eis bonorum tuorum usu. Deportati uerò ea lege atque conditione uocabantur, ut nihil è suis bonis possiderent, ita rectè cum nostris scribit Petrus Crinitus lib. 2. 2. de honest. dicitur. cap. 5. quam sententiam probauit & Cælius Rhodig. lib. 27. lect. antiq. ca. 1. 5. in fi. quam idem Cælius lib. 10. cap. 5. dixerit relegare esse ad tempus, sicut in quinquennium in exilium mit-

tere, deportare uerò in perpetuum. Budæus uerò in annot. Pandec. ad titu. de pœnis, scribit. 1 Deportare esse circumferre, cum ei, qui damnatus est, certo spatio circumscribitur pœnæ pendendæ locus, hos hodie confinatos uulgo appellamus. Relegare uerò esse censuit exterminare, cum quis exire fines patriæ iubetur. Duarenus uerò lib. 1. dispu. annuier. c. 37. dixit relegationem non esse exilium, cum tamen deportati propriè exules appellentur, cuius opinionem multis, illius nomine suppresso, confutauit Rober. Aurel. lib. 4. sent. iuris, c. 1. qui cum Crinito declaratione sentit. Aliā declarationem pleniorē & eruditissimam attulit Franc. Hotomanus in commentariis uerborū iuris, in uerbo, Exilium. hodie ferè apud oēs in usu esse deserunt hæc pœnæ, ut respondit Cornæus consil. 175. col. 3. lib. 3. qui ideò dixit illius loco esse subrogatam pœnam 1 iudicis arbitriam, illum secutus est Crau. consil. 18. nu. 17. quibus addo Imo. in l. 2. col. 2. ff. de pub. iud. Alex. consil. 5. nu. j. lib. 7. Rolan. à Valle, consil. 38. nu. 15. lib. 1. qui etiam Gand. Alb. & Brunum recenset. & hanc Iniam probauit eruditissimus Iul. Clarus lib. 5. sent. iuris, §. fi. q. 67. uer. deportatio. Quibus infertur statutum Papiæ 7. in criminalibus, sub rub. Quod in iudicis inculpatum teneatur dare fidantiā, dum disponit, q̄ iudex teneatur dare fidantiā reo inquisito, cum poena illi indicenda est ultra relegationem. cū ergo hodie in desuetudinem illa abierit, eiusq̄ loco subrogata sit poena arbitraria, erit etiam arbitrarium iudici eo casu fidantiā hanc dare.

SVMMA RIVM.

- 1 Confessus delictum extra iudicium punitur.
2 Iudicis arbitrio punitur qui extra iudicium gloriatus est se deliquisse.
3 Clericus ab officio & beneficio suspensus, q̄ gloriatus esset, se uirginem corrupisse.
4 Boerius q. 108. in fine reprehensus.
5 Boerij æquiuocatio.
6 Iactationem commissi criminis puniri.

CASVS CCCXXXI.

POENA QUÆ SIT ADVERSUS IACTANTES se extra iudicium crimen aliquod commississe.

Confessio 1 extra iudicialis inditium quidem legitimum præstat, ut is ita delictum confitens ualeat torturæ subiici, non tñ ut condēnari possit. gl. l. capite quinto, de adul. Bal. & Ange. in l. unica, C. de confess. Bal. in l. presbyteri, nu. 12. C. de epis. & cle. la. tē Marf. in l. de minore, nu. 29. de questio. Verum, ambigitur, an hic qui extra iudicium confessus est delictum, sit ab omni poena immunis? & nō esse censuit Paris Put. trac. syndicatus, pag. 79. qui iudicis arbitrio puniendū esse affirmat, illum secutus est Marf. in d. l. de minore, in prin. nu. 32. de quæst. & in l. eos, nu. 2. ff. ad l. Corn. de falsis. q̄ Iniam scribunt pbari ex sing. tex. ca. q̄ sit graue, de exceff. præl. quo loci Põr. Max. clericum uoluit ab officio & beneficio suspendi, eo q̄ falso extra iudicium gloriatus erat, se carnaliter cognouisse uirginem uiro deinde nuptā: atq; ita sola ipsa iactatio punitur. Quæ ex re intelligim⁹ lapsū esse 1 Boer. q. 108. l. fi. dū reprehēdēdo Parid. & Marf. dixit,

dixit, eorum doctrinam procedere non posse, eo q̄ si iste sic confessus torturæ subijcitur, & delictum fatetur, punitur poena ordinaria: si uerò illam sustineat, absolendus est, quoniam oīa iudicia purgata erunt. æquiuocè Boerius 1 Paridem & Marfilium intellexit, nam fatentur illi, hunc contententē non puniri ob delictum, quod confessus est commississe, ex quo præsupponunt uerè constare, nullum esse commissum, ut et loquitur d. c. quàm sit graue, & ibi Abbas, sed uoluit & rectè, hunc de iactatione & (ut illi dicunt) gloriatione puniri. quare consideratio Boerij nō cõfert ad rem, sed respicit delictum principale, de cuius poena ex quo constat non fuisse commissum, nō loquitur Paris & Marfilius.

SVMMA RIVM.

- 1 Clericum in poenam iactationis suspendi ab officio & beneficio.
2 Clericum suspendi ab officijs & beneficijs ob crimen fornicationis.
3 Iudicis arbitrio relinquitur, ob quæ crimina suspendi clericus ab officio & beneficio possit.

CASVS CCCXXXII.

QUÆ SINT CAUSÆ, QUIBVS A BENEFICIO & OFFICIO SUSPENDI POTEST CLERICUS.

Facit casus iam iā relatus, ut hoc loco de suspensio 1 ne ab officio agam, dixi etenim clericū suspendi ab officio & beneficio in poenā illius iactationis minus ueri criminis a se commissi. d. c. q̄ sit graue, d. exceff. 2 Præla. suspenditur et clericus ab officijs ob fornicationis crimē. c. clericos. de coh. cler. & muli. sic cū de alio crimine publicè infamatus est. c. presbyter si a plebe, cap. si mala. 2. q. 5. c. 2. de purg. cano. declarat Abb. in cat. si clerici, in prin. nu. 3. de iudicij. alia quotidie crimina exoriuntur, q̄ suspensio digna sunt, uerū cū i factō uersetur, nec ob id iure terminari poterint, iudicis arbitrio relinquuntur. ita Abb. in d. c. at si clerici, i prin. n. 33. 34. de iud. quæ secutus est Barba. cõf. 2. col. ult. lib. 2. sed ij doctores in depositione à beneficio loq̄ uidentur, & latè tradit Io. d. Selua trac. de beneficio, parte 3. q. 3. n. 2. 3. 7. q. permulta scribit.

SVMMA RIVM.

- 1 Iudicis arbitrio corrigi Abbates, qui ante tempus professionis monachis habitum contulerunt.

CASVS CCCXXXIII.

POENA CORRECTIONIS.

Extat & alter casus in iure Põtificio, qui iudici arbitrarius est: nempè in cap. ad Apostolicā, de regul. constituit Cælestinus secundus, Abbates ceterosque q̄ ecclesiæ Dei præsumt, corrigēdos esse, si monasticā uitā ingrediētibus ante probationis tps, professionis habitum contulerint. quam correctionis pœnā superioris arbitrio inferri uoluit, ex quo certam nō indixit: quæ admodū ibi glossa interpretatur. ita qd̄ tps aut pfectio emittenda sit, dixi supra i casu 55.

SVMMA RIVM.

- 1 Sententia dū est exequenda, aliquando supersedendū.
2 Tempus quo supersedetur ab executione sententiæ, dicitur

- causa miserationis concedi.
3 Tempus quantum concedatur dum supersedetur ab executione sententiæ in criminalibus.
4 L. 2. C. de execut. rei iud. declaratur.
5 Iudicis arbitrio relinquitur, quod tempus concedendū sit, ut supersedeatur ab executione sententiæ capitalis.
6 L. si uindicari. C. de pœnis. declaratur.

CASVS CCCXXXIIII.

TEMPVS QVOD CONCEDATUR DVMS ab executione capitalis sententiæ supersedetur.

Cum sententia 1 condemnatoria exequenda est, supersederi interdum solet. quemadmodum & in ciuilibus: ita post Baldum & Imolam in l. suis quoque. §. sed si filio. ff. de hæred. inst. docuit Alexan. in lege debitoribus, nu. 18. de re iudicata. qui intelligit cū poena pecuniaria est. refertque eo loci Raphaelem Comensem aliter sentientem, quod 1 tempus hoc miserationis gratia concedi solet. l. si cum militi. §. ff. de compens. qua miseratione dignus non est is, qui delictum perpetravit. l. sed si ex parte. §. quam. ff. quod cū eo. l. si rerum. ff. de re iud. quæ ratio non multum urget, cum casus sint plures, qui suspensionem hanc iusta ratione postulantur: nunc subiiciam. Illa ergo opinio probata supersedendum esse, ambigitur, quod tempus hoc sit, 1 Vna fuit opinio Angeli in l. 1. ff. de iniusto rupto & irrito. quam probauit Imola in d. l. suis. §. sed si filio, de hæred. inst. esse tempus quadrimestre, quemadmodum & in ciuilibus, ex 1 l. 2. C. de execut. rei iud. uerum illa constitutio solum loquitur in causis ciuilibus, non autem in criminalibus, inter quæ aliqua extare uidetur differentia, uti sensit Bar. in l. si uictum. ff. de re iud. & cum eo Alex. in d. l. debitoribus, nu. 19. in fi. quo loci cum Baldo in d. §. sed si filio, docuit, hoc iudicis arbitrio relinqui, posteaquam iure diffinitum non est. idem docuit Mantua in cult. nu. 17. de consuetu. unus est in iure casus egregius ac semper iudicibus memoriæ commendandus in l. si uindicari. C. de pœnis. qua sancitum est, iudicem debere per triginta dies supersedere & secundam iussionem expectare. quam diuinam prope constitutionem, diuo Ambrosio hortatore promulgauit Theodosius Imperator, ut relatum est in capitu. cum apud Theffalonicam. 1 1. q. 3. & ad illius interpretationem plura scribunt Neuz. lib. 6. Syl. nup. nu. 49. Gramma. uoto 3 1. Cagnol. l. quidquid calore, nu. 12. de reg. iur. Crau. consil. 3 19. col. 12. in fi. & doctè apud Cuiacium lib. 5. emendationem ca. 9. qui illam conciliat cum l. penulti. C. de custod. reo. cui aduersari uidebatur.

SVMMA RIVM.

- 1 Cautionem qui non obseruat, poenam, quam promissit, soluit.
2 Iudicis arbitrio punitur, qui cõtempta data cautione aduersarium offendit.
3 Iudicis arbitrio declaratur poena offendētis data cautione, tam quod ad læsum quàm quod ad superioris iurisdictionem.
4 Cautio & securitas fracta dicitur, si unus de familia leditur.

CASVS CCCXXXV.

POENA NON OBSERVANTIS
præstitam cautionem.

SCio me plura de cautione, quâ priuatus priuato præstat, ac de securitate, quâ saluamguardiam appellat, quæ à Principe concedi solet, scripsisse supra in casu 137. superest nunc, ut hoc loco aliqua referamus arbitraria iudici in pœnam eorum, qui non obseruant, indicendam, ac primò de priuato offendente priuatum, quem nõ offendere promisit: qua scilicet pœna puniendus is sit, dicamus. Hac in re duos casus considero. Primus est, quõ is, qui cautionem dedit, eam coram iudice, eo iubente præstitit, & certam pœnã promisit: tunc illa sola indicenda ac exigenda est. ita sentiunt Bar. & Alber. in l. illicitas. §. ne potentio res. ff. de off. præsid. nisi modo illa pœna promissa, sit solum ad commodum partis promissa: quoniam tunc ultra ipsam pœnam conuentionalem, etiam iudicis arbitrio, pro cõtemptu ipsius iudicis puniendus erit, quam sententiã probauit & Gigas tract. de crimine læsæ maiestatis, lib. 1. sub rub. Qualiter & à quibus crimen læsæ maiestatis committitur. q. 33. nu. 2.

Secundus est casus, quando is, qui promisit non offendere, nullam omninò pœnã promisit: tunc tam quò ad partem læsam, quam quoad iurisdictionem suã uiolatam suo arbitrio pœnã declarat: ita Alber. d. §. ne potentiores, ubi Bar. nu. 9. in fi. quibus addo Raphaellem Comens. conf. 32. Inculpatus.

Extenditur ut procedat, et quõ funus de familia, ut pater, frater, uxor, uel et seruus offenditur: nõ tunc facta & non obseruata securitas dicitur: ita Io. Fabri. in l. de nuntiamus. C. de ijs qui ad eccle. cõfug. Auffrer. in additio. ad decisionem Tolosanã capella. q. 489. in fi. Placalib. 1. Epito. delicto. c. 7. nu. 10. in fi.

SVMMA RIVM.

- 1 Saluumconductum uiolans, qua pœna afficiatur.
- 2 Petrinus Bellus iureconsultus & serenissimi Ducis Sabaudie à secretis consiliarius laudatur.
- 3 Iudicis arbitrio punitur, qui offendit, sed non occidit habentem saluumconductum.
- 4 Iudicem habentem saluumconductum, q. offendit, punitur.
- 5 Socij habentes saluumconductum, offendi non possunt.
- 6 Saluusconductus quando proficit etiam socijs noua distinctione declaratur.
- 7 Saluusconductus acceptus pro se, an uerificetur in sola uxore.
- 8 Saluusconductus pdest & seruis eius, cui est cõcessus.
- 9 Habitatio relicta cõprehendit seruos cum dominis.
- 10 Priuilegium datũ personæ extenditur & ad familiares.
- 11 Saluusconductus concessus intelligitur eundi, & reuertendi causa.
- 12 Priuilegium concessum euntibus ad nundinas, intelligi & redeuntibus è nundinis.
- 13 Leonis X. Pontificis factum aduersus Paulũ Baionẽ.
- 14 Petrini Belli distinctio de saluoconductu.
- 15 Saluumconductum ex subiecta materia intelligi et pro reuertendo.
- 16 Saluusconductus in dubio an intelligatur etiam pro reuertendo.
- 17 Saluosconductus odiosos non esse.
- 18 Saluumconductum habens, nec domi suæ, nec in castris offendi potest.

- 19 Facti species egregia de saluoconductu.
- 20 Auctoris distinctio super una facti specie de saluoconductu.
- 21 Iudicis arbitrio relinquitur tempus, intra quod itinere se se quis preparat.
- 22 Saluusconductus concessus ad iter consiciendum, intelligitur etiam cum quis se accingit & preparat.
- 23 Saluusconductus an sit late interpretationis.
- 24 Beneficiũ eẽ secundũ legẽ & largæ interpretationis.
- 25 Saluosconductus à iure permitti.
- 26 Fidem etiam hosti esse seruandum.
- 27 Saluiconductus etiam conceduntur ab inferioribus ab Imperatoribus & Regibus.
- 28 Captus in bello se iuste captum declarat, si tale a partem persoluit.
- 29 Veritatem non immutari partis negatione.
- 30 Confessus rem esse alterius, cum non est, in eum dominium non transfert.
- 31 Iuramentum præcisè obligare.
- 32 Iuramentum metu extortum non obligare.
- 33 Saluusconductus, qui concedi non debuit, concessus, est obseruandus.
- 34 Ignoranter offendens habentem saluumconductum non punitur.
- 35 Saluusconductus non comprehendit socios Iudæos et hæreticos.
- 36 Saluusconductus pro prima uice intelligitur.

CASVS CCCXXXVI.

DE SALVICONDUCTVS CONCESSI
sione, & pœnis eorum, qui illos uiolant; pluraque enarrantur, quæ in castris quotidie usu ueniunt.

Posteaquam de securitate uerba facere cœpinus, placet casum illũ egregium huc afferre: nempe, quæ pœna puniatur ille, qui securitatem, quam saluumconductum appellat à Principe alicui, ut hosti (quemadmodum in bello seruari solet) dedit, quoutè ire is possit. recepta magis est doctorum sententia, quod si offensus ita offēdatur ut moriatur, is uiolator saluicõductus p homicidij crimine in primis morte mulctatur, deinde reus criminis læsæ maiestatis declaratur. ita Bar. in l. 3. §. trãsfugas. ff. ad l. Corne. de sicar. sentit Bar. in l. j. nu. 6. ff. ad l. iul. maiest. clarè scribit clarissimus atque consultiissimus Petrinus Bellus Albenis integerrimus serenissimi Sabaudie Ducis à secretis Consiliarius, cuius ergo excellam animi magnitudinem sum semper summo opere admiratus: & cui ob multa in me collata beneficia multum debeo, is inquam in doctissimo tract. de re militari, parte nona titulo de saluiconductibus, nu. 10. eiusdem sententiã addo Gigatẽ in tract. de crimine læsæ maiestatis, lib. 1. sub rub. Qualiter & à quibus crimen læsæ maiestatis committatur. q. 33. nu. 7. sic Boerius q. 179. nu. 2. si uerò illata offensa habenti saluumconductum mortem nõ intulit, iudicis arbitrio pro qualitate offensæ punitur: ita post Bar. & Alber. affirmat Gigas d. q. 33. nu. 8. & sentit Boerius d. q. 179. n. 2. & ante eũ Guliel. de Cuneo tracta. de securitate, numero 22.

Extenditur primò, ut procedat ac i locũ sibi ueniet hæc pœna etiam contra offendentem Iudæum, qui

qui una eẽt cũ eo, cui cõcessus erat saluiscõductus, p se & socijs, nõ & is Iudæus tutus eẽt sub hac securitate: ita affirmat Ange. i. l. utimur. ff. de sepul. uiol. quãquã assertione hæc indecisã reliquerit Bar. in l. 1. nu. 3. ff. ad l. iul. maiest. cũ Angelo senserit Barba. col. 63. li. 4. Ant. Corsetus in suo ling. in uerbo, Societas. incipit, An societas. Fel. in c. ego. n. nu. 8. de iureiu. De cius conf. 51. nu. 3. Boer. d. q. 179. nu. 6. & Gigas d. q. 33. in fi. Mat. ling. 540. Hodie. Tiraq. trac. de iure Primigen. q. 66. nu. 14. Gabriel Mudæus in rub. ff. p socio, nu. 4. Bellus d. titulo de saluiscõductibus, nu. 22. q. & illud affirmat, idẽ esse dicendũ, et si socij illi nõ ex proposito ac principaliter, sed potius fortuitò & incidenter unã irent cũ illo, q saluũ conductũ obtinet. quãquã aliter sentiãt Boerius d. q. 179. nu. 5. & Gigas d. q. 33. in fi. Ego horũ patrũ pugnantem sententias ita conciliarem: Aut qui saluiscõductũ obtinuit, hos socios fortuitò in itinere solũ, ut euenire solet, habuit, cũ in discessu eos sibi non associauerit, & tũc pcedit opinio Boeri & Gigantis, q Angelũ huius opiniois auctore referunt. Aut hic, qui saluiscõductũ obtinuit, dũ illũ impetraret, nõ impetrabat p his, quos deinde in itinere socios habuit, sed impetrata securitate amicos inuenit, qui pariter migraturi erãt, & is illos in socios recepit antequã eẽt in ipso itinere, & tunc, pcedit consultiissimi Belli sententia, quæ magnã sapit æquitatem: tum præsertim, ut ipse ait, ne detur militibus cauillandi occasio.

Extenditur secundò, ut procedat etiam eo in casu cum concessus eẽt saluiscõductus alicui pro se una cum decem equis, & totidem personis, ac rebus suis: si is solum mittit uxorem cum socijs ac bonis, ipseq; domi permaneat, adhuc offendi nõ poterit ipsa mulier, sed tuta erit sub illa securitate uiro suo concessa. ita respondit Baldus conf. 409. Concessus fuit saluusconductus. lib. 1. repetito in conf. 414. lib. 5. quem secutus est Bellus d. titulo de saluis conductibus, num. 12. 13. qui & Imolam citat conf. 33. In casu præmissi so, qui simili incasu respondit. Bal. etiam secutus est, Aegidius Bossius trac. causarum criminalium, in titulo de remedijs & ex sola clementia Principis, nu. 7.

Extenditur tertio ut pœnæ hęc locum habeant et contra eum, qui offendit seruos & famulos illius, q saluumconductum obtinuit: quoniam saluusconductus censetur cõcessus etiam pro familia necessaria. ita Angelus in l. Papinianus. §. si quis mortis. ff. de inoff. testa. quem secutus est Bellus d. titulo de saluiscõductibus, quorum sententiam ego sequor. & ea rone confirmo, q thabitatione alicui relicta, quamquam strictam alioqui interpretationem recipiat, nihilominus intelligitur etiam relicta pro familia. §. ite si quis ædium, in fi. de usu & hab. immo à fortiori uidemus, quòd i priuilegium datum personæ extenditur ad familiarem: ita late Decius in l. in omnibus id obseruatur, nu. 8. de reg. iuris, & priuilegium fori alicui concessum, dicitur etiam concessum pro eius familia, ta Capicius decisio. 12 & immunitas cõcessa domino, intelligitur etiam pro eius familia, ita late concludit Boerius q. 213. nu. 6. 7. & si nonnulli dissentiant.

Extenditur quartò, ut locum etiam habeant hæc pœnæ contra eum, qui offenderet hunc, qui saluumconductum habet, cum domi reuertitur: quoniam saluusconductus concessus simpliciter, ut ire possit,

intelligitur, ut et possit reuerti. ita Bart. in l. utimur. ff. de sepul. uiol. & late confirmat Feli. in c. ult. num. 1. de tregua & pace, & in cap. ego. nume. 8. de iureiurando. quibus addo Alexã. consil. 46. lib. 2 qui infert i priuilegium concessum euntibus ad nundinas, ne gabellas soluant, iurelligi etiam pro redeuntibus. ad do etiam Gozad. conf. 27. nu. 23. Iulium Ferrerum in tract. de gabell. & publicanis, nume. 95. qui scribit i Leonem x. Pontificem Max. hoc non obseruasse Io. Paulo Baiono, quem cum saluoconductu ad se euocasset, iussit illi caput amputari; & eo cõquerente sibi datam fidem salui conductus nõ obseruari, respõdit ille, concessi securitatem ueniendi, sed non reuertendi. Hanc etiam sententiam probauit Bossius d. tracta. causarum criminalium, in titulo de remedijs ex sola clementia Principis, num. 64. quem infra etiam referam. i Bellus tñ præter ceteros in d. titu. de saluis conductibus, nu. 21. tres casus distinguere uidetur. Primus est, quando clarè ex subiecta materia saluusconductus complectitur etiam reuertendi facultatem: ut puta, conceditur alicui securitas ueniendi in suum præsidium, & ibi commorandi per triduum: profectò intelligitur etiam data securitas redeundi, tutè elapso triduo. Secundus casus est, quando ex ipsa subiecta materia ostenditur, ex sola itione & profectio quòd consumatur actus, ut si in Gallijs cõmorans, cum esset Mediolani, obtineret saluiscõductũ à sereniss. Duce Sabaudie, quo tutè domi per regionẽ Pedemontiu & Sabaudie proficisci posset: subiecta hæc materia demonstrat saluumconductum non eẽ concessum, ut è domo iterum Mediolanum reuertatur. hoc operatur & subiecta materia, & uerisimilis mens concedentis, immo etiam impetrantis.

Tertius est, casus quando sumus in dubio, tunc Bellus ambigit, quia hic sumus in materia odiosa, hoc est, in priuilegijs, quæ strictam interpretationem recipiunt: & ideo uerba dubia contra interpretantem uidentur interpretanda. l. ueteribus. ff. de pactis. subiicit tamen prudens ille uir, neque facile transeundũ esse à uia in semitam, ego nulla ratione ambigo, quoniam opinor uere hosti saluosconductus odiosos non esse & ob id non recipere strictam interpretationem, quòd statim planum faciam, quamquam etiam Felinus in cap. ult. col. 3. uerf. crederem dictum. de tregua & pace. quẽ Bellus reulit, sentiat, hos saluosconductus odiosos esse. at tamen loqui mihi uidetur Feli. tum de eo saluoconductu, qui bannitis conceditur, tum ne ille extēdatur de uno actu ad alterum, quia intelligitur facta concessio pro una uice tantum, & in casu nostro una sola est, unũ in quã solus actus eundi & redeundi.

Extenditur quintò ut locum etiam habeant hæc pœnæ contra offendentem hunc affidatum & affecuratum (ut ita dicam) in eius domo & castris adhuc existentem. quia saluusconductus concessus uim suã à die concessionis operatur, & ob id is dicitur & domi & foris tutus. ita egregie respondit Angelus consil. 363. Quidquid dolo. quem subtiliter & eleganter intelligere uidetur doctissimus Bellus. d. titu. De saluiscõductibus, nume. 14. 15. dum infert ad facti speciem, quæ euenit i personam Marchionis Messeriani. inquit Bellus, Angelum loqui eo in casu, cũ is affidatus captus fuit in ipso itinere & actu eundi, quãquam esset adhuc sub ditione sui Principis. secus cũ quis

quis adhuc domum, uel castra egressus non est. ego hanc subtilem declarationem sequor, eam tñ declarando, ut mox subiiciam. Casus, qui ex facto euenit, huiusmodi fuit. Ioannes Figueroa Dux armorum exercitus Serenissimi Hispaniarum Regis cōcesserat saluumconductum Marchioni Messerani eundi à castro suo Candelli Venetias, contigit, durante tempore concessionis, q̄ prædictus Dux cum suo exercitu inuasit oppida d. Marchionis, & ipse Marchio captiuus factus est. composuit se in magna talea, quam p̄ parte persoluit, & pro quodam residuo fideiussores res dedit, iureiurando etiam præstito, se præstituto tēpore soluturum. solutionis die præterita soluere recusauit, ut potè, q̄ ob saluumconductum sibi concessū iure capi non poterat. qua quidem in controuersia, præter doctissimè scripta à Bello uiro eruditissimo 20 arg; iuris consultissimo ergo hanc adhibuissim in primis distinctionem. Aut uerisimile non erat quòd ipse Marchio se se itineri accingeret, & prepararet, ut putà, quia elapsit essent quamplures dies, intra quos uerisimiliter se preparare potuisset, & etiam discedere: & tunc ego credidissim, eum iure captum fuisse. qm̄ illa sui saluumconductus impetratio, in fraudè potius ut domi tuto agere posset, futurum fortè præuidens periculū, quā ut Venetias proficisceretur. & illius temporis cōsideratio iudicis arbitrio relinquitur. Lab hostibus. §. ult. cum. l. seq. ff. ex quib. caus. ma. & dixi supra in casu 33. Si uerò uerisimiliter adhuc non potuisset p̄parare, & itineri se accingere, atq; ita si cessabat omnis fraus, uerè dixissim, eum non fuisse iure p̄hensum, & captiuum effectū. ea ratione præcipua, quia si tutus in ipso itinere esse debebat: ita èt cum itineri se accingeret. l. legato. l. qui mittuntur. §. fed & si. ubi gl. in uerbo, agere. ff. ex quib. caus. maio. & ibi Doctores contrariis autem motiuis subtilissimè excitatis a consultissimo Bello, qui ingenuè fateatur se motuando, non decidèdo loqui: ego sic respō 23 dissem. & dum primò inquit, f̄ saluumconductum non fuisse latè interpretandum, ut ita contineret illum casum, cum se prepararet Marchio, ac illū, cum esset iam in itinere: tum quia erat securitas hosti concessa, tum quia concessa non erat ab eo, qui supremā concedèdi potestatem non habebat: cum solus Princeps possit commearum, aut remearum dare. l. relegati. ff. de p̄nis. Respondeo, & uerè opinor saluosconductus esse latè interpretandos, ut clarè respondit Bal. d. conf. 490. Ponitur q̄ quidam. uer. præterea ista gratia. l. 1. Dec. d. conf. 51. nu. 3. qm̄, ut Bald. ait, nemini nocet, & gratia potius, & beneficium dicitur, q̄ 24 priuilegium. cum f̄ beneficium sit fm̄ legē, uel p̄ter legem: ut latè declarat Ias. in l. beneficium. n. 25. uer. secundò capitur. ff. de const. Princip. Soci. sen. consil. 260. col. 1. l. 2. priuilegium uerò est contra legem, ut idem Iason explicat ibidem. nu. 27. in casu ergo isto n̄to non reperitur iure cautum, q̄ saluumconductus 25 concedi non debeant: immo permittuntur. d. l. relegati. si ergo est beneficium, lata sumitur interpretatio. Ias. d. l. beneficium. nu. 31. & Soci. iun. conf. 37. n. 18. lib. 1. Gramm. conf. 6. nu. 2. nec refert, q̄ hosti fuisset concessa securitas, qm̄ concessione facta amplius 26 hostis non est, & ubi esset fides illis seruanda erat. l. conuentionum, ubi omnes. ff. de pactis. nō èt refert, fuisse concessam ab inferiore a Principe, quoniam ip

se Dux locū Principis obtinebat, & f̄ saluumconductus ab eo concessi eandem uim habebant, ac si ab ipso Rege concessi fuissent, ut in terminis consuluit Paulus Cast. in conf. 422. Quia scio. col. pen. uerf. cum igitur dictus. l. 1. & dato, q̄ eam potestatem non habuisset, sub eius fide tamen non erat Marchio decipiendus, sed saluosconductus ei omninò seruandus erat: ut mox subiiciam.

Secundò, inquit is uir clarissimus, mentem concedentis talem p̄sumi, & interpretari debere, qualis considerari potest in uiro prudēti, & bono. & quod nemo prudens uerisimiliter credet eā fuisse mētem concedentis, ut uoluerit hostem, dum est in terra hostili, frui sua securitate. concedo argumentationem, ut iam dixi, qm̄ uerisimiliter in Marchione fraus, & dolus potuisset excogitari. sed nos loquimur in casu dubio, ubi de fraude nec uera, nec p̄sumpta apparet.

Tertiò, dum subtiliter ait, uerba concessionis cōsiderari, quatenus est in motu, atq; ita in eundo, nō dū domi est. Responderetur ex iam relato fundamento, Marchionem satis dici esse in motu dū se p̄parat.

Quartò, dum inquit, Marchio ipse declarauit f̄ se iuste captum, dum partē talea persoluit: iuxta. l. Paulus. ff. rem ratam hab. tum dum perijt dilationem ad soluendum residuum. iuxta. l. ad solutionem. C. de re iud. suæ ergo declarationi standum est. l. si quis intentione ambigua. ff. de iud. Respondeo, declarationem erroniam fuisse, quod ex iam relatis patet. & errorè reuocare licet. l. error. C. de iuris. & facti igno. Accedit quod per nostrum negare, uel affirmare immuta 29 tur f̄ ueritas. l. cum falsa. C. de iuris. & facti igno. ubi 30 Bar. & Iason scribunt, quòd si quis fatetur f̄ rem suā esse alterius, non efficere ut ita sit. & tradunt Deci. in l. traditionibus. nu. 6. C. de pactis. Rui. conf. 128. nu. 5. lib. 2. & Alciat. responsio. 258. num. 8. 9. Rursum erat tunc Marchio carcere mancipatus, quare sua confessio coacta potius quàm spontanea fuit. l. qui carcerē. ff. quod metus causa. & conferunt multa, quæ scripti mus supra in casu. 136.

Quartò, & ultimò acutè inquit, f̄ iuramentū fuisse adhibitum, quod decisè obligat. l. pecuniam, ubi late Ias. nu. 23. ff. de cond. ob causam. & late ac doctè affirmarunt Bru. conf. 89. nu. 4. Gomez. §. item si quis postulante. nu. 7. in st. de actio. Craue. conf. 12. Rolan. consil. 6. nu. 32. lib. 1. & Didacus cap. quamuis, parte prima. §. 4. nu. 6. de pactis. in 6.

Respondeo, f̄ iuramentum metu extortum non obligare. cad audientiā, ubi omnes. extra quod metus caus. auth. sacramenta puberum. C. si aduers. ued. Afflict. dec. 322. nu. 6. iure ergo recusabat Marchio residuum soluere. quinimmo optimè erit consultū illi strenuissimo militum Duci, qui taleam exegit, ut exactum restituat. quod non credo eum facturum. facit enim auri sacra fames, ut sæpe canāt milites: Quis dolus an uirtus in hoste requiratur? ut est apud Poetā.

Extenditur secundò ut procedat, etiam si f̄ saluosconductus, & fidantia concedi non debuisset quia concessa obseruari debet: ita Doctiss. Bellus d. titulo De saluosconductibus. num. 10. in fin. cui addo Baldū d. conf. 490. Ponitur quidam. col. 2. uerf. item ex quo data. lib. 1. & Signorolum consil. 102. nu. 6. & in sequenti casu alia adferam. qui ergo hunc offendet, relatis p̄nis mulctandus erit.

Declaratur

34 Declaratur modo casus iste, ut nō habeat locum, atque ita cessent relatæ p̄næ contra eum, qui ignoratè offendit illum, qui securitatem & saluumconductum habebat. ita Gigas in specie d. quæst. 33. nu. 8. 9. & alia plura referam in casu sequenti.

35 Declaratur secundò ut hæ p̄næ cessare debeant in eo, qui hæreticum, uel Sarracenum similem uel socium affidati offenderet, quia saluus cōductus Christiano concessus pro se & sociis, non comprehendit hos sectæ dānatæ & reprobatæ, quorum commercium habere, p̄næ dignum est. ita in specie Decius cōf. 51. nu. 3. Bellus. d. titu. De saluosconductibus. nu. 22. quibus addo Boerium q. 179. nu. 7. quòd uerum intelligo, nisi Princeps concedendo ex iusta causa, illas esse sub saluoconductu intellexisset: quoniam tūc non illius, sed Principis persona spectatur.

Declaratur tertio, ut non habeat locum hæ p̄næ in illum, f̄ qui offenderet eum, qui cum simpliciter haberet saluumconductum, non modò semel, sed & pluries eo. usu esset, nam si post primam uicem offenditur, iure offenditur: quoniam saluosconductus intelligitur concessus pro prima uice tantum. ita Ioan. à Platea in l. j. in fin. C. de nauicul. lib. 1. Fel. in cap. ultimo. nu. 1. de tregua & pace: Iulius Ferretus trac. De Gabellis & publicanis. n. 199. Bellus d. titulo. De saluosconductibus. nu. 24. qui cum Felino loco antecitato intelligit, nisi cōcessus sit saluosconductus pro actu indeterminato, ut ad faciendam pacem, qd̄ multis comprobatur Tiraq. in l. boues. §. hoc sermone, in limitatione quinta, de uerbis signi.

S. M. M. A. R. I. V. M.

- 1 Iudicis arbitrio punitur uiolans saluumconductum concessum bannito.
- 2 Bannito cōcedi pōt multis de causis saluosconductus.
- 3 Statutū Papiæ 7. in criminalibus, sub rub. Quòd ius dicens teneatur inculpato dare fidantiā, declaratur.
- 4 Statutum Patavinum sub rub. De maleficijs, c. ut ueritas. & c. oēs forbannitos, declaratur. & alia infra.
- 5 Saluoconducto concessio, qui non erat concedendus, is cui est concessus, offendi non potest.
- 6 Statutū iam relatatum Papiæ 7. iterum declaratur. & alia infra.
- 7 Statutorum Brixig. 235. in ciuilibus, sub rub. De saluis & fidis conductibus, declaratur.
- 8 Saluumconductum habens, offendi non potest, & si alia occulta crimina habeat.
- 9 Ignoratè offēdēs habēt saluū conductū nō punitur.
- 10 Saluosconductus concessus proditori & rebelli, non obseruatur.
- 11 Saluumconductum qm̄ concedat inferior à Principe.
- 12 Nullitas nulla maior q̄ à defectu potestatis puenit.
- 13 Saluosconductus non intelligitur concessus pro futuris delictis.
- 14 Dolus de futuro remitti non potest.
- 15 Saluosconductus non tuetur illum, qui in fraudem, ut sub eo delinqueret, impetrauit.
- 16 Saluumconductum habens ob causam pecuniariam, non defenditur ex causa delicti.
- 17 Saluosconductus concessus pro debitis, non comprehendit debitum fiscale.
- 18 Statutum Patavinum sub rub. De fugitiuis. c. Dominus potestas declaratur.
- 19 Saluosconductus simpliciter concessus pro debito, ad

debitum iuratum non extenditur.

20 Saluumconductum à debito priuato iudex secularis concedere non potest.

21 Saluosconductus concessus pro certis personis, ad quas non extendatur.

C A S V S CCCXXXVII.

S A L V V S C O N D V C T V S B A N N I T O quando concedi possit; & de p̄nis eorum, qui illos saluosconductus uiolant.

Perquam similis est hic casus præcedenti, solet dubitari, qua p̄næ puniendus is sit, qui offendit bannitum, uel alium delinquentem, cum securitatem & fidantiam à Principe, uel à Iudice cōsecutus est. & ex relatis in præcedenti casu, satis intelligimus aliquando esse p̄nam mortis, & illum offendentē declarari eum criminis læsæ maiestatis, aliquando uerò eē p̄nam arbitrariam, quemadmodum utroque in casu loquens affirmauit Gigas d. trac. De crimine læsæ maiestatis, libro 1. sub rub. Qualiter & à quibus crimen læsæ maiestatis committatur. quæst. 33. nu. 7. Qua in re illud est prius annotandum, hanc securitatem & fidantiam dari ex aliqua causa ipsi bannito & delinquenti, ut tutè uenire possit ad Principem, uel eius iudicem, interdum dari, ut is delinquens ueniat ad dicendū testimonium in alia causa, si quidem iusta est causa, ut eluceat ueritas, & ne forte illius ignoratione innocens opprimatur. Aliquādo cōceditur securitas, ut is bannitus de alio graui crimine accusatus ad se defendendū uenire possit. Aliquādo, ut eum alio bannito carcerato, ut dici solet, cōfrontetur. Rursum, ut alios transfugas detegat. l. nō omnis. de re mi. Præterea conceditur etiam ut detegat crimen læsæ maiestatis & conspiratores contra Principem. l. quisquis. C. ad l. iul. maiesta. ita Blancus in praxi criminali, in uerbo datis defensionibus. n. 26. quibus infertur de claratio ad statutū Papiæ 7. in criminalibus, sub rubri. Quòd iudicis inculpato teneatur dare fidantiam de alijs delictis. licet enim statutū solū tribuat hanc facultatem iudici concedendi fidantiam delinquenti, cum proceditur contra eū de alio delicto: at tamen non loquitur statutum taxatiuè & exclusiue, excludendo alios casus iam relatos à iure cōi permiffos. quoniam si excluderet, ius cōmune corrigeret, quod dicendum non est. l. præcipimus. C. de appell. cum uulgatis similibus. ita etiam intelligi & declarari debet statutum Patavinum sub rubri. De maleficijs. c. ut ueritas. & c. omnes forbannitos.

Extenditur primò hic casus, ut relatæ p̄næ locū etiam habeant contra eum, qui offenderet eum affidatum, cui securitas & fidantia concedenda non erat: quia & si concedi non debuerat, concessa tamē seruari debet. ita Cynus in l. presenti. C. de iis qui ad eccles. confug. Bar. in l. is qui reus. num. 12. uerf. dico tamen. ff. de pub. iud. Baldus conf. 490. Ponitur quidam. col. 2. uerf. item ex quo data. lib. j. Signorol. consilio 102. num. 6. Bellus in tract. De re militari, parte nona, titulo De saluosconductibus. num. 10. in fi. Cagnolus in l. ea est natura. nu. 19. de reg. iur. qui cōtrarium seruatur Taurini & malè, ait ille. Hinc restet statutū est Papiæ d. statuto 7. in illis uerbis, sed si dederit,

dederit, eā servare teneatur: eē omnino servandā & si dari non debuerit, est ratio, quia cōtra omnē naturāle equitatē est, ut sub publica fide quis decipiatur. **7** aliter dicendū est in statuto Brixie 235. in civilibus sub rub. De saluis & fidis conductibus, quo saluiconductus concessi p̄ter casus ibi expressos, cū p̄na annullantur, quo circa si contra formā illius statuti concessi observandi forent, frustra p̄na & annullatio eēt indicta. p̄sum ergo statutum observandum est. **8** Extenditur secundo, ut hęc p̄næ locum etiam habeant cōtra offendentem affidatum, qui alia occulta delicta perpetrasset, & pro quibus cōdemnatio ad huc secuta non est: quoniam securitas hunc tueri debet, ita egregiē respondit Baldus d. consil. 490. lib. 1. & Bellus d. ritu. De saluis conductibus, nu. 7. quibus accedit Signorolus consil. 203. In quæstione uertente inter B. nu. 6. Hinc sumitur declaratio non cōtemnenda ad relatum statutū Papiæ 7. in illis uerbis, de aliis delictis ante delictum, pro quo contra eum proceditur, perpetratis, illa uerba pro aliis delictis, interpretari possunt, ac ob maioritātē rationis à Doctoribus perpeniam, debēt, siue cognita illa sint, siue occulta, siue secuta sit, uel non sit condemnatio, ita etiam declaratur statutum iam relatum Patauinum sub rub. De maleficiis, c. omnes forbanitos, sibi, condēnatos, exponi potest, & condemnandos. **9** Declaratur primò ut relatæ p̄næ locum nō habeant contra eum, qui ignoratē offendit, ut in antecedenti casu uno uerbo attigi. & in specie nostra ita Alber. tract. statutorum parte. 4. q. 37. in fi. Dec. consil. 327. Gigas d. q. 3. nu. 8. 9. Gozad. consil. 61. nume. 10. Blancus in pract. criminali in uerbo, ignorantia, nu. 185. Bellus d. titulo De saluis conductibus, nume. 1. uno ore ii omnes affirmant, quod occidens bannitum affidatum, qui suam securitatem non publicauit, ita ut uerē affidatus ignoraretur, non punitur. **10** Declaratur secundo, ut locum p̄næ habeant p̄næ iam relatæ, cum offēditur is affidatus, qui nullo modo affidari debuit, uel poruit in casu deciso in sacro Neapolitano Consilio, quemadmodū refert Afflictus decif. 4. concesserat Aduocatū fisci fidantiam bannito rebelli, qui iam à Principe condēnatus fuerat, fuit decifum in illo Consilio, illi rebelli fidantiā nō prodesse, tum ob criminis atrocitatem, tum quia inferior non potest dispensare cōtra factum superioris, & ibi nu. 4. inquit Afflictus ex Bartoli, Baldi, Angeli & Imolæ sententia, tunc inferiorē à Principe securitatem dare posse bannito, quādo is bannitus ita ab illo iudice bannitus fuisset, & nō ab alio, quod intellige ab alio hoc est à superiore, non si à suo antecessore, quoniam ratione eiusdem officii eadem persona esse dicitur, & idem quod Afflictus sensit Blancus in pract. criminali uerbo, ignorantia, num. 189. 190. & in uerbo, datis defensionibus, nu. 40. qui, nu. 41. subiici, idem esse, cum æqualis banniuit delinquentem cū superioris licentia: quia & tunc dicitur is à superiore bannitus, idem sensit Gramma. uoto 25. nu. 1. Egidius Bossius trac. causarum criminalium, tit. De citationibus, num. 39. sentit bannitum non nisi à Principe saluiconductum petere posse, quæ doctrina, ut nimis generalis ex relatis restringenda & declaranda est. Nec faciunt difficultatem q̄ supra diximus in prima extensione huius casus, quia illa procedere

possunt, quando securitas cōcedi non debuit ob causam minus legitimā, hic uerò declaratio ob defectū potestatis, & scimus maiorem esse defectum & nullitatem prouenientem ex iurisdictionis impotētia, altero quouis, ut probant Decius consil. 8. nu. 6. & cōf. 38. nu. 7. Marfil. sing. 10. latē Vantius tracta. De nullitate, in titu. De nullitate ex defectu iurisd. ordinarię n. 1. & 2. & hęc erit multum notabilis declaratio ad relatum statutum Papię 7. nempē, ut nō possit Iudex hoc casu securitatem & fidantiam dare: & si fuerit data non erit seruanda cum clarē constat esse nullā. Nec obstat q̄ illo statuto dicitur, quod data omnino debeat seruari: quia animaduertendum est, statutum loqui, quādo iudex potuit quidem dare, sed nō tenebatur dare, atque ita cogi poterat, ut ostendunt illa uerba, si autem proceditur de crimine, cuius p̄na est relegationis, uel iſrā, uel ciuilitē conuenitur: tunc dictam fidantiam dare nō teneatur, sed si dederit, &c. ecce non tollit hic potestatem, quia potest si uult, sed negat eum cogi posse: quemadmodū in ceteris casibus à statuto relatis potest. illa ergo uerba, sed si dederit, solū ad illum casum referri debent, cum dedit, & si dare non tenebatur, non autem ad hunc casum, cum dedit, & dare non poterat. **11** Declaratur tertio, ut locum nō habeant p̄næ iā relatæ cōtra offendentem affidatum pro delictis commissis post concessā securitatē, quā securitas cōcessa non extenditur ad delicta futura, ita Angelus Arcti. in trac. malef. in gl. Quod fama publica, nu. 5. quē secutus est Bellus d. titulo De saluis conductibus, nu. 3. & ibidē nu. 60. eiusdē opinionis recensent Baldus cōf. 400. Quod Iacobus, lib. 1. sed melius hanc sententiā adiuuat autoritas Signoroli cōf. 103. nu. 3. est ratio, quia dolus & delictū de p̄terito remitti quidē p̄t, sed nō de futuro, h. Aurelio. s. Caius, de li. lega. Decius consil. 178. nu. 3. & in l. contractus, nu. 42. de reg. iur. quā declarationē rectē intellige, offēdit scilicet hūc posse pro delictis nouiter commissis, non pro antiquis: quoniam saluiconductus illum tutum adhuc facit, nec enim ex hoc delictū infringitur saluiconductus: ita Decius in cap. constitutus, l. 1. de appella. nisi ex proposito, sub clypeo saluiconductus, deliquisse, ita declarat Blancus in pract. criminali, in uerbo, Datis defensionibus, nu. 54. **12** Declaratur quinto, ut non habeant locum p̄næ cōtra offendentem, uel molestia afficientem affidatum ob causam pecuniariam: & molestia quæ infertur, prouenit ex causa delicti, quoniam securitas p̄ debito pecuniario concessa, non se extendit ad causa delicti, ita Baldus d. consil. 400. Quidam Iacobus ab oleo, col. j. uer. & prima ratio, & col. 2. uer. si. sexta ratio, lib. j. idem respondit Castren. cōf. 422. Quia sciō super. col. penul. uer. si. contrarium, dico, lib. 1. sensit Bellus d. titulo. De saluis conductibus, nu. 59. quare infertur ad declarationem d. statuti Papię 7. q̄ si in terminis illius statuti securitas alicui erit concessa, ut non obstantibus suis debitis, pro quibus molestari, uel conueniri non possit, quod nihilominus poterit molestari pro debitis, quæ à causa delictorum prouenerunt. Quod autem in terminis, d. statuti possit etiam concedi securitas à causa debiti ciuilibis, credo esse sine dubio, quia si potest iudex à causa delictorum, fortius à ciuili poterit, atq; ita etiam declarari

clarari potest d. statutum Brixie 235. De saluis, & fidis conductibus. **17** Declaratur quinto, ut p̄næ locum non habeant, quā securitas simpliciter data fuisset pro debitis, & is molestaretur a fisco pro debitis fiscalibus: quā fidantia ad debita illa non se extendit, ita Bal. d. consil. 400. col. 2. uer. si. tertia rō. quē securus est Bellus d. tit. De saluis conductibus, nu. 60. atq; ita et declarari p̄t statutum Patauinū sub rub. De fugitiuis, c. Dominus Potestas, dum debitoribus, intelligitur de debitoribus priuatorum, non autem fisci, ex hac declaratione. **19** Declaratur sexto, ut p̄næ iste locum sibi non uēdicent, quando affidatus quis est simpliciter pro debitis, & deinde molestia afficeretur pro debito iurato: nā securitas debitum iuratum nō complectitur. ita Alex. consil. 38. lib. 3. Feli. in ca. constitutus, col. 4. nu. 20. de rescriptis, quos secutus est Bellus d. titulo De saluis conductibus, num. 63. quorum opinionem prob. & eiusdem opinionis addo Ias. in l. quoties, nu. 2. C. de p̄cedib. Imper. offeren. Afflictus decif. 5. & de cōf. 111. nu. 14. alios retulimus supra in casu 203. nu. 20. 14. immo p̄secularis non p̄t dare hanc fidantiam et expresse, quoniam contra iuramentum, quod iuridicū est, dispensare non potest. quod annotandum est ad declarationem dicti statuti 7. ut cesset hoc in casu, atque ita etiam intelligitur relatum statutum Patauinum d. c. Dominus. **21** Declaratur septimo, ut nō procedat, quando fidantia data esset pro certis personis tātum, & deinde is molestaretur ab aliis, ex quorum molestia commodum resularet istis contra quos fidantia data est, exemplum in casu notabili, super quo interrogatus respondit Castren. consil. 420. Si queritur utrum, col. 2. li. 1. data fuerat securitas, & saluiconductus debitori, ne a suis creditoribus Senensibus conueniri posset, modo forensis creditor, qui socius erat unius ex creditoribus Senensibus, illum debitorem conueniebat: is obiciebat, conueniri non posse, quia ipse forensis socius erat illius Senensis, qui ob securitatem, & fidantiam eum conueniri non poterat: & ob id nec ipsum forensē posse, ne ex illa conuentione resulter utilitas Senensi, respondit multis rationibus Castrensis, illum debitorem conueniri potuisse, saluiconductu non obstante, & hęc etiam erit omnino annotanda declaratio ad relatum statutum Patauinum. **SVM MARIVM** **1** Saluaguardia que sit. **2** Saluaguardia ita tuetur, ut saluus conductus. **3** Saluaguardiam solus Princeps concedit. **4** Armorum usum solius Principis esse. **5** De cretum antiquum Pedemontium lib. 3. sub rubri. De Gardiis, & eorum prohibitione, declaratur. **6** Saluaguardiam à laico concedi pro bonis ecclesiæ. **7** Imperatorem esse ecclesiæ defensorem. **8** Saluaguardiam nemine citato concedi. **9** Saluaguardie concessionem nemini nocere. **10** Saluaguardiam continere debere clausulam iustitiam. **11** Saluaguardiam per literas patentes concedi. **12** L. 2. C. ut nemo priuatus prædij suis, declaratur. **13** Iudicis arbitrio puniri uiolatores saluaguardie. **14** Saluaguardiam concessam a carente potestate in-

fringens, non punitur. **15** Saluaguardiā iustis de causis infringens, punitur. **16** Saluaguardiam pro defensione suæ iurisdictionis infringens, non punitur. **17** Saluaguardia à Principe seculari concessa, non impedit iurisdictionem Episcopi. **18** Saluaguardiam infringens ignoranter, nō punitur.

CASVS CCCXXXVIII.

SALVAGUARDIA QVIBVS ET QVA sub forma concedi possit: & de p̄nis eorum, qui illam uiolant.

Saluaguardiæ concessio re ipsa non multum a securitate, & saluiconductu differt, nam saluaguardia dicitur esse illa defensio, & protectio, quam potentior minus potēri præstare p̄mittit, atque ita amicis hæc, & charis ad suorum bonorum tutelam præstari solet: cum tñ saluiconductus, & securitates concedantur, uel hostibus, uel delinquentibus, & bannitis, ut ex duobus relatis casibus intelligere, facile est, quo tñ ad effectū nō differunt: quā sub saluaguardia positus, ita tutus esse debet, ut illi sunt, q̄ securitates, & saluos conductus hēnt, quare Io. Fabri in l. denuntiamus. C. de iis, qui ad ecclesias confug. equiparare uidetur securitatē, & saluaguardiā, nec ab eo dissentit Austrius in decisionib. Capellæ Tolosanæ, q. 489. hanc protectionem, & saluaguardiā (cuius usus in regione Pedemontiu ac Sabaudia frequens est) solus princeps concedit, si loquimur de p̄tectione, & saluaguardia absoluta, & in genere, q̄ defensionē iuris, & facti continet, ita Io. à Platea in l. cū sæpe, C. de erog. mil. ann. li. 1. 2. quē sunt secuti Chaffā, in Catalogo Gloria mundi, par. 5. nu. 195. & cōf. 66. nu. 18. Neuiz. consil. 83. nu. 5. idē, his non relatis, docuit, & Ias. cōf. 57. col. 2. li. 3. Cagnol. in l. non uidetur defendere, nu. 4. 5. de reg. iuris, quā p̄ armorū usus solius Principis est, l. unica. C. ut armo. usus. Quo circa rectē in regione Pedemontiu sancitū est antiquo decreto Ducali li. 3. sub rubr. De Gardiis, & earū prohibitione, illo si quidē decreto prohibentur inferiores Principis aliquē sub sua protectione, & saluaguardia recipere; & tā concedens, q̄ se subiiciēs punitur: & ipsa saluaguardia annullatur, & solet hæc saluaguardia a principe concedi, nō mō p̄ bonis laici, sed et ecclesiæ, & ego uidi Serenissimū Ducē Sabaudia religiosisimū Abbati, & Monachis Chartusæ Vallis Pixii apud Montē regalē Pedemontiu amplissimā saluaguardiā cōcessisse, & rectē, quoniam ipso iure Christiani p̄ principes sunt ecclesiæ protectores, ut de Imperatore scriptum est in cle. 1. §. ego, de iure iu. Cagn. in proēm. florū in princ. nu. 46. sic de ceteris principibus in c. principes, c. Regū. c. administratores. 23. q. 5. & plures recenset Gigas in tract. De crimine lætæ maiestatis, lib. 1. sub rub. Qualiter, & a quibus crimen lætæ maiestatis, committit, q. 2. in fin. solet etiam hæc saluaguardia concedi aliquo non citato, & monito, modo in genere, & non contra certam personam concedatur, ita Neuiz. cōf. 83. nu. 1. 2. est ratio, quia hæc concessio saluaguardiæ regulariter nemini nocet, cum ei cui conceditur plus iuris quā prius habuit, conferat, cap. ex parte, l. 2. c. recipimus, de priuile. ubi Abb. Dec. c. ad audientiam, 3. notab.

3. nota. de appell. clarè & in specie Natta consi. 237. nu. 2. 3. lib. 2. & Iaf. consi. 57. col. 2. lib. 3. & dum contra certam personam conceditur, causæ cognitio adhibetur; nec enim ita de facili cõcedi debet, ut is Ne uiz. d. consi. 83. nu. 5. in fi. respondit post Gul. de Cun. trac. de securitate. nu. 30. si tñ contingeret sine causæ cognitione concedi, obseruanda ab aduersario erit, ob Principis uoluntatem: quem facile adire poterit & reuocationem obtinere, ut docuit Cag. in d. proœm. Digestorum, in prin. nu. 57. & Neuz. d. consi. 83. nu. 12. in fi. qui sentit, tutum esse & iuri cõsentaneum in his saluisguardis apponere clausulam in stitificatiuam, & si senseris te grauatur, compareas recepturus iustitiæ implemētum. solet etiam saluaguardia per literas patentes in priuilegij modum concedi, & in signum concessionis signa quædam, quæ p̄ nuncelli appellantur, apponuntur in prædiis hastæ infixæ, uel si pro domo concedi contingat ualuis ianua affiguntur. hæc signa appellat uela Theodosius & Valēt. in fl. 2. C. ut nemo priuatus titulos prædiis suis uel alienis imponat, uel uela regia suspendat, quæ textum sic intellexit Gul. uel. d. trac. De securitate. nu. 30. uerum si de ueritate concessionis dubitetur, scriptura ipsa probanda erit, ita Cagn. d. proœm. Digestorum, in prin. nu. 58. & Neuz. d. consi. 83. nu. 13. qui alios citant. Qui autem saluaguardiam infringunt & uiolant, arbitrio iudicis puniuntur: ita Guido Papæ q. 417. Supra in quæst. quem sunt secuti Cagnolus qui supra nu. 57. in fi. Neuz. d. consi. 83. nu. j. & Boerius q. 179. nu. 4. & ante eos Gul. de Cun. trac. De securitate. nu. 22. & inquit Cagnolus hoc in casu arbitrium ad mortem usque extendi posse, ex qualitate facti, & rectè, qm̄ Principis autoritas læditur, & illius maiestas contemnitur. & quemadmodum in saluisconductibus & securitatibus crimen læsæ maiestatis considerari aliquando pot̄, ita & hoc in casu. Declaratur primò, hic casus, nempe, ut relatæ p̄ ne cessent, cum saluaguardia ab eo concessa fuit, qui concedendi potestatem non habuit, ex supra relatis. & conferunt quæ in præcedenti casu in declaratione secunda attulimus. Declaratur secundò, ut locum non habeant hæc p̄ ne contra eum, qui iustis de causis saluaguardiã infringit. ita post Io. Fabri, & Massue. respondit Neuz. consi. 83. nu. 8. uerum difficile esset obtinere. qm̄ debet hic, qui se læsum credit, ipsum Principem adire, & de iure suo docere: non autem sua manu sibi iudicare. quare cogitandum est, ob horum Doctorum autoritatem. non enim ego cum illis nego, Principem non debere aliquem protegere & defendere iniuste: sed dico q̄ ubi hoc facit, illum esse adendũ, cum ei resistere non liceat. Declaratur tertio ut hæc p̄ ne cessent contra eũ, qui pro sua iurisdictione diuersa à iurisdictione concedentis aliquid contra saluaguardiam agit: ut puta Princeps secularis concedit saluaguardiam prædiis alicuius, in quibus Episcopus pro sua iurisdictione non impeditur Episcopi potestas. ita in specie respondit Neuz. d. consi. 83. nu. 9. post Guido. Papæ q. 56. Decium & ceteros in c. ad audientiam, col. j. de appell. idem sensu Cagnol. in d. proœm. Digestorum, in prin. nu. 55. quibus addo Castren. consi. 204.

Viso quodam saluoconductu, col. 1. lib. 1. qui rñdit, saluumconductum concessum ab Anconitanis, non potuisse prodessè contra officiales Regis Aragoniæ. idem rñdit Iaf. consi. 57. col. 3. uer. tertio facit. li. 3. q̄ ita consuluit pro Rotariis Astensibus Calocij dñis. 18 Declaratur quartò ut locum non habeant hæc p̄ ne contra eum, qui ignoranter aliquid egit contra saluaguardiã, ex supra relatis. ignorantia aut̄ p̄sumptione iuris primum probatur. c. ignorantia, de reg. iur. deinde, si uocatus non fuit, & signa opposita non fuerunt, quemadmodum pro more apponuntur.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudices duos sales habere debere.
- 2 Index constans & fortis esse debet.
- 3 Index p̄ imprudentiã peccas punitur arbitrio iudicis.
- 4 Statutum Papiæ 13. De regimine Potestatis, sub rubri. De pena iudicantis, uel officialis declaratur.
- 5 Pœna arbitraria quæ sit contra iudicem, qui per imprudentiam iudicauit.
- 6 Arbitrator per imprudentiam iudicans punitur.
- 7 Sententiæ arbitri esse omnino standum.
- 8 Statutum Papiæ 25. in ciuilibus, sub rubr. De compromissis, declaratur.
- 9 Statutum Veronæ lib. 2. c. 122. sub rubr. De compromissis, declaratur.
- 10 Index qui per imperitiã iudicauit, punitur, etiam si condemnatus appellare potuit.
- 11 Arbitrator qui per imperitiã iudicauit, punitur, etiam si condemnatus petere potuit reductionem ad arbitrium boni uiri.
- 12 Statutum Papiæ 66. De regimine potestatis, sub rubri. De syndicato D. Potestatis Papiæ, declaratur.
- 13 Index, qui per imperitiã iudicauit, punitur, & si sua sententiã per secundam fuit confirmata.
- 14 Index per imperitiã iudicans punitur, & si eius sententiã per duas alias confirmetur.
- 15 Index per imperitiã iudicans non punitur, si condemnatus eam expressè approbat.
- 16 Index ex sapientis consilio imperitè iudicã punitur.
- 17 Index imperitè absoluens reum ab obseruatione iudicij punitur.
- 18 Arbitrator per imperitiã iudicans punitur.
- 19 Index imperitè non iudicat si ob opinionum uarietatem, unam fortè deteriorem sequitur.
- 20 Opiniones cũ uariæ sunt, una earũ tutè probari pot̄.
- 21 Iudicem non puniri si quid leuissima culpa egit.
- 22 Index, qui suo arbitrio causam iudicare potest, non tenetur si quid egit per imperitiã.
- 23 Index, qui sapientis consilium omnino sequi debet, non punitur, si ob illud imperitè iudicauit.
- 24 Index imperitè iudicans ex consilio sui Assessoris, non punitur.

CASVS CCCXXXIX.
 QUANDO IVDIX IMPERITE IVDICANS PUNIATUR, & qua pœna.

Q Vi iuri dicendo p̄sunt, duos sales habere debent, scientiæ unum, ne insipidi sint, conscientie alterũ, ne sint diabolici, ut cum Bal. loquar in l. 2. nu. 7. C. de sē. ex breu. reci. Iaf. litem nõ nouã. nu. 6. C. de iud. Boer. q. 153. nu. 51. Primò dicamus, quantũ illi nocet insipientia ac imprudentia. Sciendũ itaque

itaque est hanc ipsi iudici ad culpam tribui: quippe, q̄ munus suis uiribus impar aggredi minime debuit. est enim scriptum, Eccle. 7. Noli querere fieri iudex, nisi ualeas uirtutes irrumperere iniquitates, ne forte extimelcas faciem potentis, & ponas scandalũ in agilitate tua. cum itaq; Iudex per imprudentiã iudicauit, qm̄ peccasse non parũ intelligitur, extraordinem iudicis arbitrio punitur. l. ult. ff. de uariis & extraord. cog. & inst. de obliga. quæ ex quasi delicto, & notat Bald. in c. 1. §. iudices, nu. 1. de pace iura. fir. in uisibus feudorũ. Boer. q. 153. nu. 12. qui censuit, idem esse cum per imperitiã morte aliquem puniuit. post Io. Fabr. & Ang. Areti. inst. de obliga. ex quasi delict. in prin. & hoc in casu declaratur statutũ Papiæ 13. de regimine Potestatis, sub rubric. de pœna iudicantis, uel officialis aggrauantis aliquẽ iniuste. pœna illa ordinaria locum non habebit, quando per imprudentiã iudex aggrauauit, molestiaq; affecit. Pœna autem hæc arbitraria est, ut parti læsæ damna resciat, non in solidum, sed inquantũ facere potest: ita gl. ult. ff. de uariis, & extraord. cogn. Bart. in sua q. 9. Iudex per imperitiã, col. ult. Bald. d. §. iudices, nu. 1. ibi Afflic. ex text. l. si iudex. ff. de iudicis. nisi hæc imperitiã sit ex lata culpa, quæ dolus p̄sumptus appellatur: qm̄ tunc in solidum tenetur, ut statim dicã, & tradit Alexan. in l. 4. §. eum. in fi. ff. de dam. infecto. Dec. l. 1. §. hæc autem uerba, nu. 3. ff. qd̄ quisq; iuris. Bossius trac. causarum criminalium in titulo de officialibus corruptis, nu. 23. & eum secutus est Iulius Clarus lib. 5. sent. §. si. quæst. 83. uerfic. Iudex malè. Extenditur primò hic casus, ut locum etiam sibi uendicat in arbitrio, qui & si non iurisdictione habeat, sed solam cognitionem, si per imperitiã iudicauit, arbitrio iudicis punitur. gl. d. l. ult. de uariis, & extraord. cog. ex text. l. si quis in conscribendo in fine. C. de pactis. & ibi Iaf. nu. 9. licet. n. sententiã arbitri standum sit, siue æqua siue iniqua sit. l. dñm proferre. §. stat. i. ff. de recep. arbit. artem illud intelligitur quò ad ipsas partes inter se, non autem quoad ipsam partem læsam: quia illa habet actionem contra ipsũ arbitrium. ita sensu Iaf. d. l. si quis in conscribendo, nu. 9. uerficu. contrarium uidebatur. & ibi Curr. iun. nu. 11. communem esse declarationem testatur. Quibus inferitur declaratio ad statutum Papiæ 25. in ciuilibus, sub rub. de compromissis fiendis. in illis uerbis, & ab ipsorum sententiis, arbitriis, & arbitramentis non possit appellari, supplicari, nec querelari, seu de nullitate opponi, uel peti reductio ad arbitrium boni uiri, & hoc si causa, & quæstio fuerit à libris ducentum Papiæ infra. hæc dispositio inter ipsas partes locum habet, non quoad ipsum arbitriũ quin de imperitiã teneatur: ut iam admonui. conferunt, q̄ nunc subiucio. atque ita etiam intelligi debet statutum Veronæ lib. 2. c. 122. de compromissis, ibi, ita q̄ à dicta diffinitione non possit appellari. Extenditur secundò, ut locum etiã habeat hic casus, quando pars læsa per iudicem, uel arbitri imperitiã potuit appellare, querelare, uel petere reductio nem ad uiri boni arbitriũ, & illa prætermittit Bar. in litem si quis. nu. 3. ff. de alien. iud. muta. caus. fact. & d. disputat. 9. Iudex per imperitiã. in solutione, nume. 1. pulchre Bal. in d. c. 1. §. iudices, nu. 7. de pace iur. firm. qui multis rationibus hanc egregiam declarationem confirmat. Soc. sen. consi. 24. col. 3. uerfic. secundò principaliter. lib. 1. latè Barb. consi. 12. col. 1. & 2. lib. 4. idẽ sensu Boss. in tract. causarum criminalium in ritu. de officialibus corruptis, num. 22. punietur ergo iudex tempore syndicatus, ut relati inter pretes affirmant. quo circã statutum Papiæ 66. De regimine Potestatis, sub rubr. De syndicato Domini Potestatis Papiæ locum etiam habebit, & si is, qui per imperitiã sententiã damnum passus est, non appellauit. Inferitur etiã declaratio ad relatũ statutũ Papiæ 25. in ciuilibus, sub rubr. De cõpromissis fiendis. in illis uerbis, si uerò fuerit a dicta quantitate, (hoc est librarũ ducentũ) supra, q̄ tunc ab ipsis sententiis, arbitriis, & arbitramentis possit querelari, & peti reductio ad arbitriũ boni uiri, & si ergo pars ex laudo arbitri læsa hanc omittat querelam, nõ tñ excluditur, quin de imperitiã cõtra ipsũ arbitriũ experiri possit. Extenditur tertio, ut locum etiam habeat hic casus, & hæc pœna qm̄ a lata sententiã per imperitiã appellatum fuit, & prima ipsa sententiã fuit per secũdam confirmata, uel appellatio fuit deserta. ita post Inno. egregiè docuit Bal. in l. obseruare. §. proficisci. q. 28. ff. de off. Proconf. & latè cõprobauit Calcanes consi. 1. col. 9. uerfic. ex quibus omnibus Barba. consi. 12. col. 1. 2. lib. 4. latissimè Decius in cap. sæpe. nu. 10. de appella. & hanc esse singulare doctrinam scribit, & aliorum auctoritatibus confirmat Marfil. sing. 646. Iudices, quod uerum intelligunt, etiam si tres late sint sententiæ conformes: ita post Bal. in d. l. si quis in conscribendo, nu. 6. C. de pactis. Angelum in l. 4. 1. sine, ubi etiam Alex. ff. de dam. infecto, docuit Dec. in d. c. sæpe. nu. 10. uerfic. & quod supra dictum, de appella. ubi etiam Abbas, quibus addo Ang. consilio 188. Sed nunc uidentur. col. ult. & Calca. d. consi. 1. col. 9. in fi. & his intelligimus malè sensisse Bart. in d. sua q. 9. Iudex. col. ult. uerfic. aut in causa appellationis. dũ dixit, hoc in casu iudicem excusari. quæ doctorum, & iuris sententiæ annotandæ sunt ad relatorum statutorum interpretationem. Hanc tamen extensione declarauit post Bal. Decius in d. cap. sæpe, nu. 11. 12. 15. 13. Primò si condemnatus, & qui succubuit expressè sententiã ratam habuit. Secundò si expressè appellationi renuntiauit. Tertio, si is iudex, qui primã sententiã tulit, in instantia appellationis comparauit, & absolutus fuit. Extenditur quartò, ut procedat etiam si hic iudex iudicasset ex consilio sapientis, iuxta statuti dispositionem, & sciret consilium esse iniustum: nam illud sequendo per imperitiã iudicare dicitur. ita Bar. in l. si conuenerit, de re iud. & in l. 1. §. si plures. nu. 10. de exerci. actio. Roma. consi. 228. col. ult. Bal. l. obseruare. §. proficisci. q. 31. de off. Proconf. & lega. debuit enim spernere. idem censuit Soci. sen. consi. 24. col. 3. lib. 1. Soc. iun. consi. 63. nu. 9. 10. lib. 1. Scala Parauinus lib. 4. de consilio sapientis, cap. 26. Extenditur quartò, ut procedat etiam hic casus in iudice, qui per imperitiã reum ab obseruatione iudicij, ob lapsum instantiẽ absoluit: nam adhuc is iudex arbitrio iudicis cõdemnatur erga ipsũ actorẽ ob illatũ illi damnum: ita Bal. in d. l. si quis in conscribendo, nume. 7. C. de pactis. quem securi sunt Salic. Castren. & Fulgo. nec dissentit ibi Alexan. nu. 4. cum quo remissiuè tranfit Iaf. num. 10. reiecta Bartoli opi-

- nione, qui censuit, iudicem in totum teneri, & cōtra Bart. sensit. & Dec. d. l. si quis in cōscribendo, in fine.
- 18 Extenditur quinto ut etiā procedat in arbitrato- re, qui cū de dolo, & lata culpa teneatur, non excusa- tur, si quid per imperitiam iudicauit: ita Bart. in l. ul. nu. 1. de uariis, & extraord. cog. & in l. ult. ex illo tex. ff. si mentor fals. mod. dixit. & in l. 1. C. de discuss. lib. 10. cū illo transeunt Alex. d. l. si quis in cōscribendo, nu. 3. ibi Dec. nu. 17. Orianus tract. de arbitr. q. 36. ul- timē partis. Hęc declaratio notabilis est ad interpre- tationē d. statuti Papiensis 2. 5. in ciuilibus, de cōpro- missis fiendis. dū loquitur de arbitro, & arbitratore. & ad relatum statutum Veronæ lib. 2. cap. 122.
- 19 Declaratur primò, ut non procedat eo in casu, cū uariæ sunt Doctorū opiniones, nec discernitur, quæ sit uerior, & magis recepta: tunc iudex non tenetur, & si alter eo prudentior, & doctior aliam opinionē fortē esset securus. nam opinionum multiplicitas excusat, ne iudex litem suam fecisse dicatur. ita in spe- cie declarauit Bald. in d. cap. 1. §. iudices, nu. 4. de pace tenen. in uisib. feud. item Bald. in l. obseruare. §. profici- scit. q. 50. de off. Procons. & leg. qui & illud dixit, esse arbitratū iudicibus syndicatibus an hoc casu hic, qui ita iudicauit excusatione dignus sit. Et conferūt
- 20 quæ de opinionū uarietate scripsi in superioribus, dū dixi excusare ab expensis litis. Est ratio, quia nos loquimur eo in casu cū per imperitiā aliquid agit: q̄ sanē imperitiā latam culpam solum continet. at si fa- cit quod alter eiusdem conditionis iudex prudēs fa- ceret, certē excusatur, ut scribit Bart. in l. quod Ner- ua, nu. 1. 6. ff. de positi. Hinc nostri uno ore scribunt,
- 21 iudicem hūc nō teneri, si quid leuissima culpa egit. ita Bald. d. §. iudices, nu. 1. ex d. l. si quis in cōscriben- do, quæ in arbitro etiam procedit. Confirmatur hęc declaratio ex eo, quod dicimus, q̄ & si cōmunis opi- nio in iudicando sequenda sit, ut tradunt omnes in ca. 1. in fi. de const. latissimē Neuz. lib. 5. Syluæ nup. nu. 1. cum infinitis subsequētib. attamen non tene- tur illam sequi, quando est euidenter falsa, uel con- uinci potest probabilibus rationibus, id qd̄ iudicis arbitrio relinquitur. ita Abb. d. c. 1. nu. 15. de constir.
- 22 Declaratur secūdo, ut nō procedat in eo iudice, qui ex suo arbitrio causam iudicare debet: ita Bal. in d. §. iudices, nu. 5. qui uerum intelligit, nisi contra cō- fuetudinem hoc faciat, quod concedo, sed illud con- tingit, quia uerē arbitratum non dicitur, quod est consuetudine determinatum, quemadmodum de- clarauit supra lib. 1. q. 14.
- 23 Declaratur tertio, ut non procedat in eo iudice, qui uel partium cōuentione, uel ex statuti dispositio- ne omnino sequi debet sapientis consiliū de partiū cōuentione. ita Bart. in d. l. si conuenerit, nu. 9. de re iud. qui iudices admonet, ut in ea cōuentione adscri- batur, quod non solū ipsæ partes talem in consilia- rium eligunt, uerū etiam uolūt consiliū illud esse à iudice sequendum. idem censuit Bal. in d. l. obser- uare. §. proficiat. q. 3. 1. de off. procons. & lega. ita præ- citatis locis Bart. & Bald. censuerunt, quando ex dis- positione statuti consiliū sapientis omnino sequē- dum est: ita etiam respondit Calca. consi. 82. & Scala Patavinus li. 4. de consilio sapientis. cap. 26. uers. ter- tiò quando, & uers. quarto si ex.
- 24 Declaratur quarto, ut non habeant locum hæc pœ-

na, cū iudex ex sui assessoris consilio iudicat. l. 2. ff. quod quisque iur. ubi Dec. & ceteri omnes. Bal. in l. 1. nu. 7. C. de pœna iud. qui malè iud. Boff. tract. causa- rum crim. tit. de officialib. corruptis, nu. 27. 29. q̄ qui dem Doctores hoc procedere intelligunt, quādo ip- se iudex non est iuris peritus, & ipse Assessor a Princi- pe, uel a repub. electus fuit: illos tu consule.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudex, qui per imperitiā aliquem questionib. subie- cit, qua pœna punitur.
- 2 Iudex, qui tamquam priuatus indebitè aliquem tor- mentis supposuit, qua pœna punitur.
- 3 Iudex, qui per dolum indebitè aliquem tormentis sub- iecit, quomodo punitur.
- 4 Iudex qui non præcedentibus iudiciis aliquem quæ- sitionibus subiecit, pœna punitur arbitraria.
- 5 Bald. l. decuriones, C. de quæst. declaratur.
- 6 L. Decuriones, C. de quæst. intellectus.
- 7 Iudex qui sine iudiciis aliquem questionibus suppo- suit, qua pœna Regno Neapolitano punitur.
- 8 Iudex arbitratè punitur si reus non omnino indebi- tē tortus decessit in tormentis.
- 9 Iudex non punitur, si reus iusta ratione sine culpa in- dicis ex tormentis decessit.
- 10 Cautela, qua uti debet Iudex, cū reū torquet indebite.
- 11 Iudex probat per suos domesticos, se modum torture non excessisse.
- 12 Iudex probat se modū torture nō excessisse, sed culpa sua tortū decessisse, probādo illum recusasse mederi.
- 13 Iudex probat modum non excessisse, si probat in loco solito adhibuisse quæstiones.

C A S V S C C C X L.

POENA QVA PVNIENDVS SIT IVDEX, qui uel omnino indebitè reum quæstionibus sub- iecit, uel in torquendo modum excessit, explicatū atque diligenter declaratum.

Dicendum est hoc loco, quādo, & qua pœna ple- ctendus sit iudex, qui per imperitiā, uel do- losè aliquem tormentis, & cruciatibus affecit. qua in re, cū multa a nostris perplexè tradantur, ego ita so- lo distinguere aliquot casus.

1 Primus est casus, quando iudex nō tanquā iudex, sed tāquam uerè psona priuata aliquē tormētis atq; quæstionibus subiecit: tunc is pœna capitis puniri de- bet. ita intelligo Bal. in l. 1. nu. 4. in fi. C. de priuat. car- cer. dū inquit, q̄ si p carcere priuato pœna est capita- lis, d. l. 1. fortius dēt esse capitalis p indebita, & priua- ta tortura. quæadmodū. n. quod ad carcerē, loquitur Bal. de persona priuata carcerante, ita ēt debemus eū intelligere, de persona priuata quod ad tormenta. est huius casus præcipua ratio, quia hic torquens, præter- damnum atque iniuriā, quam toto infert, superioris iurisdictionem usurpat, quam usurpationem capi- taliter punit d. l. 1. C. de priua. carcer.

2 Secundus est casus, quando iudex tamquam iudex aliquem tortis indebitè p dolum, ut quia nulla penitus inditia præcedebāt, sed dolo ob inimiciā, quam fortē contra eū gerebat, ita acriter tortis, ut is tortus decesserit. tunc is iudex pœna capitali puniri debet. ita uerè sensit Cyn. l. 1. Gracchus, & ibi eum se- cutus

cutus est Sali. col. pen. uers. aut modum excessit. Cad- le. Iul. de adult. idem sensit Bal. in l. 3. in fin. C. eod. de adult. Io. de Ana. in cap. 1. col. 3. de cler. percuss. Aret. consi. 80. nu. 4. hos secuti sunt & recentiores omnes, ut Marfi. in l. quæstionis modum, col. pen. uers. aut excessit modum, & tunc aut dolo. ff. de quæst. idem in præct. crim. §. expedita, nu. 89. Egid. Bossius tract. causarum crim. tit. de tortura, nu. 28. & Iul. Clar. lib. 5. sent. iuris, §. fin. q. 64. uers. Iudex autem, quibus ad- do Iacob. Nouellum in praxi crimin. titu. de modo constituendi reum, incipit, Et quia sepe numero, nu. 9. quorum sententia probari uiderur in l. lex Iulia, §. ult. ff. ad leg. Iul. repet. & clarius in l. lege Cornelia. in prin. ff. ad leg. Corn. de sicar. & in l. unica, §. 1. C. de emend. ser. dolus autem quando hoc casu præsuma- tur, statim dicam.

3 Tertius est casus, quando iudex, nullis præceden- tibus inditijs, aliquem tormentis subiecit, qui tamē non decessit: tunc hic iudex est pœna arbitraria pu- niendus: ita uerè sensit Bald. in rub. C. de pœna iudi. qui malè iud. nu. 5. quem secuti sunt Sali. in l. ult. col. 2. uers. septimò quid si fecit, C. eo. de pœna iud. Alex. l. 1. in fi. prin. & ibi Iaf. in fi. & Dec. nume. 10. ff. quod quisque iur. Boff. d. tit. de tortura, nu. 3. 2. & hanc cō- munem testatur Petrus Calaphatus inter consilia criminalia diuersorum, consi. 93. in fi. lib. 2. & si per- plexè aliorum auctoritates, qui in aliis loquuntur ca- sibus misceat. his accedit Clarus d. l. 5. sent. iur. §. fi. q. 64. uers. antequam. qui ita in foro uis receptum esse testatur. Nec huic ueræ opinioni aduersatur, quod docuit Bal. in l. decuriones, C. de quæst. ex illo textu nempè pœnam esse capitale contra iudicem pro- qualicumque tortura, quam iudex dolo malo alicui inflixit. & cum Bal. cōem esse opi. affirmarunt Marfi. in d. l. quæstionis modum, col. ult. de quæst. & in d. præct. crim. §. expedita, nu. 89. & Calaphatus inter cō- silia crim. diuersi. consi. 94. nu. 4. quam quidem opi- nionem affirmasse aiunt, Bal. in l. j. C. de priua. carcer. Ang. in d. l. decuriones, Sali. in l. 2. C. de exhib. reis. Io. de Ana. in d. c. j. col. 3. de cler. percuss. & Par. Puteū trac. syndicus, c. An. si officialis. Ego imprimis ani- maduerti solum Bald. & cum eo Ang. in d. l. decurio- nes, ita scripsisse, nam idem Bal. & ceteri in locis præ- alleg. hoc non probant. Bal. enim in d. l. 1. C. de priu. carcer. loquitur in casu, quem supra priore loco re- tuli. Sali. uerò in d. l. 2. C. de exhib. reis, ne uerbū qui- dem. Io. uerò de Anan. secutus est opin. Sali. in l. Grac- chus. C. de adult. atque ita sensit esse pœna arbitraria puniendum. Super est ergo solum ut respondeamus doctrinæ Bal. & Ang. ff. d. l. Decuriones. dicā ingenuè qd̄ sentio, sentio equidem Bal. & Ang. malè hanc pro- positionem ex illo tex. l. Decuriones, collegisse, quan- do quidem is tex. loquitur in casu speciali ipsorum Decurionum, quibus datum est in priuilegiū, ne ob- eorum dignitatem possunt torqueri: pœnā aut illam adiecit tex. ut priuilegiū obseruetur. is ergo casus à nostro diuersus admodum est. id quod in specie sen- sit Bossius d. tit. de tortura, nu. 3. 1. in fin. Paris autem Puteus non dissentit à priori opinione, cū Cynū & Sali. in d. l. Gracchus, sequatur. Hęc disputatio ces- sat in Regno Neapolitano, ubi ex constitutione Res- gni, sub rub. q̄ recipiantur appellationes à tormen- tis, incipit, si iustè, indicta est pœna carceris per bien-

nium, & publicatio terræ partis hostorum; ut recen- set Grā. consi. 1. 5. in fi. & inquit illam constitutionem- conuenire cum opinione Ang. in l. nemo carcerem, C. de exact. trib. lib. 10. quem text. l. nemo, probare inquit Gram. hunc iudicem esse eadem pœna plectē- dum, qua puniretur carceratus, uel tortus, sed hoc mihi non probatur, si rectè illius uerba perpédatur.

4 Quartus est casus, quando iudex reum tortis non omnino indebitè, sed ex inditijs minus sufficientib. & is tortus moritur ob excessum tormentorum, tūc quia non in dolo, sed in culpa uersatur pro modo cul- pæ puniendus est, l. 1. §. sed si claua, & l. lege Corne- lia, §. 1. ff. ad leg. Corn. de sicar. ita affirmat Salic. in d. l. Gracchus. col. pen. uers. aut modum excessit. C. ad leg. Iul. de adult. & alii supra relati. præsertim Bos. d. tit. de tortura, nu. 3. 2. ubi clarè affirmat, hanc pœnā pro modo culpæ, esse pœnam arbitrariam. Id quod ea- ratione confirmatur, quia hic solum consideratur excessus, qui arbitratè puniri cōsuevit: quemadmo- dum diximus supra in casu 292. dum egimus de pœ- na illius, qui modum suæ defensionis excessit. & hoc in casu est animaduertendum, quia duo hic concur- rere diximus, nempè qn̄ inditia nō sunt omnino suf- ficientia, & qn̄ fortunæ modus fuit excessus, & uerè hoc casu (ut dixi) arbitraria pœna punitur, sed ali- quantulū grauiori, q̄ qn̄ unum tantum interuenisset.

5 Quintus & nunc ultimus est casus, qn̄ iudex non tortis, nec in iustè, nec indebitè, atque ita modum nō excessit, & tamen is tortus decessit: tunc is iudex nul- la pœna punitur. ita tradunt omnes. Bar. in l. quæstio- nis modum, & ibi Marfi. col. pen. uers. aut excessit mo- dum ex casu. ff. de quæst. idem Marfi. d. præct. crim. §. expedita, nu. 89. qui eiusdem opinionis retulit Bal. in l. 3. in fi. C. de adul. & consi. 336. Factum sic proponi- tur. lib. 4. & Ang. in l. Gracchus. C. de adul. necnon & Ang. Aret. tract. malefic. in uerbo, fama publica, q. 8. Feli. in c. cum non ab homine, in fi. ext. de iud. Franc. Brunus tract. de inditijs & tortura, par. 2. q. 5. nu. 2. 1. Est ratio tum quia hoc casu & fortuito contingit, tū quia rei licitè is iudex operam dabat, idem censuit Clarus d. lib. 5. sent. §. fi. q. 64. uers. iudex autem, in fi. qui post Anto. Gome. capit. 13. delictorum, admo- nuit iudicem ita reum torquentem debere adhibe- re notariū, qui in actis scribat adhibere torturæ mo- dum, si autem adhibitus non fuerit notarius, poterit multis aliis modis hic iudex probare, se non excessis-

6 se modum tormentorum. Primò per sitos domesticos & familiares. ita Ang. in l. lege Iulia. ff. ad leg. Iul. de ui pub. quem secutus est Paris Puteus trac. syndica- tus. d. c. An si officialis, nu. 2. arg. l. consensu. C. de re- pud. Verū ego dubito, quoniam regula illius l. con- sensu, procedit quando nec actu, nec habitu alij tes- tes, quā domesticis interuenire potuerunt: secus si potuerunt interuenire, & adhibiti actu non fuerunt. ita declarant glo. & Doct. in c. tertio loco, de probat. Dec. consi. 311. nu. 3. Gram. consi. 26. nu. 37. & consi. 45. nu. 12. Neuz. consi. 54. nu. 16. & Rol. consi. 24. nu. 67. lib. j. qui alios plures huius sententię recentent: sed in casu nostro notarius actorū, & ij huic similes adhiberi possunt: sequitur ergo domesticis fidē adhi- bendam non esse. erit tamen durum recedere ab opi- nione Angeli & Parisidis, tum ob maximam eorum- auctoritatem, tum quia benignior est.

Secundò modum torture excessum non fuisse poterit probare iudex per medicorum relationem, qui cauere inspecto, referant, illius signa & liuores suum adhibendo iudicium, an ex tormētis is decesserit, uel non. ita relati Ang. & Paris, nam in arte peritis credendum est, ut alias diximus.

12 Tertiò poterit hic iudex probare se modum debite torture non excessisse, probado ipsum tortu uoluisse post torturam mederi, atq; ita medicamentis spretis decessisse. tunc sua culpa non iudicis decessisse præsumitur. ita Card. in cap. cum in contemplatione, de reg. iur. quem secutus est Paris loco præcitato, nume. 6.

13 Quarto poterit hic iudex probare, quòd is reus fuit in loco consueto, & per solitos ministros tortus, & inde eueniet, quòd is non dicitur modum excessisset, sed id euenisse culpa ministrorum. ita Paris Pur. præcitato loco. nam in dubio nõ præsumitur modum excessisse. Guido de Saza, tract. de inditijs & tortura, nu. 21. ubi Ludo. Bologn. in addit. & Franc. Brunus tract. de inditijs & tortura, parte 2. q. 5. num. 21. Ego hic considerandum esse puto, quòd aut constat iudicem iussisse ipsis ministris, ut tres tantum ictus darēt, & ministri numerum excesserunt, uel modum ipsum tunc ipsi sunt in causa mortis, ob suum excessum. Aut constat iudicem iussisse grauiora tormenta, quam par erat adhiberi: tunc ipse tantum tenetur, in dubio credo esse præsumendum factum fuisse iudicis auctoritate, quoniã semper adesse debet, cum torqueretur reus: & si ministros modum excedere uideret, prohibere potest. Illud etiam est annotandum, quando dolus uel culpa præsumatur in iudice, & dicendum est primò, quòd quando inditia extant idonea atque sufficiētia, & torquetur sine excessu, nec dolum nec culpam præsumi in iudice. Secundò, si modus est excessus, uel inditia non sunt sufficiētia, culpa solum præsumitur. quòd intelligo, nisi aliqua præcedat inimicitia inter ipsam iudicē & reū tortū. Tertiò dolus tunc præsumitur, cum coniecturis euidētibus, de eo constat, ita scribunt Doctores iã relati, præsertim Paris Pur. d. c. An officialis. Cetera quæ huc adserri possunt, ex industria prætereo.

SVMMARIVM

- 1 Iudex litem suam facit, cum negligit administrare iustitiam.
2 Iudicis arbitrio punitur, qui negligit iustitiam administrare.
3 Negligentia administrantis iustitiam ut puniatur unde proueniat, prius considerandum esse.
4 Iudex negligens punitur aliquando minus quam sit interesse partis.
5 Iudex negligens ab officio deponi potest.
6 Iudex negligens aliquando poena capitali punitur.
7 Iudex negligens 36. casibus punitur.
8 Arbitrator negligens iudicis arbitrio punitur.

CASVS CCCXLI.

POENÆ IUDICIS, NECNON ET ARBITRI negligentis iustitiam administrare.

Item etiam suam facere dicitur iudex, cum iustitiam administrare negligit, quod probat gl. in c.

excommunicamus, in uerbo, neglexerit, de hære. Bal. & las. in l. Argentarius. §. ult. ff. de eden. ex illo textu. Alex. in l. pen. num. 5. & ibi las. nume. 9. in fi. & Dec. 6. notab. C. de pact. Iul. Clar. lib. 5. sent. iur. §. fi. q. 73. uerl. item iudex. poena autem contra iudicem negligētē facere iustitiam in casibus non determinatis, est iudici arbitraria, atque extraordinem: quemadmodum punitur qui per imperitiam iudicauit: ita glo. d. l. Argentarius. §. ult. in uerbo, de iudice. ff. de eden. & in d. l. pen. C. de pact. & alios referendo hanc esse ueram & receptā opinionem scripsit Alex. in l. 4. §. in eū. nu. 3. 4. 7. ff. de dam. infec. Felin. in d. c. excommunicamus, Ruin. consi. 12. lib. 5. & idem clarè sensit Egid. Boll. tract. causarum criminalium, in tit. de officialib. corruptis, nume. 24. 25. 26. Iudex autem noster prudens & diligens perpendet, unde illa negligentia prouenit: nã si negligentia per imperium causata erit, tunc erga partem læsam condemnabitur in quantum facere poterit: quemadmodum etiam condemnatur cū p imperitiã malè iudicauit, ut supra diximus. ita declarat Alex. d. §. in eum, nu. 4. Si uerò per dolum iustitiam administrare neglexerit, tunc in solidum tenetur. l. si filius. ff. de iud. Alex. d. §. in eum. nume. 5. qui alios recenset. ibi tamen. nu. 7. subijcit interdum iudicem nostrum, cui uerè ex illis uerbis, ut equum uidebitur, tributum est arbitrium, posse in minus hunc negligentem condemnare. quàm sit interessè partis læsæ, ut putat. si esset filiusfam. qui minus habet in pign. Extat & altera poena contra hunc iudicem negligentem, ut scilicet ab officio deponatur, si sua negligentia qui moriatur. ita probat l. si quos. C. de off. præfec. Orien. gl. Bal. & Car. Alex. in c. 1. §. iudices, de pac. iur. firmi. & scriptum reliquit Boer. q. 153. nu. 20. sunt & aliæ poenæ certis casibus indictæ contra iudices negligentes, quas recenset Bar. in lult. in fin. ff. de uariis & extraord. cognit. immo aliquando pœna capitali puniuntur, ut refert Homodeus tract. synd. dicatus. nu. 69. cum subsequētib. Paris Puteus eodem tract. synd. in uerbo, negligentia, & triginta sex casus, in quibus iudicis negligentia punitur ex ordine enumerat Gomez. Hispa. in commentarijs ad regulas Cancel. in regula de triennali possessore, post q. 28. ubi epilogum casuum negligentia refert, & de probatione negligentia aliqua scripsi in tracta. de recuperanda poss. remedio 7. q. 5.

Exteditur hic casus, ut locū et hēat in arbitro, qui negligendo, suã etiã litem facit: ita Rom. singul. 700. quem est secutus Cur. iun. in l. pen. n. 13. C. de pactis.

SVMMARIVM

- 1 Iudex per sordes indicans, acerrimè punitur.
2 Cambyses acre iudicium contra iudicem, qui per sordes iudicarat.
3 Dario Persarum regis factum contra iudicē corruptū.
4 Alexandri Seueri seueritas maxima contra iudices corruptos.
5 Iudex corruptus lege duodecim tabularum, capite multabatur.
6 Iudex corruptus lege Iulia repetundarum punitur.
7 Iudicis arbitrio punitur corruptus iudex.
8 Falsi poena punitur etiam iudex corruptus.
9 Iudex corruptus una poena sola punitur, & si duo criminis tituli in eo sint falsi, & legis Iulie de repetundis.

Concus-

- 10 Concusoris poena qua.
11 Concusoris crimen separatū à crimine repetundarū.
12 Iudicis arbitrio concussor punitur.
13 L. ult. C. de poena iud. qui malè iud. declaratio & intellectus.
14 Auth. nouo iure. C. de poena iud. qui malè iud. intellectus.
15 L. 1. C. ad leg. Iul. repe. intellectus.
16 Iudex aliquid accipiens ut iudicet in causa ciuili, si rectè iudicat, solum accepta restituit.
17 Distinctio Doctorum de corrupto iudice reiecta.
18 Iudex quando dicatur iudicasse per sordes.
19 Iudex corruptus adhuc dicitur, si quid accipit, ut sententiam iustam ferat.
20 Iudex baratariam comittit, dum per sordes iudicat.
21 Iustitia estimationem non recipit.
22 Iudex omnino restituit acceptum, etiam si datum fuerit sine corruptionis animo.
23 Iustitia mercedem quaerere iniustissimum.
24 Statutum Papiæ 39. in crim. sub rubr. de poena corrupti pentis officiales. declaratur, & alia infra.
25 Statutum Ferrariæ lib. 1. sub rub. de officio iudicis communis Ferrariæ. declaratur, & alia infra.
26 Iudex malè accipit, quod accipit, ut celeriter iustitiam faciat.
27 Iudex etiã si nihil ipse promittat, male tamè accipit.
28 Iudex corruptus dicitur, etiam si solum ei quid promissum fuerit.
29 Promittere & dare paria.
30 Iudex promittens facere, & non faciendo, punitur si quid accepit.
31 Iudex accipiendo punitur, etiam si peniteat.
32 Iudex restituendo quod accepit excusatur.
33 Iudex corruptus dicitur, si debitum remisit ei fuerit.
34 Iudex corruptus dicitur, etiam quando ei quid fuit mutuo datum.
35 Iudex corruptus dicitur, si exculenta & poculenta magni valoris accipiat.
36 Iudices posse exculenta modici valoris accipere.
37 Decretum Papiæ 42. sub rub. Quod nemici iudices. declaratur.
38 Iudicis arbitrio relinquatur, quæ dicantur exculenta modico tempore duratura.
39 Iudex lata sententia iuste accipit, quod ibidem declaratur.
40 Iuste accipit datum in re compensationem laboris.

CASVS CCCXLII.

POENA CORRUPTI IUDICIS, QUID contra hos corruptos obseruatum sit à Cambysē, Dario, & Alexandro Seuero, & quando corruptus iudex propriè dicatur, diligenti studio explanatū.

Quòd grauius est delictum dolo malo commissum, quàm per imperitiam, eò etiam grauius uindicandum est. seueriori ergo poena agendū est cum illis iudicibus, qui per sordes, qui pecunia corrupti iniuste iudicant, quod suo exemplo antiqui illi, quibus euangelica ueritas non illuxit, demonstrarunt. Cambyses in sede, ubi per sordes iniuste uendicarat Sisamnis iudex, ipsius detractam cutem in loca concidit, & tribunal ornauit: in eoq; sedere Otanē

Sisamnis filium, ut paternæ poenæ consideratione admoneretur, quid maneat iniquos iudices pecunia corruptos. cuius rei meminit Vale. Max. lib. 6. cap. 3. necnon factum hoc egregium laudat Balduinus iure consultus in cōmentarijs ad leges 12. tab. lege 52. & Alex. ab Ale. lib. 3. dierum Gen. c. 5. qui illud pariter quòd à Dario Persarum Rege factum est, cōmemorat. Is Sandozem Acolidis præfectum, quæ pecunia corruptus iniuste iudicarat, cruci affixit. in iudices hos rapaces & fures tã graui odio exarsit Alexander Seuerus Imperator iustissimus, ut si furem unquam iudicem uideret, paratum haberet digitum: quo illi oculum erueret. addit Aelius Lampridius, qui Alexandri uitã & egregiè gesta est exequurus, tãti stomachi fuisse Alexandrū in eos iudices, qui furtorum fama laborassent, et si dånati non essent, ut si eos casu aliquo uideret, cōmotione animi stomachi colerã euomeret, toto uultu in ardescēte, ita ut nihil posset loqui. nã, cum quidã Septimius Arabinus famosus crimine furtorum, & sub Heliogabalo iã liberatus, inter Senatores Principē salutatū uenisset, exclamauit: O Numina, ò Iuppiter, ò Dij immortales, Arabinus nõ solum uiuit, sed et in Senatum uenit: fortassis et de me sperat, tã fatuum, tam stultū me esse iudicat. Hæc Aelius. Extat apud Constantinum Harmenopolum Thessalonicensē illa egregia constitutio, atque contra iniquos imprecatio, quã in operis huius initio adscribi uoluimus. Sed nunc dicamus de poenis, quæ his iudicibus per sordes iudicantibus à iure indictæ sūt, Lege duodecim tab. capite multabatur iudex, arbitrie iure datus, qui ob rem dicendam pecuniam accepisse conuictus erat. cuius meminit Gell. lib. 20. noct. at. i. c. 1. quam sanè legem Balduinus præcitato à me loco interpretatus est. uerum quia non omnib. in casibus tam grauis poena cōueniebat. C. Iulius Cæsar, qui primus Romanum arripuit Imperium, lege Julia de repetundis sanxit pro facti qualitate iudices hos esse multandos. l. 3. lex Iulia. §. hodie. ff. ad le. Iul. repe. has esse C. Cæsaris sanctiones ostēdit M. Tul. ep. jad Q. Fr. & ad Att. li. 6. ep. j. C. Gracchus deinde crimen hoc capitale esse sua lege cōstituit. idq; pro plebe, ad retundendã Senatorij ordinis licentiã, ut apud Ciceronem in orat. pro Clu. legimus. ita L. Sylla esse capitale declarauit, dum legende uenenis, cū hac de iudicis corruptis cōiunxit. quemadmodū rectè admonuit doctissimus Manutius in cōmentarijs de legib. Romanis, qui & pereleganter nobis explicat, cur C. Cæsar suam legem de repetundis in his corruptis iudicis sanxerit. Aliquò itaq; in exiliū mittuntur: aliquò in insulã deportantur: aliquò morte puniuntur. quo circa ob ipsam uarietatem dixerunt nostri poenã esse arbitrariã, ita Grã. consi. 3. nu. 9. & uero 25. nu. 8. Boer. q. 153. n. 3. 9. immo scriptū reliquit Bossius trac. causarum crim. in tit. de officialib. corruptis, nu. 7. 8. absolutè hodie arbitrariã esse à quib. non dissentio. nec dissentit Clar. lib. 5. sent. iur. §. fi. q. 73. in princ. qui & illud post alios affirmat, hos iudices esse exauthorandos. Amodeus autem ea de Castello trac. synd. dicatus, nu. 165. sensit has poenas esse arbitrarias ex iure antiquo, non autem ex nouo; sed nihil est. nec hanc poenam immutat sanctio legis Corneliæ de falsis, qua punitur & iudex corruptus, l. 1. §. 1. uersi. & qui iudicem. ff. ad le. Corn. de falsis, & notat

gl.in d.l.3. ff. ad le. Iul. repe. Bal. in l. ult. nu. 1. C. de pœna iud. qui malè iud. Gram. d. consi. 3. 5. num. 10. qm̄ & illa arbitraria est, ob varietatem facti. interdum deportatur falsarius, interdum morte mulctatur: quemadmodum supra in casu 307. latè retulimus. Quamquam ergo duo (& si Bart. unum tantum esse dixerit in l. Senatus. nu. 1. uer. tertio potest, de accusa.) uidentur criminis tituli, nempe falsi, & legis Iulie repetundarum, non tñ plures sunt pœnæ, sed una sola iuxta facti qualitatem. supponamus iudicem corruptum innocentem morte, uel alia pœna corporali affectisse, ob quod ipse est dignus pœna mortis, uel deportationis: & si lex Iulia de repetundis hoc iubeat: iubeat & lex Cornelia de falsis, non tñ nisi semel uel mori, uel deportari potest. non èt hanc pœnam immutat, q̄ interdum pœna ꝑ concussoris hic corruptus iudex teneatur, l. iubemus, C. ad leg. Iul. repe. gl. l. 3. eod. & gl. l. ult. C. de pœna iud. qui malè iud. quia si rectè perspicimus, cum per cõcussionem iudex corruptus est, eadem lege Iulia de repetundis punitur, d. l. iubemus. nõ ergo ab illa distat. licet cõcussionis crimen separatum uideatur à crimine repetundarum, cum cõcussionis crimen priuatum sit. l. ult. ff. de concuss. crimen uerò repetundarum publicum, d. l. lex Iulia, ff. ad le. Iul. repe. attamen hoc intelligitur, cum cõcussio à priuato commissã est, l. 1. & l. 2. ff. de concuss. Si uerò à magistratu & officiali committitur, publicum crimen est admixtum priuato, atque ita unico delicto, unico facto duo crimina admixta esse intelligimus: priuatum scilicet, quatenus cõcussionis nomen retinet: publicum, quatenus repetundarum sanctionem respicit, ut probat l. iubemus, cum seq. C. ad le. Iul. repe. sic & in aliis permultis priuatum cum publico crimine concurrere contingat, ac nonnunquam duplex publicum, l. interdum, ff. de publi. iud. l. Prætor. §. 1. ff. de mino. l. Prætor. §. 1. ff. ui bon. rap. l. 3. ff. de præuar. l. qui cætu. ff. ad le. Iul. de ui pub. Accedit, q̄ pœna extraordinaria, hoc est, iudicis arbitrio, ita punitur ꝑ concussor, ut reus criminis repetundarum: id quod probat gl. d. l. ult. ff. de concuss. & ibi Bar.

13 Non etiam hanc pœnam immutat l. ult. C. de pœna iud. qui malè iud. qua constitutum est, iudicem ꝑ sordes dolo malo iudicantem, infamia notari. qm̄ pœna hæc in consequentiam principalis uenit; nã cum uel deportatur uel in exilium mittitur, infamia etiã notatur: quemadmodum in cæteris criminib. fieri conuenit: ut in crimine calumnie, uel præuarcationis, quorum utrunq; pœna extraordinaria, hoc est, arbitraria punitur, ut suo loco diximus, & tñ infamia èt irrogatur, l. j. ff. de his qui not. infam. sunt pœnæ hæc inter se compatibles, quemadmodum & illa, q̄ hic, & q̄ sordes iudicauit, dignitate, ac nobilitate exuatur, auth. nouo iure, C. de pœna iud. qui malè iud. immo ita exuitur, ne in futurum alium dignitatis gradum conscendere possit, l. iudices, C. de dig. lib. 1. 2. sic cõpabilis est cum pœna corporali, pœna uel publicationis bonorum, uel tripli, aut quadrupli. d. auth. nouo iure. in eo uno est difficultas, q̄ in l. r. C. ad le. Iul. repe. absolute pœna est restitutionis quadrupli, & tñ d. auth. nouo iure, pœna est uel tripli, uel dupli. Ego interpretor: auth. nouo iure, procedere in iudice, q̄ per sordes iudicauit, ut illius uerba sunt clara, & ea

15 pœna erga fiscum punitur. tex. uerò l. j. C. ad leg. Iul. repe. intelligo in eo prouincie administratore, qui habitatores diripuit & (ut inquit ille tex.) nudauit, ut illis met à quibus accepit restituat, quadruplum. & hæc pœna non est iudicis iudicantis per sordes, sed alterius administratoris prouincie. & ubi pœna dici possit iudicis malè iudicantis, illa est non erga fiscum, sed erga partem læsam. id qd ostendunt illa uerba, exsoluat inuitus. nã proprie soluere præsupponit debitum procedens: quod sanè debitum proprie est erga partem læsam, non erga fiscum. Præterea, inquit textus, illum administratorem ire debere in prouinciam, ut ibi exsoluat, si pœna fiscali esset, satis superque fuisset Romæ soluere, cum ibi adesset fiscus generalis & erarium publicum. non alia rōne ergo is in prouinciam ire debet, q̄ ut læsis restituat, quod innuit & tex. §. quadrupli, insti. de actio. dum de calumniatoris pœna sancit. nam & is malè accipit, ut negotium alteri faciat, uel non faciat, quibus intelligimus, pœnã illam ex lege Iul. repetundarum non esse immutatã, aut auctã quò ad corporis afflictionem, sed solũ ad pecuniariã, quam obrẽ, ut relata oĩa duob. ꝑ stringã uerbis, dico q̄ iudex, qui corruptus per sordes iudicauit, si in cã criminali pro grauitate cãe èt usque ad mortem iudicis arbitrio punitur: confiscantur èt eius bona, notatur infamia, & dignitate, nobilitateq; priuatur. Si uerò in cã ꝑ civili iudicauit, si rectè, solũ tenetur restituere quod accepit, l. 2. §. ult. ff. de cond. ob turp. cau. si uerò iniquè litis æstimationem læso soluit. l. si filius. §. ult. ff. de iud. l. ult. C. de pœna iud. qui malè iud. erga fiscum uerò in triplum condénatur. d. auth. nouo iure. C. eo. de pœna iud. qui malè iud. & alia etiam pœna iudicantis arbitrio. insti. de oblig. ex quasi delicto.

17 His intelligimus non esse confugiendum ad illas Doctorum distinctiones, quas passim comminiscuntur, & quas recenset Egidius Bossius d. trac. causarũ crim. d. tit. De officialib. corruptis, nu. 7.

Maius est dubium, cum à statutis pœnæ à iure communi diuersa imponuntur, quæ ex illis indicenda sit. ego hanc questionem absolui in trac. De recuperanda poss. remed. 9. q. 5. 1. & placuit illa opinio, non esse abrogatã pœnã à iure communi indictã, quam quam Gram. consi. 3. 5. nu. 56. in specie nostra aliter senserit. ꝑ Iudex autem tunc per sordes dicitur iudicasse, & (ut nostri dicunt) baratariam commisisse, cũ aliquid accipit, ut sententiam proferat, uel non proferat, l. 3. l. lex Iulia, §. hodie, ff. ad leg. Iul. repet.

19 Extenditur primò ut procedat, etiam si ꝑ accipit, ut ferat sententiam iustam, adhuc enim corruptus esse dicitur. ita Paris Put. trac. syndica. in uerbo, corruptio. quem secutus est Gram. consi. 3. 5. nu. 3. quo circa respondit Bal. consi. 2. 1. lib. 5. quem refert & sequitur Bossius d. titu. De officialibus corruptis. num. 2.

20 ꝑ iudicem committere baratariam & per sordes iudicare, cum ut iudicet, siue iustè, siue iniustè pecunias accipit, nec .n. iustitiæ opera uanalia sunt, cum æstimationem ꝑ iustitiã non recipiat: quæ tñ in emptione & uenditione necessariò adesse debet, quod & Caietanus asseuerat in. 2. 2. q. 3. 2. art. 7. & scribit Did. i. c. peccatũ, par. 2. §. 3. n. j. qui post Sylu. i. uer. Restitutio, 2. §. j. & Restitutio. 4. §. j. ac alios nonnullos, rectè cen-

22 sult, iudicẽ oĩno tenere restituere sibi a ꝑe datũ, èt si datum

23 datũ ei sit absque animo corruptionis, & rectè, quia (ut scriptum reliquit M. Tullius lib. j. de legib.) iniustitiã est ꝑ iustitiã mercedem querere: qui mercede bonus uir est, mercede erit malus, cum iustitiã debeat esse gratuita. ex his sumi interpretatio uidetur ad statutũ ꝑ Papiã 3. 9. i. criminalibus, sub rub. De pœnis corruptentis officiales, & de pœna corrupti. in illis uerbis, ut aliquid committat uel committi faciat, qd fieri non debet. nam & accipere pecuniam pro administratione iustitiæ, fieri non debet, sed uerius ego opinor statutum uoluisse referre illa uerba ad actum, qui explicari à iudice dẽt, ac si diceret, illum puniri, si accipit, ut malè iudicet. & hunc sensum ostendunt illa uerba in si. dum uult condemnari ad duplum erga damnũ passò, qd nõ eueniret, ubi iustè ageret. statutum ergo non punit hunc casum, sed relinquit in dispositione iuris communis. Sic declaratur statutum Ferrariẽ l. ij. sub rub. De officio iudicis cõmunis Ferrariẽ. dũ uult posse syndicari de barataria in officio commissã. nã hæc barataria dẽt, & sub rub. De syndicato Potestatis. & lib. 3. sub rub. Pœna corũpẽtis Potestatem, qd statutum pœnã qualitatem & quantitatẽ in iuris communis dispositione relinquit.

Extenditur secundò, ut locũ èt sibi uendicat, cum aliqui d. ꝑ ipsi iudici datur, ut iustitiã celeriter administret: ita Boer. quæst. 1. 5. 3. nu. 2. post multos, quos al legat. opinor tamen hoc casu, datè repetere posse qd iudici dedit, atque ita hoc casu nõ habere locũ text. l. 2. §. ult. & l. 3. ff. de cond. ob turpem causã. in qua quidem opinione fuit & Didac. loco iam citato.

27 Extenditur tertio ut procedat, fẽt qm̄ iudex datũ accipit, nihil ipse promittendo. ita Puteus loco iã citato, & Gram. d. consi. 3. 5. n. 5. idẽ placuit Bossio d. tit. De officialibus corruptis, nu. 2. uer. qm̄ èt. ex l. 1. ff. ad leg. Iul. repetũ. inde. n. uer. accipit. uerũ qua pœna plectendus sit iudex, secutus effectus declarat, si iniustè, dicendũ est, ut iã diximus. sic & si iniustè, qm̄ acceptatio ipsã declaratur. ab ipso effectu. si. n. iniustè iudicat, accipiẽdo promissũ uidetur se iniustè iudicaturũ. quo circa declaratur relatũ statutũ Papiẽ. De pœna corruptentis. in illis uerbis, ut aliquid committat. Si significat hæc uerba causã, ob quã datur. licet ergo expressũ non sit hinc inde, hoc est tã à iudice, q̄ a dante causã dationis, attamen effectus deinde demonstrat, cur datũ, uel promissum ita locus erit pœnæ indictæ à statuto, si nõ faciendũ factum fuerit.

28 Extẽditur quartò, ut procedat, etiam eo casu cum aliquid solũ promittitur. ita Gram. d. consi. 3. 5. n. 6. & Boer. d. q. 1. 5. 3. nu. 34. quorum sententiam clarè probat text. auth. nouo iure. in princ. C. de pœna iud. qui malè iud. & text. l. iubemus. C. ad leg. Iul. repetũ. quare rectè statutum relatum Papiã, De pœna corruptentis. hunc casum complectitur, in illis uerbis, nec aliquid ei dare, uel promittere. Est ratio quoniam ꝑ dare & promittere ratione effectus non differunt: nam omne promissum est debitum. l. ult. C. ad l. Falc. ubi glo. quam rationem sensit & Salic. in l. qui explicandi. 4. oppo. C. de accus.

30 Extenditur quintò, ut procedat, etiam quando iudex corruptus promissũ facere, & deinde nõ fecit: feruit enim sola promissio de faciendo. ita Gram. d. consi. 3. 5. num. 7. ex text. l. & generaliter. §. 1. ff. de calum. ibi, siue fecit, siue non fecit, tenetur. nec enim

31 penitentia eum excusat. l. 1. §. bestias. ff. de postul. Bald. in d. l. generaliter. §. 1. & sing. 3. 28. Iudex ubi referret ita Florentiã iudicatum fuisse. & alijs comprobatur Boer. dicta quæst. 1. 5. 3. nu. 2. quod annotandum est pro interpretatione relati statuti Papiensis, De pœna corruptentis. & si enim illa uerba, ut aliquid committat, modum significant, quo non secuto, non uidetur esse locum dispositioni, atque ita nec pœnã. l. si hæredi plures. & l. qui hæredi. §. Plautius. ubi Bart. & Soc. de cond. & demõ. l. pater. §. Tusculanus. de leg. 3. attamen locus illi adhuc est, quoniam sola penitentia non diluit delictum hoc: cum sola ipsa uera rei acceptatio, uel promissio eum corruptum esse iudicet: ut relati Doctores interpretantur, hoc tamen intelligitur uerum, quando ꝑ iudex acceptum non restituit: si enim restituisset, uerè non posset dici corruptus, & ob id cessarent relatæ pœnæ. ita declarat Boer. d. q. 1. 5. 3. nu. 3. post Bald. d. l. & generaliter. §. 1. de calum. & Rom. d. sing. 3. 28.

33 Extẽditur sexto ut ꝑ procedat, etiam, cum aliquod debitum fuit ipsi iudici remissum. ita respõdit Grã. d. consi. 3. 5. num. 8. ex l. 2. cum seq. ff. de calum. cum iure communi conuenit statutum relatum Papiã, De pœna corruptentis. ibi, nec aliquid ei dare, uel promittere, uel remittere.

34 Extẽditur septimò, ut procedat, fẽt quando ipsi iudici fuit aliquid mutuo datum. ita Bal. in l. 1. C. de calum. & in l. quisquis. C. si cert. peta. quem secutus est Gram. d. consi. 3. 5. num. 8. in fine. quæ extensio est notabilis ad relatum statutum Papiã. nã illa uerba, dare, uel promittere, etiam in solo mutuo uerificari possunt. quia date est dominiũ transferre, quæ translatio fit & in mutuo. l. 2. §. appellata. ff. si certum pet. Accedit ratio, quæ est, q̄ ita mutuo datum nunquam restituitur, habet si quidem sub se latentem quandã fraudem, nempe, ne is mutuans uideatur uelle iudicẽ corrumpere: quæ cautela dolum maiorẽ arguit. sic etiam declarantur alia relatã statuta, ut Ferrariã, De pœna corruptentis Potestatem.

35 Extẽditur octauò ut procedat, etiam quãdo exculenta & poculenta egregij ualoris data fuerũt: ita post alios affirmant Boer. d. q. 1. 5. 3. nu. 24. 2. 5. Boss. d. titu. De officialibus corruptis. num. 2. qui fatentur quidem ꝑ exculenta modici ualoris accipi posse, ex l. solent. §. ult. ff. de off. procons. & leg. idem respondit Alex. consi. 2. 06. num. 9. 10. lib. 2. sic declarans in terminis ꝑ Decretum Mediolani, qd est inter Decreta Papiã 4. 2. sub rub. Quod nemini iudices, & assessores. & illa èt dicitur, quæ modico tempore possunt consumi. quod sanè modicum tempus iudicis ꝑ arbitrio terminatur. ita gl. in specie in c. statutum. §. in super. de rescr. 1. 6. quem probant Boss. d. nu. 3. in si.

Declaratur nũc iam relatã, primò, ut locum non habeant ꝑ quando iam lata sententia aliquid iudici datum est: tunc is licitè accipit. ita Ancha. consi. 27. 1. De titulis criminũ. col. 4. uer. super est uidere. quem secuti sunt Feli. in c. tua nos. col. ult. de simo. Marfil. sing. 190. & Bossius d. titu. de officialibus corruptis. num. 4. Est ratio, quia hic cessat suspicio & causã corruptionis. quare relatum statutum Papiã, De pœna corruptentis. loquitur per uerba futuri temporis, ibi, ut aliquid committat, uel committi faciat. ubi ergo iam actum esset, accipi posset. Estque declaratio hæc

hæc magis adnotanda ad declarationem relati decre...

40 quid est, datum in re compensationem iustæ merce...

S V M M A R I V M.

- 1 Corruptus & corruptus duo correlatiua. 2 Iudicis arbitrio punitur corruptor iudicum. 3 Falsi penam arbitrariam interdum esse. 4 Penam legis Iulie repetundarum arbitrariam. 5 Corruptus iudicem causam perdit, et datu non repetit. 6 Sententia lata p corruptore iudicis est ipso iure nulla. 7 Corruptus arbitrum punitur. 8 Sententia lata a pluribus iudicibus, quorum unus corruptus fuit, ualet. 9 Corruptus aliqui pl ipso corruptore delict, & e contra. 10 Iudicia quatuor modis eludi atque corrumpi. 11 Iudicem timore corrumpi. 12 Seruus madato domini delinques interdum excusatur. 13 Iudicem cupiditate corrumpi. 14 Vendere rem alienam maius est peccatum, q emere. 15 Statutum Ferrariae lib. 3. sub rub. De pena corrumpentis potestatem, declaratur. 16 Corruptum tentans iudicem punitur. 17 Constitutio nova Mediolani sub rub. de pgnis, capit. si quis in tantam temeritatem, declaratur. 18 Statutum Ferrariae lib. 3. sub rub. Pena eorum qui dolose & pensate querunt & tentant corrumpere notarios, declaratur.

C A S V S C C C X L I I I.

POENA CORRUMPENTIS IUDICES, quæ & inibi declarate Constitutiones Mediolani, & statuta Ferrariae.

1 Quoniam duo sunt correlatiua corruptus & corruptus, ut re ipsa uideamus; & in specie scribit Græ. cõf. 3. nu. 1. 4. hinc sapius statutum Papie 3. 9. in criminalibus, sub rub. De pena corruptis officialibus, utrunque, ut duo correlatiua, complectitur, & eandem penam indicit, cum ita que in iam proxime relato casu dixerim post relatos interpretes in corrupto penam esse arbitrariam, idem & in corrupte dicendum est, quod in specie annotauit Grammat. dicto cõf. 3. nu. 1. 3. & probatur ex eo, quod corruptus falsi pena tenetur, l. 1. §. 1. uerfic. & qui iudicem, ff. de falsis, at falsi pena arbitraria est, d. l. j. §. ult. sic corruptus tenetur lege Iulia repetundarum, l.

ult. C. ad le. Iul. repe. quæ pena hodie arbitraria est. l. lex Iulia, §. hodie. ff. eo. ad l. Iul. reper. & hæc quod ad penam corporis afflictiuam, quod uero ad pecuniarias, quæ et aliqui indicuntur, illæ certæ uidentur, nã in primis punitur in amissione causæ, si in ea ius fouet. l. j. C. de pena iud. qui malè iud. Boet. d. q. 1. 53. nu. 2. 4. Balduinus in commentarijs ad leges 1. 2. tab. lege 5. 2. Præterea quod dedit, nõ repetit, d. l. 1. & auth. nouo iure, nisi dedisset ut causam celeriter expediret, qd supra in præcedenti casu explicauimus. Rursus lata sententia est ipso iure nulla, l. uenales, C. quãdo prouoc. non est necess. ubi gl. Bar. & ceteri. Soc. sen. conf. 95. col. 5. li. 3. qui p idem esse censuit in laudo à corru pro arbitrio lato, & rectè, quando est arbiter iuris, secus in arbitro à partibus electo, ita declarat idè Soc. tract. fallen. reg. 3. 56. fallen. 1. qui subijcit, & non etiã esse nullam, cum plures iudices sunt, & eorum unus tantum corruptus fuit, quod affirmauit & Ang. in d. l. uenales, scribit etiam Capic. sententiam esse nullã tunc cum dato pretio, non cum odio, inimicitia, uel gratia indicauit, ita uerè Capic. decis. 1. 5. n. 1. 3. cum ergo iudex noster p suo arbitrio habet penam huius corruptori indicere, diligenter perpendere personæ conditionem, facti qualitatem, & deinde quod sibi æquum uisum fuerit, iudicabit. Volo tamen illum esse monitum, qd & si dixerim cum Gramma, & relatis, eadem penam esse indicendam corruptori, quam & corrupto, cum æquale delictum sit; nihilominus iudex cõsiderabit, quoniam aliquãdo unus plus altero delinquit. Scimus etenim altero ex quatuor modis humani iudicia subuerti ac corrumpi, timore, cupiditate, odio & amore, c. quatuor. 1. 1. q. 3. duobus primis modis solummodo iudex à parte corrumpente dicitur corrumpi, cum duo posteriores, nempe odium & amor, non alterum qd se ipsum iudicem respiciat, nec enim in his pars participat: quo circa de his duobus posterioribus, nulla est contentio. Quo ergo ad duos primos modos sic dicendum est, cum iudex timore corrumpitur, magis peccat pars corrumpens, quam iudex corruptus, quod ea ratione demonstratur, quia cum ad malum concurrunt, ille magis peccat, cuius uoluntas præualet, & cuius uoluntate alter sequitur, at hoc in casu pars timore corrumpens magis potentem uoluntatem habet, & huius uoluntatem iudex sequitur, plus ergo peccat corrumpens quam corruptus. Hinc uideamus timore compulsus excusari, si delinquit, ut cum dominus iubet seruo, ut aliquem occidat, qd si non occiderit, alioqui ipse interficietur, si seruus homicidium perpetrat, excusatur, ita Bar. in l. seruus, ff. de nox. uel saltem pena mitigatur, l. seruos, C. ad l. Iul. de ui pub. ubi Bal. & Salic. & scribit Dec. in l. uelle nõ creditur, nu. 7. de regu. iuris, hoc ergo in casu grauiori pena puniendus erit corrumpens ipso corrupto.

13 Secundo uero modo, cum iudex cupiditate corrumpitur, plus ipse delinquit, qd pars corrumpens, hoc ea ratione probatur, quia quãdo duo ad unum peccatum concurrunt, ille plus peccat, qui sua uoluntate mala leges subuertere potest, quàm ille, qui non potest, at iudex potest leges subuertere, & non ille corrumpens: plus ergo delinquit iudex. Rursus, maius peccatum est uendere rem alienam, quàm emere, quoniam aliena uendere est contra ueditionis naturam, quod non est, cum aliena emuntur, ex quo semper emi-

per emimus, quæ nostra non sunt, & quia etiã emens aliena saltem æquales pretium, quod suu est erogatur: uendens uerò nihil uicissim dat, cum ergo iudex per cupiditatem corruptus, quod alterius uendat, maius est suum peccatum, quàm corruptum petis, qui rem alterius emit, ex quibus illud etiam infertur, quod licet utroq; casu iudex peccet, nempe cum timore, uel cupiditate corruptus iudicat, nihilominus plus sine dubio peccare dicitur cum cupiditate, quàm cum timore corrumpitur, quia quod per cupiditatem fit, uoluntarium est propriè, ergo maius delictum. Sunt hæc annotanda ad interpretationem statuti Ferrariae lib. 3. sub rubrica, Pœna corrumpentis Potestatem, quod statutum relinquat penam huius corruptentis in dispositione iuris communis.

16 Extenditur primò hic casus, qd ut locum etiam sibi uendicet in eo, qui solum corrumpere tetrauit, ita Bal. in auth. nouo iure, q. 1. C. de pena iud. qui malè iud. quem secutus est Petrus Foller, in præct. crim. in fragmentis, nu. 181. & Marfil. l. 1. §. Diuus, nu. 4. ff. ad leg. Corn. de sicar. & l. is qui cum telo, nu. 17. C. eo. ex text.

17 Imperatores, ff. de iure fisci, quo circa extat constitutio Mediolanensis domini sub rub. De pœnis, ca. si quis in tantam temeritatem, quæ pœnam aureorũ ducetum illi indicit, qui fuerit ausus tentare, seu corrumpere officiales, quæ sanè uerba tentare, seu corrumpere, duplicem sensum habere possunt, primò, quod tetras corrumpere, uel re ipsa corrumpens puniatur prædicta pœna, atque ita nulla sit differentia inter tetantem, & uerè corrumpentem, atque ita illa dictio, seu stet quod ad uerba coniunctiue, quod uero ad sensum disiunctiue, ut declarat Bar. in l. si is qui duceta, §. utrum, num. 2. ubi latè Soc. ff. de reb. dub. & latè Gomez. §. sed ista, nu. 38. inst. de actio.

Secundus uerò sensus est, quod illa dictio seu, stet expositiue, ac si diceret; si quis ausus fuerit tentare, id est, corrumpere, & dictionem, seu, stare aliquando expositiue, & improprie, ut sensit Soci. sen. conf. 276. col. 2. lib. 2. nam & aliquando est loco copulatiue, glof. §. consideremus, in auth. ent. de trienn. & semiff. Ruin. conf. 149. num. 5. lib. 2. & alia apud Alberi. in suo dictionario, in dictione Sensit. & hic secundus sensus magis conuenire uidetur, quoniam ipsa sola attentatio, non solet ita grauius puniri, ut secutus effectus, quemadmodum infra in casu 360. explicabimus, uerum ego primum sensum probare, tum quia sermonis proprietati, nẽpè illi dictioni seu, tum quia loquitur constitutio illa de tentatione deducta ad actum proximum: ut quia per eum non stetit, quin corrumpere, ut putat, qd obtulit pecuniam, quã iudex recusauit, quod n. ad ipsum offerentem corruptionis actus secutus est: quia dũ dare curauit, fecit, quod potuit, ut iudex corrumpere, quod sensit, & Salic. in l. qd explicandi, col. 2. in fin. C. de accusat. Sic declaratur 18. statutum Ferrariae lib. 3. sub rub. Pœna eorũ qui pensate, & dolose querunt, & tentant corrumpere notarios, quo statuto ponitur attentans corrumpere, nã intelligitur ibi attentare iuxta proximè explicata.

S V M M A R I V M.

- 1 Promittens expeditum litis euentum, corruptori similis est. 2 Fumi uenditores qui. 3 Zoticus apud Heliogabalum fumi uenditor.

- 4 Alexander Seuerus quibus pœnis afflixerit sumi uenditores. 5 Fumum uendere, prouerbiu. 6 Fustibus cadendum esse fumi uenditorem. 7 Iudicis arbitrio punitur, q uictoria cause promittit. 8 Pauli locus tib. 5. sent. explanatus. 9 Iudicũ comites promittentes uictoria cause, at q; ita fumum uendentes, lege Iulia repetundarum puniri. 10 Roberti Aureliani de fumi uenditoribus opinio.

C A S V S C C C X L I I I.

POENA QUÆ SIT IN EOS, QUI LITIS euentum promittunt, & inibi de his fumi uenditoribus, plura ex Ælio Lampridio, & aliis.

NON dissimile crimen a corrupto iudice illi committunt, qui re aliqua accepta, uel promissa, expeditum litis euentum promittunt, l. qui explicandi, C. de accusat. reperiuntur, n. aliqui, qui cõ gratia aliquid apud Principes uel causarũ iudices possunt, pecunias & alia munera ab iis, qui à Principe, uel iudice aliqd sibi cõcedi postulant, accipiunt, ut quid futurum de illorũ petitionibus sit referant, ij fumi uenditores dicti sunt, Heliogabalus uir impudicissimus, & nequissimus inter hos fumi uenditores unũ habuit Zoticum, cuius meminit Lampridius in Heliogabalo, his uerbis: Zoticus tantũ sub eo ualuit, ut ab oibus officiorũ Principibus sic haberetur, quasi dñi maritus esset, erat pterea idem Zoticus, qui hoc familiaritatis nomine abutens, omnia Heliogabali dicta, & facta, fumis qd maximè diuitias enormes sperans cum aliis polliceretur, omnes falleret, egrediensque ab illo singulos audiret, dicens de te hoc locutus sum; de te hoc audiui; de te hoc futurũ est: ut sunt hoies huiusmodi, qui si admisi fuerint ad nimiam familiaritatem Principũ famã nõ solũ malorũ, sed, & bonorũ Principũ uendunt, & qui stultitia, uel innocentia Imperatorũ, qui hoc nõ perspicunt, infami ruuigatione pascuntur. Hæc ille, Qua pœna ii sint puniendi, dubitatũ est, qd Alexander Seuerus Imperator iustissimus alios cruci affigi iussit, alios fumo necauit, de Turino quodã fumi uenditore, sic in Alexandro scriptum reliquit Lampridius: Solus post meridiem, uel matutinis horis, idcirco nõquã aliquos uidebat, qd emeritos de se multa cognouerat, speciatim Vetroniũ Thurinũ, quẽ cõ familiarẽ habuisset, ille oia sic fingendo uederat, ut Alexandri quasi stulti hois, & quem ille in potestate haberet, & cui multa persuaderet, infamaret imperium: sicq; omnibus persuaderet, qd ad nutũ suum omnia feceret, Denique illum hac arteprehendit, ut quendã immitteret, qui a se quiddam publicè peteret, ab illo autè occultè quasi presidiũ postularet, ut pro eo secretò Alexandro suggeret, quod cum factum esset, & Thurinus suffragiũ promississet, dixissetque se quædam Imperatori dixisse, cum nihil dixisset, sed in eo pendere, ut adhuc impetraret, euentum uedens, cumq; iterum iussisset Alexandrum interpellari, & Thurinus quasi agens aliud nutib. annuisset, neque tamen interim quidquam dixisset, imperatumq; esset quod petebatur: Thurinusque ab illo, qui meruerat fumi uenditor ingentia præmia percipisset, accusari eũ Alexander iussit, probatisq; per testes

POENA SERVI INVIARIANTIS ALTERVM.

Cum seruus alicui iniuriam infert, tenetur dñs uel aestimatione soluere, uel seruum uerberandum Pratori exhibere. uerberu aut modustin iudicis arbitrio positus est, sed si unius. s. ait prator. ff. de iniur. SVMMA RIVM. 1 Amor paternus operatur qd filius delinquens presentatus a patre mitius puniatur. 2 Parter receptans filium bannitum non punitur panis receptatorum. 3 Iudicis arbitrio punitur filius delinquens a patre presentatus. 4 Iudicis arbitrio punitur pater criminofus a filio presentatus.

FILIVS CRIMINOSVS A PATRE PRAESENTATUS qua plectatur poena, & e contra, cum patrem filius praesentat.

Amor ille incredibilis, quem erga filium pater gerit, inter multa, quae operatur, illud unum maximum est, quod si filius ita deliquerit, ut morte puniendus sit, & a patre iudici praesentetur, mortis poenam indicendam non esse, sed mitiorem. quod in milite deserto ore, qui alio quae poena mortis plecti solet, pbat rex. l. milites agru. §. desertorem. ff. de re mil. quo adducti sic censent oes, ut Salic. in l. pp infidias. C. de ijs qui accus. no poss. Cepol. caut. 1. qui in crimine laesa maiestatis procedere et intellexit. Sic Fel. in c. accusasti. n. 13. de accus. Marf. l. 1. §. ad qone, nu. 16. ff. de qo. & in l. 1. §. auditu. nu. 8. ad leg. Cor. de sic. Alc. tract. praesump. reg. 1. praesump. 4. Tiraq. tract. de panis legu. ca. 18. Pet. Placa lib. 1. epit. delic. c. 38. nu. 5. Gigas trac. de crim. leg. §. maieft. in tit. de plurib. & uarijs quest. q. 6. & Craue. consi. 309. num. 3. qui fortius rñdit, filium hunc non esse aliqua poena puniendum. & ob id infert, patrem no teneri poena statuti contra receptatores bannitorum, si bannitu filium receper. uerum in eo cum consultissimo Crauetta copatre meo non sentio, filium nulla poena puniri: na uidetur aduersus d. §. desertorem. quod de receptatione dixit, infra explicabimus. Dubitari ergo contingit, quae poena sit hoc casu in dicenda. in deserto satis intelligimus aliquando fuisse a Dito Pio poenam indicendam deterioris militiae, & a Vero, ac Antonino aliquando poenam deportationis, in ceteris poena certa non est. quare nostri Doctores simpliciter dicunt, mitiorem poenam esse indicendam nec declarant quae sit mitior haec poena. Ego opinor iudicis arbitrio diffiniri: tum praesertim, quia olim fuit deportatio, cuius loco hodie arbitraria successit, ut saepius supra admonui. Quibus infertur idem esse dicendum, quando filius patrem delinquentem praesentaret, offerretque iudici puniendum, ita in specie Ang. in l. si adulterium cum incestu. §. liberto. in fi. ff. de adulte. Marf. d. l. 1. §. ad quaestionem, nu. 16. de qo. & Tiraq. d. tract. de panis legum, causa 19. scribit tñ Iulius Clarus lib. 5. sen. iur. §. fi. q. 60. uerf. solent etia hodie iudices hanc cautelam non obseruare.

SVMMA RIVM.

- 1 Dominum teneri pro facto serui. 2 Magistratus pro eorum familia teneri. 3 Publicanos pro eorum seruis teneri. 4 Praetores & iudices teneri pro facto sua familiae. 5 Statutum Ferrariae lib. 1. sub rub. De syndicato potestatis & eius familiae, declaratur. 6 Statutum Papiae 66. De regimine Potestatis sub rubri. De syndicato P. Potestatis, declaratur. 7 Magistratus resistere debere suis seruis & familiae, si quid inique agere tentant. 8 Patrem pro facto filij teneri, nisi contradicat. 9 Custodem carceris teneri, si eius filius carceratum relaxauit. 10 Statutum quod filius teneatur pro patre, ualet. 11 Consuetudo ualet, quod unus teneatur pro altero. 12 Statutum quod uilla teneatur emendare damnum, rigorosum esse. 13 Iudicis arbitrio punitur dominus, si pro facto serui puniendus est. 14 Statutum Verona lib. 3. c. 77. sub rub. De damnis datis & bannitis, declaratur. 15 Statutum Papiae 66. in criminalibus, sub rub. De poena communium & terrarum, declaratur. 16 Statutum Brixiae 116. in criminalibus, sub rub. Qualiter communia teneantur ad restitutionem pro damno dato, exponitur. 17 Iudicis arbitrio puniendi sunt, qui sunt puniendi pro uicis delinquentibus.

CASVS CCCXLV.

QVIBVS POENIS AFFICIANTVR II, qui alterius causa puniuntur, & inibi plura insignium ciuitatum statuta, explicantur.

1 Venit non semel, ut dominus pro facto serui teneatur quem admodum uno uerbo in praecedentibus casibus attigimus. sic etenim poena legis Iuliae repetundarum tenetur, qui, cum in magistratu esset, ipse uel eius minister, aut manipularius aliquid extorsit. l. 1. C. ad le. Iul. repet. sic publicanus & uestigialium dominus pro facto sui serui tenetur. l. 1. §. familiae. ff. de publica, sic absolutus in Praetore & altero causarum iudice, ut teneatur pro facto suae familiae scribit Fel. in c. Petrus. nu. 2. de homicid. Alciat. tract. praesumpt. reg. 2. praesump. 40. in fi. quo circa cum iure communi conuenit statutum Ferrariae lib. j. sub rub. De syndicato Potestatis & eius familiae. conuenit etiam statutum Papiae 66. De regimine potestatis, sub rub. De syndicato P. Potestatis Papiae. quo est cautum, quod Praetor tpe syndicus, teneatur dare fideiussores, tamen pro suo syndicato, quae suae familiae, & si ipse uel eius familia condemnatur, quod eodem ratione soluat, cuius quidem sententiae & constitutionis ratio est, quia quod facit familia, de consensu ipsius domini atque ita Praetoris facere, iuxta text. l. ult. §. seruorum. ff. nauae caupo. stabul. cum eorum conditionem scire praesumatur. Hinc censuit Bar. in l. qm iudices. C. de appellat. ex illo textu, quod quando Magistratus uident suos officiales aliquid iniuste agere, debent eis resistere, ne ipsi eorum causa teneantur, & idem Bart. in tract. repressal. in 2. quaest. 7. quaestio. princip. consuluit, ut protestentur, quando

haec iniqua fieri uidet. & alia recen set Cur. sen. col. 41. Super p. p. col. 2. Sic in ceteris munerib. publicis pater pro filio tenetur, nisi expressè contradicat, cum ad aliquod officium patre sciente assumitur. l. 2. ff. ad munic. quo tex. adductus respondit Ias. consi. 127. in fi. lib. 3. & eum secutus est Boer. q. 217. nu. 11. in fi. custodem carceris teneri, si eius filius carceratos, quos sibi commendauerat pater, relaxauit: atq; effugere dimisit. sunt & alii plures casus, in quibus unus pro altero tenetur. ualet siquidem statutum, quod filius teneatur pro patre: ita Dec. in l. filius. nu. 2. C. de pactis. qui tñ rigorosus esse dicit, idē Dec. in l. extra territorium. nu. 5. de iurisd. om. iud. & consi. 359. latē Boer. q. 127. nu. 1. Marf. sing. 224. & sing. 362. sic etiam ualet consuetudo, quod unus pro altero teneatur. Rom. consi. 30. Cassan. consi. 1. in 4. Praesupposito, nu. 38. 39. sunt tñ haec rigorosae constitutiones, & ob id strictè interpretandae. ita Barb. consi. 17. col. 2. lib. 2. idem inter consil. Calc. consi. 66. nu. 2. qui ita respondit in 12. §. statuto, quod uilla teneatur emendare damnum in ea datum. & de quo statim. Dubitari tamen solet, an eadem poena sit hic, qui pro altero tenetur, puniendus, ut ille principalis. & mitius iudicis arbitrio puniendum esse censuit Inno. in c. quia uerisimile. ff. de praesump. quem eo loci Abb. & Fel. secuti sunt, idem affirmauit Alcia. tract. praesump. reg. 3. praesump. 40. nu. 3. & Petr. Placa lib. 1. epit. delic. c. 14. nu. 3. propè medium, cuius sententiam rationem adferunt, quod iste punitur ex praesumptionibus; nēpè, quia sua culpa illum deliquisse praesumitur: at qui praesumptionibus condemnatur, mitiori poena semper plectitur: ut diximus supra in casu 292. Hinc infertur egregia interpretatio ad statutum Veronae lib. 3. cap. 77. De damnis datis a bannitis. & statutum Papiae 66. in criminalibus, sub rub. De poena communium & terrarum. quibus sancitum est, uicorum habitatores teneri emendare damna & delicta occulta in eo uico & territorio perpetrata. quae quidem statuta no alia ratione credatur edita, quam quia praesumitur datum esse damnum factu & culpa ipsorum habitatorum, id quod in specie affirmat Calcan. consi. 63. nu. 3. & illi subscribit Roch. Cur. consi. sub sequenti. qui ita interpretati sunt statutum Brixiae 116. in criminalibus, sub rub. Qualiter coia teneantur ad restitutionem pro damno dato. aliam rationem constitutionis huius doct. considerant, nēpè, ut curent inhabitantes loca esse tuta: ita rationem hanc adferunt Bar. & Bal. in l. j. §. summa, de ijs, qui deiece. uel effud. Bar. in l. ne quid. ff. de incēd. rui. & naufr. Gram. consi. 22. nu. 3. 4. cum tamen statutum haec (ut admonui) odiosa quodammodo uideantur: suntq; strictè admodum interpretationis, ut post alios scribit Gram. decis. 47. nu. 5. dicendum est illam poenam, quae iudici de iure debet ipsimet delinquentibus, iudicis arbitrio esse temperandam. immo nullam esse indicendam, decium fuit in consilio Neapolitano, quemadmodum retulit Gram. d. decis. 47. inquit ille, sufficere emendare damnum, cum de sola emendatione loquatur statutum, quod ut odiosum, non trahitur ad aliam poenam, quod annotandum certè est.

SVMMA RIVM.

- 1 Dominum teneri aestimationem iniuria illata a seruo prestare, uel seruum castigandum tradere. 2 Inuicis arbitrio seruus castigatur, cum iniuria alicui fecit.

tes omnibus, & quibus praesentibus quid accepisset, & quibus audientibus quid promississet, in foro transitorio ad stipitem illum ligari praecipit, & fumo appositum, quem ex stipulis atque humidis lignis fieri iussit, necauit: praecone dicente: Fumo punitur, qui uenditit fumum. Ac ne in una tantum causa uideretur crudelior fuisse, quaesuit diligentissime antequam eum damnaret, & inuenit Thurinum saepe & in causis ab utraq; parte accepisse, cum euentus uederet, & ab omnibus, qui aut praepositorum, aut prouincias acceperat. Alium uero sumi uenditorem in cruce tolli iussit idem Alexander, ut idem Lampridius his commemorat: Qui de eo fumum uendiderat, & a quodam militari centum aureos acceperat, in cruce tolli iussit. res haec deinde in prouerbum abiit, Fumum uendere cuius meminit Erasmus chiliad. 1. cent. 3. prouer. 41. qui & alia nonnulla scriptum hac de re reliquit, Hodie uero certa poena non uidetur diffinita. quo circa Salic. in d. l. qui explicandi. col. 2. uerf. sequitur in glo. scribit post glo. ibi, hunc fustibus cedi, ob iniuriam, quam iudici intulit, ex l. item Labeonem. §. idem ait. ff. de iniurijs. uerum poena illa indicta uidetur solum inspecta iniuria illata iudici. Duare. ergo lib. 1. d. disput. annu. ca. 2. §. scriptum reliquit, poenam extraordinariam, hoc est iudicis arbitriam esse indicendam illis, qui iudicis inferioris sententiam futuramque hunc euentum uenditant. nam, cum in d. l. qui explicandi, sancitum sit, eadem poena, qua pecunia eis dantes hoc nomine, uel promittentes dignos esse; intelligimus poenam esse arbitriam, quam iam supra diximus, hos pecunia iudicis corruptentes arbitrio iudicis puniri. quod probat locust Pauli li. 5. sent. tit. ad l. Corn. testamentaria. in fi. quae locum retulit in hac sententia Duar. d. c. 2. §. ait ille, Si quod de iudicis amicis, uel familiaritate mentientes euentus sententiarum eius uendunt, quod obtentu nominis eius agunt, conuicti pro modo delicti aut relegantur, aut capite puniuntur. & locum hunc ibi annotauit Cuiacius ad interpretationem d. l. qui explicandi. pro modo itaque delicti poena iudicis arbitrio uariet. Si uero uenditores isti sunt iudicis comites, poena leg. Iulie repetundarum puniri ait Duar. ex l. in comites. §. ad l. Iul. repe. Rob. fuerit Aurel. li. 3. sent. iur. c. 2. §. suppresso pro more Duare. nomine, illius sententiam in aliquibus impugnat, postmodum sic distinguit. Aut iij uenditores pecunia accepta spopoderunt, tunc, si ex comitibus magistratum sunt, tenentur lege Iuliae repetundarum d. l. in comites. si ex comitibus non sunt, falsi poena plectuntur. iux. l. j. in prin. & l. falsi poena. ff. ad l. Corn. de falsis. tenentur & actione iniuriarum d. l. ite apud Labeonem. §. ait Praetor. de iniur. puniri et possunt poena. l. j. & authen. nouo iure. C. de poena iud. qui male iud. sed (ut de hoc primo distinctionis membro aliqua dicam) uelociter uidere quomodo illa falsi poena atque haec iudicis perperam iudicatis trahi ad hunc casum possit, quandoquidem is sua hac uenditione sumi in ipso negotio, uel ueri, uel falsi quid agat, cum negotium ab eo non dependeat, sic nec aliquid ipse iudicat, aut, inquit Robertus, pecunia non accepta, uel promissa, sed gratia tantum ducti promiserunt: tunc leuius aliquantum puniendi sunt. arg. l. qui duobus. ff. ad le. Corn. de falsis, quod non improbo, cum Duareno itaque existimo, hunc uenditorem poena extraordinaria arbitrio iudicis pro qualitate delicti puniri.

SVMARIVM.

- 1 Receptatorum genus pessimum.
- 2 Plato quid sciendum dixerit contra receptatores.
- 3 Iudicis arbitrio receptatores puniri.
- 4 Statutum Papiæ in criminalibus sub rubr. de pœna illius, qui tenuerit bannitum, declaratur.
- 5 Constitutio Mediolani sub rubr. de bannitis & eorum receptatoribus. cap. 1. declaratur.
- 6 Statutum Ferrariae lib. 3. sub rub. Pœna recipientis re rebellos bannitos, declaratur, & infra.
- 7 Bannitum filium si pater receptet pœna receptatorum non punitur.
- 8 Decretum Papiæ 35. sub rubr. Quod non procedatur contra quempiam de receptione bannitorum. declaratur, & infra.
- 9 Bannitum filium illegitimum si pater receptet, non punitur.
- 10 Bannitum uirum si uxor receptet, non punitur.
- 11 Statutum Ferrariae lib. 3. sub rub. de condemnatis masculatoribus, declaratur.
- 12 Bannitum fratrem receptans, non punitur.
- 13 Bannitum socerum gener receptans, uel nuri, non punitur.
- 14 Socerum esse loco patris, quod ibidem declaratur.
- 15 Bannitum ignorantem receptans, non punitur.
- 16 Bannitum coactum receptans, non punitur.
- 17 Bannitum si caupo seu hospes receptat, non punitur. ibi declaratur.
- 18 Receptans abigeos punitur.
- 19 Iudicis arbitrio puniri receptatores abigeorum.

CASVS CCCXLVIII.

BANNITORVM RECEPTORES quando puniatur, & quibus pœnis.

Quoniam uno uerbo in casu proxime relato de bannitorum receptatoribus mentionem fecimus placet casum hunc subnectere. Est receptatorum pessimum genus hominum, sine quibus latere nemo dici potest. Plato in dialogo 1. de legibus, pœna mortis plecendos esse his scribit: Si quis rem furto sublatam receperit, in eadem culpa sit, qua ille qui furatus est, Qui exulem, seu quemuis huiusmodi fugientem susceperit, moriatur. Iure uero Cæsario eadem pœna, qua ipsi latrones & banniti recepti, puniuntur. l. 1. ff. de recepta. & l. 1. C. de ijs qui latro. occulta, qui sane textus & si dicat pari pœna puniri, at tamen subijcit, uel supplicio corporali, aut dispendio facultatum, pro qualitate personæ; & iudicis æstimatione, sicque arbitrio iudicis, ut ibi clarè annotauit Bal. qui ob id dixit, quod ubi arbitrii datur iudici, ille potest etiam arbitrari pœnam mortis, qua de re suo loco diximus. Quare rectè senserunt gl. & Bar. in l. 1. ff. de recept. dū dixerunt, receptatores puniri quidem, sed non simili pœna, ob illam dictionem perinde, & si aliter distinguat Sal. in d. l. 1. opp. 2. C. de ijs qui latro. post glo. ibi. Hæc autem controuersia in omnibus ferè Italiae locis ex statutis diffinita uidetur. Papiæ extat statutum in criminalibus, sub rub. de pœna illius, qui tenuerit bannitum, quo eadem pœna indicitur receptatori, quæ ipsi bannito. sic constitutum est noua cōstitutione Mediolanensis dñi rubr. de bannitis & eorum receptatoribus. c. 1. sic in Ferrariae lib. 3. sub rubr. Pœna recipientis rebelles bannitos:

Declaratur tamen hic casus, ut non habeat locum in patre, qui filium receperit, & e contra: nam tunc pœna ordinaria locum non habet, sed arbitraria potius, ut probat l. 2. ff. de recep. dum pœnam hoc in casu indeterminatam relinquit, & eo loci clarè annotauit Bart. & clarius ante eum ibi Cynus. Barto. sunt secuti Alex. consil. 144. in fi. lib. 2. & pœnam hanc esse hoc in casu arbitrariam respondit Cur. sen. consil. 41. Super processu, in fi. Tiraq. de pœnis legum, causa 20. Placa lib. 1. epitom. delict. cap. 16. num. 7. Rol. a Valle consil. 45. nu. 65. lib. 1. & si Crau. consil. 309. nu. 3. uideatur sentire nullo modo puniri. & hanc iuris communis dispositionem insecutum est statutum Papiæ iam relatatum. ibi, saluo, quod si receptatus fuerit receptantis seu tenentis propinquus occasione consanguinitatis, minus puniatur arbitrio potestatis in auere, quod est confirmatum fortius fuit decreto Ducali, ut extat in ea ciuitate inter antiqua illa decreta, decretum 35. sub rubr. Quod non procedatur contra quempiam de receptione bannitorum, & relata noua cōstitutione Mediolani tit. de bannitis. §. ult. quibus decretum est, non posse procedi contra patrem & filium sic receptantes, nisi arbitrio ipsius Principis, quamobrem iudicis potestas hoc in casu impeditur, Principemque consulere debet: ut is iubeat esse procedendum, uel non. hanc declarationem intelligo procedere, non modo in filio legitimo & naturali, uerum etiam in solo naturali tantum, quod in specie sensit multis rationibus Tiraq. d. tract. de pœnis legum, d. causa 20. nume. 1. 2. 13. quod ad relati decreti interpretationem utile admodum est. Relati tamen Doctores hanc declarationem uerè esse intelligunt, nisi hic bannitus fuisset hostis patriæ & rebellis, sic declarari debet statutum Ferrariae, lib. 3. sub rubrica, Pœna recipientis rebelles bannitos, quatenus statutum punit receptatores rebellium comprehendit etiam affines: quatenus uero punit receptatores aliorum bannitorum non comprehendit hos affines, & ita dicendum est, ut cum iure communi conueniat, & ne alteri statuto, de quo infra, aduerfetur.

Declaratur secundò, ut non habeat locum in uxore, quæ uirum receperit: nam & hoc in casu locus non est pœnæ ordinariæ, sed potius iudicis arbitrio punitur: ita sensit omnium primus Spec. in tit. de dote pro diuor. resti. §. formati. Alex. in addit. ad Bart. in l. 2. ff. de recep. Fel. in c. cū quidam. nu. 15. de iureiu. quos secutus est Crau. d. consil. 309. nu. 2. qui tamen sentit, nulla pœna puniri, sed uerius est, quod licet non teneatur pœna ordinaria, non tamen euitat pœnam arbitrariam, atque ita cum iure communi conuenit relatum decretum 35. & relata cōstitutio Mediolani. Et hoc est annotandum ad declarationem statuti Ferrariae, lib. 3. sub rub. de cōdenatis masculatoribus capie dis. quo permissum est consanguineis bannitos receptare, illud statutum debet intelligi etiam de uxore ob eandem rationem, cum amore coniugali, non malo animo receptare dicatur.

Declaratur tertio, ut non procedat in receptante fratrem, & alios sanguine cōiunctos, & affines: nam & ij solū pœna arbitraria puniuntur, ita probat d. l. 2. ff. de recep. & ibi Alex. post Bart. late Tiraq. dicta causa 20. nu. 1. 2. Sed dubium est, an relatum decretum Papiæ 35. comprehendat hunc casum? & non comprehendere uideatur

detur: nam in eo sic legitur: Quodque in omnem casum procedi non possit contra patrem pro filio, nec e contra: nec contra fratrem pro fratre communionem habentem in eadem habitatione, nec e contra: nec contra uxorem pro marito, nec e contra quorum patris & filij, mariti & uxoris ac fratrum casum nobis referuamus, hic decretum solum tres hos casus completitur, atque ita ceteros excludere uidetur. Accedit, quod dum casum fratrum sibi Princeps referuat, tunc uidetur referuare, cum fratres in eadem domo communionem habent. Sentiens decretum non prodesse fratribus separatim uiuentibus, quod etiam constituit noua constitutio Mediolani in d. titu. de bannitis & eorum receptatoribus, c. ult. quanto fortius ergo assignibus & ceteris remotioribus non proderit.

Declaratur quarto, ut non procedat in socero, receptante generum, uel e contra: nam idem hoc in casu dicendum est, quod in patre receptante filium: quoniam parum affectionem lex cōsiderat utroque in casu.

Hinc uidemus privilegia parentibus tributa esse et concessa foveris. l. quia parentis. ff. sol. matr. & l. pen. ff. de iure dot. Hinc dispositio l. parentes. C. de testib. quæ parentes pro filio testimonium ferre prohibet, locum et habet in socero pro eius genero, uel nuri, ut clarè inquit glo. in l. testis idoneus. ff. de testib. & respondit Gram. consil. 45. nu. 16. Hinc quoque scribit Iaf. in l. si constante, in princ. num. 26. sol. matr. post Bald. & Salic. in authen. si qua mulier. C. ad Velleia. quod quemadmodum ex d. auth. si qua, prohibetur mulier obligari pro marito, ita et prohiberi obligari pro eius socero; cum eadem sit utriusque ratio. Ita etiam donatio, quæ prohibetur inter uirum & uxorem, prohibetur & inter socerum, & nurum. Ruin. consil. 69. nu. 26. li. 3. & quemadmodum pater tenetur alere filium, tenetur etiam alere nurum. Ruin. consil. 144. nu. 6. lib. 5. ita donatio prohibita inter patrem & filium, est etiam prohibita inter socerum & generum, uel nurum, l. si donatione, ubi oēs. C. de collat. & in specie Soc. sen. consil. 57. lib. j. & ut summam dicam cum Soc. iun. consil. 113. nu. 17. lib. 3. appellatione patris uenit socer. Hinc, quemadmodum pater sine uenia in ius uocari non potest, ita nec socer. gl. & Doct. in l. generaliter. C. de in ius uoc. uidetur tamen nonnulli, præsertim Iaf. in l. sicut. ff. de re iudi. constituere differentiam inter socerum, nurum, & generum. sed de hoc nunc non disputo. cū iure communi conuenit illa constitutio Mediolanensis de bannitis & receptatoribus. §. ult. dum expresse hunc casum cum iam relatis excipit, atque ita ob paritatem, immo maioritatem rationis est interpretandum relatum statutum Ferrariae.

Declaratur quinto ut non procedat in eo, qui ignanter receptauerit: ita Bart. in l. omnes. C. de agr. & cens. lib. 1. Dec. consil. 62. in fi. & probat l. 1. C. de ijs qui latro. occulta. & ibi Cynus scribit hanc scientiam plenam esse debere. Baldus uero distinguit, ut mox referat. Est quod aduertatur, quia Cynus fingit casum, cum quis bannitus domum ignorante domino, ut quia forte abest, ingreditur. Baldus uero loquitur eo casu, quando quis scienter aliquem receptat, ignorans tamen illum esse bannitum, in casu Cyni ego absolute cum eo sentio, illum dominum domus nulla pœna esse puniendum, cū uerè non delinquerit. In casu uero Baldi cum eo sic distinguo. Aut hic rece-

ptator solum scientiam habebat per famam & rumor, hunc esse bannitum, & tunc non punitur pœna corporali, sed alia mitiori iudicis arbitrio. Aut plenam habebat scientiam, tunc punitur pœna ordinaria. Si uero penitus ignorauit, absoluitur, quibus infertur declaratio ad relata statuta, decreta & cōstitutiones, quæ receptatorem scienter receptantem puniunt, intelligi. n. debent, cum plena est scientia, alias si erit scientia per solum famam & alijs modis minus perfectis solum arbitrio iudicis punietur.

Declaratur sexto ut locum non habeat in eo, qui coactè receperit: nec enim is pœnam meretur. ita Bald. in l. in delictis. ff. de noxal. Socin. sen. consil. 262. col. ult. uers. præterea & tertio. lib. 2. Crau. consil. 309. nu. 5. Roland. a Valle dicto consil. 45. nu. 70. li. 1. quæ declaratio quotidiana est in illis regionibus, ubi magna est bannitorum, & latronum copia, ut annis his elapsis uideamus in Mediolanensi dominio, atque ita relata cōstitutiones & decreta declarari possunt.

Declaratur septimo non procedere in caupone, qui publicum hospicium habet: nam is impune uidetur posse bannitis alimēta, soluta ei mercede dare: ita sensit Barto. in l. 1. C. de colleg. illiciti. lib. 11. & in l. omnes, la seconda, num. 5. C. de agrico. & cens. lib. 1. Alexand. in addit. ad Bart. in l. 1. ff. de recepta. & Riminali. in addit. ad Salic. in l. 1. C. de ijs qui latro. occulta, quod tamen ego intelligo, quando uerè ignorat, illum esse bannitum. ita sensit Barto. in dicta l. omnes, & clarius Bossius tracta. causarum criminalium, in titulo, de rapinis. nume. 34. qui ob id sensit, non esse differentiam inter caupones & alios, cogitandum tamen erit, quia magna est Alexandri & Riminaldi auctoritas.

Declaratur octauo ut locum non habeat in receptatorum ordinaria in receptatoribus abigeorum: quoniam illi puniuntur pœna relegationis per decennium, quæ pœna hodie erit arbitraria, posteaquam relegationis pœna in usu esse desit, ut iam admonui. & hunc esse casum specialem sensit glo. d. l. 1. & ibi Bart. ff. de recepta.

SVMARIVM.

- 1 Opem delinquenti ferens quando puniatur.
- 2 Opem ferri quibus temporibus dicatur.
- 3 Opem ferentem ante perpetratum delictum puniri eadem pœna, qua ipsemet delinquens punitur.
- 4 Auxilium dans delicto quando minori pœna quam delinquens puniatur.
- 5 Iudicis arbitrio puniri dans remotionem auxilium delicto.
- 6 Opem ignoranter delinquenti ferens, non punitur.
- 7 Auxilium delinquenti in ipso actu prestans quomodo puniatur.
- 8 Constitutio Mediolani sub rub. de penis, c. si quis uerò auxilium, declaratur.
- 9 Iudicis arbitrio punitur, qui in ipso actu delinquendi remotum auxilium prestitit.
- 10 Iudicis arbitrio puniri, qui auxilium prestitit delicto deinde non perpetrato.
- 11 Constitutio Mediolani sub rub. de penis c. dantes ad premissa, declaratur.
- 12 Statutum Ferrariae lib. 3. sub rub. Pœna rusticorum per uim, in fine, declaratur.
- 13 Auxiliator non punitur, si non constat uerè de delicto principalis.

- 14 *Auxiliator eodem processu, quo principalis condemnari potest.*
- 15 *Opem ferens non punitur, si principalis pœna dignus non est.*
- 16 *Opem ignoranter ferens in ipso delicto, non punitur.*
- 17 *Opem ferens non punitur pœna aucta in principali ob ipsius principalis qualitatem.*
- 18 *Pœna immutata in principali ob eius qualitatem, non minui in opem dante.*
- 19 *Opem ferens diuersa pœna à principali punitur ita lege disponente.*
- 20 *Opem ferens non punitur, si probat se nihil in ipso actu egisse.*
- 21 *Opem ferens post delictum punitur.*
- 22 *Judicis arbitrio punitur, qui auxilium dedit post delictum.*
- 23 *Opem ferens post delictum ordinaria pœna punitur ob præcedentem tractatum de ope præstanda.*
- 24 *Associans delinquentem post delictum quo punitur.*
- 25 *Constitutio Mediolani sub rub. de pœnis, cap. receptas, declaratur.*

CASVS CCCXLIX.
DE POENIS EORVM, QVI OPEM
delinquentibus tulerunt, diligens & copiosa explanatio.

Dicamus nunc de pœnis eorū, qui ꝑ opem ac auxilium delinquentibus, præstiterūt, nā & inter hos receptatores aliquando connumerari solent, ut infra suo loco dicemus, auxilium itaque delinquenti tribus temporibꝰ præstari solet, primò anteqꝰ delictū perpetrātū, secundo in ipso actu perpetrātū delictū, tertio post delictum commissum, quæ tempora ita ab omnibꝰ distinguuntur, ut multos recēset Blācus in practica crimi. in uerbo, Postquā uidimus, nu. 1. qui exempla auxiliij cuiusqꝰ temporis recēsit. Primò itaqꝰ casu ac tempore recepta magis opinio uideretur, hunc fauilitium & opem ferentem eadē pœna esse puniendū, qua & is, qꝰ re ipsa delictū commissit ita Cynus, Bald. & Ang. in l. 1. C. de Nili agger, nō rūpe. Bal. in l. nō ideo minus, C. de accu. Angelus in trac. maleficio, in uerbo Andrea, nu. 5. Marfil. in l. si in rixa, nu. 29. ff. ad l. Cornel. de sicar. Bossius trac. causarū criminalium titu. de homicidio, nu. 33. Boer. q. 167. ex tex. l. nihil. ff. ad l. Cornel. de sicar. dum clarē ait, nihil interest, utrū occidat quis, an causam mortis præbeat. l. Prætor ait, le cunda. §. si eum seruum. ff. de bono. rap. l. si sciente. & ff. ad l. Pœpe. de parricid. l. is cuius ope. de adulter. l. 1. §. incidit, ad Turpil. §. interdum, inst. de oblig. ex delict. Blācus tamen loco iam citato, nu. 5. scribit, fauilitium hoc dantem minori pœna puniri, idem docuit Mantua in c. 1. nu. 38. de off. deleg. Iulius Clarus lib. 5. senten. iuris. §. si. q. 90. uerfi. aut uerò.

Declaratur primò, ut non procedat hæc pœna ꝑ qñ auxiliium non fuit proximum, sed potius remotum, ut quia solum arma præstitit, nam tunc solum pœna extraordinaria iudicis arbitrio punitur, ita clarē docuit Bald. in d. l. C. de Nili agger. non rumpē. quod latius infra comprobabimus.

Declaratur secundo, ut non procedat hæc pœna, quando ignoranter auxiliium hoc fuit præstitum, ut cum ignoranter quis aliquem associat ad perpetrādum delictum, nam tūc nullo modo punitur, ita Bar.

ba. col. 51. col. 2. li. 3. & ante eum Bal. in l. quicunque nu. 12. C. de ser. fug. & Marfil. in praxi criminali, §. constante, nu. 55. & d. l. si in rixa, nu. 25. Petr. Folle riuus in pract. criminali in uerbo, Capiat informationem, nu. 61. Anch. consi. 216. in si. immo in dubio nō præsumitur, qꝰ commodans arma & his similia, com modauerit eo animo, ut delicto opem ferret, ita Bal. in l. quicunque, col. pen. C. de seruis fug. & Mantua d. c. 1. nu. 38. de off. deleg. quemadmodum nec præsumitur, qꝰ quis scienter associatus sit delinquentem ad delinquendū, sed præsumitur casu & fortuito affuisse, ita Ange. de maleficijs in uerbo, Astitit, col. ult. Fel. cap. sicut dignum, nu. de homicid. Bossius tracta. causarum criminalium, titulo de homicidio, nu. 21. 25. qui exemplum adferunt, cum quis alicui equos & arma commodauit, quia secutus ire nelle dixerat, & de inde ad delictum perpetrandum iuit. Secūdus est casus cum in ipso actu delinquendi ꝑ auxiliium præstatur, hoc etiam in casu magis recepta opinio est, hunc eadē pœna ordinaria teneri, qua & ipse principalis, ita relati ferē omnes interpretes, præsertim ex recentioribus Boer. d. q. 167. nu. 3. Placa. d. c. 16. nu. 2. qui alios recensent, ut Fel. in c. sicut dignū, de homicid. Marfil. in praxi criminali, §. constante, nu. 56. & consi. 24. nu. 13. Blācus in pract. criminali, in uerbo, post quā uidimus, nu. 4. quorum sententia satis probatur in lege utrū. ff. de parricid. in l. 1. ff. de crimin. pecul. & in lege unica, C. de rapu uirginum. Clem. j. de pœn. & alibi, ꝑ Constitutio tamen domini Mediolanensis, rubr. de pœnis, c. si quis uero auxiliium in rixa, mitius punit arbitrio iudicis ꝑ qualitate facti: & mitius uidetur, quod mitius puniant illæ constitutiones hoc auxiliium quam aliæ faciant.

Declaratur primò, ut pœna hæc ordinaria locum non habeat, cum auxiliium non fuit proximum, sed remotum, tūc mitiori pœna, hoc est, iudicis arbitrio punitur, ita oēs in c. 1. ibi Abbas nu. 7. Fel. nu. 12. De cius nu. 13. & Mantua nu. 40. de off. deleg. Fel. c. sicut dignū, nu. 2. de homic. Soc. sen. consi. 188. li. 2. Marfil. in l. si in rixa, nu. 34. ff. ad l. Cor. de sicar. idem in praxi crim. §. constante, nu. 50. & sing. 15. Paris. consi. 152. nu. 37. consi. 154. nu. 19. 20. & consi. 166. nu. 22. li. 4. Boer. d. q. 167. nu. 3. Didacus in cle. 1. parte 2. §. 2. n. 2. homicid. ubi plures citat præsertim Carer. in pract. criminali, §. homicidium, nu. 69. Sic et Follerius in pract. crimi. in uerbo, Capiat informationē, nu. 57. ita et intelligo Bossium trac. causarum criminalium, titulo de homicidio, nu. 33. qui tubo scure loquitur, clarius hoc tradit Placa d. c. 16. n. 2. 4. & supra attingi, idē esse qñ ante delictū perpetrātū, auxiliū remotum præstatur, quo circa, cum contra hunc auxiliatorē inquisitio formatur, apponi solet, qꝰ auxiliium fuit præstitum, ut facilius delictū committeretur, ita praxim docuit Bar. in l. qui seruus. ff. de fur. & eum est secutus Marfil. d. §. constante, nu. 51. & Fel. d. c. sicut dignū, nu. 2. in si. licet et qñ auxiliū nudū præstatur, ut quia is nihil ferē egit, ita Sal. l. 1. C. de rap. uirg. quem secutus est Marfil. d. consi. 24. num. 17. & sing. 15. statuta, qui sic inquit esse declaranda statuta, quæ opem ferētes eadem pœna puniunt, qua principales, ut i domi nioꝝ Mediolani ex nouis constitutionibus in tit. de pœnis. §. dantes ad præmissa, & §. quicunque sciens, 12. & Ferraria, lib. 3. sub rub. Pœna rustici p. n. in si. Declaratur

- 13 *Declaratur secundo, ut non procedat, qñ non constat plenè & uerè de delicto principalis, nec n. sufficeret, ꝑ principalis eēt per contumaciā cōdenatus, ita post Bar. in l. si quis re. §. tu Titium. in si. ff. de furtis, scribunt Fel. in d. c. sicut dignū, nu. 3. de homicid. Marfil. d. §. constantē, nu. 53. Mantua d. c. 1. nu. 43. de off. deleg. & Iulius Clarus lib. 5. sent. iuris. §. si. q. 90. scias et, nā nec sola ipsa cōfessio delinquentis, nec sentētia cōtra eū lata nocet huic, qꝰ auxiliū præstitisse dicitur, ita Fel. & Marfil.*
- 14 *locis iam citatis, quare ꝑ processus agitanus est tam contra auxiliatorem, qꝰ contra principalē, ita Bar. d. §. tu Titium. Bossius trac. causarum crim. in tit. de delicto nu. 36. qui nu. 38. post Bal. & Alex. dixit, testimoniū nihil nocere mandanti, nisi de eo expressè deponat.*
- 15 *Declaratur tertio, ut non procedat ꝑ quando ipse principalis non est puniendus, nam si principalis à pœna immunis est, tanto fortius & qui opem præstitit ita post Ancha. consi. 217. respondit Marfil. consi. 24. nu. 23. Newz. lib. 1. syluæ nupt. nu. 10. Paris. consi. 154. nu. 2. ubi consuluit in eo, qui auxiliium præstitit marito occidenti uxorem, quod si maritus non tenetur aliqua pœna, minus ipse auxiliator, atque ita relatæ constitutiones Mediolani declarari possūt, & alia exempla attulimus supra lib. j. q. 80. in si.*
- 16 *Declaratur quarto, ut non habeat locum ꝑ pœna hæc in eo, qui ignoratē opem præstitit, quemadmodum & in casu præcedenti attingimus, exemplum in casu nostro potest adferri, si quis opem feret illi, qui furto rem alicuius subtraheret, quam is fur suam esse diceret, nam tunc opem ferens cum ignoret illud esset delictum, iure excusari debet, ita in specie nostra gl. in l. culpa caret, de reg. iur. Bar. in l. si in rixa. ff. ad l. Cornel. de sicar. Bal. in l. raptores, numer. 15. C. de episc. & cler. latē Placa d. lib. 1. epito. delict. c. 16. n. 3. Gram. decisi. 25. nu. 4. Blācus in pract. crim. in uerbo, Defensores ꝑ imputato de auxiliō, sic præcitata constitutiones Mediolani interpretari possunt.*
- 17 *Declaratur quinto, ut non procedat, ꝑ quando post opem præstitam principalis ob aliquam extrinsecā qualitatem grauius esset puniendus: nam tunc, & si qualitas illa augeat pœnam in principali, nō tamen auget in auxiliatore, ita post Bar. in l. libertis quos. §. posthumus, in si. ff. de alm. & cib. leg. scribunt Fel. in d. c. sicut dignum, nu. 13. de homicid. Marfil. d. praxi criminali, §. constante, num. 53. uerficu. 3. limitat, qui exemplum adferunt, cum pœna augetur principali ex sua negatione, idē Bar. in l. is qui opem. ff. de furtis, plures citat Placa in d. c. 15. nu. 2. li. 1. epito.*
- 18 *delict. ita etiam è contra ꝑ quando ob aliquam qualitatem pœna in principali minuitur, nō minuitur in præstante opem, ita Bar. l. qui furti. §. item placuit, ff. de furtis, alios refert Dec. in l. cōsiliij, n. 16. de reg. iur. & in cap. 1. nu. 10. uerfi. 8. fallit. de off. deleg. Sed uidentus est Baldus in l. non ideo minus, nu. 11. C. de accu. qui alia declaratione utitur, & infert ad declarationem statuti, quo plebeius grauius ipso nobili punitur, quod infra declarabo.*
- 19 *Declaratur sexto, ut non procedat, quando lex clarè diuersam pœnam opem ferenti indiceret, tunc illi standum est, Marfil. d. §. constante, n. 55. uer. 7. & ul. post Fel. d. c. sicut dignum, nu. 4. in si. ex l. 1. C. de rapu uirg. ex l. 1. C. de nili agger. non rumpen.*
- 20 *Declaratur septimò nō procedere ꝑ qñ is auxiliator*

probaret, se in actu delicti nihil egisse, & ipsū deliquēte satis per se potuisse illud delictū committere, ita lal. consi. 137. lib. 1. & Blācus loco præcitato.

Tertius est casus, cum ꝑ auxiliium fuit præstitum post perpetratum delictum: ut quia delinquentem tuerur, custodit, hoc i casu regulariter indicitur pœna extraordinaria iudicis arbitrio ita tradūt omnes in l. 1. C. de iis qui latro. occulta. clarē in specie Cur. sen. consi. 41. Super processu, in si. Boer. q. 167. nu. 4. in si. Mantua in c. 1. nu. 44. de off. deleg. Placa d. lib. j. epito. delict. cap. 16. nu. 5. ex tex. l. congruit, ff. de off. Præsidi. in l. 1. & 2. ff. de recept. & l. 1. C. de iis qui latro. occulta. Constitutio Mediolanensis sub rub. de pœnis. c. Receptantes autem, pœnam pecuniariā hoc in casu indicit, & scriptum reliquit Ægidius Bossius trac. causarum criminalium, titulo de homicidio, nu. 34. ita obseruari in amplissimo Senatu Mediolanensi, qui uel pœnam exilij, uel pecuniariam indicit.

Declaratur primò, ut non habeat locum iam præcessit ꝑ aliquis tractatus de auxiliio post modū præstando: ut putā, actū erat inter hos, ut hic delinques delictum perpetraret, quia eo perpetrato illi auxiliū præstabit: tunc enim hic opem ferens eadē pœna punietur, ita docuit Bar. in l. in furti. §. ope. nu. 6. ff. de furtis. Ang. trac. malef. in uerbo, Andrea, nu. 8. Paris. col. 164. nu. 13. lib. 4. Mantua d. cap. 1. nu. 45. de off. deleg. Iulius Clarus lib. 5. sentē. iuris. §. si. q. 90. uerfi. aut uerò. Placa d. c. 16. nu. 5. in si. q. & hanc declarationē

exemplificat etiā in eo, qꝰ ꝑ associatū post delictū commissum, qꝰ uerū nō puto, & aliter sensit Boer. d. q. 167. nu. 4. & Bar. in l. in furti. §. ope. nu. 3. 4. ff. de furtis, & in l. si quis in graui. §. si quisquam. ff. ad S. C. Sylla. Bal. l. non ideo minus, nu. 27. C. de accusa. qui inquit, teneri, ut receptator. Chass. consi. 58. nu. 21. & hæc declaratio in exemplo priore loco relato est egregia

ad interpretationem relatæ ꝑ constitutionis Mediolani rub. de pœnis, cap. receptantes, quæ cū mitius puniat hunc ita opem præstantem post delictum, quam illum, qui ante præstitit, intelligitur, modo non præcesserit tractatus ante commissum delictum de præstando auxiliium post illud perpetratum, quia tunc puniri fortè debet priori pœna ex iam datis.

SVMMA RIVM.

- 1 *Opem tulisse an dicatur, qui armatus astitit.*
- 2 *Judicis arbitrio relinqui, quando assistens armatus opem tulisse dicatur.*
- 3 *Opem non tulisse assistens, dicitur cum casu rixæ interfuit.*

CASVS CCCL.
OPEM QUANDO ARMATVS
assistens tulisse dicatur.

Solet etiam dubitari in hac tractatione de eo, qui opem tulit, an ꝑ opem is attulisse dicatur, qui armatus tantum assistit, & si nihil egit, & qua pœna is ob solam assistentiam puniendus sit, Marfil. in l. quæstionis modum, nu. 56. de quæst. post Baldum & Angelū Are. quos citat, censuit, esse in ꝑ iudicis arbitrio quomodò ac quādo assistens opem delinquenti adferre dicatur, iudex autem regulariter iudicabit, ex sola assistentia opem allatam fuisse, ita sensit Bald. in l. non ideo minus, nu. 30. C. de accus. Marfil. in praxi crimi.

CASVS CCCLI.

CONSILIVM MALVM DELINQVE N ri præbens, qua pœna puniatur, diligēter aperitur.

Relatis casibus hic rectè annectitur, quo queritur, qua pœna plectendus sit is, qui ad delictū perpetrandum consilium præbuit. Qua in re priusq̄ ulterius progrediar, dico q̄ ad hoc, ut pro suo consilio quis puniri possit, plura concurrere deberēt. Primò, quòd præstitutum sit super eo actus consiliū, qd̄ à iure dignum pœna sit iudicatum. exempli gratia, si quis in interdicto unde uis consilium præstaret, consulendo spoliatori ut possessionem alterius occuparet: quoniam consilium hoc à iure pœna dignum iudicatum non est: is ita consulens nō meretur pœnā. ita Innoc. in c. querela, de electio. Bald. in l. 2. nu. 6. C. de seru. & aqua. Angelus in l. is qui opem, propè finē. ff. de furtis. l. 1. nu. 18. C. de ser. fugi. Abbas in c. sicut dignum. n. 7. & ibi Feli. nu. 13. de homicid. Roma. sing. 762. In contrariis, qui tamen retulit, nō nullos contrarium determinasse. Innocentium etiam secutus est Decius in l. consilii. nu. 7. de reg. iuris. & ibi Cagnol. nu. 9. idem Decius in c. 1. n. 10. uers. quinta conclusio. ubi apostillantes. & Mantua nu. 36. de off. deleg. quæ doctrina est notabilis ad interpretationem statuti Papiæ 31. in criminalibus, sub rubr. De pœna illius, qui uiolentiam fecerit alicui in eius possessione. quo puniuntur non modò qui uiolentiam faciunt, sed & qui fieri faciunt. & si ergo consultor sic deiectionem suadens facere uideatur, non tamen tenetur ex relata doctrina. est ergo (ut in uia reuertar) necesse quòd consilium sit punibile.

Requiritur secundo, quòd consilium sit ad malum: quo circa cum consilium in se dubitationem habet, quia & ad bonum & ad malum trahi potest, ad bonum potius datum fuisse interpretandum est. ita Bal. in l. 1. nu. 13. C. de seruis fug. & ibi Iaf. nu. 24. Fel. in cap. 1. nu. 6. & ibi Decius. nu. 9. uers. secunda conclusio. de off. deleg. & Mantua. n. 35. idem Dec. in d. l. consilii. nu. 12. de reg. iur. Alciat. tract. præsumpt. regu. 3. præsumpt. prima, nisi enim constaret prius consilium fuisse ad malum sumpta interpretatione esse ad bonum, sequeretur non eē punibile. d. l. consilii. de reg. iur. & c. nullus, de reg. iur. in 6.

Requiritur tertio, quòd consilium præcedat delictum: nam si secuto delicto daret consilium illud certè est frustratorium, nec n. suus delinquens eo consilio ad delictum perpetrandum processit. ita Bal. in l. ob hæc uerba. ff. de iis qui nota. infam. & in l. 1. nu. 13. C. de ser. fug. & ibi Iaf. nu. 23. Dec. in d. ca. 1. nu. 9. uers. tertio limitatur. de off. deleg. & in d. l. consilii. nu. 11. de reg. iur. quod memoriæ commendandum est ad interpretationem nouæ constitutionis Mediolani sub rubr. De pœnis. c. latrones. uers. dantes. & in §. homicid. uers. pari modo. nam ex illis puniuntur is, qui consilium præbuit latronibus & homicidis, intelligitur, quado consilium præcessit delicto, non si secutum est.

Requiritur quarto quòd is consultor in eo suo animi proposito & consilio perseveret, secus, si ante quam delictum perpetraretur, consilium renocet. ita Innoc. in c. ad audientiam, de homicid. & ibi Felin. Bar. in l. non solum. §. mandato. nu. 21. de iniuriis. Alex. cōf. 65. nu.

§. constante. nu. 56. qui subiecit, tunc per assistentiā opem ferri quando is assistens est armatus, & ille aggressus timidior redditur. idem decidit Gramma. de c. 25. nu. 3. Iulius Clarus lib. 5. sentent. iur. §. si. q. 90. uers. quæro nunquid. consuluit Paris. consil. 164. nu. 1. lib. 4. qui uerum hoc esse intelligit, quando dolo se & scienter ita armatus assistit: secus si casu & incidenter, & ibidem num. 14. subiicit, præsumptionem esse quòd casualiter & incidenter is adstiterit. & probari dēt aliq̄ actus quo is timidior factus fuit. hic autem assistens ea pœna solet puniri, qua & opē præstans. ita in specie Ant. Corset. suo sing. i uerbo, Auxilium post. Inn. in ca. continentia, de clerico percuss.

SVMMARIVM.

- 1. Consciens criminis quando puniatur.
2. Consilium tunc obligat ad penam cum actus principalis in delictum punibile sonat.
3. Consilium spoliatori præbens, non puniatur.
4. Statutum Papiæ 31. in criminalibus, sub rubr. de pœna eius, qui uiolentiam alicui fecerit in eius possessione, declaratur.
5. Consilium, qd̄ ad bonū & ad malū eē pōt, non puniatur.
6. Consilium ad delictū ut puniatur, delictū præcedere dēt.
7. Constitutio noua Mediolani sub rubr. de pœnis, c. Latrones, declaratur.
8. Consilium malum non puniatur, si re integra reuocatum fuerit.
9. Consilium ad delictum non puniatur, si delictum secutum non est.
10. Constitutio noua Mediolani sub rubr. de pœnis. c. Latrones. uers. dantes, declaratur.
11. Statutum Ferrariæ lib. 3. sub rubr. Pœna per uim cognoscentis de claratur.
12. Consultor delicti tunc puniatur, cum puniatur ipse principalis.
13. Mandatario delinquente absoluto, censeri absolutū & mandantem.
14. Conciliatio opinionū Bar. Decij, Molinai. & aliorū.
15. Bar. l. adulter. §. eo tempore ff. de adulte. declaratur.
16. Constitutio Mediolani sub rubr. de pœnis. c. dantes. declaratur.
17. Consultor delicti eadem pœna puniatur, qua principalis, si is principalis ob consilium deliquit.
18. Consilium præbens ad delictum, tenetur etiam ad interesse partis.
19. Statutum pœnam indicens facienti, non comprehendit consilium præbentem.
20. Consilium præstans. uel opem ferens delinquenti, ob diuersam cum eo qualitatem, eadem pœna, qua ille non puniatur.
21. Consultori ubi pœna speciales est indicta, illa seruatur.
22. Iudicis arbitrio puniatur consultor, qui consilium dedit alias facturo.
23. Constitutio Mediolani sub rubr. de pœnis, c. Latrones, & c. homicida. declaratur.
24. Consulens in atrocioribus alias facturo, iudicis arbitrio puniatur.
25. Baldus in l. 1. nu. 6. C. de ser. fug. declaratur.
26. Marsiliy, Boerij ac aliorū quorū dā doctrina declarata.
27. Consultor delicti ut principalis puniatur si eius nomine delictum perpetratum fuit.
28. Consilium malum consultori pessimum, prouerbum Romæ decantatum.

65. nu. 7. lib. 4. Feli. in ca. 1. & ibi Decius nu. 10. uers. decimo consulens. de off. deleg. Bossius trac. causariū criminaliū; tit. De mandato ad homicidū. nu. 59. qd̄ intelligit Ang. Aret. in trac. maleficio. in uerbo, mandatorē, in fi. & Sali. in l. j. col. 6. uers. quæro quarto. C. de rapu uirg. qd̄ reuocans. contrariū efficaciter suasi, ut uerè credat illū nō facturū. nec n. sufficit simplex reuocatio, quemadmodū in mandato. quorū differētia ratiōne rectè perpendit Sali. loco præcitato. Fel. in c. sicut dignū. nu. 14. de homicid. qui inquit debere notum facere illi, qui erat offendendus.

Requiritur quinto quòd ob præstitū consilium, secutum deinde sit delictum: ita Card. in clem. j. in princ. q. 12. de pœnis. quem sunt secuti Decius in d. l. consilii. nu. 10. de reg. iur. & in ca. 1. nu. 10. de off. deleg. Boer. q. 262. num. 1. quorum doctrina egregiè est pro interpretatione præcitæ nouæ & constitutionis Mediolani. d. rubr. De pœnis. in illo uers. dantes. nam, dum ibi puniatur consilium latrocino præbens, intelligitur effectu secuto. Est etiā pulchrior interpretatio ad d. §. homicida uers. pari modo. in quo sic legitur, pari modo intelligatur quicūque huiusmodi pensato maleficio auxilium dederit, consilium uerè, quā uis etiam is manus ad opus non extendat. hic intelligi etiam debet de consilio, secuto tamen homicidio: ne faciunt difficultatem illa uerba, quam uis etiam is manus ad opus non extendat. quoniam illa referuntur ad eum, qui auxilium dedit, non autem ad consultorem, qui si manus & ipse. extenderet, nō consultor sed auxiliator diceretur. Præterea nos loquimur de ipso principali, cui datum est consilium, qui, nisi consilium sequatur, non obligat consultorem. at is uers. loquitur de ipso et consultore, qui (ut dixi) si ulterius progrediretur consultor non esset, sed auxilium præbens. Sic et declaratur statutum Ferrariæ lib. 3. Pœna per uim cognoscentis uel. rapientis. & statutū sequēs.

Requiritur sexto ac ultimo, quòd is principalis delinquens si post se secuto delicto condemnatus: quoniam contingeret absolui, nec is consultor aliqua pœna teneretur. ita post. Innoc. in ca. sicut dignū de homicid. scribit Decius in d. l. consilii. nu. 13. de reg. iuris. & in d. ca. 1. nu. 10. uers. nonò consulens. de off. deleg. Marsi. in l. 1. in fi. de quæstio. contra hoc requisitum sensit Carolus Molinæus in annota. ad Decium in d. c. 1. de off. deleg. ea ratione, & simili, quia uidemus quòd absolutoria lata pro mandatario, non liberat mandantem; quemadmodum docuit Bar. in l. adulter. §. eo tempore. ff. de adult. quem alii sunt secuti, quos infra in casu sequenti referam: ergo idē in eo, qui consilium præbuit dicendum est. Sed uerè

concordari horum interpretum opiniones possunt: Aut absolutoria est lata super facto, pronūtiando per rei ueritate comperta, illum cui datum fuit consilium, non deliquisse; & tunc dubio procul nec is consultor tenetur, quoniam uerè apparet suum consilium frustratorium fuisse. & hoc casu procedat Decii & aliorum sentētia. Aut fuit pronūtiatum super facto, re tamen uera nō comperta, uel per corruptos iudices, & tunc consultor non liberaretur; quoniam ueris compertis probationibus, uel æquioribus iudicibus condemnari potest, ex d. l. adulter. §. eo tempore, de adult. & hoc casu procedat Caroli Molinæi opinio, distinctione etiam uti debemus, cum delinquēs

absoluitur in iure. Aut enim absoluitur, quia est pronūtiatum, bene & iuridicè egisse, & tunc liberatur etiam consultor ita procedat Decii sententia. Aut absoluitur principalis solum à pœna, ut quia ob suæ pœnæ qualitatem puniri non meretur, sed nō pronūtiatur, illum bene egisse, tunc non liberatur consultor. ita procedat Molinæi opinio. Exemplum hæc in re aprum adfert Bar. d. §. eo tempore, si furiosus ex consilio alicuius delinquit, à pœna quidem liberatur consultor; sed non declaratur eum bene egisse. cum ergo delictum sit perpetratum, puniatur consultor, et si liberetur ipse furiosus. Sunt hæc requisita multum innotanda ad interpretationem nouarum constitutionum Mediolani in rubr. De pœnis. c. Dantes ad præmissa. quibus puniuntur dans consilium seruis, ut dominum, uel cum eo habitares occidant, tenentur eadem pœna. sic & ad §. pari modo. eo. titu. cum itaque hæc concurrunt, consultor pœna dignus est.

Dubitati nunc contingit, qua pœna puniendus sit, an illa, qua plectenus uenit principalis: hic duo casus distinguendi sunt: quorū primus est, quōd is delictū perpetravit, non erat alias perpetrator; nisi ad fuisse consilium huius mali consultoris: tunc is consultor eadē pœna, qua principalis delinquens puniendus est ita Bal. & Alber. in l. ob hæc uerba. ff. de iis qui nota in fam. idē Bal. in l. data opera. nu. 52. C. de iis qui accu. nō pos. & in l. j. nu. 6. C. de ser. fug. & ibi Iaf. nu. 9. cōmunē testatur Dec. in l. consilii. n. 4. & ibi Cagnol. nu. 6. de reg. iuris. idem Decius in c. 1. nu. 9. de off. delega. qui alios plures recenset. addo Angel. consil. 221. Corneum consil. 58. lib. 4. & Capollam consil. 65. & uerè probatur in c. sicut dignum, de homicid. ubi Feli. Didacus clem. 1. parte. 2. §. 2. nu. 1. de homicid.

Extenditur, ut locum etiam habeat, non modo quoad pœnam; uerum etiam quoad interesse. partis læsæ. nam si alicuius consilio res furto subtrahita fuit, uel datum damnum, tenetur is consultor æquè ac is, qui surripuit, uel damnum dedit ad restitutionem rei, uel refectionem dāni. ita in specie nostra scribit Didacus in c. peccatum, par. 2. §. 12. nu. 1. de regu. iuris in 6. qui plures Theologorum autoritates retulit. quas etiam recenset Placali. 1. epito. delict. c. 17. nu. 19. tacito Didaci nomine.

Declaratur primò ut non procedat, quando statutum indiceret pœnam facienti: nam illa locum non haberet contra consilium hoc dantem. ita Decius in d. l. consilii. nu. 15. de reg. iuris. & in d. cap. 1. numer. 10. uers. sic. undecimò fallit. & ibi Mantua num. 37. de off. delega. quoniam statutum intelligitur propriè & strictè, ut in similibus docuit Bar. l. 1. ff. ad l. Cornel. de sicar. & ita in mandā te dicimus, quemadmodum infra suo loco dicemus.

Declaratur secundo, ut nō procedat ob diuersam qualitatem, quæ inest inter facientem & consulentē, ob quam consulens minori pœna puniri debet: ita Decius in d. l. consilii. nu. 16. de reg. iuris. & in d. c. 1. n. 10. uers. octauò fallit. de off. deleg. ex doct. Bar. in l. q̄ seruo. §. item placuit. de furtis. qui quidem Barto. loquitur de eo, qui opem tulit, & in quo qualitas est, maiorem pœnam indicens q̄ ipsi principali. & econtrā, quando qualitas aliqua minuit pœnam in personam principalis, non minuit in personam consulentis. ut puta, statutum minorem pœnā indicit plebeo, quam

quam nobili occidenti, modo plebeius ex consilio nobilibus homicidium commisit, non minuitur pena in nobili ob illam qualitatem plebei, e contra quando ob qualitatem penam augentem in principali, dicendum est ac distinguendum cum Bar. in l. is qui opem, de fur. item egregie tradit de eo qui opem fert, Mantua in c. l. nu. 47. de off. deleg. qui declarat, nisi opem ferat paritatem, & attingi supra casu ab hinc secundo.

21. Declaratur tertio, ut non procedat, quando specialis pena consultori est indicta, nam tunc illa observanda est. Sal. l. unica. col. 5. uers. Quarto secundo. C. de rapt. uirg. Dec. l. consilii, nu. 6. de reg. iuris. & d. c. l. nu. 9. uers. octavo fallit, de off. deleg.

22. Secundus est casus, quando quis delinquens erat absque consilio delictum perpetraturus, tunc non eadem pena punitur consultor, qua principalis delictus, sed mitiori iudicis arbitrio, ita post multos docuit Dec. in d. l. consilii, nu. 4. de reg. iuris. & d. ca. l. nu. 9. de off. deleg. quibus addo Soc. ium. consil. 48. n. 17. lib. 2. Bossium trac. causarum criminalium, d. titulo. De mandato, nu. 59. Didacum clem. 1. parte 2. §. 2. nu. 1. de homicidio. Placum lib. 1. epitom. delicti, ca. 17. nu. 8. Grillandum tract. De penis omnifariae coitus. q. 10. nu. 12. sentit Mantua in ca. l. nu. 32. de off. deleg. & si ambigat, communem probat Clarus li. 5. sentent. iuris. §. fin. q. 88. qua doctrina infertur declaratio ad relatas constitutiones Mediolani sub rubri. De penis. d. cap. latrones. uers. dantes & c. homicida, uers. pari modo, quibus punitur eadem pena consultor, qua principalis, intelliguntur illae constitutiones, cum consilium alias non facturo praestatur, secus si iam facturo. Nec una me mouet difficultas, quod ex quo pena expressè est hic indicta, non est confugiendum ad hanc distinctionem, an facturus esset, uel non ille principalis, sed esse obseruanda poena certa, ut docuit Decius d. l. consilii, nu. 6. & supra dixi, quia respondeo, declarationem Decii & aliorum conuenire casui iam relato, non huic nostro, si nulli, qui deliquit, & q. absque consilio non erat delictum perpetraturus, pena una speciali indit, & altera specialis consultori, utraque suo in casu obseruanda est, ut dixi supra statim in declaratione tertia, atque ita sentit Sal. in d. l. unica, col. 5. uers. quarto, secundo. C. de rapt. uirg. Sed in casu, quoniam delinquens erat et sine consilio facturus, & si pena specialis est consultori indicta, attamen intelligitur ibi de eo consultore qui in causa fuit, ut delictum committeretur, non de hoc, de quo loquimur, quoniam hoc consilium parum operatur in delicto committendo, cum alias et sine eo is facturus esset, sequeretur, n. ex hoc, quod tantum puniretur is, qui ex suo consilio non fuit in causa delicti commissi, quantum is, qui fuit in causa, quod esset iniquum, si quidem pro modo peccati debet esse plagarum modus, & haec est notabilis declaratio ad relatas constitutiones Mediolani d. ca. Dantes, rub. penis. & §. pari modo,

24. Extenditur primo, ut procedat etiam in delictis atrocibus grauibsq; nam adhuc consulens alias facturo mitius iudicis arbitrio punitur, ita Feli. in cap. 1. num. 8. de off. deleg. & in c. sicut dignum, nu. 7. de homicidio. Didacus clem. 1. parte. 2. §. 2. num. 1. uers. quam obrem, de homicidio, qui inquit, iudicem arbitrari debere de pena paulo grauiori. Nec obstat quod aliter senserit Decius in d. c. l. nu. 9. uers. praedicta distin-

ctio, de off. deleg. & clarus in d. l. consilii, nu. 5. de reg. iuris. cum quo simpliciter transeunt Marfil. sing. 665. Nisi me. & Boer. q. 167. in fin. & Mantua d. ca. l. nu. 34. de off. deleg. quia si rectè consideratur, Bal. in l. 1. nu. 6. uers. & consilium. C. de feris fug. cuius autoritate motus est Decius, uerè Baldus idem cum Felino censuit, in haec uerba: Vel dic, quod si et erat alias facturus, consulens punitur, saltem extra ordinem, quando sumus in atrocissimis, haec Bald. quod sentiens fortè idem Decius in d. cap. 1. nu. 9. uers. non tamen uidetur, de off. deleg. tubiicit, consultore hunc non teneri praecise eadem penam, sed extra ordinem iudicis arbitrio, atq; pita Marfilii, Boerii & aliorum traditiones sunt declaranda: Quod autem atrocè delictum sit, diximus supra in casu 262. Quae extensio confirmat declarationem, qua supra attulimus ad constitutiones nouas Mediolani, dum de dante consilium in homicidio & latrocinio, quae delicta atrocissima sunt, disponunt.

27. Declaratur primo hic casus, ut locum non habeat, quando is, qui delictum commisit, non suo, sed consultoris nomine fecisset, tunc eadem pena tenetur, ita Decius in d. l. consilii, nu. 8. de reg. iuris. & in d. c. j. nu. 10. uers. sexto fallit, de off. deleg. motus est autoritate Baldi in l. metum, in fi. C. qd. merus. causa. qui loquitur in mandante, sed idem est in consultore (inquit Decius) cum faciens uideatur ex consilio motus. Ego opinor declarationem hanc esse quidem in se ueram, quia, si consulens alias non facturo teneret eadem poena, quamquam suo ipsius facientis nomine faciat, fortius cum facit nomine consulentis. Sed declaratio nec huic casui, sub quo eam collocauimus, nec procedenti conuenit, praecedenti, quia absque eo, quod consultoris nomine faciat, is consultor pari poena punitur, huic nostro, quia tunc consultor non est consultor, sed mandator. Erit tamen malum hoc consilium consultori pessimum, ut contra falsos Aruspices in carmine aliquando Romae pueris decantatum est, auctor est Gellius lib. 4. no. 8. attica. cap. 5. Erasmus chilad. 1. Centuria 2. prouer. 14.

S Y M M A R I U M.

1 Mandans delictum committi punitur.

2 Mandans uulnerari, poena homicidij tenetur; si inde homicidium sequitur.

3 Mandatarius excedens fines mandati, non obligat quoad excessum.

4 Iudicis arbitrio punitur mandans delictum committi, si mandatarius fines excessit.

5 Constitutio noua Mediolani sub rub. De penis, c. mandantes, declaratur.

6 Statutum in Ferrariensi lib. 3. sub rub. Poena occidentis, uel uulnerantis, declaratur.

7 Mandatum ad delictum re-integra reuocatum, non obligat mandantem ad poenam.

8 Constitutio noua Mediolani sub rub. De penis, c. mandantes, §. quod si nec uulnus, declaratur.

9 Mandatarius ad delictum, si mandatum executus non est, mandatum non obligat ad poenam.

10 Decretum antiquum Mediolani punit mandantes delictum, non executo mandato.

11 Mandans, occidi, si occidens ob alio occisus fuit, non punitur poena ordinaria.

12 Mandatarius absolutus, censetur & qui delictum fieri mandauit.

13 Mandans delictum non punitur poena ordinaria, si is mandans erat alias facturus, sed iudicis arbitrio.

14 Mandatarius an excuset mandantem a poena delicti, si mandatarius fatetur se sua sponte deliquisse.

15 Mandans delictum, absolui debet, si probationes super delicto non concludunt.

16 Bald. cons. 259. lib. 1. declaratur.

17 Mediolani delictum committi, non punitur ex delicto perpetrato ante mandatum.

18 Accusans mandatem de delicto mandato quomodo accusationem concipere debeat.

19 Rati habitio non obligat ad poenam delicti commissi ante mandatum.

20 Mandans delictum non obligat ad poenam, quando reuera de eo non constat.

CASVS CCCLII.

MANDANS PERPETRARI DELICTUM, quando & qua poena punitur.

1. Postulat hic locus, ut de poena mandantis delictum perpetrari, aliqua, quae a iudicis arbitrio pendet dicamus. Principio itaque pro regula constituimus, mandantem delictum puniri, non solum §. mandato, ff. de iniurijs, immo grauius ipso mandatario esset puniendus, cum plus eo (ut mox dicam) delinquat, poena autem aduersus hos mandantes uariae sunt, ut etiam uaria & permulta sunt delicta, quae perpetrari solent. Ego singulas mandatorum poenas huc non adferam, satis enim nunc sit dixisse, hunc mandatorum puniri, id quod nemo negat.

2. Extenditur primo ut locum etiam habeat poena ordinaria, etiam si quid plus praeter ipsius mandatis animi propositum subsequutum fuerit, ut puta mandauit quis Caium uulnerari, & non occidi, illata sunt uulnera, ex illis mortuus est, is mandans ea poena uenit ferendus, ac si occidi mandasset, ita clarè docuit Baldus in l. cum mandati, in fi. C. mand. & in l. non eo minus, nu. 29. C. de accusa. l. in l. 1. nu. 3. C. de fer. fug. Gramma. cons. 20. n. 1. Capol. consil. 30. Bossius tracta. causarum criminalium, titulo De mandato ad homicidium, nu. 10. Iulius Clarus lib. 5. sentent. iuris. §. si. quæst. 89. uers. pone aliquis, ex quo enim mandatum fuit id quod non est in potestatem mandatarij, (nec enim ad mensuram inferri possunt uulnera) loquitur ipsum mandantem teneri, ac si homicidium mandasset, & ab hac sententia recedendum non est, quamquam alij nonnulli dissentiant, quos recenter Blancus in pract. criminali, titulo Ad defensionem, n. 17. & Ang. Castren. Rosellus & alij nonnulli inter consilia Capol. cons. 35. 36. 37. 38.

3. Declaratur primo, ut locum non habeat relata poena, quando mandatarius fines excessit, quos non excedere potuisset, si uoluisset: tunc enim ratione excessus mandans non tenetur, ut puta; mandauit tibi ut Caium pugno, uel baculo leui uerberares, tu uerò gladio uulnerasti, uel mandauit ut meretricem strifares (ut uulgo dici solet) sed tu eam in faciem grauissimè ense uulnerasti, qua mors subsequuta est, ergo poena ordinaria, tanquam mandauerim uulnerari non tenetur, quoniam fuit in potestate mandatarij fines mandati non excedere, si uis ergo ille excessus non auget poenam mei mandati, ita scriptum reliquit Bal. in d. c. cū

mandati, in fi. C. m. & in d. l. non ideo minus, nu. 29. C. de accusa. l. in l. 1. nu. 3. uers. tertio ego, l. imito, C. de seru. fug. Bossius d. tit. De mandato ad homicidium, nu. 10. Gram. consil. 20. num. 2. 3. & Iulius Clarus d. q. 89. uers. pone aliquis, qui communem esse testatur, post Placum lib. 1. epito. delicti, c. 5. nu. 1. & uno ore affirmant relati interpretes, poenam arbitrariam solum esse illi mandanti hoc casu indicendam. Quo circa infertur, quod cum noua constitutio Mediolani sub rubri. De penis, c. mandantes, quae punit mandantem ac mandatarium, intelligi debeat, si mandatarius uerè & praecise mandatum esset exequutus, non si excessisset eo casu, quando non excedere potuisset.

4. Declarari etiam potest statutum Ferrariensi lib. 3. sub rub. Poena occidentis, uel uulnerantis, dum poenam arbitrariam iudicis mandanti pro excessu, quae poenam uult posse extendi ad corporalem citra mortem, & membri abscissionem, intelligitur ille excessus, quoniam mandatarius potuit non excedere mandatum, secus si in sua facultate non fuit, ut iam supra diximus. Declaratur secundo, ut non procedat, quando mandatarij re integra reuocatum fuit: nam tunc, & si mandatarius exequitur, non tamen mandantem ad aliquam poenam obligat: ita tradunt Inn. in c. ad audientiam, de homic. Ang. Arret. tract. malef. in uerbo, Et Sempronium mandatorum, nu. 15. Feli. in c. sicut dignum, nu. 14. uers. fallit primo, de homic. Blancus cautela 7. nu. 2. quas quidem cautelas posuit post practicam criminalem. Capic. decif. 155. nu. 5. & cum hac iuris consuetudine conuenit noua constitutio Mediolani sub rub. De penis, d. c. mandantes, §. si nec uulnus, quae tamen constitutio & iuris consuetudine non procedit in atrocioribus criminibus, quae si mandata fuerint, etiam re integra reuocatione mandati facta, obligant mandantem saltem ad poenam arbitrariam, ita Marfil. in l. is qui cum telo, nu. 71. ff. ad l. Corn. de sicar. & consil. 105. nu. Capic. d. decif. 155. nu. 1. in fi. & nu. 16. Carerius in pract. crim. §. 5. nu. 7. Didacus clem. j. par. 2. in initio, nu. 9. uers. quinto ex his, de homic. Bossius d. titulo. De mandato ad homicidium, nu. 13. qui in assassinio & similibus exemplum adferunt.

5. Declaratur tertio, ut locum sibi non uendicet, quoniam mandatarius nullo modo mandatum exequutus est: tunc mandans leue crimen nullo modo punitur: si uero atrocè, extra ordinem tamen iudicis arbitrio, ita Bart. in l. non solum, §. si mandato, nu. 3. ff. de iniurijs, Bal. consil. 356. Praesuppositis, lib. 4. Ang. d. trac. malef. in uerbo, Et Sempronium mandatorum, nu. 7. Sal. in l. non ideo minus, col. 4. uers. quarto tertio, C. de accusa, Gram. consil. 36. nu. 1. & decif. 38. nu. 3. 9. & uoto. 8. in fi. Quod intelligo procedere nisi expressè, uel lege cõi, uel municipalis cautu sit de poena speciali contra mandantem et effectu non secuto, quoad modum in Dñio Mediolani extantiquum decretum, quo mandans homicidium morte mulctatur, et effectu non secuto, quod sanè decretum et hodie obseruari scriptum reliquit Bossius d. trac. causarum criminalium, tit. De delicto, nu. 48. quod quidem decretum hodie uidetur confirmatum nouis constitutionibus sub rub. De penis, c. mandantes.

6. Declaratur quarto, ut locum non habeat poena haec ordinaria, quando is, qui ex mandato occidendus erat, ab alio occisus fuit: tunc mandans aliqua poena non plectitur, ita in specie respodit Capol. consil. 39. & Gram,

& Gramm. uoto. 11. nume. 20. Mediolani tamen ex d. constit. cap. mandantes, puniuntur, non ratione effectus, sed solius mandati, ut clarè probant illa uerba, ibi, etiam si nullo modo sequatur, uel attempetur.

Declaratur quintò, ut non habeat locum quando lata fuit sententia absolutoria pro ipso mādātario: ita Dinus in c. rati habitio, de reg. iuris. in 6. Bald. in l. non ideo minus. nu. 3. 2. C. de accus. Gramm. decif. 38. nu. 9. quod intelligitur, quādo sumus in casu, in quo necessario sententia absolutoria mādātarij ostendit etiam mandantem innoxium esse, ut quia pronuntia tum est delictum non fuisse nec mandatum, nec perpetratum: secus si necessario non prodesset, ita sentit Bal. in l. transigere. in fi. C. de trans. & d. l. non ideo minus. nu. 3. 2. atque ita declarandus est Bossius d. titulo De delicto. nu. 5. 2. qui dum generaliter nimis loquitur, in his terminis intelligendus est. & confert doctrina Bart. in l. adulter. §. eo tempore. ff. de adult. quā declarauit in precedenti casu nu. 14. 15.

Declaratur sextò, ut hæc pœna locum nō habeat, quando is mādātarius erat absque mandato, sed sua uoluntate & causa delictum perpetraturus: tunc mandans non plectitur pœna ordinaria. ita tradit Ang. consil. 22. Capol. consil. 41. & Soc. iun. consil. 38. num. 18. lib. 2. & Alcia. respō. 468. nu. 4. qui scribunt, hoc casu esse locum pœne extraordinariæ iudicis arbitrio uerum dissentit Bar. l. non solū. §. si mandato. col. ult. ff. de iniuriis. Bal. in l. nō ideo minus. nu. 23. C. de accus. Jaf. l. 1. num. 22. C. de ser. fug. Gomel. §. pœnales. nu. 10. in ff. de actio. Didacus in cle. 1. parte 2. §. 2. nu. 1. de homicid. & hanc communem testatur Clarus d. lib. 5. sentent. iuris. §. fi. q. 89. in princ. & scribit ita. ob seruasse amplissimum Senatū Mediolanensem. uerè tamen præcedens opinio magis equa est, posteaquā factò mandantis re ipsa secutum non est delictum: & licet mādātum fuerit iniquum, illa iniquitas f. r. s. puniuntur iudicis arbitrio, & hanc opinionē nisi sunt probare Capol. cautel. 39. Blancus cautel. 7. nu. 3. Marfi. l. 1. §. Diuus Antoninus. nu. 7. ff. de quaest. dum illam cautelam referunt, ut mādātarius fateatur in actis,

se sua sponte & non ex mandato deliquisse, & excusabitur mandans. quæ cautela non est omninò uera, ut sentit Marfi. d. nu. 7. qui inquit, iudicem coniecturas considerare debere. & tradit post alios Boss. trac. causarum criminalium, titulo de mandato ad homicidium. nu. 46. & omnium primus Bald. in c. 1. §. iniuria. nu. 18. de pace iura. firma. sentiunt itaque hoc casu mandantem non teneri. durum tñ esset à Bar. Baldi & aliorum sententia, Mediolanensis Senatus auctoritate maximè confirmata recedere.

Declaratur septimò, ut non procedat quando probationes super homicidio recepte non concludunt. nam, si non concludunt super principali, nec etiam super mandato tanquam super accessorio: & per consequens mandans non puniuntur. ita respondit Baldus consil. 59. Verba inquisitionis. col. pen. in fi. lib. 1. quem secutus est Bossius. d. tract. causarum criminalium, titulo De delicto. nu. 38. & titulo De mandato ad homicidium. nu. 2. Ego intelligo hæc procedere quò ad pœnam ordinariam, qua puniendus esset mādātans committi homicidium, ubi de eo constaret: at secus quò ad pœnam extraordinariam iudicis arbitrio, quia stat simul, quòd testes nihil deponant con-

tra mādātarium homicidam, uel quia illum nō cognoscunt, ut in casu Baldi, uel quia ignorant, an sit deinde ab illo mādātario perpetratum. si quidem sufficit, ut mandans pœna aliqua extraordinaria afficiatur, quòd cōstet illum mandasse. quæ quidem in atrocioribus procedere intelligo, iuxta ea quæ retulimus supra in tertia declaratione.

Declaratur octauò, ut non habeat locum pœna hæc ordinaria, quādo delictū iā commissum fuisse ante mandatū: nec. sequuntur illud dicitur ex mandato, ob id mandans non puniuntur. ita docuit Jaf. in l. 1. nu. me. 23. C. de seruis fug. qui post alios, admonet accusatores & iudices inquirentes, ut dicant, mādātū delictū præcessisse: alioqui nec accusatio, nec inquisitio concluderet, ut is mādās pœna deinde ordinaria mulctetur. immo inquit Bal. in l. non ideo minus. nu. 21. uerū. undecimò. queritur, C. accusa. nec rati habitio nem hoc casu sufficere, ut mandans teneatur. & hæc erit declaratio ad relatum nouam constit. Mediolani d. c. mandantes.

Declaratur nonò ut non procedat quando re uera non constat de mandato. ita Marfi. consil. 49. & seq. & Petrus Follerius in pract. crim. in uerbo, Capiat in formationem. nu. 58. quod omni dubitatione caret.

S Y M M A R I U M.

- 1 Mandans delictum, qua pœna puniatur, si statutū nō illi, sed mādātario certam pœnam imposuit.
- 2 Mandans eadem pœna qua mādātarius puniuntur si iuris communis pœna est.
- 3 Delictum ipse facere dicitur, qui illud fieri mandat.
- 4 Mandans plus delinquere uidetur, quàm ipse mādātarius.
- 5 Mandans delictum, non puniuntur ea pœna, qua mādātarius ob diuersam mādātarij qualitatem quod ibidem declaratur.
- 6 Decurionem nō puniri pœna damnationis in metallū.
- 7 Qualitatem non extendi de persona ad personam.
- 8 L. utrum. ff. ad l. Pomp. de parricid. declaratur.
- 9 L. is qui opem. ff. de furtis. declaratur.
- 10 Mandans delictum, quod mādātarij persona coheret, non puniuntur ea pœna, qua ipse mādātarius.
- 11 Constitutio Mediolani sub rub. De pœnis ca. mandantes. declaratur.
- 12 Mandans delictum eadem pœna puniuntur, qua mādātarius, si statutum secundum ius commune indixit.
- 13 Statutum personaliter loquens de pœna contra mādātarium, locum habet etiam contra mandantem, si pœna est indicta secundum ius commune.
- 14 Mandans nō puniuntur eadem pœna, qua mādātarius, si statutum indixit pœnam mādātario præter ius commune.
- 15 Iudicis arbitrio puniuntur mandans cum mādātarius præter ius commune a statuto puniuntur.
mulier faceret. Duo casus ab interpretibus considerari solent. Primus est, cum fetus iam in utero matris animatus est, ut tunc dans causam abortioni, pena homicidij ordinaria teneatur, l. Diuus, ff. de uarijs & extraor. crim. l. pen. C. ad leg. Corn. de sicar. & l. si mulierem, ff. eo. quod affirmant plures, quos infra referam, praesertim Soc. sen. consi. 16. in princ. li. j. & Fabius Monteleo. in praxi arbitrarij, 3. particula, 4. par. principalis, nu. 664. Fetus aut animatus anima rationali esse dicitur nonagesimo die a die conceptionis in femina: in masculo uero die 40. ita Plinius lib. 7. naturalis historiae, cap. 6. anima autem nutritiua, quam uegetatiua uocant, adest fetui etiam ante 40. diem, quia eam crescere uidemus. ita explicat D. Thomas in 1. par. q. 76. artic. 3. scribens, qd fetus prius habet, ut est animal animatum, quae est sensitua tantum, qua ablata uenit perfectior anima, quae est simul sensitua & intellectiua. antea uero quam sit animal, habet animam nutritiuam, seu uegetiuam, & prius est animal quam homo, secundum Aristot. lib. 2. de gener. anim. c. 11. quem in hanc nostra sententiam retulit Didac. in cle. j. par. 2. §. 3. nu. 1. de homicid. cuius traditiones auctoris nomine suppresso sibi uendicauit Placa lib. 1. epito. delic. cap. 26. num. 8. & aliorum Philosophorum sententias recenset Plutarchus lib. 5. De placitis philosophorum, ca. 21.

Secundus est casus, ex nostrorum opinione, cum fetus adhuc non est animatus, tunc abortioni causa praebens punitur solum pena extraordinaria iudicis arbitrio: ita hanc opinionem probarunt Albe. tracta. statuto. parte 3. q. 59. uers. si autem quaeratur. Signo. consi. 1. nu. 15. uers. secundo casu. Fel. in caliquis. de homici. Marfi. in l. si mulierem, ff. ad le. Corne. de sicar. Didac. clemen. 1. de homic. par. 2. §. 3. num. 1. & clarius Placa d. c. 26. nu. 8. qui alios recenset. sic intel ligentes tex. l. Diuus, ff. de extraor. crim. & l. si mulierem, ff. de sicar. & l. pen. C. eod. Verum (mea quide opinione) magna est diuinitio, quando quidem non distinguunt iura illa fetum animatum ab inanimato. Accedit huic opinioni aduersarij l. Cicero, in pri. ff. de penis. qui sane textus, ut ibidem annotauit Budaeus, est desumptus a Cicerone in oratione pro Aulo Cluentio. & tamen M. Tull. agit de punitione illius feminae, quae ob pecuniam fetum nondum animatum potioni. sumptis abegit. quem textum sic etia intellexit Didac. loco iam citato. & idem Dida. lib. 2. uaria. resol. cap. ult. nu. 10. & a tantorum patru sententia recedere in praxi difficile admodum esset: hoc tempore praesertim, quo ratione sacrosancti baptismatis habenda est maior ratio animati fetus, quam inanimati. & quam communem Doctorum distinctionem insecuta est constitutio Mediolanensis. De penis, ca. si quis ex proposito aliquid. Ego tamen inspecta iuris nostri uera definitione, sic rectius dicendum opinor: penam extraordinariam regulariter esse indicendam illi, qui abortioni causam dedit: nulla distinctione adhibita, an fetus esset uel non eest animatus. quam sententiam probat l. Diuus, ff. de uarijs & extraor. cog. l. si mulierem, ff. ad leg. Corne. de sicar. l. Cicero. in fi. ff. de penis. & l. pen. C. ad le. Corn. de sicar. in quib. uere non distinguitur fetus animatus ab inanimato. cuius snie ratio illa esse uideretur, quod & si animatus est fetus, non tamen homo esse dicitur

- 8. probat l. si quis aliquid, §. abortionis, ff. de pen. dum ex illis uerbis, qd si ex eo mulier, aut homo perierit, summo supplicio afficiuntur: ostendit Iuriscons. ho minem a foetu differre, uterus enim homo non est, sed fieri speratur. l. cum inter, C. de fideicom. lib. glo. l. qui in utero, ff. de statu homi. & tradit Aristoteles loco iam citato, lib. 2. de genera. animal. c. 11. hoc idem multis comprobauit Albe. trac. statut. par. 3. q. 59. dum multis ostendit statutum puniens homicidium non comprehendere dantem causam abortio ni. quod est annotandum ad statutum Papie 21. in criminalibus, sub rubr. De pena illius qui homicidium commiserit. & in specie sic statutum Cremonae, De pena homicidij, declarauit Signo. consi. 1. idē sensit Bossius tract. causarum criminalium, tit. De homicidio, nu. 6. Non obstat modò huic nostrae opinio ni tex. l. Cicero, in prin. ff. de pen. dum dicitur, pena capitale illi mulieri indictam fuisse. qm possimus intelligere, penam capitale, non penam mortis, sed illam exilij, uel deportationis, quae capitales esse dicuntur, ut probatur in l. 2. ff. de publ. iud. l. 3. & l. pen. ff. ad l. Corn. de sic. & in §. capitalia. inst. de publ. iud. & non semel in hoc opere exposuimus. Vel & secundo, si uolumus intelligere ibi penam capitale pro morte, dicere possumus grauiorem pena illi mulieri indictam fuisse, cum non unum crimen, sed plura uno tempore comiserit. nam pecunia corrupta fuit, si quidem delictum atrocius iudicatur ob pecuniam interuentum. c. pro humani. de homici. Ang. in l. j. ff. de sepul. uio. & Gram. uoto 9. nu. 28. Capic. deci. 155. nu. 13. qui citat d. l. Cicero, partum abegit, & indebitè hereditatem secundi heredibus detulit. quem sensum uisus est probare Bar. in l. Diuus, de extraor. crim. Fel. in c. si aliquis, de homici. Nō etiam obstat cap. Moyses, 32. q. 2. sumptum ex Exodo cap. 21. quo probatur in l. ueteri sancitum fuisse, dantem causam abortioni morte puniri, si fetus erat animatus, si uero erat inanimatus pecuniaria. quia respondetur, leges ueteris testamenti non obseruari ad causarum decisiones, nisi quatenus per habentem potestatem legis condende, post legem noui testamēti approbatae fuerunt. ita Alex. consi. 13. nu. 19. lib. 7. & diximus supra in q. 298. dum egimus de pena Iudicis cognoscentis carnaliter Christianam. quia rectè il lud ca. 21. Exodi perpendatur, non distinguit fetum animatum ab animo, sed simpliciter uoluit Deus dā num iudicio arbitrorum persoluendum esse. hae uoftra, & alia etiam relata Doctorum opinio, procedit nō modò in ipsa muliere, quae sibi ipsi per mala medicamenta manus intulit, ut partu abigeret, sed & in alio, qui causam hanc ipsi mulieri inuitè dedisset. qd probat d. l. si quis aliquid, §. abortionis, de penis. & tradit Alb. d. q. 59. uers. si autè quaeratur quid iuris.
- 16 Declaratur primò, ut nō procedat i eo, qui ignorans praegrantem percussit, ex quo abortum securu est: nam tunc mitius punitur. ita Alber. d. q. 59. uers. Tertio casu quando. qui subijcit, esse in iudicis arbitrio cognoscere & iudicare, an hic uerisimiliter scire potuerit hae esse praegrantem, uel non; & an eo animo percussit, ut inde abortum illa faceret, & subijcit Albericus sicut a Signorolo de Homodeis determinatu fuisse & uere ita respondit Signor. consi. 1.

in si. relata constitutio Mediolani. d. c. si quis ex proposito, dum sancit, penam hoc in casu esse arbitriam, cum ex proposito nō est factum, ut sequeretur abortus: declaratur etiam, ut sit in arbitrio iudicis, an ex proposito is fecerit, uel non.

18 Declaratur secundo, ut nō pcedat in eo qui abortioni causam dedit pro salute mulieris: nam tunc ille ab omni pena excusatur: ita Maria. Soc. sen. in cap. si aliquis, de homicid. quo loci Fel. cogitandum relinquit Ludo. uero Carerius i praxi crim. §. homicidij, nu. 8. quem secutus est Petrus Placa lib. 1. epito. delic. c. 20. nu. 5. uers. hinc etiam. scriptum reliquit, puniri sed mitiori pena: quae erit ex arbitrio iudicis. & eo loci Placa alios huius opinionis recenset. qua in re ego multum dubito: nam qd nulla pena indicenda sit suadet ratio, qd hic rei licitae operam dederit. si. n. mulier mortua fuisset, dubio procul et partus fuisset extinctus rectè ergo egisse uideretur, si unu solum perdidit, ut alterum tueretur. Quod autem a pena immunis nō sit, patet, quia debuit in oipotētis Dei uoluntate relinquere, quoniam fortè sua pietate inuolumentum mulierem reddidisse. quin? nonne, pluries euenit, quod mulieres propè puerperium aegrotant, & si moriuntur, uiuant tamen partus, & quandoque caeso uentre, uiui extracti fuere. unde caesares dicti, sicut Caesares, qd est Iulioru familiae cognomen. si Alexandro ab Alex. credimus lib. 1. Genia. dier. c. 9. qua de re antea Plinius lib. Naturalis historiae, c. Ego opinor, quod ad forum conscientiae, hos a peccati labe non esse immunes. quo uero ad penam temporalem posse etiam puniri aliqua pena, si magistratu in consulto abortioni causam praestitit, etiam pro salute mulieris, quemadmodum & is punitur arbitrio iudicis, qui alium ob necessariam sui defensionem occidit: quemadmodum suo loco diximus. Et hae declaratio est summo opere annotanda ad interpretationem dictae nouae constit. rub. De penis. d. c. si quis ex proposito. nam illae constitutiones loquuntur, cum poculum est datum ex proposito abortionis causa, ut in casu isto, quare & hunc casum comprehendere uideretur, ut eadem pena puniatur, uerum quia in hoc casu subest iusta causa salutis mulieris, illarum constitutio, num pena cessant, cum ibi solum consideretur malus effectus abortionis. & non salutis praegrantis mulieris.

20 Declaratur tertio ut non pcedat, quando filia inuoluntate, & suasionibus impiae matris abortum fecit, ut suam turpitudinem occultaret, tunc filia excusatur: ita respondit Decius consi. 535. nam & matris iustus ac mandatū, necnon & aetas illi excusatione praestat. Ego tamen illam iudicarem dignam pena arbitraria.

S V M M A R I V M.

- 1 *Poculum amatoriu praebens, ex quo mors secuta est, punitur.*
- 2 *Lucretium Poetam sumpto amatorio poculo furore per citum interijisse.*
- 3 *Zucullum poculo amatorio hausto vitam finisse.*
- 4 *Delictum reputatur grauius ratione mali exempli.*
- 5 *L. si quis, §. abortionis, ff. de penis. esse contra regulas iuris gentium.*
- 6 *Poculum somniferum praebens, non punitur.*
- 7 *L. 3. §. ex Senatusconsulto, ff. ad l. Corn. de sic. conciliatur l. si quis, §. abortionis, de penis.*

POENA QVÆ SIT PRÆBENTIS POCULUM AMATORIVM, EX QVO PRÆTER PROPOSITVM MORS SUBSECUTA EST.

QVæri ac dubitari aliquando contingit, an qui poculum amatorium, ex quo præter animi propositum mors sequitur, pœna homicidij ordinaria puniendus sit. quemadmodum de Lucretio Poeta literis assumavit Petrus Crinitus, De poetis latinis, c. 19. ais mãmuto poculo amatorio ita furore peccatus fuit, ut sua manu sibi mortem consciverit. sic Placulus absumpto amatorio poculo uitam finivit, autor est Plin. l. b. 25. naturalis Historia cap. 3. in si. Et non esse puniendum probat l. 3. §. ex senatusconsulto, ff. ad le. Corn. de sica. & tradit Gril. trac. De sortileg. q. 12. quæ secutus est Placa lib. 1. epit. delict. c. 20. n. 6. uer. si illud tr. qui subijcit, pœnam huius criminis fuisse hãmiliti in metallum, honestioru uerò relegationem in insulam, parte etiã bonorum amissa. ex l. si quis. §. abortionis. ff. de pœnis. Iser. in sua lec. in tit. De poculum amatorium porrigentis pœna. quem sunt secuti is Placa & Boer. q. 216. nu. 4. in si. & Care. praxi crim. §. homicidij. nu. 9. Boss. tract. causarum criminalium, tit. De homicidio nu. 6. i. si cuius inrã rō est, quia res mali exempli est. d. §. abortionis. est siquidẽ malum exemplum in causa, ut grauius delictum puniatur. c. præci. pu. 11. q. 3. gl. c. nemo. 3. 2. q. 4. M. Tul. in 3. de legib. Plusq; (ait) exemplo, quàm peccato nocent, & decisionem huius §. abortionis, esse cõtra regulas iurisdictionum, scribit Aristoteles lib. 1. magnarum moralium, c. 16. quem in hanc citauit sententiam Alcia. respon. 476. nu. 2. qui respondit, dantem poculum somniferum aliqua pœna non puniri. cum itaque hodie pœnã relegationis & effodiendi metallum in usu nõ sint, dũ mitius hic punitur, iudicis arbitrio plectendus est. Sed huic Doctorum opinioni illud aduersatur, quod immo dans poculum amatorium, ex quo mors sequitur, puniri pœna mortis, ut probat d. §. abortionis. in si. Bar. in d. l. 3. §. senatusconsulto, distinguit, Aut datur poculum amatorium causa rei licitã, ut mulier cõcipiat; & tunc relegationis pœna punitur si ide mors sequitur, ita pcedat d. l. 3. §. ex senatusconsulto. Aut datur poculum causa rei illicita (non dico, ut inquit Bar. & malè abortionis causa, qã is §. abortionis, duo distincte ponit, abortionis causa, aut amatorium poculum dare) ut is, cui datur, eã uel eã cuius causa datur, depereat, & tunc ultimo supplicio afficitur is dãs, si is cui datur, moritur. ita pcedat d. §. abortionis. Alia scribit Grillãdus d. trac. De sortilegijs. quaest. 12.

SVMMA RIVM.

- 1 Venena mala uendens, qua pœna puniatur, si alicuius mors secuta est.
2 Iudicis arbitrio punitur, qui mala uenena uendit si quis eo in scio occisus est.
3 Statutum Ferrariae lib. 3. sub rub. Pœna uenenantis, declaratur.
4 Iudicis arbitrio punitur uendens uenenum morte nõ secuta.
5 Statutum Tregesti sub rub. De tractatu mortis alicuius, declaratur.

POENA QVÆ SIT CONTRA VENDENTEM MALVM UENENUM, SI MORS ALICUIUS EST SECUTA.

QVæ mala uenena alicui uendit, ex quo inde alicuius mors secuta est, pœna legis Corneliae de sicarijs punitur. l. 3. §. alio senatusconsulto. ff. ad l. Corn. de sica. & ibi annotauit Bar. & Mar. si. uerum, quia pœnã ex illa lege Cornelia sunt uariã d. l. 3. §. pœn. ob id censuit Placa lib. 1. epitom. delict. ca. 20. nu. 9. post Ant. Gomefium in epitom. delict. c. 3. nu. 8. hanc pœnam hodie esse iudici arbitriam. Ego tamem intelligo uerum, nisi scienter & data operã, ut alter occideretur, uendit uenenum: nã tunc criminis particeps, & ferè autor est. atque ita est intelligendum statutum Ferrariae lib. 3. sub rub. Pœna uenenantis. in principio, dũ inquit. Quod si qua persona ciuis, rustica, uel forensis uenenum alicui personã scienter dederit, uendiderit, emerit, confecerit, &c. qua in re adnotandum etiam est ex iuris communis dispositione emetem teneti pœna uendentis. ita Io. de Arnoio epito. 48. & 49. Declaratur etiam, ut non procedat quando mors non est secuta: tunc is qui uenenum malum confecit, & uendit, etiam scienter ut homicidium committeretur, non punitur pœna ordinaria, sed iudicis arbitrio: ita respondit celeberrimum Bononiense Collegium, ut relatũ est inter consilia criminal. diuersorum consi. 41. nu. 4. lib. 1. q. sic declarauit statutum Tregesti sub rub. De tractatu mortis alicuius ciuis. quo sanè statuto indicitur mortis pœna tractanti aliquem occidere. quod sanè statutum pcedit quando actus fuit perfectus: non autem in nõn perfecto; & ideo qui mandat alicuius uenenum hoc malũ confecit, & uendit, pœna illius statuti non punitur, mortis effectu nõ secuto.

SVMMA RIVM.

- 1 Conatus ad delictum quando puniatur.
2 Cogitatio, cui homo non assentitur, impunibilis est.
3 Cogitatio, cui leuiter homo assentitur, peccatum ueniale inducit.
4 Cogitatio, cui homo perfecte assentitur, mortale peccatum inducit.
5 Cogitationem, cui est perfecte homo assentitur, in foro cõtentioso nõ puniri. & ibidẽ de multiplici ratione.
6 Hæresis crimen puniatur ob solã cogitationem pfectã.
7 Hæresim sola uoluntate perfici.
8 Hæresis quid sit.
9 Cogitationem etiam cum aliquo facto extrinseco non puniri, si inde subsecuta est penitentia.
10 Monetam falsam cudens, si ea nõ perfecta penituit, pœnam falsi euuat.
11 Exportans frumentum, si dum esset in itinere, penituit, et reuersus est, non punitur.
12 Crimen Apostasie penitentia non extinguitur.
13 Penitentia facti non excusat, cum iam alter est lesus.
14 Cogitationem cum aliquo extrinseco facto puniri, & si is cogitans fuit impeditus impedimento facti.
15 Monetam falsam cudens, & si fuit impeditus impedimento facti puniatur ob conatum.
16 Cogitans aliquem occidere punitur, cum ad actus extrinsecos processit, licet fuerit impeditus.
17 Exportans frumentum punitur ob conatum, & si fuerit impeditus exportare.

Cogita-

- 18 Cogitationem non puniri, & si fuit cum aliquo facto extrinseco, si impeditus is fuit impedimento iuris.
19 Falsum committere nixus in scriptura, cuius fides nulla erat de iure, non punitur.
20 Conatus deductus ad effectum, quantum fuit in ente punitur.
21 Venenum qui propinauit, punitur, & si is qui illud bibit non interit.
22 Exodi cap. 21. interpretatur.
23 Platonis lex contra enitentes delicta perpetrare.
24 Conatus solus in crimine laesa maiestatis punitur.
25 Ciceronis locus in oratione pro Milone, declaratur.
26 Cogitatio sola in crimine lege maiestatis, an puniatur.
27 L. quisquis. in princ. in illo uerbo, cogitationis, C. ad l. Iul. maieft. declaratio & intellectus.
28 L. quisquis. §. emancipationes, C. ad leg. Iul. maieft. intellectus.
29 Cap. 1. §. si uoluerit. de capita. qui curiam uend. in uisib. feudorum. sensus & declaratio.
30 Conatus raptoris uirginis punitur.
31 L. unica, C. de raptu uirg. sensus & intellectus.
32 Raptor uirginis extraordinem punitur, si uirginem non stuprauit, cum stuprare potuit.
33 Rapere uirginem qui tentauit, punitur.
34 Iudicis arbitrio pro modo conatus punitur, qui rapere uirginem tentauit.
35 Constitutio Regni Neapolitani sub rub. De raptu & uolentia monialibus illata, declaratur.
36 Conatus punitur in casu, l. is qui cum telo, C. ad leg. Corneliã, de sica.
37 Conatum etiam remotum in casu l. is qui cum telo, C. ad leg. Corn. de sica. puniri, sed mitiori pœna.
38 Statutum Ferrariae lib. 3. sub rub. Pœna homicidij committentis, declaratur.
39 Conatum in crimine assassini puniri.
40 Cap. 1. de homicid. in 6. sensus & intellectus.
41 Assassini qui, & unde effluerint.
42 Assassini qui in dispositionibus statutorum, ut Mediolani, Brixia, Patauij, & alijs.
43 Mandans homicidium data uel promissa pecunia puniatur etiam effectu non secuto.
44 Mandans si tentauit mandatariũ, ut pecunia accepta alique occideret, et is recessauit, punitur de conatu.
45 Statutum Brixie cap. 45. in criminalibus, sub rub. De assassinis. necnon statuta Ferrariae & Patauij de assassinis, declarantur.
46 Conatus punitur in eo, qui uenenum dare tentauit.
47 Iudicis arbitrio punitur, qui uenenum solum emit ut aliquem necaret.
48 Statutum Ferrariae lib. 3. sub rub. De pœna uenenantis, declaratur.
49 Conatus punitur in eo, qui alterius uxore sollicitauit.
50 Sollicitare quid.
51 Mulier maucribus sollicitata & corrupta, dicitur coacta & non uoluntariè deliquisse.
52 Statutum Verona lib. 3. c. 4. i. sub rub. Qui cognouit carnaliter aliquam, declaratur.
53 Statutum Ferrariae lib. 3. sub rubrica, De uitijs carnis, declaratur.
54 Conatus punitur i raptore sacre uirginis et monialis.
55 Iudicis arbitrio punitur, qui tetauit rapere monialẽ.
56 Constitutio Mediolani sub rub. De panis, cap. Carnali copula declaratur.
57 Clerici qua pœna iure Pontificio puniantur, cum rapere moniales tentarunt.
58 Penitentia sacramentales hodie arbitrarie sunt.
59 Conatus punitur in eo, qui pueri pudicitia tentauit.
60 Pudicitia attentari quando dicatur.
61 Conatus in eo punitur, qui cum brutis coire tentauit.
62 Conatus punitur in fure, hoc est, in directario & saculario.
63 Conatus punitur in parricidio.
64 Iudicis arbitrio punitur, q remotè parridium tetauit.
65 Conatus punitur i eo, q falsã monetã cudere tetauit.
66 Conatus punitur in eo, qui tentauit infantem necare.
67 Conatus punitur i casu, l. ult. C. ad leg. Corn. de sica.
68 Conatus punitur i casu, l. ult. C. de his, q. ad eccl. cõf.
69 Conatus punitur in casu, l. ult. C. de postul.
70 Conatus punitur in casu, l. ult. C. de crim. stell.
71 Conatus punitur in casu, l. si quis seruo, C. de furtis.
72 Conatus punitur in casu, l. item apud Labconem, §. 1. ff. de furtis.
73 Conatus punitur in casu l. i. §. bestias, ff. de postul.
74 Conatus punitur in eo, qui pecuniam accipit, ut aliquem calumniaretur.
75 Conatus punitur in eo, qui domum præbuit, ut stuprum in ea committeretur.
76 Conatus punitur in casu, l. ult. ff. de rerum diuis.
77 Conatus punitur in casu, l. si fugitiui, C. de seru. fug.
78 Conatus punitur in crimine simonia.
79 Conatus punitur in frangente portas, ut furtum committeret.
80 Conatus punitur in eo, qui extorquet promissionem.
81 Conatus punitur in eo qui iudicẽ corrumpere tentauit.
82 Conatus punitur in muliere, q viro in fidiã parauit.
83 Conatus punitur in clericis enitentibus fenerari.
84 Conatus punitur in eo, qui tetauit se ipsum occidere.
85 Conatus in seditione punitur.
86 Conatum omnem puniri in actu, qui ad delinquendum tendit.
87 Conatus non puniri in illis actibus, qui i pso iure pœnam castigunt.
88 Conatum in leui crimine non puniri.
89 Sententiam excommunicationis pro actu tentato ferri non posse.
90 Actio civilis pro actu tentato moueri non potest.
91 Conatus quomodo hodie ex statutis & consuetudinibus puniatur.
92 Leges communes conatum punientes an hodie ex locorum consuetudinibus abrogatæ sint.
93 Bart. l. i. §. Diuus, ff. ad leg. Corn. de sica. declaratur.
94 Doctoribus de consuetudine attestantibus, non credi.
95 Arbitrariam pœnam in conatu abrogatam non censeri per statuta & consuetudines locorum.
96 Statutum puniens simpliciter delictum, an delictum solum attentatum punire dicatur.
97 Statutum puniens extrahentem frumento, an comprehendat eum, qui nixus est extrahere.
98 Constitutio Mediolani sub rub. De præfectis annonæ, c. prohibitum, declaratur.
99 Statutum Verona lib. 3. cap. 84. sub rub. De blado uel legumine, declaratur.
100 Bar. in l. si in rixa, nu. 2. ff. ad legem Corneliã de sica. declaratur.
101 Statutum puniens cognoscentem mulierem carnaliter, non punire eum, qui nixus est eam cognoscere. Constitutio

25 micid. comprobatur horū sententia M. Ciceronis auctoritate in oratione p Milione, dū ait, Nisi quia res perfecta non est, ideo puniendā nō fuit, quasi exitus rerum, non hominū consilia, legibus iudicentur; minus dicendum fuit re non perfecta, sed tamen puniendum certē. nihilominus loquebatur Cicero ad uerū Clodium, qui cum sic Pompeij trucidādi causa deprehēsus fuerat, in quo totius Reip. salus & maiestas periclitabatur. & illū dicebat pœna dignū: pœna in quā ordinaria, ut locum illum interpretans scribit Alex. ab Alex. lib. 2. dierum Genialium, c. 15. Et hoc in casu annotandū est sufficere, si conatus ad exteriores actus deductus sit, iuxta ea quæ diximus supra in quarta & quinta consideratione. & fortius. deinde, si iuxta septimam considerationem adhibita fuisset conatus, ut putā, quod periculū criminis euaserit Princeps per propriam defensionem, quod probant. l. 1. & l. 2. ff. ad leg. Iul. maiesta. immo scriptum reliquit Ange. in l. 1. §. ult. ff. quod quitque iuris, simplicem conatū in hoc crimine puniri, ea ratione (inquit ille) non expectatur euentus, quia serō tūc pararetur uindicta. Ang. secutus est Tiraquel. tract. de pœnis legum, causa 38. nu. 10. immo fortius sentiunt alii

26 qui solam cogitationem ad nullum actum deductam hoc in crimine puniri, ita Archid. in ca. si quis. 1. q. 6. Afflictus in cap. 1. §. & bona committentium num. 23. quæ sint regal. Sigismundus Loffre. cōf. 22. num. 8. & Gigas d. q. 66. ex d. l. quisquis, in princ. & §. emancipationes. C. ad leg. Iul. maiest. & ex c. 1. §. si uoluerit. de capit. qui curiam uend. Ego uerius opinor solam ipsam cogitationem in puris ac meris cogitationum terminis persistentem, atque ita ad nullum actum deductam, non puniri, ex generali regula d. l. cogitationis, de pœn. quam & hoc in casu pcedere opinor, nisi contrarium expressē probetur, iuxta doctrinam Bart. in l. 1. num. 2. ff. si quis in ius uoca. non ierit. & Dec. in l. 1. num. 7. de reg. iuris. Nec aduersatur d. l. quisquis, in principio. ibi, cogitauerit, quoniam loquitur cum cogitatio est alicui actui exteriori iuncta, nempe quando iam cum militibus uel priuatis, uel barbaris scelestam factionem inierit. hæc et enim est quædam cogitatio, sed demonstrata per aliquem actum extrinsecum. Et quod de hac cogitatione is textus loquatur, patet, quia ibi subiicit, eadem enim seueritate uoluntatem sceleris, qua effectum iura puniri uoluerunt. hinc intelligit iura, nēpē de iure, l. 1. & 2. ff. ad legem Iuliam maiesta. quibus non sola nuda ipsa cogitatio, sed uoluntas ad aliquem actum deducta consideratur, ut si dolo malo consilium iniurum est contra Principem, uel Rempu. si arma contra eos parata fuerunt, si seditiosē cōuocati homines

28 sunt. sic etiam probat d. l. quisquis. §. emancipationes. dum dicit, cogitarunt de societate in eūda. sensit de ijs, qui simul conuenerunt, ut hoc crimen cōmittererent. & iam simul hac de re sermonem habere cōperunt: quare uidemus ad actum extrinsecum deductam cogitationem esse. Nec obstat d. cap. 1. §. si uoluerit. quia immo uerius cōtrariū probat, cum affirmet, eū feudo nō priuari, nisi ulterius progressus fuerit insidiando. Illud et hoc loco annotandū est, hunc puniri pœna ordinaria, ac si effectus secutus fuisset: ita sensit Did. d. cle. si furiosus, par. 2. in initio, nu. 7. ex d. l. quisquis, in princ. ibi, eadē. n. seueritate,

30 Secundus casus est, in quo à iure communi conatus punitur i. l. unic. C. de rap. uirg. ut eo loci annotarunt omnes, præsertim Marf. nu. 290. & latē Didac. d. clem. si furiosus, par. 2. in initio. nu. 8. de homic. sed ambigitur, quæ pœna, an scilicet ordinaria, uel extraordinaria iudicanda sit. Ang. in d. l. unica, sensit rapiētem uirginem, si eam nō stuprauerit, solum pœna extraordinaria puniendum esse, non autem pœna illi constitutionis d. l. unica, quasi illa cōstitutio requirat raptum cum ipso stupro. idem affirmarunt Io. de Ana. in c. pen. col. pend. de rapto. Capol. consi. 57. Dec. consi. 234. col. ult. Marf. consi. 105. Ludo. Carerius in pract. criminali, de homicid. §. circa. nu. 285. Boer. q. 316. col. 2. quos recenset & sequitur Didac. loco iam citato, quibus addo Neutz. lib. 4. Sylua nupt. nu. 46. uerū. secundo limitatur, & collegium Pisanum inter consi. crimin. diuersi. consi. 104. nu. 23. sed uerius ac

32 rectius distinguit Didac. loco iam citato. Aut ist raptor stuprare potuit, & nō stuprauit, pœnitentia ductus, immo eam illibatam & integram ad honestum locū perduxit: tunc is raptor pœna ordinaria nō punitur, sed extraordinarie, quāq̄ graui, quā crimē raptus, quātū in se est, dē esse perfectū, non autem attentatū iā. n. illata est infamia parentibus, & puellæ, cuius pudicitia ab omnibus uiolata probabiliter creditur. Aut is raptor nō stuprauit, non ob pœnitentiā, sed ob id quod impeditus fuit, tunc pœna ordinaria afficiendus est. ita Marf. in d. l. unica, nu. 254. C. de rap. uirg. Carer. d. §. circa. nu. 285. Afflict. in const. Neapo. lib. 1. rub. 19. q. 2. & Dida. loco supra citato, nu. 8. Ego credo, præter iā relata, fēt attentatē rapere puniri, scio quidem ipsū raptū esse crimen speciale, sed dico & adhibitū conatum ad rapiendum, puniendum esse, quamq̄ non rapuerit re ipsa, quod probant uerba d. l. unica. §. j. ibi ubi inuenti fuerint in ipsa rapina. concedit cōstitutio illa, raptores, qui i ipso crimine, quod adhuc perfectū non est, posse impune occidi, atque ita considerat conatum solum. idem pbat illa l. unica. in §. pœnas, ibi, nisi etenim eam soli citauerit. considerat uerē solam sollicitationem, atque ita conatum. credo etiā hunc conatum puniri, siue proximus sit, siue remotus, quemadmodum ostendunt uerba illa: nisi sollicitauerit. pœna autem huius conatus pro modo ipsius attentationis & conatus iudicanda erit i iudici arbitrio. Cōstitutio Regni Neapolitani, sub rub. de rapto & uiolentia inonialibus illata. statuit absolute raptorem monialis esse puniendū pœna capitali, & eo loci Isernia declarat constitutionem illam tollere iuris communis ambiguitatem.

36 Tertius est casus, in quo conatus punitur, in l. is qui cum telo. C. ad le. Corn. de sicut. relata in ca. quis. de pœnit. distinc. 1. est illa constitutione cautum, pœna homicidij ordinaria puniendum esse eum, qui cū telo hominis occidendi causā inceserit, & si non occidat. Hac tamē in re duo concurrere debent, primum, quod ambulauerit cum telo, secundum quod habuerit animum occidendi eum, quem deinde est aggressus. q̄a, si alterum per errorem aggredere, non puniretur ordinaria pœna. ita declaranda cōstitutioem Mediolani, sub rub. de pœnis, cap. Homicida. respondit Alba consi. 30. Dubitari etiam potest, an hoc in casu conatus consideretur tam actui proximus, quam etiam remotus. Gramma. consi. 36. n. 19. & Dida.

& Dida. in d. cle. si furiosus, parte 2. in initio, nu. 10. de homicid. scribunt, solum conatum proximum, immo ualde proximum considerari; nempe ad ultimū actum, qui à delinquente peragendus est, licet mors secuta nō fuerit: ut quia iam eum uulnerauerit. idē sensit ante eum Bald. consi. 443. Cecchus, col. 1. li. 3. in l. 3. num. 3. ibi, sed leges contrarię. C. de ser. fugi. & hoc in casu inquit Bald. d. consi. 443. & Dida. cum is ad actum proximum accessit, pœna ordinaria punitur, ex d. l. is qui cum telo. ea ratione, quod crimen hoc graue admodum sit. Plato tamen (ut refert Tiraque. de pœnis legum, causa 40. nu. 4.) mitius hunc uulneratē puniri uolebat. Hinc colligitur declaratio ad c. 1. de presump. q̄d est desumptū ex prouerbis Salomonis. c. 36. est ex illo sancitum, quod ita noxius est, qui mittit lanceas & sagittas in mortem, ac is qui occidit is etenim actus est ad mortē proximus: quo circa pœna ordinaria iudicanda eo in casu erit. id q̄d ibidē senserunt Bal. & Abbas. & hoc delictum perfectū in se dē. Bal. non ideo minus, nu. 10. C. de accusa. credo et quod conatus remotus hoc in casu puniendus sit, sed mitiori pœna, iudicis arbitrio pro modo facti. Extat statutum Ferrarię lib. 3. sub rub. Pœna homicidium cōmittētis, quo pœna amputationis manus indicitur: cōtta hunc insultantē, si ad actum proximum deuenit, hoc est, uulnerando, atque ita in hoc corrigit ius cōmune, sic quā deuenit solum ad actum remotum, pœna est eo statuto terminata, atque ita in ea ciuitate cessant hæc ambiguitates.

39 Quartus est casus, in quo conatus punitur, nempe in crimine assassini, cap. 1. de homicid. in 6. si quis ergo cū altero pecunia promissa, uel data pactus est, ut aliquem occidat, etiam si homicidium secutus non est, nihilominus is ob conatum punitur. ita Ang. consi. 14. quod multis distinctis casibus explicat Didac. d. clem. si furiosus, parte 2. in initio, nu. 9. de homicid. Ego tres tantum considero, qui magis proximē ad rē nostram accedunt. horum unus est in casu d. cap. 1. nempe in proprio crimine assassini, cum tractatur, pecunia data, uel promissa de occidēdo homine Christiano per ministerium alicuius infidelis ex gente assessorum. Erant Assassini, populi quidam ex Syria, qui à pueritia ita instruebantur, ut inimicos Regis, aut domini, cui obediebant, eius mandato audacter incautos opprimebant, ita recenset Volaterra. libro 11. cap. de sectis Syria. quod probat Didac. lib. 2. uariarum resolut. cap. 20. num. 10. qui eiusdem opinionis recenset Ioan. And. d. cap. 1. de homicid. in 6. Alber. in dictionario, in uerbo, Assassinus. Caietanū & alios. & quamquam de assassinis multi scripserint, uerum tamē, qui ij fuerit, unde originem traxerint, omnium melius Paulus Amilius Veronensis, auctor nouus grauius tamen lib. 5. De rebus gestis Francorum, rem hanc ita enarrat: Non agrī modò infestī ab hoste erāt, sed in urbibus insidię proceribus struebantur, nec ullus locus tutus, nullum tempus metu uacuum. Nec tam magni Reges Imperatoresq̄; formidolosi erant, quā assassini gens obscura. Decem omnino incolunt oppida, circiter sexaginta uiroū millia. Phœnicibus tunc contributebantur. Eadem ferē in regione fuere Elsem, quos (ut Plinius tradit) nocentes fugerent, quique sine pecunia & femina, duabus generis humani pestibus degerent. Sed assassini

ex Perfide profecti creduntur, receptaq̄; Mahumetis persuasione, sanctissimi omnium a Barbaris existimabantur: nec, qua ceteri mortales honorum cupiditate ducuntur, ipsi inter se maximē unanimes, nulla de imperio, magistratuū ambitio: summā arbitriū quererū non nobilitati sanguiniq̄; committunt. Quem uirum optimū iudicant, eum sibi præficiunt, lenioremq̄; ac Arfacidam uocant, eoq̄; nomine contentum ceterorum curam gerere iubent, & ut illum in commune consulere uolunt: ita ipsi ea opinione imbuti sunt, ut sibi persuadeant in rebus humanis nihil antiquius esse, quā pro publica salute, cū tempora postulant, mortem oppetere. Eorum alii alias linguas a pueris edocentur, omnes itā animo affecti, ut cœlestem immortalitatem adepturos se munere numinis confidant, si seclæ suæ hostes occiderint. cui p uincia euenit alicuius è nostris proceribus interimendi is ut unus è nostris, se nostrorum turbæ immiscens per fallaciam cædem facit, sibi minimē parcens, gnarusque sibi statim occubendum esse. sic Ramūdus Comes Tripolitanus, quod eis infestus esset, Tripoli a duobus assassinis confossus, ceterorum curam acuit, ut custodes corporibus suis adhiberent. Hactenus Amilius. Hoc itaq̄; in casu punitur mandans homicidium, etiam effectū non secuto, atque ita hic conatus, & attentatio punitur pœna mortis ordinaria, ex d. c. 1. ubi Francus, & clarē affirmat Didac. d. clem. si furiosus, parte 2. in initio, nu. 9. uerū. primus casus, qui rectē affirmat hoc non tm esse propriē conatū, quantum delictum consummatum ex ipsius mandatis latere: cum per eum non steterit, qui homicidū committeretur. Nec dissentit Placa li. 1. epito. delict. cap. 19. nu. 9. uerū. Non dō constat. & si perplexē ac confusē plures hinc inde referat.

Secundus casus est, quando in assassino loquimur ex communi significatione, qua intelligimus, eum esse assassinum, qui pecunia accepta, uel promissa aliquem occidit, quemadmodum, & in statutis ita assassini nomen sumitur, quod clarē expressit statutū Brixie in criminalibus, cap. 63. sub rubrica, De assassinis. Ferrarię, lib. 3. sub rubrica, Pœna accusantis aliquem pro assassino. & Patavii sub rub. de assassinis, cap. 1. in fi. & decretum Mediolani, cuius meminit Bossius tract. causarum crimina. tit. de mandato ad homicidium. nu. 14. iste ergo assassinis siue Christianus sit, siue infidelis, si ad actum occidendi deuenit, & conatum omnem adhibuerit, atque ita per eum non steterit, quin occideret, pœna ordinaria punitur, ex d. c. 1. ita Didac. loco iam relato, num. 9. uerū. secundus casus: post Afflict. in const. Neapol. lib. 1. rubr. 12. uum. 16. idem post aliquos dixit Tiraquel. tract. de pœnis legum, causa 37. num. 4. Cassa. in consuetud. Burgund. rubr. 1. §. uidentium, num. 7. qui asserit, se ita Mediolani obseruari uidisse, & post Grammat. uoto 9. qui asseuerat, ita aliquando obseruatū fuisse in Concilio Neapolitano. cum Didaco sensit, & Placa lib. 1. epito. delict. ca. 19. nu. 10. & ibidem in eo tuetur Ang. d. cōf. 14. a Didaco reprehensum, cum is assassinus pœnitentia ductus a proposito occidendi recessit, quod uerē affirmauit Capius decif. 155. nu. 16. nam ob illam pœnitentiam mitius puniri debet. quod etiam affirmat Io. de Lignano inter consilia criminalia diuersorum, consi. 20. in fin. li. 1. Idem

43 Idem dicendum est in ipso mandante homicidium data uel promissa pecunia, qui quidem eadem poena ordinaria punitur, si mandatarius ad actum homicidio proximum deuenit. ita is Didac. d. nu. 9. uer. ter. r. proponitur. post Gram. uoto 8. & 9. & Ludou. Carer. in Pract. criminali, rub. de homicidio, §. 5. nu. me. 8. & Bal. consi. 430. Qui uoluit lib. 2. dum loquitur de eo, qui pecuniam deposuit, sed ulterius progressum non est. si uero mandatarius non accessit ad aliquem actum proximum, mandans arbitrio iudicis punitur. ita respondit Collegium Bononiae inter consi. crim. diuersorum consi. 41. in fi. lib. 1.

44 Tertius casus est, cum ist mandans tentauit mandatarius, ut pecuniam acciperet, & occideret, & mandatarius reculauit. hoc casu solum mandans punitur, sed extraordinem iudicis arbitrio: cum conatus sit remotus ab ipso effectu, ita ex relatis colligitur. idem quod ad mandatarius, ut si ad actum solum remotum processit, puniatur mitius ex supra dictis. & cum iure communi conuenit statutum Brixiae, cap. 63. in criminalibus, sub rub. De assassinis. sic statutum Ferrariae, lib. 3. sub rub. Pena occidentis, uel uulneratis. ita etiam & in specie statutum hoc Ferrariae declarauit Ang. Aret. inter consilia criminalia, diuersorum, consi. 50. nu. 32. 33. lib. 1. ita potest declarari statutum Patavinum, sub rub. De assassinis, cap. 1.

45 Quintus casus principalis est, in quo conatus punitur, nempe quando quis tentauit alterum ueneno necare: hic etenim conatus punitur, l. 3. in prin. ff. ad leg. Corn. de sicar. sed ambigitur qua poena, & in qua specie conatus puniendus sit. ego ita distinguo duos casus. Primus est, cum iste, qui tentat ueneno necare, uenenum emit, sed non propinauit, uel impeditus, uel penitentia ductus: solum puniri debet extraordinem arbitrio iudicis: quoniam is ad actum remotum tantum processit. ita Bal. consi. 443. Cechus cō fecit. lib. 3. Ang. in l. 1. §. fit iniuria. ff. de extraor. crim. Flor. in litem si obsterix. ff. ad leg. Aquil. Cremen. sing. 49. Gram. decif. 2. nu. 7. & clarē consi. 36. nu. me. 19. Paris. consi. 167. nu. 13. lib. 4. quos secutus est Didac. d. clem. si furiosus, parte 2. in initio, nu. 11. de homicid. qui subiicit hoc in casu esse intelligendam illam consuetudinem, quam in toto terrarum orbe uigere relati Doctores affirmant nempe conatum ad effectum minimè perductum non puniri. intelligitur de conatu remoto, ut is non puniatur ordinariè, sed extraordinem. atque ita intelligendus est Tiraq. tracta. de poenis legum, causa 39. quamquam simpliciter & absolute loquatur. Et hæc poena in humilioribus poterit esse fustigatio, in honestioribus pecuniaria. Bald. d. consi. 443. col. 2. uer. sic. sed quæ arbitrio etiam iudicis punitur is, qui suscepit mandatum & pecunias, ut uenenum daret, deinde penituit, & mandatum iudici detexit: ita Ioann. de Lignano inter consilia criminalia diuersorum, consi. 20. in fine, lib. 1.

46 Secundus est casus, cum iste ad actum proximum accessit, ut quia uenenum propinauit, sed uenentus adhibitis medicamentis mortem effugit; tunc is maleficus poena ordinaria punitur: ita Dida. d. nu. 11. ui inquit, ita sensisse illos, qui dixerunt in his atrocioribus delictis conatum actui proximum puniri ordinaria poena. atque ita intelligit g. h. c. 1. in uerbo,

Ad mortem, ubi Bald. de præsumpt. Bart. in l. 1. ff. ad le. Pomp. de parric. Salic. l. 1. C. de malef. & mathe. idē sensit Bossius tract. causarum criminal. tit. de homic. nu. 13. & tit. de mandato ad homicidium, nu. 14. Verum Fabius Moteleo. in praxi arbitrari. par. 4. n. 687. ait solum poena extraordinaria hodie puniri, atq; ita intellexit Gram. decif. 2. nu. 7. sed minus uerū hoc uidetur ex relatis. Petrus uerò de Soncino inter consilia criminalia diuersorum consi. 98. num. 6. lib. 1. r. n. dit puniendum quidem hunc propinantem poena ordinaria legis Corneliae de sicarijs: sed tamen esse aliquantulum temperandam arbitrio iudicis: quæ mediam sententiam non improbo. Non procedis horū uenenantis, hic conatus proximus punitur in manus amputatione & pecuniariter. conatus uerò remotus sola pecunia. atque ita in hoc ultimo cum iure communi conuenit.

Sextus est casus, in quo punitur conatus, cum quis uxorem alterius sollicitauit. l. 1. in prin. ff. de extraor. crim. Iulius Paulus receptorum sent. lib. 5. tit. 4. §. sollicitatores. poena aut hoc casu est extraordinaria iudicis arbitrio. Alex. ab Alex. lib. 2. dierum Genialium, c. 15. & probat d. l. 1. & scribunt Bal. consi. 356. in fi. lib. 1. Alex. consi. 111. nu. 2. lib. 1. Afflic. decif. 21. in fi. ubi Gram. in additio. & clarius Tiraq. tract. de poenis legum, causa 39. & 40. nam hæc dicitur attentatio per solum actum uerbi non facti: rectè ergo dicendum est mitius puniri. ita Bald. l. si quis non dicam rapere. oppo. 6. C. de Epif. & cler. qui inquit grauius puniri, cum ad actum factum proximum deuenit. & hæc sollicitatio punitur hic tanquam speciale crimen. §. sollicitare dicitur, qui muneribus allicet. & tentat. & inquit Valla lib. 5. elegant. c. 75. sollicitare esse instigare & uelut allicere, uel spem ostendendo, uel metum, Cicero pro Cluentio: cuius seruum Diogenem Fabricius ad uenenum habito dādū spe & pretio sollicitare cepit. quare gl. d. l. 1. in prin. de extraor. crim. dixit, illū dici sollicitare, qui mulierem alloquitur, & illi suadet ut suis uotis annuat. sic fortius sollicitare dicitur is, qui uerè munera dedit: nam mulier si accipit munera consentiat inuita potius, quam uolens peccare dicitur, ita Angel. §. ult. in auth. de leno. Decius consi. 170. col. 2. Marsil. singu. 353. Dario. qui affirmant, hunc dantem munera puniri poena statuti, qua punitur adulterans inuitam. quod est dignū memoria ad interpretationem statuti Veronæ lib. 3. ca. 41. sub rub. Qui cognouerit carnaliter aliquant, quo grauis punitur adulterans inuitam, sic declarari potest statutum Ferrariae lib. 3. sub rubri. de uitijs carnis. ibi, an uolens, uel inuitus.

47 Septimus est casus, in quo conatus effectu non secuto punitur; nempe in l. si quis non dicam rapere. C. de Epif. & cler. relata in c. si quis non dicam, de penit. dist. 1. & affirmarunt Marsil. in l. qui falsam, nu. 14. ff. ad leg. Corn. de fals. Alciat. respon. 476. & hoc in casu sufficit attētare raptum. quoniam delictum hoc per attentationem solum perficitur, ut inquit Bald. in l. non ideo minus. nu. 10. C. de accusa. immo conatus etiam aliquantulum remotus hoc in casu, dummodo sit suæ finali intentioni connexus. ita scriptum reliquit Bald. in l. 3. num. 3. ibi, sed leges contrarię, C. de ser. fug. sed grauius punitur, cum actus est magis proximus.

48 Octauus casus est, in quo conatus punitur, nempe cum pueri pudicitiam attentauit. l. 1. §. ult. de extraor. cri. qua de re plura scripsimus supra in casu 299. & in specie hac adnotarunt Afflic. in consi. Neap. lib. 3. rub. 4. 2. nu. 1. 2. & Dida. d. clem. si furiosus, parte 2. in fi. in initio, de homicid. dicitur autē attētare pueri pudicitiam, cum id agitur, ut ex pudico impudicus fiat. l. attentari. ff. de iuri. relata in c. si quis tam masculū. de pen. dist. 1. actus uero aliquis extrinsecus requiritur, quam quæ non omnino proximus, ut puniatur poena extraordinaria: ordinaria autem cum actus est multum proximus, ut quia conatum omnem adhibuit, & ad rem peruenit, sed peragere non potuit. qua de re diximus supra in casu 286. nu. 16.

49 Nonus est casus, in quo conatus punitur, cum si quis cum brutis coire tentauit, qua de re plura scripsimus supra. solum nunc ambigitur, qualis debeat esse iste conatus. Boer. q. 3. 16. nu. 4. affirmat, conatū dici, cum is qui nixus est coire, aliquem actum fecit, & si ad effectum crimen non perduxerit, ex c. mulier. l. 5. q. 1. mulier, quæ accesserit ad omne pecus, morte moriatur. qui quidem canon est desumptus ex Leuit. c. 20. ecce quod lex solum actum considerat, etiam non omnino effectu proximum.

50 Decimus est casus, in quo conatus punitur, in l. sacularij. ff. de extraor. crim. dum directarios, hoc est, eos qui furandi causa in alienas ædes diuertunt, extra ordinem puniunt. qua de re plura scripsimus supra in casu 297. & hic casus intelligitur, cum contra hunc directarium proceditur criminaliter, non autē cum ciuilitate. ita declarat Bal. in l. si quis non dicam rapere. 3. oppo. C. de Epif. & cler.

51 Undecimus est casus in parricidio, in l. 1. in fi. ff. ad le. Pomp. de parric. sed ambigitur, qualis hic conatus esse debeat, & quæ poena indicenda sit, & uerè dicendum est, quod si conatus est actui proximus, ut quia gladio est illum aggressus, & parū abfuit, quin interficeretur; quoniam se ipsū pater ualide defendit, uel quia fuit ab alijs defensus: sic cum filiū uenenum patri propinauit, & ille bibit, sed medicamentis se defendit, poena ordinaria parricidij puniri dēt. ita Dida. d. clem. si furiosus, par. 2. in initio, nu. 12. de homicid.

52 Si uerò conatus fuit remotus, tunc poena extraordinaria punitur, saltem hodie ex consuetudine, ut præcitato loco inquit Didacus, qui tamen subiicit, quod immo etiam posset hoc casu iudici poena ordinaria,

53 ximus: sed semper poena extraordinaria iudicis arbitrio. ita Dida. d. clem. si furiosus, parte 2. in initio nu. 8. uer. sed in raptu alicuius monialis. de homicid. qui tantum poena ordinaria ait puniri sapientem re ipsa, & si penitentia ductus eam non uiolauerit. In

54 dominio Mediolani extat constitutio sub rubr. de pen. ca. carnali copula, qua solum punitur poena corporali cognoscens carnaliter monialem, non solum ipse raptus. & obseruanda illa constitutio uidetur, cum ob eam sublata uideatur iuris communis dispositio. ita respon. 745. Teneo quod isti. sed hac pe re pauld infra dicemus.

55 Clerici uerò monialium raptos beneficij suis priuantur, & in arcum monasterium ad perpetuā penitentiam conijciuntur. c. si quis episcopus, & c. si qua. 27. q. 1. Ana. in c. 1. col. 2. de raptu.

56 & Didac. loco iam citato. hodie tamen penitentia hæc, ut cætera oēs, est arbitraria, ut dicemus infra.

57 Octauus casus est, in quo conatus punitur, nempe, cum pueri pudicitiam attentauit. l. 1. §. ult. de extraor. cri. qua de re plura scripsimus supra in casu 299. & in specie hac adnotarunt Afflic. in consi. Neap. lib. 3. rub. 4. 2. nu. 1. 2. & Dida. d. clem. si furiosus, parte 2.

58 in fi. in initio, de homicid. dicitur autē attētare pueri pudicitiam, cum id agitur, ut ex pudico impudicus fiat. l. attentari. ff. de iuri. relata in c. si quis tam masculū. de pen. dist. 1. actus uero aliquis extrinsecus requiritur, quam quæ non omnino proximus, ut puniatur poena extraordinaria: ordinaria autem cum actus est multum proximus, ut quia conatum omnem adhibuit, & ad rem peruenit, sed peragere non potuit. qua de re diximus supra in casu 286. nu. 16.

59 Nonus est casus, in quo conatus punitur, cum si quis cum brutis coire tentauit, qua de re plura scripsimus supra. solum nunc ambigitur, qualis debeat esse iste conatus. Boer. q. 3. 16. nu. 4. affirmat, conatū dici, cum is qui nixus est coire, aliquem actum fecit, & si ad effectum crimen non perduxerit, ex c. mulier. l. 5. q. 1. mulier, quæ accesserit ad omne pecus, morte moriatur. qui quidem canon est desumptus ex Leuit. c. 20. ecce quod lex solum actum considerat, etiam non omnino effectu proximum.

60 Decimus est casus, in quo conatus punitur, in l. sacularij. ff. de extraor. crim. dum directarios, hoc est, eos qui furandi causa in alienas ædes diuertunt, extra ordinem puniunt. qua de re plura scripsimus supra in casu 297. & hic casus intelligitur, cum contra hunc directarium proceditur criminaliter, non autē cum ciuilitate. ita declarat Bal. in l. si quis non dicam rapere. 3. oppo. C. de Epif. & cler.

61 Undecimus est casus in parricidio, in l. 1. in fi. ff. ad le. Pomp. de parric. sed ambigitur, qualis hic conatus esse debeat, & quæ poena indicenda sit, & uerè dicendum est, quod si conatus est actui proximus, ut quia gladio est illum aggressus, & parū abfuit, quin interficeretur; quoniam se ipsū pater ualide defendit, uel quia fuit ab alijs defensus: sic cum filiū uenenum patri propinauit, & ille bibit, sed medicamentis se defendit, poena ordinaria parricidij puniri dēt. ita Dida. d. clem. si furiosus, par. 2. in initio, nu. 12. de homicid.

62 Si uerò conatus fuit remotus, tunc poena extraordinaria punitur, saltem hodie ex consuetudine, ut præcitato loco inquit Didacus, qui tamen subiicit, quod immo etiam posset hoc casu iudici poena ordinaria,

cum ex d. l. 1. ad legem Pompeiam de parric. sufficiat paratum esse uenenum, licet non datum.

63 Duodecimus est casus in quo conatus punitur, in eo si quis falsam monetam eudere uoluit: nā hic conatus si ad actum fuerit proximus, ut puta si iā excussit monetam, sed adhuc non expendit. poena ordinaria indicenda erit. ita Dida. d. clem. si furiosus, par. 2. in initio, nu. 11. in fi. post Io. Igneum quæ citat. Si uerò adhuc non excussit, sed aliquid deest: tunc si impeditus fuit, atq; ita p. eū non stetit, punitur poena extraordinaria iudicis arbitrio. Gram. decif. 74. num. 29. si uerò penitentia ductus, non perfecit, non punitur aliqua poena: ut late scripsi supra in casu 316. ubi egimus de poenis fabricantium falsas monetas.

64 Decimustertius casus est in l. si quis necandi. C. ad leg. Corn. de sicar. relata in c. si quis. de pen. dist. 1. qua constitutione punitur is, qui nixus est infantem necare, & si delictum perficere non potuerit.

65 Decimusquartus casus est in l. ult. C. ad le. Corn. de sic. relata in c. si forte, de penit. dist. 1. si uir uxore uel è contrā occidere tentauerit, iusdicias parādo: punitur poena legis Corneliae. quod eo loci scribunt omnes, & Neuiz. lib. 1. Syluæ nupt. nu. 43.

66 Decimusquintus casus est in l. ult. in prin. C. de ijs qui ad eccl. confug. qua sancitum est, poena mortis afficiendos eos esse, qui non modò re ipsa fugientem ad ecclesiam ex ea extraxerunt, sed & qui extrahere cogitauerunt. quæ casum specialem esse respōdit Bal. consi. 443. Cechus, col. 2. propè mediū. lib. 3. speciale quidem fauore ecclesie, ut scribunt Coraf. lib. 4. miscell. iuris, c. 23. & Dida. li. 2. uaria. refo. c. ult. qui plura adferunt, cur ita constitutum sit. Sed ambigitur qualis conatus eo casu consideretur: & uerè ibi text. considerare uidetur solā nudā cogitationem. Ego uerius opinor esse ibi unā cū glossa exponendū, nuda cogitatione & tractatu. ita quod actus aliquis extrinsecus factus sit. & cū gl. sensu ibidem Bar. & Sati. esset enim durū nimis, quod sola ipsa cogitatio, quæ nec in atrocissimis delictis, ut criminis læsæ maiestatis, uel parricidij punitur, in hoc ipso tam graui poena afficiatur.

67 Decimus sextus casus est in l. ult. C. de postu. relata in c. quicūq; de pen. dist. 1. constituit Leo Imperator uir religiosissim⁹ Aduocatos non posse assumere patrocinia priusquam ibuti sacrosæctis mysterijs catholica religionis, nec posse phibitū patrocinium assumere, quod si cōtrariū tētātū fuerit, puniuntur poena ibidem sacra, & constitutio illa repetita est in l. nemo. C. de epif. aud. qua rōne rectè constitutum est in regione Pedemontij, ut Aduocati in reuocando affirmant priusquam aduocationis officium assumant, se probè ac ut uirō Christiano conuenit, munus illud exequuntur.

68 Decimus septimus casus est in l. ult. C. de crimine stell. Si quis alteri rem obligationi suppositam uēderit, suppressa priore obligatione, punitur extraordinè. quod infra suo loco explicabimus. sed & is punitur, ut eo loci habetur, qui tentauit alienare: atque ita conatus ad uendendum punitur.

69 Decimus octauus casus est, in quo hic conatus punitur, nempe in l. si quis seruo. C. de furtis, si quis per sua seruo, ut furtum aduersus dominum suum committat, & is non committat uerè, suafor tenetur ac si propriè corrupisset, cuius sanctionis rationem eo loci Imperator in fi. adfert.

72 Decimus nonus est casus in quo conatus punitur, in litem apud Labeonem. §. 1. ff. de iniurijs. pœna iniuriarum punitur non solum is, qui pulsavit, sed & qui ut pulsaret, manum leuavit, quem casum annotavit Ias. in l. 1. §. ult. nu. 1. §. ff. quod quisq; iuris, & Marfil. in l. is qui cum telo. nu. 18. C. ad l. Cornel. de sicar.

73 Vigésimus casus est in l. 1. §. bestias. ff. de postula. qui locavit operas suas, ut cum bestijs pugnaret, a postulando remouetur; atque ita hac pœna amotionis punitur, siue pugnauerit, siue non, quem textum in hanc sententiam annotarunt Bal. in l. si quis non dicam rapere. num. 5. C. de Epif. & cler. & Marfil. in l. is qui cum telo. nu. 16. C. ad l. Cornel. de sicar.

74 Vigésimus primus est casus est in l. & generaliter. ff. de calum. & ibi Bar. qui pecuniam accepit, ut aliquē calumniaretur, punitur tanquam calumniator; siue modo caluniatus est, siue nō, & casum hūc annotarūt Fel. in c. 1. nu. 2. de præsump. & in tract. quando puniatur conatus. nu. 1. & Marfil. in l. is qui cum telo. nu. 16. C. ad l. Cornel. de sicar. & alia plura scripsimus supra in casu 32 ubi de pœnis calumniatorum egimus, & in specie tradit Amodeus tracta. Syndicatus. nu. 167.

75 Vigésimus secundus est casus est in l. & si amicis. ff. ad l. Jul. de adulter. qui domum præbuit, ut stuprum in ea committeretur, licet solum colloquia habita in ea sint, atque ita solus tractatus & conatus ad delictum perpetrandum plectitur, quem casum adnotauit etiam Marfil. in d. l. is qui cum telo. numero 16. C. ad l. Cornel. de sicar.

76 Vigésimus tertius est casus est in l. ult. ff. de rerum diuis. secundum glossæ sensum ibi; quem probat in hac specie Eguinari Baro. ibi & Fel. in c. 1. nu. 2. de præsump. & Tiraq. tract. De pœnis legum, causa 37. in fi. qui uoluit ciuitatis muros transcendere, punitur ac ille, qui re uera trascēdit. sed (mea quidem opinione) uerius credo esse sensum, uerba illa, transcendere uoluerit, esse exponenda, hoc est uoluntariē transcendit, quem sensum probarūt ibi Corasius & alij nonnulli.

77 Vigésimus quartus est casus, in quo conatus punitur: nempe in l. si fugitiui. C. de ser. fug. & ibi annotarunt Bal. Capolla & ceteri, si seruus fugi. in itinere deprehenditur fugiens punitur, ac si uerē fugisset.

78 Vigésimus quintus est casus est in crimine iuoniz, quod punitur etiam si tract. tantū adfuerit. ita Marfil. in d. l. is qui cum telo. nu. 22. C. ad l. Cornel. de sicar. ex tex. & glossa in ca. nullus Episcopus, il primo. r. q. 1.

79 Vigésimus sextus est casus est, quando quis conatus est frangere portas, ut furtum committeret, punitur tanquam effractor. Sali. in d. l. is qui cum telo. col. 2. C. ad l. Cornel. de sicar. Tiraq. tract. De pœnis legum, causa 37. nu. 5. & Didac. d. clem. si furiosus, parte 5. in initio nu. 7. uerf. nam & si. qui quidem scribentes re dē sentiunt hoc esse delictum speciale, & non considerari ut crimen conatus.

80 Vigésimus septimus est casus ex Bal. in l. aliquam. C. de oper. liber. quem retulit Felinus tracta. Quando puniatur conatus. nu. 1. qui promissionē extorquet, æqu. punitur ac ille, qui uerē exegit.

81 Vigésimus octauus est casus desumitur ex doctrina Bal. in auth. nouo iure, C. de pœna iud. qui malē iud. quod tentans corrumpere iudicem punitur ac si corrupisset, cum Baldo senserunt Fel. d. tract. Quando pu-

niatur conatus. nu. 1. & Marfil. in l. 1. §. Diuus. nu. 4. ff. ad l. Cornel. de sicar. & in l. is qui cum telo. nu. 17. C. eo, uerum quia casum hunc fufius explicauī supra in casu 343. ubi de pœna corruptoris officialem egimus, ulterius non progredior.

82 Vigésimus nonus est casus in cap. 1. de diuor. ubi gl. mulier insidiatrix uiri punitur pœna amissionis coniugii. & si insidiæ effectum non sint consecutæ, & casum hunc annotauit Fel. in c. 1. nu. 2. de præsump.

83 Trigésimus casus est in ca. quoniam multi. 14. q. 4. quo puniuntur clerici nitentes scenerari, ac illi, qui scenori incumbunt. & casum hunc annotauit Fel. in d. c. 1. nu. 2. de præsump.

84 Trigésimus secundus est casus est in l. 3. §. si quis autem. ff. de bonis eorum qui sibi mortē conscuer. quo loci dicitur esse puniendum, qui se ipsum occidere uoluit, & non fecerit.

Trigésimus tertius nunc est casus in l. 3. §. is qui ad hostes. ff. de re mil. quo non solum transfuga, sed qui transfugere uoluit, punitur.

85 Trigésimus quartus casus est in seditione, in qua solus conatus punitur. Ludouicus Montal. De reproba. sent. Pilati: primo dubio, art. 2. num. 12. Ex his prænotatis casibus satis intelligimus generalem iuris regulam cōstitui posse, nempe, conatum in actu, qui ad delinquendum tendit, puniri, quemadmodum & regulā affirmatiuam constituit Felin. in c. 1. nu. 2. de præsump. & in tract. Quando puniatur conatus. nu. 1. & Socinus tract. fallen. regu. 3. Hęc autem regula declaratur ab ipso Felin. & Socino multis modis; uerū quia aliquas ex illis supra, ut suo oportuniore loco collocauimus, iure merito quatuor tantum, quæ commodē huc adfertur possunt, recensebo.

Declaratur itaque primò, non procedere in illis 87 casibus, in quibus pœna ipso iure & factō imponitur. ita scriptum reliquerunt Bald. in l. si quis non dicam rapere, secūda oppo. & nu. 5. C. de Epif. & cle. Fel. d. c. 1. nu. 8. de præsump. & d. tract. Quando puniatur conatus. nu. 5. Soc. d. tract. fallen. reg. 3. fallē. 2. & Marfil. in l. is qui cum telo. nu. 26. C. ad l. Cornel. de sicar. post Io. And. in c. in pœnis, de reg. iuris in 6. alios plures recēset Tiraq. in repe. l. si unquā. in uerbo, reuertatur. n. 354. C. de reuo. do. sensu tamē Soc. loco iā citato, iudicis arbitrio pœnā indicendā esse.

88 Declaratur secundò, nō procedere in leui crimine, nam in eo conatus non est considerabilis, ita Bal. in d. l. si quis non dicam rapere. 3. oppo. C. de epif. & cler. Fel. d. c. 1. nu. 9. de præsump. & d. trac. Quando puniatur conatus. num. 6. Soc. d. reg. 3. 1. fallē. 6. & Marfil. d. l. is qui cum telo. nu. 27.

89 Declaratur tertio, non procedere quod ad hoc, ut sententia excommunicationis feratur, nam illa non potest ferri pro actu tentato, sed solum eo consummato. ita Fel. d. c. 1. nu. 10. de præsump. & d. tracta. Quando conatus puniatur. nu. 7. Soc. d. reg. 3. 1. fallē. 7. & Marfil. d. l. is qui cum telo. nu. 28.

90 Declaratur quarto non procedere quoad actionem eiuilem, nec. n. quis ciuilitate agere potest ob solum conatum. ita Fel. d. c. 1. num. 11. de præsump. & Marfil. d. l. is qui cum telo. nu. 30. Soc. d. trac. fallen. reg. 3. 1. fallent. ult.

91 Tertium est, quod in tractatione hac super est nobis explicandum, quid hodie, uel ex cōsuetudine iudiciorum

diciorum, uel ex statutis locorum, in hoc conatu puniendo, obseruandum sit. qua quidem in re uideo Doctores nostros haud parum suboscure & perplexē locutos fuisse. duos casus ego constituo.

92 Primus est, an ius commune, quo conatus puniatur, hodie ex consuetudinibus locorum abrogatum sit, uel nō. Speculator in titulo De accusatore. §. 1. scrip tum reliquit, hodie ius commune esse cōsuetudinibus abrogatum. cum eo sensit Bald. in l. is qui cum telo. C. ad l. Cornel. de sicar. qui aperte dixit, quod licet ex iuris ciuilibus rigore constitutio illa obseruanda sit, non tamen ex consuetudine, idem respondit ipse Bald. conf. 361. Quidam rumor. lib. 1. sic clarē Angelus & Castren. in l. 1. §. ult. & ibi Ias. nu. 17. ff. quod quisq; iuris. Marfil. d. l. is qui cū telo. & Tiraq. tract. De pœnis legu. causa 38. Iulius Clarus lib. 3. sentē. iuris. §. fi. q. 92. & Ioseph Fontanellus inter cōsilia criminalia diuersorum consil. 97. nu. 9. lib. 2. qui & alios recensent. Verum hac in re a Speculatoris traditione recessit Bar. in l. 1. §. Diuus. ff. ad l. Cornel. de sicar. Fel. d. c. 1. nu. 2. de præsump. inquit Bartolus, ius cōmune nō esse per consuetudines Italiae abrogatum, sed ob id ius cōmune non seruari in Italia, quoniam tot & tanta iam edita sunt passim & utique statuta aliter, quam ius cōmune, delicta punientia, ut illorū statutorū causa ius commune hodie abrogatum uideatur. cum ergo obseruentur pœnæ a statuto indictæ, & statuta non comprehendant solum conatum (ut statim dicemus) sequitur pœnas iuris communis hoc casu cessare. atque ita Bartolus sentit hoc non prouenire a consuetudinis effectū, sed a statutorum dispositione. & rectē Bar. qui enim fieri potest, ut affirmare possint relati Doctores consuetudinem hanc in uniuersa Italia extare? quasi in omni locorū foro uersati sint. Quo circa rectē censent per plures credendum non esse Doctores de consuetudine locorum attestantibus. ita Alex. in leg. post dotē, col. pe. solu. matr. quem secuti sunt alij plures, ut refert Decius in l. 2. §. mutui. nu. 9. ff. si cer. peta. & si ibi testatur communem esse in oppositum, ipse tamē uisus est sentire cum Alexandro, & clarus idem Dec. consil. 286. in fi. alios plures recenset Neuiz. cōf. 45. nu. 7. & conf. 66. nu. 3. 1. & cum Alexandro & illū sequentibus ego sentio in hoc casu. Bartolo autem as sentior cū agitur de probanda consuetudine loci sibi cogniti, in quo moram traxit. & illa etiam attestatio probationem efficit solum præsumptiuam. ita Bartolum declarat post multos Crauē. conf. 166. num. 9. & consil. penul. nu. 1. addo ego Soc. iun. conf. 60. nu. 10. lib. 2. & Rolan. à Valle consil. 87. nu. 12. lib. 1. Accedit præterea quod & si relata Specula. & sequacium traditio probaretur, attamen intelligitur atque ita procedit quod ad pœnam ordinariam, quam ius commune illis in casibus sanxit, non autem quoad extraordinariam, atque ita iudici arbitriam; quæ quidē uerē per consuetudinem abrogata non censetur; ita in specie assumarunt Bal. consil. 443. Cecchus col. 1. li. 3. & Angel. 1. §. ult. ff. quod quisque iuris. Didacus d. clem. si furiosus, parte 2. in initio. nu. 6. uerf. tertio est omnino, & Tiraq. d. tracta. De pœnis legum. causa 38. nume. 1. qui alios recenset. nec dissentit Mantua consil. 3. in num. 2. lib. 2. qui respondit, illum, qui apposuit scalas ad fenestras, ut puellam raperet esse hodie puniendum pœna arbitraria. id quod fuit decisum &

in Consilio Neapolitano, ut refert Afflictus dec. 276. nec dissentit Clarus lib. 5. sentent. iuris. §. fin. q. 92. prope medium, & probat Ioseph Fontanellus inter cōsilia criminalia diuersorum consil. 97. lib. 2. & illi responso subscripserunt consultissimi uiri Marcus Mantua, & Guidus Pancirolus.

96 Secundus est casus, si statutum indicit pœnā pro ipso delicto simpliciter, nulla scilicet mentione facta de conatu, an conatū punire intelligatur ut puta, statutū punit homicidā an etiā punit tentantem occidere? & nō punire, Doctores affirmant: atq; ita aiūt, statuta hæc longa consuetudine hanc recepisse interpretationem. ita loquitur Bal. in l. 3. nu. 3. uer. uel dic. & nu. 4. C. de seruis fug. qui exēplum adfert in statu to, quo extrahens frumentū de ciuitate punitur. & inquit, non punire eū, qui nixus est extrahere. & cū eo sensit Ripa tract. pestis titulo De remedijs ad confer. uber. nu. 71. 75. 80. qui quidē distinguit: ut inspiciamus, quō statutū loquatur. hodie multis in locis celsat hæc difficultas, quā constitutionibus, & statutis illorum locorum etiam inuenti punitur. quemadmodum in dominio Mediolanensis, in quo extant nonnullæ constitutiones rub. De Præfectis annonæ. cap. p. hiberū. sic & Veronæ extat statutum lib. 3. c. 84. sub rubr. De blado, uel legumine non conducendo extra districtū Veronæ. quō sanē statuto punitur etiā repositus portare. ut illa uerba futuri temporis ostendūt. & ex illis uerbis, sed nec per ipsum districtum uersus cōfinia. & in fi. dum inuentori partem rerum repertarū exportari tribuit. Sed ad rem nostram ita etiā loquitur Bart. in l. si in rixa. nu. 2. ff. ad l. Cornel. de sicar. quem secuti sunt Alex. consil. 1. 5. nu. 2. lib. 1. Fel. c. 1. nu. 12. de præsump. & tract. Quando puniatur conatus. nu. 8. Ias. in l. 1. §. ult. nu. 3. ff. quod quisque iuris. Marfil. in l. is qui cum telo. num. 13. & nu. 31. C. ad l. Cornel. de sicar. Socinus tract. fallen. reg. 3. 1. fallen. 3. latē Tiraq. d. tract. De pœnis legum, causa 37. num. 3. sic Baldus in l. si quis non dicam rapere. num. 3. C. de Epif. & cler. quod si statutum puniat cognoscentē mulierem carnaliter, non punire eum, qui nixus est eam cognoscere. Quæ doctrina est annotanda ad interpretationem constitutionis Domini Mediolanensis rub. De Pœnis, c. Iudæus, & cap. carnaliter popula. quibus puniuntur Iudæi cognoscentes Christianas carnaliter. sic etiam est annotanda ad declarationem statuti Ferrariæ lib. 3. De uitijs carnis. quo conatus in uitio sodomitico expressē non punitur. Est etiam annotanda hæc doctrina ad interpretationem statuti 103 Veronæ lib. 3. cap. 41. sub rub. Qui cognouerit carnaliter aliquam mulierē, quo quidem in statuto nulla fit mentio conatus; ob id is nixus non punitur pœna ibi indicta contra carnaliter cognoscentem mulierem. Accedit quod scriptum reliquit Bal. in l. & si cer. rus. §. si appetitus. ff. ad S. C. Syllania. si statutū punit homicidam, non comprehendit conantem occidere. quod est annotandum ad interpretationem cōstitutionis Mediolani. d. rubr. De pœn. c. homicidam, qua punitur homicidium pœna mortis, non comprehenditur is, qui nixus est occidere: excepto animo de liberato, ut ea cautum est constitutione. ita declarat 106 tur statutum Veronæ lib. 3. cap. 39. sub rubr. Qui homicidium fecerit. Huc etiam spectat, quod respondit Bald. conf. 430. li. 2. statutum puniens affassinari

facientem, non comprehendere eum, qui nixus est, ut alter assassinetur, quod responsum confert ad interpretationem multorum statutorum, quæ infra referam, ita etiam consuluit Bal. conf. 28. Viso statuto. lib. 4. repet. consil. 3. i. & consil. 356. Præsuppositis
 107 uerbis, eod. lib. 4. statutum ꝑ Perusinum, quo puni- tur præstans auxilium & consilium ad maleficia: intel- ligi ad maleficia perfectæ & consummata, non ad attentata, alia per plura obseruari possunt exempla apud nostros interpretes. ij ea ratione in hanc addu-
 108 cti sunt sententiam: quoniam, q̄ delictum atten- tum habeatur pro perfectæ & consummato, non est secundum naturam & ueritatem, sed per fictionem, quæ sanè fictio non habet locum in statutis, l. 3. §. hęc
 109 uerba, ff. de neg. gest. nam fictio est quædam impro- prietas, quam statuta non admittunt. l. tutelæ, ff. de capi. dimi. & l. ult. C. de iis qui ueniã ara. impet. & in specie hanc adfert rōnem Bal. consil. 294. Ad euiden- tiã præmittendū est, col. 1. uer. secūdō p̄mittēdū. l. j.
 110 Declaratur tñ relatus hic casus, ut procedat quid- em quoad pœnam ordinariam statuti; non autem quoad extraordinariam atq; ita arbitrariam: qua pu- nitur & is, qui contra statuti prohibitionem conatu- sus est delictum perpetrare, ita Bal. d. consil. 294. lib.
 211 j. respondit pœna ꝑ arbitraria puniendū esse eū, qui contra statuti dispositionem nixus est concussio- nem facere. ita idem Bal. consil. 430. lib. 2. respondit,
 112 pœna arbitraria esse puniendū illum, qui nixus est aliquem assassinati facere, ita etiam Feli. trac. Quā do puniatur conatus, nu. 8. adum scribit, q̄ licet is, qui nixus est extrahere frumentum e ciuitate non punia- tur pœna ordinatã a statuto contra re ipsa extrahen-
 113 tem, puniri tñ ꝑ iudicis arbitrio. Idem sensit Ripa tract. pestis, tit. De remedijs ad conseruau. ub. nu. 75. idem sensit Blancus in prac. crimi. pag. mihi 852. nu.
 114 me. 11. sic loquitur & intelligi debet ꝑ Aretin. con- sil. 146. quem retulit Fel. d. nu. 8. uer. ex his intulit. dū consuluit, q̄ si quis aliquem pugno percussit, & per- cussus in terram cadens illiso capite ad lapidem pe- riit, non tenetur pœna statuti de homicidio: qm̄ li- cet is sit mortuus, non tamen percussus habuit ani- mum occidendi, & ille conatus ad suum effectū per- ductus non fuerat. Intelligit ibi Aret. in si. hoc proce- dere quod ad pœnam ordinariam, non quod ad arbitra- riam, quæ uerè indicenda est. Atque ita euitari potest illa impugnatio, quam contra Aret. facit Carolus Mo- linaus in additionibus ad Alex. conf. 15. nu. 2. lib. 1.
 115 Declaratur secūdō, non procedere ꝑ quando co- natus aliquo modo sit mentio in statuto; ut si tracta
 116 tū dicat esse puniendū (ut loquitur ꝑ statutū Fer- rariæ lib. 3. sub rubr. Pœna occidentis, uel uulneran- ris, tunc enim punitur; ita Tiraq. trac. De pœnis legū, causa 37. nu. 4. 6. post alios, quos eo loci recenser. & uerè hæc declaratio non in dubiis, sed in iam claris locum obinet. Illud tñ hoc loco commemorabo, q̄
 117 quando statutum mentionem conatus facit, intel- ligitur de conatu proximo ad actum, non autem de remoto, ita egregiè respondit Bald. consil. 356. Statu-
 118 to ciuitatis Placentiæ, lib. 1. quod ꝑ statutum ciuita- tis Placentiæ quo puniatur is, qui nixus est carnaliter mulierem cognoscere, debet intelligi de conatu pro- ximo actui, non autem de remoto, ut quando mulie- rem in terram prostrauit, & ad actum ipsum imme-

diatè uenereum deuenit: sed ob id q̄ acta nimis ef- fet mulier, eam carnaliter cognoscere non potuerit, idem sensit ipse Bal. in l. si quis non dicam rapere. nu. me. 2. C. de epil. & cler. quem secutus est Boer. q. 3. 16. col. 1. Quibus infertur declaratio ad constitutiones
 119 ꝑ Mediolani sub rub. De pœnis, cap. mandantes. uer- sic. q̄ si nec uulnus, qua quidem constitutione con- cessum est mandanti delictum committi, posse pœ- nitere, si modò delictum factum aut attentatum nō est. Hęc uerba, attentatum non sit; intelligi debent de proxima attentatione & conatu, non autem de re motu; ex Baldi relata sententia quamquam in illo ip- so c. mandantes, in illis uerbis, etiam si homicidium, nel aliud delictum nullo modo sequatur, nec attem- ptetur; intelligatur de leui & quauis remota atten- tatione ac conatu, id quod contingit, quia uerba ne- gatiua sunt, & cum totum negatur, negatur & pars. iuxta, l. hoc genus, ff. de cond. & demonstr. cum simi-
 120 Ita declaratur ꝑ statutum Veronæ lib. 3. c. 39. sub ru- bri. Qui homicidium fecerit, in illis uerbis; & licet illud maleficium, quod attentauerit, non perfecerit, puniatur. intelligitur illud uerbum attentauerit, de
 121 attentatione proxima, non de remota. ꝑ In statuto autem Brixie in criminalibus, c. 63. sub rubr. De assas- sinis, cessat omnis dubitatio: qm̄ ibi conatus remo- tus à proximo distinguitur, ut iam admonui. Et idē
 122 opinor esse dicendum in ꝑ statuto Ferrariensi lib. 3. sub rubr. Pœna per uim cognoscentis uel rapientis mulierem, ibi, sed ipsam ui in terram proiecerit, uel ad illum actum cognoscendi processerit: sensit statu- tum sufficere, pœnam ab eo indictam, si in terram abl- que alio ulteriori actu mulier proiciatur.
 123 Hęc tamen ego uera esse intelligo nisi ꝑ statutum puniret conatus, qui a iure communi puniretur; etiã si remotum esset. sit exemplum in casu l. si quis non dicam rapere, C. de epil. & cle. quam supra explican- do, dixi, punire etiam conatum remotum, si ergo sta- tutum eo in casu, hoc est in raptu sacratum uirginū, conatum puniret, erit intelligendum, de conatu etiã remoto, cum uideatur statutum uelle confirmare ius commune, non autem corrigere. Est etiam exemplū in casu criminis læsæ maiestatis, in quo puniatur etiã conatus remotus, ut supra explicauimus, & ita etiam
 124 erit intelligenda constitutio Mediolani rubr. De crimine læsæ maiestatis, c. ult. qua attentatio in hoc crimine puniatur. Hęc sufficiant.
 S V M M A R I V M.
 1 Iudicis arbitrio relinquitur, an quis animo delibera- to uel casu deliquerit.
 2 Animo deliberato uel casu aliquem deliquisse, a con- iecturis pendet.
 3 Statutum Verona lib. 3. cap. 36. sub rubr. Quod de uno uulnere, & c. declaratur.
 4 Decretum Papiæ, 34. sub rubr. Quod non formetur aliqua inquisitio de animo occidendi. declaratur.
 5 Animus occidendi deliberatus quomodo cognoscatur.
 6 Animum occidendi non habuit is, qui hasta uerbera- uit cum ferro uulnera inferre potuerit.
 7 Decretum Papiæ, 20. sub rubr. Declaratio facta decre- to de animo occidendi. declaratur.
 8 Iracundia delinquens animo deliberato delinquere non dicitur.
 9 Impulsio apud Rethores quæ.

10 Pater occidens aduersariū rixatē cum eius filio ani- mo deliberato non dicitur occidere, sed per iram.
 11 Amicus occidens aduersarium sui amici rixantem cū eo, non dicitur animo deliberato occidere.
 12 Delinquens impulsu ægritudinis, deliberato animo nō dicitur delinquere.
 13 Ebrius delinquens animo deliberato delinquere non dicitur.
 14 Pater occidens adulterum cum filia deprehensum ira et casu, nō autem animo deliberato dicitur occidere.
 15 Animo deliberato delinquere dicitur, qui cogitatē & sedatē delinquit.
 16 Ratiocinatio apud Rethores quæ.
 17 Animo deliberato delinquens dicitur ex maligno & peruerso animo delinquere.
 18 Animo deliberato delinquere nō dicitur, qui in rixa casu exorta occidit, uel uulnerauit.
 19 Animo deliberato delinquere non dicitur, qui imme- diatē post rixam delinquit.
 20 Tempus modicum quod dicatur in eo, qui occidit post rixam ad euitandam animi deliberati qualitatem.
 21 Iudicis arbitrio relinquitur, quod dicatur modicū tē- pus intra quod quis occidendo post rixā non dicitur animo deliberato occidere.
 22 Animo deliberato deliquisse is presumitur, qui ꝑ mul- tos dies post rixam occidit.
 23 Constitutio Mediolani sub rubr. De pœnis, ca. Homici- da. §. & tanquam, & §. pari modo. declaratur.
 24 Aio deliberato occidere dicitur, q̄ p̄ditorē occidit.
 25 Homicidium proditorē perpetratum atrocius iudica- tur quàm perpetratum a simplici animo deliberato.
 26 Proditorē esse, qui per insidias occidit.
 27 Animo deliberato occidisse dicitur, qui per insidias occidit.
 28 Insidias quæ, & quomodo parentur.
 29 Ciceronis locus in oratione pro Milone.
 30 Conciliatio opinionum Clari & Casoni.
 31 Animo deliberato occidisse presumitur, qui tractatū adhibuit.
 32 Statutum Bergomense. sub rubr. De animo deliberato de- claratur.
 33 Animo deliberato occidisse an credatur, qui plura in- tulit uulnera.
 34 Animo deliberato occidisse non dicitur, qui casu ali- quem obuiam habuit, & ab eo loco deiectus rixari cepit, & occidit.
 35 Animo deliberato non occidisse, quō q̄ se defendat.
 36 Animo deliberato occidisse an credatur, qui tempore noctis occidit.
 37 Lucem odit, qui malè egit.
 38 Animus deliberatus occidendi rōne loci cōsideratur.
 39 Animo deliberato occidisse an presumatur cum mi- na præcesserunt.
 40 Animo deliberato occidisse an credatur, qui plures so- cios adhibuit.
 41 Animus deliberatus occidendi in eo presumitur qui multis associatus incedit.
 42 Animo deliberato occidisse an presumatur, qui præ- ter morem arma tulit.
 43 Animo deliberato occidisse an presumatur, qui præ- ter morem armatus incedit.
 44 Animo deliberato occidisse an presumatur, qui lo- cum frequentabat.

45 Animo deliberato occidisse presumitur, qui paulò an- te bona sua exportauit.
 46 Animo deliberato occidisse an presumatur, q̄ bona sua pauloante distraxit, & donauit.
 47 Constitutio Mediolani sub rubr. De iure & privilegio fisci. c. si quis unam. declaratur.
 48 Iudicis arbitrio relinquitur qñ delictum dicatur per modicum tēpus secutum post bonorum distractionē.
 49 Animus deliberatus presumatur ob inimicitiam.
 50 Aius deliberatus occidendi an a iactatione p̄sumatur.
 51 Ciceronis locus pro Milone.
 52 Animus deliberatus occidendi presumitur ob pro- pinquorum assistentiam.
 53 Animus deliberatus occidendi ex geminata rixa an presumatur.
 54 Animus deliberatus occidendi ex extraiudiciali con- fessione probatur.
 55 Animus deliberatus occidendi uerè probatur, cū pro- batur occidisse nulla præcedente rixa, & causa.

C A S V S CCCLXI.

ANIMVS DELIBERATVS ATQVE cogitatus occidendi quibus coniecturis probe- tur, accuratè & diligenter explanatum.

Q Voniã superioribus casibus aliqua de animo deliberato, seu sedato delinquentium attigi- mus, ac alia nonnulla in subsequentibus explicaturi sumus placet hoc loco aliqua, quæ in his aliquando obseruauit, recēdere. q̄ ergo delictū animo deliberato & sedato perpetratum fuerit a iudicis arbitrio pen- dere senserunt Ancha, Salic. & Calderinus; ut est rela- tū inter cōsilia Anch. cōf. 2. 16. Nos Bartolomæus, col. 2. & rectè, qm̄ à ꝑ coniecturis (ut mox dicā) hoc pendet. Cōiecturæ aut in iudicis arbitrio positæ sunt, quem- admodū supra multis in casibus explicauimus, nēpe in casu 15. & cum hac Docto. smia conuenit ꝑ statutū Veronæ lib. 3. c. 36. sub rubr. Quod de uno uulnere, in si. quo expressè cautū est, esse in Prætoris arbitrio iu- dicare, an sedatē, pen satē atq; deliberatē delictū per- petratum sit, uel nō. Atque ita etiã est intelligendum decretum ꝑ Papiæ 34. sub rub. Quod nō formetur ali- qua inquisitio de animo occidendi, nisi prius cōstite- rit de qualitate, q̄ animus fuerit deliberatus occiden- di, qd sanè decretum tribuit facultatem iudici formā di inquisitionem de animo deliberato, cum cōsensu tñ Aduocati fisci, si qualitas animi deliberati dubia est. Iudex ergo arbitrio suo in hac dubitatione pro- nuntiat qualitatem facinoris ita ferre, ut inquisitio de animo deliberato formari possit: fisci deinde Ad- uocatus cōsensum adhibet: nam ex post consensus sui natura uenit. Quò tamen facilius cognoscere possit iudex, quando ita se iudicandum sit: rem hanc paulò altius repetam: atque ita fiet, ut per multa à nostris & perperam & perplexè tractata, intelligantur. Sciendū est in primis, tres terminos in hac tracta- tione cōsiderari, quorum unus alteri repugnat, alter uerò ab altero differt. Primus est, quid sit aliquem uulnerare animo deliberato occidendi. Secundus, qd sit in rixa, calore iracundiæ, uel iusto dolore occide- re. Tertius, quid sit animo meditato, sedato, hoc est si ne iracundia, sine iusto dolore, occidere, quod uulgò dici solet, a animo riposato, uel a sanguine freddo.

- 1 Primus terminus est satis clarus, quia is dicitur animo occidendi uulnerare, qui ense, pugione uel aliis similibus armis ad occidendum apertis uulnerat: uel si cum simplici gladio uulnus in ea corporis parte infert, quo mors facile adferri potest. l. 1. §. Hadrianus, ubi Bar. & ibi late Marfilus nu. 20. 2. 1. 2. 3. ff. ad l. Cornel. de sicar. idem Marfil. in l. 1. nu. 3. 2. 3. 4. 36. C. eo. ad l. Cornel. de sicar. ubi late de his differit. & e contra subijcit, illum non habuisse animum occidendi, qui cum hasta ferratam præ manibus haberet, non ferro, sed ligno percussit, uel qui ense non uulnerauit, cum posset, pugno percussit, idem tradit, & declarat Fel. in c. significasti, il. 2. num. 1. de homic. & hoc euenire potest, tam quando quis ira & dolore affectus uulnerat, & percutit, quam cum sine ira, sed animo sedato & cogitate uulnerauit. & ideo hic terminus differt à tertio, quem mox referam. Et uno uerbo hanc differentiam rectè sentit doctissimus Iulius Clarus lib. 5. sen. ten. iuris. §. homicidium. uers. ex proposito. hic. n. animus deliberatus dicitur occidendi cum in actu occidendi est, sed non dicitur animus deliberatus, & ita cogitatus, seu sedatus antequam iret ad uulnerandum uel occidendum: cum & in rixa (ut dixi) euenire hoc possit. atq; ita declaratum fuit Papij ex Decreto. 20. sub rub. Declaratio facta decreto, de animo occidendi. de hoc autem termino nostra non est disputatio.
- 2 Secundus est terminus cum calore iracundiæ, uel iusto dolore, alio uel animi affectu quis sine cogitatione, sed impetu quodam delinquendum prorupit. Hanc & Impulsionem Rhetores appellant. M. Cicero lib. 2. De inuentione. Causa distribuitur in impulsionem & ratiocinationem. Impulsio est, quæ sine cogitatione per quædam affectionem animi facere aliquid hortatur, ut amor, iracundia, ægritudo, uolentia, & omnino omnia, in quibus animus ira uidetur affectus fuisse, ut rem perspicere cum consilio, & cura non potuerit: & id quod fecit, impetu quodam animi potius, quam cogitatione fecerit.
- 3 Hæc ille. Amoris exemplum adferri possunt, ut si pater uideret filium percuti, & uulnerari; uel econtra filius patrem: & accurrat, aduersariūq; occidit. dicitur hic amore permotus, & concitatus, ob id non cogitatur, & deliberatur, sed impetu occidisse dicitur: nam pater filium & econtra adiuuare, & defendere tenetur. Barto. in l. ut uim. & ibi Deci. nu. 3. 2. de iust. & iure. Gramma. conf. 56. col. ult. Boer. q. 8. 3. num. 6. & Placa lib. 1. epit. delict. c. 24. nu. 26. & supra suo loco dixi. qui idem de
- 4 Con sanguineo, uel amico, qui occurrunt in opprefsi amici auxilium, scribunt. Per iracundiam is uulnerat, & occidere dicitur, quæ in rixa id facit, ut puta, duo, qui nunquam fuerunt inimici, uel si inimici, leuis erat causa, unus alteri casu obuiam fit, unus alterum tangit, uel catu loco deicit, uel illi uiam incogitate eripit, uel ratione maioris dignitatis locum supra alium uult tenere: uel cum choreæ ducuntur, præsertim tempore bachanalium carnis priuij, unus cum una uult choreas ducere, & saltare, & alter cum eadem, exoritur rixam arma decurrunt: unus alterum occidit. hoc dicitur per iracundiam, & impetu factum. id quod sentit clarè Barto. in l. respiciendum. §. delinquent. nu. 2. ff. de pæn. ex l. si in rixa. ff. ad l. Corn. de sicar. Per tegritudinem perpetratum delictum dicitur, ut cum quis effectus furiosus alterum occidit: uti diximus in superioribus. ita etiam, per uolentiam, cum ebrius
- deliquit; quemadmodum alias explicauimus etiam supra. Idem dicendum est cum quis iusto dolore & motu deliquit, ut cum pater adulterum cum filia deprehensum occidit, l. si adulterum cum incestu. §. Imperatores. ff. de adult. uel cum maritus uxorem. l. Gracchus. C. eo. in hoc ergo casu leges leniorem indicunt pœnam, quoniam ira animum impedit, ut inquit sapiens ille. & diximus supra in casu 3. 26. post Tiraq. De pœnis legum, casus 6. ubi latissime differit, & durum atq; difficile est temperare iustum dolorem.
- 5 Tertius terminus, qui proximè relato repugnat, atque ita illi ex diametro opponitur, est, quæ sine calore iræ, sine rixa, sine impetu uel iusto dolore quis præmeditate alterum aggreditur: hic dicitur animo sedato, de liberato, ex proposito & cogitate fecisse: & ut uulgo dicitur, à sanguine freddo, uel à animo riposato. Rhetores ratiocinationem hanc appellant. Cicero præcitato li. 2. De inuentione. Ratiocinatio autem, est diligens & considerata faciendi aliquid, aut non faciendi ex cogitatio. Hinc ille, & hoc casu leges grauiorem indicunt pœnam, quæ in casu precedenti. quæ sua lege confirmat Plato, quæ in subsequenti casu nu. 26. retulit. & pbat. d. l. respiciendum. §. delinq. ubi Bar. ff. de pœnis. glo. & Docto. in l. 1. §. 1. ff. de sicar. absent. ff. de pœnis. Abb. c. inter alia. n. 2. §. de immu. ecel. Blan. trac. de inditiis. nu. 5. 3. glo. & Docto. in c. significasti. il. 2. de homicid. & post Bal. & Alex. annotauit Bossius trac. causatum criminalium, titulo de homicidio. n. 65. in fi. Hinc superiore casu diximus, solam uolentiam in hoc animo præmeditato & deliberato puniri, ex l. is qui cū telo. C. ad l. Corneliam de sicar. l. 1. §. 1. & l. 3. ff. eo. & l. 2. §. j. ff. ui bono. sapto. Est ratio, quia hic cessant iræ, iusti dolores, & ceteri animi affectus, quibus animus alioqui liber impeditur. & hic dicitur ex iniquo & peruerso animo, non autem fortuito deliquisse, atque ita grauius. Nam ut sapienter scriptum reliquit Cicero officiorum primo. In omni iniustitia per multum inter est, utrum perturbatione aliqua animi quæ plerunque breuis est, & ad tempus; an consilio & cogitata fiat iniuria, leniora enim sunt ea, quæ repentino aliquo motu accidunt, quam ea quæ meditata & præparata inferuntur. Ex prænotata triū terminorum declaratione satis fortè explicatum uidetur quando delictum dicatur cogitatur & consilio perpetratum & quando non. Verum quod clarius hæc patefaciam, distinguo atque constituo aliquot casus.
- 6 Primus est casus, quando in ipso actu rixæ, uel in actu instantis iusti doloris, alterius uel affectus animi quis uulnerat uel occidit, tunc satis clarum est ex relatis, non esse commissum delictum animo deliberato, cogitato atque meditato.
- 7 Secundus est casus, quando rixa paulò ante præcessit, uel iustus dolor, alterius impetuofus animi affectus, hoc casu adhuc non dicitur sedato animo consilio & cogitate perpetratum delictum, quia adhuc perdurat illa causa impetus animi. quæ in specie sentierunt Bossius d. titulo De homicidio. num. 61. & alij quos infra referam.
- 8 Nec hoc in casu constituo ego differentiam, an iste qui ira permotus est, per insidias & industriam deinde uulneret aduersarium, uel occidat: quia semper dicitur moueri ob iracundiam & iustum dolorem. immo præsumitur maior concitatio mentis, posteaquam

- ad sumendam uindictam industriam & insidias adhibuit. Nec hoc in casu locum habet, quod scribunt doctores, insidiator ex proposito delinquere: & ob id carere privilegio confugiendi ad ecclesiam. nam illud procedit in casibus subsequentibus. Non pariter adhibenda est differentia hoc in casu, quod uel unum, uel plura uulnera sunt illata. (de qua quidem cōiectura, & aliis dicam statim) posteaquam constat de principali actu, hoc est de ira & iusto dolore, quæ tollunt qualitatem cogitati atque præmeditati facinoris. Hoc in casu illa sola nunc superest declaranda dubitatio, quæ dicitur intra modicum tempus, post iram & iustum concitatum dolorem ad uindictam decursum. Hac in re plures sunt opiniones: illa uidetur magis recepta, hoc intra 30. dies concedi ita affirmarunt Lucas de Penna in l. oēs omnino curiales. C. de decurio. lib. 10. Decius in l. quidquid calore, in fi. de regu. iur. Bossius d. titulo, de homicidio, nu. 62. qui testatur in causa quorundam Landensium. ita obseruasse senatum Mediolanensem, ex l. si uendicari. C. de pœnis, & c. cum apud. l. 1. q. 3. Verum Cagnol. in d. l. quidquid calore, nu. 12. dissentit, ac his iuribus satisficit. ego hac in re multum tribuerem iudicis arbitrio, ex qualitate facti & personarum, cum iure determinatum non sit, atque ita dicitur in simili in eo qui possessione spoliatus suam manu recuperat incontinenti. dicitur incontinenti ex personarum qualitate & rei: uti diximus supra in casu 11. alia similia suis locis retulimus.
- 9 Tertius est casus, quando non diu rixa præcessit & iustus dolor: tunc præsumitur non per iram, sed cogitatur, sedato atque ita deliberato animo deliquisse quod relati doctores affirmant. quibus accedit Cagnolus d. l. quidquid calore, n. 15. & quamquam hic qualisqualis causa iræ præcedentis considerari uideatur, attamen uerè non excusat: quia non præsumitur eam ob causam motus, sed potius ex malo & peruerso animo. & hoc casu proprie quis dicitur, sedato & deliberato animo delinquere, & ut (uulgo dicitur) à sanguine freddo, uel à animo riposato: & hoc in casu loquitur noua constitutio Mediolanensis sub rub. de pœnis, cap. Homicida. §. & tanquam. & §. pari modo. Hinc infertur quod illa doctrina Doctorum, qua affirmant, quod is, qui asseuerat esse sedato atque deliberato animo factum, debet deducere & probare, ut tradunt Innocentius & Hostiensis in cap. inter alia. de immunit. eccles. & sequitur Blancus tract. de inditiis. nu. 54. & Franciscus Casonus celebris iureconsultus tractatu maleficiorum in præmissis. c. 5. sed idem Casonus tract. 2. cap. 3. nu. 8. dissentire uidetur, ubi satis rectè procedit, cum quis probat nullam inter eos fuisse rixam & inimicitiam, & si aliqua fuit aliquando, per multum temporis ante fuisse. atq; ita hæc est una probatio & coniectura probandi animo sedato & præmeditate delictum esse commissum, alias per multas coniecturas nostri recenset: nonnullas ego referam, & in singulis dicam quod sentio.
- 10 Secunda est coniectura, quæ potius manifesta probatio appellari potest: quando quis alterum uulnerat, uel occidit proditorie, ut si nulla præcedente inimicitia (ut infra dicam) uel præcedente, sed iam longo tempore iuxta casum nostrum, fingit quis alterum sibi amicum, cum eo iter faciens, uel cum eo sedens in mensa interficit, a fortiori hoc dicitur præmeditate

- factum, quia si proditorie est factum, multò magis animo sedato, & deliberato factum dicitur. Atq; ita omnes scribunt Bar. in d. l. respiciendum. §. delinquent. nu. 1. de pœnis, & communem testatur Igneus in l. & si certus. §. si unus. nu. 14. ff. ad S. C. Sylla. quem secutus est Clarus præcitato lib. 5. sent. iu. §. homic. uers. proditorie. Qui uidetur constituere differentiam inter homicidium proditorie factum, & ex proposito factum, & rectè quidem quod ad hoc quod plus inest in prodicione, quæ ex proposito, & sedato animo. quia proditio utrunq; continet, nempe animum deliberatum, & qualitatem prodicionis: simplex uerò animus deliberatus sine qualitate prodicionis consideratur, & ideo uerè est dicere, proditorie animo præmeditato deliquisse, & per industriam, quod affirmat, & Fel. in c. 1. de homicid. ex illo textu, dum eum proditorem appellat, qui per industriam, & insidias alium occidit, id est per insidiosam industriam, quod est desumptum Exodi capi. 21. & ad rem nostram annotauit atq; exposuit Didac. li. 2. uaria. resol. cult. nu. 7. uers. tandem his prænotatis, & laius Petrus Placa lib. 1. epit. delict. ca. 21. num. 1. quo loci permulta huius prodicionis exempla ex lege antiqua retulit. & alia exempla huius prodicionis recenset Gigas trac. de crimine læsæ maiestatis, titulo de proditoribus. q. 1. Tertia coniectura considerari a nostris solet ad detegendum tempus animum præmeditatum, & deliberatum, quando scilicet per insidias quis occidit, uel uulneratus fuit. puta, quis aliquo in loco se abscondit, ut transeuntem, a quo præuideri non potest, occidat, atque ita eum ex improuiso adoritur. & interficit. hic dicitur per insidias occidere, ut declarat Clarus d. §. homic. uers. sic. ex insidiis. uel etiam quando nullo uerbo dicto a tergo uulnerat, hoc dicitur, & insidiosè & proditorie. Blancus in d. l. ul. nu. 188. & num. 234. de quaest. & duobus modis ut obiter, sed ad rem, præter alios hoc dicam in insidiis parari solent. Primo falsum quid dicendo, uel promissa non obseruando. secundò, (ut diximus) cum in loco quis latet, ita declarat Franc. Arias tract. de bello. nu. 193. & recentiores tract. de potestate seculari, & ecclesiastica, c. 15. Insidias etiam parare is dicitur, qui habitu mutato, uel aliquo figmento facit, ut alium inconsideratè pertranseuntem adoriatur: quemadmodum à Clodio Miloni paratas has fuisse insidias ostendere conatur Cicero in ea oratione pro Milone. Ex his itaque insidijs animum præmeditatum, & sedatum atq; deliberatum argui uolunt Franciscus Casonus tract. maleficiorum, tract. 2. c. 1. in fi. qui fortius dixit, secundum omnes, propositum non censeri, atq; ita animum deliberatum non dici, nisi industria, & insidiæ intercesserint. quod posterius dictum reprehendit Clarus d. §. Homicidium. uers. ex proposito. & inquit, quod etiam absq; insidijs dicitur homicidium præmeditate commissum, quando iam præcessit deliberatio, secundum Bart. d. §. delinquent. num. 1. quem (inquit Clarus) ceteri sequuntur, ego opinor has duorum clarissimorum Iurisconsultorum opiniones conciliari ita posse. Considero insidias duobus modis parari posse: uno leui adhibita industria, ut puta, dissimulat quis odium, parat arma, quibus facile possit aduersarium occidere, socios adhibet, qui eum a longè sequantur: adhibet exploratores, ut sciat quo in loco aduersarius est, ubi iter facit. & hæc similia: hæc dicitur

tur insidiæ, sed cum leui industria. & hoc in casu intelligo procedere posse doctissimi Casoni doctrinã. quoniam uerè animus hic præmeditatus non caret aliquibus insidijs, quamquam leui industria paratis. Altero modo parantur insidiæ, magna adhibita industria, utputa, cum quis in loco latet, & prætereuntem ex improviso aggreditur. & hoc in casu procedere potest eruditissimi Clari doctrina. & hæc coniectura uerè procedit hoc in casu, cū uel nulla inimicitia & rixa intercessit unquam, uel si aliquando fuit, anti qua fuit: alioqui insidiæ animum præmeditatum & sedatum nõ arguerent, ut supra in secundo casu explicauimus.

31 Quarta coniectura præmeditati animi adferri solet, nempe quando præcessit tractatus, consiliū atque deliberatio. ita omnium primus scriptum reliquit Alber. tracta. statutorum parte 3. q. 64. qui ita declarat 32 statutum Bergomense, quo ita cautum esse scribit, ut dicatur homicidium animo deliberato perpetratum, cum præcessit tracta. idem probarunt Casonus tract. rerum criminalium, tract. 3. c. 1. sub pagina 28. Blancus tract. de inditijs, nu. 2. 5. ubi, 2. 9. alia scribit & declarat. Idem censuit Bossius d. trac. causarum criminalium, titulo de homicidio, nu. 63. & Clarus d. §. homicidium, uerfi. ex proposito, & probat l. 3. ff. ad l. Iul. de ni pub. ibi, qui turbæ seditionis uel faciendæ consilium inerint, qd̄ ego ita intelligo, cū duo concurrunt, nempe tractatus & ipsius tractatus executio: quoniam nos de ipso perpetrato homicidio loquimur. Nec est sufficienter sola unius in animo deliberatio, ut sensit Alber. d. q. 64. reiecta glo. c. si quis iratus, 3. q. secunda, sed requiritur tractatus, hoc est plurium consensus & deliberatio. & hic tractatus est testibus, uel alijs probationibus detegendus, & probandus: quoniam hæc est qualitas, e qua resultat homicidium deinde subsecutū, esse pensatē atque præmeditatē commissum. & uerè hæc coniectura adeo urget, ut aperta probatio dici possit.

33 Quinta coniectura præmeditati facinoris solet considerari, quando perplura uulnera illata fuerunt: ita sensit Alber. d. tract. statutorum parte 3. q. 64. & Bossius d. tract. causarum criminalium, titu. de homicidio, nu. 64. ex glo. in d. c. si quis iratus, 3. q. 2. in gl. ultima, quæ inquit, nõ præsumi ex iracundia, sed deliberatē factum quod iterato factum est. idem dicunt scribentes aliqui cum graue uulnus est illatū: ita Casonus tract. maleficiorum, tract. 4. est mihi pagina 36. uerfi. a modo, hanc tamen coniecturam uisus est improbare Clarus loco iã citato, dum inquit, uulnerū multitudinem & atrocitatem arguere quidem animum uulnerantis fuisse, ut omnino uulneratum occideret: sed non sequitur ex hoc, quod iam animus præcesserit occidendi deliberatus. Confirmatur Clari opinio, quia aliàs sequeretur quod ubi in rixa unus alteri plura intulisset uulnera, quod animo deliberato uulnerasset. nec .n. plura uel pauca uulnera arguunt homicidium non esse casu, uel ex proposito commissum: quia ut hoc in rixa contingit, & tunc siue unū, siue duo, uel plura sunt illata, semper casu hoc factum dicitur: si uerò sine rixa, tunc etiam solum uulnerculū arguit ex proposito & deliberato animo esse factum. Ego soleo hac in re considerare, duo hic concurrere debere, animum occidendi, & ex proposito, atque ita præmeditatē occidendi, Propositum & præmeditationem considero, quando abest omnis rixa, & omnis

casus fortuitus. utputa, quando iam diu præcessit inimicitia, & horum unus inimicitiam & odium diffimulat, deinde aliquo in loco expectat atque aggreditur aduersarium: tunc, cum abest omnis casus fortuitus, omniſque rixa, plura illata uulnera ostendunt, et sicaciter magis animum præmeditatum occidendi.

24 Secundo uerò casu cum duo pertransientes fortuito è loco se deiiciunt, uel (ut uulgo dici solet) s'urra-no, tunc si enses educunt, & eorum unus pluribus uulneribus interficitur, cessat is animus occidendi præmeditatus atque ex proposito. ita rectè consuluerunt Sali. Chald. & Anch. quemadmodum est relatū inter consilia ipsius Anch. d. consil. 2. §. 6. col. 2. & idem sensit & bene M. Ant. Blan. in repe. l. ult. nu. 196. 197. ff. de quæstio. quæ quidem repetitio relata est inter trac. sub tract. de inditijs, & eo loci inquit, secuta uulnera non esse spectanda, sed principium antequam inferrerentur: quoniam in his delictis principium consideratur, ut intelligamus, an ex ira, iusto dolore fuerint perpetrata, uel animo præmeditato. l. quod ait. §. qd̄ ait. ubi Bar. ff. ad l. Iul. de adult. & tradit hoc ut singulare Marfi. sing. 2. 5. In delictis. & eandem sententiã probauit idem Blancus in praxi crimi. sub tit. Ad defensionem, in 2. par. nu. 1. 2. qui hoc modo docet, inquisi-

35 tum de animo præmeditato posse se defendere, probando ipsam rixam præcedentem. & ideo ego intelligo Albe. d. q. 64. ut non singulatim hæc requiratur, sed una simul ad hunc præmeditatum animum probandum: nempe præcedentem inimicitiam, & deinde subsequentiã uulnera grana & iteratò illata, alioqui malè sentiret. 36 Sexta coniectura considerari solet, si tempore noctis perpetratum est homicidium: ita sensit Alber. d. q. 64. prop. finem, & cum eo Bossius d. titulo de homicidio, nu. 63. in si. idem respondit Mantua consil. 3. 2. 5. lib. 2. quem secutus est Blancus in d. repe. l. ult. nu. 198. ff. de quæstio. ab hac opinione non dissentit Casonus tract. 3. maleficiorum, cap. 10. est in meo codice sub pagina 34. & pagina 35. uer. a tpe. Verù coniectura hæc non est uera absolute, quia interdū & noctis tpe, immo sæpe rixæ exoriuntur: posset fortè procedere hæc coniectura hoc modo, si non constat de aliqua rixa, præsumptio est contra occidentem, ut animo præmeditato, & non casu occiderit. atque ita tempus noctis operatur, ut illa bona præsumptio, quæ erat pro homicida, ut non diceretur præmeditatē occidisse, ut diximus supra hoc nostro casu nu. 17. nunc sit hæc præsumptio contra eum, quod scilicet præmeditatē occiderit. Est ratio, quia qui male agit, uicem odit. cap. consuluit. de offi. deleg. & ibi Dec. nu. 8. ad rem ferè nostram annotauit. & est gl. notab. in l. fur. ff. ad l. Corn. de sica. & tempore noctis factum suspicionem habet non mediocrem, l. ult. ff. de effrac. & expila. Cætera his similia sciens prætereo.

37 Septima coniectura & inditium animi præmeditati ad delinquendum solet considerari ratione loci, ut si quis in ecclesia, uel in foro alioque simili publico loco occidit. Ita sensit Albe. d. q. 64. & Bossius d. titu. de homicid. nume. 63. Blancus d. l. ult. nu. 200. ff. de quæstio. post Mantuam d. consil. 3. 2. 5. uerfi. quartò. Casonus d. tracta. maleficiorum, in præmissis, cap. 2. numero quarto, est mihi pagina 9. & clarius pagina 34. uerfi. à loco, in fine. locum enim præcogitationem

rationem arguere aiūt ex l. aut facta. §. locus. ff. de pœnis, & quod præsumendum uidetur, quod deliberatè eo loci accesserit ad occidendum: quoniam magna causa impulsus uidetur. Ego dubito, & uerè sentio nõ esse absolute uerã, sed eã ita demū intelligo nisi præcedat rixa uel iustus dolor: nã si iracunda aliqua adfuit, locus coniecturã non facit præmeditati animi: immo præsumendum est, quod tã acer fuerit dolor, & tã ardens ira, ut hunc impulserit ad sumendam uindictã quouis in loco, si aut præcessit ira, uel si dubiū est an præcesserit uel non, locus præsumptione facit contra ipsum homicidã & delinquentē, quod præmeditatè deliquerit.

39 Octaua coniectura cogitanti facinoris est, cum minæ præcesserint: Nam tunc, si delictum reperitur deinde a minante perpetratum, præsumptio est, quod is animo præmeditato deliquerit ita senserunt Alb. & Bossius locis iam citatis. Blacius in d. l. ult. nume. 179. ff. de quæst. ubi latè Casonus tracta. maleficiorum, tract. 7. c. 1. nu. 10. est mihi sub pagina 41. & Nouellus in praxi criminali tract. Ad defensionem, nu. 53. Duos casus tamen relati in interpretes distinguunt. Primus est, quoniam constat hunc minantem occidisse illum, cui minatus est, tunc inquit omnes, præsumptio est, quod animo præmeditato occiderit. nec hoc in casu uoluit esse adhibendã differentiam (& rectè in hoc) an hic minans consueuerit minas exequi, uel non, cum de ipso effectu secuto constat. Verum adhuc hic casus probabili dubitatione non caret: quo circa ergo ita declaro atque distinguo. Aut minæ prolatae sunt pro instanti dolore & ira, ut si maritus uxorem cum adultero deprehendit, & fugit adulter, maritusque minetur; & paulò post is adulter reperitur occisus. Vel si pater est ab aliquo occisus, & fugienti homicidã minatur filius: deinde is homicida occidatur a filio: nõ dicitur filius, uel maritus occidisse præmeditatè & deliberatè, sed iusto dolore & ira commotus. Aut minæ sine his præcesserunt, uel si ob dolorem & iram sunt prolatae, serò tamen secutum est delictum: tunc animus deliberatus præsumitur. Aut uerò sumus in dubio, an ira & iustus dolor præcesserit uel non, & tunc contra minantem præsumitur, quod ex proposito & præmediatè occiderit. Secundus est casus, quoniam ignoratur percussor, tunc ira distinguunt relati Doctores, aut hic minans consueuit minas exequi: & tunc est inditium & coniectura contra eum. quod ego intelligo quod ad hoc ut dicatur occidisse, uel uulnerasse: sed quod ad illud, an dicatur deliberato animo, ego distinguendum puto, ut in casu præcedenti. Aut is minas est homo uilis & timidus, non solitus minas exequi: tunc non præsumitur contra eum, nec quoad putū delictū, nec fortius quoad præmeditatum: cum autem hominis qualitas iure non sit determinata, iudicis arbitrio in hoc erit standum. Hanc coniecturam intelligunt relati iuris interpretes, & contra, ut præsumptio sit contra minatum, ut is minantem præuenisse dicatur, quia tamen in re distinguendum est, ut apud eos.

40 Nonã coniectura & inditium animi deliberati & præmeditati adferri solet, cum multos socios iam ante perpetratum facinus congregauit atque coadunauit, deinde subsecutum est delictum: tunc præsumitur animo deliberato factū. ita sensit Casonus d. tract. maleficiorum, tract. 3. cap. 7. est mihi sub pagina 32. & sensit Blancus d. l. ult. nu. 225. ff. de quæst. quam sen-

rentiam probat. l. qui dolo in si. ff. ad l. Iul. de ni pub. ibi, qui conuocatis hominibus uim fecerit, & illã uim susceptam appellat Cicero in ea oratione p. Milone. Nam nulla uis (inquit Cicero) unquam inter ciues suscepta in libera ciuitate, non contra reipub. fuit uim susceptam dixit, quam in oratione pro Cæcina uim, quæ ex conuentu fit, uocauit, quod prius ita conuenit & præmeditatum sit, & Vlpianus in l. 1. §. ui posidere. ff. de ui & ni arm. ibi, aut qui in hoc ipsum aptatus & præparatus uenit, ut contra bonos mores auxilio ne prohiberi possit. & c. idem Vlp. l. 1. §. dolo. ff. ui bono. rap. & uidetur hæc coniectura eadem cum præcedenti de tractatu. quo circa est distinguendum, ut in illa diximus.

41 Decima est coniectura, quando multis associatus incedit, tunc secuto delicto præsumitur animo præmeditato perpetratum. ita Casonus d. tract. 3. cap. 3. sed uerè & hic distinguendum puto. Aut iam paulo ante rixã, ira & iustus dolor præcessit, nunc animus de liberatus non præsumitur, aut iam longo tempore præcessit dolor, & ira, & tunc hoc coniecturam facit præmeditati facinoris. leuis tamen etiam uidetur coniectura, posteaquam ex hac associatione ostendit se malum animum gerere ad uindictam & iram ac iustum dolorem adhuc in corde retinere. Quo circa multum iudicis arbitrio tribuitur, ex personarum, doloris iræque qualitate.

42 Undecima coniectura præmeditati delicti est, cū iam ante commissum facinus arma præter morem congregata fuerunt. ita affirmarunt Blancus in d. l. ult. nu. 67. ff. de quæst. & Casonus d. tract. ca. 4. est in meo Codice sub pagina 31. qui idem esse ait in eo, qui arma insolita emit, qui in scrimia ludere atque se exercere cepit. ac similia his recenset. Verum distinguendum est, ut in præcedentibus casibus.

43 Duodecima coniectura & inditium huius præmeditati animi est, cum armatus incedit, & hoc præter morem. ita scriptum reliquerunt Blancus in d. l. ult. nu. 78. & Casonus d. trac. 3. c. 8. est sub pagina 33. Adhibenda tamen est relata iam sæpius distinctio. Aut dolor ira, & rixa processit paulo ante, & tunc animus præmeditatus cessat, aut non præcessit ira & dolor, & tunc si constat de facinoroso, præsumitur etiã contra eum, quod præmeditatè deliquerit.

44 Decimatertia coniectura consideratur ad animum præmeditatum detegendum, quando scilicet is, qui delictum commisit, locum frequentare consueuit: illa enim frequentatio præmeditatum animum arguere uidetur. ita tradunt Blancus in d. l. ult. n. 70. 71. de quæstio. & Casonus d. tract. maleficiorum, in præmissis. c. 2. nu. 5. est sub pagina 9. & tract. 3. ca. 2. & cap. 9. quod intelligo, quando iam constat ab illo delictum esse commissum, & nullam extitisse rixam præcedentem, uel esse multi temporis: ut supra diximus.

45 Decimaquarta coniectura præmeditati facinoris solet considerari, quoniam is, qui delictum commisit, bona sua paulò ante exportauit, ita tradit Sali. in l. ult. col. 2. uerfi. nunc transeamus, C. de quæst. & Blancus d. l. ult. nu. 84. ff. eo, de quæst. quæ quidem coniectura declaratur ex subsequenti.

46 Decimaquinta coniectura est animi deliberati, quoniam hic, qui delictum deinde perpetravit, bona sua diraxit atque alienauit: ita tradit in specie Blancus d. l. ult.

l. ult. nu. 86. post Bar. in l. post contractum. ff. de dona. Hac in re duo sunt consideranda. Vnum, quod ubi bona hæc in fraudem alienantur, ne scilicet ex secuto delicto fisco deferantur, illa delicto subsecuto reuocantur. De hoc nostra non est disputatio. Secundum est, de quo controuertitur, quod scilicet ex eo solo, quod bona sint distracta ante perpetratum delictum, arguatur, delictum fuisse premeditatum. In hoc ego puto esse distinguendum, ut iam dixi in cæteris relatis casibus, aut constet de rixa subsecuta, & tunc illa alienatio non arguit animum premeditatum, cum simus in claris, aut de rixa non constet, atque sumus in dubio, tunc hæc alienatio operatur hunc effectum, ut tollat illam presumptionem, quæ erat pro delinquente, ne, scilicet, premeditatum deliquisse uideatur: & aliam contrariam hoc casu inducit, ut presumatur eo animo deliberato & premeditato alienasse, ut facinus perpetraret. Nisi ergo is delinquens probet ex rixa inopinata deliquisse, uel iusto aliquo instanti dolore, condempnabitur quod animo premeditato deliquerit, & hoc procedere intelligitur, sicut omnes in d. l. post contractum. ibi Bar. nu. 8. Picus nu. 26. Io. Annibal. nu. 163. & Alcia. nu. 52. post Cy. Bal. & Sali. in l. post hac. C. de bonis p. scrip. & d. q. post alienationem bonorum in contentum delictum committitur, nam illa alienatio animum premeditatum arguit. & quod dicatur tempus incognitum, hoc in casu iudicis arbitrio relinquitur, ut tradunt Picus in d. l. post contractum. nu. 26. & ibi clarè Alcia. nu. 53. His declaratur noua Mediolani constitutio sub rub. de iure & privilegio fisci. ca. si quis unam, qua cautum est, fisco posse reuocare donata ab eo, qui post biennium animo deliberato homicidium perpetravit. Hæc constitutio solū disponit, quoad hoc, ut constituto de animo deliberato delinquentis reuocetur donata: sed non diffinit, an ex ea donatione inferatur delictum subsecutum, fuisse animo deliberato perpetratum, sed hoc in iuris cõis dispositione relinquit. Quod circa dicendum est, ut supra, quod si constat de rixa inopinata, donatio hæc nullam inducit presumptionem animi premeditati: si non constat de inopinata rixa, & post donationem incontinenti subsequitur homicidium, illa donatio arguet animum premeditatum: si uerò delictum sequitur per multum tempus post donationem, cessat hæc presumpcio premeditati criminis, sed eo probato et donata per biennium ante reuocatur ex illius constitutionis dispositione. quæ quidem in hoc declarat ius commune, nam ius commune reuocatur tempus subsecuti criminis in arbitrio iudicis quo ad reuocationem donationis: constitutio uerò illud tempus declarat, ad biennium usque.

49 Decima sexta coniectura in animi premeditati & deliberati considerari solet, cum iam præcessit inimicitia, & constat hunc inimicum occidisse sine præcedenti rixa in eo instanti, uel paulò ante. Ita declarat Blancus in d. l. si. nu. 89. ff. de quaestio. quo loci num. 163. hoc procedere intelligit in his, qui cum ipso inimico conuersantur. Nam, si unus horum conuersantium hunc inimicum sui socii occidunt, & non constat de aliqua alia rixa, presumpcio est, quod occiderit animo premeditato.

50 Decima septima coniectura in animi premeditati desumitur à iactatione, quæ hic, qui delictum commisit, antequam delinqueret, effudit, ut si quis iactet esse in sua manu occidere Caium, & eum

deinde uerè occidat, ex illa iactatione presumitur animo premeditato occidisse. Ita Blancus d. l. ult. nu. 184. de quaestio. idem sentit Casonus d. tract. malef. tract. 7. est in meo Codice sub pagina 41. num. 9. quod intelligo, nisi iam constet de instanti rixa, uel si iam paulò ante præcessit, ex relatis supra, & Cicero in oratione pro Milone: Vos ex M. Fauonio audistis Clodium sibi dixisse, & audistis uiuo Clodio periturum Milonem, triduo post idem tertium, gesta res est, quam dixerat cum ille non dubitaret aperire, quid cogitaret, uos potestis dubitare quid fecerit?

51 Decima octaua coniectura consideratur, obpropinquorum, uel amicorum assistentiam, ita Blancus d. l. ult. nu. 236. nam ubi non constat de instanti rixa uel paulò ante præcedenti, presumpcio est, quod hic delinquens cõsensus auxilio, ubi eo opus foret, astantium, eo animo accesserit, ut uerè delinqueret. quod fortius procedit, cum perpetrato facinore ab illis astantibus associatus fuit, ut uel aduersarios, uel curiam euaderet. & idem Blancus ibidem, nu. 202. idem esse ait, cum paratum habuit receptatorem.

52 Decima nona coniectura in inditium adferri solet huius deliberati animi ex geminata rixa: ita confiderauit Blancus d. l. ult. nu. 233. sed ego hanc uix probabo, quia si prima uerè fuit inopinata rixa, illa secunda, præsertim si eadem die subsequitur, creditur commissa calore iracundiæ, & feruentis sanguinis.

54 Vigesima & nunc ultima coniectura & inditium animi premeditati colligitur ex confessione extrajudiciali ipsius delinquentis, ut puta, si homicidio perpetrato extrajudicialiter confessus sit, quod animo premeditato occidit: ita scriptum reliquit Blancus in d. l. ult. nu. 304. ubi res hæc late explicat & declarat.

55 Quartus est, casus quando nulla præcessit causa, nulla ira, nullus iustus dolor, & unus alterum occidit, hoc dicitur, uerè & proprie sedato & premeditato animo, quod a fortiori ex relatis supra uerum esse intelligimus, & hoc in casu a fortiori locum hæt constitutio illa Mediolani sub rub. de penis, c. Homicida, & hoc tribus modis contingit pro insidijs, pro assassinio & proditionem, de insidijs, paulò ante diximus, ac de proditione, quid aut sit assassinium, attingimus supra in casu precedenti, nu. 20. de his nunc satis.

S V M M A R I V M.

1 Plures unum uulnerantes & interficientes quomodo puniantur.

2 Uulnus lethale illatum ab uno ex pluribus, illum solum civiliter obligat ex actione legis Aquiliæ.

3 L. i. de Mela. §. sed et si seruus. ff. ad l. Aquil. itelle. et.

4 Uulnus lethale illatum ab uno ex pluribus, illum solum uulnerantem ad penam corporalem obligat.

5 Statutum Veronæ lib. 3. c. 36. sub rubr. Quod de uno uulnere, declaratur.

6 Uulnera simul inferentes de ope & auxilio inuicem præstito inquiri possunt.

7 Uulnus lethale, si quis primo intulit, & alij deinde alia non lethalia, quomodo omnes teneantur civiliter & criminaliter.

8 Bartoli opinio confutata.

9 Statutum Papiæ 21. in criminalibus. sub rubr. de pena homicidij, an locum etiam habeat contra plures uulnerantes, & quomodo.

10 Statutum Brixie in criminalibus cap. 56. sub rubr. de pena

- pena homicidij, declaratur.
- 11 Uulnus inferens in rixa, & casu, quomodo teneatur, si alter deinde in totum exanimauit.
- 12 Uulnus non omnino certum ad mortem inferens, si alter in totum exanimauit, quomodo teneatur ex actione civili, & criminali.
- 13 Statutum Veronæ lib. 3. c. 36. sub rubr. Quod de uno uulnere, de quo quis, & c. declaratur.
- 14 Uulnerantes uulneribus non lethaliibus, quæ tamen simul mortem attulerunt, quomodo puniantur.
- 15 Iudicis arbitrio puniri inferentes plura uulnera non lethalia, quæ tamen simul mortem attulerunt.
- 16 Didaci & Placæ ratio una subuersa.
- 17 Uulnera plura lethalia a pluribus illata, si ignoratur quis primus uulnerauerit, quomodo oēs teneantur.
- 18 Iudicis arbitrio puniri plures uulnerantes lethaliiter, si ignoratur quorum primus uulnerauerit.
- 19 Pœna quæ sit contra plures, quorum unus occidit, si incertum est quis eorum uerè fuerit.
- 20 Statutum Parmæ sub rubr. de pœna homicidij, declaratur.
- 21 Statutum Bononiæ sub rub. de pœna homicidij, declaratur.
- 22 Statutum Tarnisii sub rub. de pœna homicidij, declaratur.
- 23 Uulnus lethale ab uno illatum in rixa, si ignoratur quis intulerit, solus rixæ auctor punitur.
- 24 Statutum Veronæ lib. 3. c. 36. sub rubr. Quod de uno uulnere & c. declaratur.
- 25 Pœna quæ sit contra plures, uulnerantes animo deliberato, si ignoratur quis uulnerauerit.
- 26 Delinquentes animo deliberato, & consulto grauius puniuntur.
- 27 Grammatici opinio consi. 5. nu. 7. reiecta.
- 28 Dicitio, quasi, ueritatis expressiua.
- 29 Constitutio Mediolani sub rub. de penis, c. Homicida, declaratur.
- 30 Statutum Veronæ lib. 3. c. 46. sub rub. Quod de uno uulnere & c. declaratur.

CASVS CCCLXII.

POENA QUÆ SIT CONTRA plures uulnerantes, tam in rixa, quam sedato animo, si uel ex uno uel ex pluribus uulneribus secuta est mors, plenè, & dilucidè explicatur.

Multis obducta tenebris longèq; difficillima illa est iuris quaestio, qua ambigitur, quomodo puniendi iij sunt, qui unam simul aliquè interfecerunt, Scio plura iudicis arbitrio tribui, uerum, quod tota hæc disputatio clarius elucescat, non grauabor in singulis casibus nostrâ, & aliorum sententiâ apponere, quâquâ non ignoret receptiores aliquos res hanc non ineleganter explicasse. Primus itaq; huius tractationis casus is est, cum unus a pluribus in rixa casuali, pluribus affectus uulneribus, occisus est: sed constat quod lethale uulnus est, & quod illud intulerit, tunc is solus, qui mortiferum intulit uulnus, homicida dicitur: ita quod ad civilem actionem, nempe ad damni emendationem ex lege aquilia dubio procul solus, ut homicida tenetur: ceteri uero eadè lege aquilia, tanquam uulnerantes tenentur, hanc sententiâ probat Bartolus, item Mela, §. sed & si seruum, ibi, &

si quidem apparet, cuius ictu perierit, ille quasi occiderit, tenetur, & lita uulneratus, §. idq; ibi, si non apparet, ff. ad l. Aquil. quibus quidem iuris locis adducti ita affirmarunt ex recentioribus Zasius lib. 2. singu. intell. c. 6. nu. 2. Didac. in rep. cle. si furiosus, part. 2. §. 2. nu. 3. uerf. 2. cal. de homic. & illius nomine pro more suo suppresso Petrus Placali, r. epit. delicto, c. 1. 2. nu. 5. quod ferè oia a Didac. surripuit, ij alios recensent, ut Bonifacius Vitali, in tract. de insultib. & percussio. col. 7. res satis clara hoc capite est. Quo uerò ad pœnam corporalem id, quod dicitur est, ut is, qui uulnus lethale intulit, teneatur lege Cornel. de sic. tanquam homicida, ceteri uerò tanquam uulnerantes, quod clare probat l. si in rixa, ff. de sicar. & ibi in specie Bar. nu. 10. uerf. f. uerò percusserrunt, quem secutus est Gramma. consi. 4. num. 2.

Hæc iuris, & doctorum sententiâ in pœna legis Cornel. locum obtinet, ut puniatur quidem, sed non ita grauius, ut is qui ex proposito occidit: nam hoc in casu lenienda est pœna, ut probat l. 1. in prin. ibi, leniendū pœnâ eius. ff. eo. ad l. Cor. n. de sic. sic pariter hæc doctrina locum obtinere debet in statutorum sanctionibus, quorum altero homicida, altero uero uulnerantes puniuntur penis diuersis, quod sanè statuta ubiq; locorum ferè uigent, ut Veronæ l. 3. c. 36. sub rub. Quod de uno uulnere, & illud tamen est hoc loco adnotandum, hostia solum uulnera inferentes teneri de auxilio dato, & ope, præter pœnam uulneris. Ita Bar. d. l. si in rixa, num. 10. uerf. tñ aduerte. Gramma. d. consi. 4. nu. 2. quod uerum intelligit Marfil. in d. l. si in rixa, n. 25. si modò ij uulnerantes eo animo hunc homicidam associarunt, ut illi ad delictum perpetrandum auxiliū præstarent; ut apud illum, qua de re supra suo loco egimus.

Secundus est casus, quod cum in rixa a casu unus primo mortaliter uulnerauit, deinde alij alia uulnera haud lethalia intulerunt. Quod ad pœnam civilem, hoc est, quo ad damni emendationem ex lege aquilia oēs de occiso teneri, sentit Bartolus in d. l. si in rixa, nu. 10. uerf. quod; apparet cuius. ea ratione mouetur, quia licet uulnera hæc secundo loco illata pro se mortifera non essent, attamen, cum iam corpori debilitato illata forent, lethalia censentur. l. qua actione. §. sed & si quis seruum. cū l. ita uulneratus. §. 1. ff. ad legem aquil. ita quod ad actionem civilem Bartoli doctrina procedere potest, & mecum sentit Aegidius Bossius tracta. causarum criminalium, titulo de homicidio, nu. 24. quod clarior apparebit ex his, quæ in casu sequenti referentur. Verum, quod ad pœnam corporalem afflictiuam ex lege Cornelia cum Bartolus non sentio, quomodo uult lex illa ictus uniuersusque debere contemplari, d. l. si in rixa, quod intelligo uerum esse, nisi ex qualitate armorum, & facti cõster hos secundo loco uulnerantes habuisse occidendi animum, quia tunc omnes tenentur de occiso. l. 1. ad l. Cornel. de sicar. & in hac declaratione locum habere potest Bartoli sententiâ. Quod uerò ad statuti dispositionem posteriores ij uulnerantes tenentur etiam ut homicidæ, quia & si immediate ipsi & principali ter non occiderint, nihilominus in causa, & ipsi fuerunt, ut is moreretur. Nam fortè adhuc is uulneratus poterat reualescere: si quidem, & multi reperiuntur, qui grauissimis affectu uulneribus, medicorum cura, & diligentia incolumes redditi sunt. licet enim adhuc uiuis bene sperare: ut apud Poetam Vergilium: Dum uiuis sperare decet, quod multis confirmat.

- 9 mar is Placa d. Epito. delict. cap. 12. nu. 14. † statutum ergo Papię 21. in criminali. De pœna homicidij, locum ẽr obtinebit contra hos uulnerates, mortẽque inferentes. ita etiam, & fortius hoc in casu procedit
- 10 † statutum Brixie in criminalibus, c. 56. sub rubr. De pœna homicidij. Nã, cum statutum illud puniat de homicidio, auxilium & opẽ ferentes homicidio, hoc in casu fortius locum obtinere debet, cum nõ modò simplex auxilium præstitũ fuerit, uerũ etiã factõ ipso illata sint uulnera, quã morti causam præstiterũt.
- Tertius est casus, cum in rixã a casu unus ita mortale uulnus intulit, ut certũ eẽt ex illo uulnere illũ moriturũ, & alter deinde in totũ examinauit, hoc in casu, quo ad actionẽ ex lege aquilia fortius dicendũ est, q̃ in casu iã relato, ex d. l. ita uulneratus, §. 1. ibi, igitur si q̃ seruo mortiferũ uulnus inflixerit, eundẽq; alius ex interuallo ita percusserit, ut maturius interficeretur, q̃ ex priore uulnere moriturũ fuerat, statuẽdũ est utriusque eorũ lege Aquilia teneri, quã qdẽ sensũ ad d. l. ita uulneratus p̃barunt, gl. ibi in uer. teneri, & Floria. Afflictus in cõstitũ. Neap. rub. 13. nu. 26. & cõmunẽ testatur Di. d. cle. si furiosus, d. §. 2. part. secundã. nu. 4. q. Capollã cautel. 5. las. in l. si ab hostibus, nu. 9. solut. matr. & Ludou. Carerũ in Practica criminali. De homicidio §. 2. nu. 68. & alios recenser. Quo uerò ad pœnam ex lege Cornelia, quod ẽt ad statutariam, idem & fortius dicendum est qdẽ supra, nõ pẽ de occisione oẽs teneri: quandoquidem effectus ad occidendũ concurrat, cum tamen in rixa hoc euenit, leniẽdã pœna erit. d. l. j. ad l. Cornel. de sicar.
- 12 Quartus est casus, cum in rixa a casu unus mortale quidem uulnus, sed non omnino certum ad mortem intulit: alter uerò in totum examinauit: tũc quod ad actionem ciuilem ex lege aquilia is primus, qui uulnerauit, solum de uulnere tenetur: secundus uerò de morte illata. ita intelligunt Doctores nostri text. l. item Mela. §. Celsus scribit, ad l. Aquil. ita inquam glo. d. l. ita uulneratus. & ceteri in casu præcedenti relati. Vnus tantum Zasius lib. 2. sing. intellectu. ca. 6. à ceteris dissentit: nouãque distinctione conciliat. d. l. itẽ Mela. §. Celsus, cum d. l. ita uulneratus. quam quidẽ distinctionem rescit Didacus loco iam citato, hanc conuentionem nunc non refero; sed solum una cum communi pertranso. Quo uerò ad pœnam corporalem ex lege Cornelia, dicendum est ambo teneri, cũ ita unus ac alter eo animo uulnerauit, ut occideret. Quo uerò ad pœnam statuti dicendum est, illum primum non teneri de occisione, cum dubium esset, an is uulneratus moreretur, uel non. Nam statuta, quã homicidam puniũt de proprio homicida intelliguntur, quod non conuenit huic uulneranti, id quod an
- 13 notandum est ad interpretationem statuti Veronã lib. 3. ca. 36. Quod de uno uulnere de quo quis, quo scãcitum est, esse solum unum condemnãdum de homicidio, cum solũ uulnus est illatum: procedit etiã si duo essent uulnera, sed eorum unum nõ mortale. cũ statutum solũ consideret uulnus p̃bẽs causã morti.
- 14 Quintus est casus, cum in rixa casuali plures unũ uulnerarunt: & licet singula uulnera lethalia non essent, attamen omnia simul iũcta mortem attulerũt: tunc quod ad actionem ciuilem omnes de occisione tenentur, ex l. ita uulneratus, in fi. & ex litem Mela. §. si seruus trahem. ff. ad l. Aquil. & est i argumentum,

- l. si plures. ff. arbor. furt. ca. sa. quibus iuribus adductũ idẽ sensũ, quoad pœnã legis Corneliã Bar. in d. l. si in rixa. nu. 10. uerf. q̃nq̃ nõ p̃t apparere cuius ictu q̃s decessit. idẽ affirmat Fel. in c. significasti. nume. 10. de homicid. post Cardin. & Ioann. de Anan. ibi Afflictus in cõstitutio. Neap. l. j. rub. 13. nu. 27. Carerius in pract. criminal. titulo De homicidio. §. 2. nu. 66. & Di. d. cle. si furiosus, 2. parte. §. 2. nu. 4. uer. quarta cõstituitur. de homicid. sed, an hæc pœna legis Corneliã ordinaria eẽ debeat hoc i casu, uel extraordinaria atq; iudici arbitraria, dubitat nostri. Ale. cõf. 15. nu. 4. uerf. quintò moueor, l. j. respõdit eẽ extraordinariã, atq; ita sensisse Oldrad. Ancharanũ, & Salicetum refert. quã quidẽ sententiã (nisi armorum genus occidendi animũ ostendat) ueram esse opinor: ex quo casualis rixa arguit animũ non occidendi: leniẽda ergo erit pœna. d. l. i. in principio, ad l. Cornel. de sicar. Accedit, non esse omnino certum quis uerẽ occiderit: ita ut uniuscuiusque ictus cõtemplari possit: ne ergo puniantur innocentes pro nocenti extra ordinem pœna pecuniaria puniendi sunt. Nec obstat una oratio Didaci, qui contrarium sensit loco iam relato, nempe omnes percussisse, & ex percussione illum mortum esse, & ob id certum esse oẽs percussores eum occidisse, quam etiam rationem tacito Didaci nomine sibi uindicauit Placa d. c. 12. nu. 4. qm̃ respõdeo, immo certum non esse omnes occidisse: si qdẽ duorum fortẽ percussio iam mortem attulerat, cum tertius & quartus manũ intulit. Rursus, cũ primus uulnerans nõ uulnerasse certum sit, is pœna ordinaria legis Corneliã teneri nõ debet, sed potius qdẽ inde uulneratũ: & cum incertum sit quis primũ, et quis secundus fuerit; sequitur ob incertitudinẽ neminẽ pœnã capiti, sed extraordinaria iudicis arbitrio puniendos esse omnes, id quod & in statuto locum habet, ut sensit Alexander. adnotandum itaque hoc est, maximẽ ad relatorum statutorum Brixie & Papię, De Pœna homicidij, interpretationem: ut pœna illorum ordinaria cesset hoc in casu.
- 17 Sextus est casus, quando in rixa a casu plures plura lethalia uulnera alicui intulerunt, ignoratur tamẽ quod uulnus primum illatum fuerit: atque ita per consequens cuius ictu is primum sit occisus. Quod ad actionem ciuilem dicendum est, ut in casu præcedenti diximus, ex litem Mela. §. si plures, ad l. Aquil. & d. l. ita uulneratus. §. idem. immo à fortiori dicendum est omnes teneri. Euerard. in centuria legalĩ, in argumento 77. a ciuilibus ad criminalia. Quod uerò ad pœnam legis Corneliã, ubi occidendi propositum non sit clarum, dicendum est omnes teneri: ita sensit Gramma, cõf. 4. num. 1. sed an pœna ordinaria uel extraordinaria iudicis arbitrio & uerẽ dicẽdum est, pœna arbitraria; cum incertum uerẽ sit cuius primo ictu occisus ille sit. licet enim uulnera mortifera omnia sint, attamen cum homo semel tantũ mori possit, qui primum uulnus intulit, is uerẽ occidit: ceteri uerò, qui deinde percusserunt, nõ hominem, sed cadauer potius percussisse dicuntur: cum ergo incertum sit quis eorum primus manũ intulerit, omnes pœna arbitraria tenebuntur. Idem & fortius dicendum est i pœna statuti, cum in illis magis stricta interpretatio sumatur. erunt ergo statuta interpretanda de uero & proprio homicida; qui cum ignoretur, illorũ

nemo

- nemo homicidij pœna ordinaria cõdemnãdus erit.
- 19 Septimus est casus, cum certum est unum ex pluribus in rixa casu exorta aliquem interemisse, nec tamen constat quis eorum occiderit. Quod ad ciuilem actionem ex lege aquilia omnes de occisione tenentur. litem Mela. §. si plures, i. fi. & l. ita uulneratus. uer. idque est consequens. ad l. Aquil. Bart. l. si in rixa, nu. 10. uerf. constat enim, ad l. Cornel. de sicar. & ibi Marsil. nu. 5. Alex. cõf. 15. nu. 1. 2. lib. 1. & cõf. 14. nu. 7. 8. lib. 3. & Ruyn. cõf. 20. nu. 4. 5. lib. 1. qui declarat non procedere de æquitate in foro conscientiã. Quod uerò ad pœnam corporalem nullus homicidij pœna ordinaria puniatur, ita affirmat glo. litem Mela. §. sed si seruus plures, ad l. Aquil. & gl. in cap. quiescamus. 42. dif. Dyn. in c. i. obscuris. nu. 3. de reg. iur. in 6. Alber. tract. statutorum parte 3. q. 6. r. qui illam facti speciem recenser, quando aliquis in domo, quã multi inhabitant, interfectus reperitur, uerus homicida ignoratur: uerum est (inquit Albericus) pœna ordinaria homicidij plectẽdum esse, iam. n. diffinitũ fuit, his accedunt Dec. in l. fauorabiliores. num. 6. de reg. iur. Mars. in l. 1. in princ. nu. 90. & in l. si in rixa. nu. 5. ff. ad l. Cornel. de sicar. idem in rubr. C. de proba. nu. 437. idem cõf. 24. nu. 6. & cõf. 43. nu. 29. Boss. trac. causarum criminalium, tit. De homicid. nu. 26. & plures summam congescit Tiraq. tract. De pœnis legum, causa pen. & Dida. d. cle. si furiosus, 2. parte. §. 2. nu. 5. de homicid. Ea ratione in primis mouentur: quoniam melius est nocentem impunitũ relinquere, q̃ innocentem condemnare. l. absentem. ff. de pœnis. posset etenim is, qui innocens est, illius loco puniri, qui uerẽ occidit. Accedit & illa ratio, quia ubi iudex ex præsumptionibus procedit in criminalibus, quamuis præsumptiones illæ, ut multum efficaces ad condemnationem ciuilem sufficere uideantur, nõ tñ sufficiunt ut cõdẽnetur criminaliter. c. afferte gladium, de præsumpt. hanc rationem perpendit Alex. cõf. 15. nu. 3. lib. 1. qui & in hac facti specie affirmat, inquiri de homicidio hos non posse: atque ita is declarauit † statutum ciuitatis Parme, De pœna homicidij, quo circa inquit eo loci Alexand. nu. 4. ex aliorũ sententiã hoc in casu pœnã iudicis arbitrio esse indicendã. Idem clarius affirmat Alb. d. tracta. statutorum. parte. 3. q. 6. 1. Paris. cõf. 148. nu. 3. lib. 4. Marsil. in. 217. Gram. cõf. 5. nu. 8. & uoto 24. nu. 23. & Di. d. cle. si furiosus, parte 2. §. 2. n. 5. de homicid. & Petrus Placa lib. 1. epito. delicto. c. 12. nu. 7. Poterit, tamen iudex noster reos oẽs q̃nibus & tormentis subijcere, ut inde, si fieri p̃t, ueritatem eruat, quorum alter lethale uulnus intulerit: ita censent Marsil. in l. 1. §. Diuus. nu. 52. ff. ad l. Cornel. de sicar. Placa d. ca. 2. num. 1. 2. post Decium. l. fauorabiliores. nu. 7. de reg. iur. atque ita statuta uniuersã Italia: De pœna homicidij interpretari possunt. quemadmodum statutum Parmense interpretatus est. Alex. d. cõf. 13. † Bononienſe, Mars. d. cõf. 24. & statutum Taruſinum. Ancha. cõf. 216. Nos.
- 23 Octauus casus est, † quando in rixa a casu a pluribus solum lethale uulnus illatum est, & ignoratur a quo: certum tamen est quis rixã auro fuerit: tunc is solus auro rixã homicida præsumitur, & solus, ut talis, condemnatur; ceteri uerò de ope & auxilio tantum. Ita sensit Cyn. in l. quoniam, col. pen. C. ad l. Jul. de ui. Bonifacius Vitalinus tract. De insultib. & percussio. nu. 15. Gand. tract. homicid. col. 7. nu. 17. Marsil. in pract. crim. §. constante: nu. 77. & late Placa d. lib. 1. epito. delict. c. 12. num. 3. qui multos congescit. quod est summo opere annotandum pro interpretatione † statuti Veronã lib. 3. c. 36. sub rub. Quod de uno uulnere. Est illo statuto cautum, prætorem posse per cõiecturas & præsumptiones iudicare, quis plurimum occiderit. hæc ergo præsumptio probabilis est.
- 25 Nonus est casus, † cum plures cõsultò daraque opera, (ut uulgo dici solet) animo sedato & deliberato aliquem aggressi sunt, ut occiderent: isq; interemptus ex uno solo illato uulnere occisus ẽ, & ignotus quis illud intulerit: tunc quod ad ciuilem actionẽ omnes teneri dubium nõ est, ex litem Mela. §. si plures, ibi, quod si non apparet, ad l. Aquil. & l. 1. §. ult. ff. de ijs, qui deiecer. uel effud. Quod uerò ad pœnam homicidij criminalem ex lege Cornelia omnes ẽt teneri censuit glo. l. si in rixa, in fi. ff. ad leg. Cornel. de sicar. nec ibi dissentiunt Bar. & Ang. col. 1. Cynus & Salic. in l. quoniam, quæst. ult. C. ad l. Jul. de ui. Gand. d. titulo De homicidio. Marsilius singu. 217. Ter. uel quarter. in sine. Blancus trac. De indicijs, nu. 227. Carerius in pract. crim. tit. De homicidio. §. 2. nu. 68. 75. Gram. cõf. 4. nu. 7. cõf. 5. nu. 4. clarius Molinæus in addit. ad Alex. d. cõf. 15. nu. 4. in uerbo si plures, l. 1. Did. d. cle. si furiosus, part. 2. §. 2. n. 3. de homic. qui & eiuſdem sententiã retulit Afflictũ in cõstitutio. Neap. lib. 1. Rub. 13. nu. 28. idẽ scribit Placa d. l. 1. epito. de li. c. 12. nu. 1. quã quidẽ opinionem probat l. 1. Diuus. & l. si in rixa, a sensũ contrario. ff. ad l. Cornel. de sicar. & uerẽ hoc in casu pœna ordinaria indicenda est, quẽadmodũ relati interpretes sentiunt, præsertim Didacus, qui clarẽ hoc affirmat. quam sententiã
- 26 illud cõfirmat qdẽ grauius puniendus is est, qui † cõsultò & data opera deliquit, q̃ qui casu: quemadmodũ scribit Plato dialogo nono de legibus. Maiora uerò supplicia illis decet imponere, qui cõsultò per iram interfecerunt: illis contra qui repente, & inconsultò leuiora. nempe quod grauiori malo simile, asperius, qdẽ uerò leuiori, mitius puniendũ. & in præcedẽti casu dixi. Quo circa uera non est opinio Gram. d. cõf. 5. nu. 7. uerf. & sic ex præmissis. & cum quo uisus est sentire Placa d. c. 12. nu. 1. uerf. Ceterum pœnam hanc esse arbitrariam. Aduersatur etenim hæc opinio relatis iuris locis. Quod uerò ad pœnam a statutis indictam, sensit Bar. in d. l. si in rixa, num. 10. uerf. sed hic insurgit dubium. & clarius Molinæus in anno. ra. ad Alex. d. cõf. 15. nu. 4. lib. 1. omnes ea pœna ordinaria puniri, cum uerum sit omnes percussisse. d. l. item Mela. §. sed si seruus plures, ad l. Aquil. ubi illa
- 28 † dictio, quasi, est ueritatis expressiua. uerum opinor uerẽ, & propriẽ non censerì omnes homicidas, ut supra attigimus. dicendum est ergo, non posse puniri omnes pœna ordinaria, nisi statutum idem disponat, quod lex Cornelia de sicarijs, hoc est, nisi deliberatũ animũ atque conatum puniat, id quod est multis in locis constitutum. & si Bar. in d. l. si in rixa, nu. 3. & Alex. d. cõf. 15. nu. 2. scriptum reliquerint, statuta Italia: solũ punire eos, qui propriẽ occidunt. ita caurum est constitutione noua Mediolanensi sub rub. De pœnis. c. homicida. sic clarius, & expressius relati
- 30 † statutum Veronã lib. 3. cap. 36. sub rub. Quod de

Fff uno

uno vulnere, de quo ibi, salvo q hoc statutū non habeat locum in homicidijs penatē. & alia attuli supra in casu 360. ubi latissime egimus quomodo, & quando conatus puniendi sint, & casus iste noster ita formatus locum fortius habet, & in ceteris iam propofitis, cum manus aggressores intulerunt, sine modo lathalia, sine non mortifera vulnera illata sunt.

SVMMA RIVM

- 1 Aggressor quis presumatur.
2 Iudicis arbitrio relinqui quis dicatur aggressor.
3 Aggressorem presumi qui iam alijs laesus fuit.
4 Aggressorem presumi, qui expectabat in loco rixę.
5 Ciceronis locus in oratione pro Milone.
6 Aggressorē illum presumi, qui aduersario fortior est.
7 Fortior altero quomodo quis credatur.
8 Fortior altero presumitur ratione qualitatis armorū.
9 Fortior is creditur, qui in scrimia peritior est.
10 Fortior creditur quis ratione sociorū, quos secū hēt.
11 Ciceronis locus pro Milone.
12 Aggressor is presumitur, qui sui natura rixosus est.
13 Aggressor presumitur is, qui fugientem prosequitur.
14 Aggressor presumitur, qui grauius deinde vulneratus reperitur.
15 Aggressor presumitur, qui in rixa mortuus deinde reperitur.
16 L. scientiam, s. cum stramenta. ff. ad legem Aquiliā. intellectus.
17 Aggressor cum ignoratur, ambo absoluuntur.
18 Aggressor et si ignoretur, attamen quod ad fiscum ambo condemnantur.
19 Iudicis arbitrio ambo rixantes puniuntur, si aggressor ignoratur.
20 Innocent. in c. significasti, de pœnit. & remiss. declaratur.

CASVS CCCLXIII.

AGGRESSOR QVIS EX DVOBVS contententibus, & rixantibus presumatur; & de eorum pœna, cum ignoratur omnino quis uerē aggressor fuerit.

NON modò superiore casu, sed & alijs pleriq; in locis iam relatis de aggressorum pœnis tractauimus, nunc, ut loco satis opportuno dicendum nobis est, qd in dubio ex duobus, uel pluribus aggressor presumatur. Alciatus maximi nominis Iurifconsultus tract. psumpt. reg. 3. psumpt. 39. nu. 4. scribit, hoc a coniecturis, & psumptionibus pendere: & ob id esse in iudicis arbitrio. Verū, quò iudex rectius intelligat, quò suum arbitrium proferat, subijciam aliquas cōiecturas, & psumptiones, quibus demonstratur, quis presumatur aggressor, & rixę promotor.

- 1 Primò ist' aggressor presumitur, qui aliqua iniuria, uel uulnerib; iā affectus fuit: si quidem psumptio est, quò deinde uindictę gratia inimicum aggressus sit. ita docuit Felin. in c. dilecti. nu. 14. de except. & responderunt Cæpo. cōf. 8. uers. octauò subest. Alex. cōf. 14. nu. 9. lib. 3. Gram. cōf. 29. nu. 16. quos secutus est Blancus in praxi criminali, in ult. parte, q in cipit, Tertia pars defensionis, nu. 14.
2 Secundò aggressor is psumitur, qui armis munitus ad locum accessit, & ibi inimicum expectauit: si

quidem ex hoc psumitur futuram rixā expectare ita respondit Cæpolla cōf. 28. & seq. ex l. 3. §. u. u. posidere, ff. de ui & ui arm. ibi, qui in hoc ipsum aptat & preparatus ueniat. quam sententiam probat locus 5 Ciceronis in oratione pro Milone, dū nititur ostendere, Clodium aggressum fuisse Milonem, quoniā Milo inermis, Clodium armatus expectabatur. Clodium equo, Milo Rheda uehebatur, ab hac opinione non dissentit Blancus pœnitato loco nu. 16. qui ex eodem Cæpolla scribit, hoc maxime locum habere, si is expectans uisus est primus gaudium educere, uel pallium, ut fieri solet, brachio inuoluere.

6 Tertiò is psumitur aggressor, qui aduersario fortior ualidiorq; cognoscitur: ita Cæpolla cōf. 28. uers. decimò. & ultimò. & cōf. 29. Blanc. pœnitato loco. Alciat. d. psumpt. 39. nu. 4. Boer. q. 237. nu. 2. Soc. iun. cōf. 36. nu. 6. li. 2. Crau. cōf. 119. nu. 9. & alij plures, quos nunc referam. Vnus autem altero 7 fortior & ualidior dicitur, uel respectu suę personę tm, uel etiam sociorum. respectu suę personę fortior dicitur qui est audacior, & robustior. l. 1. C. ad l. Corn. de sic. Cæpol. d. cōf. 28. uers. decimò. & Blancus, qui supra num. 23. Alciat. d. psumpt. 39. nu. 4. uers. 3. tolleretur. Gram. cōf. 29. nu. 18. qui fortior rem existimat iuniorē. Sic etiam 8 dicitur fortior habita ratione qualitatis armorum, ita respondit Cæpol. d. cōf. 28. uers. 6. qualitas armorum, & cōf. 29. uers. 8. qualitas. Blancus loco iam sepius citato. nu. 18. & nu. 19. subijcit, post Marfi. cōf. 51. nu. 46. hoc maxime euenire, quando unus est omnino inermis, & alter optimè munitus. quod sensit, & Alciat. d. psumpt. 39. nu. 4. uers. 3. tolleretur. ubi post Cæpollā d. cōf. 28. uers. 8. scribit, eū fortiorē dici, qui in scrimia peritior est. Respectu uerò sociorum 9 ist' fortior dicitur, qui multò plures secum habebat, q̄ alter. ita Marfi. cōf. 51. nu. 46. quem secutus est Blanc. qui supra nu. 17. hęc coniecturam confirmat

- 11 locus Ciceronis in orat. pro Mil. Insuper est Clodium Miloni, non Milo Clodio, ille cum feris robustis, hic cum mulierum comitatu: ille equo, hic theda: ille expeditus, hic penula irretitus.
12 Quartò is psumitur aggressor, qui sui natura rixosus est & solitus rixari: ita Card. in clem. 1. q. 33. de homicid. Alciat. d. psumpt. 39. nu. 4. uers. 2. tollitur. Blanc. pœnitato loco. nu. 2. Boer. q. 237. nu. 2. & Soc. iun. cōf. 36. nu. 6. lib. 2. Gram. cōf. 29. nu. 16. & uoto 22. & 24. ita etiam multis Clodium uirū nequam & rixosum conatur ostendere Cicero pœnitato oratione pro Milone. atque ita deinde ipsum Clodium aggressorem fuisse.
13 Quintò aggressor ille psumitur, qui fugientē, uel se retrahentem, auxiliumq; impetrantem prosequitur: ita Inno. in c. significasti, de homic. Blanc. q supra nu. 21. qui & Cæpollam cōf. 29. retulit. idem docuit Bald. in l. 1. nu. 7. C. unde ui, quem secutus est Alciat. d. psumpt. 39. nu. 4. uers. 4. colligitur.
14 Sextò aggressor is psumitur, q̄ deinde grauius uulneratus reperitur, ita Blacus loco iā relato nu. 24. post Bolog. cōf. 37. Cæpollā cōf. 29. & Gram. cōf. 62. in fine. qui eiusdem opinionis recensent Cardinallē, & Alber. arg. l. scientiam. §. cum stramenta. ff. ad l. Aquil. uerū Corn. cōf. 51. lib. 1. aliter sensit.
15 Septimò, aggressor is psumitur, qui i rixa mortuus

uus deinde reperitur. ita Io. Fabri in §. ius autem gentium. nu. 8. Instit. de iure natura. gent. & ciuil. Alber. in l. 1. §. cum arietes. si quadru. paup. fec. dicatur. post Iacob. Ra uenatem ibi. Felin. in cap. dilecti. num. 14. idem sensit Alciat. d. psumpt. 39. & latè eandē probauit sententiam Boer. q. 237. col. ult. qui & alios re 16 tulit. Hanc opinionem probant ex arg. l. scientiam. §. cum stramenta. ff. ad l. Aquil. uerū illi respondent Doctores, pœnitato Boer. d. q. 237. num. 3. ibi casum esse fortuitū, quia cū ambo current ad extinguendū ignem stramenta comburentem, ambo inter flamas ceciderunt, & eorum unus combustus est, alter non tenetur. ibi ergo non hominis culpa, sed casus fortuitus consideratur. ea ergo ratione melius probatur, q̄ cū incertum sit, quorum alter ex his duobus fuerit aggressor, & aggressus, superstes absolueudus est; cū fatius sit nocentem absolueudum, q̄ innocentem condēnare. l. absentem. ff. de pœnis. ratione etenim dubij nemo damnatur, ita censuit glo. l. 1. in uerbo, prohi bebitor. C. uti possid. & glo. notab. in l. 1. §. cum arietes. ff. si quadru. paup. fecit. dica. quæ affirmat, q̄ si ex duobus, qui se inuicem uulnerarūt, & incertum est, quorum alter aggressor, & rixę autor fuerit, ambo absoluuntur. quā quidem glossā secutus est ibi Bar. & Io. Fabri d. §. ius autem gentium. nu. 8. Instit. de iure natura. gent. & ciuil. alios recenset & probat Alciat. d. psumpt. 39. nu. 2. uers. sic. sed quidquid. Tiraq. tract. De pœnis legum, causa 62. & tract. De iure primog. q. 17. opin. 6. nu. 17. & opinionem illius glossę secutus est amplissimus Senatus Mediolanēsis teste Iulio Claro lib. 5. sent. iur. §. fin. q. 60. uers. uidi ego. qui declarat relaram doctrinam uerā esse, ut intelligit Bal. 18 in l. ut uim. num. 10. de iust. & iure, quò ad interestē ipsarum partium, non autē quò ad pœnam fisco pendendam, quā ambo nō effugiunt: qm̄ respectu reipub. non cōpensatur dolus cū dolo. Bald. secutus est Boer. d. q. 237. nu. 2. uers. & hanc partem, qui & alios per plures refert. illis addo Paris. in c. dilecti. n. 37. de except. post Felin. ibi, nu. 16. & hoc in casu sic intelligi poterit doctrina eiusdem Bal. in d. §. cum arietes, & ibi Floria. ac Ang. Atet. in tract. malef. in uerbo, Et dicitur Titius se defendendo. nu. 13. & ibidem in illius addit. August. Ariminen. qui dixerunt, immo utrunque puniendum esse, potest in quā intelligit erga fiscū ut diximus. pœna autem (mea quidem sententia) solū erit pecuniaria arbitrio iudicis, qui potius excessū, 19 q̄ dolum considerabit: alioqui fieri posset, ut innocens & minimè dolosus puniatur. Sed ad rē, uera itaque est hæc sententia, aggressorem presumi illum, q̄ occisus fuit. Nec aduersatur doctrina Io. And. in ca. significasti, de pœnit. & remiss. Bald. in cap. 1. de pace tenen. & aliorum, quos refert Alciat. d. psumpt. 39. nu. 3. qui affirmarūt, immo homicidam presumi aggressum fuisse interfectum: quoniam, ut admonet Alciatus, procedit, quando aliqua ex relatis cōiecturis militat contra hunc homicidam. ut si homicida fuit prius iniuria affectus si in loco aduersarium expectauit, aut si eo fortior erat. si uerò contingat, has coniecturas cessare, tunc iudex poterit homicidam quaestionibus subijcere, ut ex illius confessione inde rei ueritatem eruat: ita Boerius d. quæst. 237. in fine, quòd si in tormentis erit (inquit Boerius) constans, liberabitur. Ego intelligo illum absolueudum, tam-

quam non fuerit aggressor, sed opinor postmodum esse puniendum ob excessum in defensione commissum, nisi probet, se periculum aliter euadere non potuisse, quā aduersarium interimeret. quia de re latè supra in casu 295. diximus.

SVMMA RIVM.

- 1 Castigatio inferiorum concessa est maioribus.
2 Dominus seruum castigare potest.
3 Pater filium castigare potest.
4 Pater qui uirga parcat, filium odit.
5 Castigare possunt propinqui maiores suos ppinquos inferiores.
6 Frater fratrem castigare potest.
7 Senex iuuenem castigare potest.
8 Maritus uxorem castigare potest.
9 Uxorem esse uiro subiectam.
10 Praceptor discipulum castigare potest.
11 Abbas monachum castigare potest.
12 Castigationem moderatam Abbati in monachum esse concessam.
13 Iudicis arbitrio relinquitur, q̄ moderata sit castigatio.
14 Iudicis arbitrio punitur excedens moderatam castigationem.
15 Platonis lex ex castigatione patris in filium, & de pœna excessus castigationis.
16 Statutum Ferrariae lib. 3. sub rub. Quò liceat uerberare famulos, filios, & c. declaratur.
17 Statutum Patavinum, sub rubr. de uerbis iniuriosis, cap. 1. in fi. declaratur.

CASVS CCCLXIII.

CASTIGATIO QVÆ CONCESSA SIT superiori in inferiorem, & de pœna excedentis moderatam castigationem.

CONcedunt leges, & iura oīa maiorem suam inferiorem errantes castigare. ita. n. seruos castigare licet. Eccles. 33. Seruo maliuolo torturam & compedes iniice. & Romanorum legibus sancitum fuit. Alex. ab Alex. lib. 3. dierū genial. c. 20. ita ēt deinde sã ciuit ac cōstituit Constantinus in l. j. C. de emend. seruo, q̄ d intelligit gl. c. sicut alterius, i uerbo, iudicari. 7. q. 1. latè Alex. cōf. 76. nu. 1. li. 3. Maria. Soc. sen. in c. cū contingat. col. 5. de foro comper. uers. circa tertium prin. articulū. quo loci ait sic patrem posse, immo debere filium moderatè castigare. Nā, ut Prouerb. 13. scribit Salom. Qui parcat uirga filium odit. idē scribit Alc. tract. psumpt. reg. 1. psumpt. 3. eandē potest statē castigandi inferiores propinquos concesserunt Imperatores Valenti. & Valens in l. 1. C. de emend. ppinq. quo loci in specie annotauit Bal. seniorē posse castigare ppinquū iuniorē ludentē, nec ex eo posse, uel accusari, uel puniri. Idē quoq; in fratre seniore castigante fratrem iuniorē. q̄ post alios adnotauit Tiraq. in tract. De iure primog. in praefatio. nu. 141. qui post Ang. cōf. 197. Quidam puer, ad fi. & Cra. cōf. 131. nu. 17. idem esse censuit in fratribus non coniunctis, qui iuniores corrigere ac castigare impunè possunt, immo & debent ex antiqua lege Lycurgi, ut in illius uita scribit Plutarchus, & Plato in suis legibus lib. 9. ait: Decet iuuenem a seniore uerberatū, id ob senectutis reuerentiam patienter ferre.

8 Eadem potestas data est marito in uxorem, id quod pbat Signorolus Homodeus conf. 63. Titius calce. nu. 1. ex l. si adulteriu. §. Imperator. ff. de adulter. Alex. conf. 114. nu. 2. lib. 4. ubi plura. Alciat. d. psup. 3. in fi. & alia scribit Dec. l. ut uim. nu. 2. de iust. & iure. & recte: nam mulier sui uiri potestate est & eius legibus alligata, quod multorum autoritatibus pbat Tiraq. trac. 10 De legibus conub. l. 1. nu. 8. Ita et conceditur pceptorum correctio ac castigatio discipulorum, quemadmodum pbat l. sed & si quemcunque. §. ult. cu. l. seq. ff. ad leg. Aquil. & ibi scribunt Bar. Bal. & Floria. quos est securus Neuz. cofi. 73. nu. 5. Julius Clar. li. 5. sent. 11 iuris. §. fi. q. 5. uerf. pot. et. Sic est Abb. monachum suum corrigere ac castigare det. c. cu. uoluntate. §. ult. 12 de sentent. excoc. quod intelligitur de moderata castigatione a se ipso, uel urgente necessitate per ministrum inferenda, cui uerf. tit. eod. tit. de sent. excoc. & egregie declarat Curt. sen. cof. 80. Super art. an Abb. Dec. d. l. ut uim. nu. 2. Castigatio tamen haec & correctio, quae moderata est det. d. l. sed & si quemcunque. §. ult. & l. seq. ad l. Aquil. iudicis arbitrio relinquitur. ita Signo. d. cof. 63. nu. 2. qui nu. 6. & 7. refert, iudicem posse per coniecturas arbitrari, an moderatus castigatio nis modus excessus fuerit, ut si ferro, & non ligno percussit, & si ligno, quantum acriter & dure, & qua in parte corporis, quare eo loci respondit Signorolus, uirum, qui calce uxorē percussit, non teneri de homicidio, cum illa percussio ordinata non est ad mortem, cum ex culpa potius, quam ex dolo proveniat, ob per multas rationes, quas considerauit Signo. ibidem nu. 7. 8. 9. sequitur ergo maritum illum excedere modum castigationis esse solum puniendum poenam arbitrariam, ita is Signo. d. cof. 63. n. 11. & censuit Alciat. d. psup. 3. in fi. & Marf. in pract. crim. §. qm. nu. 90. sed clarius, post Signorolum, quae se cutus est, respondit Neuz. cof. 75. nu. 5. qui sic intelligit Alex. conf. 75. li. 3. dum is respondit, patronum immoderate seruam furti suspectam castigatē, puniri solum de excel su. poena erit arbitrio iudicis. Diuinus tamen Plato dialogo 9. de legibus, scriptum reliquit, in bene instituta Repu. esse ita faciendum: Si pater aut pater (accidit. n. quamuis raro) per iram uerberibus, seu quouis modo filium uel filiam interficiat, perinde ac ceteri homicidae punientur & triennium exulet: ac post ipsam restitutionem maritus ab uxore, uxorque a marito separantur, loquitur Plato, cum immoderatus est castigationis excessus. memoriae proditum est, & in commentariis ad leges Romuli, lege 17. scribit Balduinus, Autione Equite Romauum, quod filium suum uirgis immoderatius caedisset, sic Roma publice a parentibus omnibus & filijs, nihil Equestre dignitate reueritis obsequium esse, ut suis eum stylis cofoderent: & Augustus uix potuerit cofosum liberare, quod est notabile ad declarationem statuti ciuitatis Ferrariae lib. 3. sub rub. Quod liceat uerberare famulos, filios & c. quo statuto phibetur etiam ille excessus castigationis, & quod dicatur excessum, relinquit iudicis arbitrio. Sed qua poena sit is excedens puniendus statutum non declarat: ex illius ego mente, & clarius ex relatis intelligimus pariter poenam esse arbitrariam. Sic intelligi & declarari potest statutum Patavinum sub rub. De uerbis iniuriosis. cap. 1. in fi. dum simpliciter statuit licere patri, patrono, pceptorum & his similibus pro castigatione contra filium, seruum uel scholasticum aliquid agere, quod statutum

ego intelligo etiam ultra uerba iniuriosa, de quibus loqui solum uidetur: ut uerberare possit, modo non excedat castigationis terminos: alioqui de excessu punientur ex relatis. Quid autem in interiori foro, quae conscientiae appellamus, obseruandum sit, explicat doctore ac subtiliter Diminicus Soto li. 5. de iust. & iure q. 2. art. 2. quo loci declarat, quando Praelatus peccet, uerberando clericum, & sacerdotem sibi subiectum; & cum pater filium; uir uxorem; & patronus seruum.

S V M M A R I V M.

- 1 Principum mandatis esse parendum.
2 Iudicis arbitrio puniuntur non obtemperans mandatis Principis.
3 Principis indignationem incurrere, quae poena sit.
4 Indignationis Principis effectus quis.
5 Causula Bullae Papalis, sciant inobedientes in cursu ros indignatione Beatorum Apostolorum & ceterorum quam poenam significat.
6 Arbitrariam poenam esse, cum inobediens incurrat Principis indignationem.
7 Castrorum custos si spreto Principis mandato, castrum non muniuit, capite mulctatur.
8 Miles si non paret Duci, capite mulctatur.
9 Titi Manlij Torquati in filium inobedientem castigatio.
10 Manliana Imperia, prouerbium.
11 Epaminonda castigatio in filium inobedientem.
12 P. Craffi castigatio in Architectum inobedientem.
13 Q. Fabius Maximus inobediens, a Papirio Dictatore mulctatus.
14 Principum mandatis et ex causa obtemperandum.
15 Iudicis arbitrio puniri cotinens mandatum Principis.
16 Principis mandatum iniquum spernendum.
17 Statutum Patavinum, sub rub. De maleficijs. ca. potestas. declaratur.

C A S V S CCCLXV.

POENA NON OBTEMPERANTIVM mandatis Principum qua.

Principum mandatis parendum esse, leges ac iura omnia mandant. scriptum est Esdrae c. 7. in fine, Omnis, qui non fecerit legem Regis diligenter, erit iudicium eo, siue in morte, siue in exilium, siue in condemnationem substantiae eius, uel certe in carcerem. & lib. 1. Regum, cap. 14. Qui non obediuit Principibus, morte moriatur. quod relatum est in cap. 2. de maio. & obed. quo loci plura scribit Fel. & ibi col. 2. uerf. non omnis transgressio. ubi inquit post Bal. in l. legis uirtus. num. 1. ff. de legib. quod poena non est de terminata a iure: uel ipsiusmet Principis mandato, esse indicendam poenam arbitrariam, quod sensit clarius idem Bal. conf. 367. Venerabilis, col. 2. uerf. aut non est apposita, & cof. 376. Calus talis est, Domini della Scala. col. 1. lib. 3. ubi clare respondit in non determinata poena hoc casu esse arbitrariam. Bal. secutus est Crau. conf. 233. num. 3. ego eiusdem sententiae addo Bald. in auth. statuimus. nu. 2. C. de Episc. & cle. dum inquit, quod ille inobediens incurrat Principis indignationem, quam quidem poenam indignationis arbitrariam esse dixit, sic declarans §. si uero aliquis taliter. in auth. de Quastio. Quamquam Barto. in extrauag.

extrauag. ad reprimendum, in uerbo, indignatione, affirmet, huiusmodi indignationis effectum solum esse, quod Princeps ira indignatus minus gratiosum sese deinde exhibeat. & Bart. est secutus Ruin. conf. 30. num. 9. lib. 5. sed rectius sensit ipse Bal. praecitato loc. immo idem Bal. uoluit in c. 1. §. porro, quod fuit prima causa benef. amitt. posse in dicit poenam priuationis beneficii, quod is a Principe obtinuit, ut in uasallo, qui ob inobedientiam incurrit indignationem Principis. & Bald. secutus est lasin l. 1. nu. 2. ff. si quis iusd. non obtemp. Marf. sing. 559. Saep. qui post Bald. & Caccialupum dixit, illam clausulam Bullarum Apostolicarum, sciant contempores, & inobedientes se in cursuros indignationem Petri ac Pauli Apostolorum: poenam arbitrariam ostendere. sic Alc. in c. quod sedem. n. 16. de off. ord. & late Rebus. in praxi benefic. in tit. Declaratio noue prouif. ad finem. Restaurus tract. De Imper. q. 110. a 38. casu Principi seruato. & Bartholomaeus Bellen. tract. De charitativo subsidio. q. 44. ubi late Barba. conf. 11. col. 5. lib. 1. quo loci respondit, poenam huiusmodi inobedientiae esse arbitrariam, ut dixit Bal. d. l. legis uirtus, & d. auth. statuimus. & ob id in leuibus poenam quoque leuem, & pecuniariam esse indicendam, si grauibus uero etiam mortis poenam posse imponi. quod etiam affirmauit Gram. dec. 40. nu. 20. qui post Lucam Pennam in l. 1. C. ut dig. ord. ser. lib. 1. 2. illud exemplum adfert, si iubeat Princeps castrum Praefecto, ut castrum muniat, quo se ab inimicorum expugnatione seueri possit: & is Praefectus mandato non pareat, capite mulctari poterit. l. 1. §. de off. praef. Prax. Aphr. illud quoque adferri potest exemplum ex l. 3. §. in bello. ff. de re milit. cum miles uel Dux militiae non patet mandatis Principis, capite mulctatur, etiam si res bene gesserit, quod clarius suo exemplo declarauit Titus Manlius Torquatus, qui (ut autor est Gell. lib. 9. noct. att. c. 13.) filium suum securi percussit, quod hostem aduersus patris mandatum, inuaserit, & fuderit. Hinc natum est prouerbium, Manliana imperia. Erasimus chilia. j. cent. 10. prouerb. 87. haud dissimile est, quod scribit 11 Plutarchus in Parallelis, cap. 25. de Epaminonda & 12 eius filio Sic P. & Craffius Mutianus uirgis caedi iussit Architectum, quod non trabem, qua arietem ad Leucas urbem expugnandam a se petita, sed aliam uti aptiorem misisset, cuius rei meminit Gell. lib. 1. noct. att. c. 13. simile de Q. Fabio Max. refert Liu. li. 9. ab urbe cond. qui damnatus est capite a Papirio Dictatore & si feliciter Samnites fuderit, qua de re alia apud Gomef. §. fuerat. nu. 47. inst. de actio. qui scribit, nec etiam ex causa licere contempere Principis mandata. quamquam Franc. Crem. sing. 150. Mandatum: dissentiar, & male, cum tex. d. §. in bello, uerf. sed si agmen. contra Crementem probet. & illi aduersantur exempla Torquati, & aliorum. & aliqua scribit Iulius Ferrerus tract. de re milita. in tit. De obedientia & pace seruanda. Huc spectat, quod respondit Bal. conf. 159. Super eo quod quaeritur. col. pen. uerf. secundo dicendum est. lib. 3. quod contempnentis mandatum, & praecceptum 15 Regis puniuntur arbitrio iudicis, ex l. 1. in fi. C. de Primit. lib. 12. Haec procedunt cum praecceptum tale est, quod ei obtemperandum est, secus si iniquum foret. c. cum teneamur, de praeben. Gram. uoto 32. in fi. atque ita declarari possunt statutum, quod poenam indicunt arbitrariam contempnentibus Praetorum, uel iudicum pce-

17 pta, ut hic Patavij extat statutum, sub rub. De malef. c. Potestas, & eius iudices, quod sic interpretari debet.

S V M M A R I V M.

- 1 Circulatores qua poena plectantur, si serpentes, quo circumferunt alicui nocuerunt.
2 Iudicis arbitrio puniri circulatores si ferae bestiae ab eis in forum exhibentur ioci causa, alicui nocuerunt.

C A S V S CCCLXVI.

POENA CIRCULATORVM, QVORVM in foro productae bestiae alicui nocuerunt.

Non ignoro saepe a nostris fuisse dubitatum, quae poena afficiendi sint ioculatores, & ioculatores, qui serpentes circumferunt, & proponunt, si cui, ob eorum metum, damnum datum est. Rom. sin. 704. Quaro, scriptum reliquit, poenam esse ducentorum solidorum, si ille ferae bestiae aliquem interemissent. quam opinionem probauit Didac. Conarr. in cle. 1. par. 2. §. 5. nu. 11. de homici. ex l. qua uulgò, cum l. seq. ff. de edil. edic. Ego opinor rectius sensisse Ripam in tract. pestis, in tit. De praeseruatibus remedijs contra pestem, nu. 89. qui scripsit, esse indicendam poenam extraordinariam, hoc est arbitrariam, ex l. ult. ff. de uarijs, & extraord. crim. quod etiam probat clare d. l. qua uulgò, in illis uerbis, quanti bonum, & equum iudici uidebitur. erit ergo indicenda poena iuxta uel dolum uel culpam in crimine commissam.

S V M M A R I V M.

- 1 Reus criminis, si ob sibi promissam impunitatem, delictum fatetur, qua poena puniendus sit.
2 Crimen si confitetur reus & in ea confessione perseuerat, puniuntur poena ordinaria, & si ei iudex impunitatem promiserit.
3 Delinquens, si promissa sibi impunitate delictum fatetur, & deinde confessionem reuocet, puniri an debeat.
4 Iudicis arbitrio puniuntur, qui spe impunitatis promissae delictum confessus est.
5 Iuramentum seruandum esse.
6 Fidem datam delinquenti esse obseruandam.
7 Conciliatio opinionum, qua poena puniri debeat, qui confessus est delictum spe impunitatis promissae.
8 Alexander III. Pontifex promissam impunitatem Episcopo simoniaci non seruauit.
9 Didaci Couarr. opinio dubitabilis.

C A S V S CCCLXVII.

POENA QVAE SIT CRIMINOSI, QVI spe promissae impunitatis delictum confessus est.

Criminis reus a iudice fide accepta de impunitate, si delictum fatebitur, se criminiosum deregit, puniri quidem debet, sed ambigitur qua poena. Multae sunt Doctorum opiniones, aliquot ego casus ita distinguo atque constituo. 1 Primus est, cum ipse reus confessus est crimen, & in ea confessione perseuerat: hoc in casu puniendus est is poena delicti ordinaria. ita in specie sensit Didac. lib. 1. uaria. resol. cap. 2. prope finem, uerf. quod si in ea confessione, nam hoc in casu cessant illae rationes, quae suadent poenam esse minuendam, si is reus confessionem

sessionem reuocasset, uel in ea ulterius non perseuerasset. quas quidem rationes nunc referam.

Secundus est casus, quando is reus ob promissionem iudicis confessus est quidem delictum, sed dubitans forte fidem datam sibi seruatum non iri, eam deinde reuocauit. hoc in casu puniendum non esse aliqua pena ex ea confessione censuit Didacus praecitato loco, post Paridem Puteum tract. Syndicatus, in tit. De tortura. uers. sequitur quaestio quotidiana. Illa uidetur ratio, quoniam per reuocationem ostendit illam confessionem ea spe potius impunitatis, quam sponte pro rei ueritate factam: quo circa iuste reuocare eam creditur: non ergo in ea confessione fundamentum solidum iudex constituere potest. Et hanc sententiam affirmavit pariter Placa lib. 1. epito. delict. c. 37. num. 7. Didaci nomine tacito.

Tertius est casus quando reus confessus est crimine, & illam confessionem nec confirmauit, nec reuocauit, tunc pena soluta arbitraria iudici puniendus est. ita Didac. loco iam citato, & Placa d. c. 37. nu. 9. illis addo Ang. conf. 27. Quidam uictor. col. 2 & Crau. conf. 2. nu. 20. na hoc in casu confessus est reus ob datam ei fidem a iudice: conuenit ergo uiro pbo ea seruare. l. 1. in prin. & l. iuris gentium. §. Praetor ait. ff. de pactis. l. 1. ff. de constit. pecu. immo & hosti data fides seruanda est. c. noli aestimare. 23. q. 1. oes in l. conuentionu. ff. de pact. Accedit tex. in c. ad aures. extra, quod metus causa. quo fides & iuramentum aequiparantur: quemadmodum ergo iuramentum omnino seruari debet, si in salutis aeternae dispendium non uertitur, ita & fides. ita hic fides seruari recte potest, seruanda ergo est. atq; ita intelligi, declarariq; potest eorum sententia, quae dixerunt simpliciter, hunc reum ob hanc confessionem a iudice puniri non posse. cuius sane opinionis fuit Imola cont. 109. Visa inquisitione, quem secutus fuit Dec. in l. ea est natura. num. 7. uers. adde tamen, de reg. iur. & ibi Cagno. num. 19. restatur communem. Gramm. quaest. 3. posita post decisiones. Marfil. l. 1. §. quaestio. ni. in fin. ff. de quaest. & sing. 201. In confessum, & in pract. crim. §. postquam. nu. 16. Blanc. in prac. crim. in uerbo. Datis defensionibus. nu. 30. ubi plura adfert. intelligitur inquam ut puniri non possit pena ordinaria, non autem extraordinaria, atque ita arbitraria.

Conciliari etiam horum opinio potest cum opinione illorum, qui dixerunt reum hunc ex sola hac confessione puniri posse. in qua quidem opinione fuit post Vgutio. & Io. And. Gem. in c. nos in quem qua. 2. q. 1. & referunt Anch. in c. utilem. 2. 2. q. 2. & Feli. in c. afferte, de praesumpt. & Alexandrum III. Pont. Max. datam fidem Episcopo simoniaco non seruasse, sed eum emerita pana castigasse. eandem opinionem affirmavit Marfil. sing. 177. Malitijs. intelligi inquam, & conciliari potest, ut procedat quod ad penam arbitraria: quamquam absolute illi loquantur.

Declaratur tamen hic casus, si iudex praecitato loco ut locum non habeat, quoniam haec simplex & sola confessio alijs praesumptionibus, & coniecturis patrati sceleris adiuuaretur. na tunc (inquit Dida.) ordinaria pena puniri is reus potest. Verum ego de huius declarationis ueritate dubito, quia, si praesumptiones illae & coniecturae satis non erant, ut reus ille condemnaretur, nec est sufficere debent adiecta confessione: cum ex relatis rationibus nihil operari uideatur. erit tamen cogitandum.

SUMMARYM.

- 1 Appellationem defensionis remedio esse introducta.
2 Iudex appellatione sine causa iusta reuocatus, punitur.
3 Iudicis arbitrio punitur iudex, qui sine causa appellationem reijcit.

CASVS CCCLXVIII.

POENA IUDICIS REIICIENTIS appellationem sine causa.

Quoniam appellatio iustam defensionis causam continet, ob id & in maioribus & in minoribus conceditur. l. & in minoribus. l. in multis. C. de appell. si enim appellatio non concederetur, daretur ansa & occasio iniquis iudicibus ferendi iniquas sententias, l. 1. C. de app. Hinc ergo factum est, ut poenis non mediocribus aliquando afficiantur iudices, qui appellationibus interpositis non deserunt. Dubitari itaque contingit, quae poena iudici soleat. Hac in re ius Pontificium a Ciuili distinguendum uidetur. na iure Canonico poena iudicis arbitrio indicenda uidetur: quemadmodum scriptum reliquit Dec. i. c. de prioribus, i. ff. de app. quem secutus est Boer. q. 153. nu. 3. iure uero Ciuili imposita est poena iudici non deferenti appellationi uarijs modis. ac primo, si causa est pecuniaria, 30. libris auri mulctatur. l. cum iudices. 2. C. de appell. fm qua sic est declaranda iudicibus. C. eod. quae post illam promulgata est. si uero causa est capitalis, eadem poena puniendus est iudex, quae sua sententia mulctatus fuit is condemnatus. qd declarat Boer. d. q. 153. nu. 5.

SUMMARYM.

- 1 Aduocationis officium cur inuentum.
2 Neronis sanctio aduersus Aduocatos.
3 Aduocatos gratis pauperibus inseruare debere.
4 Iudicis arbitrio punitur Aduocatus, qui suum patrocinium prestare negat.
5 Statutum Patavinum sub rubr. de causis miserabilium, uers. & ne Aduocati. declaratur.
6 Statutum Verona lib. 2. cap. 101. sub rub. de aduocatis, declaratur.
7 Notarius qui recusat instrumentum recipere, iudicis arbitrio punitur.
8 Statutum Ferrariae lib. 2. sub rub. Quod quilibet notarius requisitus. declaratur.

CASVS CCCLXIX.

ADVOCATI, NECNON ET TABELLIONES, qui iuxta proprium munus recusant patrocinium prestare, & instrumenta recipere, quae poena mulctari debeant, explanatum.

Cum aduocationis officium publicum sit, & eam ob causam adinuentum, ut ijs succurratur qui ius suum tueri, & causam dicere ignorant, factum ita est, ut Nerone ut causam Patroni sine mercede, aut muneribus, causis adessent: quemadmodum scriptum reliquit Alex. ab Alex. li. 3. dierum Gen. c. 5. Hodie cautum est solum pauperibus, inopiaque laborantibus gratis patrocinium prestare debere, alioquin iudicis arbitrio ab aduocationis officio suspenduntur: ita pbat tex. l. prouidendum. §. 1. C. de postul. quem in hanc sententiam citauit Dida. l. Pract. quaest. cap. 16. num. 4. propere medium. qui eiusdem opinionis

opinionis retulit Bal. in d. l. prouidendum. & Abbatem in c. 1. de offi. iud. idem affirmat ipsemet Dida. li. 3. uaria resol. c. 1. 4. nu. 1. uers. quibus expressim. His accedunt Mysing. c. 3. obser. 32. & Nicolaus Antonius Grauatius in anno. ad praxim Veltrij, lib. 4. ca. 4. nu. 32. confert etiam tex. l. 1. §. cura carnis. ff. de off. Praefec. urb. & l. moris. §. 1. ff. de poen. qua quidem iuris cois dispositionem insequitur statutum Patavinum, sub rub. De causis miserabilium. uers. & ne Aduocato. Quibus est inferri potest declaratio ad statutum Verona lib. 2. c. 101. sub rub. De aduocatis compellendis: nam statutum illud intelligi potest, ut compelli ualeant Aduocati iuxta personarum & negotij qualitatem, ut patrocinium praestent, uel gratis, uel salario praemio que ei persoluto. & licet poena quae a iure cois in iudicis arbitrio relicta est, ex eo statu uideatur determina, nempè, ut per annum Aduocatus a muneribus aduocationis suspendatur. attamen ego intelligo esse maiorem poenam, quam iudex imponere potest: & ob id opinor posse illam minuere suo arbitrio, si ita personae & negotij qualitas suadet. Non est ab hoc dissimile, quod de Tabellione dicimus, qui ab officio tabellionatus iudicis arbitrio suspenditur si instrumenta recipere recusat: ita d. l. prouidendum. §. 1. C. de postula. censuit Rom. singu. 259. incipit, Tabellio. id quod confirmat Bal. in rub. C. de fide instr. nu. 3. qui affirmat hos tabelliones compelli posse, & de poena nihil dicat. Cum Baldo sentit Dec. in l. inuitus. nu. 4. de reg. iur. & conuenit i. statutum Ferrariae lib. 2. sub rub. Quod quilibet notarius requisitus teneatur coficere instrum qd sane statutum & iuris cois dispositio pcedit et in notario, qui ordinariè tabellionis officio non fungitur, ex l. Praetor. §. is etia. ff. de eden. huius tamen seculi corruptela haec abrogasse uidetur.

SUMMARYM.

- 1 Notarius non seruans penes se protocolum punitur.
2 Iudicis arbitrio punitur notarius non seruans apud se protocolum.
3 Poena transgressionis consuetudinis quae.
4 Notarius mittens debitas solennitates in instrumento, qua poena puniatur.
5 Autoris conciliatio dissidentium opinionum, quo ad illud, qua poena puniatur notarius omittens debitas solennitates in instrumento.
6 Iudicis arbitrio punitur, q ex praesumptionibus punitur.

CASVS CCCLXX.

POENA QVA AFFICIATUR NOTARIVS non seruans apud se protocolum, & cum debitas solennitates instrumentis inserere omittit.

Reuocat in memoria casus iam relatus, ut hoc loco dicam, qua poena sit plectendus notarius qui ex more protocolum penes se non seruauit: nam uere seruare renetur. qd adnotarunt Bal. in l. nostra. nu. 4. C. de test. Bar. in l. Sepronius Proculo. nu. 3. de leg. 2. & clarius Fel. in c. qm contra. n. 10. de pbat. & pbat. tex. d. c. qm contra. & in auth. de Tabel. §. illud. cum itaq; hic notarius ob negligentiam non retinuit penes se protocolum, quaequam authenticum habeat, punitur iudicis arbitrio: ita in specie an notauit Bal. in rub. C. de fide instr. nu. 28. quem secuti sunt Ruin. conf. 11. nu. 19.

lib. 3. & Did. lib. pract. q. c. 19. nu. 2. in fi. & hanc poenam transgressionis consuetudinis & negligentiae esse dicit. Hinc diffiniri potest & illa Doctorum disputatio, dum ambigunt, qua poena puniendus sit notarius, qui debitas solennitates praetermisit in instrumento. qua in remagis recepta opinio uidetur, esse puniendum poena falsi, ita. n. senserunt Cyn. Alb. Ang. & Castr. in liubemus. C. de testam. & ibi Corn. inquit in iudicijs ab hac non esse recedendum. quam et nisi sunt probare Cur. sen. conf. 56. Super pcessu. col. 3. uers. quarto rñdetur, Bero. in c. literis, de rescrip. Alc. tract. praesumpt. reg. 3. praesumpt. 13. num. 8. & nouissime Thobias Nonius non uulgaris eruditionis Iuriconsultus inst. de test. in fi. principij, qui commune hanc esse testatur a qua quidem opinione alij dissentunt, ut potest, qd hic notarius solus sit in dolo praesumptus (si clare de uero dolo non constat) qui dolus praesumptus non efficit, ut in poenam falsi incidisse dicatur, immo nec punitur. Ego itaq; conciliarem hanc controuersiam: Aut loquimur de poena falsi ordinaria, quae capitalis est: & tunc procedat opinio contra communem, quae scilicet hic notarius ea poena non puniatur. Aut loquimur de poena falsi extraordinaria, quae iudici arbitraria est: & tunc procedit opinio communis, ut hac puniatur negligens hic notarius & consuetudinis transgressor, ex supra dictis. Et confirmatur, quia iam diximus supra in casu 279. quod illi poena iudicis arbitraria puniuntur, qui praesumptionibus & iudicijs tantum, non autem ueris probationibus deliquisse conuincuntur, cum ergo hic solum adsit dolus praesumptus uere dicendum est poenam esse debere arbitrariam.

SUMMARYM.

- 1 Continentia causae diuidi non debet.
2 Iudicis arbitrio punitur, q causae continetia diuidit.
3 Iudicis arbitrio punitur, qui causam possessionis et possessionis diuidit, & coram diuersis iudicibus agit.
4 L. nulli, C. de iud. declaratur.
5 Vindicata quae.
6 Possessionis & proprietatis causa unum continens dicitur.
7 L. ordinarij, C. de rei uendicat. sensus & intellectus ex Doctoribus.
8 L. ordinarij, C. de rei uend. intellectus ex authore.
9 Causae possessionis & proprietatis, an necessariò ab eodem iudice puniri debeant.
10 Tutela actio ut uniuersalis tamquam unum continens coram uno solo iudice tractari debet.
11 Continentia causa dicitur, cum res communis est, & de ea agitur.
12 Continentia causa dicitur, cum plures unum delictum perpetrarunt, quia coram uno solo iudice accusari debent.
13 Clericus si cum laicis delictum committit causa omnium coram Episcopo tractari an debeat.
14 Creditor non potest partem sui crediti petere coram uno iudice. & alteram partem coram altero.
15 Continentia causae an coram pluribus delegatis possit diuidi & tractari.
16 Scholasticum qui se subiecit examini in uno collegio non potest in altero doctorari.
17 Scholasticus iurans se alibi lauream non sumpturum, quam in loco ubi fuit licentiatus, potest si notarium subeat examen.

- 18 *Scholasticus presentatus ab uno Doctore, non potest ab altero laureari.*
 19 *Doctorandi uaria consuetudines Patavij, Papiæ, & Taurini.*
 20 *Continentiam causæ diuidens non punitur, si tempore diuisionis oppositum nihil fuit.*
 21 *Continentia causæ diuidi potest ob fori diuersitatem.*
 22 *Cōtinētia causæ in odiū rei contumacis diuidi potest.*
 23 *Continentia causæ diuidi potest, cum iudex super tota lite iurisdictionem non habet.*
 24 *Continentia causæ ob iuramentum diuidi potest.*
 25 *Continentia causæ in executiuis potest diuidi.*
 26 *Continentia causæ iustis de causis diuidi potest.*

CASVS CCCLXXI.

CONTINENTIAM CAUSÆ DIVIDENS,
 qua pena plectatur; & quando eam diuide-
 re liceat, enarratum.

Constantinus Imperator lege sancit, nemini licere causam continentiam diuidere. l. nulli. C. de iud. quo loci penam adiecit, sed eam non declarauit. quo circa dubitari solet, quæ pena hæc sit, & iudicis arbitrio puniendum esse causæ cōtinētiā diuidētē, scriptū reliquit Iason in d.l. nulli. nu. 2. & nu. 4. post Bal. ibi in fine, idem tradit Iacobus Cōcēnatus lib. 1. q. iuris, c. 3. nu. 8. reiecta eorum opinione, qui dixerūt, hūc diuidētē puniri in amissione causæ. Hinc fit, ut quod adit iudices super causa possessionis & proprietatis, is puniatur iudicis arbitrio: nam hæc causæ cōtinentes dicuntur, ut ex illo textu l. nulli, ibi sentiūt omnes, ibi tractatur, uter pendente iudicio possidere debeat, quod controversiæ genus antiqui iudicis dicebant, quemadmodum explicauimus in præmio tractatus de Recuperanda possessione, nu. 3. 1. & ad rem hæc nostrā declarando d.l. nulli, scriptū reliquit Alc. lib. 1. Par. iuris, c. 9. quo loci ait hoc esse a Romanis desumptum, & causam hanc possessionis & proprietatis, ut unū continens, esse ab eo iudice diffiniendam, probat l. ordinarij, C. de rei uend. dum inquit, quod orta mancipiorum questione, illis exhibitis, prius de possessione iudicetur, ac tunc demum proprietatis cā ab eodem iudice decidatur, quo quidem rōno nostri in rubr. C. de edendo, & in rubrica extra, de iudic. utuntur ad eā astruendā opinionem, quod iudex causæ præparatoriæ sit & iudex præparatæ. ex quo in d.l. ordinarij, is iudex, qui mancipia exhibere iubet, atque ita qui cognoscit super actione ad exhibendum, quod rei uenditionis præparatoria est, l. j. ff. ad exhib. cognoscit etiā super rei uenditione, ego tamen aliquando dicebam, apud illos Imperatores non fuisse hæsitatum super exhibitione, sed præsupponitur, quod mancipia exhibita fuerint: atque ita non diffinitur apud quem iudicem mancipia exhiberi debuerint, sed dubitandi ratio erat in d.l. ordinarij, super causa possessionis & proprietatis, an iudex unius esset iudex & alterius. & dicendum uidebatur non esse, quia nihil commune habet possessio cum proprietate. l. natura liter. §. nihil commune, & l. permisceri. ff. de acquir. possess. & l. 1. §. huius autem. ff. uti posside. quo circa iudex unius causæ non uidebatur iudex alterius. Verum, contrarium responderunt illi Imperatores, ea

ratione, quia causa possessionis & proprietatis est unum continens quod diuidi nullo modo potest, d. l. nulli. ad confirmandam tamen receptam illam opinionem, quod iudex præparatorij sit etiam iudex præparati, sic ego dict. l. ordinarij, considerabam, causa possessionis est præparatoria ad causam proprietatis, cum petitorio agi non possit, si non constat quis possideat, §. retinendæ, institu. de interd. ob id illa prius discuti debet, ut hac l. ordinarij, & l. incerti. C. de interd. l. 1. C. de appellat. & clarius causam possessionis esse præparatoriā causæ proprietatis probat l. liberis. §. ult. ff. de liber. caus. & docuit Bald. in cap. 1. quarta oppos. extra de ord. cog. siue ergo (ut ad rem nostrā redeamus) præparatorij uero hoc esse dicamus, siue alia ratione, illud unum semper sequitur, causam possessionis esse unum continens cum causâ proprietatis, & ob id diuidi non posse, sed esse ab eodem iudice terminandam, quod clarius probat cap. 1. de causa possess. & propriet. atque ita uerè omnes tradunt præcatis in locis, & idem responderūt Soc. sen. conf. 38. in princ. lib. 1. & Aret. conf. 29. num. 24. in fi. Afflict. decil. 34. numero 13. uersiculo secundo. idem scribit & Rebuffus in arbore exceptionum, num. 16. in fi. Iacobus tamen Cuiacius uir eruditissimus lib. 2. obseruat, capit. 35. in ea opinione fuit, causam possessionis & proprietatis posse quidem ab eodem iudice diffiniri: sed necessariò omnino id non contingere, ob id, ait, iudices si uolunt cognoscere possunt, sed non coguntur. Ego cum cæteris opinor iudicem cogi posse; quia, si, ut competens cognouit iam super possessione, satis declarauit uelle etiam super proprietate possessioni connexa cognoscere; quoniam quod semel placuit displicere amplius non debet: & iam præoccupata est iurisdictione. Accedit, hoc esse non posse in iudicis facultate posteaquam non ratione commodi ipsius, sed fauore publico, ut quamprimum lites finiatur, nec non & fauore litigantium, ne frustrantur nouis impensis, nouoq; labore ad nouum iudicem instruendum. si ergo iudicis cā sancitum hoc non est, sequitur ab illius uoluntate non pendere.

Secundum exemplum huius continentie causæ, præter iam relatum adferri solet, quando sit sub una generali actione plures res continentur, quemadmodum in actione tutelæ, ita sensit gl. in d.l. nulli. C. de iud. & eam ibi probant Doctores, præsertim Ias. nu. 3. uers. secundo dicitur. Afflict. decil. 34. num. 13. uers. tertio, qui & exemplum attulit in utili actione negotiorum.

Tertium exemplum continentie causæ adfertur, quando res inter fratres, uel socios communis diuidenda, & super illa controuertitur: tunc unus tantum iudex aduendus est. l. 1. ff. de quibus reb. ad eundem iud. eat. & tradunt omnes in d.l. nulli, ibi Ias. num. 3. uers. tertio dicuntur. Afflict. d. decil. 34. nu. 13. uers. quinto, ubi Petrus Rebuff. in d. arbore exceptionum, uers. secundo ratione personarum.

Quartum exemplum est, si plures simul delictum committunt, omnes ab uno & eodem iudice puniendi, uel absoluendi sunt: ita Ias. d.l. nulli. nu. 3. uers. tertio dicuntur, si. Et hinc inferunt Doctores quod plurimi, si clericus cum laico delictum perpetret, causam hanc esse ab uno iudice tantum decidendam, & cum iudex ecclesiasticus sit laico dignior, ab illo totam causam

causam esse dirimendam, ita omnium primus Ant. Prato in l. 1. in fine. ff. quæ sent. sine app. rescin. quem secuti sunt Maria. Soc. sen. conf. 12. col. 5. & 6. lib. 1. & in cap. 2. col. 4. de mut. pet. Batth. Soc. in l. cum senatus, in fi. ff. de rebus dub. & Maria. Soc. iun. cōsi. 1. nu. 3. & conf. 34. col. 1. lib. 2. Fel. in c. ex literis, 3. notab. de cōst. Marfil. sing. 180. Plura, idem probarunt Thom. Ferrat. caute. 10. si contingat. Neuz. lib. 6. Syl. uæ nupt. nu. 38. in fi. Ferdinand. Loazes tract. De matrimonio, dubitatione 10. nu. 20. Cassane. in cōsuet. Burgundiæ, rubr. 1. §. 1. uers. Archidiaconus, num. 70. qui ita testatur Mediolani seruaturū aliqui fuisse. idem Cassa. cōsi. 1. quarto præsupposito, nu. 47. eadem opinionem sequitur Marata in praxi iudiciorum, parte 4. dist. 11. nu. 2. Paris. cōsi. 154. nu. 1. lib. 4. Rebuff. in dicto arbore exceptionum, nu. 16. propè finem. Verum ab hac opinione permulti dissentiunt, ut Crau. conf. 23. 2. col. 1. & Didacus lib. pract. quæst. cap. 34. nu. 1. propè finem, qui eiuſdem opinionis recenset Rebuffum sibi in hoc parum constantem, Philippum Probum & Boerium: præcedens tamen est magis recepta, illam tamen uix obseruant laici iudices.

Quintum est exemplum, cum creditor partem debiti petijt coram uno iudice, & aliam partem uult petere coram alio: nam & hoc casu non potest, ne causæ continentia diuidatur, ita sensit glo. in cap. ult. in uerbo, Per uarias literas, ubi Abbas num. 12. de rescript. Gemina. cap. dispendia, de rescript. in 6. Ias. in d.l. nulli, num. 3. uers. immo plus. C. de iud. & in l. quidam existimauerunt, nu. 8. ff. si cert. pet. Soc. sen. conf. 41. col. 2. lib. 1. Sed dubitant Doctores, an hoc locum habeat coram pluribus ordinarijs, uel potius coram delegatis. Baldus, Castren. & Iason in d.l. nulli, indistinctè intelligunt tam coram ordinarijs, quod delegatis, & idè probarunt Card. & Io. Monac. in d.c. dispendia, de rescript. in 6. & Abb. in c. ult. nu. 13. de rescript. Verum, quod solum hoc coram delegatis locum habeat, affirmarūt Ioan. de Fant. & Gem. in d.c. dispendia. Butr. & Card. Florent. in d.c. ulti. quorum opinionem ueriores dixit Afflict. decisio. 34. nu. 7. Ego cum Baldo & cæteris indistinctè procedere intelligo, ex identitate rationis, quam perpendit Abb. in d.c. ult. quo circa creditor, ut puta mercator, si potest suum debitorem, qui centum det, conuenire coram Præatore, & coram Consulibus mercatorum, ut Papiæ conceditur: non tamen poterit pro quinquaginta conuenire coram uno, & pro residuo coram altero. quod intelligo quando est una sola summa, & quæ uno eodemq; tempore debetur: secus si esset summa diuersa, uel una pars debita hodie, altera infra mentem: nam poterit hodie Præatorem adire, & consecuta solutione huius partis, pro altera adire alios iudices. Est rō, quia his casibus non diuiditur causæ continentia, cum, ratione diuersitatis summæ, uel temporis, causæ diuersæ censeantur.

Sextum exemplum continentie causæ adfertur a Bald. in l. qui indignus, ff. de sena. si scholasticus subiecit se examini in uno collegio, & fuit licentiatuus, non poterit alibi lauream consequi, hac ratione, ne causæ cōtinētia diuidatur, quod uerū intelligit Ias. in d.l. nulli, nu. 16. C. de iud. nisi nouum subeat examen, quia, tunc non dicitur causæ continentia diuidi. imo, inquit Iason post Butr. procedit etiā si is scholasticus iurasset se alibi non sumpturum lauream: quia adhuc ob nouum examen poterit alibi Doctoris insignia sumere, id quod alijs probauit idè Ias. in l. quod Seruius, nu. 10. ff. de cond. causa data. qui ita Bald. in d.l. qui indignus, declarat, & eum secuti sunt Alciat. tract. præsum. reg. 2. præsump. 16. in fi. Goz. conf. 27. num. 1. Rubeus conf. 147. nu. 3. & Soc. iun. conf. 3. nu. 29. lib. 2. Illud etiam tacitus non præteribo, quod post Bal. in d.l. qui indignus, tradit Ias. d. l. nulli. nu. 10. quod si scholasticus presentatus fuit ab uno Doctore, non potest ab altero laurea insigniri, quod præcedit hic Patavij & Pisis, ubi hæc extat consuetudo, ut is qui presentat, insignia etiam conferat. Papiæ uero & Taurini aliter obseruatur: nam unus presentat, & alter insignia confert.

His ergo in exemplis diuidens causæ continentiam iudicis arbitrio punitur. Verum cessat hæc pena multis in casibus, quos enumerat Ias. d. l. nulli, ubi nu. 6. recepit sex declarationes, quarum prima est, quod non fuit oppositum. quam, præter ab eo citatos, probauit Fel. in cap. ult. nu. 8. de iud. Afflictus decil. 34. num. 2. & Craue. conf. 60. nu. 5. & conf. 258. nu. 7.

Secunda est declaratio, quando actor & reus sunt diuersi fori: ita Ias. d. l. nulli. nu. 6. uers. secundo limitata. & Fel. d. c. ult. nu. 8. & Crau. conf. 256. nu. 7.

Tertia est declaratio, quod reus cōuentus esset cōtumax, tunc perdit beneficiū, d. l. nulli, ut ibi notat post alios Ias. nu. 6. uers. tertio notabiliter limitata.

Quarta est declaratio, quod iudex non habet iurisdictionem super tota lite, tunc ex necessitate oportet diuidere & alterum adire: ita Barr. in l. in commodato §. duab. ff. commod. Ias. d. l. nulli. nu. 6. uers. 4. quando. Matthæ. notab. 116. Nota quod si centum. Sed Alexan. in l. si mihi, & tibi, in princ. col. 2. uers. 1. & magis, de leg. 1. dissentit a Barto. illiusq; opinionem uno in casu tuetur, ut apud illum.

Quinto declarat Ias. in d. l. nulli, nu. 6. uers. quinto cogita, quando iuramentum interuenisset in promissione, tunc inquit ille uterque iudex, ecclesiasticus scilicet, & laicus adiri poterit, non discutio nunc.

Sexto declarat Ias. d. l. nulli. nu. 8. non procedere in executiuis, ut apud illum.

Septimo declarat Soc. iun. cōsi. 136. nu. 6. lib. 2. non procedere quando causa ex iustis alijs rationibus diuisionem reciperet: ut apud eum.

SVMMA RIVM.

- 1 *Hæretico an sufficiat sacerdoti confiteri peccata absque alia publica abiuratione hæresis.*
- 2 *Hæreticus manifestus hæresim manifeste abiurare debet.*
- 3 *Theodosii publica peccata pnia commissi criminis.*
- 4 *Hæreticus dum errorem recognoscit, congruam satisfactionem prestare debet.*
- 5 *Abiuratio secreta congrua non est in hæresi manifesta.*
- 6 *Iudicis arbitrio an relinquatur, quod secretò hereticus hæresim abiuret.*
- 7 *Cap. ad abolendam, §. 1. de hæreti. intellectus.*
- 8 *Cap. didici, 1. q. 7. intellectus.*
- 9 *Hæresis pertinaciam requirit.*
- 10 *Hæreticus reuersus spiritualem penam non effugit.*
- 11 *Blasphemans an penam euitet, si confiteatur peccata sacerdoti.*

- 12. *Hæresis crimen à catevis multum differre.*
- 13. *Judicis arbitrio relinquitur, quomodo abiuret hæreticus non manifestus.*
- 14. *Judicis arbitrio suspectus de hæresi eam abiurat.*
- 15. *Francisci Squillacensis doctrina explicatur.*

CASVS CCCLXXII.

HÆRESIS ABIVRATIO QUOMODO SIT FACIENDA, DILIGENTER EXPLANATUM.

SI inter crimina grauissimis pœnis unum puniendum est, illud unum certè est, cum Christianus aduersus sacrosanctæ Catholicæ Ecclesiæ Romanæ constitutiones sentit. si enim grauissimis afficiuntur supplicij, qui hominum corpora occidunt, quantum grauius feriendi sunt illi, qui occidunt animas. Iure ergo editæ sunt sanctiones quæ plurimæ aduersus hos impios hæresiarchas, c. ad abolendam, de hære. & in integro illo titulo, & alibi, quæ nunc hoc loco recensere operæpretium non est. Illud tantum in præsentiarum referam, super quo elapsis his diebus hic Patruj dubitatum fuit. Antis qui in prauâ hæresim lapsus est, si sacerdoti semel ac pluries cõfessus sit delicta, sitq; apud multos contrarium eorum, quæ prius dixerat, professus, adhuc compelli possit hæresim illam abiurare solènter, & ut moris est. Hac de re ego interrogatus, respondi esse aliquot casus distinguendos: Primus, quorum est, cum quis manifestus hæreticus fuit, & publicè confessus est, multosq; scandalizauit uel fortè et seduxit: tunc dicerè illū eẽ omninò cogèdū publicè hæresim abiurare, qm̄ p̄ manifestis criminibus, manifesta iniungenda est pœnitentia. c. ueritas, de pœnit. dist. 1. Secundo confert c. cū apud, 11. q. 3. quo loci refert illud Theolofij, (cuius notā historiam p̄tereo) posteaquā per furorē iussit multos interficere, publicè corā populo pœnitentiā egit. q̄ iura in hęc sententiā rectè reulit Rota in decisionib. antiq. tit. De hæreticis, decif. 1. nu. 5. quo loci alia iura recenset, q̄ nō ita in specie p̄bat. Cõfert tertio, q̄ hic hæreticus dēt congruā satisfactionē exhibere. c. ad abolendam, §. 1. in fi. de hæret. Est ratio, q̄a non sufficit uiro nequā mores in melius mutare, & à p̄teritis malis recedere, nisi et de his, q̄ facta sunt satisfaciatur. c. nō sufficit, de pœnit. dist. 2. Rota d. decif. 1. nu. 6. in fi. cõgrua uerò satisfactio manifestæ hæresis eẽ nō p̄t secretā abiuratio: cum illa errorē sua uoce populo infusū non diluat: quē eruet publica abiuratio. Nec huius ueræ sententiæ quā Rota d. decif. 1. affirmasse uidetur: obstat primò, q̄ imo hoc in iudicis arbitrio positū uideatur, ut admittat, uel non admittat secretā abiurationem, ex tex. d. t. c. ad abolendam, §. j. de heret. ibi, & errorē suū ad arbitrium Episcopi regionis publicè cõsensit abiurare. qm̄ is textus plures sensus p̄t recipere. nā unus sensus esse p̄t quē iā retuli. Alter uerò, q̄ ad Episcopi arbitrium iuxta formulā abiurationis ab eo datam publicè abiuret. Tertius etiā sensus esse p̄t, q̄ illud uerbū, arbitriū, referatur ad tempus abiurationis: ut sit sensus, ad arbitriū Episcopi debere hæreticū, uel statim uel post, publicè abiurare. qui posterior sensus uerior uidetur: qm̄ si primus procederet, non differret hic casus ma-

nifesti hæretici, à casu suspecti tantū, de quo infra in tertio casu, atque ita textum illum d. c. ad abolendam, §. 1. intellexerit Rota d. decif. 1. nu. 7. probare, abiurationem hanc publicè coram populo esse faciendam. Non etiam obstat secundò tex. in t. c. didici. 1. q. 7. quo probari uidetur dispensari posse cum manifesto hæretico, ne hæresim publicè abiuret. quem textum sic uisa est intelligere Rota d. decif. 1. in fi. Ego opinor hanc opinionem non probare, qm̄ quidem ibi ille Ioannes Episcopus non fuit dispensatus ratione suæ personæ, quoniam is iā respuerat & ad ecclesiam redierat: sed dispensatum cum eo fuit ratione populi, in quo multi aderant, qui malè sentiebant, & cum eos tolerare uideretur Episcopus: ob eam suspensionem Diaconus nolebat Episcopo communicare. nō ergo ibi dispensatur cum manifesto hæretico, sed solum cum suspecto, etiam nō graui suspitione. Non etiam tertio obstat, quòd, ex quo hic facti pœnituit, & in uiam est reuersus, non amplius dici possit hæreticus: cum hæresis pertinationem requirat. clem. unica, §. portò, de summa Trinitate. cle. unica, §. penul. de usuris. Gundis l. tract. De hæret. quest. 2. n. 4. & Boer. quest. 341. num. 4. non ergo necessaria uidetur manifesta hæc abiuratio. Respondeo, quòd uerè quòd ad pœnam hæresis, in quam hic prius inciderat, illa est extincta & sublata d. cap. ad abolendam, §. 1. ibi, nisi cõtinuò. sed quòd ad peccatum ipsum, hæresis publicè abiuranda est, ut inde publicè appareat falsum eẽ quòd assererat: & ut populus fortè illius falsa doctrina seductus, in rectam uiam reuertatur. Respondeo etiā ex consideratione, quam facit Rota d. decif. 1. nu. 14. qd̄, & si iste t̄ euitat pœnam corporalē, nō t̄ euitat spiritualem; qm̄ debita pœnitentia rōne p̄teriti erroris dēt iniūgi. quæ quidē pœnitentia ne iniungitur, nisi p̄cedente cõfessione erroris, q̄ sanè confessio relatis rōnibus manifesta esse dēt. Accedit præterea, q̄ si hæc argumētatio esset uera, sequeretur, quòd numquam locus foret huic abiurationi, quod expressè re pugnat d. c. ad abolendam. Non obstat et quarta illa Doctorum sententia, qui affirmant illum, qui blasphemauit, posse delictū sacerdotis confiteri, atq; ita pacem cū Deo inire, & percõsequens absolui, si extat statutum quòd ille, qui habet pacem ab inimico, liberetur. ita hanc cautelam blasphemis præbuit Barro. cõsi. 167. Quòd minister, lib. 1. quem sunt secuti plures relati à Decio cõsi. 137. col. 2. las. l. 3. §. iurari, nume. 15. de iureiur. Ferrat. caute. 25. & Gram. dec. 50. eundem ergo effectum parere debet cõfessio hoc in casu, ut in illo. Respondeo primò illam doctrinā nō esse satis ueram, ut animaduertit Dida. lib. 2. uariarū resol. c. 10. nu. 3. in fi. Rñdeo & scdò posse solū penā extinguere, sed nō maculā abstergere, ut iam dictū est. Non etiam quintò & ultimò aduersatur, q̄ nulla uideatur esse differentia inter crimen hoc hæresis, & cetera, quemadmodum ergo cetera crimina quamquam manifesta sola sacramentali confessione quoad Deum, & quoad mortales sufficit, (nec. n. de pœna in iudicis temporalis nūc loquimur) ita etiā sufficere debet hoc in casu ad eam publicam abiurationem euitandum. Nam respondeo, magnā esse differentiā inter crimen hæresis & cetera crimina: qm̄ crimen hæresis est super re, q̄, & si iuxta uera & sancta ecclesiæ Romanæ Catholicæ instituta sit obseruanda, q̄ p̄ rationes

ratio nes in dubium reuocatur: & rationes illæ ignaris & simplicibus uideri efficaces possunt, atq; ob id seduci illi possent: nisi ergo professione publica, contraria fallacia detegatur, illi in ea falsa opinione fortè p̄manebunt, sed nō idem contingit in ceteris criminibus quæ satis omnib. clarū est de se mala & iniqua esse, quis. n. ignorat furtum esse ualium? quis homicidium, adulterium, & his similia? cum tamen non omnes sciant constanter id, quod scire debent, sacramentalem confessionem iuris diuini esse. Pontificem Max. Dei locum in terris uerè obtinere: & cetera his similia, a uera ergo hac iuris sententia recedendū nō est: ita fore necessariā publicam abiurationem quemadmodū publicum fuit crimen hæresis.

13. Secundus est casus cum hæreticus non est manifestus; tunc in arbitrio iudicis positum esse credo, ut is pro qualitate facinoris concedat contrariā p̄fessionem & abiurationem. Suaderent tamen q̄ saltem (ut obseruari hodie solet) secreta abiuratio tribus, uel quatuor testibus adhibitis fieret: ne per illam sacramentalem confessionem fraus aliqua fiat. quoniam, qui hoc morbo affecti sunt possent dicere, se illum hæresim fuisse confessos, cum uerum tamen nō esset; nec a sacerdote ueritas haberi non potest, ex quo confessionis secreta detegere non potest.

14. Tertius est casus, cum quis solum est de hæresi suspectus, hoc in casu dicendum est, esse in arbitrio iudicis, an priuam abiurationem coram se & testibus admittat, uel solam illam sacramentalem confessionem sufficere existimet: uti probat d. c. ad abolendam, §. qui uerò, de hæret. quem ita intelligere uisa est Rota d. decif. 1. n. 8. & hoc in casu rectè p̄cedit tex. c. didici. 1. q. 7. quē supra in primo casu explicauim. Nec aduersatur auctoritas Francisci Squillac. tract. de fide catholica, c. 31. nu. 2. dum actus ex cap. accusatus, in prin. & §. 1. de hæret. in 6. scriptum reliquit, etiam solum suspectum de hæresi, eam abiurare debere. quoniam respondeo, uerum esse, quòd abiurare debet, sed sub qua forma, is non dederminat. Ego intelligo sufficere sacramentalem confessionem: nec tex. d. c. accusatus præbet abiurationis formam, sed illam in dispositione iuris relinquit, & licet tex. ille in sui initio dicat, per abiurationem in iudicio, loquitur de manifesto hæretico, uel de ualde suspecto. Hæc dixisse sufficiat: me tamen temper rectori iudicio sanctæ matris Ecclesiæ Catholicæ Romanæ, & sapientissimis illius administratoribus in hoc ac ceteris oibus, que mihi in his cõmentarijs scribere cõtinget, subijcio.

S V M M A R I V M.

- 1. *Deus non uult mortem peccatoris.*
- 2. *Hæretico reuerso parcitur.*
- 3. *Hæreticus q̄ habeat p̄stare, ut penā hæresis effugiat.*
- 4. *Hæreticum quando suum errorem reuocare ualeat.*
- 5. *Judicis arbitrio relinquitur quando hæreticus dicitur incontinenti in uiam reuersus.*

CASVS CCCLXXIII.

HÆRETICO INCONTINENTI IN UIAM REVERSO PARCITUR, & QUANDO DICATUR REUERsus INCONTINENTI, DECLARATUR.

Tanta est Dei Op. Max. misericordia & erga nos pietas, ut nos omni scelere coinquinatos redeū

tes tandem benignè excipiat: nam scriptū est Ezech. cap. 18. Nolo mortem t̄ peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat. id quòd relatum est in cap. ponderet. 50. dist. Hinc factū est, ut licet quis in prauam hæresim aliquando lapsus sit, si tamen respiscat, impunis excipiat. c. ad abolendam, §. 1. ibi, nisi cõtinuò post deprehensionem erroris, de hæreticis. quo loci Abbas num. 6. scribit, hæreticum quatuor præstare debere, ut pœnam pro hæresi sibi infligendam euitet. Primò, q̄ spontè redeat. Secundò, q̄ incontinenti. Tertio, q̄ errorem suum abiuret. Quarto, q̄ debitam satisfactionem præstet. Nunc solum dubitari cõtingit, quando dicatur hæreticus cõtinuò & statim redire. qua in re magna fuerit inter Doctores controuersia. Vna fuit opinio, quòd eò ipso, q̄ quis est in hæresi deprehensus antequam ulterius in iudicio p̄grediatur, errorem reuocare & seipsum corrigere debeat. hanc probarunt Abb. d. c. ad abolendam, nu. 6. & Felin. nu. 13. idem Abbas c. excommunicamus, nu. 10. de hæreti. & communem testatur Paulus Grilland. tract. de hæreticis. q. 5. nu. 4.

Alter uerò fuit opinio, quam recenset & ex æquitate probat idem Abbas d. capi. excommunicamus. num. 10. hæreticum admitti ad erroris reuocationem in quacumque parte iudicij etiam post sententiam ipsius iudicis ecclesiastici, ante tamen illius executionem, in qua quidem opinione fuit & gl. in cap. de hæret. à qua opinione nō dissentit Frā. Squillacen. tract. de fide catholica, ca. 29. & fortè hanc probat Boer. q. 341. nu. 3. & q. 343. nu. 2. Tertia fuit opinio, cui & ego assentior, hoc esse in iudicij arbitrio positum. quam quidem opinionem probauit Grillandus d. q. 5. nu. 12. qui multis solidis fundamentis eā firmavit. cõprobari et p̄t ex his, q̄ scriptum supra in casu 7. 9. 10. ac 11. prudens ergo iudex (ut Grillandus ait) pro facti & personæ qualitate iudicabit, an satis incontinenti dicatur reuersus. si etenim uir esset alioqui nequā & impius, ita q̄ uerius timore pœnæ, q̄ amore ueritatis impulsus respiscere prope sententiā uideatur, illi parcendum non esset, & e contra si uir esset alioqui probatæ uitæ, & de quo benè sperandum esset, quāquā nunc falsa doctrina fuerit imbutus, non is statim puniendus erit, sed expectandus quamdiū fieri poterit, qm̄ Deus cordis illuminator, eum in rectam semitam perducet. hæc latius explicat is Grillandus, quem retulisse sufficiat.

S V M M A R I V M.

- 1. *Hæreticus relapsus omnino punitur.*
- 2. *Hæretici elapsi penā.*
- 3. *Hæretici relapsi bona confiscantur.*
- 4. *Hæretici bona confiscata quibus deferantur.*
- 5. *Hæretici relapsi cadauer insepultum abijci.*
- 6. *Hæreticus in uiam reuersus à morte liberatur.*
- 7. *Judicis arbitrio punitur hæreticus reuersus.*
- 8. *Hæresis suspectus non punitur.*
- 9. *Judicis arbitrio suspectus de hæresi, eā purgare dēt.*
- 10. *Suspectus de hæresi, & ob eam excommunicatus, si intra annum se non purgat, ut hæreticus uerus condemnatur.*
- 11. *Judicis arbitrio relinquuntur coniecturæ, quibus quis suspectus de hæresi iudicatur.*

- 12 Hæretici codices apud aliquem inuenti, an eum de hæresi suspectum reddant.
13 Hæreticum receptans de hæresi suspectus est, & arbitrio iudicis punitur.
14 Hæreticus qui se per linguam lubricum, uel causa iocii ita dixisse ait, an pœnam hæresis euadat.

CASVS CCCLXXIII.

POENAM HÆRESIS QUANDO & quam quis mereatur.

DE hæreticorum pœnis nunc dicendum est. nam & in his plurimum iudicis arbitriū uersatur. Ego rem planius explicādo, plures casus constituo. Primus est, cum hæreticus est relapsus. Est relapsus, qui bis in eadem hæresim re incidit, uel etiam in alteram diuersæ speciei. c. pen. ubi Abb. de hæret. Paulus Grillan. trac. de hære. q. ult. in fi. Bossius trac. causarum criminalium, tit. de hære. nu. 25. hic ergo punitur omnino pœna mortis naturalis: quoniam amplius non auditur. c. super eo, de hære. in 6. Abb. c. ad abolendam. nu. 1. 2. in fi. de hære. Grillan. præcitato loco quæst. 3. nu. 3. & Bossius qui supra nu. 19. Iacobus Simancas in Praxi Hæreseos tit. 60. Genus autem mortis est ignis concrematio. ita Abbas d. c. ad abolendam. nu. 13. & si consuetudine potius quoniam iure receptum hoc sit, ut scribit Gundislaus trac. de hæret. q. 15. nu. 4. Huius etiam bona confiscantur: quæ sanè confiscatio, seu confiscationis sententia à iudice ecclesiastico fit, deinde à iudice laico executioni mandatur. c. cum fm leges. §. ult. de hære. in 6. Grillan. d. trac. de hæret. quæst. 4. nu. 7. Confiscatorum autem bonorum una pars domino temporali, altera inquisitori, tertia officio desertur. ita Gundislaus d. quæst. 15. nu. 3. & Paris. conf. 2. nu. 1. 4. lib. 4. Bossius loco ià citato. n. 33. Simancas supra relatus tit. 56. ex una extrauaganti Clementis. Hic casus pœdit & in eo, q. & si non est relapsus, est tamen pertinax in ea mala opinione. id quod relati omnes affirmant ex claro tex. d. c. ad abolendam & Rota in antiquis, titu. de hære. d. ecif. 1. col. penult. uers. non obstat quod dicebatur. & Boer. quæst. 343. nu. 1 in fi. indicitur & alia pœna post mortem, quoniam eorum cadauera facta sepultura carere debent. c. quicunque, de hæret. in 6. Gundislaus loco ià citato. quæst. 22. n. 7. Secundus est casus, cum hic hæreticus respuit factaque ita in rectam uiam reuersus est, tunc is à mortis pœna liberatur, sed loco pœnitentiæ indicitur primò pœna perpetui carceris. capit. 1. de hæreti. in 6. deinde alia pœna iudicis arbitraria. d. cap. ad abolendam. §. præsent. i. ibi, congruam satisfactionem. iudicatur enim congrua satisfactio arbitrio iudicis, quæ admodum & de dote congrua diximus supra in casu 149. atque ita in specie hanc pœnam esse arbitrariam scriptum reliquerunt Gundislaus loco iam sapius citato. q. 20. num. 1. 1. & Iacob. Simancas in praxi hæreseos, tit. 58. nu. 8. Accedit, quod & illa pœna perpetui carceris, iudicis arbitrio commutari potest: ita Grillan. præcitato loco. q. 7. nec dissentit Franc. Squilloensis trac. de fide catholica, q. 28. nu. 3. Tertius est casus, cum quis solum est de hæresi suspectus, hic ob solam suspicionem non punitur, sed illud in praxi obseruari solet, ut huic suspecto man-

detur, quod suspicionem suam purget, & propriam innocentiam congruè probet. quæ sanè purgatio aliquando maior, aliquando minor requiritur, pro suspicionis qualitate, atque ita arbitrio iudicis sit hæc purgatio. d. cap. ad abolendam. §. qui uerò inuenti. & d. cap. excommunicamus, il. 1. §. qui autem, in glo. si spicionis. de hæret. & egregiè Iac. Simancas in praxi hæreseos, titu. 54. nu. 6. hanc purgationem si facere negligat, excommunicatur. à qua quidem excommunicatione si se purgando intra annū non eximat, anno elapso ut uerus hæreticus condemnandus est. ita probat d. ca. excommunicamus, il. 1. §. qui autem inuenti. Grillan. loco iam citato. q. 8. nu. j. & Gondislaus d. q. 15. nu. 11. qui nu. 12. aliam præbet praxim procedendi contra hos suspectos. Suspicio autem causatur coniecturis, quæ in iudicis arbitrio sunt quemadmodum illa, si hæreticorum codices aliqui penes aliquem reperiantur. Marf. in l. qui falsam. num. 106. ff. ad leg. Corn. de fals. & in pract. crimin. §. diligenter. nu. 92. quod tamen uerum intelligit Gundislaus d. trac. de hæret. q. 13. num. 19. cum hac coniectura alias debere concurrere: quoniam quis hæreticorum libros domi habere possit ad illorum errores confutandos, iuxta ca. qui de mensa, 37. distin. Vel si quis hæreticum receptauit: nam receptatio suspectum eum facit. quo circa pro facti qualitate & personarum iudicis arbitrio hæreticus iudicabitur, & plectetur. ita Iacobus Simancas in praxi hæreseos, tit. 26. Quartus est casus, cum quis non est hæreticus manifestus, nec de hæresi suspectus, sed aliquid dixit, quod hæresim sapit: sed inquit, se ioco, uel per lubricum linguam dixisse: tunc is pœna iudicis arbitrio punitur; ita Lapus & Cardin. in clementi. 1. §. sanè, de usuris. quos secutus est Gundislaus d. tracta. de hæreticis. q. 1. num. 7. qui inquit, pœnam esse augendam pro qualitate personæ, loci, & astantium. sic Lapus est secutus Squilloensis trac. de fide catholica. cap. 16. in fine, & cap. 20. confert, quod infra dicemus de pœna illius, qui Principi maledixit.

SVMMARIVM.

- 1 Blasphemiam hæresis esse speciem.
2 Iudicis arbitrio blasphemus punitur.
3 Blasphemia quid sit.
4 Blasphemiam esse dicere, Al despetto di Dio.
5 Blasphemiam esse si quis dicat, Dio non può fare Deum non posse corruptam uirginem restituere.
6 Deum efficere non posse quod factum non censetur ià factum.
7 Blasphemiam non esse, si quis dixerit, Deum facere non posse, quod res sit permutata, cum uerè non esset.
8 Statutum Patavinum sub rub. De blasphemantibus, c. 1. declaratur.
9 Blasphemiam esse dicere, Rinego Dio.
10 Blasphemiam esse dicere, Dispiaccia à Dio.
11 Blasphemiam esse dicere, Per la uita de Dio.
12 Blasphemiam esse dicere, Maledetto Dio.
13 Blasphemiam esse dicere, Maledetto Dio.
14 Blasphemiam esse dicere, Maledetto Dio.
15 Blasphemiam esse dicere, Maledetto Dio.
16 Blasphemiam esse dicere, Maledetto Dio.
17 Blasphemiam esse dicere, Maledetto Dio.
18 Blasphemiam esse dicere, Maledetto Dio.

- 61 Maledictionem omnem hodie blasphemiam esse.
29 Statutum Papiæ 14. in criminalibus, sub rub. De pœna eius, qui in Deum uel Sanctum blasphemando & c. declaratur.
21 Constitutio Mediolani, sub rub. De pœnis, ca. seuerè, declaratur.
22 Statutum Patavinum, sub rub. De blasphemantibus, c. 1. declaratur.
23 Blasphemantium pœna, qua.
24 Blasphemiam qua pœna lege antiqua diuina plecteretur.
25 Blasphemiam iure civili capite mulctantur.
26 Pœna mortis i blasphemos hodie abiit de sœtudinè.
27 Blasphemiam iure canonico quomodo puniantur.
28 Iustinianū confirmasse pœnas Pœnitentiæ i blasphemos.
29 Concilium Lateranense sub Leone X. quam pœnam blasphemis indixerit.
30 Iudicis arbitrio hodie blasphemos punitur.
31 Blasphemare consuetus, qua pœna puniatur.
32 Blasphemiam miri punitur, si non consueuit blasphemare.
33 Blasphemans calore iracundiæ mitius punitur.
34 Blasphemus punitur pro loci qualitate.
35 Blasphemus uariè hodie punitur apud uarias nationes.
36 Blasphemus qui sacerdoti cõfessus est peccata, an pœnam euitet.

CASVS CCCLXXV. BLASPHEMIA QUID SIT, ET QUID maledictio; & quibus pœnis blasphemus plectantur, plena manu explicatum.

Quoniam blasphemiam hæresim ex larga saltè significatione sapit, quæ admodum scriptum reliquit Franc. Squilloensis tracta. de fide catholica, c. 16. nu. 1. ob id hoc loco satis congruo de blasphemiam pœnis dicendum est. nam & arbitraria aliqua dicitur, quemadmodum suo loco dicam. Sed quod res facilius intelligatur, quid sit blasphemiam paucis dicendum est. Blasphemiam est, cum de Deo aliquid negamus, quod ei conuenit; aut aliquid Deo tribuimus quod ei minime conuenit: ita D. Thomas. 2. 2. q. 13. art. 1. & ibi Caieta, Syluester in summa, in uerbo, Blasphemiam, q. 1. & Didac. in c. quauis, parte prima §. 7. numero octauo, de pract. in 6. Et ideo is, qui derogat diuine maiestati, eius potestati, aut bonitati detrahens, blasphemus est, & quidem propriè. Quo circa dicitur blasphemiam, si quis dicat, Al despetto di Dio farò questo. Deo repugnante hoc efficiam: nam cum Deus sit omnipotens, & uita, ac mors nostra in illius manu posita sit. Deuter. ca. 30. sequitur, quod si reluctante eo aliquid uelimus, illius potestati detrahimus; & ob id blasphemiam est. id quod affirmarunt Imo. in l. his uerbis. §. 1. de hæred. insti. Soc. sen. conf. 102. lib. 1. Boer. q. 301. nu. 1. & Boss. tract. causarum crimin. tit. De inquisitione, nu. 131. & Gram. decif. 59. qui ita in curia Neapol. decisum fuisse testatur. idem probauit Didac. c. quamuis, parte, 1. §. 7. nu. 9. & Fabius Montalto. in pract. Arbitrali, par. 4. n. 720. qui omnes uno ore reijciunt opinionem Baldi conf. 476. Ille qui dicit lib. 3. qui dixerat, hanc non esse blasphemiam, & cū Baldo imprudenter senserunt Angel. in d. l. his uerbis. §. 1. de hæred. insti. Alexan. ad Bart. in l. apud La beonem. §. ait Prætor. de iniur. & Fel. in pœm. Decretal. nu. 111. Hinc fit, ut uerè statuta punientia blasphemus, & hoc in casu locum habeant. Sic enim blasphemiam dicitur, si quis dicat, Dio non può fare. Deus facere non potest, ita Didac. d. §. 7. nu. 9. uers. 4. eadem. Ego opinor, præter eum, hac in re dicendum esse: quod aut uerba sunt prolata super illo facto, quod sui natura a Deo effici potest, esse blasphemiam, quoniam illius potestati derogatur. Aut proferuntur uerba super eo, quod nec ipse Deus potest; & tunc blasphemiam non est. Verbi causa; dicimus Deum uirginem semel corruptam restituere non posse. c. si Paulus. 3. 2. q. 5. sic etià dicimus, Deum hac potestate carere, quod efficere non potest, quin factum non censetur, quod ià factum est: quoniam admodum ex Arist. lib. 6. moralium ad Nicomach. c. 2. permulti ex nris scripserunt, ut Bar. in l. non dubium, nu. 14. C. de legib. & alios plures recitet Tiraq. tract. de iure constituti, par. 3. limita. 7. nu. 6. 7. quo loci & ex Theologis multos recenset idè affirmantes. & ibidem nu. 8. in fi. recentet illam cõsultationem Alex. conf. 15. nu. 7. lib. 3. & Soc. sen. conf. 102. lib. 1. qui ambo in eademmet facti specie cõsulerunt, illum tamen non blasphemasse, qui dixit, Deum efficere non posse, quod rem uerè permutauerit cum altera, cum non permutasset. Hinc sumitur declaratio ad statutum Patavinum, sub rub. de blasphemantibus, cap. 4. dum statuit, blasphemiam esse dicere, quod Deus non possit facere, intelligitur inquam de his quæ sui natura a Deo fieri possint: non de alijs. Est etiam blasphemiam si quis dicat, Rinego Dio, quod affirmauit Didac. d. §. 7. nu. 9. uers. 2. ut. & esse blasphemiam longa consuetudine receptum est: quæ sanè consuetudo est optima legum interpretum. I. minime, de legib. Sic & is blasphemus est, qui dixit, Deum tædeat, Deo displicat. Didac. d. §. 7. nu. 9. uers. 5. idem. Ego tamen censeo aduertendum super quo facto sint prolata hæc uerba: quoniam blasphemiam non esset, si diceret, Displiceat Deo, quod sensus exerceam, quod adulterium committam, ex quo enim hæc, ut peccata, Deo displicent, non erit etiam blasphemiam dicere; si displiceat Deo. Est etiam blasphemiam dicere, Per la uita di Dio, per Dei uitam. ita Didac. d. nu. 9. uers. lex. 13. tò hinc. qui subsequenti uersic. ait, esse blasphemiam dicere, Maledico Iddio: maledico Deum. Est etiam inquit ille blasphemiam dicere, per caput Dei. sic cum Virgo Maria mater Dei sanctissima, uel sancti blasphemantur, Deus blasphematur, quod paulò infra dicam. Sic est blasphemus, qui dixit, per intermeratam Deiparæ uirginem, uel abnego fidem, ita etiam esse blasphemiam, si quis in Christianam fidem quid iniuriosè dixerit, ut scribit is Didac. d. §. 7. nu. 9. in fine. post Soc. sen. conf. 109. lib. 4. cum respondit aduersus impijsimum illum Iudæum, qui dixerat Christiano, La uostra fede, è fede de cazzi. Blasphematur, & ille qui dicit, Deum esse iniustum & improuidum. Boer. d. q. 301. col. 1. qui idem esse ait, si quis dicat, Porta de Dio, uel della Vergine Maria, & alia his turpia. Catal. qui supra nu. 10. uel, cum irreuenter iuratur per corpus Christi, uel eius matris. Maledictio tamen est, cum malum aliquod de præsentem, uel de præterito dicitur: ita Bar. in l. item apud Labeonem. §. ait Prætor. n. 4. de iniur. quem sequitur Catal. tract. syndicus, num. 104. ut putat, si dicatur, maledictus Deus, ut exemplificat Boer. quæst. 301. col. 1. uers. terriò si appetitus, post Archiep. Flor. & inquit, quod uulgo hæc blasphemiam dicitur. quamquã Bar. Ggg d. §. ait.

d. §. ait Prætor. nu. 4. in fine, scribat, ex consuetudine hæc differre. Ego opinor in his nõ esse constituendã aliquam differentiam posteaquam (ut inquit Bar. d. 19 loco) omnis maledictio est blasphemia quoad Deũ. quo circa siue in foro conscientia uersetur, siue in foro fori sumus, blasphemia semper erit, cum & statuta, quæ puniunt blasphemos, Dei cultum & reuerentiam respiciant, apud quem nulla (ut diximus) inter hæc est differentia. & huic sententiæ accedunt idem Bar. conf. 274. Quidam Pedinus. Soc. sen. d. conf. 102. li. 1. & conf. 119. lib. 4. Afflictus in conf. Neapol. rit. De blasphemis, col. 3. Gram. dec. 50. Didac. d. c. quãuis, par. 1. §. 7. n. 8. de pactis, in 6. Quibus declaratur 20 statutũ Papię 14. in criminalib. sub rub. de pœna illius, qui in Deũ uel sanctũ blasphemando, & c. quo solũ puniri uidentur blasphemũ, & uerba turpia dicentes, non aut maledicentes: nihilominus, & maledicentes, ex relatis rationibus continentur. Cõstitutio tũ rō noua Mediolani rub. de pœnis cap. seuerè, completur expressè maledicentes. sic declaratur statutum 22 Patauij sub rubr. de blasphemantibus, ca. 1. Nunc 23 ad rem reuertamur, & de horum blasphemantium pœnis dicamus, esse. n. hoc grauissimum peccatũ post sacros Theologos latè scribũt Cassan. conf. 1. in quinto præsupposito, nu. 68. & Boer. q. 301. qui per multa recensent signa, q̄ contra blasphemos fecit Deus. 24 iure itaque antiquo diuino morte plectabantur: nã lapidibus blasphemũ opprimebantur. Leuit. cap. 24. sic & propter blasphemiam Senacherib, Angelus domini una nocte totum exercitum percussit. Regum 4. c. 19. & Gigas Israelẽ blasphemans a Ionatha occiditur. Regũ. c. 21. sic blasphemũ qui Beelzebub. cõsul uerant, consumpti sunt igne d̄ cælo demisso. Regum. 4. c. 1. sic blasphemũ Core, Dathan & Abiron negãtes Moysen esse constitutum Ducem populi deorati a terra fuerunt. Nume. cap. 16. Iure et Cæsare pœna 25 mortis indicitur, ut in auth. ut non luxurietur contra naturam, est. Nouella 77. quæ sanè constitutio ita clarissimè fanciuit, quæ admodum eã oēs recipiunt; ut Bar. & Ang. ibi, & latè ac doctè illam constitutionẽ perpendit in hæc sententiam Ludouicus Montaltus tract. de reprobatione sententię Pilati. primo dubio, num. 17. 18. 20. his accedunt Catal. tract. syndicus, nu. 106. Petrus Follerius in practica criminali. in fragmentis. Fabius Montale. in practica arbitrari. part. 4. nu. 720. Didacus ca. quamuis, parte 1. §. 7. nu. 10. de pactis, in 6. Boer. q. 301. nu. 10. Hodie tũ pœna t̄ hæc i defuetudinem abijisse uidetur, quemadmodum scribit Lucas a Penna in l. omnes iudices. C. de dela. li. x. a quo non uidentur dissentire relati Boerius, & Didacus. Sed admisso illam sanctionem, & hodie obtinere, intelligimus eã procedere, cũ quis ex cõsuetudine blasphemat, & corrigi minimè potest, ita Bal. & Sal. in l. 2. C. de reb. cred. Alex. conf. 233. nu. 7. lib. 6. Boer. q. 301. nu. 11. & Didacus d. §. 7. nu. 10. in fi. Iure t̄ Põnificio uarię pœnę indicitã uidentur. Pius (ut opinor & ex Platina colligi potest) primus huius nominis Pontifex Maximus fanciuit, ut est relatum in cap. si quis per capillum. 22. q. 1. q̄ iurans per capillũ Dei, uel aliter blasphemans si in ecclesiastico ordine est, deponatur: si laicus, anathematizetur. quam constitutionem diligenter perpendit is Ludouicus Montaltus d. primo dubio. nume. 24. & ait, illam pœnam

mortis corporalis indicare, quod dicere durũ admodum est. illud quidem dicam, Justinianum, qui per multos annos post Pium illum uixit, illam constitutionem ad pœnam corporalem, hoc est mortis, traxisse, ut uerè ostendunt uerba d. auth. ut non luxur. contra nat. ibi, item & per capillum & caput. Pius namq; sedit anno 142. salutis nostræ sub Antonino Augusto Pio. Justinianus uerò, ut omnibus notũ est, imperauit anno 530. sedente Bonifacio iuniore. Gregorius deinde nonus pœnã hanc mitigauit, ut est relatum in c. 2. de maled. solum uoluit, blasphemos primum pœnitentiã pœna a iudice spiritali, deinde pecuniariã temporali puniri. t̄ Conciliũ deinde Lateranensẽ sub Leone X. anno 1514. de blasphemis cõstituit in hæc uerba: Ad abolendam uerò execrabilem blasphemiam, quæ in maximum diuini nominis, & sanctorum contemptũ supra modum inualuit, statuimus, & ordinamus, ut quicumq; Deo palã, seu publicè maledixerit, contumeliosq; ac obscenè uerbis Dominum nostrũ Iesum Christum, uel gloriosam Virginẽ Mariã eius genitricẽ expressè blasphemauerit, si minus publicum, iurisdictionẽque gesserit, perdat emolumenta trium mensium pro prima, & secunda uice dicti officij. Si tertio deliquerit, ille eo ipso priuatus existat. Si clericus uel sacerdos fuerit, eo ipso q̄ de delicto huiusmodi fuerit cõuictus, et beneficiorũ quęcumq; habuerit fructibus applicandis ut infra, unũ anni mulctetur: & hoc si p̄ prima uice, qua blasphemus ita delinquerit. Pro secunda uerò si ita deliquerit, & cõuictus fuerit, si unicum habuerit beneficiũ, eo priuetur. si autem plura quod ordinarius maluerit, id dimittere cogatur. Quod si tertio eius sceleris arguatur, & conuincatur, dignitatibus ac beneficijs omnibus quęcumque habuerit, eo ipso priuatus existat: ad eaq; ulterius retinenda in habilis reddatur: ea quę liberè impetrari, & conferri possint. Laicus uerò blasphemus, si nobilis fuerit, pœna uiginti quinque ducatorum mulctetur, & pro secunda uice quinquaginta fabricæ Basilicæ principis Apostolorũ de urbe applicandorũ, & alijs, ut infra deducitur. pro tertia uerò nobilitatem perdat. Si uerò ignobilis ac plebeius fuerit, in carcerẽ detrudatur. Quod si ultra duas uices publicè blasphemus deprehensus fuerit, mitra infami per integrum diem ante fores ecclesię principis palis mitratus stare cogatur. Si uerò pluries in hoc ipsum peccatum lapsus fuerit, ad ppetuos carceres, uel ad triremes damnetur ad iudicis deputati arbitriũ. In foro aut cõscientia nemo blasphemie reus absq; grauissima pœnitentiã seueri confessoris arbitrio iniuncta possit absolui. Qui uerò Sãctos reliquos blasphemauerit, arbitrio iudicis rōnẽ psonarũ habituri, mitius aliquãtò puniri uolumus. Statuimus etiã ut seculares iudices, qui cõtra tales blasphemie cõuictos nõ animaduertent, eosq; iustis pœnis minimè affecerint, quantũ in eis fuerit, quasi eidẽ sceleri obnoxij eisdem quoq; pœnis subiiciantur. Qui uerò in illis inquirendis puniendisq; diligẽtes, & seueri fuerint, pro qualibet uice decem annorũ indulgentiam consequantur, & tertiã partẽ multæ pecuniarię habeat. Quicumque uerò blasphemãtem audierint, eũ uerbis acriter obiurgare teneantur, si citra periculũ suum id fieri possẽ cõtinget: eundemq; deferre, uel notificare apud Iudicem ecclesiasticum seu secularẽ

intra

intra tridũ debeant. Quod si plures dictũ blasphemãtem simul audierint, singuli eũ accusare teneantur, nisi forè oēs cõuenerint, ut unus p̄ cunctis tali fungatur officio. Quos oēs in uirtute sanctæ obediẽtiæ hortamur, & monemus in Dño, ut pro diuini nõis honore ac reuerẽtia in suis domibus, ac cæteris p̄missa oĩa seruari, & exactissimè exequi mudent, ac faciãt: uberrimã ab ipso Dño Deo tã boni operis, ac pij mercedẽ habituri. Similẽq; annorũ decem indulgentiam ab Apostolica sede consequuntur cũ tertia parte multæ, qua dictus blasphemus plectitur, quoties tale scelus puniendũ curauerint. quã quidem indulgentiã, & reliquã tertiã multæ partem accusatori blasphemũ nomen deferenti similiter cõcedi, & assignari uolumus. alijs pœnis contra huiusmodi blasphemos p̄ sacros canones expressis, nihilominus in suo robore manentibus. Hactenus Synodus Lateranensis. Hostiensis, tamen in summa in ti. de maledicis. §. blasphemantes. uers. grauior, quem secuti sunt Ancha. Butr. & Card. in ca. 2. de maledicis, quod & sensit Bonifacius Vitalinus tract. maleficiorum sub rubr. De pœna blasphemantium. nu. 3. ut hos omnes recenset Fabius Monteleo. d. practica arbitrari, parte 4. nu. 739. scribit, hodie pro iudicis arbitrio blasphemos puniri. a quibus non dissentit Iaf. l. 3. §. iurari. nu. 14. de iureiura. Bossius tract. causarum criminalium, titulo De inquisitione. nu. 13. qui scribit, hoc casu cum atrox est blasphemia iudicem posse arbitrari pœnam mortis, & sensit Iacobus Simancas in praxi Harescos, tit. 9. & casus aliquot esse arbitrarios ostendit relata cõstitutio Lateranensis. Iudex itaque pro personæ & facti qualitate pœnam indicare poterit, nam is, qui blasphemare consueuit, & qui in corrigibilis est, grauius puniendus est. quod annotarunt Abbas & cæteri in c. 2. de maledicis. Alex. conf. 72. nu. 8. lib. 1. & Bernardus Diaz i pract. criminali canonica. c. 103. Et his 31 blasphemare consueuisse dicitur, qui nõ bis, & ter, sed qui sæpius in illud uitium incidit. id quod Alexãder, & relati omnes scribunt. ita etiam Fabius d. nu. 739. & Bellonus conf. ult. nu. 5. Jo. de Selua tract. De iuramento. par. ult. q. ult. nu. 9. & Iaf. d. §. iurari. nu. 4. 32 qui inquit, & e contra, illum t̄ esse mitius puniendũ, qui non consueuit blasphemare. quod annotauit & Boer. q. 301. nu. 11. ita pariter cum illo blasphemio 33 mitius agendum est, qui t̄ calora iracundię blasphemauit. licet enim (ut ostendit is Ludo. Montaltus d. tract. De reprobatione sententię Pilati. primo dubio nu. 3. in fi.) iste peccet, minus tamen peccat, quam is, qui ex proposito blasphemauit: ob id etiã mitius arbitrio iudicis puniendus est, ita ille. & ante eũ Dec. conf. 163. nu. 10. Tiraq. tract. De pœnis legum, causa 1. nu. 13. 14. Didacus d. c. quãuis, parte prima. §. 7. nu. 13. de pactis, in 6. Erit etiam habenda ratio secũdum 34 aliquos, loci ubi prolata est blasphemia, an ex malo more illius regionis ita passim homines blasphemare consueuerint: illa siquidem consuetudo aliquãtulum excusat: ita tradunt Bald. & Angelus, quos recenset Iaf. d. l. 3. §. iurari. nu. 16. de iureiurãdo. Bello. dicto consil. ult. nu. 6. Verum rectius contrarium sensit ipse Iafon, & post eum Petrasancta singu. 83. in fine. Ferrarius cautela 25. Gramma. decisi. 56. colum. 2. & Didacus dicto §. 7. numero 13. Nunc sciens prate 35 reo t̄ uarias pœnas, quæ uarijs locorum constitu-

tionib; blasphemis indicuntur. quemadmodũ sãctiones Gallicas, Hispanicas & Neapolitanas recenset is Didac; & Fabius. Brixie ex statuto in criminalibus c. 168. De pœna maledicẽtis & blasphemãtis pœna in d̄ pecuniaria, ita & hic Patauij ex statuto primo sub rub. De blasphemãtibus Deũ. ita et Papię iã diximus extare statutũ pœnã indicẽs pecuniariã. & quo quẽ statuto rectè sublata est illa cautela, q̄ blasphemus confitendo peccata sacerdoti atque ita pacẽ in eũdo cũ Deo, pœnã euitet. sicuti eã cautelã multi p̄barũ, quos recenset Iaf. d. l. 3. §. iurari. nu. 16. de iureiura. & si de iure etiam alij uerius cõtrarium sentiant, ut Petrasancta d. singu. 83. & Didacus lib. 2. c. 10. num. 3. S V M M A R I V M.

- 1 Blasphemiam factõ committi.
- 2 Imagines Dei & sanctorũ spurcans grauius puniendus est.
- 3 Crucis signum humi ponere, uel in marmore, q̄ pedibus calcatur, in sculpere non licet.
- 4 Iudicis arbitrio, punitur, qui Dei uel sanctorum imagines sordauit, spurcauitque.
- 5 Imaginem Saluatoris nostri pugione feriens, qua pœna plectatur.
- 6 Imaginem Dei frangentis pœna.
- 7 Statutum Patauinum sub rub. de blasphemãtib. Deũ declaratur.
- 8 Constitutio Mediolani sub rub. de pœnis. c. sacras declaratur.

CASVS CCCLXXVI.

IMAGINES SALVATORIS NOSTRI, uel Sanctorum sordans & spurcans, uel feriens, qua pœna puniatur.

Cum nõ uerbis solum, sed & factis blasphemus dici quis possit dicendũ est hoc loco de pœnis eorum, qui impijs manibus spurcanti, sordarunt, uel oblinunt Dei saluatorisque nostrũ, Beatã Virginẽ, uel Sãctorũ imagines & figuras. ij uerè grauius puniendi sunt aliqñ, aliqñ uerò mitius arbitrio iudicis. nã si is q̄ imaginẽ & statuã Principis sordauit, dehonestauique, grauius puniendus est. l. nõ contractur, cũ lege sequen. & l. famosi. ff. ad l. Iul. maiest. & l. capitaliũ. §. ad statuas, uers. cũ quoque qui imaginẽ Cæsaris. ff. de pœnis. quantò fortius grauius hic deturpãt Dei imaginẽ plectendus est. quo argumenti genere ad rē nostrã utitur Boerius q. 301. nu. 17. cõfirmatur ex l. unica. nemini licere signũ Saluatoris, qua pœna grauissima punitur ij, q̄ in contẽptũ Christianę religionis in terra, uel marmore t̄ signũ crucis q̄ pedibus calcari p̄t, in sculpsit, atque fixit. uerum his iuribus nõ est diffinitũ, q̄ grauis, uel grauissima hæc pœna dicatur. Quo circa clarè hoc diffinitur in cap. si canonici. §. ult. in cõta gl. pen. ibi, de off. or. in 6. quæ tandem inquit, t̄ iudicis arbitrio esse pro facti qualitate puniendum. quam glo. probarunt Boer. d. q. 301. nu. 17. quibus accedit Paulus Grillan. trac. De sortilegij. q. 11. nu. 18. & Paris Puteus tracta. De ludo. nu. 62. & Decius in l. si quis id quod. n. 4. de iurisd. om. iud. Iudex ergo qualitate psonæ & facti per pensa poterit etiam pœnam mortis indicare, quem admodum senserunt Angelus in l. ex senatus. cõ. ff. ad

PRINCIPI MALEDICENS QUANDO & qua pena feriendus sit: & an Principi condicatur suos maledicos punire: varijs exemplis Principum declaratum atque egregie explanatum.

Dicendum est nunc de penis eorum, qui inique maledicunt eorum Principibus, nam & hoc blasphemiae genus quoddam est: si quidem contra diuini preceptum dicitur. qm Exodi c. 22. scriptum est: Dijs non detrahes, & Principi populi tui non maledices. Quo circa Theod. Arcad. & Hono. in l. unica. C. si quis Imper. maled. quae constitutio habetur in codice Theodos. li. 9. tit. 4. l. unica. hos maledicos aliqui quae pena dignos esse iudicauerunt: ita aliquot casus considerauerunt. Primus est, cum quis temulencia, & ebrietate impulsus Principi maledixit, istuc aliqua pena non punitur, ut uerba illius constitutionis clare pbare uidentur. qd recte factu creditur na ebrietas mentis exiliu inducit. ca. crapula, de uita & hon. cler. Hac exemplo Pirrhi Epirotarum Regis confirmatur, qui, ut testis est Plutarchus in illius uita, & in Graecorum apophthegmatis, cum audisset a quibusdam adolescentibus inter bibendum couitijs maledictis; onerat, iussit eos ad se perducere, quos hac de re interrogauit, eorum alter respondit: Hoc nepere Rex diximus, dixissemusq; longo plura, si plus uini habuisssemus, siue ut Quintil. li. 6. inst. orat. c. 4. immo uero (inquit) nisi lagena defecisset, occidissem te. quae uerbanitate tota est criminis inuidia dissoluta. Hoc & duo alia, nepere Dionysii, & Pisistrati exempla, quae huc adferre nolui, ad rem hanc recenset Tiraq. trac. de penis legum, ca. 6. nu. 5. & 6. atque ita sentiunt nri ex d. l. unica, ob ebrietatem maledicum non puniri, ita constitutionem illa eo loci intellexit Angelus. idem censuit relatus Tiraq. quibus addo Gygatem tract. De crimine laesae maiest. sub titulo Qualiter & a quibus crimine laesae maiest. committ. q. 40. Ego t uerius sentio hunc no oino impune dimittendum esse, sed esse puniendum & si leuitus q; mente bene composita maledixit, id, qd pbatur ex l. omne delictum. §. p uinum. ff. de re mil. qua sacitum est, milites p uinolentia delinquentes militia exauthorandos esse, capitali pena remissa. immo ius ipsum Pontificiu per ebrietate lapsos punit, siue ad ipsum delictu, siue ad ebrietatis uitiu referatur. c. sane 1. §. q. 1. & alia scripsimus plura supra casu. 3. 2. 5. du egimus, quae pena feriendus sit qui p uinolentia deliquit. Nec difficultate mouet illa constitutio d. l. unica C. si quis Imper. maled. in illis uerbis, ac temulencia turbulentis obrector temporu nostroru fuerit; eum pena nolumus subiugari. qm Imperatores illi no senserunt temulentum hunc maledicum esse impune demittendum. uerum sensus is est, iudices locorum ordinarios no ita passim hos maledicos, ut ceteros criminosos punire debere, sed facti qualitate ad ipsum Principem referre debere; ut ipse statuat quod sibi uisum erit: pena ergo no ermittitur omnino, sed solum Principis arbitrio relinquitur. Et hic sensus probatur, quia posteaquam Imperatores illi retulerunt casus omnes, quibus Principes maledicuntur: inquit, unde integris oibus & c. constituentes ordinarium iudice ex sua iurisdictione non

1. Cornel. de ficarijs. quem secuti sunt plures relati a Boerio, q. 3. q. 1. col. ult. ut in casu illo horrendo relato ab Anch. consi. 1. 5. Spirituales. de illo impio Iudco, qui es specula coniecerat immunditias & deturpauerat crucem, quam clericus deferebat, cum Deo pces portigerentur, quae uulgo, la processione, dicitur. respondit & recte Ancha. ultimo supplicio illum fuisse plectendum cum Anchar. sensit Grillandus d. q. 1. 1. nume. 1. 2. idem trac. de penis omnifariam coitus q. 1. nu. 9. ita morte dignus erat ille, quem refert Chalfan. consi. 1. in quinto praesupposito. nu. 69, qui dum Mediolani esset pugione imaginem Saluatoris nostri percussit, his impijs uerbis prolatis: utina Christe ita potuissim te in utero matris tuae ita tranfigere, quemadmodu tua hanc transfixi imaginem. & scribit Chassanæus miraculose sanguinem fluxisse ex imagine illa, illuq; perterritu domu abiisse, & cum domum esset ingressus illa corruisse. Alia et mitiori pena puniri potest, ut in eo obseruatu fuit Perusij, qdū fregisset Dei imaginem, manus ei amputata fuit; referent Ang. l. ex tenatu scotulo. & imaginu effracto res impios iudicis arbitrio puniedos esse scribit Iacobus Simacas in praxi Hæreseos, tit. 10. & ideo recte statutū ē hic Patanij ex statuto 2. sub rub. De blasphemāib⁹ Deū, his impijs esse penā indicendā arbitrio iudicis pro qualitate facti. Ego intelligo statutū, ut et penā mortis possit indicere, ut cū iure cōi cōueniat, ita etiā intelligenda est noua Constitutio Mediolanensis rubr. De penis. ca. sacras autem imagines.

S Y M M A R I V M.

- 1 Principi maledicens blasphemare dicitur.
2 Principibus non esse maledicendū lex Diuina iubet.
3 Ebrius Principi maledicens an puniatur.
4 Pyribi factum in suos maledicos per temulentiam.
5 Diuinit et Pisistrati exempla in maledicos per ebrietatem.
6 Ebrios Principi maledicentes iudicis arbitrio puniri ex Auctoris sententia.
7 Ebrietate delinquentes, ius Pontificium punit.
8 L. unica. C. si quis Imper. maled. intellectus.
9 Accursus & aliorum lapsus in interpretatione. l. unica. C. si quis imper. maledixit.
10 Principi maledicens ex lingua lubrico an puniatur.
11 Linguae lubricum domari non posse.
12 Maledicens Principi per dementia non punitur.
13 Iudicis arbitrio puniri, qui ex proposito maledicunt Principi.
14 Iniuriam esse atrocem Principi maledicere.
15 Principes punire debere suos maledicos.
16 Bonos praemijs esse mutandos, malos uero penis coercendos.
17 Leges ludibrio esse non debere.
18 Principes pati non debent se contemni.
19 Honor ceteris praferendus.
20 Dionysius Syracusanus maledicos suos grauiter puniebat.
21 Memnon contra Alexandru pro Dario bellum gerens militem Alexandro maledicentem penis afficit.
22 Antonin⁹ Caracalla suos maledicos grauiter puniuit.
23 Philippi Macedonis patientia in suos maledicos.
24 C. Iulij Caesaris in suos maledicos patientia.
25 Caesaris Augusti in maledicos patientia.
26 Vituperatio obsequiosa aliquando est.

non punire, sed referre debere Principi, qui statuat, quid agendum sit. Hoc confirmatur, quia sentiunt plures, quos mox referam, maledicos, qui ex lingua lubrico Principi maledixerunt, esse arbitrio Principis plectendos, cum tamen in d. l. unica scriptum sit. si ex leuitate processerit, contemnendum est, hoc inquam non alia rone scriptum qd quod mox subiicitur, ad Principem referendum esse, qui pro suo arbitrio penam indicit. Nec obstat quod immo casus hi Principi non referantur, sed is solus cum maledictio ab iniuria processerit, ut significat uideatur illa uerba d. l. unica, ibi, si ab iniuria remittendum, quod uerbū remittendum, ibi interpretatur Accursius, remittendum an nos, quasi qd maledicus eo solo in casu sit Principi transmittendus & Accursium maxime probauit Abbas. c. 1. nu. 4. de maledicis & Bonifacius Vitalinus tract. maleficiorum, sub rubr. de pena blasphemantium Deum, nu. 9. Respondeo minus ueram esse illam interpretationem cum uerus sit illorum, uerborum sensus esse remittendum, hoc est nullam habendam esse rone illius maledicentiae, & huius uerbi remitto, talis est significatio in d. l. omne delictum, §. per uinum, de re mil. & sensum hunc precedentia omnis constitutionis uerba ostendunt, dum legitur: si ex leuitate contemnendum, si ex insania miseratione dignum; si ab iniuria remittendum. loquitur Theodosius ut uerus Christianus, cuius non ulcisci, sed remittere iniurias proprium est, & ex hoc loquedi modo & formulā uoluit ostendere Theodosius, iudices ordinarios no ita statim decurrere debere ad hos maledicos coercendos, sed Principi referre debere, qui pro facti qualitate penam indicere poterit. Concludamus itaque hunc per temulentiam maledicum Principis arbitrio esse puniendum, is ergo ut iustus & aequitate insignis ex personae qualitate uel indicere, uel remittere penam poterit.

Secundus est casus, cum t quis ex leuitate, & lingua lubrico Principi maledixit: is iudicis arbitrio punitur, ita respondit Craue. consi. 6. nu. 4. & num. 7. 1. quam sententiam probat d. l. unica, C. si quis Imper. maledixit, iuxta considerationem & sensum iam relatum, ordinariū quidem non punitur, quoniam lubricu linguæ non est facile ad penam trahendum, l. famosi, ubi Ang. si ad l. iul. maiest. & lubricu linguæ neminem domare posse, scriptum est Ecclesiast. capi. 18. Gigas d. q. 40. nume. 4. Vnus tantum Franciscus Lucanus tract. de fisco, parte secunda nu. 34. sentire uidetur hunc lubricum linguæ non esse etiam arbitrariè puniendum: dum in hæc uerba scribit; Trigesimus quartus casus est, quod obloquens de Principe, si no ex lubrico linguæ pena erat arbitraria ipsius & c. sed parui facienda est huius traditio tum quæ ex professo id non affirmauit, tamen quia ueritati refragatur. Princeps ergo pro sua iustitia, facti & persona qualitate pefata penā uel indicet, uel remittet.

Tertius est casus, cum t ex stultitia, dementia atq; furore quis Principi maledixit, is puniendus non ē. ego intelligo hæc iuxta declarationem a nobis relata supra in casu 3. 2. 4. dum egimus quae pena feriendus sit, qui furore uexatus deliquit.

Quartus est casus, cum quis t ex proposito & per iniuriam Principi maledixit. his etiam pena ipsius Principis arbitrio plectendus est, quod ex d. l. unica,

C. si quis Imper. maledix. affirmarunt is Franciscus Lucanus d. trac. de fisco, par. 2. num. 34. Affict. deci. 265. nu. 62. Crau. d. consi. 6. nu. 71. Petrus Placa lib. j. Epit. delict. cap. 4. nu. 1. qui eiusdem sententiae Ioan nem Igneum refert; atque ita is Placa ibidem nu. 4. sic expresse intelligit tex. c. 1. de maledicis. i quo scriptum est in hæc uerba. Ipsum a temeritate sua compefcas, ut pena illius alijs terrorem incutiat, ne de cetero contra Romanam Ecclesiam in talia uerba prorumpat. ibi pena non diffinitur: quare iudicis arbitrio (ut inquit Placa) relinquitur. quam ergo penā 14 indicet? mea quidem opinione, t atrox iniuria ob personam Principis diiudicanda est, uti satis constat ex his, quæ scripta iam a nobis sunt supra in casu 263. dum de atroci iniuria egimus. graui ergo pena plecti is poterit, dico tamen non esse eadem pena afficiendum, quae reus criminis laesae maiestatis, id qd i specie affirmarunt Crau. d. consi. 6. nu. 4. & Gigas d. tract. de crimine laesae maiest. tit. Qualiter & a quibus crim. laesae maiest. committ. q. 40. in si. Placa li. 1. epit. delict. c. 1. in si. & in specie idē sentit Assl. in c. j. in uer. Et bona committentiū, nu. 43. Quæ sint regalia, qui dixit, hos maledicos non pena criminis laesae maiest. sed arbitraria puniendos esse. Nec iniquum est (mea quidem sententia) qd in hos maledicos interdum grauius animaduertat Principes, nā hos puniedos esse lex ipsa diuina & Pontificia suadet. Diuina qm scriptū Exo. 22. Dijs no detrahes, & Principi populi non maledices. Canonica d. c. 1. de maledicis. Secundò suadet & lex civilis, quæ illatam iniuriam priuato ulciscitur, §. atrox, inst. de iniurijs, a fortiori ergo uindicanda est illata iniuria principi. quibus subinfertur, qd nisi Princeps hos maledicos puniret, se nec legis diuinæ, uel humanæ obseruatorem & custodem, sed uiolatorem ostederet, cum tamen non alia rone factus sit a Deo 16 Princeps, quàm ut bonos praemijs inuiter, malos uero emeritis penis coerceat. gl. in c. omnes. de maio. & obed. Ant. Rosellus trac. de potestate Imperatoris, §. qd si Christus, nu. 1. confert. cap. factæ sunt leges. 4. 17 dif. Accedit tertio, qd quemadmodu leges no debent esse ludibrio & ad contempu, l. si Prætor, ff. de iud. lult. 18 ff. ne quid in loco publ. ita nec ipsi t Principes contempui esse debent, sed ubi impunita dicacitas hæc relinqueretur, dubio procul inde Principu oriatur contemptus: atque ita redderentur minus idonei in populorum moderatione. Nam posteaquam contemuntur, & illorum præcepta non obseruatur, omnia sine delectu miscuntur. quod Principes non sui causa solū, sed populoru ferre non debent. Comprobatur quarto, quoniam si dicacitate hæc inultam Principes relinquerent anam præberent haud multum difficile conspirandi in eos, quædo quidem ij, qui conspirare desiderant, ex maledicentia animos maledicum intuentur & cognoscunt & hos facile sibi in conspiracyonem socios alsciscere possent. uerè enim cogitare possunt hos maledicos facilius malefacturos esse, si malefaciendi locus detur. hoc equidem no ita facile eueniet, si i dicaces & maledicos Principes animaduertant quoniam per silentium medici cor alteri cognitum no erit, immo & ipsis maledicis ansa aufertur malefaciendi; nam ubi delicta puniuntur, homines non inuitantur ad delicta perpetranda, ut contra, Huc spectat quinto, qd si Princeps; nullam

hanc relinqueret dicacitatē, uerē fateri uideretur, tale esse, qualis prædicatur. arg. l. qui patitur. ff. manda. Doct. in l. quæ dotis. ff. sol. matr. id quod nulla ratione causauit concedere Princeps debet quando qui dem bona fama & honor p̄ cæteris diligenda sũr. debet certē quis potius mortem pati, quā honorē perdere. l. isti q̄dem. §. pe. ff. de eo quod met. cau. latē Craue. conf. 168. nu. 3. Soc. iun. conf. 38. nu. 40. lib. 1. & Neuiz. li. 1. Syluæ nup. nu. 24. Cæteros sciens prætere. Cōfert sextō optima illa ratio, quod Princeps à Deo imperandi munus habet: uti legitur in cano. uir. de iudiciis. Imperia autem duplici modo moderari solent, amore, & timore, quemadmodum scriptū reliquit Aristoteles Polit. lib. 1. ca. 3. ubi ergo dicacitas & maledicentia hæc ipunita relinquitur: dubio procul amorem & timorem p̄dit. nā se nō amari iam intelligit, cum maledicū uoces audit, nō etiā se metui cognoscit, quādoquidē si timerent, nō illi maledicerent. posteaquā ergo ex administratione sua populari amorē retinere nequit, timorē saltē, quō imperij munus sustineat, omni conatu, p̄nis, in flicis, retinere debet: ne alioqui à Deo de mādātū ip̄erādi munus sultē & negligētē abijcere uideatur.

Accedit tādē aliquorum exempla, qui dicaces & maledicos castigant. legimus apud Plutarchum in apophtegmatibus Dionysium seniore Syracusanorum Principem grauitē in maledicū animaduertisse. is cum accepisset duos adolescentes multa de se atque sua tyrānide turpia detestanda que in ter potadum locutos, utroque ad cænam inuitauit: & cū aliter quidem ebriosum multaque nugātem animaduertisset, alterum autem rarō & cautē bibētē, illum quidem, ut natura & uino furentem dimisit, hunc uerō, ut consultō maleuolū & hostem interfe cit. Scribit & eodem loco Plutarchus, Memnonē p̄to Dario rege aduersus Alexandrum bellum gerentem, cum militem quendam mercede cōductū multa de Alexandro ipso nepharia turpiaque iactātem, lancea percussisset atque his uerbis illum seuerē cogarguisset. Ego (inquit) te pasco, ut pugnes cōtra Alexandrū, non ut illi maledicas. Hoc idem obseruasse Antoninum Caracallam Romanorū Imperatorē apud Spartianum legimus. is Alexandrinos lingua in eū petulantissimos & maledicos magna cū strage deleri iussit. Non tamen ex his improbo clementiā illorum Principum, qui posteaquam maledicos & dicaces aliquos esse intellexerunt, interdum de illis uindictam non sumunt: eos potius benignē reprehendentes, quā grauitē plectētes, nec enim bonū semper esse opinor, dicaces & maledicos p̄nis afficere, quod multorū exemplis probatum habemus. Philippus magnus Alexandri pater, qui dicere conuenerat, se habere gratiā Principibus Atheniensū, quod suis conuicijs ipsum & moribus & sermone in dies efficerent meliorem. is in quā rogatus, ut maledicū expelleret, nō faciā, inquit, ne circumiens inter plures maledicat. idem Philippus cū Nicanor ab eo esset neglectus, & deinde donatus maledicentiā ad laudes conuertit, prudenter respondit Philippus, Principū esse bene & malē audire, hæc Plutarchus in Apophtegmatibus. & idem Plutarchus de cohibenda iracundia aliud regium Philippi responsum recenset. Is cum audiisset quod Arcadion quidam

Achiuus non desineret de se maledicere, rogatus ab amicis, ut maledicū puniret nec enim (dicebāt illi) oportet negligi tantā petulantia. Philippus autem cū occurrisset homini, humaniter cū eo collocutus, mox etiam xenijs ac donis ad eum missis, postea ius sit eos percontari, quomodo iam de se loqueretur apud Græcos: cunctis autem testificantibus, eum hominem iā mirū Philippi laudatorem esse factū. Ego igitur (inquit Philippus) melior medicus quā uos, ita etiam Lysander cuidā cōuicijs eū onerante, respondit. Dic frequētē, inquit, nō peregrinelle dic, nihil omittens, si fortē tuū his malis animū, quib. plenus esse uideris, euacuare possis. atq; ita illū dicacem cōtempnit. auctor est Plutarchus in Apophtegmatibus, qui & alia nōnulla recēset. Ex Romanis extat illud exemplum Julij Cæsaris (ut in illius uita auctor est Suetonius cap. 35.) is acerbē de se loquentibus satis habuit pro cōcione denūciare, ne perseverarent, Au lique Cecinnæ criminoso libro & Phitolai carminibus maledicentissimis laceratā existimationem suā, ciuili animo tulit. Augustus quoq; Cæsar (quemadmodum auctor est idē Suetonius in illius uita c. 51.) Iunium Nouatum sola p̄na pecuniaria multauit, quāquā is Agrippæ iuuenis nomine asperimā de eo epistolā in uulgus edidisset. & Tiberio cōquerenti, quod plurimi de eo petulātē loquerentur, ita respondit: Aetati tuæ mi Tiberi noli in hoc indulgere, & nimium indignari quemquā, qui de me malē loquatur, satis est enim, si hoc habemus, ne quis nobis malē facere possit. His itaque exemplis docemur, nō semper puniendā esse maledicū dicacitatem, id q̄ prudentis Principis est pro temporum & p̄sonarū qualitate deliberare, nam interdum puniendi dicaces sunt, interdum ferendi, enim uerō (inquit Plutarchus in Politica) uituperatio si mixta est cū laude, quæ ingenuitatem, non contumeliā uideatur prætere, neque irā & propē furorē exuscitet, sed p̄nitentiam ueluti morsum inducat, leue id negotium est, & res obsequiosa uidetur: è contrario maledicendi atq; obiurgādi profusa licentia Rempublicis & principibus ciuitatis dedecori est.

SVMMARIVM.

- 1 Agricultura maximē fauent.
- 2 Boves aratorios & instrumenta rusticalia pignore capi non posse.
- 3 Græcorum lex, ne instrumenta rusticalia pignore capi possunt.
- 4 Boves aratorios lege Attica mactari uetitum.
- 5 Iudicis arbitrio puniri executores, qui boves aratorios pignoris causa capiunt.
- 6 L. Executores. C. q; res pign. obl. poss. litera et s̄sus.
- 7 Constitutio Mediolani sub rub. de Executoribus. cum executiones, declaratur.
- 8 Exequutori iniquē exequenti resisti posse.
- 9 Statutum Papiæ in ciuilibus sub rub. de bestijs, aratorijs, declaratur.
- 10 Boves aratorij & instrumenta rusticalia pignore capi an possint, cum alia extant bona.
- 11 L. stipendia. C. de execut. rei iud. declaratur.
- 12 Pignus contrahi in subsidium in illis rebus, quæ alias pignori dari prohibentur.
- 13 Ripa opinio quædam improbat.

- 14 Boves aratorij, & instrumenta rusticalia pignore capi non posse, etiam ut subastentur.
- 15 Boves aratorij pignori, ex conuentione dari posse.
- 16 Statutum Papiæ 105. in ciuilibus, sub rub. de bestijs aratorijs, declaratur.
- 17 Boves aratorij in opere nondum deducti pignore capi posse.
- 18 Statutum Brixie 64. in ciuilibus sub rub. De rebus non pignorandis, declaratur.

CASVS CCCLXXVIII.

POENA EXEQVVTORVM, QVI PIGNORE capiunt boves aratorios, & instrumenta rusticalia: & quando capere liceat, declaratum.

Agriculturæ maximē fauent leges tā antiquæ quā nouæ: si quidem multa illius causa agrorū cultoribus tributa priuilegia uidemus, quale illud unū est, quod a Constantino est concessum in l. executores. C. q; res pign. obl. poss. nē p̄ executores ad exigēda debita datos, nō posse abstrahere seruos, boves aratorios & rusticalia instrumenta, & rectē, nā hinc mortaliū uita pendet. quo circa, ut Diodorus Siculus li. 1. scriptū reliquit, nō sine causa dānantur nōnulli Græci legū latores, q; arma, aratrū, & quid uis rustico operi necessariū instrumentū, phibuerunt capi pignore, seruorū aut corporea, qui his utūtur posse. Sic Alianus lib. uariae historiae scribit. Lege attica ueritū fuisse boves aratorios mactari. memoria ē p̄dit Plinius li. 8. c. 45. quendā Romæ exulare iussim, q; bonē aratoriū occidi iussisset. sic Aliani ac Plinij loca ad rē nram retulit Iacobus Cuiacius lib. 4. obser. iuris c. 20. quo loci & alia hac de re egregia scribit. P̄na autē qualis sit contra hos executores, diffinitū nō est, sed iudicis arbitrio indicēda concessit idē Imperator in §. d. l. executores, ex illis uerbis: estimando a iudice supplicio subigetur. q; uerba a cōpositoribus P̄dectarū, & Codicis recētiore aliq; adscripta opinātur, & rectē mea s̄nia, nā in l. 1. de pignorib. in Theodos. Codice. a qua s̄pta est d. l. executores. sic legitur. A Reكتورibus prouinciarū capitali s̄nia subigetur. In Dominio Mediolanensi extat §. constitutio noua sub rub. de executoribus. c. cū executiones, illa prohibētū est sub p̄na pecuniaria, & illa nō perfoluta, fastigationis capere pignore boves aratorios, & alia instrumenta rusticalia, qua in re scribit Plotus in l. si q̄n. nu. 712. C. unde ui. q; si cōtingeret boves hos aratorios, uel alia hæc instrumenta pignoris causa abstrahi, p̄t dñs manu p̄pria recuperare: ex s̄nia Ias. conf. 20. li. 3. quā sanē opinionem ueram esse opinor: quoniam §. executori iniustē & iniquē exequenti resisti potest: ut ipsemet Iason scribit d. conf. 20. colum. 3. uerf. prætereā officiali. li. 3. quod alibi explicauimus. & Papiæ hoc est absolutum ex §. statuto 105. in ciuilibus sub rub. de bestijs aratorijs. ibi, & idem resisti possit. Extenditur hæc iuris conclusio, atque ita etiam illa dispositio cōstitutionis Mediolani, ut locum etiā sibi uendiceret quando nulla alia extarēt bona, in quibus executio fieri possit: adhuc opinor non posse capi instrumenta rusticalia. ita sensit Petr. Cynus & Alber. in d. l. exequutores, idem scribit Negus. tracta. de pignoribus, parte 2. membro tertio, nu. 49. nam

lex solum considerauit impedimēta agriculturæ, q; nō pauca sunt, cum iumēta aratoria & cætera instrumenta abstrahuntur, quandoquidem tempus contemnitur ac consumitur, dū ab opere summoctur, ad ciuitatē ducuntur & pretium pro eorum recuperatione quaeritur. Nec me mouent rationes, quibus cōtrariam tuentur opinionē glo. d. l. executores, & ibi Angelus, sed clarius Plotus in d. l. si q̄n. nu. 712. C. unde ui. text. n. §. stipendia. C. de execut. rei iud. non p̄bat. nā licet stipendia tūc pignore capi possunt, cū alia nō supersunt bona, in quibus fieri possit executio, attamen stipendiatas à suo munere & officio nō sūt mouetur alioqui, si sūmoueretur ex toto, nullo modo illa capi possent: ut ibi annotarunt Doctores, sic clarius Bal. & Ang. in l. spem. C. q; res pigno. oblig. possit in his rebus rusticalibus, quæ fundo magis addicta sunt, q; stipendia stipendiatas, non ita executio p̄t q; ut agricultura impediatur. Non etiam illud obstat, q; in subsidium concedatur pignus in rebus illis contrahi, quæ alias ex mente pignoris non uenirent in obligatione: ut tradit Petrus in l. sing. 35. Dicitur est. quem in hanc sententiam citauit Plotus d. l. si quando, nu. 712. & quibus addo Gome. in §. item Seruiana. nu. 22. in fi. inst. de actio. Nam ad rem hoc non confert, quandoquidem non dicit illa p̄hibita esse alienari & pignori dari, si modo expressē agatur: sed in casu isto extat prohibitio pignoris faciendit quæ sanē prohibitio nō cessat ex mente cōtēnturata debitoris, ut in casu Petrus in l. c. & sequenti. Non ēt mihi placet illa distinctio casuum quam facit Ripa. trac. pestis, in titulo de remedijs præserua. cōtra pestem. nu. 221. q; aut boves & instrumenta rusticalia sunt ipsius rustici qui & prædij dominus est: & tunc capi pro pignore non possunt. Aut is rusticus prædia non hēt, & tunc capi possunt, cōtra hanc distinctionē uiget relata ratio: qm̄ uerē omni casu agricultura impeditur: & si non propria coloni, illa saltem domini sui.

Extenditur secundo, ut procedant iam relata iuris communis & statutorum dispositiones, etiam si caperentur hæc ad agrorum culturam pertinentia, ad hoc ut hæc subijci possent, & uenderentur, uel in solutum darētur creditori, qui illa ad culturā agrorū usum seruare uellet: adhuc etenim nō debet hæc executio concedi, cum & hoc in casu eadem militet ratio impedimēti culturæ, atque ita in hoc dissentio à Ploto d. l. si quando. n. 712. uerf. fallit etiam, C. unde ui. qui auctoritate Ruini conf. 130. nu. 9. lib. j. mouetur. sed diuersa est ratio & casus ille Ruini, non enim uult Ruinus, rem illam posse alienare aliquo in casu in illū forelem, sed uult forelem illum posse illius rei pretium consequi: sed in casu nostro res ipsemet rusticales distraherentur. Accedit, q; si uera esset Ploti opinio facile legi fra fieret. si quidē affirmarēt creditores, se boves aratorios ad usum hūc habere uelle: quod nulla rōne concedendū est. Hæc sunt adnotanda ad declarationem d. statuti Papiensis ac Mediolanensis. Brixie tamen ex statuto 64. in ciuilibus, sub rub. de rebus non pignorandis, est aliter declaratū. Extenditur tertio ut locum etiā habeat relata conclusio, quando ipsemet agrorum cultor ex conuentione expressa hæc pignori supposuisset. ita s̄sus Bar. in d. l. executores, & Negus. d. num. 49. ex l. pignorū, illo

POENA QVÆ SIT IN PERTVRBANTIBUS IMMUNITATES IURISCONSULTORUM, & MEDICORUM, & AN CONCESSA IMMUNITAS DOCTORIBUS LICENTIATOS COMPREHENDAT.

illo titulo, quæ tamen opinio & doctrina non habet locum in Papiæ ex d. statuto 105. De bestiis aratorijs, in illis verbis, & prædicta non habeant locum in eo, qui bestiam; uel rem aliquam ex prædictis sponte de differ. quod statutum extat & Mediolani cap. 251. sub rub. de bestiis aratorijs. uers. & prædicta non habeat. ita etiam statutum Brixie de quo supra. si enim concedit statutum in actu executionis possit debitor consentire executioni fiendæ in instrumentis his, pari ratione dicitur concedere ipsam obligationem. nam statutum illud non considerat isto in casu fauorem publicum, nempe, ne agrorum cultura destitueretur, sed fauorem potius priuatum, alioqui quemadmodum de iure cõmuni cõuentio ista prohibetur, ita & in statuto dicendum foret.

- 18 Declaratur primò hic casus ut locum non habeat eo i casu, quo executio fieret in rebus quidem apertis ad culturã agrorum, sed quæ nondum essent in opere ipso. exempli gratia in casibus d. statuti Papiensis, 105. sub rub. de bestiis aratorijs. ibi, uel si esset mercator, uel conductor bestiarum qui pecuniam accepisset. ac d. statuti Mediolani. c. 251. qd hêt eadẽ formalia uerba, & si. n. hic mercator bestiarũ boues habeat aratorios, atq; executio i illis fieri pot, cũ ad huc in opere nõ sint, nec eorũ causa cultura agrorũ deseritur; & illos hêt mercator iste loco meritiũ, nõ ut instrumenta rusticalia. q rationes considerantur & in alio eiusdẽ statuti exẽplo, ibi, nec si bestie essent datę occisione foccidæ, uel societatis illarũ bestiarũ, ita et declaratur statutũ Brixie 63. sub rub. de rebus non pignoradis, uer. Nec et locũ habeat in domino,

SVMMA RIVM.

- 1 Medici, Legum professores & Grammatici immunes sunt a muneribus.
- 2 Iudicis arbitrio puniri, qui a Legislatoribus, Medicis & Grammaticis collectas exigunt.
- 3 Aduocatos esse immunes, ut sunt legum professores.
- 4 Immunitas concessa legum professoribus & his similibus, etiam eorum uxori conceditur.
- 5 Uxorẽ esse unum & idem cum eius uiro;
- 6 Statutum Verona li. 1. c. 118. sub rub. de immunitate concessa legum Doctoribus, declaratur.
- 7 Statutũ Brixie 110. i ciuilibus, sub rub. de immunitate Medicorũ & Magistrorũ Grammaticę, declaratur.
- 8 Immunitas uni fratrum concessa, alteri prodest.
- 9 Frater immunis ob numerum duodecim liberorum immunem reddit alterum eius fratrem.
- 10 Statutum Papię in ciuilibus, 145. sub rub. de immunitate concessa propter numerum 12. liber. declaratur.
- 11 Statutum Verona lib. 2. c. 181. sub rub. De immunibus, duodecim filios, declaratur.
- 12 Doctores solo nomine immunitate Doctoribus concessa non fruuntur.
- 13 Licentiati an immunitate Doctorum fruuntur.
- 14 Licentiati dignitatem non habent.
- 15 Licentiati appellatione Doctorum non ueniunt.
- 16 Licentiatus primò quando medio tempore doctorato præferatur.
- 17 Constitutio Pedemontium tit. della recusatione del Giudice, uers. il che fatto s'intenderà, declaratur.
- 18 Licentiatorum duas esse species.
- 19 L. Medicos. C. de profess. & Med. lib. 1. 2. declaratio, 9

Medicis & literarum professoribus nec nõ & legum Doctoribus in priuilegium tributum est a Cõstantino in l. Medicos. C. de profess. & med. li. 10. ut immunes ab omni munere sint, quod si ab aliquo uexari contingerit, illi iudicis arbitrio puniuntur: ut eo loci scriptum est. in Codice tamẽ Theodosiano, e quo desumpta est hæc constitutio, pœna hæc iudicis arbitrio indicenda non relinquitur: nã in eo sic legitur nempe lib. 13. titulo 3. de profess. & med. l. j. Ita, ut si qui eos uexauerit, centum millia nummorum exario inferat, a magistratibus uel quinquennialibus exactus, nec ipsi hanc pœnam sustineant, leuissus eis si iniuriam fecerit, flagellis debeat a suo domino uerberari coram eo, cui fecerit iniuriam, uel dominus cõsentit uiginti millia nummorum sisco inferat.

Extenditur primò, hæc constitutio, ut locum & habeat nõ modò in medicis & legum Doctoribus, qui actu docent & profitentur, uerum etiam in his, qui actu nõ docent; quemadmodum in iudicis & causarũ patronis: atque ita crebriore calculo nostri interpretes affirmant: ita iquã Nicolaus de Neap. in l. professio. C. de mu. patr. li. 10. Anch. in cle. 2. de magistr. Ar. conf. 94. Fel. & lo. de Ana. in rub. extra. de magistr. Guido Papæ. q. 88. & q. 388. ubi affirmat sic aliqui fuisse determinatũ in Consilio Delphinatũ Ripa, li. nu. 132. sol. matr. l. Cetero. n. 17. de uulg. & li. 2. respo. c. 20. Cagno. in proem. Pandect. §. nos uerò. nu. 255. hos recenset & sequitur Rolan. a Valle cõf. 66. n. 36. li. j. qbus addo Natta cõf. j. & cõf. 65. li. j.

Extenditur secũdò, ut locum etiam habeat hic casus i uxore ipsius medici, & legum Doctoris. quod clarè probant uerba d. l. medicos, ibi, unã cum uxori bus & filijs. illa est ratio, quoniam uxor est unum & idem cum marito: sunt. n. duo in carne una, & idem de ipsis filius ex relatis uerbis intelligimus. & non modo uiuente ipso Doctore, sed & mortuo: nã uxor uidua his priuilegijs fruatur; ut in specie decidit Guido Papæ. d. q. 389. & hæc & alia, q subijciemus sũt a notada p declaratione statuti Verona lib. j. c. 118. sub rub. De immunitate concessa Doctoribus legum decretaliũ, Medicis & c. ut illud statutum habeat locum in uxoribus illorũ. ita et est declarandum i statuto Brixie. 210. in ciuilibus, sub rub. De immunitate Medicorum & Magistrorum grammaticæ.

Extenditur tertio ut locum etiam habeat relatus casus & constitutio d. l. medicos, ad beneficium fratrum ipsorum Doctorum & medicorum. nam & ij immunes sunt; nec ratione munerum uexari aliquo modo debent: ita in claris terminis respondit Natta cõf. l. n. ume. 10. 11. & consilio 65. in fine. lib. j. adductus auctoritate glossæ in l. ul. C. de nune. & hõ no. non continu. lib. 10. quæ quidem glossa affirmat focium unum ob alterius focij personã immunitatẽ cõsequi. & glossam illam secuti sunt plures relati ab ipso Natta, & inter ceteros Marsil. sing. 180. scriptũ reliquit, i fratrem immunẽ ob numerũ duodecim liberorum,

liberorũ ob honorũ cõmunionẽ, quã cum altero fratre hêt, efficere eũ immunẽ, qd an notadum est ad declarationẽ statuti Papiensis in ciuilibus. 145. sub rub. De immunitatibus concessis, ppter numerũ duodecim liberorũ. qd statutũ extat & Verona lib. 2. ca. 182. sub rub. De immunitate habentium duodecim filios. istis accedunt late Tiraq. De retractu consang. §. 26. gl. 1. nu. 3. l. as. consi. 112. col. 3. lib. 4. & l. j. C. de tran. Barb. consi. 44. nu. 12. lib. 2. & consi. 83. col. 2. li. 3. Mars. cõf. 84. n. 3. ceteros ptereos. Sic et intel ligi debet relata statuta Verona d. c. 118. & Brix. 210. Declaratur primò hic casus, i ut non procedat in Doctoribus & Medicis solo nomine doctores; nam in hanc immunitatem non consequuntur, ita Rol. a Valle. d. consi. 66. nu. 40. 41. lib. 1. post Guid. Papæ. q. 88. & Ripam lib. 2. responsorum ca. 20. quod non procedit in illis locis, in quibus ij Doctores in numero aliorum in matricula essent descripti, ut Verone, ex præcitate statuto, d. c. 118. quo matriculari debent. licet ergo ignorans aliquis sit, si tamen matriculatus erit in illa ciuitate, immunis erit, ut putet ea matricula approbatus. sic Brixie ex d. statuto 210. sufficeret medico esse a collegio receptũ & approbatũ. Declaratur secũdò ut non procedat in solum licentiatis; nam ij immunes non sunt; ita in specie decidit Guido Papæ. q. 390. illa est ratio, quia licentiati eam dignitatem nõ habent, quam Doctores, iux. clem. 1. de magistr. & per Bar. in l. 1. C. de nouo Cod. compo. His accedit quod appellatione Doctoris nõ uenit licentiatus; quemadmodum late respondit Signorolus cons. 51. Statuto medicoũ ubi inquit, q statutum collegij & professorum artis medicæ, quo Doctores habentes priuata & publicam examinationem eligedi Doctorem ad lecturam, locũ non habet in licentiato. & eo loci multis argumẽtis hoc de monstrat, sic licentiatus deinde Doctoratum non præferri medio tempore laureato, in casu statuti collegij, quo antiquior doctor in locũ doctoris numerari defuncti uocatur atque subrogatur, respõsit Alcia. respo. 722. idque non alia ratione, quia licentiatus non potest uerè dici Doctor ante illum uerè doctores insignibus ornatum. quo responso adductus dixi aliquando in illis nouis constitutionibus Pedemontij in titulo Della recusatione del Giudice. uer. il che fatto se intederà esser eletto il piu antico Dottore di quelli, che nõ sono nominati p sospetti, illa uerba il piu antico Dottore, refertur ad ueram assumptionem laurea, non autem, ut anterior licentiatus illi præferatur, quemadmodum & in ceteris licentiatus non præferri medio tempore laureato, affirmat Rom. cons. 333. Quod ad primũ Ias. cum quid, prima lec. nu. 16. ff. si certum petat. Fel. in proe. Decretalium, nu. 18. Iac. Rebus. in l. 1. C. de cons. li. 12. quos secutus est Alcia. tracta. præsum, reg. 1. præsum, 45. nu. 2. & d. respo. 722. quibus addo Ruinum cõf. 19. num. 15. lib. 1. Gratum cons. 116. lib. 2. quãquam dissentiat Ang. Are. §. quædam, nu. 10. in st. de actio. Decius. l. cum quid, prima lect. nu. 11. & secunda lec. nu. 18. si certum petat. & ibi Soc. n. 2. idem, Soc. cõf. 70. lib. 4. Decius in c. clerici, n. 4. & ibi Molinæus in additio. de iudicis. de cuius ueritate nunc nõ disputo. Illud etiam sciendum est, duas esse species licentiatorum, ut post Signo. d. consi. 51. declarat Alcia. d.

resp. 722. in si. aliqui simpliciter licentiatur, ut post sint deinde assumere nomen & insignia doctoris, aliqui uerò cõsecuti sunt etiã nomen Doctoris, & si insignia collata non sint. & in hac specie uerius dicendum est contra Guidonem Papæ quãdo quidem doctores isti sunt re ipsa, & desint insignia, quæ qualitate extrinsecã, potius rei essentiam præferunt. Rursus accedit, qd Cõstantinus nõ tñ dignitatem quã ipsam peritiã, & docendi laborem considerauit, ut inscriptio tituli ostendit & uerba d. l. modicos, ibi, & professores alios literatũ. quæ sanè uerba in non laureato, sed qui sua peritiã & doctrina alios uel instruat, uel instruere possit, intelliguntur. esset tñ difficile, nostra pserim ætate contra Guidonẽ obtinet.

SVMMA RIVM.

- 1 Iudicis arbitrio punitur is, qui minus ciuilitate aliquid agit.
- 2 Lex cum de præcepto est, obseruari omnino debet.
- 3 Lex cum de consilio est, an obseruanda sit.
- 4 Consilium perfectionis non obseruans, non peccat.
- 5 Religiosus non obligatur ad obseruandum legem de consilio perfectionis.
- 6 Legi de consilio perfectionis controueniens per contemptum punitur.
- 7 Consilium reuerentiæ spernens non peccat.
- 8 Legem de urbanitate contemnens punitur.
- 9 Iudicis arbitrio puniri, qui legẽ urbanitatis cõtẽnit.
- 10 Censores olim Romæ iudices in eos, qui minus urbanè & ciuilitate uiuebant.
- 11 Censuram seueritas in aliquos, qui minus ciuilitate, et urbaniter se habebant.

CASVS CCCLXXX.

POENA QVÆ SIT IN EOS SANCTA, QUI LEGEM UEL PRÆCEPTI, UEL CONSILII, UEL URBANITATIS CONTEMNUNT.

Utriuscũque signifer Bar. in l. creditores. nu. 4. C. de pigno. scriptum reliquit, iudicis arbitrio illum puniri, qui aliquid minus ciuilitate atque urbanè egit. cuius quidem doctrinã illustrandã, gratia, sciendũ est, cum ipso Bartolo, leges aliquas esse, quæ præcepti sunt, aliquas consilij, aliquas deinde quæ urbanitatem, seu ciuilitatem, respiciunt. Cum i lex, de præcepto est, omnino obseruari debet c. 1. de const. & ibi Abbas nu. 4. & Decius ibi prima lectura, num. 13. uers. secundus est casus, ubi subijcti procedere, et si uerba essent de consilio in lege, quæ de præcepto est: nam magis sensus & materia ipsa attendenda est, quã ipsa uerba, quæ (ut sæpe supra dixi) impropranda sunt, ut subiectæ materiæ deseruiant. l. si uno. ff. locati, qui ergo hanc legem non obseruat, mortaliter peccat. ita Bart. & ceteri relati. Secũdò uerò loco cum i lex est de consilio; tunc etiam distinguimus, consilium perfectionis a consilio reuerentiæ. in consilio perfectionis inobediens non obligatur, atque ita non obseruando non peccat: nam consilium hoc dicitur exhortatio, quæ liberam uoluntatẽ excitat. c. ult. §. ult. 4. distinctio. glo. 2. in capi. 1. de consti. & probat cap. quod debetur. 14. q. 1. ubi Diuus Augustinus censuit, illum non peccare, qui illud i consilium perfectionis non obseruator. dum dixit Saluator nõ ster.

ster. Si quis te percussit in maxillam, uade & alteram illi prebe. Matthæi. c. 5. quemadmodum & illud Matthæi 19. Si uis perfectus fieri, uade & uende omnia, quæ habes, & da pauperibus. Bar. d. l. creditores. nu. 4. immo nec ad peccatum ueniale obligat consiliū hoc perfectionis. ita Abb. in d. c. 1. nu. 4. de const. ex d. cap. ult. §. ult. 4. dist. Immo nec ꝑ uir religiosus hoc cōsilio obligatur. Abb. d. nu. 4. & ibidē Fel. nu. 20. ex tex. clem. exiui. §. cū aut, de uerbo. sign. quid plus, nec homo quātumuis perfectus hac lege obligatur. c. paratus. 23. q. 1. Andreas ab Exea. d. c. 1. nu. 179. de consti. Declaratur tñ hoc ut non procedat, quando quis ꝑ ex cōtēptu cōtraueniret huic cōsilio perfectionis: ita gl. & ita Fel. in d. c. 1. nu. 21. de cōst. ex c. quis aut, iūcta gl. dist. 10. quāquā Dec. in d. c. 1. prima lect. nu. 12. dissentiat: sed illius rōnibus respōdet eo loci Andreas ab Exea. nu. 182. Cū aut ꝑ consiliū est reuerētia, tunc si nō habet expressum præceptum, cōtraueniēs non peccat. ita Fel. in d. c. 1. nu. 23. de cōst. & ibi Dec. in 1. lect. nu. 13. uerf. tertius casus. qui post Archidiaconum in c. testamētū. in fi. 7. dist. intelligit quōd ad peccatum mortale, non quōd ad ueniale, id quod probat c. ad aures. ubi glo. in uerbo, consilio. de ætate & qualitat. Quando uerō ꝑ flex est de ciuilitate ac urbanitate (ut nostri loquuntur) tunc cum ad præceptum est redacta, cōtraueniens aliquando punitur pœna ordinaria, si illa statuta est: si uerē statuta non est, extra ordinaria, atq; ita ꝑ iudicis arbitrio. sic loquitur Bart. d. l. creditores. nume. 4. cum quo sensit Sali. ibidem col. 3. uerf. opponitur tertio. ita intelligentes. l. 2. ff. de legib. in fi. & clarius ita sensit Maranta sua disputa. 5. nu. 19. in fi. & post Alex. in additionib⁹ ad Bar. in l. hodie. ff. de pœnis, & dicemus aliqua infra in casu 398. cōferunt & q̄ diximus supra in casu 374. sed Bal. in d. l. creditores. nu. 2. inquit, in ciuilitate intelligi, hoc est, contra iura ciuilia. Sic et intelligere possūmus minus urbanē aliquid agere cum contra bonos mores, qui in hoīe bene instituto elucere debent, sit: onam & in ciuitate Romana ꝑ extrabant Censores, qui mores notabant, & in eos animaduertebant. M. Cicero lib. 3. De legibus, mores Populi reguntur Peditanus in diuin. eiusdem Ciceronis, regendis moribus ciuitatis Censores quinto quoque anno creari solebant. & scribunt Corasius in l. 2. §. post deinde n. 14. de orig. iuris. & Hotomanus De magistratibus Romanorum. in uerbo Censores. His addo Fenestellā De Magistratibus Rom. c. 17. qui nonnulla recenset exēpla ꝑ Censorum, qui malos aliquorū mores pœnis affecerūt. & alia apud Valer. Max. li. 2. De cōfōria. nota.

S V M M A R I V M.

- 1 Stellionatus crimen inominati criminis nomen est.
- 2 Stellionatus crimen à stellione lacerta nomē sūpsisse.
- 3 Stellionis pellē in morbo comitali medicametū esse.
- 4 Iudicis arbitrio indicitur pœna i crimine stellionat⁹.
- 5 A tēio de dolo, & accusatio criminis stellionatus. subsidiaria remedia continere.
- 6 Stellionatus pœna cessat cum contractus est nullus.
- 7 Alienans rem alteri obligatam dissimulata obligatione pœna criminis stellionatus punitur.
- 8 Statutū Papiæ 77. i ciuilib. sub rub. d pœna uēdētis, uel alienātis rē. sine cōmemoratiōe fidei. declaratur.
- 9 Emptor contra uenditorem, qui rem alteri uendidit, actione empto experitur.

- 10 Feudalē rem ut propriam uendens iure suo priuatur.
- 11 Donās rem duobus diuersis temporibus iudicis arbitrio punitur.
- 12 Vendens rem secundo scienti iam primo uenditam fuisse; non incidit in pœnam criminis stellionatus.
- 13 Statutum Placentiæ sub rubri. De pœna uendētis rem duobus declaratur.
- 14 Statutum Brixie criminalibus, c. 170. sub rub. De pœna uendētis. eandem rem duobus declaratur.
- 15 Statutum Veronæ lib. 3. c. 97. sub rubri. Qui uenditione duobus declaratur.
- 16 Cessionarius sine mandato alterius nomine falso cedens, non incidit in pœnam criminis stellionatus.
- 17 Statutum Patauinum sub rubri. De possessione turbata, c. Quicumque uendiderit. declaratur.
- 18 Vendens secūdo nō incidit in crimē stellionatus, si primus emptor debito tempore pretium non persoluit.
- 19 Venditio prima ubi nulla est, uendens non incidit in crimē stellionatus si secūdo uendidit.
- 20 Iudicem non posse distrabere rem pro sententiæ executione captam nisi præsentē pretio.
- 21 Vendi res potest à duobus eandem personarum repræsentationibus duobus diuersis emptoribus sine pœna stellionatus.
- 22 Stellionatus crimine tenetur is, q̄ in uenditione rerū fisci pretium fraude auget, ut alter carius emat.
- 23 Stellionatus pœna plectuntur ij, qui in foro augent pretium annonæ, ut alij carius emant.
- 24 Statutū Brixie Reuendalorum, c. ult. declaratur.
- 25 Contrahentes qui dissimulata cōditiōe. suæ psonæ cōtrahunt, pœna criminis stellionatus puniuntur.
- 26 Iurisdictionē iudicis turbās pœna arbitraria punitur.
- 27 Rescripto Principis abutēs, iudicis arbitrio punitur.
- 28 Probationes aduersario suo subtrahens pœna criminis stellionatus punitur.
- 29 Stellionatus crimine notatur, qui falsō alicui triste nuntium attulit.
- 30 Stellionatus crimen an infamet.

C A S V S C C C L X X X I.
STELLIONATVS CRIMEN QVOD;
unde nomen sumpserit: & quibus casibus locum habeat, diligenti studio explanatum.

1 Cum ꝑ crimē speciali ac ꝑ proprio nomine caret, stellionatus nomen assumit, quod sanē ꝑ nomen a stellione lacerta stellata nomē sumpsit. quod animal malē apud ueteres audit, siue quia inuidum, cum. n. eodem quo anguis modo pellem exuat, eamq̄ue cōfestim deuoret, tanquā uilem ꝑ esse pro comitalis morbi remedio norit; idcirco hominibus præcipiat, ut Plinius lib. 8. Naturalis histo. c. 31. testatur. siue q̄ ex eo malum medicamentum fiat, quo mulieres decipiuntur: nam cum immortuus est in uino, qui bibe rit, lentigine obducit. q̄ idē Plinius lib. 20. c. 4. memoriae prodit. & ad rem hanc nostram ita scriptū reliquit Alc. lib. 1. Parerg. iur. c. 46. Ego, ut dicam quod præter Alciatum obseruaui, apud eūdem Plinium legi in ea naturali historia lib. 39. c. 10. stellionem esse animal Lacertæ simile, quo nullū fraudulentius homini inuideat, indeq; aiunt, stellionū nomen in maledictum translatum. hæc Plinius, qui nil clarius atq; apertius dicere potuisset. hoc ergo stellionat⁹ crimen pœnam

4 pœnam habet ꝑ iudicis arbitriam. l. 2. & l. 3. ff. de cri. stellio. & in specie affirmarunt Raphael Comens, cōfil. 42. Vifo processu. in fi. & Aegidius Bossius tracta. causarum criminalium, tit. De crimine stellionatus. nu. 1. Et quemadmodum initio dixi, nomen hoc assumit, cum specialis titulus criminis deficit: & ob id in nominati criminis nomē appellatur. diciturque et hāc ob causam accusatio hęc subsidiaria ad exemplū actionis ciuilis de dolo: nam quēadmodū illa actio de dolo in subsidium conceditur, ꝑ cum alia deficit ut colligitur ex integro illo tit. de dolo in Pandectis. & Codice: ita accusatio huius criminis deficiente alia nominata accusatione locum habet. d. l. 3. uerf. quod enim. Hinc etiam fit quōd ubicumque dolus cōtra aliquē commissus actione de dolo ciuilitate purgari potest, cessat accusatio criminalis de dolo. l. & eleganter. in prin. ff. de dolo. & per cōsequēs hæc accusatio criminalis stellionatus. ita in specie declarant Bal. cōfil. 14. Filiusfam. liberauit, in fi. lib. 1. qui ob id respōdit, filium, qui cessit iura patris, cum non posset, nō posse stellionatus crimine accusari a cessionario circummento, quoniam inquit Bal. ꝑ contractus est nullus, atque ita ciuilis actio de dolo purgatur, cessatq; & per consequens hoc stellionatus crimen. Simile respōdit idem Bal. cōfil. 15. Ad euidentiā præmittē dum est. eo. lib. 1. quem secutus est Crau. cōfil. 6. nu. 105. & cōfil. 280. col. 3. uerf. postremū. & post eū Rolan. cōfil. 75. nu. 30. 34. lib. 1. qui responderunt ob id fœneratores pœna aliqua corporali afficiēdos nō esse, cum cōtractus dissolui atq; usurę repeti possint. de cuius doctrinā ueritate dicemus infra i casu. 298.

7 Hac pœna criminis stellionatus ꝑlectitur, qui dissimulata obligatione per calliditatem rem alij distraxerit, uel permutauerit, uel insolutum dederit. l. 3. §. 1. ff. de cri. stellio. Quo circa infertur declaratio ꝑ statutum Papiæ 77. in ciuilibus, sub Rub. de pœna uendētis, uel alienantis rem sine cōmemoratiōe fictus & pensionis, quo punitur uendens rem suppositam centui, sine illius commemoratione: nā solū pœna illa est annullationis contractus, & in amissione rei ad cōmodū dñi directi indicitur. poterit ergo, ex iā relatis, uenditor ille tanquam stellio pœna hac erga fisci puniri. ꝑ Emptori aut hoc casu succursū est, ut actione ex empto contra uenditorem experiat. l. q̄to. ff. de act. emp. & rñdit Dec. cōfil. 483. nu. 16. qui subiungit, uenditor em etiam teneri ad interellē ex actione illa. idē cōsultit Curt. iun. cōfil. 177. nu. 5. scribit etiā Afflict. dec. 225. & post eum Crau. cōfil. 112. nu. 11.

10 ꝑ alienatē rem feudalem ut liberā iure suo priuari. Hac pœna plectendus etiā est is, qui rem duobus diuersis ꝑribus uendidit. q̄d L. Sylla. ad legem Corneliā de falsis, prin. uille sua lege declarauit. quemadmodū admonuit Paulus Manutius in commentarijs De legibus Romanis. Et Syllæ sanctionem confirmauit Hadrianus, ut retulit Paulus iuriconsultus i l. qui duob⁹. ff. ad l. Corn. de falsis. quo loci annotarūt Bar. & Marfil. Ang. cōfil. 43. Syndicus. Raphael Comens. cōfil. 173. Galnan⁹. col. 2. qui rñdit idē esse i eo, qui

11 rē duobus, diuersis ꝑribus ꝑ donauit, ut eadē stellionatus pœna ueniat, his accedit Aegidius Bossius tracta. causarum criminaliū, tit. De falsis. nu. 112. & quāquā duo sint hoc i casu tituli criminis, falsi. f. & stellionatus; una tñ sola est pœna iudicis arbitria.

Declaratur tamen hic casus primò ut locum non habeat, quotiescunq; is, qui rem hanc ꝑ secundo loco emit, sciebat iam prius fuisse alteri uenditam: nā tūc is uenditor hanc pœnā non incurrit: ita respōdit Bal. cōfil. 240. Præsupposito statuto, in fi. lib. 2. Bal. securi sunt Craue. d. cōfil. 6. nu. 104. & Rolan. d. cōfil. 1375. nu. 26. lib. 1. is ergo Bal. ita declarat ꝑ statutū Placentiæ sub rub. De pœna uendētis rem duobus. atque ita etiā declarari pōt relatiū statutum Papiæ 77. in ciuilibus: & ꝑ statutum Brixie in criminalibus, c. 170. sub Rub. De pœna uendētis eandem rem duobus, diuersis temporibus. ita pariter declaratur ꝑ statutum Veronæ lib. 3. c. 97. sub rubri. Qui uenditione duobus fecerit. immo fortius non procedat & locum nō habent hæc statuta, cū is emptor & acquirēs scire debuit qualitatem rei & personæ alienantis: ita Bal. d. cōfil. 14. Filiusfam. lib. 1. dum respondit, ꝑ cessionarium conqueri non posse, nec cedentem possessionis stellionatus criminis accusare, q̄ cesserit tanq̄ procurator, cum mandato careret; quoniam debebat is cessionarius petere mandatum sibi exhiberi; iux. l. si quis inficiatus. ff. de pos. cum similib. Ita pariter declarari pōt ꝑ statutum Patauinum sub rubri. De possessione turbata. cap. Quicumq; uendiderit. dum huic uendenti rem duobus diuersis temporibus indicit pœnam falsi, si res est res immobilis, arbitraria uerò cum mobilis: declaratur in quā non procedere, cum emptor scit, uel scire debuit rei & personæ conditionem. Declaratur secūdo, ut locum non habeat hic casus, quando is qui ꝑ primò uendidit ab eo debito tempore iuxta promissionem rei pretium consecutus non est: nam tunc alteri impunē uendere potuit. ita omnium primus Odoffred. in l. uenditor ex hæreditate. ff. de hæred. uel actio. uend. Sal. & ceteri in l. quoties. C. de rei uend. Fabianus nu. 50. Iaf. in l. à Diuio pio. §. sed emptor. nu. 5. & ibi Alex. nu. 3. d. re iud. quos secutus est Plotus in l. si quando. nu. 177. C. unde ui. ita declarantes d. l. qui duobus. ff. de falsis. atq; relata statuta declarari possunt. Declaratur tertio, ut non procedat quando prima ꝑ uenditio fuisse nulla: nam tunc uendens secundo impunē uendit. ita respōdit Alex. cōfil. 81. col. 5. lib. 3. Plotus d. l. si quādo. nu. 177. in fi. & in specie nostra ita respondit Bal. d. cōfil. 15. Ad euidentiā. lib. 1. & idem is sensit in præcedenti cōsilio. Quo circa is, qui de pretio fidem habere non pōt, si uendit pretio non numerato, nō impeditur secundo numeranti uendere. quemadmodum in ꝑ iudice, qui pro executione sententiæ rem distrahit. ex quo. n. p̄sente pecuniā alienare debet, si non numeratur à primo, impunē secundo uendere poterit. ita scribit Iaf. d. l. à Diuio Pio. §. sed si emptor. nu. 5. de re iud. & Plotus d. nu. 177. uerf. fallit secūdo. plura huius declarationis exempla adferri possunt, cum etiam multis de causis alienationes nullæ sint. atque ita declarari possunt relata statuta.

21 Declaratur quarto, ut non procedat ꝑ quando res uenditur duobus a duobus. eadem personam repræsentantibus, utputa a duobus executoribus testamenti, qui defunctum repræsentant. ita declarando. relatum statutum Placentiæ respōdit Signorol. cōfil. 205. In præmissa q̄ōne. quem secutus est Boss. d. tract. carū criminalium, tit. De falsis. nu. 112. uerf. & adde. Hac

ANNONAM CORVPTAM VENDENS QUAE PENA FERENDUS SIT.

22 Hac etiam poena punitur ille, qui in uenditione rerum fisci plus obtulit, no ut emeret, sed ementem ad carius emendum impelleret: quemadmodum ex l. 3. §. si quis imposturam. ff. de cri. stellio, scriptum reliquit Fabianus d. tract. de emptio. & uend. quast. 5. principali, nu. 59. idē ceteris in rebus tradunt Bart. in d. l. 3. §. si quis imposturam. Alex. ad Bar. in l. si tempora. C. de fide instr. li. 10. & Bossi. d. tit. De crimine stellionatus, n. 6. Rom. sin. 567. Offerēs maius. & alia plura recenset Neuz. conf. 74. nu. 9. ubi dum exemplum in illis adferunt, qui in foro & nundinis accedunt & maius, q̄ par est, uendenti frumentum & annonam omnem offerunt, non ut uerē emanent, sed ut ad sui commodum, q̄ horrea domi sint plena, praetium iaugent, hos etiam punit statutum Brixiae statuto ultimo Reuendarolorum, qd̄ cum iure communi conuenit. Hoc crimine notari atque illius poena iudici arbitraria puniri opinor illos, q̄ diffimulacione suae personae, se diuites faciunt, cum pauperes sint & inopes, ut as alienum contrahant, atque ita contrahentes decipiant, ita hos iudicis arbitrio puniri scribit Plotus d. l. ii. q̄. n. 178. C. unde u. post Bar. & Alex. in l. alia. §. eleganter. ff. solu. matri. Castr. l. etiā. §. licet. eo. Hac poena stellionatus punitur etiā is, q̄ iudicis iurisdictionem turbauit: ita Bar. in l. 1. §. 1. in si. ff. si quis iud. nō obtemp. Bossius, d. titulo de crimine stellionatus, nu. 1. qui subijcit, hac poena et puniri, qui Principis rescripto abutitur. ex Abb. in c. si. in si. de rescrip. qd̄ et supra alibi explicauit. Ita et punitur hac poena qui adu. erarij patentes literas la cerauit, uel probationes suis aduersarijs subtrahit. ita & ij, qui triste nūtiū alicui ferunt, cū falsū illud esset, nā is & si ad interesse parti laesa teneatur ut inqt Ange. in l. j. ff. de eo per que factū erit: attamē puniri et pot iudicis arbitrio, ita Bossius, d. tit. De crimine stellionatus, nu. 2. Omitto nunc hoc loco illā Doctorum controuersiam an stellionatus crimen damnato infamiam irroget, quam sanē controuersia distinctione desumpta ab Accursio, cuius tamen nomen subiecit, in l. quid ergo. §. ulti. ff. de ijs, qui nota. infam. conciliauit Duare. lib. 1. disput. anniuers. c. 42. il lius furrum detexit, & Accursiū laudauit Robertus Aurel. lib. 4. senten. iuris, c. 17.

SVMMA RIVM.

- 1 Annonam corruptam uendens punitur.
2 Platonis lex contra uendentes corruptam annonam.
3 Iudicis arbitrio hodie puniri, qui corruptam annonam uendunt.
4 Aromatarij uendentes corrupta aromata, iudicis arbitrio puniuntur.
5 Iudicis arbitrio puniuntur ponentes bonos fructus in summitate calati, & corruptos in medio.
6 Annonam corruptam uendentes ab episcopo etiam puniri posse.
7 Statutū Brixiae Beccariorū, c. 216. sub rub. Quod aliq̄ nō deat scorticare carnes morbosas. declaratur.
8 Constitutio Regni Scilicet in uendentes corruptam annonam.
9 Iudicis arbitrio punitur qui rem immobilem uitiosā latentē uitio alienat.
10 Ciceronis locus egregius De officijs.

Qui corruptā annonā uendunt poena non leui puniri debet. qd̄ in bene instituta Rep. sancien dū esse scriptū reliquit Diuino Plato dialogo 11. d̄ legib. illius uerba, si cui legere placet, adscripsi. Eū uerō q̄ legi nō obtriperauerit, rēq; adulteratā uendi derit: qd̄ que aduerit, potestq; arguat: & qd̄ que corā magistratū redarguerit, feruus quidē aut in quiliu. rē adulteratā secū asportet, cuius uerō si accusare neglexerit, quasi Dijs iustulerit, improbus habeatur: si accusauerit conuiceritq; Dijs si, q̄ in foro sunt, deditet. Huius autē rei qui deprehensus fuerit manifeste uēditor nō solū re ipsa priuetur, uerū et tot uerberibus publicē caedatur quot drachmis uēdebat, p̄ conū uoce causa, cur uerberetur, daclarata, hāc Platon. Hodie tñ poena iudicis arbitrio idē, quemadmodū in specie annotauit Aegidius Bossius trac. caularū criminaliū, tit. De extraordinarijs criminibus, nu. 4. ex l. annonā. ff. de uat. & extraord. cri. quā ego itel ligo solū in casu, quem mox subijciā. hic tñ casus re cte satis p̄barur in l. 3. §. sed & si quis merces. ff. de cri. stellio, uel si corrupterit, nā & crimē hoc stellionatus criminis nomē eo loci Vlpianus habere cēsiuit, quo nōto p̄ motus scripsit Ripa trac. pestis, tit. De re medijs p̄ser. cōtra pestē, nu. 147. poena hac extraordinaria atq; ita iudici arbitraria puniendos eēt Aromatarios, qui falsa atque corrupta aromata uendūt: ita (in qt̄ ille, nu. 148. post Io. à Platea) poena hac arbitraria puniri dēt, q̄ i sumitate calati bonos fructū colcat, & in medio putridos & corruptos. Immo corruptores isti ab Episcopo poena pecuniaria multari possunt, quemadmodū eodem loco Ripa n. 150. ad notauit, post Rom. sing. 526. Fui interrogatus. eadē poena puniri possunt macellarij, qui fecidas carnes uendūt. Quo circa de his mādāta est cura p̄fecto urbis. l. 1. §. cura carnis. ff. de off. Praef. ur. uel uerius Praefecto anno. Hinc recētē statutum fuit Brixiae inter statuta beccariorū, c. 216. sub rub. Quod aliquis nō debeat scorticare, nec uēdere aliquas bestias morbosas, macellarios uendētes carnes morbosas, poena ibi sādāta ferendos esse. In Regno Scilicet exrat seuera Federici sanctio aduersus hos corruptores, sub rub. De fide mercatorū in uendendis mercibus adhibenda, ubi primō poena unius librae auri multatur uenditor uel fustibus ceditur, si pauper est. si secundō id egit, manus amputatur. si tertio in crucem tollitur. Poena etiam hac extraordinaria iudicūque arbitraria, mea quidem sententia, puniendus est is, qui rem immobilem uitiosā latentē uitio, uitio ipso suppresso, uendidit, ut putā domum morbosā, uel aliquid cui uitium aliud latens in esset, quod detegere ad uirum bonum spectat, alioqui plectitur, id locust Ciceronis lib. 3. officiorum confirmat, qui T. Claudiū Centimalum à M. Catone condemnatus est, quod P. Calphurnio Lanario aedes, quas Angures demoliri iusserat, uendiderit uitio minimē detecto.

SVMMA RIVM.

- 1 Iudicis arbitrio impostores puniri.
2 Impostores Mediolani qua poena puniantur.

- 3 Impostorem apud Tolosanum Consilium grauisima multatum poena.
4 Constitutio Mediolani sub rub. de panis. c. Quicūque fallacibus. declaratur.
5 Vendens rem per calliditatem exornatam cum ita de se non sit, iudicis arbitrio punitur.
6 Ciceronis egregius locus in officijs.

CASVS CCCLXXXIII.

IMPOSTORES QVA MVLTENTVR POENA.

Poena et criminis stellionatus (ut hunc casū p̄cedenti adiungā) plectuntur impostores, q̄ sua calliditate homines decipiunt, unū p̄altero eis uendētes, ut torquē arēā p̄ qd̄ p̄bat. l. 3. ff. de crim. stellio. quo scribit uir cōsultissim⁹ Iulius Clarus li. 5. sentent. §. ultim. q. 83. uel si q̄ imposturā. anno 1558. exrenatus cōsulto Mediolanensi quādā impostores, q̄ torquib, adulterinis decipiebāt uiatores, fustibus caesos & è dominio Mediolanensi eiectos fuisse. recēset & illud memorabilet Arestū latū Tolosae anno 1560. cōtra quendā Arnaldū de Tilla impostorē, q̄ finxit se esse Martinū Guerrā, q̄ iā p̄ multos annos aberat; atque ita habitauit p̄ multos annos cū uxore Martini, & ex ea plē suscepit. deinde Martino reuerso magna cū difficultate detecta fuit impostoris techna: tādē is Arnaldus fuit flāmis cōbustus, cuius q̄ dem Arresti meminit Papo li. 2. tit. 9. Arresto 20. His ego addo Io. Baptistā à sancto Seue. in rep. l. cūctos populos. nu. 52. C. de sūmi. Trinit. & fide cath. q̄ affirmat hos impostores, quos ipse aggriontatores, & deceptores appellat, esse poena stellionatus, atque ita iudicis arbitrio puniendos. De his impostoribus loquitur noua constitutio Mediolani sub rub. De panis. c. Qui fallacibus. ibi, Item res tenentes adeo artificiosē. quae sanē constitutio cum iure communi conuenit. Hac poena etiā plectendi sunt ij, qui dolosē aliqua q̄ calliditate p̄cediū, remq; aliā immobilem, quā uendere uolunt, ita fictē exornat, ut multo melior uideatur, q̄ re uera est. quale extat egregium exemplum apud Ciceronem li. 3. De officijs. dum recenset Pythium illum Syracusanum, qui hortos, cōficta celebri piscatione, grādī pretio C. Canio Eq̄ti Romano uendidit.

SVMMA RIVM.

- 1 Iudicis arbitrio puniri emptores annonae, qui eam tātis per supprimunt, ut eam carius uendant.
2 Dardanarij qui.
3 Thaletis Milesij in emendis oleis prouidentia.
4 Vendens rem ultra taxatum pretium, iudicis arbitrio puniri posse.

CASVS CCCLXXXIIII.

POENA QVAE SIT IN EOS, QUI COEMPTAM ANNONAM SUPPRIMUNT, UT CARIUS EAM UENDANT; & THALETIS MILLESII FACTUM EGREGIUM.

Plectuntur etiā poena extraordinaria iudicis arbitrio ij, qui annonam mercesuē coemptas tātis per supprimunt, dum carius eas uendendi occasio se offerat. l. annonam, ubi Bar. & Ang. ff. de uarijs & ex traord. cogniti. quo loci, hos Dardanarios appellat Vlpianus, a Dardano, ut quidam aiunt, mago nomi-

nati, quo noīe non malē appellari potuisset Thales ille Milesius, qui, (ut in illius uita scribit Diogenes Laerti⁹ & ante eum Aristoteles lib. 1. Polit. c. 7.) olea rum inopiā prouidens omnes coemit, & anno insequenti uendidit: qua prouidentia maximē diues fact⁹ est. Hos etiā Dardanarios ita extraordinariē puniendos esse scriptum reliquit Ripa trac. pestis, titulo De remedijs praeserua. contra pestem. nu. 202. & eo loci nu. 198. in si. censuit, eadem t̄ poena ferendos esse illos, q̄ pluris merces uendunt, q̄ taxatum fuit, ex d. l. annonā. nōnulla etiā scribit Bonifacius Vitalinus tra cta. Maleficiorum sub rub. Ad legem Iuliā d̄ annona.

SVMMA RIVM.

- 1 Iudicis arbitrio punitur, qui aliquem sedauit & spurcauit.
2 Spurcans aquas, qua poena plectatur.
3 Fodantes aliquem stercore in faciem puniuntur non leuiter apud Mediolanenses.

CASVS CCCLXXXV.

POENA QVAE SIT IN FOEDANTES & SPURCANTES ALIQUEM.

Iudicis arbitrio etiam punitur is, qui simo corru pro aliquem pfuderit, ceno, luto oblinierit, aquas spurcauerit, fistulas, flacus quiduē aliud ob iniuriā publicam contaminauerit. ita Paulus in l. 1. §. 1. ff. de extraord. crim. qui sanē locus à Iacobo Cuacio inter sententias Iulij Pauli lib. 5. tit. 4. relatus est. Hinc recenset Iulius Clarus lib. 5. sent. §. fi. q. 83. uerf. Item puniendi sunt, anno 1556. iussu amplius, Senat. Mediolanensis quendam Paulum Comete duobus ictibus eculi affectum ob id fuisse, quod amphorā stercore plenam in mulierem proiecerat.

SVMMA RIVM.

- 1 Iudicis arbitrio puniri qui Nili aggeres rumpunt.
2 L. pen. ff. de uarijs & extraord. cognit. & l. 1. C. de Nili agger. non rump. conciliantur.
3 Securitas quid.
4 L. 1. C. de Nili agger. non rump. declaratio et sensus.
5 Aggeres Padi rūpētes poena iudicis arbitraria puniri.
6 Statutum Patavinum sub rub. de possess. turba. c. qui per se uel alium. declaratur.

CASVS CCCLXXXVI.

POENA QVAE SIT CONTRA RUMPENTES AGGEEs NILI & PADI.

Qui olim Nili aggeres rupissent uel arbores, quē ipsos aggeres colligunt, excidissent, extra ordinem, hoc est, iudicis arbitrio pro conditione sua, & p̄ admissi criminis mensura plectebantur. l. pe. ff. de uarijs & extraord. crim. quae tamen poena a Theodosio diffinita uidetur: nempe, ut is rūpens igne conburatur, cōscij uerō & consortes deportentur, quem admodum legere est in l. 1. & ibi Angel. C. de Nili agger. non rumpe. & in Codice Theodosiano lib. 9. tit. 3. l. unica. Accursius tamen existimauit hāc esse duo pugnancia, quae ita conciliare studuit, atque ita ait: Nili aggeres alij altissimi sunt, qui arcens aquae impetum, ne urbes & uillas obruat. & de his loquitur l. 1. C. de Nili agger. Alij sunt aggeres minores, qui passim i agris a priuatis fiūt, ut lim⁹, quē flumen H h h crescens

crefcens aduehit retineatur: & refagnado glebâ fer-
tiliorê faciat. & de his (inqt Accurfus) loquitur d.l. pen.
quâ cõciliatione p̄bavit Stephanus Forcatul^o in Pe-
nu iuris. c. 14. & de dupli aggere auctore citat Diodo-
rũ Siculũ li. j. à quo nõ diffentit Herodotus li. 2. ca. 2.
quẽ in hãc fententiã laudat Budeus in annota. ad d.l.
pen. ff. de uarijs & extraord. cri. & magna est utriuf-
que casus differentie ratio. si qdẽ cum minores agge-
res, quos priuati iuxta ppria p̄dia extruebãt nõ om-
nẽ fluminis impetũ arcerent, sed quãtũ p̄dijs obesse
poterant: ob id soli accolæ, si illa cõmata & diacopi
rũpebãtur, dãnũ pariebãtur. Si uerò maiores illi ag-
geres destruebãtur, cũ uniuersus Pupul^o magnã sene-
bar iacturã: grauius igitur fuit animaduertendũ in
hos, q̄ in illos. nã ij, q̄ in maioribus aggeribus qd ad-
mittebãt, populorũ securitatẽ lædebãt. quã quidem
3 f̄ securitatẽ interpretatur trãgllitatẽ Duare. lib. 2. dif-
pur. annuier. c. 2. 2. & ante eũ Budæus in annota. Pan-
dec. ad tit. ad l. lul. maiest. trãgllitas autẽ in eo turba-
tur, q̄ aggerib^o ruptis Nilus tãto limo agros irrigare
folet, ut possidentiu singulorũ limites ita cõfusi, & p̄
turbati remaneãt: quos discernere cũ nemo possit,
multæ inter possidentes cõfines exoriũtur cõtentio-
nes, rixæ & lites. id. qd mults explicauit erudit^o Hiero-
ny. Maggus li. j. miscella c. 10. q̄ & alia permulta
egregia de Nili flumine & de Imperatorũ cõstitutio-
bus, illius fluminis causã memoriã p̄dit. Ego aliqñ
4 opinatus sũ ideo Theodosiũ in f̄ d. l. j. C. de Nili agge-
nõ rũp. illã tã atrocẽ p̄nã in rũpentis aggeres Nili
solũm tunc sanciuiffe, cũ Nilus ad duodecimũ cubi-
tũ usq; excreuit, nõ si ultra: ut hãc sũt Theodosij uer-
ba: Si qs post hac p̄ Ægyptũ intra duodecim cubitos
fluminis Nili, & q̄ sequuntur. cuius sanctionis ratio
illa uidetur, qm̄ (ut scriptũ reliq̄t Plin. lib. 5. Natura
hist. c. 11.) cũ ad duodecim cubitos intumuerit, p̄
uincia famẽ fentit. nõ tãtũ ergo possidentiu inter-
turbat trãgllitatem aggerũ irruptio, quãtũ fluminis
aq̄ tũc infecundẽ grandem agrorũ sterilitatem adfer-
rũt. Hodiẽ hac p̄nã iudici arbitraria plestendi sũt,
5 qui dolo Padi fluminis aggeres rumpunt, ut accolis
damnum adferant, quod in specie in Pado apud Fer-
rariam adnotauit Salic. in d. l. j. C. de Nili agger. non
rump. Patauij est diffinita p̄nã, dum ultimo suppli-
cio afficiuntur rumpentes aggeres quosdam: quem
6 admodum sancitum est f̄ statuto sub rubr. de possess.
turbata. ca. qui per se uel alium, illius constitutionis
rationes ex iam relatis considerari posse opinor. qd̄
tamen statutum in cõscios & opem ferentes, quos
p̄nã manet arbitraria ex d. l. 1. locum non habet.

S V M M A R I V M.

- 1 Sepulchrorum uiolutores quibus penis plestantur.
- 2 Sepelientes cadauera lege antiqua diuina laudatur.
- 3 Grecos laudasse cadauera sepelientes.
- 4 Solonis lex de cadauerib^o & sepulchris nõ uiolãdis.
- 5 Romanos laudasse illos, qui cadauera honorificẽ sepe-
liebant.
- 6 Lex 12. tab. aduersus sepulchrorum uiolutores.
- 7 Iudicis arbitrio condemnatur sepulchri uiolator pro
interesse erga partem læsam.
- 8 Actio civilis cõtra sepulchri uiolatorẽ plurib^o datur.
- 9 Sepulchri uiolati actio filijs et nõ hæredibus datur.
- 10 Sepulchri uiolati actio etiam extraneo conceditur.

- 11 Sepulchri uiolati actionem extraneus absente domi-
no proponere potest.
- 12 Sepulchri uiolati accusatio ex multiplici capite pro-
poni potest.
- 13 Cadauera spoliantes mortis p̄na plestantur.
- 14 Cadauera extrahentes de sepultura graui p̄ne ple-
stantur.
- 15 Sepulchra demolientes grauius puniuntur.
- 16 Sepultura impedientes ob creditũ suum illud perdũt.
- 17 Hæres nõ sepeliens cadauer sui antecessoris punitur.
- 18 Cadauer sequestrari non potest ob usuras.
- 19 Sepultura Iudæi impediri non potest.
- 20 Debitoris guarentigiati cadauer impediri non po-
test, ne sepeliatur.
- 21 Creditor punitur si debitorem moribundum uexat.
- 22 Creditorem non debere intra tempus exequiarum mo-
lestiam adferre hæredibus debitoris.
- 23 Sepulchro aliquid inferens sine dolo non punitur.
- 24 Sepultura non perpetua demoliri aliquando potest.
- 25 Cadauer p̄ uicos transuehẽs dũ iter facit, nõ punitur.
- 26 Sepulchrum hostis uiolans non punitur.
- 27 Banniti cadauer spoliari an impune possit.
- 28 Sepulchrum impunẽ refici potest.
- 29 Usurarij manifesti sepultura sacrã impediri potest.
- 30 Parricidæ sepultura impediri potest.
- 31 Cadauer homicidæ sui ipsius sepeliri non debet.
- 32 Cadauera punitorũ in sepulta interdũ manere debẽt.

C A S V S C C C L X X X V I I .

SEPULCHRORVM VIOLATORES
quibus feriantur p̄nais. & inibi quãm laudabile
fuerit apud legem antiquam diuinã, apud Græ-
cos & Romanos mortuos sepultura donare.

1 **S**epulchrorum uiolutores p̄na extraordinaria iu-
dicis arbitrio hodiẽ plestantur, grauiori tñ olim
apud omnes: cũ magna semper fuerit sepeliendi
mortuos religio. Diuina lex antiqua maximẽ laudat
2 cadauera sepelientes. Genes. cap. 23. Abrahamus pa-
ter filios Heth alloquitur: Aduena sum & peregrinus
apud uos: date mihi ius sepulchri uobiscum, ut sepe-
liam mortuum meum. Responderunt filij Heth di-
centes: Audi nos domine, Princeps Dei es apud nos,
in electis sepulchris nostris, sepeli mortuum tuum.
Regum quoque lib. 2. capit. 2. inquit David, Vos be-
nedicti à domino, qui fecistis misericordiam hãc cũ
domino uestro Saul, & sepelisset eum. & Thobias c. j.
2. & 12. Laudatur Thobias, quod plus timens Deum,
quã Regem rapiebat corpora occisorum & domi
occultabat, & media deide nocte sepeliebat. ita pari-
3 ter apud Græcos laudabatur, qui cadauera sepelie-
bant, & cõtra p̄nais afficiebantur, qui sepulchra
uiolabant. Simonides Poeta, cũ ad Irtus nauem ap-
pulisset, inhumatum corpus iacens sepulchrũ man-
dauit: ob id diuino monitus numine, ne p̄ximo die
nauigaret, naufragij periculum enasit. author est Val.
Max^o lib. j. cap. de somnijs. idem Valer. lib. 5. c. 4. me-
moria prodidit, Cimonis Atheniensis egregium fa-
ctum: Is in quã cum pater eius Milciades ob crimen
peculatus, damnatus in carcerem diem obijisset, nec
per leges liceret funus efferre, nisi pensitata pecunia,
ipseque soluendo non esset, translato se in uinculis,
partem.

4 patrem ad sepultura redemit. f̄ Solõ uerò p̄na coer-
cuit illos, qui sepulchra delerent, aut in gẽtilitia alie-
nũm inferent: author est Alex. ab Alex. lib. 6. dierũ
Genial. cap. 14. quem legem ad Romanos transtule-
runt decem uiri in Græciam eam ob causã a Roma-
nis missi. quemadmodum Cicero lib. 2. de legibus
restatur: & ex nostris scriptũ reliquit eruditus Ayma-
rus. Riualius lib. 2. Hist. iuris ciuilis. qui permulta d̄
his egregia notatũ digna scriptum reliquit. Quin
Græci ipsi erga hostes proprios hac lege & pietate
ufos fuisse legimus. si quidem Annibal Romanorũ
inimicissimus, Paulum Æmilium apud Cannas truci-
dãtũ honorificẽ sepeliri curauit. sic Tib. Gracchũ,
5 & M. Marcellum in agro Brutio interemptũ. f̄ apud
Romanos quoq; summa religione obseruatũ fuit,
ut cadauera sepelirentur. C. Cæsar Pompeij oblatum
caput, plurimis ac pretiosissimis odoribus cremãdũ
sepeliendũq; curauit. author est Val. Max. lib. 5.
6 c. 1. f̄ Lege 12. tab. ut lib. 2. de legibus scribit Cicero
cautum erat, ne quis sepulchra deleret, neq; alienũ
inferet: p̄nãq; falsi erat, si quis bustum, aut monu-
mentum, aut columnam uiolauerit, diecerit, f̄tegerit.
Legem 12. tabul. alijs suis edictis, sanctionibus, at
que constitutionibus confirmarunt, auxerunt, & de-
clararunt Prætores primũ, deinde Romani Impera-
tores, cuius rei declarandẽ atque illustrandã gra-
tia aliquot casus distinguendi sunt.
Primus ẽ casus, cũ actio civilis mouetur ab eo,
cuius interest sepulchrum nõ uiolari. hoc in casu p̄
7 iudicis arbitrio cõdemnatur sepulchri uiolator, f̄ p̄
arbitrio Prætoris nempe quantum ei æquũ uidebi-
tur. l. 3. in princ. ff. de sepul. uiola. quod quidem arbi-
trium ita moderandum erit, ut nunquam minoris
condemnet quãm condemnaret extraneo agente. d.
l. 3. §. qui de sepulchri. estque actio hãc pecuniaria.
l. de sepulchro. ff. eod.
Extẽditur primò hic casus, ut locum etiam habeat
8 f̄cum interest plurium agere: nam & si eorum unus
agere cõp̄it, alter non impeditur. l. 3. §. si ad plures.
ff. de sepul. uiol.
9 Extẽditur secundo, ut procedat etiam quòd ad fi-
lios siue hæredes sint, siue non sint. l. pen. ff. de sepul.
uiol. ratio est, quia actio hãc que conceditur illi, qui
hæreditatem non adiuuit, est potius ad uindictã, quã
ad rei persecutionem. quemadmodum in ea l. pen. in
fi. scriptum est, & probat l. sepulchri uiolati. ff. eod.
10 Secundus est casus, cũ f̄ extraneus agit. agere et-
enim & eis potest, nõ agere eo, cuius interest. l. 3. §. 1.
ff. de sepul. uiol. cuius rei rõ est, quoniam popularis
actio hãc est. d. l. 3. §. ult. hoc itaque casu si simplici-
ter sepulchrum uiolatum fuit, centum aureis uiola-
tor condemnatur, d. l. 3. §. si uero i loco sepulchi ædi-
ficium, aut quid simile egit, ducentorum aureorum
multabitur. d. l. 3. §. si quis in sepulchro.
11 Extẽditur hic casus, ut f̄ locũ et hẽat, cũ hic extra-
neus agit absente eo, cuius interest, etiam si cã Reip.
absit: nam reuerso domino, seu cuius interest, adhuc
extraneus nõ ipeditur. l. sepulchri uiolati. ff. d̄ sep. ui.
12 Tertius est casus, f̄ cũ criminaliter agitur p̄ p̄na
fisco applicãda, & cũ multiplex sit accusatio, nempe
ex lege Iulia de ui publica. l. 3. ff. de sepul. uiol. ex sacri
legio. l. 1. C. eo. ex sepulchro uiolato, ita etiam multi-
plex est p̄na pro factorum uarietate. quas quidem

p̄nais ita ex ordine enumerandas esse cõsciu-
13 Prima est p̄na in illos, qui solũm f̄ cadauera spo-
liant: ij puniuntur p̄na mortis, si manu armata spo-
liarunt; si uerò sine armis usque ad metallũ. l. 3. §. ad
uerfus. ff. de sepul. uiol. quã dictio usque, stat exclusi-
uẽ, ut admonui superiorẽ lib. q. 80. nu. 92. & ex illa
dictione usque, intelligimus arbitrium esse iudicis
mitiori p̄na punire.
14 Secunda est p̄na in eos, qui corpus extraxerũt,
uel ossa eruerũt. humiliiores ultimo supplicio afficiũ-
tur: honestiores, uel relegantur, uel deportantur. l.
ult. ff. de sepul. uiol. hanc p̄nam auxit Constantinus
l. 4. C. eo. ubi præter p̄nam corporalem indixit pec-
uniariam, decẽ. s. pondo auri. & ibi in uerf. Nihil. n.
clare affirmat ex illa pecuniaria p̄na non derogari
corporali. quam cõstitutionem explicauit in tract. de
recup. possessione, remedio 9. nu. 375.
15 Tertia est p̄na in eos, f̄ qui sepulchra demoliu-
tur. si serui sunt, & infcio domino id faciunt, in me-
tallum damnantur: si uerò domino iubente, relegã-
tur. l. 2. C. de sepul. uiol. si uerò liberi homines sunt,
humiliiores morte multantur. ita l. ult. ff. de sepul.
uiola. etiam hoc in casu locũ habere opinor. si uerò
honestiores sunt, relegantur, uel in metallum dam-
nantur. d. l. ult. & hoc etiam casu locus est p̄næ pec-
uniariæ ex d. l. 4. C. eo. quo loci glossã difficultatẽ
mouet atque dissoluit, & latius ibidem explicat. Sali-
in 2. notab. Est locus p̄næ sacrilegij, uel quasi. l. 1. C.
de sepul. uiola. quã aliquando extraordinariã atq; ita
iudicis arbitrio indicitur, aliquando ordinariã, quẽ
admodum declarat Salic. in d. l. oppo. 4.
16 Quarta est p̄na in f̄ eos, qui sepultura impediũt.
ij primò proprium creditum amittunt, deinde li-
bras quinquaginta auri fisco inferunt. quam summã
si persoluere nõ possunt, iudicis arbitrio in corpus
luunt. ita sancit Iustinianus in l. ult. C. de sepul. uiol.
quã sanẽ p̄na locum etiam habet contra hæredes
non sepelientes sui antecessoris f̄ cadauer, ut inquit
17 gl. in d. l. ult. quam probauit Boer. q. 287. nu. 3. Exten-
ditur primo, ut procedat et si quis esset usurarius: ita
p̄batur in l. 1. §. quoties. ff. de iniur. ubi inquit Boer.
18 textum illum urgere f̄ contra sequestrantes cadauera
prætextu usurariũ. & refert idem Boer. d. q. 287. nu. 2.
post Io. de Ana. in c. sicut. col. 3. de Iudæ. quod p̄bat
& Ripa tract. Pestis, tit. De remedijs præfer. cõtra pe-
stẽ. nu. 101. & Didac. lib. 2. uariarum resol. ca. nu. 19.
19 Extẽditur secundo, ut non procedat etiam con-
tra impedientem sepulturam Iudæi: ita probat Io.
de Ana. in cap. sicut. col. 3. uerf. nota quòd corpora.
& ibi Felin. col. 1. de Iudæis.
20 Extẽditur tertio, ut procedat etiam contra cada-
uer debitoris, qui ex instrumento guarentigiato, cu-
ius parata est executio, debet: nam adhuc illius sepul-
tura impediri non potest: ita affirmarunt Abb. in ca.
ex parte. il. 1. de sepul. Felin. d. c. sicut Iudæi, col. 1. de
sepul. Guliel. Bened. in c. Raynutius, in uerbo, Mor-
tuo itaque testatore, nume. 56. de testa. Marf. sing.
199. Roder. Suarez in l. post tẽ. 6. ampl. d̄ re iud. Grã.
decis. 82. Didac. d. lib. 2. uaria. reso. c. 1. n. 10. qui uno
ore ita sentiunt, reiecta contraria opinione Ange. in
auth. ut defun. seu fun. eor. & Marfilij sibi i hoc parũ
constantis in l. ult. nu. 64. ff. de quæst. puniũtur etiã
ij impedientes sepulturam lege Iulia de ui publica. l.
Hh h 2 qui

qui coetu. ff. ad legem Iuliam de ui publica. & attingam infra in casu 393.

- 21 Quinta est pœna, cum creditor adit domum moribundi, & illum uel suos uexat: iste ius suum amittit, & tantundem uexatis restituit. ita sancitum est a Iustiano in auth. item qui. C. de sepul. uiol.
22 Sexta est pœna, cum creditor post obitum debitoris, dū intra certū ipsi exequiā celebratur, hæredes ipsius debitoris uexat, tunc sola indicitur pœna annulationis actus, auth. sed neq. C. de sepul. uiol. & tradit Ripa d. tract. Pœnis, tit. de remedijs præserua. nu. 104. qui subiungit. nu. 105. hinc cautelam sumi posse, ut si inire exequiarum ipsi creditor petit, & debitores offerant fideiussorem, isque fideiussor fideiubeat omnia annullari, atque ita fideiussorem nō teneat. scribit etiam Ripa loco præcitato, nec hoc tempore factam interpellationē debitores in mora constituit.
23 Declarantur nunc relati casus, & pœnæ omnes, ut primò cessent & locū non habeant, cum quis contra sepulchrum aliquod sine dolo egit, l. 3. §. prima uerba. ff. de sepul. uiola.
24 Declaratur secūdō, non procedere t̄ q̄ sepultura perpetua non sunt. l. 3. §. nō perpetua. ff. de sep. uiol.
25 Declaratur tertio, ut non procedat t̄ quando corpus defuncti per uicos aut oppida in itinere transueherunt, l. 3. §. diuus Marcus. ff. de sepul. uiol.
26 Declaratur quarto, ut non procedat in sepulchro hostium, quod impune dirui & uiolari potest. l. sepulchra hostium. ff. de sepul. uiola. & tradit Marfi. in l. ult. nu. 53. de quaest. qui ob id inquit, inimicitia morte inimici non extingui. idem scribit Io. Baptista Asinius in l. 4. §. ego puto. nu. 111. ff. de relig. & sumpt. fun. quo loci post Bal. in l. fororem. C. de ijs quib. ut indig. Sal. in l. qui sepulchri. C. de sepul. uiol. explicat.
27 ant caduere banniti, qui uiuens impune occidi potuit, spoliari ualeat. his accedit, quod patriæ hostibus omnis exequiarum honor negatur. l. minimè. ff. de religio. & sumpt. fun. ubi idem Asinius nu. 20.
28 Declaratur quinto, ut non procedat, t̄ cum sepulchrum reficitur; nec enim reficiens uiolare dicitur: ob id pœnam non meretur. l. sepulchri deteriorè. ff. de sepul. uiol.
29 Declaratur sexto ut non procedat t̄ contra usurarium manifestum: nam illius sepultura impediri atque uiolari potest. quod intelligitur cum in loco sacro sepeliretur. ita Ripa d. tract. Pœnis, titu. de remedijs præserua. nu. 145. Gramma. decis. 82. nu. 5. & attingam infra in casu 398.
30 Declaratur septimo, ut non procedat t̄ contra parricidam. cuius sepultura uiolari atque impediri potest, Af. in l. quod si nulla. nu. 10. de relig. & sumpt. fun.
31 Declaratur octauo, ut non procedat t̄ in caduere illius, qui se ipsum interfecit: nā illius sepultura impediri potest, ita glo. in c. ex parte, il. 2. de sepul. ubi Doct. la. l. 2. col. 1. C. qui testa. face. poss. latè Af. in l. minimè. nu. 20. ff. de relig. & sumpt. fun.
32 Declaratur nono in cadaueribus t̄ punitorum, quæ ex iusta causa, ut terror cæteris incutiat, in sepulchra relinqui possunt. quod latè explicat Did. lib. 2. uariarum resolut. cap. 1. nume. 11. Cætera nunc prætereo, quid scilicet ius Pontificium statuerit: nā apud relatos uideri possunt, præsertim apud Ripam præcitato loco.

SUMMARY M.

- 1 Sortilegos iudicis arbitrio aliquando puniri.
2 Plato quid in suis legib. contra sortilegos sanciuerit.
3 Lex 1. 2. tab. quid in sortilegos statuerit.
4 Sortilegium hæresim dum sapit manifestam, pœna hæresis plectitur.
5 Sortilegij nō manifesti pœna in laicum de iure ciuili.
6 Sortilegij nō manifesti pœna in laicū in foro cōsciē.
7 Clerici sortilegi pœna sacramentalis quæ.
8 Clerici sortilegi in foro contentioso.
9 Iudicis arbitrio clericos sortilegos puniri.
10 Clericus bono zelo sortilegium committēs, quomodo puniatur.
11 Iudicis arbitrio carceratur clericus sortilegus.
12 Sacerdos sortilegus qua pœnipuniatur.
13 Sacerdotes abutētes debito sacrificadi nō puniuntur.
14 Iudicis arbitrio puniuntur sacerdotes abutentes rebus sacris in sortilegijs.
15 Sacerdotes dicentes missas defunctorum pro uiuentibus puniuntur.
16 Sortilegio diuinatio utens, qua pœna puniatur.
17 Iudicis arbitrio punitur, qui curauit aliquem citari ut compareat in ualle Iosaphat.

CASVS CCCLXXXVIII.

SORTILEGIORVM POENA QVÆ.

Sortilegia t̄ pœna interdum arbitraria puniuntur: quod ex Plato t̄ dialogo 11. de legibus sancitum esse scripsit his uerbis: Quis uerò quis nodis, inductionibus, cantibus, similibusque; ueneficijs ad nocendum paratus deprehensus est, si aruspex, aut prodiciorum interpres, sit occidatur. sin uerò non fuerit, iudicium similiter de ipso quid dari, patiūdebeat, statuat. Lege autē 1. 2. tabul. ita sancitum fuit: Qui malum carmen incantarit, frugesque; excantarit, coercetor. quā cōstitutionem explanauit doctissimus Balduinus in cōmentarijs ad leges 1. 2. tab. lege 54. qui de his icara toribus & magicæ artis ipostoribus plura scribit. quo aut hæc clari⁹ explicētur, plures cas⁹ sunt distinguēdi.
4 Primus est, cum t̄ sortilegium (quod iure ciuili malefici uappellatur) hæresim manifestā sapit, tūc nō ut sortilegij crimē, sed ut hæresis puniri dēbita scribūt Pau⁹ Grill. trac. de sortilegijs. q. 1. nu. 1. & nu. 6. intelligit t̄ cum amoris cā sortilegia cōmittitur: de pœnis aut hæreticorum alia scripsim⁹ supra ī casu 374.
5 Secundus est casus, cum sortilegium hæresim manifestam non sapit, & hic sortilegus est laicus: tunc imponitur de iure ciuili pœna mortis. l. nemo. C. de malef. & math. t̄. Gril. d. q. 1. nu. 5. qui nu. 7. subiicit, ius ciuile nullam constituere differentiam, siue sortilegium sit ad diuinandum, siue amoris cā committatur. & nu. 11. quando causa ueneficij perpetratur.
6 Tertius est casus, cum t̄ sortilegium, quod hæresim manifestam non sapit, perpetratur a laico, & agitur de pœna in foro conscientia, atque ita pœnitentia: tunc pœnitentia quadraginta dierum indicitur. ca. 1. de sortileg. & ibi Doct. Grillan. d. q. 1. nu. 2. & n. 6. hodie fortè pœna hæc erit arbitraria, cum pœnitentiæ omnes hodie arbitrariæ sint sacerdotibus, quemadmodum dicemus infra in casu ultimo.
Quartus est casus in eadem sortilegij specie, cum forti-

- 7 fortilegus est t̄ clericus, agiturque de pœna hac sacramentali: tunc eadem pœna, qua laicus afficitur, nempe per quadraginta dies, pœnitentiā agere debet. d. c. 1. de sortileg. & ibi Doct. Grillan. d. q. 1. nu. 2. & nu. 6. in fin. idem esse intelligit, cum causa amoris sortilegia perpetrantur. & nu. 10.
8 Quartus est casus in eodem t̄ sortilegij crimine, cū agitur de pœna in foro contentioso iuris canonici: tunc si sortilegus est clericus, suspenditur à diuinis & à ministerio altaris per annum & ultra t̄ iudicis arbitrio, fm facti qualitatem & facinoris turpitudinē: ita probat tex. in cap. 2. & ibi clarè glossa in uerbo, nifum, de sortileg. & ibi fenfit Abbas nu. 4. in fin. & clarus Grillā. d. tract. de sortilegijs. q. 1. nu. 3. & nu. 10.
9 qui inquit, hoc procedere t̄ cum clericus bono zelo & ex simplicitate sortilegium cōmisit, secus si dolo & impidē, tunc deponitur ab omni ordine sacro, omnibus beneficijs priuatur, & perpetuò in monasteriū in cluditur. c. si quis Episcopus, ubi glo. 26. q. 5. quā cōstitutionem declarat idem Grillan. d. trac. de sortilegijs.
10 q. 14. & ad tēpus t̄ iudicis arbitrio clericū carcerari scribit Diaz in Practi. canonica, tit. de sortilegijs, & eū est secutus Cuchus in inf. canonicis, lib. 4. ti. 9. de diuersis delictis, uerfi. His adduntur. Accedit q̄ Grillan. quaest. 14. scribit, sacerdotē t̄ sortilegū relata pœna puniri, qui super rebus prophanis, aptisq; ad sortilegia peragenda missas celebrat, ut apud illum. idem subiicit q. 15. t̄ sacerdotes, qui abutuntur debito modo & ordine sacrificadi, ut quia nō apponunt uinū si mul cum aqua in calice, sed solum uinum, uel solam aquā, uel botrum uuarum in calice comprimūt, alia uē similia perpetrant, puniri pœna arbitraria iudici, ex c. cum omne crimen, de cōsec. dist. 2. & idē Grillā.
11 q. 15. num. 3. scriptum reliquit arbitrio t̄ iudicis puniri sacerdotes, qui uasa sacra & uestes hisque similia in sortilegijs abutantur. & idem Grillan. q. ult. nu. 4. scribit, puniri arbitrio iudicis sacerdotem illum, qui in celebratione sacrorum nephādas & turpes preces Deo porrigit, quemadmodum recenset consueuisse facere sacerdotem Hispanū, qui amore captus unius monialis, quæ Clara appellabatur, in suis precibus, hoc nomen sanctum sub nomine Beatæ Claræ inuocabat. sic inquit, puniri sacerdotes, qui t̄ missas defunctorum celebrant pro uiuentibus, ut illi uel citò moriantur, uel morbo aliquo laborare incipiant. His accedit, q̄ sortilegus non modò pœna sortilegij plecti dēt, sed t̄ puniri potest pœna sacrilegij, cap. sacrilegium. 27. q. 4. & scribit is Grill. in. d. q. 16. in fine.
12 Quintus est casus in laico t̄ sortilegium diuinatum, quod tamē manifestam hæresim nō sapit, exerceat: is si uilis est, fustigari, uel mitra insigniri poterit, honestior relegari uel ppetuò carceri mācipari, quod probat tex. in cap. contra idolorū. 26. q. 5. quæ singularem dixit Roman. sing. 660. Tu scis quod isti. & hanc sententiam probauit Grillan. d. q. 11. num. 4. qui uerū intelligit, cum ij honestiores semel moniti, ut desistant, non desistunt. Lege ueteri morte puniebantur indistinctè malefici omnes, ita enim legitur Exodi cap. 22. Maleficos non patieris uiuere. Huc ad ferri potest ille casus, cum quis numinis superstitione aliquem tenet, quemadmodum faciunt illi, qui mittunt præcepta uallis Iosaphat, hos enim puniendos esse pœna t̄ iudici arbitraria, scribit doctissimus Iul.

Clarus lib 5. senten. iuris. §. fin. q. 83. uerf. puniuntur. qui ita obseruatum fuisse in amplissimo Senatu Mediolanensi attestatur.

SUMMARY M.

- 1 Iudicis arbitrio sacrilegia puniri.
2 Sacrilegium proprie, hoc est, cum res sacra è loco sacro surripitur, pœna mortis puniri.
3 L. si quis in hoc genus. C. de Epif. & cler. intellectus.
4 L. aut facta. §. locus. ff. de pœnis. intellectus.
5 L. sacrilegij capite, primo responso. ff. ad legem Iuliam pecul. sensus.
6 L. sacrilegij pœnā, in prin. ff. ad le. Iul. pecu. intellectus.
7 Sacrilegos excommunicari.
8 Cōstitutio Regni Sciliq̄, de arbitrio Regis, declaratur.
9 Sacrilegium inuropriè quod.
10 Iudicis arbitrio punitur sacrilegium inuroprium.
11 Sacrilegium ex iure Pontificio dici, cum res sacra è loco priuato sacro surripitur.
12 Sacrilegium inuropriè esse, cum res sacra è loco priuato surripitur.
13 Sacrilegium de iure canonico dici, etiam cum res sacra è loco priuato surripitur.
14 Sacrilegium de iure canonico esse surripere rem non sacram è loco sacro.
15 Clericum uerberans uel occidens sacrilegus est; & an capite plectatur.
16 Clericum uulnerans excommunicatus est maiori excommunicatione.
17 Violentiam committens in uestes clericis punitur.
18 Sacrilegium an committat, qui clerici contemplatione eius consanguineos uerberat.
19 Sacrilegium committit, legem diuinam uiolans.
20 Iudicis arbitrio punitur, qui de Principis pœestati disputat.
21 Principē nihil posse cōtra ea, q̄ iuris naturalis sunt.
22 Virgine Deo dicatam uiolans, sacrilegium cōmittit.
23 Incestū committit, qui uirginem Deo dicatā uiolat.
24 Monialem carnaliter cognoscens iure canonico grauius punitur.
25 Monialis qua pœsa est se carnaliter cognosci, grauius punitur.
26 Vestales uirgines corrupte, qua pœna apud Romanos plecterentur.
27 Constitutio Mediolani sub rub. de pœnis. c. carnali copula. declaratur.
28 Statutum Papiæ 24. in crim. sub rub. De pœna eius q̄ carnaliter cognouerit nominalem, declaratur.
29 Pœna à Statutis indicta contra corruptores monialium sola obseruatur.
30 Statutum Rauennæ de corruptoribus monialium, declaratur.

CASVS CCCLXXXIX.

SACRILEGI QVA POENA PLECTANTVR: II præsertim, qui uirgines Deo dicatas uiolant.

Sacrilegij t̄ crimen pœna iudicis arbitraria interdū punitur: quod modū probat l. lege Iulia. §. mandatis. & l. sacrilegij pœnam. ff. ad le. Iul. pecul. uerū, quia & alię pœnæ ordinariæ indictæ sūt, & per multa à nostris perplexè & confusè tractantur, ego dilucidius & planius controuersia hanc diffiniri sic posse opinor: ut plures casus constituamus.

- 2 Primus quorum est, cum quis facrilgium perpetravit, rem sacram è loco sacro publico suffurando hoc esse propriè sacrilegiū scribit Bart. in l. sacrilegij pœnam. ff. ad le. Iul. pecul. & alij nonnulli quos infra referam. tunc de iure civili pœna capitis, hoc est, mortis naturalis indicitur. ita Bar. d. l. sacrilegij, quem secuti sunt Paul. Grill. tract. de pœnis omnifariam coitus. q. 1. num. 7. & Boss. tract. causarū criminalium, ti. de sacrilegij, num. 6. sic intelligentes tex. l. si quis in hoc genus. C. de Episc. & cler. l. aut facta. §. locus. ff. de pœnis, & d. l. sacrilegij pœnā, in princ. ff. ad l. Iul. pec. Verum is tex. §. l. si quis in hoc genus, in hac criminis specie non loquitur, sed cum iniuria ipsi ecclesiæ & cultui, uel ipsis clericis infertur: uerbi gratia, si quis manus impias in clericū mittat, uel sacra uasa, uestes, imagines, & similia deiiciat, quo impio crimine noui Christiani, quos Vgonotos uulgò appellat, nostra hac ætate in Gallia manus sedarunt: iij in quā ea pœna mortis puniuntur. Non etiam probat is rex. §. l. aut facta. §. locus, de pœn. Si quidem illa uerba & capite lucidum, non modò ad sacrilegiū, sed & ad furtū referri possunt: cum & fur. si famosus est, pœna mortis plectitur. l. capitaliū. §. famosus. ff. eo. de pœn. Rursus, nō probatis §. locus, cum ibi subiiciatur, uel minore supplicio: ut inde intelligamus pœnā esse arbitrariā, & uerè opinor esse arbitrariā, & iudicè posse aliquando pœnam mortis indicare, ut si res sacra in loco sacro magni ualoris esset furto subtrahita, ita procedat §. l. sacrilegi capite, 1. respon. ff. ad le. Iul. pecul. atque ita sentit Ludo. Montal. tract. de reprob. senten. Pilati. artic. 1. & 1. dub. nu. 68. quāquam sentiat regulariter sacrilegiū pœna mortis puniri, qd falsum est. nostrā sententiā confirmat l. 3. §. mandatis. ad l. Iul. pecul. ibi, extra ordinē. & si Motal. exponat extra ordinē, id est pœna capitis, quod semper uerū nō est. Constantinus uerò Harmenopolus in iuris prōptuario, lib. 6. tit. 6. rub. de sacrilegis, ita scriptū reliquit: qui noctu, uel interdū sacrariū ingressus quicquā ex rebus sacris, quæ in eo sunt, subtraxerit, excecator. Credo etiā iudicè posse pœnā leniorē imponere, si res tenuis est. atq; ita intelligo §. d. l. sacrilegij pœnam, in princ. ibi, proque rei conditione. & d. §. locus, hoc in casu ius Pontificium indicit pœnam grauem, ut est relatum in cap. de uironephando. 1. 2. q. 2. non refero, cum satis proluxa factio sit. Indicitur & aliquando pœna §. excommunicationis ipso iure; aliquando lata sententiæ, ut pbāt ca. conquestus, de foro compe. & cap. conquesti, de senten. excomm. & utroque loco Doctores, atque ita declarari potest §. constitutio Regni Siciliae, sub rub. de arbitrio Regis, aliis iudicis, quæ arbitrio iudicis uult sacrilegos puniri, atque ita cum iure communi, ut ibi notat Iernia, illa cōstitutio punitur pœna capitis sacrilegos, qui loca sacra uolenter destruant, & qui uasa & dona sacra suffurantur: nam intelligitur ex supra relatis.
- 3 Secundus est casus, cum rem §. sacram è loco non publicè, sed priuatè sacro surripuit. hic sacrilegus, impropriè sacrilegus appellatur. ita censuit Bar. d. l. sacrilegi capite, ad le. Iul. pecul. Grillan. d. q. 1. num. 7. uer. quoddam uerò. qui exem plū adferunt; ut putā, si res sacra ex oratorio, quod quis domi haberet, uel ex oratorio hospitalis priuati; nā loca hæc dicuntur priuatè sacra. c. ad hæc. de relig. dom. clem. quia cōiungit. eo.
- 10 pœna ergo, contra hunc sacrilegum erit iudici arbitraria, ut innuit Bar. & Grill. locis iam citatis, dum inquit, hanc pœnam esse debere maiorem furti pœna, & minorem pœna ueri sacrilegij: ex d. l. sacrilegi capite, in princ. & ob id scribunt, illi esse pœnam indicendam p. qualitate facti, conditione personarū, quæque maiorē, quæque minorē. idē affirmat Lud. Montal. de reprob. senten. Pilati. art. 1. in 1. dub. nu. 69. uer. ad tertiu. ius Pontificiū in hoc à iure civili discrepta, qñquidē & hoc in casu dī propriè sacrilegiū, c. quif quis. §. 1. uer. similit. sacrilegiū. 17. q. 4. & ideo eo iure pœna eadem est hoc in casu, quæ & in proximè iā relato. & hanc iuris canonici & civilis differentiā recenset Hieronymus Zanetinus trac. de differen. iuris cano. & civilis, nu. 128.
- 12 Tertius est casus, cum quis rem sacram è loco nō sacro surripuit. hunc casum Bart. nec eius affecle explicant. Ego opinor idem esse dicendum, qd in casu præcedenti, siue ius Cæsareum, siue Pontificium consideremus. si ius civile uerè idem est, nempe hanc pœnam arbitrariam esse: quoniam propriè sacrilegiū hoc non dicitur, ex supra relatis, & confirmat. l. aut facta. §. locus. ff. de pœnis, quo probatur, sacrilegiū cōmitti ratione loci sacri, è quo res subtrahitur. Iure autem Pontificio idem est, quod in casu iam relato: quandoquidem propriè sacrilegiū dicitur. d. ca. quif quis. §. j. uer. similit. 17. q. 4. atque ita sentiunt Inno. in c. ult. de immun. eccle. Afflic. in cōment. ad d. cōst. Regni Siciliae, sub rub. de arbitrio Regis, aliis iudicis in constitutione, Multæ leges. num. 2. & Fab. Montel. in praxi arbitrariæ par. 4. nu. 5 19. Harmenopolus uerò in præcedenti casu allegato in hæc uerba subiungit: Qui uerò extra sacrarium, aut ex alio fano quippiā surripuerit, fustib. cæsus ac tōsus relegator.
- 14 Quartus est casus, §. cum quis rem non sacrā è loco surripit. hunc casum non explicant Doctores. Credo iure Pontificio perpenso sacrilegiū hoc esse, ex d. c. quif quis. §. 1. 17. quæst. 4. iure autem civili non sacrilegiū, sed furtum hoc esse creditur. l. Diui. ff. ad leg. Iul. pecul. pœna ergo furti eo iure indicitur. Huc spectat Ciceronis sententia lib. 2. de legibus: Sacrilego pœna est, neque ei soli, qui sacrum abstulerit; sed etiā ei, qui sacro commendatum.
- 15 Quintus est casus, cum §. sacrilegiū perpetratur immutitendo impias manus in clericos: tunc is sacrilegus iure civili pœna mortis punitur. l. si quis in hoc genus. C. de Episc. & cler. quam supra in primo casu declarau. hoc etenim sacrilegiū graue admodum est quod affirmat & Grill. d. trac. De pœnis omnifariam coitus. q. 1. nu. 9. & hanc esse pœnam mortis sensit is Lud. Montal. d. trac. De reprobatione sententiæ Pilati. art. j. dub. nu. 62. quamquam in eo lapsus uideatur, dum ex hac constitutione regulam statuit, pœnam sacrilegij, esse pœnā mortis, nec enim regula est ita constitutenda, sed ratione casuum diuersorum distinguendum. Iure etiam civili temperata uidetur illa grauis pœna, ex auth. sed nouo iure. C. de Episc. & cle. quo loci scribit Bal. hodie pœnam capitis huic sacrilego indici, cum plura concurrunt: quod sit clericus, quod diuina celebrentur, quod sit in ecclesia, & quod diuini officium perturbetur. alioqui, altero ex his quatuor deficiente, pœna solum erit exilij. Iure §. Pontificio uulnerans, uel uerberans clericum ipso iure in maiorem

- maiorē excommunicationem incidit: a qua nō nisi Pontifice absolui potest. c. si quis suadente. 17. q. 4. quam constitutionem glossa ibi intelligit procedere etiam si uolentia in uestes clerici committatur; §. ut putā, si illæ lacerentur. qd singulare esse affirmarunt Innoc. in c. nuper. de sent. excom. Bart. l. 1. §. hoc aut interdicitū de ope. noui nun. & late Marfi. sing. 188. Capitulū si quis. immo idem Marfi. sing. 204. incip. Percutens clericum, scribit post Rom. & Feli. percutientem consanguineum clericum, ipsiusque clericum contemplatione in eandem excommunicationis pœnā incidere. sed uerè hoc postremū a multis reprehenditur, ut a Soc. in l. mulieri & Titio. de cond. & demō. à Iac. in l. de pupillo. §. si quis ipsi Prætori, de ope. noui nun. & a Tiraq. trac. De pœnis legū. cā 51. nu. 74.
- 19 Sextus est casus, cum quis sacrilegiū impropriè committit, ut putā quando quis legem diuinā offendit, seu quouis modo eius intellectum uiolat, uel cū de auctoritate Principis, ueluti Pontificis, uel Imperatoris disputat, atq; dubitat: ut si contendere a Principe electū eligi non debuisset, uel non potuisse, hoc crimen non dicitur propriè sacrilegiū, sed instar sacrilegij. l. 1. & l. 2. C. de crim. sacrileg. hoc in casu pœna est arbitraria: ita expresse affirmat Grill. d. tracta. De pœnis omnifariam coitus. q. 1. nu. 8. & rectè nec enim hoc in casu pœna certa a lege sancita reperitur quod aut dictū est, non licere de Principis potestate disputare, intelligitur in his, quæ iuris positui sunt: nam, cum omnia possit contra ea, quæ iuris positui sunt, sequitur de illius potestate non esse agendum; secus sup. his, quæ iuris diuini, §. naturalis, & gentium sunt. ita Crau. cont. 241. nu. 20. uer. non obstat. & tract. De antiq. temp. 1. parte. nu. 38.
- Septimus est casus, cum sacrilegiū committitur uiolando §. uirginitatem Deo dicatam, ut putā, cum quis monialem professam carnaliter cognouit, hic sacrilegiū committere dicitur: ita gl. in c. uirginib. 27. q. 1. ex illo textu. & ibidem subiicit glo. committitur etiam incestum & adulterium, quam glossam sūt secuti omnes, ut apud Dec. conf. 338. nu. 1. conf. 579. nu. 5. & conf. 611. nu. 2. quod declarat Paul. Grillā. d. trac. De pœnis omnifariam coitus. q. 1. nu. 10. qui addit quartū crimen committi, nempe stuprum. hic ergo sacrilegus iure Diuino atq; ita in foro cōscientiæ punitur pœna excommunicationis, sicque & Christianorum consortio expellitur: & nisi in mortis articulo absoluitur, & ei communicatur si penituerit. c. impudicas. & d. c. uirginib. 27. q. 1. & declarat post Archid. in c. peruenit. 27. q. 1. is Grillan. d. q. 1. nu. 17.
- 24 §. Iure Pontificio in foro contentioso punitur hic sacrilegus pœna depositionis ab ordine, & beneficiorum amissionis, si clericus est, & monasterio perpetuo ad penitentiam peragendam includitur: laicus uerò excommunicatur. ita probant c. si quis Episcopus. & c. si qua monachorum. 27. q. 1. & tradit Grill. loco iam citato. nu. 18. Iure civili pœna mortis indicitur: ita affirmat Grill. præcitato loco. num. 19. Iul. Clar. lib. 5. sent. iur. §. fornicatio. uer. cum moniali. id quod probatur, quia iam diximus in hoc crimine cōmitti adulterium & incestum, quæ crimina mortis pœna uindicantur. l. si adulterium cū incestu. ff. ad le. Iul. de adul. & l. quamuis. §. 1. C. eo. opinor clarius & fortiori probari in l. si quis non dicam rapere. C. d.
- Episc. & cler. hæc pœna in corruptores est. atq; in ipso corruptis uirginibus Marfi. sing. 151. inquit, solū pœna adulterij puniri, sed falsū olim Vestales, §. quæ ad tps Dijs uirginitatē nouerāt, uirgis cædebatur ad necē usq;: deinde lege sancitum est, uias defodi, aut or est Dionys. Halicar. lib. 1. antiq. Rom. & Pomponius Lætus De sacerdotijs Romanorū. ubi d. Vestalibus agit scribit, Vestalē ob incestū pœnas hoc modo luisse: Vincita efferebatur in sandapila per mediū forum usque ad portam Collinam, ibi tumulus impudicarū Vestalium inter muros eminet, in quo est parua cauerna subterranea, ad quam per foramen scalis descenditur, in qua est stratus lectulus, & lucerna ardens & panis, lac, oleū ne fame intereat. Deponitur hic Vestalis, capite uelato in supplicium ducitur. Pontifex, cum arcana quædā pronuntiauit, cum sacerdotibus terga uertit; & statim Vestalis in cauernam demittitur, in de fossa tellure repletur: usque ad operculū. ea die silentiū & mæstitia in tota urbe est. Hæc ille. quibus accedit Plutarchus in pblemate 96. qui rationem reddit multiplicem, cur uiuæ defoderentur. hodie uerò moniales quæ se corrūpi patiuntur ea pœna plectuntur, ut perpetuo carceri includantur. c. impudicas. 27. q. 1. Hodie monialiū corruptores Mediolani ex nouis constitutionibus, rubri. De pœnis. c. carnali copula. capite mulctantur. ita 28 §. & Papiæ ex statuto 24. in criminal. De pœnā illius, qui carnaliter cognouerit monialem. Qua in re illud annotādū est, qd rñdit Alc. rñ. 745. pœnam harū constitutionum esse §. solum obseruandam post habitis cæteris iuris cōmunis: cum ex noua sãctione abrogata ille censeatur. atque ita intelligit Alc. §. statutū quoddā Rauennæ: uerum de ueritate doctrinæ Alc. plura scripsi in tract. De recup. poss. remedio 9. q. 5 1.
- S V M M A R I V M.
- 1 Incendarios grauissimis pœnis puniri.
 - 2 Incendium casum fortuitum aliquando esse.
 - 3 Incendium culpa habitantium quando præsumatur commissum.
 - 4 Culpa sola an fundet intentionem asserentis incendii fuisse commissum.
 - 5 Statutum Vicentiæ lib. 3. sub rub. Quod quilibet custodiat domum suam ab igne. declaratur.
 - 6 Horreum præsumi combustum culpa custodis.
 - 7 Culpa quæ sit, cum præsumitur culpa inhabitantium incendium fuisse commissum.
 - 8 Leuissima culpa in incendio commissa commodatoriū de damno dato obligat.
 - 9 Commodatarium de leuissima culpa teneri.
 - 10 Conductorem non teneri ob incendium leuissima culpa in re conducta exortum.
 - 11 Locatorem non posse agere actione legis Aquiliæ contra conductorem ob incendium commissum leuissima culpa in re conducta.
 - 12 Incendium cum ignoratur a quo commissum, absoluantur omnes.
 - 13 Incendium cū apparet cuius culpa è cōmissū, is punitur.
 - 14 Incendiaris etiam damnum uicino reficere debet.
 - 15 Exodi cap. 22. declaratur.
 - 16 Constitutiones Mediolani, sub rub. De pœnis. c. si quis incendium. declaratur.
 - 17 Iudicis arbitrio relinquitur, an culpa inhabitantium incendium commissum sit.

- 18 *Caniela qua incendiarius se potest excusare, sua culpa incendium non esse secutum.*
 19 *Iudicis arbitrio relinquitur quando leuis culpa dicta tua commissi ni incendio.*
 20 *Dominus ex leui culpa suae familiae non obligatur.*
 21 *Socerum non teneri de incendio à nuru sua immisso.*
 22 *Incendiarius criminaliter et puniri ob leuem culpam.*
 23 *Iudicis arbitrio puniri incendiariū ob leuē ei⁹ culpā.*
 24 *Statutum Brixiae 114. in criminalibus sub rub. De incendio. declaratur.*
 25 *Constit. Mediolani sub rub. De penis. c. si quis incendium. declaratur.*
 26 *Indicēdū lata culpa cōmittēs, dānū emendare debet.*
 27 *Incendiarius dolosus damnū emēdat, & criminaliter punitur.*
 28 *Baldi doct. l. data opera. nu. 1. C. de ijs qui accus. nō pos. enucleatur atque declaratur.*
 29 *Iudicis arbitrio relinquitur electio mortis incendiarij dolosi.*
 30 *L. Capitaliū. §. nonūquā ff. de pēn. litera & sensus.*
 31 *L. ult. ff. de incen. rui. & naufr. sensus & intellectus.*
 32 *Auctoris opinio quomodo dolosus incendiarius puniri debeat.*
 33 *L. Capitaliū. §. q. ob inimicitias. ff. de pēnis. itellec.⁹.*
 34 *Cusa quid sit.*
 35 *Villa quid sit.*
 36 *Statutum Brixie 114. in criminalibus, sub rub. De incendio. declaratur.*
 37 *Cōstitutio Mediolani sub rub. De penis. c. si quis incendium. declaratur.*
 38 *Statutum Vicentiae lib. 3. sub rubri. De incendiarijs 4 declaratur.*
 39 *Incendiarius iure canonico iudicis arbitrio punitur.*
 40 *Incendiarius in foro conscientiae quomodo punitur.*

C A S V S CCCXC.

INCENDIUM CUIVS CVLPA ET FACTO commissum credatur, qua pæna iure Cæsareo ferendus sit incendiarius ob leuem, & latam culpam, & qua cum dolo incendium immisit, quid iure Canonico & penitentiali, plene & luculenter explanatum.

- 1 **I**ncendiarij interdū pœnis arbitrarijs puniuntur. Nam diuinus Plato li. 8. De legibus, in bene instituta Rep. ita esse sciendū scriptum reliquit: Si quis ignem in materiā sic immiserit, ut uicino nocuerit, prout Magistratibus uidebitur, condemnatur. Quo uerò res clarior reddatur, pro more nostro plures casus esse distinguendos censuimus.
- 2 Primus est, cum clarè constat incendium fortuitè, atque ita aliunde quàm è domo & loco ipso ortū habuisse: utputà, si è caelesti fulmine immissus sit ignis: quo exemplo usus est Fulg. in l. si uendita. ff. de peric. & commo. rei uend. & cum eo Gozad. cōf. 63. nu. 2. uers. quārdò adduco. & ante illos Albe. in l. si stulas. §. ult. ff. de contrah. emp. & trac. statur. parte. 2. quæst. 81. qui scribit ita fuisse decisum hinc Patanij ex quodam incendio orto in loco Montagnanæ. & idē scripsit Marsi. in l. 1. nu. 118. ff. ad le. Cor. de sicar. Vel si è domo uicini ignis scintilla euolauit, atque incendiū excitauit in alterius domo, uel fœnili, quod exē

plū retulit Bal. cōf. 441. Quidā, in si. li. j. hoc in casa nemo inhabitatiū teneretur, uel ali⁹ qs uis: cum incendiarij nomē nemo mereatur. qđ in specie affirmarūt Bal. cōf. 442. Quidā nomine Restorius, in principio, li. 3. Sallic. in l. q̄ fortuitis. col. 3. C. de pignor. actio. Io. de Anan. cōf. 71. nu. 4. Goz. cōf. 63. nu. 2. uers. ter tiò adduco. qui nu. 11. inquit, incendiū eē casū fortuitū, qđ uerū est, cum relatis modis euenit. & uerè tunc habitates excusantur, cum dāna fato euenientia p̄stare quis non teneatur. l. cū duobus. §. damna fatalia. ff. p̄ socio. & d. l. quæ fortuitis. C. de pign. act.

Secundus est casus, cum non constat de casu fortuito, uel quis incendium immiserit: tunc p̄sumitur culpa inhabitantium exortum, quod clarè p̄bat l. 3. §. j. ff. de off. Præfecti uigil. ibi, & quia plerumque incendia fiunt culpa inhabitantium, dictio, plerūq; eo loci regulam cōstituit: quemadmodum in specie annotauit Alex. cōf. 50. num. 1. lib. 1. & talis est natura dictionis plerumque, ut significet, regulā ita eē, quod latè affirmarunt Ias. in li. uirgentium. §. Prætor ait. num. 2. ff. de pactis. Tiraq. De retractu conlang. §. 1. glo. 9. num. 2. 24. & Gomez. §. sed, ista. nu. 2. 1. In st. de actio. probatur & hic casus ex l. si uendita. ff. de peric. & commo. rei uend. atque ita cōcludunt omnes, ut testatur Alex. d. cōf. 50. nu. 1. 2. Bald. cōf. 149. Quidam, in fin. lib. 2. Ias. cōf. 116. nu. 1. lib. 1. Calcan. cōf. 39. num. 2. & con. 40. in si. Marf. sing. 393. in fine. & Goza. cōf. 63. nu. 1. & uerè in hoc omnes conueniunt, nempe hoc casu incendium p̄sumi culpa inhabitantium exortum. In eo dissident inter se Doctores, an ex sola culpa sit fundata intentio damnum passū, qui agere uult contra illos inhabitates. Alex. d. cōf. 50. num. 2. recenset ex Bart. & alijs non nullis in l. Prætor ait. §. an uerò. ff. de eden. satis ex hoc censerit fundatam actoris intentionem. & cum eo sentit Calcan. cōf. 50. in fine. qui respondit, esse satis ex hoc determinatè probatum, quis incendium immiserit. Contrarium crebrius alij senserūt, nempe non sufficere p̄sumptionem hanc, ut damnū passū consequatur emendationem: quoniam hęc est p̄sumptio indeterminatæ personæ, quæ ad condemnationē non sufficit, ita clarè Bal. d. cōf. 441. in si. li. j. Io. de Anā. cōf. 71. num. 2. clarissime Ias. cōf. 116. nu. 3. li. 1. Carol. Molin. in annot. ad Alex. d. cōf. 50. num. 5. in additio. quæ incipit, quod sic. li. 1. alios referam infra in casu sequenti. & hęc communem sententiam insecutum est statutum Vicentię li. 3. rub. Quod quilibet custodiat domum suam ab igne, & c. ibi, si sua culpa acciderit. hęc uerba sunt conditionalia & dubitativa, ob id, qui culpam arguit, probare debet, si enim statutum intellexisset culpam p̄sumi ex ipso solo incendio, non dixisset si sua culpa acciderit: quia satis illud subintelligi poterat. Hac in re est animaduertendum relatos Doctores loqui, cū in una domo una familia commoratur, ita quod incertum est, an ipsemet dominus & caput familiae, uel eius uxor, uel unus filiorum, uel unus seruorum incendio causam præbuerit, nā, cum his casibus dominus non teneatur pro familia (ut infra dicemus) ob (inquam) hanc incertitudinem nulla contra dominum sequi potest condemnatio. Hęc autem p̄sumptio operaretur quando unus solus domum inhabitaret: nā tunc persona indeterminata nō est, idē quando quis solus

solus illius loci custos fuit, & die noctuque ingredi consuevit: quemadmodum in eo, qui horrei, quod uulgò fundicum appellant, custodiam habet, si incendio consumptum est, culpa custodis p̄sumitur: & sola illa p̄sumptio sufficit ad fundandam actoris intentionem, quod uisus est sentire Alexan. d. cōf. 50. nu. 7. uers. & ex prædictis, prodest & hęc p̄sumptio ad inquirendum: qm̄, ut in his terminis respondit Bal. cōf. 442. Quidam nomine Restorius, uers. in dubio uerò. lib. 3. poterit iudex inquirere ab his, q̄ in domo commorantur, quis incendij auctor fuerit. Quo circa ego aliquando in praxi obseruari curauit, iudicem statim exorto incendio iubere præhēdi inhabitantes domum, & eos de auctore incendij interrogare: ob id ueritas fuit comperta, quoniam tēpus non habuerant ad se consulendum.

- 6 Dubium nunc est in hoc casu, quæ culpæ species hæc sit, & quis si illius effectus. Primò respōdeo esse culpam leuissimam, ita Sal. in d. l. quæ fortuitis, col. ult. uers. unum tamen. C. de pigno. act. Alex. cōf. 50. nu. 9. lib. 1. nec est, qui dissentiat, excepto Bal. cōf. 149. lib. 2. qui uisus est sentire, hanc esse culpam leuem, quod uerum non est: immo hæc culpa leuissima dicitur, non in committendo, sed in omittendo, quoniam per negligentiam cautata dicitur, ita respōdit Alex. d. cōf. 50. nu. 9. uers. sed non probatur. sic intelligēs gl. in §. p̄terea. Inst. quib. mo. re contrah. oblig. ubi Ang. Aret. singularè esse dixit. & ita se obtinuisse Ferrariæ scribit, ut idē testatur Lud. Bologn. in addit. ad Io. de Ana. cōf. 71. n. 5. & inquit Alex. uerè hoc probari ex l. qui ædes. uers. negligentia. ff. de incen. ruin. & naufr. quam sic intellexit Bal. in l. data opera, col. 4. nu. 1. 3. C. de ijs qui accus. non possūt. Quamquam Gram. decif. 3. nu. 6. scribat, glossam illam a multis reprehendi, quod si uerum est, malè illi & contra magis receptam opinionem sentiunt.
- 7 Secundæ dubitationi respondeo, culpam hanc leuissimam operari, ut is, qui rem commutato suscepti, si incendio sit consumpta, teneatur, ita in specie ista Alex. d. cōf. 50. col. pen. uers. secundò respōdeo. nā p̄comodatarius leuissimam culpam p̄stare tenetur. §. item is cui. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. ita & alij omnes, qui de leuissima hac culpa tenentur.
- 8 Conductor autem hoc in casu non tenetur, cū solū dolum, latam culpā & leuē, non aut leuissimam p̄stare teneatur. l. si ut certo. §. nūc uidendū. ff. cōmod. l. in iudicio. C. locati. l. contractus. ubi Dec. de reg. iur. atque ita in specie nostra affirmarūt Alex. d. cōf. 50. nu. 9. lib. 1. Ias. in l. sed & si quis. §. quæsitum. nu. 41. ff. si quis caut. & cōf. 116. nu. 1. lib. 1. Cēpolla cōf. 79. nu. 4. Goza. cōf. 63. nu. 16. 18. Gram. in additio nib. ad decif. Afflicti dec. 57. in si. quāquā idē Gram. d. cōf. 3. nu. 16. dissentire uideatur, dum dixit conductorem teneri, nisi casum fortuitum probet. sentiens ob id ob culpam eē leuissimam teneri: & malè ac aduersus ceteros. Vno autem casu conductor & de culpa leuissima teneri posset, si expresse ita in cōductione cautū fuisset: quod sensit Goz. d. cōf. 63. nu. 7. 19. 21. dum negat conductorem teneri, si simpliciter p̄misit; secus ergo si expresse: nam & casum fortuitū se suscipere quis p̄t, ut aliās suo loco declarauim⁹.
- 10 Nec hoc in casu poterit flocator legis Aquiliæ actio nē, ut damna consequatur proponere, nā illa solum

conceditur cum leuissima culpa fuit in cōmittendo, non si in omittendo. atque ita in specie nostra affirmarunt Bald. d. cōf. 441. col. 2. uers. considerandū est. lib. 1. Alexand. d. cōf. 50. nu. 9. Afflicti. dec. 57. num. 8. & Ferrat. cautela 36. nu. 2. qui rectè reiiciūt contrariam opinionem Salic. in l. data opera. C. de ijs qui accus. non possūt. quem secutus est Gramm. dec. 3. nu. 15. & in fin. qui inquit, omni casu, siue lata, siue leui, siue leuissima culpa commissum sit incendium, damnum emendari debere. horum inquam opinio ex relatis uera non est.

- 11 Tertius est casus, cum p̄ob inhabitantiū uarietate, ignoratur a quibus uerè immissum est incendiū: tūc nemo tenetur. Causa exēpli; si noctis tēporis in caupona, seu publico hospicio exortū est incendiū, in quo nō solū aderat cauponis familia, sed & plures hospites, is caupo de incendio exorto non tenetur. qm̄ licet incendiū p̄sumatur culpa aliquorū ex habitantibus immissum, nihilominus ob magnā illā incertitudinem nemo conueniri potest, ita docuit Bal. in l. si creditor. ff. de pign. act. quæ alij sunt secuti, quos in præcedenti casu retuli. & casum hunc præcedenti rōne maioris incertitudinis distinxit. Addo nunc idē cū Bald. sensisse Cēpollam cōf. 70. Io. de Ana. cōf. 71. nu. 3. in fin. Ias. d. cōf. 116. nu. 2. lib. 1. & Afflicti. dec. 57. nu. 4. 5. qui similes casus recēsent. utputà, cū in domo ampla duæ cohabitant familiae, una in parte superiori, altera in inferiori: & ignorantur, quæ causam incendio præbuerit, idē scribunt Goz. cōf. 63. n. 12. Paris. cōf. 47. nu. 5. 8. li. 4. Grā. dec. 3. nu. 2. & Ferrat. caut. 37. nu. 2. uers. alij, Marsi. l. 1. nu. 14. ff. ad l. Corn. de sicar. idē tradit Iosephus Moniardus rubr. C. Publ. lætitiæ, uel cōf. l. 1. 2. pag. 62. nu. 6. 7.
- 12 Quartus est casus, cum apparet incendium leui culpa inhabitantium, uel aliter esse datum: tunc is culposus tenetur si domum conduxit, ita respondit Bald. cōf. 149. Factū quæstionis. lib. 2. Goz. cōf. 63. num. 5. 18. & hoc casu defendi potest eorum opinio, qui dixerunt conductorem teneri emendare dānum ut huius opinionis plures recenset Grammat. d. decif. 3. num. 11. nam illorum opinio potest procedere hoc in casu, cum culpa leuis adest; non autem si leuissima: quemadmodum in casu præcedenti diximus. Est ratio, quia conductor leuē culpā p̄stare tenetur. l. si quis fundum. §. Imperator. ff. loc. Ita etiā uenditor tenetur de leui culpa, ob quam in domo uendita a se adhuc possessā exortū est incendiū. ita sensit Alex. d. cōf. 50. col. pen. uers. nec ad hoc obstat. lib. 1. qui ita declarat d. l. si uendita. Ita etiā alij tenentur, qui leuem culpam p̄stare debent. & clarè proba. l. capitalium. §. incendiarij, in fin. de penis.
- 13 Accedit, quod iste, qui sua leui culpa exortum est incendium, tenetur etiam uicinis damnum emēdare: utputà, si ex illo incendio domus uicini est consumpta. ita Bald. d. cōf. 149. col. 2. uers. aut constat. 2. & d. cōf. 442. Quidam nomine Restorius, uers. sic. aut incendium. li. 3. Marsi. l. 1. nu. 15. ff. ad legem Corne. de sicar. addo Sali. inter consilia criminalia diuerforum cōf. 31. li. 1. & illi subscripsit Angelus. Illa est ratio, quia culpa etiā in re propria præcedēs casum in re aliena obligare cōsueuit. l. qui occidit. §. in hac. ff. ad legem Aquil. Rursus unius factum aliū in periculum trahere non debet. l. si seruus seruum, §. si for-

§. si fornicarius. ff. eo. ad l. Aquil. atque ita opinor esse
 14 intelligendam antiquam legem scriptam Exod. c. 22.
 si egressus ignis inuenierit spinas, & comprehenderit a-
 ceruos frugū, siue stantes fegetes in agris reddet dam-
 num, qui ignem succenderit. & hoc est in casu intelli-
 15 go cōstitutio n est Mediolani sub rub. De pœnis. c. si
 quis incendiū. §. si quis. ut illa uerba, si quis ponat in-
 cendiū, intelligantur & de eo qui leui culpa incendiū
 posuit. Ad hanc autem leuem culpam iudicandā uer-
 16 sabitur iudicis arbitriū ut ex qualitate personę habi-
 tantis, & qualitate & quantitate ignis, iudicet, an sua
 culpa incendiū illud exortum sit. ita Bal. d. cōf. 442.
 17 in fi. lib. 2. Credo et uersari arbitriū iudicis in diju-
 dicando, an is in habitas fuerit in culpa, si recedendo
 è domo reliquit adolescentes custodes. quāquā Bald.
 conf. 149. lib. j. & Inf. cōf. 116. nu. 3. 4. lib. j. absolute
 dixerint, nō esse in culpa. Ego sentio esse in arbitrio,
 quā talis esse posset conditio illorum adolescentum,
 ut iudex aestimare possit, uirū diligentē non dimissu-
 rum domi illos solos; atq; ita hunc fuisse in culpa: ut
 è contra, si illi adolescentes essent diligentes & ætatis
 ferē integræ. Ad tollendā hanc leuem culpā dari solet
 18 cautela, ut is inhabitans prober, se peruigilem & i-
 domo diligentē, tpeq; noctis consueuisse admonere
 seruos, ut ignem diligenter custodiant. hanc cautelā
 tradunt Bal. d. conf. 442. in fi. Goza. d. conf. 63. n. 1. 5.
 Ferrat. d. caut. 37. in fi. Gram. d. decif. 3. n. 13. Ioseph.
 Moniar. d. rub. C. pub. lætitiæ lib. 12. pag. 66. nu. 8. &
 19 alij plures. Illud est hoc in casu est adnotandum, ple-
 uem culpam non obligare dñm ex facto tuæ familię
 ita Goza. d. conf. 63. n. 14. addo Calca. conf. 40. col. 2.
 uerf. qñque constat. Io. de Ana. d. conf. 71. nu. 3. qui
 20 negat, f̄socerū teneri pro nuru, cuius leui culpa do-
 mus fuit combusta. ea ratione mouetur, quā dñs nō
 tenetur regulariter p̄ facto familiæ, nisi casu quo ad
 illud opus esset quis datus; ut putā ad coquinam, uel
 ignem custodiendū, ut in fornicario, ex d. §. si seruus
 feruus. §. fornicarius. ad l. Aquil. uel etiā, nisi essent
 serui nequam, iux. l. j. §. ult. ff. nau. caup. stab. & l. j. §. fa-
 milia. ff. de publica. & in specie hac declarat Grā. d.
 decif. 3. nu. 12. Illud quoq; addo, leuem hanc culpam
 21 obligare hunc incendiarium et pœna criminali, &
 ob id inquisitionem cōtra eum formari posse: ita do-
 cuit Bal. in l. data opera. nu. 5. C. de ijs qui accus. non
 poss. qui intelligit nisi culpa leuis sit in omittēdo. &
 ob leuē hanc culpā punitur et hic incendiarius extra-
 22 ordinē iudicis arbitrio: ita Zaneti. trac. De differen-
 iuris cano. & ciu. nu. 201. & ita credo esse puniendū
 23 aliquādo leuius hunc incendiariū in casu statuti Bri-
 xia 113. in crimin. sub rub. de incendio. quod loqui
 uidetur de eo incendiario, qui uel dolo uel lata culpa
 ignē immisit. dū inquit, si quis incendiū posuerit. &
 dum pœnam capitis imponit. ita et relata cōstituta
 24 tiones Mediolani sub rub. De pœn. c. si quis incendiū.
 Quintus est casus, cum lata culpa commissum est
 incendiū, & agit de iure ciuili; tunc priore loco dā-
 ni emendatio uenit. Bal. l. data opera, nu. 4. in fi. C. de
 ijs qui accus. nō poss. deinde criminaliter is punitur.
 l. si fortuitū. ff. de incen. rui. & nau. sed ambigunt Do-
 ctōres, quæ pœna illa sit. Iaco. de Are. quem refert Bal.
 d. l. data opera. nu. 4. intellexit, esse pœnam mortis. sed
 rectius sensit ibidem Bald. esse intelligendū de pœna
 grauissima pecuniaria, uel de corporali circa mortē

& mēbri abscisione: cuius doctrinæ efficaces satis ra-
 tiones reddit. Quocirca sensit Bal. hoc in casu pœnā
 esse iudici arbitrariā. id quod clarius & rectē affirma-
 uit Plot. in l. si quando. nu. 731. C. unde ui. qui ita de-
 clarat const. Mediolani sub rub. de pœn. c. si quis incē-
 dium. inquit; Bal. unico processu ad damni emēda-
 tionem & pœnā hunc incendiariū posse cōdemnari.
 atq; ita declarari potest relatum statutū Brixia 114.
 de incendio. ut illa pœna mortis locū habeat solum
 cum dolo missum est incendium, de quo statim dicā,
 non autem qñ adfuit sola lata culpa: ex prædictis.

25 Sextum est casus, cum dolo incendiū est immisū.
 priore loco sine cōtrouersia tenetur icēdiari⁹ ad dā-
 ni emēdationē: ex relatis in p̄cedentib⁹ casibus. Post-
 26 modū quō ad pœnā corporalē Bal. d. l. data opera. n.
 1. distinguit duos casus. Primus, qñ incendiū est com-
 missū dolo in ciuitate, uel oppido, qđ incendiū fuit
 magnū in domo immisū, & incendiari⁹ est uilis p̄-
 na: inq; Bal. is incēdiari⁹ igni cōcremādus traditur.
 ita intelligit. l. q̄ ædes. ff. de incen. rui. & naufr. Si uerō
 relata oīa cōcurrūt, sed p̄sona incēdiari⁹ est honesta,
 capite mulctatur. ita intelligit Bal. tex. l. capitaliū. §. nō
 nunquam. uel §. incendiari⁹. ff. de pœ. Et deinde subij-
 27 cit, & rectē in hoc esse positum in arbitriū iudicis
 immutare mortis qualitatem, iuxta personarum cō-
 ditionem: nā alio mortis genere nobilis, alio ifamis
 28 & turpis persona mori debet, sed uerē, ist⁹ tex. si lega-
 tur, ut cōmuniter legitur, nullam facit personarum
 distinctionem. Bal. enim legebat, hoc modo à sine pre-
 29 cedentis §. nonnuquam etiam plebei, & humiles
 personæ incendiari⁹ sed uera litera hæc est: Incendia-
 rij & c. punitur & hic incendiarius pœna legis Iuliae
 de ui publica. l. qui cœtu. ff. ad l. Iul. de ui pub. & attrin-
 gam infra in casu 393. Si uerō incendiū est immisū
 domui extra ciuitatem, uel oppidum, (inquit eodē
 loco Bal.) si p̄sona est honesta & digna aliqua dispō-
 30 tione, solum deportatur: si uerō turpis capite puni-
 tur. ita is intelligit l. ult. ff. de incen. rui. & naufr.
 sed uerē is tex. loquitur de incendio commissū in ci-
 uitate. Ego, haud multum a Baldi doctrina recedēdo,
 31 ita distinguo, & duos casus constituo.

Primus est, cum incendiū commissum in ciuitate
 fuit. hoc casu incendiarius altera ex duab. pœnis puni-
 tur, uel capitis, uel ignis cōcrematione. pœna capitis
 erat fm legē Corneliā, ut p̄bat l. j. in prin. & l. qui do-
 lo. ff. ad leg. Corne. de sicar. & l. data opera. C. de ijs q̄
 accus. nō poss. & de hac pœna loquitur. l. ult. ff. de in-
 cē. rui. & naufr. hoc idē probat l. capitaliū. §. qui ob
 inimicitias. ff. de pœn. dū inquit incendiariū plerūque
 cōburi. illa dictio plerūque; p̄supponit & significat i-
 cēdiariū, aliquādo et alia pœna, q̄ ignis puniri: quā q̄-
 dem pœna alia esse nō pot. q̄ hæc capitis, cum ita alijs
 legib. sancita sit. Altera pœna huius incendiari⁹, qñ
 uiuus comburi debet. d. l. capitaliū. §. qui ob inimici-
 tias. & huius pœnæ meminit d. l. qui ædes. ff. de in-
 cen. rui. naufr. cum itaq; duæ sint pœnæ, erit arbitra-
 riū iudici eligere alterā ex illis: iuxta ea, quæ scripsi-
 mus supra lib. 1. q. 85. quo circa ex qualitate perso-
 næ modō unam, modō alteram imponere poterit.

Secundus est casus, cum incendiarius, uel casam,
 uel uillā data opera incendit, atq; ita extra urbem in-
 cendium misit: tunc aliquantō leuius punitur pœnis
 32 relatis, ita probat d. l. capitaliū. §. qui ob inimicitias.

ibi,

ibi, qui uerō casam, aut uillam aliquantō leuius. hoc
 autem casu ego intelligo pœnam hanc leuiorem esse
 sub iudicis arbitrio. quod illa ratione probatur, q̄
 d. §. qui ob inimicitias, iquit, leuius puniri, nec decla-
 rat, quæ sit leuior illa pœna, ut ergo quid iure nō de-
 terminatum, iudicis arbitrio relinquitur.

Et huius nostri casus ratio est, quia lex considera-
 33 uit incendium f̄ casā, hoc est paruæ domus; ita enim
 latinē significat, ut apud Virgilium Bucolicis.

Et humiles habitare casas.

& apud Cic. lib. 5. Tuscul. quæstio. Nec esuriens Pto-
 lomæus ederat; cui cum peragranti Aegyptam, comi-
 tibus non consecutis, cibarius pœnis in casa datus ef-
 fet, nihil uisum est illo pane iucundius. considerauit
 inquam lex incendium casæ esse leuis periculi. ita et
 34 incendium uillæ, quoniam f̄ Villa dicitur domus ex-
 tra urbem ædificata: ut apud Plin. lib. 18. Natura.
 Histo. cap. 6. ubi doctē & plenē de uillarum positio-
 ne agit & fm Columel. dicta est Villa, quasi uehilla
 a uehendis fructibus. qđ non improbat Connamus
 lib. 4. Commen. iuris. c. 10. nu. 5. ubi & alia de uillæ

nomine. Et ex hoc casu inferri potest declaratio f̄ ad
 statutum Brixia, in criminalibus, 114. sub rubrica, d̄
 incendio. dum simpliciter inquit: Si quis incendiū
 posuerit, uel poni fecerit in domo alterius, habitata,
 sacra, uel religiosa, capite puniatur, ita quōd moria-
 tur. intelligi potest statutū solum de eo incendiario,
 qui in ipsa ciuitate incendiū misit, ut is morte mul-
 ctari debeat: extra urbem uerō cessare uidetur illa pœ-
 na iuxta iuris cōmunis dispositionem. & hæc inter-
 pretatio, ut benignior sumenda uidetur. Dubito ta-
 men, quia statutum considerare uidetur habitantiū
 necem, quæ ex incēdio, uel sequitur, uel sequi potest,
 id quod p̄ferre uidetur illa dictio, habitata, sen-
 tiens pœnam cessare ubi domus habitata non esset;
 ob periculum mortis, quod tunc cessat, & ita non erit
 differentia siue domus in urbe sit, siue extra urbem.

erit itaque aliquantulum cogitandum. uerior tamē
 mihi uidetur præcedens opinio, si modō nullius ha-
 35 bitantium mors subsecuta est. Constitutio f̄ Mediola-
 ni sub rubr. de pœnis. cap. si quis incendium. inter-
 pretanda uidetur, ut nulla sit adhibenda differentia,
 an incendium sit immisū in urbe, uel in uilla. im-
 mo non constituitur hæc differentia inter domum
 & casam, ut sit de iure communi. si quidem mors in
 habitantium ita sequi potest in casa, ut in domo: &
 dānū ita taxatur pro incendio casæ, ac domus, ita q̄
 clarē apparet eandem esse utriusque casus rationem.

Hoc clarius procedit in statuto Vicentiæ lib. 3. sub
 rubric. de incendiarijs. quo pœna mortis puniuntur
 cōburentes ædificia, blada, scēnū & uites intelligitur
 go à fortiori punire cōburentes ædificia etiam ex-
 tra ciuitatem, posteaquam punit incendentes blada
 pendentia in agris, id quod alio statuto illius ciuita-
 37 tis lib. 3. sub rubrica. Quōd quilibet custodiat domū
 suam ab igne. Hæc a iure ciuili sancita sunt. Iure uerō
 canonico contentioso incendiarius pœna iudici
 arbitraria punitur: ita Bernard. Diaz in Practica cano-
 nica, tit. de incendio, cap. 98. Marcus Ant. Cuchus
 in Institu. canonicis, lib. 4. sub rubr. de diuersis deli-
 ctis. uerf. qui incendium. Fabius Monteleo. in Praxi

39 arbitrali, parte 4. nu. 799. In foro autem f̄ canonico
 pœnentiali, incendiarius, qui ecclesiā incendit

ipso iure excommunicatus est, & per quindecim an-
 nos pœnitentiā agere debet, ca. si quis ecclesiā. 18. q.
 4. qđ intelligitur in ecclesia consecrata, ut sensit Ab-
 bas in rub. de consecra. eccles. uel alta. & p̄bat idem
 Fabius d. nu. 799. ceteri autem incendiarij sunt ex-
 communicandi. ita relati Doctōres, & tradit Franc.
 Plat. tract. de excommunicatione. §. 29. nu. 1. & Bea-
 tus Antoninus Archiepiscopus Florentinus tract. de
 excommunicatione, cap. 21. ubi alia scribit.

SVMMA RIVM.

- 1 Pœnitentijs sacramentales arbitrarias hodie esse sa-
cerdotibus.
- 2 Sacerdos ut uir bonus pœnitentijs indicere debet con-
sistentibus peccata.
- 3 Sacerdotem in indicendis pœnitentijs sacramentali-
bus bono medico equiparatur.
- 4 Pœnitentiā ex magna peccatoris contritione remit-
tere potest sacerdos.
- 5 Contritionem maximam peccatorem etiam a pœna ci-
uili aliquando liberare.
- 6 Pœnitentiā a canonibus indictas sacerdos ex causa
mutare potest.
- 7 Pœnitentiā a Pontifice indictas ex causa sacerdos im-
mutare potest.
- 8 Pœnitentijs consuetas sine causa sacerdos immuta-
re non debet.
- 9 Pœnitentiā publicē peragenda immutare non po-
test sacerdos ut priuatim agatur.
- 10 Pœnitentiā a sacerdote peccatori iniungenda non est,
cum tertio nocere potest.

CASVS CCCXCI.

POENITENTIAS SACRAMENTALES
 hodie esse sacerdotibus arbitrarias.

Quoniam in permultis ex iam relatis casibus re-
 tulimus, pœnas aliqñ spirituales delinquenti-
 bus iudici, quemadmodū excōicationes, ieiun-
 ia & his similia; hoc loco dicendum est, hodie maxi-
 mum etiā esse arbitrium iudicum spiritualiū in indi-
 cendis & commutandis pœnitentijs. Cū uerē nunc
 1 pœnitentiæ omnes sacramentales arbitrariæ sint;
 quemadmodū probant permulta iuris Pontificij lo-
 ca. ut in cap. de his. 50. dist. ca. tempora plenitudinis.
 26. q. 6. & ibi gl. in cap. quem pœnitet. cap. mensurā,
 de pœn. dist. 1. & in c. significauit, & c. Deus qui, de
 pœn. & remissio. atq; ita uno ore omnes censent. ita
 in quā Abbas in car. si clerici. §. de adulterijs, nu. 3. &
 ibi Dec. nu. 6. & Alc. nu. 3. de ind. & cōm restatur Iu-
 lius Clarus lib. 5. sentent. iuris. §. fi. q. 83. in fi. q. eius
 dem opinionis recenset Ang. de Clauasio & Bermō-
 dum. His accedunt Eelin. in cap. accus. facti, in fi. de ac-
 cusa. & in c. sicut dignum, in prin. de homic. Gūdisl.
 tract. de legato, parte 1. q. 14. num. 1. Anto. Rosellus
 trac. de indulgentijs, nu. 333. idem trac. de Concilio,
 §. item solus, nu. 52. Henri. Bottæus tracta. de synodo
 Episc. artic. 2. nu. 107. Franc. Patavinus tract. de uisi-
 tatione, parte 2. quæst. 8. nu. 80. idem scriptum reli-
 quit Io. de Selua tract. de benefic. 4. parte, q. 7. nu. 4.
 ubi inquit has sacramentales pœnitentijs esse arbi-
 2 p̄sonæ qualitate & delicti atrocitate uel leuitate
 has

has penitentias indicere dicitur debet; agere quemadmodum modum bonis atque diligenter medicus agit qui non uno solo pharmaco uel collyrio omnibus morbis medetur: ut inquit gl. in c. ult. 29. dist. sed pro arbitrio & facultate sua uarijs ita utitur, ut magna est morborum uarietas. qua similitudine ad rem nostram usus est is Gundisl. d. q. 14. num. 5. auctoritate Diui Thomae 4. sentent. dist. 18.

Extenditur primo haec iuris sententia, ut procedat etiam si ex toto penitentiam hanc remittere uellet hic sacerdos: nam ex causa potest, si quidem tanta esset peccatoris contritio, ut pro magno crimine lenissimam penitentiam indicere possit, quemadmodum inquit Glo. in cap. mensuram. Paulinus praecitato loco, nu. 80. Gundisl. d. q. 14. nu. 4. qui inquit, aliquando post maximam contritionem a poena civili excusare, & ex toto penitentiam remitti posse ex magna contritione affirmat post aliquos Dec. d. s. de adulterijs, nu. 6. uers. & in tantum, quod uerum an sit, sacris Theologis relinquimus diffiniendum.

Extenditur secundò, ut non procedat etiam, cum canonem certam poenam indixerunt. Abb. d. s. de adulterijs, nu. 3. & ibi Dec. nu. 6. & uer. & hoc etiam idem sentit gl. in c. de his clericis. il. 2. i. gl. ult. 50. dist. & gl. in d. c. mensuram, & probat d. c. quem penitet.

Extenditur tertio, ut procedat etiam si haec penitentia iniuncta fuisset a summo Pontifice: nam illa ex causa immutari & minui potest inferior, ut Episcopus, ita Dec. d. s. de adulterijs, nu. 6. uers. & sicut Episcopus ubi declarat.

Declaratur primo, ut non procedat relata conclusione, quae sine aliqua causa, sacerdos uellet penitentiam iam constitutam uel iure terminatam immutare, uel minui: nec enim ita passim hoc ei permissum est, ita scribunt Abb. d. c. Deus qui, de poena, & remiss. & Dec. d. s. de adulterijs, nu. 6. uers. sed aduertendum, & eo loci idem sentit Alciat. nu. 3.

Declaratur tertio, ut non habeat locum quando poenitentia publice peragenda foret, & sacerdos uellet eam immutare, ut priuatum eam is faciat: nec. n. tunc licet eam immutare, ita scriptum reliquerunt Butr. in c. 1. de poenit. & remiss. & Fel. in c. accusasti, in fi. de accus. Contrarium tamen sentit Dec. d. s. de adulterijs, nu. 6. in fi. post Abbatem in c. 2. ult. notab. de maled. ut apud illos.

Declaratur tertio, ut locum non habeat quando poenitentia iniuncta tertio dano adferret, ut puta, si uiro in detrimentum uxoris, uel seruo ad danum domini peregrinationis poenitentia imponeretur: nam illa sacerdos indicere non potest. cap. relatum, de sent. excomm.

S Y M M A R I U M.

- 1 Clericorum habitus, & uestitus quis.
- 2 Clericos clausula indumenta ferre debere.
- 3 Indumenta clericorum quae.
- 4 Indumentum, uel Intumentum legendum an sit.
- 5 Color rubrus etiam purpureus inest.
- 6 Purpura quae.
- 7 Galerum Cardinalium Causiam appellari.
- 8 Cardinales purpureo galero uti statuit Innocentius.
- 9 Clericos manicis uti non posse.
- 10 Manica quid sit.
- 11 Clericos pileo lineo uti non posse.
- 12 Pileus unde dictus.
- 13 Serui olim libertate donati pileo donabantur.

- 14 Pileo lineo clericos non uti, cur Pontifices statuerint.
- 15 Flamines Diales unde dicti.
- 16 Peccare grauius maiores ipsi minoribus.
- 17 Clericos epitochio uti non debere, & quid sit epitochium.
- 18 Tabardum quid.
- 19 Clericos scaccatis calligis uti non debere.
- 20 Iudicis arbitrio puniri clericos, qui clericali habitu non utuntur.
- 21 Epitimum quid.
- 22 Iudicis arbitrio puniri clericos uestibus coloratis utentes.
- 23 Clericis non licere unguentis uti.
- 24 Clericos neque barbam neque comam nutrire debere.
- 25 Cap. clericus, de uita & hone. cler. declaratur.
- 26 Cap. prohibita 23. dist. litera restituta.
- 27 Sacerdotes legis Diuinae antiquae comam tondere, & barbam radere non poterant.
- 28 Feminas comam tondere non posse.
- 29 Mulier cur comam ferre debeat.
- 30 Viris comam & barbam nutrire concessum.
- 31 Barbam in homine membrum esse.

C A S V S C C C X C I I.

POENIS QUIBUS PLECTANTUR CLERICI, qui habitum clericalem spernunt: & an eis liceat comam & barbam nutrire, explicatum.

PLura sunt a Pontificibus sacrisque Concilijs, de clericorum honestate & uita constituta, inter quae illa sunt, quae de eorum habitu ac uestitu statuta fuerunt. Innocentius III. ut relatum est in cap. pen. de uita & honesta. cleric. ex generalis Concilij auctoritate statuit, quod clerici ferre debeant clausula indumenta, nimia uel longitudine non notanda, panis rubeis, aut uiridibus, nec non manicis, aut sotularibus consuticis, frenis, tellis, pectoralibus, carcaribus deauratis, aut alia superfluitate gerentibus, non utantur. Haec tamen Innocentius, qui dum de indumentis clausis uerba facit, intelligere uidetur in indumenta non pro quouis uestium genere, sed pro illis tantum, quibus hodie loco secunda uestis, quae totana uulgo appellantur, clerici utuntur. Lazarus Baysius in opusculo de re uestiaria, c. ultim. scribit apud Plinium legi, non indumentum, sed intumentum, idque doctissimi Longolij auctoritate, quod est prohibet Innocentius uestes apertas deferri, a consuetudine declarationem recipit: quemadmodum infra attingemus. Prohibet Innocentius pannos rubros & uirides. Ego opinor haud taxatiue locutum fuisse Innocentium, sed gratia exempli: nam & eadem ratio in ceteris coloribus adest: immo & aliquando maior, ut in purpura, nec non proprie rubrus color est purpureus, quod scribit Antonius Thylesius in opusculo de coloribus, c. 8. Et quae purpura sit, & quo coficiatur, docet Baysius loco iam citato de re uestiaria, c. 3. Est. n. Innocentij constitutio edita, quam minime conuenit clericis his coloribus uti, excipio purpuram in Cardinalibus, quorum proprium est uti illis uestibus, praesertim Galeo, quem Causiam purpuream latinè appellat Baysius loco ante citato, cap. 16. quo sanè purpureo Galero Cardinales uti uoluit oium primus Innocentius III. ut in illius uita recenset Platina. Tacitus nunc praeterebo quae de

de ceteris coloribus, ut de uiridi, cuius hoc loco meminuit Innocentius scribunt in Thylesius loco iam citato, & Alciat. lib. 2. Parerg. iur. ca. 1. Prohibet etiam Innocentius clericos uti manicis: quae sit manica, docet idem Baysius de re uestiaria, c. 12. sed an illius generis sint haec, quarum Innocentius meminit, incertum ac planè incognitum mihi est, alia per plura de uestimentorum generibus ac uarietatibus scribit is Baysius, ut de pallio, cuius meminit Innocentius quem secutus est Clemens Quintus dum in clem. 2. de uita & honest. cleric. uestibus statuit, & inter alia, ne utantur pileo lineo. intelligit ibi glossator, pileum esse dictum, quod pilos capitis tegat, quam etymologiam probat & Baysius de re uestiaria, cap. 20. qui & pileum esse dictum ait, quod pilis fieri solet, olim serui donati libertate, donabantur & pileo, quem raso capiti imponebant, & gestabant quemadmodum ex Gellio & alijs statuerit Innocentius, dubitari solent. Censent aliqui ob immodicam molliem, non iniuria dicere possumus uoluisse Innocentium hos uti pileo non lineo, sed laneo instar Flaminum Dialium, qui sacerdotes olim apud Romanos erant Iouis, Martis ac Quirini. Et dicti sunt Flamines, ut Varro ait, quod in latio capite uelato erant, & caput filo lanæ praecinctum habebant, a quo Flamines appellabantur. Haec ex Varrone memoria prodiderunt, Fenestella de sacerdotijs Romanorum, cap. 5. & Pomponius Letus de sacerdotijs, capite de Flaminibus, qui sanè Pompo. inquit dictos fuisse Flamines ex gestatione pileorum, quasi pileamini: quod & Plutarchus in Problematis Romanis, problemate 39. scriptum reliquit: In contemptores huius sanctionis poenam hanc sanciuit Clemens si in dignitate positi sunt, per annum priuantur perceptione fructuum beneficiorum, quae obtinent. Si dignitate non potiuntur, sed inter inferiores connumerantur, per annum redduntur inhabiles ad quocumque beneficium obtinendum: atque ita inferiores isti non priuantur commodo fructuum beneficiorum, quae eo tempore obtinent. Qua constitutione intelligimus, maiores in dignitate grauius peccare, quam inferiores faciant: & ob id grauiori etiam poena plectendos esse, quod annotauit Cardin. Zabar. in dicta clem. 2. s. dignitatem, de uita & honest. cleric. ex cap. cum quidam, de iure iur. Prohibuit etiam Clemens, ne clericus Epitochio seu tabardo foderato usque ad oram utatur, opinor epitochium uocem esse latinam, & quam agnoscit Sipontinus de re literaria non male meritis. Tabardum uero uocem esse Italicam credo, nam uulgo il tabarro appellatur, pallium latini uocatur, usus est hic maximus apud nos, & apud Gallos, scribit Strabo de Gallis: Tunicarum uice, pallas manicas gestant ad uereda usque natesque medias pertinentes. alia tradit Baysius loco iam saepius citato, c. 13. poenam autem qua utuntur clerici tabardo, seu epitochio foderato utentes illa est, ut seculares clerici & religiosi administratione habentes teneantur illud intra mensem dare pauperibus, ceteri uero religiosi administratione carentes debeant illud suis maioribus dare, in pios alios usus conuertendum, prohibet & Clemens, ne utantur clerici caligis scaccatis rubeis, aut uiridibus, coloratas uestes iam prohibuit Innocentius, solum itaque hoc loco prohibuit Clemens scaccatas: po-

enam non sanciuit in contemptores, quare dubitari solet, qua poena puniendi sunt, glo. ibidem in uerbo sanctioni, & cum eo Zabar. ibi in fine, & annotarunt, iudicis arbitrio puniri, in sacra tamen Synodo generali apud Niciam sancitum est, clericos urentes uestibus uarij coloris, uel uarijs coloribus earum summum tatem ornates, per Epithimum corrigi: ita legitur in cap. omnis. 2. l. q. 4. quo loci glossa, Epithimum interpretatur, esse suspensionem per hebdomadam, uel increpationem, uel genus poenae, qui Conciliorum summam compilauit supplicium scripsit, quomodo in ipso Conciliorum fonte & Codice legatur, anceps sum, nec enim dum haec scriberem, illa consulere potui, hoc solum dicam, quod, cum illud poenae genus ignoratur, arbitraria poena ceterur. Addam & illud quod est in eo cap. omnis, constitutum, nempe non dicere, se unguentis ungere: quo nam foeminarum illud est proprium: quemadmodum & illud, comam & barbam nutrire, cap. clericus, de uita & honest. de. quae sanè constitutio (ut de ea pauca quaedam hoc loco dicam) Aniceti Papae fuit, is enim sub anathematis poena clericos prohibuit, comam nutrire, sed quod de super caput in modum sphaerae radantur legitur in c. prohibere. 23. dist. quo in textu legendum est sphaera non autem sphaera, ut in uulgatis codicibus, huius constitutionis meminit Platina in eiusdem Aniceti uita, illam constitutionem confirmauit Conciliū Carthagenense quartum, cap. clericus, de uita & honest. cleric. scribit tamen Andr. ab Exea in rub. extra, de constit. nu. 62. in ipso Codice Conciliorum sic legit: Clericus neque comam nutriat, neque barbam radat, & rectè, nam & lege antiqua sic praecipit Dominus populo suo Leuit. c. 19. Neque in rotundum attondebitis comam, nec radetis barbam, & c. 21. ad sacerdotes Aarō uerba faciens: Non radent caput, nec barbam, haec si quidem inter mollia & delicata Deus habebat, quae uiris, praesertim sacerdotibus, non conueniunt, ita etiam apud Romanos Gell. lib. 3. noct. attic. c. 4. ut nec seruis comam nutrire licebat. Caelius li. 7. lect. anti. qui cap. ult. Alex. ab Alex. li. 6. dierum Genialium, ca. 15. hodie contrarium statuendum foret, posteaquam inter maximas delicias barba habetur, quae malum qui prolixiorem habet, cum omnium stultissimus fortè sit, prudentior atque sapientior creditur, illa itaque Aniceti & aliorum constitutiones (ut ad rem redam sunt sancitae, ut arceantur clerici ab omni mollietate, quae foeminarum propria est. Hinc uidemus contrarium de illis esse sancitum: siquidem constitutum est, quae foeminis non licere comam incidere, cap. quaecumque. 30. dist. nam illarum eis dedit Deus in subiectionis signum, quam constitutionem singularem dixit Rom. sing. 594. Est nunc Florentiae, alia receserit Neuz. lib. 4. Syluae nuptia. nu. 19. & Tiraq. de legib. con nub. l. prima, nu. 21. sic & ceteris foeminae comam & barbam nutrire conceditur. Hinc docuit Baldus in l. reos, n. 6. C. de accusatione, barbam in homine esse membrum, & ob id incidentem barbam teneri poena, qua plecti solet is, qui membrum alicui abscidit. De his satis. Scio me aliquantulum uagasse, sed non omnino fortè extra rem, & inutiliter.

S Y M M A R I U M.

- 1 Platonis lex in terminorum motores.
- 2 Iudicis arbitrio inter dum puniri terminorum motores.

- 3 Numa Pompilij sanctio in terminorum motores.
- 4 C. Caesaris lex in terminorum motores.
- 5 L. ult. ff. de term. moto. intellectus.
- 6 Cocci Nerua lex contra motores terminorum.
- 7 Capital quid.
- 8 Ciceronis locus li. 3. de legib.
- 9 Hadriani sanctio in motores terminorum.
- 10 Alexandri Seueri lex in motores terminorum.
- 11 Terminos mouens ut lapidē furetur, ut fur punitur.
- 12 Abbatis & sequacium opinio reiecta.
- 13 Statutum Brixiae 157. sub rub. de pœna apponentis seu amouentis terminos. declaratur.
- 14 Statutum Verona lib. 3. c. 102. sub rub. de pœna cauantis seu extirpantis terminos. declaratur.
- 15 Terminos mouens ut fines suos extendat, iudicis arbitrio punitur.
- 16 Terminos mouēs s̄ uilis est. grauius q̄ nobili punitur.
- 17 Platonem nullam adhibuisse differentiā personarum terminos mouentium, sed aequaliter puniri uoluisse.
- 18 Terminos mouens ut fines controuersos obscurat, punitur.
- 19 Iudicis arbitrio punitur mouens terminos lite de illis pendente.
- 20 Statutum Brixiae 157. de pœna cauantis terminos. declaratur.
- 21 Statutum Verona lib. 2. c. 102. De pœna cauantis terminos. declaratur.
- 22 Terminos mouēs, ut uicino negotium faciat, punitur.
- 23 L. 2. uers. si uerō. ff. de term. moto. s̄sus & intellectus.

C A S V S CCCXCIII.

TERMINORVM MOTORES. QVI- bus mulctentur pœnis; & inibi quid in suis legibus contra hos sanciuerint Plato, Numa Pompilius, Lex 12. tab. C. Caesar, ac alij nonnulli Cœsares.

Diuinus Plato Dialogo 8. de legibus, scriptum reliquit; in bene instituta Repub. Cōtra terminorū motores ita s̄aciendū eē. Nemo fines atque terminos agri moueat, nec cuius uicini, nec finitimi peregrini, si agri extrema possideat. sed putet id eē uerē, qd̄ dici solet: hic immobilia mouet: malitque unūquiq; saxū ingens mouere, q̄ parū lapidē iureiurādo à Dijs firmatū, quo amicitia & inimicitia terminentur. Alteri. n. Iupiter cōtribulis, alterius hospitalis est testis, q̄ hostili plio sēper insurgūt. Qui legi obtēperat, indēnis utique sit: q̄ eā despexerit, duplices pœnas luat. primō qd̄ Deo uindice, deīde lege: q̄ iubet, ut nemo spontē uicini agri terminos moueat. eū uerō q̄ mouerit, q̄cūque uoluerit ad agricolas deferat, agricolæ ad iudiciū ducāt, à dānat, ut potē terminorū, clā uique turbator reddat, patiatuque, put iudices iudicauerint. Hęc Plato. Qui iudicis arbitrii pœnā aduersus terminorū motores eē uoluit. Quocirca rectē Bal. in l. j. C. de accus. Decius in c. ex literis, in fi. de pba. dixerūt, hodie pœnā hāc eē arbitriā. Sed rē hāc nos clarius explicemus. Numa Pōpilius sēcūdus Romanorū Rex lege s̄aciuit, hos uti grassatores, fures, & sacrilegos haberi, atque illis eisdē pœnis, plecti quēadmodū scriptū reliquit Dionys. Halicarnasēus li. 2. Antiq. Ro. & meminit Petri Criniti li. 8. de hōne. discip. c. 10. qui & uersus antiquæ legis retulit.

Qui secus saxit, & terminum exarassit. Ipsus & boues sacri sunt. C. Caesar ut relatum est in l. ult. in princ. ff. de term. moto. pœnam pecuniariam nempē quinquagita aureorum pro singulo moto termino indixit. quæ quidem cōstitutio nō modō aduersus eos, qui solo animo furandi lapidem, pro termino positū, sed & contra quoscūque promulgata est. Nec enim C. Cæsar inter unum ac alterum casus distinguit. atque ita sentit Decius d. c. ex literis, in fi. de proba. Quocirca intelligimus malē sensisse illos, qui opinati sunt d. l. ult. solo solo in casu loqui, cum terminorū motor eo animo mouet, ut lapidem suffuretur. in qua quidē opinione fuerunt Abbas. d. c. ex literis, de proba. Hier. à Monte trac. De finibus. c. 34. nu. 4. & Plotus in l. si quando. nu. 726. C. unde ui. C. Cæsius uerō & Nerua 13. Romanorum Imperator sanciuit sua lege relata in l. ult. §. alia quoque. ff. de term. mot. in seruus & uas terminos mouentes capital esse. est autē capital, ut Nonius Marcellus scribit, capitis, periculum, aut crimen capite uindicandum. quod probat & Ant. August. lib. 3. Emenda. iuris, cap. 9. qui & M. & Ciceronem sic lib. 3. de legibus intellexit, dū inquit. Vincula fontium seruato, capitalia uindicant. quam sanē pœnam ita demum locum habere uoluit, nisi iter uis dominus multam soluisset. In liberis uerō personis sanciuit Nerua, ut amouētis terminos, causa obscuradarum quæstionum ipsorum finium, pœna pro conditione personæ & uolētia commissa puniretur Aelius uerō & Hadrianus 15. Romanorum Imperator in terminorum motores pœnam indixit, relata in l. 2. ff. de ter. mot. nempē relegandos esse nobiles, qui causa occupandorū finiu, terminos mouerunt: si uero ut negotium alicui facerēt, per biennium in opus damnados & castigados eē: si uerō per ignorantiam, uel fortuitō lapidem furati sunt, uerberibus solū esse cædendos. Videmus itaque Hadrianū multam pecuniariam, quam C. Cæsar & Nerua indixerant ad corporalem pœnam, sub iudicis tamen arbitrio (ut mox clarius subiiciam) redigisse. quam quidem Hadriani sanctionem confirmauit Alexander Seuerus 24. Romanorum Imperator, quemadmodū relatum est in l. j. C. de accus. & q̄ cōstitutionē reulit Modestinus in l. j. ff. de term. moto. ut admonui in trac. recuperanda possessione, Remedio nono. nu. 346. posteriores ergo hęc s̄actiones, nō immerito obseruandæ sunt. Verum, quia uarijs de causis & modis termini moueri solēt: ea propter quō plenius hęc intelligantur, una cum Doctoribus nostris plures casus distinguendi atque constituendi sunt, non tū hoc loco terminos publicos à priuatis discernam: ut sit iudicem admonere, grauius esse delictū amouentis terminorum publicorum, quam priuatorū.

1 Primus itaque est casus q̄ cū quis mouet terminos, nō eo animo, ut limites atque fines obscuret, uel corrūpat, sed ut lapidē furetur: tūc pœna furti, nō amouentis terminorū indē. ita celsus post alios Abb. d. c. ex literis, in fi. de pba. Hier. à Monte trac. finiu, c. 34. nu. 7. post Io. Berber. in uatorio iuris, c. de termino moto. idē celsus Plotus d. l. si qn. nu. 726. C. unde ui. & Iulius Clarus li. 5. s̄c. iuris. §. fin. q. 85. uers. terminos mouens, quos nunc sequor. nō ex d. l. ult. in princ. ff. de term. mot. quā iā dixi, non loqui hoc solo

solo in casu, sed ex ratione illa. quoniā delicta ex animo & proposito delinquentis distinguuntur. l. qui in iuria. ff. de furtis. cum alijs sexcentis similibus. Hanc tamen sententiā intelligo distinctione hac adhibita. si sciēter animo furandi lapidem, terminum mouit, ut fur, & ut terminorum motor punitur: nam utrumque crimen commisit, si quidem sciebat, uel scire debebat pœnam inesse tam pro amouentis terminum, quā pro furto ipso. atque ita opinor, pœnam esse hoc in casu grauiorē, q̄ in subsequenti casu, cū ignoranter terminū mouit, quāquā aliter, & malē, senserit Abbas in d. c. ex literis, nu. 13. uers. & mitior imponitur pœna. Si uerō ignorāter, uel fortuitō lapidem terminalem, quem non esse terminale credebat, mouit; uerberibus solū cæditur, ita loquitur l. 2. in fine, ff. de term. moto. quem sensum manifestē probant uerba Constantini Harmenopoli lib. 5. tit. 7. De terminorum motoribus. qui ita scriptū reliquit: Quod si per ignorantia, aut fortuitō quis finales lapides stulerit, rātū uerberibus cæditur. cuius finis rō illa esse creditur, quoniā hoc in casu nō cōsideratur iste tā quā terminorū uiolator, sed tāquā fur. atq; ita hoc in casu declaratur statutū Brixiae 157. in criminalibus, sub rub. de pœna apponentis, seu amouentis terminos. dum indicit pœnā mouenti terminos, nō habet locum isto in casu, sed is tāquam fur erit puniendus, ex alio eiuſdem ciuitatis. statuto 95. in criminalibus, de pœna furis. ita pariter declaratur statutum Verona lib. 3. c. 102. sub rub. de pœna cauantis seu extirpantis terminos.

2 Secundus est casus, cum quis eo animo terminos mouet, ut sui agri fines uersus fines uicini extendat: tūc iudicis arbitrio pro personæ conditione punitur: quēadmodū cōstituit Hadrianus in d. l. 2. ff. de term. mo. nobilis. n. ut illius fert cetas, ad tēpus relegatur: si iunior in longius tempus: si senior remissius: atque ita sentiunt Bal. in l. 1. & ibi Sali. col. 2. C. de accusa. Abb. d. c. ex literis, nu. 13. Bossius rra. c. carū crimināliū, titulo de term. moto. num. 1. Plotus d. l. si qn. nu. 726. C. unde ui. Hieronymus à Monte d. trac. finiu. c. 34. nu. 4. Illud ē scribūt relati interpretes, præsertim Abbas uilem personā alia atq; diuersa pœna, q̄ nobilem puniri, quod uerē innuit tex. d. l. 2. ibi, nā si splendiores personæ. Verū, quæ pœna sit his uilioribus indicenda, in specie diffinitum non est; quamquam dixerint alij esse pœnam furtium, quod falsum opinor; qm̄ grauius deinde nobiliores plecterentur, qd̄ incongruum admodū esset. Credo itaque uiliores puniendos esse pœna, ut in opus publicum dētur. qd̄ probat uerba Iulij Pauli lib. 5. senten. tit. 22. de seditiosis. §. 1. quæ ita scripta legimus: Qui terminos effodiunt, uel exarant, arbores uel terminos euertunt, uel ui conuellunt bodones, si quidem id serui sua sponte fecerint, in metallum damnantur: humiliores in opus publicum, honestiores in insulā, amissa tertia parte bonorū, relegantur. & Plato tamen nullam esse adhibendam personarū hoc in casu differentiam censuit; dum ita præcitatō dialogo 8. de legibus, scriptum reliquit: Quicumque uerō fines egressus, uicini coluerit agros, damnum restituat, & impudētia atque illiberalitatis pœnas luat: duplumque loco multæ ipse deponat, cuius agrum coluit.

3 Tertius est casus, quando quis terminos ea rō-

ne mouet, non, ut sui agri fines uersus uicinum extendat, sed ut litem de finibus inter eos pendentem in sui fauorē diffiniri faciat: atque ita agit, ut obscurentur limites. hoc casu ex constitutione Neruæ relata in dict. lege ultimā, uers. ij. quoque, ff. de term. moto. pœna adhuc & arbitraria pro cōditione personæ & factorum uolētia indicitur, atque ita intellexit Abbas. in d. c. ex literis, nu. 13. uers. secundo casu. & pœnam esse hoc in casu arbitrariam post Abbates affirmarunt Plotus d. l. si quādo, nu. 729. uers. ubi autem. & Hier. à Monte d. ca. 34. nu. 7. cū his ego sētio quō ad pœnā, quæ Reipub. causa indicitur. Quō uerō ad aduersariū læsum opinor aliam extare cōstitutionem, quæ pœnā diffinit: nempē Constantini relata in l. si constiterit, C. finium regund. quæ extat & in Codice Theodosiano lib. 2. tit. 26. l. 1. quā qdē cōstitutionē ad rem nostrā spectare intellexit Constantinus Harmenopolus d. titulo de terminorū motoribus, dū in hęc uerba scribit: Qui terminū agri, de quo controuersia est ante litem absolutā occupauit, cum in duplum reddat: nam & locū ipsum, quem occupauit dat uictori, & tantundem insuper. quod si locus ille proprius erat, sufficit ad pœnam eo excidere. Hic casus aliter Brixie diffinitus uidetur, si qdē statutum 157. in criminalibus, & statutū Verona lib. 3. c. 102. sub rub. de pœna cauantis seu extirpantis terminos, intelliguntur, etiam hoc in casu, cū termini ob litem pendentem mouentur: ex quo simpliciter & absolute loquuntur.

4 Quartus est casus, cum quis terminos ex solo animo mouet, ut sibi non prosit, sed ut uicino noceat, ut putat, si uicinus sui uicini ad alterius uicini cōmodum terminos moueat, hoc casu, quia uicino suo negotiū facit, castigatur: & in opus publicum per biennium datur, ita intelligo l. 2. in fi. ff. de term. mot. ibi, si uerō alij negotium gesserunt. Verum, cum ignoretur, qualis esse debeat illa castigatio, iudicis arbitrio illa erit indicenda, quam quā permulti ex relatis, ut Abbas, Plotus & Hier. à Monte uisi sint sentire, pœnam esse pecuniariā ex lege Agraria à Nerua promulgata. Ego uerius sentio hoc in casu nō esse diffinitū, & ob id arbitrariam esse. Hic tamen casus intelligitur, cū is terminorum motor sciēter facit, ita qd̄ uers. si uerō intellexit Decius in l. uelle. nō creditur, nu. 11. de reg. iur. atq; ita intelligenda sunt relata statuta Brixie & Verona: nempē cum sciēter termini mouentur. Vnus tamen adhuc remanet scrupulus in sensu illius uers. si uerō. qui uidetur intelligendus de eo, qui ad alterius mandatum terminos mouet, quemadmodū quæ subsequuntur uerba significare uidentur, ibi, & ministerio functi sunt, hęc enim uerba præcedentiū copulatiua ad personam mandatarij facientis referuntur, qd̄ si ita est, ex diametro repugnat Constantini Harmenopoli locus lib. 6. tit. 7. De terminorū motoribus. q̄ ita scriptū hēt. Qui uerō ea in re alterius ministerio functus fuerit, castigatus ad opus publicū biennio datur. quæ uerba indicant, pœnam hanc mandatarij, non autē mandatario iudici, nisi dicamus, eandem esse hoc in casu mādantis & mandatarij pœnam, atq; loca diuersa, non autem pugnantia continere.

S V M M A R I V M.

1 Iudicis arbitrio uim publicam atq; priuatā puniri.
2 Publica uis que.

nem uerberaret, aut necaret, aut pecunia multaret, quam sanæ sanctionem retulisse nobis uidetur Vlpianus in l. lege Julia, ff. ad l. Iul. de ui publ. & suo loco plenius agemus. Anno deinde 653. uel ex aliorum sententia, 651. lata est lex Luctatia à Q. Luctatio Catulo Cōsule C. Marij (& si M. Æmilij Lepidi scripserit Manutius) collega. hæc uim Reipub. illatā grauiter coercebat. Cicero in oratione pro Caelio: De niq̄ritis, quæ lex ad Imperiū, ad maiestatem, ad statutu patriæ, ad salutem omnium pertinet, quā legem Q. Catulus armata dissensione ciuium reipub. extremis penē temporibus tulit; quæq; lex, sedata illa flamma consularis mei, fumantes reliquias coniurationis extinxit. Hæc Cicero. Hæc dānati sunt, qui de Catilinæ socijs in urbe remanserunt, quam quidem sanctionē nobis retulisse uidetur Marcianus in l. 3. ff. ad l. Iul. de ui publ. Anno deinde 664. ab urbe cōdita, lata est lex Plautia, lata à M. Plautio Syluano Trib. Plebis Gn. Pompeo Strabone, & L. Porcio Catone Coss. ut de ijs, qui uim publicā armatis hominibus fecissent, questio constitueretur. Hæc Cailina à L. Paulo M. Lepidi, (ut auctor est Sallustius) accusatus fuit. eadem Clodius à Milone, ut in oratione pro Milone scribit Cicero, & lib. 4. ad Atticū Epist. 3. Eadem quoque M. Tuccius à C. Sempronio Rufo, uti est apud Ciceronem lib. 8. famil. Epistola 8. quæ Cælij est, qui causam hæc extraordinariā appellat. Anno deinde 701. ab urbe condita, lata est lex Pompeia à Gn. Pompeo Cōsule, post occisum Clodium, quæ & pœnā grauiorem, q̄ reliq̄ de ui superiores continebat. Hæc l. g. dānati sunt, oēs exulatur. Milo, quia Clodiū occidisset, Q. Pōpeius Syllæ & dictatoris ex filia nepos. T. Mutianus Planus Bursa, & Sextus Clodius. auctores sunt Asconius in argumento Miloniana. C. Cæsar, in cōmentarijs de bello ciuili. lib. 3. Cicero lib. 3. de finibus, & ad Atticū lib. 10. Lata est tandē lex Julia quā Paulus Manutius C. Cæsarē deuictō Pōpeo tulisse affirmat. qd̄ ex Ciceronis Philippicā 1. colligit, ut autumat. Frācisus uerò Hotomanus à Cæsarē Augusto latā fuisse cōtendit, & rectè. Flor. lib. 120. Epito. & Cl. Sueton. in ipsius Octauiani Augusti uita. c. 32. Iulij legi, uti omnium postrema, cætera oēs deferuntur, quin & alia postmodū lata eo nomine appellata sunt. Pœna inferentis uim publicā erat aqua & ignis interdictio, quæ pœna nil aliud erat, q̄ exilium, non nominatim, sed re ipsa inferre. dānato enim necessitas imponebatur exilij, opera denegata atque interdita, sine qua uiui non potest. nec dissentit Alex. ab Alex. lib. 3. dierum Genial. ca. 5. quam pœnam & alias superiores leges sanxisse existimauit Manutius, qui subiungit illius loco deportationem successisse. at cum hodie deportatio i dēsuetudinem abierit, arbitrarieque pœna successerit, quemadmodum in superioribus latius explicauimus: hæc pariter arbitrarium cum nostris iuris Doctōribus dicemus.

Munc, quod aliquam ex his cōmentarijs nostris utilitatem iuris studiosi, & qui in foro uersantur cōsequantur, singula legis Iulij capita percurramus. ac primum legis Iulij de ui publica.

Primum itaque legis Iulij de ui publica caput illud esse uidetur, quo prohibitum est, nec quis arma domi habeat, etiam si uim nullam inferat. l. ff. ad l. Iul. de ui publ. quasi tunc lex pro eo id habeat, ac si il-

la meditatione illi cōposita sint, ut noceat. Siquidē cum ad communem hominum usum nō pertineat, non alia ratione haberi creduntur, q̄ ut illis in teruentibus uis inferri possit: itaque ob eam legis præsumptionem siue interpretationē in illud quoque legis caput committitur. Verum (ut supra uno uerbo attigimus) ante legem hanc Iuliam, ne arma in urbe essent, sancit Seruius Tullius. & deinde Pompeus, qui (ut scribit Plinius lib. 34. naturalis histo. c. 14.) uenit in tumultu necis Clodianæ illum in urbe telum esse. Subsecutus est deinde C. Cæsar, uel Augustus, & mox Theodosius titulo. Ut armorum usus, lib. 1. c. in hæc uerba. Nulli prorsus nobis inscijs atque in cōsultis quorumlibet armorū mouendorum copia arribatur. Justinianus etiam in auth. De armis, sua sanctione cauit, non licere cuiquam priuatim arma fabricare, uel domi habere: regium munus siquidem hoc est. Quocirca rectè respōsum fuit ab Aymone Craueta uiro consultissimo cōsil. 3. 14. feudorum dominos subitos coercere posse, ne arma habeant, uel deferant: cum armorum delatio malum animum gerentis arguat, ut scribunt Barto. in l. 1. ff. ad l. Iul. de ui publ. ubi Alex. in annota. idem Alex. cons. 103. col. 3. lib. j. Cēpol. consil. 2. col. 2. & Ias. ex maleficijs. nume. 81. inst. de actio. at de minorum munus est horum audaciam reprimere. c. irrefragabili, de offi. ordina.

Extenditur primo hoc legis Iulij primū caput, ut locum etiam habeat, etiam si Princeps ipse sciat aliquē arma uel domi habere, uel portare: nec enim à pœna legis sola hæc scientia & patientia excusat. ita censuerunt Lucas à Penna in d. l. unica. C. ut armorū usus, lib. 1. r. & Andreas Ifern. in cap. 1. hi c. fin. lex. in uisibus feudo. quos secutus est Carolus Molinæus in cōmentarijs ad consuetud. Paris. tit. 1. §. 1. gl. 6. nu. 13.

Extenditur secundò, ut procedat et in iuristicijs, quibus armorū usus adēptus est. c. 1. §. si quis rusticus. de pace tenen. in uisibus feudo. Nec cōstitutio illa in rusticis p̄cipua est, ut inde intelligamus nobilibus, arma interdita non esse, quemadmodum falsò opinati sunt Lucas à Penna in d. l. unica. C. ut armorū usus, lib. 1. r. Io. Ray. trac. Nobilita. q. 7. principali effectu 3. Bonus de Curtijs trac. Nobilit. parte 5. priuileg. 38. Rebuffus in cōmentarijs ad cōcord. Regis Franciæ. tit. de collatio. §. cum uerò. Qm̄ uerò & ipsis nobilibus armis inscio principe uti nō licet, uti & ad uersus relatos rectius senserunt Iaco. Alua. Car. Alex. & Afflictus in d. §. si quis rusticus, quos secuti sunt alij plures relati à Tiraq. trac. Nobilit. c. 20. nu. 71. & Petrus Placa lib. j. Epito. delicto. c. 8. nu. 15.

Extenditur tertio, ut procedat etiam in clericis, quibus ferre arma non licet, cap. clericus. de uita & honestate. cler. si quidem eorum arma sunt orationes & lacrymæ. cap. conuenior 23. q. 8. cap. porro, ubi gloss. 16. q. 4. Quinimmo à iudicibus laicis cogi possunt, ne arma deferant, quorum præcepta si contempnent, pœnis affici poterunt; pœna tamen à iudice ecclesiastico ex iuris cōis dispositione indicenda est. ita docuit Io. à Platea in §. item lex Julia, insti. de publ. iud. & Io. Lopez in ca. per uestras. §. 1. nu. 13; de dona. inter uirum & uxo. quos secutus est Didacus Couarr. lib. 2. uaria. resol. cap. ult. in fine. qui scribit in Hispaniis obseruari, ut clerici cum armis ipsis deprehensi à mini-

ministris, iudicis secularis spoliarentur. quod etiā attestatur Placa d. lib. 1. Epito. delicto. cap. 8. num. 26.

Apud Gallos uerò obseruatur, ut clerici ij arma deferentes ab ipsius iudicibus secularibus puniantur. quemadmodum scribit Chassan. in consuet. Burgundie, rubr. 1. §. 5. uet. Archidiaconus. nu. 79. Hinc inferitur declaratio ad statutum Brixie 140. in criminalibus, sub rubr. De pœna portantis arma. ut locum etiam habeat contra clericos, qui pœna illius statuti puniri possunt. ita pariter declaratur statutum Papiæ 44. in criminalibus, sub rubr. De pœna portantis arma. & statutum Vicentię lib. 3. De armis uetitis.

Extenditur quartò, ut fortius procedat in ijs, qui arma in iudicio deferunt: nam defertur in posse lex Julia de ui publica expressim prohibuit. l. qui dolo. §. 1. ff. ad l. Iul. de ui publ. Bar. l. 1. q. 2. ff. eo. & Ang. in l. armatos. §. 1. ff. eo. Io. à Platea d. §. item lex Julia, insti. de publ. iud. Barb. trac. De præstan. Card. parte. 2. q. 5. la. in §. ex maleficijs. nu. 84. inst. de actio. Placa d. lib. 1. epit. delicto. c. 8. nu. 23. alios recenset Tiraq. d. trac. Nobil. cap. 20. nu. 73. 74. quem auctorem pro more non citat Placa. dignum est memoria illud egregiè factum Charondę Thiriorum Principis, & legislatoris, qui lege cauit, ne quis cum ferro in concionem prodiret, & transgressor legis capitis pœna damnaretur. quam legem cum ipse transgressor esset, p̄tinus ferro, quod præ manibus habebat districto incubit, atque ex humanis discessit. auctores sunt Valer. Max. lib. 6. c. 5. cuius meminit Tiraq. ipse idem memoriæ proditum est a Cælio Rhodig. lib. 10. antiq. lect. c. 19.

Quæ sanè extensio intelligitur etiam, quando iudex ius non reddit; adhuc enim huic pœnæ locus est de iure communi, & si aliter in specie nostra adnotauerit is Placa d. c. 8. nu. 25. & ante eum Tiraq. trac. Nobil. d. c. 20. nu. 76. ex simili doctrina Bart. in l. 2. ff. de auro & argē. leg. quòd si cauatur statutum nobilem non posse ingredi Palatiū Prætoris; posse tñ si absit Prætor. Nam Bart. illud non affirmat, immo uisus est cōtrarium sentire, & rectè. nam si ius cōe prohiber habere arma domi, quanto magis prohibere dicitur ferre in iudicio, & si absit iudex. Scio tamen hoc nō procedere in Dominio Mediolani, ubi cautū est noua constitutione, & sub rubr. de pœnis, cap. Si quis arma. non licere ferre arma coram Iudice ea die, qua ferenda est ab eo sententia, qua intelligimus alij tēporibus ferri posse; cum ubique ferri usus admittat.

Extenditur quinto ut caput hoc legis Iulij de ui publica prohibens arma, fortius procedat aduersus eos, qui in Principum palatijs arma ferunt. c. 1. §. ad palatium. de pace tenen. in uisibus feudo. ubi interpretes ferè omnes. Placa d. c. 8. nu. 24. & ante eum Tiraq. d. c. 20. nu. 74. addo Martinum Laudensem tracta. De Principibus, priuileg. 63. 2. Quod intelligo, et si absit Princeps: & si Placa dissentiat. atque ita intelligo statutum Brixie 141. in criminalibus, sub rubr. De pœna portantis ferrum fraudulosum. quo pœna duplicatur aduersus eos, qui fraudulosa illo arma ferunt in domo Prætoris, uel palatio: nam intelligitur, etiam si absit Prætor. ita etiam declaratur statutum Papiæ 44. quo idem dispositum est.

Extenditur sexto, ut fortius procedat aduersus eos, qui arma uenenata uel domi habent, uel deferunt. nam, & ij puniendi sunt lege Iulia de ui publica, ex

ia relatis: immo & grauiori, quemadmodū in specie hac annotauit Placa d. c. 8. nu. 21. & ante eum ad uerbum ferè Barb. trac. De Card. legatis a latere. q. ulti. nu. 26. Quocirca rectè sancitum etiam fuit d. statuto Brixie 141. De pœna portantis ferrum fraudulosum. pœnam esse duplicandam in eum, qui arma fraudulosa fert; si quidem grauius delinquit ita etiam declaratur relatum statutum Papiæ.

Extenditur septimò ut procedat etiam in eo, qui cum armis inuentus est, & nō præhensus a ministris iustitiæ: nā adhuc puniri hic pōt hæc pœna deferentū arma. ita affirmarunt Bar. & Alex. in l. 3. §. Neratius. ff. de acq. poss. Marf. sing. 395. quamq̄ alij dissentiat. quos ita conciliat Placa d. c. 8. nu. 19. Aut statutū puniit eum, qui arma fert; & tūc puniitur is, qui arma detulit, & si captus non fuit. ita p̄cedere intelligit Bart. & Alex. sniam. Aut statutū puniit inuentū cum armis: & tunc non puniitur ille, nisi captus fuerit. ita procedat sententia Baldi, Romani Alex. in l. plerique. ff. de in ius uoca. & Ias. l. 1. in prin. nu. 87. de acq. poss. Ego opinor utroq; casu locū esse pœnæ, cum utroq; casu ius cōe puniat habēt arma: & secūdū ius cōe statuta hæc interpretanda sunt, cum ius ipsū cōmune insequatur. l. 2. C. de noxa. act. ubi Docto. & tradunt latè Crau. cons. 236. nu. 9. & consil. 259. nu. 2. Gomez. §. in personam. nu. 25. inst. de actio. Paris. cōf. 98. nu. 43. lib. 1. & Soc. iun. cons. 29. nu. 8. lib. 1. Nec aduersatur text. si Baratorā. C. de fideiuss. quo præcipuo mouentur relati interpretes, quoniam intelligitur eo loci promissio de inueniendo latronem, etiam de p̄sentando, ne frustra promissum sit. quid. n. prodesset ei, cui promissum est, si latro solū inueniretur, & non præhenderetur: ita intelligit Ias. d. l. 1. in prin. nume. 88. de acq. poss. & si aliquantulum dubitet. & firmus hoc probat Ripa trac. p̄stis. tit. De remedijs ad conseruand. uber. nu. 104. in fi. Atque ita interpretor statutum Brixie 140. De pœna portantis arma uetita. ibi, si inuentus fuerit. intelligo etiam si captus non fuerit. sufficit enim quòd inueniatur, etiam relatis. Quæ sententia confirmatur ex subsequēti statuto, quod simpliciter loquitur de portante arma fraudulosa, ut in eo pœna duplicatur. atq; ita nō cōstituit differentiā inter hæc uerba, si portauerit, uel si inuentus fuerit. Hoc etiam clarius comprobatur ex alio subsequēti statuto 142. sub rubr. De officialibus circantibus arma. ibi, & quòd repertos accusabunt, & denūciabunt. quæ uerba intelliguntur de eo, qui cum armis inuentus est, & nō captus. quia, si de capto intelligeretur, frustra accusaretur, uel denūciaretur: & frustra cōtra eos procederetur, quia satis ipsū crimen manifestum illum condemnaret.

Extenditur octauò, ut procedat etiam eo in casu, si arma inuenta fuerunt propè aliquem: ut putā, noctis tempore duo uel tres inuenti sunt sine armis, sed propè eos, ut antepedes inuenta sunt arma: q̄ dicantur isti inuenti cum armis; si quidem præsumptio est, quòd eorum arma hæc sint, atque ita sensit Bald. in l. nam salute. §. 1. ff. de off. Præf. uigil. & ex uoto Thomæ Piperatæ ita decisum fuisse Bononiæ testatur Albe. trac. statutorū, parte. 2. q. 121. Item pone statuto. quo loci eiusdem opinionis recenset Gandinum quæ sententia confirmatur his similibus, nam & occisus in uia à uicinis præsumitur occisus. ita Bald. in l. domi nus

nus horreorum. ff. loca. quem secutus est Gramma. conf. 53. nu. 2. ubi & illud (quod rei nostrae proprius accedit) affirmat, post Dy. in l. 1. §. si quis in uilla. ff. ad S. C. Sylla. & Calca. conf. 63. nu. 4. & conf. 67. n. 5. quod foccus iuxta hostium alicuius uel in ipsius domo, ab ipso domino domus occisum praesumitur. quod affirmat idem Gramma. uoto 23. nu. 2. & Iaf. in l. si quando. nu. 40. C. unde ui. ita in casu nostro dicendum est, quod arma propè aliquem inuenta praesumuntur illius: atque ita cum armis inuentus dicitur, nisi contrarium probet. atque ita sentio. & si aliter senserit Alber. d. q. 121. quem secutus est Barba. tract. De Card. legatis à latere. q. ult. nu. 24. 25. qui ea ratione sola mouetur, quod propè dici non possint inuenti cum armis. quia immo dici possunt, cum legis praesumptio probatio sint liquidissima: ut latè docuit Iaf. in l. licet Imperator. de leg. 1. & hac erit notabilis extensio ad relata statuta Brixiae. & cum hac extensione conuenit statutum Patavinum sub rubri. De armis. c. si quae arma uetita. quo sancitum est. haberi pro legitima probatione quod arma sint illius, iuxta quem inuenta fuerunt. Ego multum tribuerè. 57 iudicis arbitrio ex qualitate personae, & armorum. Declaratur nunc primum hoc primum legis Iuliae de ui publica caput, ut non procedat in eo qui arma habet, & defert in itinere, uel navigatione. nec. n. hic poena illa punitur: ut est clarus text. l. 1. ff. ad l. Iul. de ui publ. & in c. 1. §. si quis rusticus. & §. mercator. de pace tene. in usib. feu. Iaf. §. ex maleficijs. nu. 82. in l. de actio. & alios nonnullos recenset Placa d. lib. j. epito. delicto. c. 8. nu. 13. quibus accedunt relati à Socino trac. fallen. reg. 30. fallen. 2. & 3. & ibi fallen. 6. idem esse ait, si clericus uiator esset, ex sententia Burr. in c. clerici, de uita & honest. cler. Nec uerum est, quod aliqui ex relatis scribunt, hos uiatores arma ligata ferre debere, ex d. c. 1. §. mercator, de pace tene. quia alius est sensus. quidem uult is legislator arma epithio alligari posse; non quod uinculo ipsa arma ita uincta esse debeant, ut illis uti non possint: cum expressim aduersus praedones uti concedat. Horum tamen interpretu doctrina procedere posset, cum uiatores ij per urbes, uel oppida pertransseunt: quoniam tunc cessat ratio concessionis armoru in itinere, nepe ob praedonum periculū. Verum usus obtinuit, ut uiatores et per urbes transseunt, uel et in illis se conferentes habitandi causa, uel dum hostiu propria domus exeunt peregrinationis causa arma ferre possint libera. ita intelligo 61 statutum Patavinum sub rub. De armis. c. Euntes. & c. sequenti. & relatum statutum Brixiae 140. De poena portatus arma. q. solum phibent arma portari: cum is uiator iam fuit in hospicio, & in ciuitate uult comorari. det in qua arma deponere, non autè phibent habere arma libera dum adhuc ad hospitium se non appulit. 63 atque ita etiam declaratur statutum Vicentiae li. 3. sub rub. De armis uetitis. uerf. item quod ciuis. 64 Declaratur secundò, ut non procedat haec poena in Magistratibus & eorum familia: nam ijs permissum est arma habere & ferre. l. nam & salutem. §. ult. ff. de off. Praefect. uig. ubi Bald. qui idem eè, dixit in officia 65 libus Episcopij & Legatis à latere. quam declarationem probauit Soc. d. tract. fall. reg. 30. fall. 1. Ego intelligo procedere hac declarationem in alijs quibus uis officialibus, qui iustitiam administrant. quemad-

66 modum in inquisitoribus prauitatis hereticæ cœsue glo. in clem. 2. §. si. de haeret. quam probatur Dida. lib. 2. uaria. resol. c. ul. in fi. & Placa lib. j. Epit. delicto. c. 8. nu. 10. & ibidem. nu. 17. de alijs scribit. 67 Declaratur tertio ut non procedat in militibus, quibus non modò non sunt interdicta arma, sed et expressim Principum auctoritate permissa: quemadmodum scribit Placa d. lib. 1. epito. delicto. c. 8. nu. 14. uerf. octauò. & si permulti ab eo relati hoc non affirmant. sed uera hæc sententia confirmatur, quod à fortiori constitutum uidemus, ut militum arma sint priuilegijs decorata; neque enim possunt pignori capita censui gl. in l. nepos Proculo. ff. de uerb. sign. ubi Doct. & post alios Pet. Rebuff. De priuilegijs scholariu, priuile. 113. immo belli causa & cæteris omnib. 69 arma concessa sunt, ut post Bald. adnotauit Soc. d. tract. fallen. reg. 30. fall. ult. Hinc censuit glo. in c. duo sunt, ad fi. 12. q. 1. Militibus Hierosolimitanis arma esse concessa. quam glossam probauit & Placa d. c. 8. nu. 11. & militibus arma esse permissa, scribit Paris Pureus tract. De re milita. in princ. nu. 3. 4. 71 Declaratur quartò, ut non procedat in aulicis, qui in curia Principis uersantur, eiusque lateri herent. ex l. ult. C. de Praepos. sac. cub. lib. 12. glo. in ca. 5. 1. dist. & alia recenset Placa d. c. 7. nu. 14. 72 Declaratur quintò, ut non procedat in eo, qui cultellum ad panem incidendum, uel adaptandū penas deferret. ita probat rex. in c. lator, de homicid. & glo. in §. phibentur, in auth. de armis. & in specie adnotantur Barba. tract. De Cardin. legatis à latere. q. ult. nu. 18. & Soc. trac. fallen. regu. 30. fallen. 4. Amodeus tract. Syndicatus. nu. 89. 73 Declaratur sextò, ut locum non habeat in eo, qui fert arma causa occidendi bannitum: ita Bart. in l. pediculis, de auro & arg. le. Bal. d. c. j. §. si quis rusticus. de pace tene. quos secutus est Soc. d. trac. fall. reg. 30. fall. 5. & Barba. d. q. ult. nu. 19. & Io. Bapt. à S. Scuet. in rep. l. omnes populi. nu. 213. de iust. & iure. 74 Declaratur septimò, non procedere in Doctoribus, quibus interdictum non est arma deferre, ita Barba. in l. medicos. C. de profess. & med. lib. 1. quem post alios nonnullos secutus est Placa d. lib. j. epit. delicto. c. 8. n. 20. sed dubito, cum Doct. arma sint Codices, & leges, quemadmodū dixit Paris Put. trac. De re milita. c. Armipotens, in fi. Conferunt relata declarationes ad interpretationem pccatoru statutoru Patauij & Brixiae phibentiu arma, & Armoru autem appellatione, q. contineantur, explicant oēs in l. armoru, de uerb. sign. & esse etiam hoc iudicis arbitrio scripsit Barb. trac. De Cardinal. legatis à latere. q. ult. in fine. Hæc ad primum caput legis Iuliae de ui publica, Secundū est eiusdem legis Iuliae de ui publica caput, quo puniuntur ij, qui turbæ seditionis facienda consiliu inierint: seruos uè, ut liberos homines in armis habuerint. l. 3. in princ. & l. qui dolo, in fin. ff. ad l. Iul. de ui publ. puniuntur & ij poena legis Iuliae de ui priuata. l. 4. ff. ad l. Iul. de ui priu. poenam autè horum seditiones concitantium esse arbitratiam explicauimus superius. Tertium caput legis Iuliae de ui publica est, quo puniuntur, qui cum telis & armis bona rapuerint. l. 3. ff. ad leg. Iul. de ui publ. qua de re extat integer titulus. ff. de ui bonorum rapt.

Quartum

80 Quartum est caput huius legis Iuliae, quo incendiarij puniuntur. l. qui cæru. ff. ad l. Iul. de ui publ. & quo etiam poenis afficiuntur, qui rem ex incendio surripuerint. l. 3. uerf. item tenetur. ff. eo hoc latius supra explicauimus in casu. 389. Quintum est caput huius legis quo plectuntur ij, qui per uim puerum, uel mulierem stuprauerint. l. 3. uerf. Præterea punitur. ff. ad l. Iul. de ui publ. de his stupratoribus latius diximus supra in casu 288. imò hoc legis capite punitur, qui solum rapuit & non stuprauit mulierem, uel puerum. l. & eum. ff. ad l. Iul. de ui publ. l. 3. C. eo. & §. item lex Iulia, inst. de publ. iud. Sextum caput est huius Iuliae legis de ui publica, quo punitur is, qui possessorem e sua possessione, domo, agro uè deiecit. l. 3. in fi. ff. ad l. Iul. de ui publ. & l. si quis ad se fundum. C. eod. 83 Septimum est caput huius sanctionis quo punitur is, qui per uim aliquem in loco stare coegit. l. 4. ff. ad l. Iul. de ui publ. uel qui dolo malo hominem inclusit. l. qui cæru. ff. eo. l. 3. C. eo. 84 Octauum est caput legis Iuliae de ui publica, quo poenis afficitur, qui sepeliri ueruit, uel funus diripuit. l. qui cæru. uerf. qui uè fecerit. ff. ad l. Iul. de ui publ. Verum, quia supra in casu 387. latius recensui penas eorum, qui sepulturas uel impediunt, uel uiolat, alia dicenda mihi non supersunt hoc loco. 85 Nonum caput legis Iuliae est, quo puniuntur Magistratus, qui ciuem aduersus prouocationem necauerint, uerberauerint, iusserintque quid fieri. l. lege Iulia. ff. ad l. Iul. de ui publ. quam sanè legem diximus supra latam prius fuisse à Valerio Policola. Decimum caput legis Iuliae de ui publica est, quo punitur, qui freum uincit, ne in iudicium uocatus eat. l. lege Iulia. 2. ff. ad l. Iul. de ui publ. quin hic uinciens puniri poena legis Iuliae de ui priuata, probat l. 4. ff. ad l. Iul. de ui priuata. & infra attingam. Undecimum legis Iuliae caput est, quo punitur is, qui dolo malo fecerit, quominus tutò iudicia exerceatur, aut iudices, ut oportet iudicent. l. qui dolo. ff. ad l. Iul. de ui publ. Duodecimum caput legis Iuliae de ui publica est, quo puniuntur Iudices & Magistratus, qui potestatem, imperiumque, quæ habent, aliter, quam ius eis est, exercent. l. qui dolo. ff. ad l. Iul. de ui publ. qua de re plura superius retulimus in casu. 342. 89 Decimum tertium caput legis Iuliae de ui publica est, quo punitur is, q. ludos pecuniâ uè ob aliquo inuito polliceri publicè priuatiuè per iniuriâ exegerit. l. qui dolo. uerf. qui ludos. ff. ad l. Iul. de ui publ. Decimum quartum caput legis Iuliae de ui publica, quo punitur eum qui cum telo dolo malo in concione fuerit, aut ubi iudicij publicè exercetur. l. qui dolo. uerf. item qui cum telo. ff. ad l. Corn. de ui publ. qua de re paulò ante dixi. Decimum quintum caput legis Iuliae est, quo puniuntur ij, q. alienas ædes effregerint, uel expilaerint. l. penult. ff. ad l. Iul. de ui publ. id, quod latius explicauimus supra in casu 299. ubi dixi hos effractores puniri iudicis arbitrio. Decimum sextum caput legis Iuliae de ui publica est, quo plectuntur, qui noua uectigalia exercent. l. ult. ff. ad l. Iul. de ui publ. Decimum septimū caput Iuliae legis est, quo mul-

93 etatur qui occidit in controuersia. l. quoniam multa. C. ad l. Iul. de ui publ. quo loci infinita propè ad declarationem scribit Salicetus, & declarat Capolla cō si. 36. col. penul. & latè Marf. in Practi. criminali. §. constante, nu. 79. Decimum octauum caput legis Iuliae de ui publica est, quo punitur serui; qui uim intulerunt: quod si sua spontè commiserunt, ultimo supplicio afficiuntur: si uerò metu, uel exhortatione domini mitius puniuntur. l. seruos. C. ad l. Iul. de ui publ. quam constitutionem explicauimus supra dum egimus de poenis eorum qui superioris mandato deliquerunt. & rigorem huius constitutionis l. seruos, esse hodie correctum in Regno testatur Gramma. decif. 16. Decimum nonum caput legis Iuliae de ui publica, quo poenis afficitur furum atque raptorum receptores. l. penu. C. ad l. Iul. de ui publ. de his receptoribus late diximus supra. Vigefimum caput legis Iuliae de ui publica punit eos, qui in agris suis, aut iuxta se habent Buccellarios, uel lautos. l. ultim. C. ad l. Iul. de ui publ. erant 97 Buccellarij & Isaurici insignes fures & factiosi homines, quemadmodum eruditissimi Alcia. lib. 3. dispunt. cap. 20. & Duare. lib. 2. disputa. annu. ca. 12. scriptum reliquerunt. Lex Iulia de ui priuata, quæ extraordinè aliquot crimina punit; plura habet capita. Primum est caput, quo punitur is, quo ex naufragio, dolo malo quid rapuerit, sed ex cōstitutionibus Principum extraordinem punitur. l. 1. ff. ad l. Iul. de ui priuata. & hac de re scripsimus supra in casu 297. Secundum caput legis Iuliae de ui priuata est, quo punitur is, qui conuocatis hominibus uim fecerit quò quis uerberetur, pulsaretur uè, neque homo occisus erit. l. 2. & l. 3. ff. ad l. Iul. de ui priuata. & l. si criminis. C. eod. dixi tamen supra hunc legem Iuliae de ui publica puniri. Hoc autè caput locū hêt, cū homines coacti fuerunt: q. sanè coactio ita demū facta dicitur, cū ex proposito facta est. ita d. l. si criminis, declarat Alber. trac. statuto. parte. 2. q. 32. & ex illo textu censuit 102 idè Albericus d. 2. parte. q. 21. q. ubi p. faulnere ilato poena non est clarè indicta, esse indicendā poenā legis Iuliae de ui publica, uel priuata. Tertiu est legis Iuliae de ui priuata caput, quo punitur is, qui sine armis possessorem e possessione deiecit. l. 5. ff. ad l. Iul. de ui priuata. Quartum est caput legis Iuliae de ui priuata, quo punitur is, qui in alienam litem coemit. l. ex senatus consulto. ff. ad l. Iul. de ui priuata. Quintum legis Iuliae de ui priuata caput est, quo punitur creditor, qui sine auctoritate iudicis res debitoris occupat. l. pen. & ultim. ff. ad l. Iul. de ui priuata. & l. in possessionem. C. eod. qua sanè constitutiones explicauimus fusissimè in comme n. de recuperanda possess. remed. 5. Sextū est caput legis Iul. de ui priuata, quo punitur creditor, qui ob creditū qd aduersus uirū hêt, res uxoris pignori capi. l. 1. C. ad l. Iul. de ui publ. & priuata. S V M M A R I V M. 1 Testatorum uoluntates liberatas esse debere. 2 Testatoris liberam uoluntatem impediens punitur. 3 Iudicis arbitrio punitur impediens liberam testatoris uoluntatem.

Iudicis

- 4 Iudicis arbitrio uim publicam & priuam puniri.
- 5 Testari compellens si proximior illi est, hereditatem acquirit fisco.
- 6 Cogens testari si aequales habet in gradu, an faciat locum fisco.
- 7 Testamentum factum metu, an sit ipso iure nullum.
- 8 Chassanai doctrina explosa.
- 9 Baldus conf. 26. lib. 3. declaratur.
- 10 Compelles testatorem ad se instituendum, cum Caius esset instituens, cui hereditas defervatur.
- 11 Testatorem cogens ad alium instituendum, instituto hereditatem non tribuit.
- 12 Dolus alterius cum est causa immediata lucri nocet ei, cui acquiritur.
- 13 Impediens testari si proximior est, hereditatem perdit.
- 14 Impediens testari si aequales habet in gradu, eis acquirit.
- 15 Consanguineum occidens, ei non succedit.
- 16 Testamentum mutari prohibes quando non noceat iam instituto.
- 17 Prohibes mutari testamentum quod non noceat iam instituto.
- 18 Haeres instituendus contra prohibentem mutari testamentum, agit pro suo interesse.
- 19 Prohibens mutari testamentum in quo filius uel seruus erat institutus, an eis noceat.
- 20 Prohibens mutari testamentum de quo nullum erat sensurus commodum, institutus non noceat.
- 21 Maritus prohibens uxorem mutari testamentum ad hoc ut filii aequaliter succedant, eis non noceat.
- 22 Prohibens mutari testamentum si extraneus est, quomodo ceteris institutis noceat.
- 23 Extraneus prohibens mutari testamentum, quando sibi & alijs noceat.
- 24 Testamentum, in quo solus ut proximior erat institutus hereditatem perdit, & fisco acquirit.
- 25 Prohibuisse testari non dicitur, cum post prohibitionem testator facultatem testandi habuit.
- 26 Prohibens mutari testamentum cum non esset institutus, uel successurus ab intestato, fisco acquirit.
- 27 Testari prohibens laesus tenetur ad interesse.
- 28 Testari prohibens an ad duplum laesi teneatur.
- 29 Et hoc peruenit. 2. ant. ut nulli iudici declaratur.
- 30 Prohibens testari tunc punitur cum clarissimis probationibus probatum fuit.
- 31 Prohibens testari non punitur quando non constat testatorem uoluisse testari.
- 32 Prohibens leui metu testamentum fieri, non punitur.
- 33 Testamentum fieri impediens sine dolo, non punitur.
- 34 Testator esse prohibentem testari quomodo probetur.
- 35 Impedimenta testandi uaria esse.
- 36 Prohibens notarium & testes accedere ad testatorem dicitur prohiberi testari.
- 37 Impedit testari, qui requisita a statuto adhiberi testamentum prohibet.
- 38 Clamor & uociferatio, an iustum sit impedimentum testatori, ne testamentum condatur.
- 39 Iudicis arbitrio relinqui, an clamor & uociferatio testamentum fieri impediunt.
- 40 Impedimentum testandi facit illatus metus testatori.
- 41 Testamentum impedire dicitur, qui maximis persuasionibus testari prohibet.
- 42 Blanditijs testamentum non dicitur liberam testandi facultatem impedire.
- 43 Blanditijs qui effecit, ut testamentum reuocaretur, priori instituto tenetur.

44 Succedentium ab intestato desiderium, ne testator testetur, non improbat.

CASVS CCCXCV.

TESTARI IMPEDIENS, VEL TESTAMENTUM PRIUS CONDITUM REUOCARI, UEL COMPELLENS HAEREDEM FACERE, QUIBUS PENIS AFFICIATUR, & QUANDO; DILIGENTI STUDIO EXPLANATUM.

Cum liberæ esse debeant ultimæ testatorum uoluntas & dispositiones. l. j. C. de sacros. eccl. post quæ (ut ibidem Constantinus ait) liberum non reddit arbitrium, lege sancitum est; impediens liberam testatoris uoluntatem puniendus est. quod pœna primæ ciuili constituit Hardrianus. l. j. ff. si quis aliquem testa. prohib. Deinde criminali Alex. Seuerus. Duplicem ergo pœnam hanc esse intelligimus, criminalem scilicet, & ciuilem. Dicendum est prius de criminali, mox de ciuili. Criminalis lege diffinita non est, sed iudicis arbitrio indicenda relinquitur: ita docuit glo. in l. j. in uerbo, crimen: C. si quis aliquem testa. prohib. dum exponit, crimen, id est extraordinarium, & clarius hoc affirmat ibidem Bar. Guliel. Cuneus, & deinde posteriores, ut Alex. & Iaco. à Sancto Georgio nu. 4. q. eam adhibet distinctionem, quod aut armis uis fuit illata; & tunc pœna legis Iulij de ui publica indicitur. Aut sine armis, & tunc pœna legis Iulij de ui priuata imponitur. Aut solus metus intercessit; & tunc iudicis arbitrio placetur. Quam quidem distinctionem probarunt Bossius tract. causarum criminal. titu. De ijs qui prohibent aliquem testa. nu. 1. & Iulius Clarus lib. 5. sentent. iuris. §. final. quæst. 83. uers. compellens. Hodie non in iuria dicere possumus, omnibus in casibus pœnam hanc esse arbitrariam, postea quam hodie uis publica, & uis priuata iudicis arbitrio puniatur: quemadmodum in casu præcedenti diximus.

Ciuilis autem pœna hoc in casu uariè indicitur, quod quomodo contingat, ex ordine plures casus distinguendo differamus.

1 Primus est casus, cum testatori proximior, qui nec æquale quod in gradu habet, testator ipsius ad se heredem instituendum coegit, tunc sine cõtrouersia quod ad hunc ipsius, quod coegit, hereditas ab eo auferretur, & fisco applicatur: ita docuit Bar. in lult. n. 1. ff. si quis aliquem testa. prohib. & in l. 2. C. eo. idem placuit Bal. in l. j. nu. 6. C. eo. quo loci ad uerbum recenset traditiones Bar. in d. lult. & sequitur, idem censuit Paul. Castren. in d. l. 2. C. eo. quam sententiam probat l. 1. C. eo. si quis aliquem testa. prohib. quam statim explicabimus.

2 Secundus est casus, cum hic testatori proximior, qui uel æqualem in gradu, uel in inferiori habebat, testatorem ipsum ad se instituendum coegit: nec constat, quod testator eum alium instituturus, si cogentem non instituit; tunc hereditas fisco defertur, et ad damnationem aliorum uenientium ab intestato, ita affirmant Bar. d. l. ultima, nu. 3. ff. si quis aliquem testa. prohib. & Baldus in d. l. j. nu. 6. C. eo. ea ratione moti sunt, quia posteaquam hereditatem illum instituit, nullus est, qui eum in gradu præcedit, quia in successione prima causa est testamenti. l. quædiu, de acquir. hered. non ergo alter datur, qui succedere possit. Ab hac opinione uisus est dissentire Iason in l. j. nu. 3. C. eo. d. scribit, testamentum

tum hoc esse ipso iure nullum, cum metu celebratum fuerit: & ob id hereditatem fisco non deferri. & per consequens sentit uenire ab intestato succedentes. Nam (inquit ille) uideamus matrimonium metu contractum esse ipso iure nullum. cap. ueniens, capi. cum locum, de sponsa. & alia nonnulla subiicit. quæ iam considerauerat Imola in l. 1. ff. de testam. Verum, ut testatur Aret. in d. l. j. ff. de testam. communis est Doctorum sententia, testamentum metu gestum ipso iure nullum non esse, sed metu iure ualere. eoque loci abundè dissoluit Imole argumentationes. & declarat l. 1. C. si quis aliquem testa. prohib. quæ uerè æquiparat casum coactionis casui impedimenti uel prohibitioni, dum adiungit crimen ciuili disceptationi, si testator compulsus testamentum condidit. Ciuili autem disceptatio erat ante illam sanctionem, quæ aliquem prohibebat testari, uel iam conditum reuocari impediabat. l. j. & l. 2. ff. eo. si quis aliquem testa. prohib. Nec curandum est, quod l. 2. C. eo. non probet receptam hanc opinionem, ut scribit Iaf. posteaquam satis ex d. l. j. probatur. Hinc et constat male sensisse Cassanem in consuetud. Burgund. quem recenset Iul. Clarus lib. 5. sentent. iuris. §. final. q. 79. uers. testator. dum & ipse sensit hoc casu hereditatem his æqualibus deferri, à qua opinione Cassanem uisus est non dissentire Bal. col. 2. 6. Infrascripti, in fi. uers. quod ad tertium. lib. 3. nisi dicamus Baldum considerasse mariti instituti indignitatem ex quo uxorem occidit, non ex quo testari coegit, quod forte uerius est dum citat Bar. in l. cum ratio. de bon. dam. Declarat tamen hunc casum Salic. in d. l. 1. C. eo. col. 1. uers. & in primo quando, post glossam ibi, ut non habeat locum ratione interesse uenientium ab intestato, quoniam illi aduersus illum compulsores agere possunt, ut ab eo duplum consequantur, fisco hereditatem obtinente, qua de re latius infra dicemus.

3 Tertius est casus, cum in gradu proximior compulsi testatorem ad se instituendum: constatque, quod nisi is fuisset institutus, quod Caium instituisse, hoc in casu adhuc fisco hereditas defertur: ita concludit Bar. in d. lult. nu. 3. uers. si autem, ff. si quis aliquem testa. prohib. & Bal. in l. 1. nu. 6. C. eo. Illa adferri potest ratio, quia & si in animo habuerit testator Caium heredem facere, non tamen fecit, & testamentum conditum ualeat, & iuxta illud iudicandum est. Scribunt tamen Bar. & Bal. illi Caium esse hoc pacto succursum, ut ob suum interesse, in quo læsus est, agat contra illum compulsores, & si soluendo is non erit in subsidium aduersus fisco.

4 Quartus est casus, quando quis cogit testatorem ut alterum heredem instituat, tunc adhuc ab illo instituto hereditas auferretur, & fisco applicatur: ita affirmant gloss. in l. 2. in uerbo, Remoueri. in fi. C. si quis aliquem testa. prohib. & ibi Bald. nu. 9. uers. secundò habet. Bar. d. lult. nu. 6. ff. eo. post Dynnum, Cynum, Petrum, & omnes, idem censuerunt Castren. in l. 1. uers. in glossa, in uerbo, Puta tamen. & ibi Salicet. col. j. uers. in glossa, quæro quid in secundo casu. & Alexand. in fine, à quorum sententia non dissentit Bossius dicto tract. causarum criminalium, dicto tit. de ijs, qui aliquem testa. prohib. nu. 4. in fine, idem sensit Parisius consil. 67. nu. 6. §. lib. 3. qui è contradicit, mihi nocere quando hoc factum non esset causa immediata acquisitionis, his accedit Calcan. con-

5 filio 91. num. 10. illa est ratio, quia ubi dolus alterius est causa immediata acquisitionis, ei, cui acquisitum fuit nocet. l. si procurator. ff. de doli exceptio. l. j. §. si quis tamen. & §. si filius. ff. de ui & ui arm. & probat dicta l. 1. C. si quis aliquem testa. prohib. Aduersus receptam hanc opinionem sentierunt antiqui aliqui, & cum illis Iason in dicta l. 1. num. 3. uers. prædicta autem. Verum, si rectè animaduertamus, iuribus & rationibus, quibus antiqui illi & Iason moti sunt rectè satisfacit Bartolus.

6 Quintus est casus, quando quis proximior & ab intestato successurus testatorem testari uolentem impedit, ne testetur, ut ipse ab intestato succedat: tunc quod ad ipsum impediens hereditas fisco defertur, ita docuit Bar. in dicta lult. nu. 9. ff. si quis aliquem testa. prohib. & in l. 2. C. eo. & cum eo sentit Bal. in dicta l. 1. num. 11. C. eo. quæ quidem opinio clarè probant l. 1. in princip. ff. si quis aliquem testa. prohib. & d. l. 2. C. eo.

7 Sextus est casus quando proximior testatoris eum testari impedit, tunc quod ad æquales in gradu, uel alios ab intestato successuros hereditas fisco non defertur, sed illis deuoluitur, ita censuit glo. in d. l. 1. in princip. ff. si quis aliquem testa. prohib. & Bar. d. lult. nu. 9. uers. aut ille. ff. eo. & Bald. d. l. r. num. 11. uers. aut ille. C. eo. ex text. d. l. 2. §. fratris. ff. eo. Et hoc in casu potè defendi opinio Cassan. in consuetud. Burgund. quem retulit Iulius Clar. lib. 5. sentent. iuris. §. finali. quæst. 79. uers. si testator. alioqui is Cassaneus male sentiret, Confert secundum Bar. in d. lult. nu. 10. ff. si quis aliquem testa. prohib. quod si consanguineus occidit consanguineum, & occidens est illi proximior, bona confiscantur: si ulterior, non confiscantur, ita inquit Bar. & cum eo uisus est sentire Bald. in l. eam quam, nu. 10. C. de fideicommiss. Et hoc in casu loqui mihi uideretur Bald. consil. 26. Punctus in infrascripti. in fine. uers. quod ad tertium, lib. 3. dum citat Bar. in l. cum ratio. ff. de bon. dam. His adde & Alexan. in l. hereditas. nu. 6. 1. C. de ijs quib. ut indi. & latissime explicant Boer. q. 25. Roland. à Valle consil. 56. lib. 1. Placa li. 1. delicto. cap. 22. nu. 39. & Alba col. 7. nu. 10. Hæc in præsentiarum de ueritate huius assertionis, cum locus non postulet, non disputo.

8 Septimus est casus, & cum quis, qui nec ipse nec eius filius, uel seruus est heres institutus, prohibet testatorem iam conditum testamentum mutare: & non constat testatorem uoluisse mutare testamentum, & nouum heredem instituere; tunc prohibitio hæc non nocet illi heredi iam instituto, ita censuit Bar. in d. lult. nu. 11. ff. si quis aliquem testa. prohib. & Bald. d. l. j. nu. 12. C. eo. quam sententiam probat l. 1. in princip. ff. eo. à sensu contrario.

9 Octauus est casus, cum is, qui nec ipse, nec eius filius uel seruus est heres institutus, prohibet testatorem mutare conditum testamentum & nouum heredem facere, quem facere uoluisse constat, tunc inquit Bar. in d. lult. nu. 11. ff. si quis aliquem testa. prohib. idem est, ac si coegisset illum iam institutum institui, quo circa idem dicendum est, quod in quarto casu: nempe hereditatem ab illo intestato auferri, & fisco applicari: nec enim prohibentis dolus prodesse illi instituto debet, illi tamen heredi instituto ex prohibitione læso dabitur actio contra illum prohi.

prohibentem ex his, que dicemus infra in ultimo ca-
su modo hic hæres instituendus probet illū testato-
rem uoluisse illud testamētum primum reuocare &
nouum concedere, seque heredem facere, ita affirma-
runt multi, quos recenset Paris. cōf. 67. nu. 36. li. 3. &
sensit Bossi. trac. causarū criminaliū, tit. de ijs qui tes-
tari prohib. nu. 2. uers. si quis aliquem.

Nonus casus est, cum institutus est filius, uel ser-
uus prohibentis mutari testamentum: & ij tempore
institutionis erant in ipsius prohibentis potestate,
tunc instituti indigni iudicantur, & fisco hæreditas
defertur: ita Bar. in d. l. ultima, nume. 11. uers. sed si
erat institutus, ff. si quis aliq. testa. prohib. & Bal. d. l.
1. numero 12. C. eod. ex l. 1. §. 1. ff. eo. & l. j. in fi. ff.
quib. non cōpe. bono. possess. quod procedere intel-
ligunt, etiam si filius uel seruus tēpore aditionis hæ-
reditatis sui iuris effecti forent: quoniam tempus ip-
sius institutionis spectatur. & à fortiori conferunt,
quæ in subsequenti casu referam.

19 Decimus est casus, cum filius, uel seruus prohi-
bentis testamentū mutari sui iuris sunt tempore in-
stitutionis ac aditionis. hoc in casu sunt opinionēs;
uerior tamen & magis recepta est, ab institutis here-
ditatem auferri, & fisco applicari, ita post Dynum &
alios docuit Bart. in d. l. ultima, nume. 11. uers. sed si
erat sui iuris, ff. si quis aliq. testa. prohib. Bal. d. l. 1. nu-
me. 12. C. eo. Est ratio, secundum Bartolum, quia is
prohibens ob coniunctionem prohibuisse uidetur,
iuxta l. penult. ff. de bonis liber. Accedit, dolum apud
prohibentem fuisse, qui sanè dolum non debet. pdes-
se institutis, quemadmodum supra in quarto casu di-
ximus. Præterea, dolo egisse uidentur pater & domi-
nus, cum & ipsi aliquod commodum essent saltem
in legitima cōsecuturi. Rursus hanc sententiam pro-
bat l. 1. §. 1. ff. si quis aliquem testa. prohib. ibi, cum
& liberis eius, si quid fuerit datum, denegari debeat,
& si non fuerint in potestate. referendo posteriora
hæc uerba, & si non fuerint in potestate, ad uerbum
illud datum, atque considerando solum tempus da-
tionis, quod sui iuris fuerint.

20 Undecimus casus est, cum aliquis, qui nullam pæ-
nitus commodum erat acceperurus prohiber muta-
ri testamentum, in quo instituti erant hæredes alias
ab intestato succeduri: tunc instituti illi damnū non
sentiant: ita censuit Bar. in d. l. ulti. num. 11. uers. si
item prædicta, ff. si quis aliq. testa. prohib. qui eo exē-
plo declarat: si pater prohibuit uxorem mutare
testamentum ad hoc ut omnes filij æqualiter succe-
dant, ex hoc inquit Bartolus nō impeditur liberorū
successio. nam æqualis coniunctio patris & matris cū
filij omnem suspicionem tollit: iuxta legem non so-
lum, ff. de ritu nuptia.

22 Duodecimus casus est, cum extraneus prohibēs
mutari testamentum unā cum alijs institutus erat in
testamento, & illi hæredes nihil egerunt: tunc huius
prohibentis factum cohæredibus non nocet, si con-
stat testatorem uoluisse solū reuocare institutionem
quod ad ipsum prohibentem, ita Bart. d. l. ultima nu-
me. 11. uers. si uerō ipse, ff. si quis aliq. testa. prohi. &
Bal. d. l. 1. nu. 12. C. eo. ex l. prima, in fi. & l. secunda.
§. fratris, ff. eod.

23 Decimus tertius casus est, cum extraneus prohi-
bens mutari testamentum, et cum alijs hæres insti-

tutus, & illi hæredes nihil egerunt; sed constabat te-
statorum in totum uoluisse reuocare testamentum.
tunc huius prohibentis factū cæteris nocet, quia ei-
dolum fuit causa immediata acquisitionis, atque ita,
inquit Bar. d. l. ultima nu. 11. uers. si uerō ipse, idē est
dicendum quod in casu quarto, iam relato, nempe
prohibentis dolum illis prodesse non posse.

24 Decimus quartus casus est, qñ phibēs testm mu-
tari, in quo erat solus institutus, & solus ab intestato
succedurus: tunc ab eo hæreditas aufertur & fisco
applicatur, ita censuit Bar. in d. l. ulti. nu. 11. uers. si ue-
rō erat institutus, ff. si quis aliq. testa. prohib. & Bal. l. j.
nu. 12. C. eo. ex l. j. in prin. ff. eo. idem dicerē qñ
plures prohibentes erant omnes instituti, & omnes
ab intestato succeduri ex indenditate rationis.

25 Declaratur tamen hic casus, ut non procedat qñ
post ipsā prohibitionem potuit testator multoties
ad libitum suum mutare testamentum, & non muta-
uit: tunc illi, qui iam prohibuerant, dānum aliquod
sentire non possunt: sed ex eo testamēto succedunt,
uel ab intestato, ita declarauit Soc. in conf. 148. nu.
48. li. 2. dum respondit, filias hæredes institutas nō
priuari successione bonorum patris, & si aliquando
prohibuerint testatorem mutare testamentum, cum
deinde is pater ad libitum potuerit mutare, quā sen-
tentiam probat ex §. causas, uers. si conuictus fuerit,
in ut cum de appella. cogno. ut latè apud eum, à quo
non dissentit, & si paulò obscurius, Paris. conf. 67. nu.
62. lib. 3. quod sanè responsum fuit de eadem causa
cum Socino redditum, & si Alcia. respon. 657. cōtra-
rium illo facto responderit.

26 Decimus quartus casus est, cum p prohibens mu-
tare testamentum nō erat institutus nec ab intestato
succedurus, uel cum alijs erat succedurus; an hoc in
casu fisco, uel cæteris succedentibus ab intestato he-
reditas deferatur, est dubium. Vna fuit opinio, qñ alijs
uenientes ab intestato succedūt, uel in solidum, uel
pro parte: atq; ita factū unius prohibētis illis no-
cet, ex l. 2. §. fratris, ff. si quis aliquem testa. prohib.

Altera fuit opinio, hæreditatem in totum fisco de-
ferri: ita censuit Bar. in d. l. ul. nu. 11. uers. aut nō erat
succedurus, ff. si quis aliq. testa. prohib. & cum eo Iaf.
l. 1. nu. 1. C. eo. ex textu. d. l. 1. ac ex rationibus supra
quarto casu. Nec aduersatur d. l. 2. §. fratris, quia illi
respondet Bart. præcitato loco, & eum est secutus Sa-
lic. in d. l. 1. col. 1. uers. in contrarium, C. eod.

27 Declaratur hic casus, ut ille prohibens teneatur
læsis damnū, & interesse respondere, ita docuit gl.
in l. 1. in prin. in uerbo, fisco, ff. si quis aliq. testa. prohib.
Castren. d. l. 1. uers. mihi autem, C. eo. & ibi Iafon nu-
mero 2. Plotus l. si quando, numer. 725. C. unde ui.
qui post alios scribit, hoc in casu concedi iuramen-
tum in litem his læsis, nec est qui dissentiat. Solum
ambigitur, in quantum hic prohibens teneatur. Vna
fuit opinio, hunc p prohibentem duplum læso præ-
stare debere, quam quidem opinionem probarunt
Bartolus Angel. Imola & Fulgo. & quam ueram &
communem testatur Iafon. in l. prima, numero 2. in
fine, C. si quis aliq. testa. prohib. ubi scribit, se uidisse
arduam quæstionem Cremonæ, ab hac opinione nō
dissentiant Antoninus Butrius consil. septuagesimo
octauo, in quantum, in fine, & Alcia. respon. 657. &

in hanc sententiam adducti sunt omnes ex text. p. in
§. &

§. & hoc peruenit, in auth. nulli iudicium, ex illis uer-
bis aut alijs cuilibet, uel (ut legitur in codice Holoan-
dri) aut quicumque tandem sit.

Altera fuit opinio, quod hæc pœna duplici nō ha-
beat locum in quouis priuato prohibente testamē-
tum mutari, sed solum in administratore ciuitatis,
quam sanè opinionem probarūt Petrus, Cyn. Rayn.
Bald. & Comens. quos Iaf. præcitato loco recenset:
ita, n. ij intelligitur tex. d. §. & hoc peruenit, in auth.
ut nulli iud. & malè, cum illa uerba & alijs cuilibet, ge-
neralia sint.

30 Declarantur relati casus omnes multis modis, &
primò, ut tunc demum locum habeant quando p
hibitio hæc uel coactio, uel aliud impedimentū fuit
clarissimis atque apertissimis p bationib. probatū;
secus si subobscuris & dubijs; nec enim subobscuræ
prosumunt, ita responderunt Corn. cōf. 56. Videtur pri-
mò, col. 2. li. j. Paris. cōf. 67. nu. 67. lib. 3. & in eadē fa-
cti specie Soc. iun. cōf. 148. nu. 11. li. 2. & ibi nu. 36.
scribit, præsumptiones his casibus non sufficere.

Declarantur secundò reletī casus, ut locū non ha-
beant tunc quando nō constat ipsum testatorem uoluisse
uel iam cōditum reuocare, quoniam ad hoc ut locū
sit illi sanctioni, si quis aliquē testari prohiberit, con-
stare debet illum testatorem uoluisse testari, quemad-
modum probat l. 1. in prin. ibi, uolente eo facere te-
stamētum, ff. si quis aliquem testa. prohib. Bar. l. ult.
nu. 13. ff. eod. quæ quidem uoluntas cum tempore
concurrere debet, hoc est, quod uoluerit eo tēpore,
quo facta est prohibitio testari, ita responderūt Soc.
sen. conf. 105. col. 2. uers. capio igitur primum, lib. 3.
Paris. conf. 67. num. 33. lib. 3. & Soc. iun. conf. 148.
num. 13. & num. 40. lib. 2. quid. nu. 13. & illud scri-
ptum reliquit post Cor. conf. 209. col. penul. uers.
concurrunt etiam, lib. 2. requirit, quod uoluntas tes-
tandi fuerit reducibilis ad actum testandi tempore
illius prohibitionis, nisi illa p bilitio interuenisset;
sed, si reduci nō potuisset ob alia impedimenta, tunc
locus non esset pœnæ dictæ sanctionis, argum. l. qui
commeat, ff. de re milit. & explicauī supra in casu
118. in fine.

32 Declaratur tertio relati casus, t ut non habeant
locum quando leuis fuit metus in prohibitione, uel
coactione adhibitus: quoniam talis esse debet, qui in
uirum constantem cadere possit, ita in specie nostra
declarat Paris. d. conf. 67. num. 41. lib. 3. quod etiam
generale est in quouis actu, qui ob metum irritatur;
quemadmodum alijs supra exposuimus.

33 Declaratur quarto relati casus, t ut non procedat,
quado prohibitio, uel impedimentum sine dolo ad-
hibita fuerunt, Nam, ut locus sit relatis pœnis ob p-
hibitionem, uel dolum, illa dolo debent esse adhibita
ita in specie affirmarunt Soc. iun. dicto conf. 148.
num. 34. & num. 49. uers. Nec tali conclusioni, lib. 2.
& clarius Paris. d. conf. 67. num. 1. & num. 70. lib. 3.
qui ita declarant Odofredi, Baldi, Calcanei & Affi-
cti doctrinas, ut apud eos. Sed quod clararius intelliga-
mus qualis debeat esse hæc p bilitio & impedimē-
tum, subjicio adhuc hæc pauca.

34 Dubitari etiam solet in hac tractatione, quomo-
dò probetur testatorem fuisse p bilitum testari, uel
testamentum iam conditum reuocare. Qua in re di-
cendum est, propositionem hæc generalem esse, cum

uarijs modis, & causis impedimentum t & prohibi-
tio hæc contingere soleat, quemadmodum in specie
respondit Paris. d. conf. 67. nu. 6. 9. & num. 72. li. 3.
ex generalitate, l. 2. C. si quis aliq. testa. prohib. sed
quod generalis hæc intelligatur, aliqua prohibitionis
& impedimenti exempla referemus.

35 Primum exemplum est, quando t prohiberentur
testes & notarij ne ad testatorem accederent. quod
clare probat, l. 1. in princ. ff. si quis aliquam testa. p-
hib. Bart. in l. ult. num. 13. ff. eo. Bald. l. 1. nu. 14. & ibi
Salic. in fine, C. eo. Corn. conf. 56. & conf. 84. lib. 2.
Soc. sen. conf. 55. col. 2. uers. præterea l. 1. ubi Anch.
conf. 337. col. 2. uers. 2. constat, Dec. l. in actionibus.
nu. 13. & ibi Iaf. nu. 17. ff. de in litem iuran. Plot. in l.
si quando, nu. 725. C. unde ui. Paris. conf. 67. nu. 5. &
nu. 43. lib. 3. Soc. iun. conf. 148. nu. 4. & nu. 38. li. 2.
Hinc respondit Bald. conf. 285. Si quis iuris ciuilibus,
lib. 3. testamentum factum ab eo, qui erat in castro,
ad quod non erat accessus, impediens Castrī domi-
no instituto, nullius ponderis fuisse: cum reuocatio
nis atque mutationis facultas impediretur. Bal. secu-
tus fuit Ripa tract. pestis, titu. de priuilegijs ultimarū
uoluntatum, nu. 10.

37 Secundū exemplum est, t ut si impediatur aliquod
necessarium a statuto requisitum: ita Salic. in l. 1. C. si
quis aliquem testa. prohib. quem secutus est Bossius
tract. causarum criminalium, titu. de his qui aliquem
testari prohib. nu. 5.

38 Tertium exemplum est, cum t apud testatorem tā-
tus extiterit clamor & uociferatio eorum, qui præte-
riri a testatore timēbunt, uel uerebantur, testamen-
tū, in quo institui erant, reuocari; ut indignatus testa-
tor, uel mente abalienatus omiserit testari, ita respō-
derunt Anch. d. conf. 337. col. 2. & Calcan. consil. 91.
nu. 10. quam sententiam non improbauit Bossius d.
tit. De ijs qui testa. prohib. nu. 6. Verum in hoc exem-
plo dissentiant Corn. consil. 84. & consil. 219. lib. 2.
quem secutus est Paris. d. conf. 67. nu. 48. lib. 3. Ego re-
linquerem hoc iudicis arbitrio iudicandum: si qui-
dem ex hoc pender. potest enim esse q tantus sit clamor,
tantaq; uociferatio ut testator alioquin in extre-
mis laborās indignatus testari omittat, & paulò post
ex humanis excedat, ita q is clamor in causa fuerit,
nec testaretur. Potest etiam contingere, q leuis fue-
rit clamor, & q testator si uoluisset, testari potuisset,
ita q impediens iudicari non possit, quod præsertim
procederet, quando illa subsecuta dilatio facta esset
ob malam ualetudinem, qua tempore clamoris deti-
nebatur, ut inquit Paris. d. conf. 67. num. 55.

39 Quinque exemplum est, t quando testator imme-
diatè metu sibi illato impeditus fuit: ita Barto. in l.
ultim. nume. 14. ff. si quis aliquem testa. prohib. Bal-
dum in l. 1. nu. 15. C. eod. qui affirmant, satis credi
testatori afferenti, quod metu testamentum non cō-
dit, uel conditum non reuocat. idem responderunt
Corneus consil. 56. in fine, lib. 2. Paris. conf. 67. num.
119. lib. 3. & Socin. iuni. conf. 148. num. 14. lib. 2.
nec dissentit Bossius dicto tit. De ijs, qui test. prohib.
num. 2.

40 Quintum exemplum est, quando t uiolētis per sua
sonibus, & blanditijs dolosis allectus fuit testator ad
ita testandum, uel ad iam conditum testamentū non
reuocandum; ita decidit Afflictus decis. 69. num. 7.

Nam immodica persuasio uim habet uolentia. l. 1. §. persuadere. ff. de seruo corrup. Hoc fortius procederet quando blanditiæ & persuasiones minas uel uerba subsequerentur. ita censuit gl. l. u. l. C. si quis aliq. rest. prohib. idem senserunt Ias. in l. 1. nu. 4. C. eo. Dec. confi. 489. nu. 1. & nu. 6. Marfi. sing. 526. Paris. d. cōf. 67. nu. 10. lib. 3. & Soc. iun. confi. 148. nu. 16. li. 2. & 42 confi. 113. nu. 13. lib. 3. Quando uerè solæ blanditiæ intercedunt, cessat illa constitutio: quoniam licet unicuique rem suā bene agere, fraude omiſsa. atq; ita procedit l. ult. ff. si quis aliquem testa. prohib. & scribunt relati Doctores, maxime Ias. in d. l. 1. nu. 4. C. eo. qui nu. 5. uerſi. singulariter, subiicit, hoc procedere modò alter non sit hæres sit institutus, & illud testamentū ad commodū bladiensis reuocetur, qm̄ prioris institutio reuocatoria conceditur aduersus hunc secundū institutum, & ita Ang. obtinuisse scribit. & cum Ang. & Ias. sentiunt Rui. cōf. 2. nu. 10. & cōf. 73. nu. 5. lib. 2. Paris. d. confi. 67. nu. 56. lib. 3. & Soc. iun. d. cōf. 148. nu. 15. li. 2. quo loci nu. 30. uerſi. uerūtamē, 44 scribit, non esse improbatum ꝑ desiderium ueniētū ab intestato, ne testator testamentum condat. Cætera apud illos legi possunt.

SVMMARIVM.

- 1 Parentum proprios partus abijcientium impietas.
- 2 Placianū S. C. de liberis agnoscendis, quid sancierit.
- 3 Iudicis arbitrio puniri parentes non agnoscetes proprios partus.
- 4 Sobolem suam unusquisque nutrire debet.
- 5 Iudicis arbitrio puniri proprios partus abijcientes.
- 6 Puella absoluta, quæ ad euitandam infamiam partū exposuerat.
- 7 Honorem uitæ anteferri.
- 8 Moyses expositus partus.
- 9 Partum exponens, illum amittit.
- 10 Partus expositus ingenuus habetur.
- 11 Pater & patronus amittuntius partus a se expositi.
- 12 Vasallus deferens dominium in bello periclitantē ius uasallagij amittit.
- 13 Cuius deferens propriam ciuitatem periclitantē, ius ciuitatis perdit.
- 14 Filius a patre expositus, si patrem interficit, parricida non iudicatur.
- 15 Expositi partus legitimi habentur.
- 16 Expositos ad sacros ordines promoueri posse.

CASVS CCCXCVI.

POENA EORVM QVI PARTVS EXPONUNT, quæ sit: & inibi an expositi legitimi sint, & ad sacros ordines, p̄ moueri an possint, declaratur.

1 **P**arentum magna est impietas, dum a se progenios partus uel exponunt, uel abijciunt. si quidem aduersus ipsum naturæ instinctum agunt: cum brutis hoc in esse uideamus, ut quamquam feræ sint, nō tamen prolem suam negligere. Quo circā ꝑ Senatūconsulto Placiano de liberis agnoscendis sancitum fuit, uti liceat mulieri parētū in cuius potestate est, uel ei cui mandatum ab eis est, si ea se facto diuortio prægnatē putet, denūciare intra dies triginta post diuortium connumerandas ipsi marito, uel parenti, cuius in potestate est, uel etiam domi eius, si nullius

eorum copia est. Et si maritus, cui denuntiatum erit custodes ad uentrem custodiendum, inspiciendūq; non miserit, neque contestato dixerit, eam ex se prægnantem non esse, ut ei id, qd editū sit, agnoscere sit necesse: qd si nō agnouerit ꝑ extraordinē punitur. l. 1. §. pœna. ff. de lib. agnos. quo loci recte gl. interpretatur, extraordinē. l. iudicis arbitrio. qd non alia ratione factū creditur, q̄ is pater nō agnoscēs partū, despexisse, abiectis, atque denegatis alimentis necesse uidetur. Quod sanē Senatūconsultū clarius ad rē nostram cōfirmarunt Imp̄p. Valenti. Valens & Gratia. in l. 2. C. de infan. expol. dū ita rescripserunt: 4 Unusquisque ꝑ sobolē suā nutriat. q̄ si exponenda putauerit, an imaduersioni, q̄ cōstituta est, Senatūconsultū Placianū intelligentes, subiicit. & eo loci gl. recte interpretatur, animaduersioni, i. p̄p̄e extraordinē, atque ita ꝑ iudicis arbitrio. Confirmarunt & Senatūconsultū hoc Imp̄p. Diocleti. & Maxim. in l. nec filium, C. de patria potest. ubi glo. in uerbo, Pœna, interpretatur, i. arbitrio iudicis. quam interpretationē probarūt ibi omnes. & Ang. in l. 2. C. de infan. expol. Ioan. de Ana. in cap. 1. col. 3. extra eod. nec dissentit Specul. titu. de actore. col. 8. uerſic. sed nunquid editum. & sanctionem hāc nostra ætate obseruasse amplissimum Senatū Mediolanensem, restatur Bossi tracta. causarum criminalium, titu. de homicidio. num. 8. Scribit tamen eruditissimus Iul. Clarus li. 5. sentent. iuris. §. finali. quæst. 83. uerſi. partum. quod idem Senatū Mediolanensis absoluit puellam, quæ ad infamiam euitandam partum ꝑ exponi iusserat, & recte (mea quidem opinione) cum non impietas eam mouerit, sed proprius ꝑ honor, qui non modò filiis, sed & uitæ propria antefertur. l. isti quidem §. penul. ff. eo. quod met. caus. & dixi suprā in casu 377. n. 19. Eadem ratione dicendum est in matre, uel patre, qui mortis metu filios exponerent, quemadmodum in matre ꝑ Moyses euenit Exodi cap. 2. nam & hæc iusta eēt excusationis causa. Huic pœna altera accedit: 9 nam is ꝑ partum exponens, illum amittit. d. l. 2. C. de infan. expol. quoniam (ut ibi scriptum est) suum quis dicere non potest, quem prætereuntem contempnit. quam sanctionem cōfirmauit Iustinianus in l. ult. §. neque enim. C. eo. quo loci illud etiā ad expositū factum uerem constituit, ut is ꝑ partus ingenuus sit, nec aliā susceptore possit, ut ei seruus, uel colonus, uel adscripticius efficiatur. Iustiniani constitutionem cōfirmauit Gregorius IX. in c. 1. de infan. & languidis expol. Hinc scriptum reliquit Bald. in d. l. 2. C. de infan. ex 11 posit. q̄ quemadmodum pater & patronus amittūt ius filiationis & seruitutis, cum filios, uel seruos exponūt, atque ita illos derelinquunt: ita dominos dimittentes uasallos periclitantes ius uasallagij amittunt. ita (inquit ille) cuius ꝑ deferens ciuitatem periclitantē iura ciuitatis perdere. Bald. secutus est Petrasancta singul. 2. Tu scis. Propē si, quò loci illud addit, quòd ex quo pater amisit ius filiationis i filio 14 exposito, si is ꝑ filius patrem illum interficeret, non efficeretur parricidij reus, quòd est summopere notandum. Immo ad expositorum commodum & illud constitutum uidetur, quòd & si eorum natales ignorantur, ꝑ legitimos tamen, non autem spurios cēseri. quòd docta explanatione docuit eruditissim⁹ Cardinalis Palæotus trac. de nothis spurisq; filiis, c. 63. qui post

post Io. de Ana. in d. c. j. de infan. & lōg. expol. firmat 16 (& recte) hos expositos ad sacros ordines promoueri posse. Cætera, q̄ de his huc adferre possem, apud relatos iuris interpretes legi facile possunt.

SVMMARIVM.

- 1 Gabellarum fraudatores puniri.
- 2 Gabellam fraudare peccatum.
- 3 Tributa iure diuino Principibus prestari.
- 4 Gabellarum fraudatoribus sacramentalis penitentia iniungitur.
- 5 Gabellam iniustam fraudare licet.
- 6 Valor beneficiorum non expressus in beneficii imputatione non reddit rescriptum nullum.
- 7 Forſes præſentes sine solutione gabellæ nō puniri.
- 8 Iudicis arbitrio puniri forenses, qui sine solutione gabellæ pertranseunt.

CASVS CCCXCVII. GABELLARVM FRAUDATORES quibus plectantur pœnis.

1 **G**abellarum fraudatores puniri debent, nō modò in foro exteriori, sed & in interiori: qn̄q; de ꝑgabellā fraudare, peccatū ē. nā scriptū est, Matthæi 22. Reddite q̄ sūt Cæsaris Cæſari, & q̄ sūt Dei Deo. quo i loco s̄m D. Hieronymū & Theophylactū ꝑcepit Saluator noster dari ac reddi tributa Principibus, & D. Paulus ad Ro. c. 13. inq̄: Ideo, n. & tributa ꝑstatis: ministri. Dei sunt, in hoc ipsū seruientes. Et huius ueræ opinionis sunt Abb. & ceteri in c. in nouamus, de cēſi. Bertac. trac. de Gabellis. q. 9. nu. j. & Syluester in sua sūma, in uerbo, Gabella. li. 3. q. 8. Dida. Couatr. in c. peccatū, par. 2. §. 5. nu. 5. q. & Theologos recēser, ut Io. à Medina de cōtractib. q. 13. Alpho. de Castro li. j. de potestate legis pœnalis. c. 11. & Domini. Soto li. 3. de iust. & iu. q. 6. art. 7. Quo circā recte ifertur, primò hūc fūdatorē ꝑ ipſo peccato ꝑ sacramentali pœnitentia efficiendū eē: postmodū tenetur restituere censū. id qd in specie is Dida. loco iā citato affirmauit, reiecta cōtraria opinione Ange. de Clauasio in sūma, in uerbo, Pedagū. q. 6. & cōtra Ange. senserunt Soc. trac. fal. reg. 164. fal. 2. & 3. & Fel. in c. j. n. 41. Mat. nu. 87. de cōstit. q̄ intelligūt (& recte) qn̄ ꝑgabellā ē iusta, secus si iniusta. q̄ et latē firmauit Tiraq. tract. de retrac. cōſang. in ꝑfa. nu. 69. & Io. à Selua trac. de beneficio. par. 3. q. 12. nu. 6. q̄ aduersus cæteros scribit, ueri ualoris ꝑ beneficii taciturnitatem nō uitare gratiā, q̄ ualor est exprimendus ob taxā Cancellariæ de bitā q̄ gabella (ait ille) est iniusta, ergo eā licet fraudare. sed fallitur Selua, q̄ illa expressio alia ratione fieri dēt, ut notant oēs in cad aures, de rescrip. Gomeſ. in reg. Cancell. de ualore exprimendo, in princ. In foro deinde exteriori uarijs pœnis ꝑ locorū statutis & consuetudinib. puniuntur: ita Bal. in l. cun cōtos populos. nu. 22. C. de sū. Tri. & sic. cath. sentit Bar. in l. 1. col. ult. C. de mul. & in quo loco. li. 11. q. ob id affirmant, et forenses pertranseuntes sine solutione gabellæ puniri: qm̄ eos nō uidetur excusare hæc crassa ignoratiā, cum ubiq; locorū extant statuta, uel cōlue tudines soluendi gabellas ꝑ mercibus, q̄ euehuntur & aduehuntur. Verū Io. And. in addit. ad Spec. tit. de cōstit. §. 1. uerſi. pone ergo. inq̄ ꝑ forenses pœnā esse mitiganda. Hanc mitigatiōē inq̄ Bert. d. tract.

de gabellis. q. 7. nu. 5. in fi. ꝑ suo arbitrio iudex declarat. & inquit ille poterit ad dimidiā pœnæ consuetæ declarare, atque ita (scribit ille) singulariter affirmant Bal. in l. 3. C. de nau. fœn. Ego Bald. uerba qua potui diligentia percurri, nec reperij illū hoc affirmantem. solum in ea. l. 3. nu. 2. in fi. inquit, repertū in loco suspecto, fraudādi gabellā, ꝑ attēto crimine ad dimidiā pœnā puniri posse. quam obrem opinor absolute esse in arbitrio iudicis hūc forensē, uel in torū, uel ꝑ parte absoluere, & cōdēnare, iuxta pœnā & loci qualitatem: nempe, an talis sit, qui uerſi milliter scire potuerit, indictam gabellam, uel non.

SVMMARIVM.

- 1 Feneratorum pestis maxima.
- 2 Feneratores aspidos esse.
- 3 Feneratores homicidii æuari.
- 4 Feneratores fures rapaces esse.
- 5 Feneratores contra naturam agere.
- 6 Lycurgus è Græcia feneratores expulit.
- 7 Lucullus feneratorum licentiam cohibuit.
- 8 Cato è Sicilia feneratores exegit.
- 9 Antonius Pius fenus temperauit.
- 10 Fenus ex toto prohibuerunt Romani Pontifices.
- 11 Feneratores infames esse declarauit Diocletianus.
- 12 Feneratores sacra communione indignos esse.
- 13 Feneratores an corporali pœna plectantur.
- 14 Fenus ultra modum a lege ciuili taxatum exercentes puniuntur.
- 15 Iudicis arbitrio punitur fenus exercens ultra modū ꝑ lege taxatum.
- 16 Fenerator exigendo quod sibi non debetur, incidit in crimen stellionatus.
- 17 Stellionatus crimen cessat, ubi cessat dolus.
- 18 Dolus in feneratore considerari, et si debitor sponte ei usuras persoluit.
- 19 Dolus contra aliquem commissus ubi purgari potest actione ex contractu, ex eo agi non potest.
- 20 Usura extorta per cōditionē indebiti exigij possūt.
- 21 Usurarum restitutio non impedit ius fisci.
- 22 Usurarius exercendo usuras cōtra legis ꝑcepta agit.
- 23 Iudicis arbitrio punitur usurarius.
- 24 Pœnam arbitrariam extraordinem iudici delinquenti ob publicum interesse.
- 25 Adulteros puniri.
- 26 Adulterati dum accusant à iudicibus irrideri solēt.
- 27 Baldi & sequacium doctrina explosa.
- 28 Usurarius, qui usuras itra modū a lege statutū exercuit, an puniatur corporali pœna.
- 29 Pœnam non meretur, qui lege permittente facit.
- 30 Feneratorem hodie infamia notari.
- 31 Feneratorem à iudice laico puniri posse.
- 32 Leges ciuiles canones interdum sequi.
- 33 Usurarius manifestus corporaliter punitur.
- 34 Feneratores non manifestus, an de iure canonico puniatur.
- 35 Fenerator usuras restituere cogitur.
- 36 Ius canonicum solum peccatum considerat.
- 37 Fenerator, qui propter paupertatē usuras restitue re non potest, excusatur.
- 38 Usurarius non manifestus an puniatur.
- 39 C. qui a non in omnibus, de usur. declaratur.
- 40 Iudicis arbitrio feneratorum non manifestū puniri.
- 41 Iudicem laicū posse feneratorē nō manifestū punire.

- 42 Iurisdictionem ecclesiasticam posse a laico defendi.
- 43 Nuptias incestas contrahere a iudice laico puniri potest.
- 44 Statuta ciuitatum, quibus iurisdictionis tribuitur iudici laico cognoscendi usurarum causas & puniendi usurarios, ualent.
- 45 Statutum Brixie 43. sub rubri. De causis usurariis. declaratur.
- 46 Inferiorem posse addere penam legi superioris ad illius confirmationem & conseruationem.
- 47 Constitutio Regia Hispaniarum inducens penam contrahentibus clandestina matrimonia, ualeat.
- 48 Constitutio Mediolani sub rub. De penis, c. matrimonia. declaratur.
- 49 Constitutio Regni Neapolitani contra foeneratores.
- 50 Foeneratores hodie in Regno non inquiri a iudice laico non precedente accusatione.

C A S V S CCCXCVIII.

FOENERATORVM POENAE EX IVRE Pontificio atque Cesareo quae sint, diligentissime explicatum atque enarratum.

Foeneratorum pestis omnium pessima est: si qui dem morsum habet, haud dissimilem aspidi, cuius uenenum lethale est. Exodi cap. 22. hosti homicidas iure dicebat Cato Censorius, dum interrogatus, quid maxime expediret patri. Familiam bene pacere, respondit: iterum interrogatus, quid secundum agendum respondit, negotiari. Tertio interrogatus, quid foenerari, indignatus respondit, quid hominem interficere? Quod in illius uita Plutarchus, & inter illius apophthegmata Erasmus memoriam prodiderunt, & ante illos Cicero lib. 2. officiorum in fine, dixerunt alij foeneratores fures esse rapaces.

Quocirca M. Cato de re rustica in illius operis initio in haec uerba scriptum reliquit: Maiores nostri ita in legibus posuere: fure dupli condonari, foeneratore quadrupli: quae quidem lege retulit & Alex. ab Alex. li. j. die rui Genial. c. 7. Hinc et recte Aristoteles Poli. 1. dixit, foeneratores contra natura agere, recte itaque fecisse, uideri omnibus debet, populos illos, quos fenus & usuras de ciuitate exterminauerunt, quemadmodum Lycurgus de toto Sparta: & Agis apud Athenienses, quae ad fenus exosum habuit, ut omnium foeneratorum tabulas igne supposito in foro concremarit. Lucullus quoque ad foeneratorum licentiam cohibuit, ut omnem Aetiam foenore demersa liberarit. Sicut & Cato, qui foenore coercedendo asperior & durior ex tota Sicilia foeneratores exegit: illaque are alieno obrupta, in pristinum decus restituit. Laudatur & Antonius Pius & Alex. Seuerus, quos foeneratorum audaciam represserint, & solum trientarium fenus constituerint. horum meminit Alex. ab Alex. praetato li. j. die rui Genial. c. 7. & si Carol. Molin. trac. de usur. nu. 39. ab illo in multis dissentiat, & tandem reuariatate legum Romanorum de foenore exercendo, Iustinianum laudat, quod usuris modum imposuerit. I. eos. C. de usur. Romani Pontifices ex toto abrogauerunt. c. nauigari, & c. salubriter. de usur. quinimo fenus exercentes poenis indictis tum Imperatores ipsi, tum Pontifices castigauerunt Diocletianus infames esse declarauit, qui improbum fenus exercent. Alexander III. Pont. Max. foeneratores iudicauit indignos sacrae communionis,

sepultura, & oblationibus. cap. quia in omnibus. usuris. & retuli supra in casu 235. nu. 1.

Dubitari nunc contingit, an foeneratores isti pre relatas poenas alia criminali affici possint, celebris quidem est, sed difficilis & perplexa iuris questio: quae uera omnium ingenia exercuit. ego, quod dilucidius, quam haecenus factum sit, explicem, aliquot casus distinguo.

14 Primus est casus, an foro iuris Caesaris, quando ultra modum eo iure concessum usurae exactae fuerint: an inquam in illo foro aliqua poena criminali saltem extraordinaria iudicis arbitrio pleci possit. Iacob. Butrig. l. improbum. C. ex quibus causis, in fa. interrog. quae hoc in casu loquitur, dum iuxta illius legis sanctionem loquitur, intelligo, sensisse hunc foeneratorem criminaliter extraordinarie puniri, cum illo, uere hunc casum explicando, idem tradit Carol. Molin. trac. de usuris. nu. 156. qui ita seruari apud Parisiensem parlamentum testatur. eoque loci eiusdem opinionis recenset Corn. conf. 19. lib. 3. qui uere Butrigarij sententiam defendit. refert & Dec. l. rogasti. §. si tibi. in fi. ff. si cer. per. sed ego uerius intelligo Dec. cum Bal. quem mox referam sentire. His accedit Io. Bapt. a S. Seuer. in repet. l. cunctos populos. nu. 49. C. de sum. Trin. & si. catho. qui uere loquitur, quando ultra legitimum modum usurae exactae fuerint, idem quoque sensit Alcia. in c. j. nu. 54. dum ibi in uers. Non obstat tertia ratio, considerat illud excessum exigendi ultra debitum modum. Et ab hac opinione non uidetur dissentire Rol. a Val. conf. 75. lib. j. dum ibi. nu. 15. nu. 30. & nu. 34. considerat usuras esse iure civili permittas, quod procedit intra modum a iure determinatum, secus ultra modum, & si Rol. aliter intelligeret, male sentire. & licet Baldi opinionem tueatur, qui contra Butrig. sensit, solum id agere uidetur inspecto iure Pontificio, quo foeneratores is a iudice ecclesiastico puniuntur, quae de re infra dicemus. His accedit Rub. conf. 65. in fi. qui Corn. simpliciter retulit & probauit, quod fecerunt & Dida. lib. 3. uaria resol. c. 3. nu. 2. & Epito. de ponalib. par. 2. c. 6. in initio, nu. 17. & Iul. Clar. lib. 5. sent. iuris. §. usura. uers. & ex hoc, & uno ore affirmant relati interpretes, poenam hanc esse arbitrariam. Horum sententia, quam ego nunc sequor, ea ratione prima probatur, quia dolo agit hic foenerator exigendo, quod iure ei non debetur, stellationatus ergo crimine, cuius poena arbitraria est, ut diximus supra in casu 381. punitur.

Nec huic rationi obstat illa prima ratio, quam considerat Bal. in d. improbum, & Io. Bapt. a S. Seuer. in d. l. cunctos populos, nu. 49. quam recitet & Dec. conf. 170. col. 3. uers. Non obstant allegata supra, & horum nomine suppresso illa, ut efficacissimum fundamentum recitet Crau. conf. 6. nu. 104. & Rol. d. conf. 75. nu. 26. & nu. 30. aiunt isti, quod ob conuentionem inuita inter foeneratorem & debitorem de soluendis usuris cessare, quoniam sciens & uolenti dolo non infertur. c. sciens. de reg. iur. in 6. & ubi dolo cessat, cessat & crimine stellationatus. l. 3. §. 1. ff. de crim. stell. & tradit Bal. conf. 240. Pre-supposito statuto. in fi. lib. 2. addo eundem Bal. conf. 14. Filius fa. lib. j. Hanc inquam ratio uera non est, quae (ut inquit Alc. d. c. j. nu. 54.) quando modus est excessus, dolo inest, cum hoc contra legis praecipuum factum sit. Rursus, cum lex hoc in casu resistat contractui, usurae non transeunt in dominium accipientis, quare

quare furtum is foenerator quodammodo committit. l. si quis uxori. §. cum creditor. ff. de furt. atq; ita sensit Bal. conf. 449. Ius naturale. li. 3. Praeterea, ac tertio, credo non esse mirum, quod si sciens & consentiens debitor usuras soluit, dolo consideretur in foeneratore, quod eo malo animo fenus exercet, ut aliena usurpet & deuoret: & per consequens contra cum agit potest: ut egregie in simili probatur in l. si quis seruo. C. de furt. dum furti actio conceditur domino scienti & permittenti furtum fieri contra illum corruptorem, quod seruo persuasit, ut furtum committeret. & eo loci Iustinianus malum corruptoris animum, ut nos foeneratoris, considerat. Non etiam aduersatur illa consideratio & fundamentum, quod efficacissimum credidit Crau. d. conf. 6. nu. 105. & quod probauit Rol. d. conf. 75. quod ubi dolo committitur contra aliquam purgari potest actione ex contractu, in quo dolo interuenit, cessat actio de dolo, nec criminaliter punitur. l. & eleganter, in princip. ff. de dolo. Bal. conf. 15. Ad euidentiam, lib. j. Cast. conf. 411. col. 2. lib. j. quos etiam probat Crau. conf. 280. col. 3. uers. postremo, ledt usurae reperi possunt conditione in debiti. c. Michael. de usur. Abb. conf. 34. in fi. lib. j. & conf. 81. in fi. lib. 2. uel agi potest ex contractu, ut declararetur nullus & usurarius, atque ita coepit aliud remedium: cessat ergo actio de dolo. Respondeo in primis secundum Io. Bapt. Seuer. d. l. cunctos populos, Bald. & Cast. loqui, quando dolo stat in finibus contrahendi, & materia non est apta ad crimen inducendum, ut latius explicauimus supra in casu 379. sed in casu nostro diuersum est, quia materia est apta crimen producere, cum sit contra legis praecipuum. Accedit, quod furtum quodammodo est, ut iam diximus. Bal. in sua declaratione & responsio, considerat ex illo facto, quod nemini damnum illatum fuit, sed tantum tendebat is actus ad nulliter contrahendum: cum tamen in casu nostro damnum non leue debitori illatum sit. Praeter ea responderetur, quod haec uoluntas & consensus debitoris impedit ipsum debitorem, ne agat contra ipsum foeneratorem, non tamen tollit ius fisci, quin pro interesse fisci ualeat illum foeneratorem punire. ita tradit Bart. in l. j. §. usque adeo. ff. de iniurijs. & in l. inter omnes. §. recte. nu. j. ff. de furt. Ang. Arer. §. t. num. 5. Inst. de obli. quae ex delicto nasc. & trac. malef. in uerb. Contra uoluntatem. Dec. in l. nemo fraudare. in fi. & ibi Cagno. nu. 7. de reg. iur. Petrasancta singul. 55. Nota bene, in fi. Marfi. sing. 22. Confessio, & haec responsio omnem dubitationem tollit.

Secundo haec uera & recepta Doctorum sententia ea ratione defenditur, quod hic foenerator aduersus legis atque ita Principis praecipua agit, ergo dignus est poena inobedientiae, quae extraordinaria est, atque ita arbitraria: quemadmodum diximus supra in casu 364. & 350. & in specie nostra hac ratione uisunt Maranta in sua praxi iudiciorum, parte 6. tit. de iurisdictione, nu. 121. & disput. 5. nu. 19. in fi.

Tertio pro quolibet delicto priuato ratione inter esse publicum proceditur ad poenam extraordinariam. l. ult. ff. de extraord. crimin. l. licitatio. §. quod illicitum. ff. de publica. & uect. & hanc rationem considerant Io. Bapt. a S. Seuer. in d. l. cunctos populos, num. 49. C. de sum. Trin. & eam refert Dec. d. conf. 170. nu. 1. hac etiam usus est ante omnes Butrig. d. l. improbum, & deinde Alcia. d. c. 1. nu. 53. de off. ord. & forte a pri

ma non differt, & ubi aliter diceremus, uere hic excessus & inobedientia impunita foret: quod nulla ratione concedendum est, l. ita uulneratus, in fi. ff. ad le. Aquil. Nec aduersatur quod ad rem hanc nostram respondit Crau. d. conf. 6. nu. 105. mirum non esse, quod delictum hoc impunitum remaneat, quoniam quidem & alia multa non puniuntur, quemadmodum periurium, quod non punitur, sed solum Deum ultorem heret. l. 2. C. de reb. credit. ita uidemus adulterium & blasphemiam saltem & consuetudine non puniri. Haec possunt rerorqueri, quia licet periurium habeat solum Deum ultorem, intelligitur quod ad animam, non quod ad corpus quod poena saltem iudici arbitraria afficitur, ut late explicauimus supra in casu 340. Non etiam uerum est poenam adulterij in desuetudinem abiisse, quoniam quotidie uidemus adulteros puniri, ut aliquos recenset Iul. Clar. lib. 5. sentent. iur. §. Adulterium. & dubio caret probabiliter, & quod ait Craue. in desuetudine abiisse, procedere forte potest quod ad accusationem maritorum, quibus hodie turpe uidetur accusare adulteros, quos sua manu uiriliter punire possunt. quemadmodum respondit Castr. conf. 275. col. pen. lib. 2. qui inquit, iudices consueuissent hos ita accusantes irridere, & pulchre Neuiza. lib. 1. Syluae nupt. nu. 34. & num. 89. quos securus est Soc. iun. conf. 34. nu. 9. lib. 2. Non est etiam uerum, quod blasphemiam hodie non punitur, quia immo grauiter punitur, quemadmodum late diximus supra in casu 375. uere itaque defenditur communis haec opinio.

Quibus clare constat male sensisse Bald. in d. l. improbum, & Dec. d. conf. 170. qui & hoc in casu uere loquuntur, & idem uisus est sentire Crau. d. conf. 6. num. 101. ea leui ratione prima mouentur, quod lege permittente haec fit, & ob id poenam non meretur. l. Gracchus. C. de adulter. hoc falsum esse, iam relata ostendunt. Secundo ducuntur poenam aliquam non esse inductam a lege, ergo nec aliqua a iudice est indicenda. §. cum igitur. in auth. de non eligen. secun. nuben. l. at si quis. §. Dinus. ff. de relig. & sumpt. fune. & permulta retulimus supra in casu 175. Haec ratio leuis est, quia licet lex poenam aliquam ordinariam non induxerit, tamen a iudice extraordinaria, ex relatis rationibus imponi potest & debet, quemadmodum in infinitis prope casibus iam a nobis in hoc opere relatis, obseruatum uidemus.

Secundus est casus, quando foenerator solum exigit usuras intra modum a iure civili constitutum, an in foro civili puniri possit? & puniti non posse uere opinor, & ab hac sententia a fortiori non discedunt Bald. in d. improbum, & Dec. d. conf. 170. quorum quidem opinio hoc in casu procedere potest, & cum illis senserunt alij relati a Rol. d. conf. 75. nu. 18. lib. 1. quibus accedit Soc. iun. conf. 108. nu. 6. lib. 3. Quae quidem uera sententia, ea ratione, (quae uere huc pertinet) nititur, quod si lege permittente hoc fit, poenam non meretur. d. l. Gracchus. C. de adul. qua ira cessit in casu nostro Dec. d. conf. 170. col. 2. & in simili ex illa tradunt Cepol. conf. 4. & Crau. conf. 4. nu. 23. licere domino domus ingredi per uim domum ipsam: nam, cum lex excuset, non dicitur commissum delictum, ut in simili casu respondit Crau. conf. 319. nu. 14. est enim iustum, quod ex lege est; ut dicebat Cyrus apud Xenophontem lib. 1. & Aristote. lib. 5. Ethico. capit. 1. et 2. quem in hanc sententiam retulit Tiraq. cap. 1. et 2. quem in hanc sententiam retulit Tiraq.

tract. de legib. conuul. le. 9. nu. 1. quo loci permulta hac de re recenset. idem latè tracta. de pœnis legum, causa 1. num. 4. 5. 19. 20. & latè Placa lib. 1. Epito. delicto. cap. 1. 5. num. 27. & cap. 36. nu. 1. 2. 18. qui plura similia congefferunt.

Secundò confert, quòd si hoc casu fœnerator puniretur non solum in casu, quo lex nullam pœnã indicet, plecteretur, sed etiã sub legis iusto clypeo pœnas daret, contra omnem æquitatem.

Nec huic sententiæ aduerfatur una ratio, quæ efficaax admodum uidetur: recepta magis opinio est, fœneratorem hodie etiam de iure ciuili infamia notari, cum fœnus exercet etiã intra modum & limites definitos à iure ciuili. d. l. eos. C. de usuris. ex quo enim leges ciuiles infamia uolunt notari eum qui fœnus improbum exercet. d. l. improbum, ita uelle uidetur hodie notari quemcunque fœneratorem, posteaquã ius Pontificium iuxta Diuinam & naturalem legem ex toto fœnus prohibuit, & lex ciuilis subseruit legi Canonice. atque ita hanc opinionem probarunt Guhel. de Cun. Perr. Jac. Butrig. Cyn. & Sali. in d. l. improbum. qui quidem Sali. communem esse testatur. Mathes. notab. 49. & Didac. lib. 3. uaria. resol. cap. 3. nu. 2. ita ergo & hoc in casu, ex quo iure canonico fœnus est prohibitum, pœna est indicenda in foro ciuili, & si iure ciuili fœnus cõcedatur. Verum responderi potest, quòd quando hodie iudex laicus punit fœneratorem quocumque fœnus exercentem, id facit, nõ ut minister iuris ciuilis, sed ut minister iuris canonici: quod obseruari etiam permagni refert, ut infra dicemus. Et ideo rectè dicunt relati interpretes, ius ciuile in hoc subseruire canonibus: non ergo illud contingit ex iure ciuili, sed ex ipsomet iure canonico, d. quo statim dicemus. Atque ita diluitur illa ratio, quam sentit Alcia. in d. c. 1. nu. 54. de off. ord. post Abb. in c. cum sit generale. nu. 18. in fi. q. leges ciuiles non de dignantur imitari sacros canones. si ergo canones fœnus damnant, & fœneratores puniuntur; ergo & ius ciuile dico ut supra iudices laicos punire tamquam ministros iuris canonici, ob peccatum à fœneratoribus commissum, qua de re latius infra.

Tertius est casus, quòd ad forũ iuris Pontificij, cum tamen fœnerator manifestus quæ est hoc in casu cessat omnis disputatio, puniri illũ posse. ita Decius consi. 170. col. 2. in fi. Alci. d. c. 1. nu. 52. de off. ordin. & Rolan. d. conf. 75. nu. 34. uerũ quartò obstat. l. i. ita intelligentes c. cum tu. §. ille qui. de usuris.

Quartus est casus, qui multum controuersus est, quòd ad forum iuris canonici, cum fœnerator manifestus nõ est: an à iudice ecclesiastico aliqua pœna is puniri possit? Vna fuit opinio Decij in d. conf. 170. non puniri. quam opinionem uisus est probare Rolan. dicto conf. 75. lib. 1. adducuntur multis rationibus & fundamentis.

Primò mouetur Dec. d. conf. 170. col. 2. & Rolan. d. conf. 75. nu. 2. ius canonicum per censuram ecclesiasticam cogit fœnerarios usuras restituere. c. debitoribus. in fi. de iure iur. c. 2. & c. tuas. de usur. & ultra hanc restitutionem fœnerator alia pœna nõ punitur, quia per restitutionem tollitur peccatum, quòd solum à iure canonico consideratur. Verum respõdetur, ius canonicum fœneratorem pœna ordinaria nõ punire, sed non sequitur, quin sentiat esse puniendũ aliqua

extraordinaria, ut statim dicemus. Nec uerum est ius constitutionem diluatur, quia immo considerat & exterius delictum, quod exteriori pœna coercet, ut uidemus in furto. c. 1. de furto. ut in falso. c. ad falsarios. de falsis. per restitutionem. n. usurarum solum est satisfactum peccato quo proximus læsus fuit, non autem satisfactum est legi & superiori, cuius lædit præcepta dum fœneratur. id quod sentit & Marã. loco, quem mox referam, nu. 1. 2. 5. Et si uera esset Dec. consideratio, sequeretur, quòd in illis casibus, in quibus nulla fit restitutio, sola pœnitentia peccatum tolleret, & inobedientiæ satisfaceret, esseq; abrogatus iteger is titulus extra de pœnis. quod ualdè absurdum est.

Secundò Dec. d. conf. 170. col. 2. & Rol. d. conf. 75. nu. 2. tueri conantur hanc sententiam ex c. cum tu. §. illi, ubi fœneratur fœnerator, qui usuras causa paupertatis restituere non potest. si ergo paupertas hoc casu excusat, & puniri aliter is non debet, quãd fortius non debet puniri, qui usuras restituit. Sed respõdet, & rectè, Corn. conf. 19. lib. 3. quem probauit Marã d. 6. parte. De ordine iudiciorum, tit. De inquisitione. nu. 1. 1. uerum quidem esse, pauperem nulla pœna puniri, nempe his inductis ad restitutionem usurarum contra non restituentem, quæ sunt pœne Lateranensis Concilij, quas refert cap. quia in omnibus, de usur. non tamen negat d. c. cum tu, quin hic fœnerator criminaliter ob perpetratũ extorsionis crimine puniatur. Accedit quòd ipsimet Dec. & Rol. fatentur usurarium manifestum criminaliter puniri, ut diximus supra; & tamen is tex. c. cum tu, propriè & uerè loquitur in manifesto usurario: sua ergo consideratio procedere non potest.

Tertio mouetur Decius loco sapius citato: ius canonicum ulterius procedit puniendõ fœneratores manifestos. c. quia. in omnibus, de usur. ca. quamquam, de usuris. in 6. ergo in usurarijs non manifestis alia pœna locum habere non uidetur, ut dicitur in d. c. cum tu. Verum argumentatio hæc à sensu contrario desumpta est, & ob id non procedit, cum prauus resulat intellectus, ut hic. ita scribunt omnes in l. j. ff. de off. eius. Nec t. d. c. quia in omnibus, uel alia iuris Pontificij cõstitutio limitatè loquitur in usurario manifesto, sed ratione criminis notorij eos pœnis illis afficere uoluit: non tamen negat quin & occulti, si degerantur, puniri debeant. & ubi nõ puniret, ansã pberet, ut possent quidẽ fœnus exercere, se clã & secretò.

Quartò inquit Dec. fœnerator ex conuentione usuras recipit: ergo non peccat, qui uolenti & sciẽti iniuria, uel damnum non infertur. Verum huic argumentationi supra in primo casu satisfecimus. Aliter etiam ad rem nostram respondet Maranta d. titu. De inquisitione. nu. 123. quibus intelligimus hanc Decij & sequacium opinionem ueram non esse.

Altera atque ita affirmatiua opinio fuit, quæ immo iudex ecclesiasticus in foro iuris canonici criminaliter extraordinarium, sicque suo arbitrio fœneratorem punire possit, quam quidem sententiam probarunt Corn. d. conf. 10. & col. 1. 58. lib. 3. Io. Bapt. à S. Sever. d. l. cunctos populos. n. 46. qui ita obseruasse Episcopum Cornetanum, & illũ rectè egisse scribit respõdisse Io. Petrucium, & Benedictũ Capram Doctores Perusinos. eadem probarunt Marã d. tit. De inquisitione.

nu. 1. 1. 1. 23. ubi permulta tradit. Afflict. in constitutionibus regni, quem refert Rol. d. conf. 75. nu. 8. hanc tueretur Alciat. d. c. 1. nu. 53. 54. de off. ordi. per plura sunt fundameta & rationes huius uerè opinionis, quæ cum à Corneo, ab Alciato & à Maranta referantur fufissimè, nunc silentio inuoluam. uideri apud illos possunt & apud Seuerinatam, a quo nonnulla eo auctore tacito, desumpta sunt.

Exteditur primò secudũ Seuerinatè in d. l. cunctos populos, nu. 47. ut procedat, et contra Iudæos fœnus exercentes, qui hac pœna arbitraria ex iure hoc Pontificio puniri possunt, atq; ita is scribit fuisse consultũ à præfatis Perusinis. uerum Io. de Lignano contra rium consuluit, ut extat inter consilia criminalia diuerforum lib. 1. consi. 19.

Extenditur secundo, ut procedat cõs relata opinio, et quòd ad iudicẽ laicũ, qui eo iure canonico inspecto pót fœneratorem in suo foro punire: ita i reminis nostris sentit Dida. Couar. in epitome de sponsal. par. 2. c. 6. in initio, nu. 20. nam, posteaquã retulit uerã esse Butrig. aduersus Bal. sniam, inquit, q. posito, eãm aliquã esse ecclesiasticam, & a solo iudice ecclesiastico posse cognosci, attamẽ iudex laicus pót pœnã indicere illi delinquenti, quod is probat auctoritate Alphõsi a Castro lib. 2. de iusta hæret. punit. c. 26. nã, cum leges institutæ sint, ut cogantur, uel instruantur hoies ad benè beatq; uiuendũ. c. factæ sunt. 4. dist. sequitur, quæ cum ius canonicũ decalarauit esse contra ius diuinũ & naturale, fœnus exercere, is qui exercet puniri a iudice laico potest, cum illum fœneratorem minus honestè uiuere intelligat. Accedit, q. quẽadmodũ fœderistica iurisdictione pót immo debet uerfari ad generis humani conseruationẽ, iuxta id, quòd æternæ saluti conuenit. c. ut animarum, de cõst. in 6. c. quãuis pactum, de pact. in 6. ita iurisdictione temporalis idẽ efficere debet. quia licet leges ciuiles genus humanum quòd ad seculũ conseruent, ita tamen conseruare debent, ut illa conseruatio ad ueram alterius seculi cõseruationẽ tendat, ut in auth. quomo. opor. Epif. in prin. Cum ergo secundum ius canonicũ intelligamus esse contra salutem æternã fœnus exercere, sequitur iudices laicos posse ipsos fœneratores pœnis indictis ab eorum audacia coercere. Hinc (ut inquit is Dida.) uidemus periuria iure ciuili puniri.

uidemus etiam fœneratores incestas nuptias, iuxta iuris Pontificij declarationem a iudicibus laicis castigari, quod latius tradit is Dida. d. c. 6. §. 8. nu. 18. & d. lib. 3. uaria. reso. c. 3. nu. 2. ubi alios huius opinionis permultos recenset. Quibus inferitur ualere statuta ciuitatum, quæ facultatem tribuunt iudicibus secularibus cognoscendi & diffiniendi super cõtractibus fœneratijs, ac indicendi pœnam ipsi fœneratoribus. quòd statutũ extat Brixij in ciuilibus. c. 43. sub rubr. De causis usurarijs cognoscendis, quonia statuta hæc non impediunt iudices ecclesiasticos ratione suæ iurisdictionis quin contra hos cognoscere, & eos punire pro iure suo possint: sed solum hæc, quatenus delicta a iure canonica declarata sunt, & quorum uindicatio & castigatio ad ius etiam ciuile spectat punire uolunt, quod cõfirmatur auctoritate gl. in cle. ne Ro mani, in uerbo tolli, de elect. quæ inquit, f inferiorẽ posse addere pœnam prohibitioni & legi superioris, & si cõtra legem superioris statuere non possit. quã

glossam singularem esse dicunt Fel. in c. irrefragabili. §. ceterum, de off. ord. & in c. quod super his. col. 5. d. maio. & obed. in c. 1. nu. 13. de spõs. & in c. 2. de pb. Dec. c. quæ in ecclesiariũ, nu. 12. de consti. & ad rem nostram Marã de ordine iudiciorum. par. 6. tit. De inquisitione. nu. 112. Crau. consi. 314. nu. 2. & Dida. Epito. De sponsalib. par. 2. c. 6. in initio nu. 18. qui ob id ait iure defendi f Regias Hispaniarum leges & cõstitutiones indicentes pœnas contrahentibus, clã destina matrimonia, quæ cõstitutio extat & f Mediolani in nouis constitutionibus, sub rub. De pœnis, c. matrimonia. Hinc pariter intelligimus iure procedere f constitutionem Regni Neapolitan. sub rubri. De usurarijs. c. usurariorũ. ubi Iser. dũ pœnã publicationis oim bonorũ his fœneratoribus indicit, cuius et cõstitutionis meminit Marã d. tit. De inquisitione ne. nu. 126. 127. & inquit, hodie in Regno inquiri nõ posse per iudicẽ laicũ, nõ pcedente accusatione.

S. P. M. M. A. R. I. V. M.

- 1 Ludus quibus prohibeatur rationibus.
- 2 Usurarios blasphemij conuincari.
- 3 Clericus aleator quomodo puniatur.
- 4 Clericus restituere tenetur super lucrata in ludo.
- 5 Lusor laicus de iure canonico quomodo puniatur.
- 6 Lusor communionem sacra priuatur.
- 7 Aleator de iure ciuili quomodo puniatur.
- 8 Iudicis arbitrio aleatorem puniri.
- 9 Constitutio Mediolani sub rub. De pœnis. c. Qui fallacibus ludis. declaratur.
- 10 Ludens falsis aleis quomodo puniatur.
- 11 Iudicis arbitrio puniatur ludens falsis aleis.
- 12 Lusor compellens socium ad ludendum puniatur.
- 13 Iudicis arbitrio puniatur lusor compellens socium ad ludendum.
- 14 Latomia quæ.
- 15 Lusor admixtus alteri delicto quomodo puniatur.
- 16 Lusorum receptator puniatur.
- 17 Constitutio Mediolani sub rub. De pœnis. c. prohibitũ est, declaratur.
- 18 Statutum Vicentia lib. 3. sub rubrica, De ludo a Zardi. declaratur.
- 19 Receptator aleatorum quis.
- 20 Mercator quis.
- 21 Ludi frequentia quæ.
- 22 Statutum Vicentia lib. 3. sub rubrica, De ludo, a Zardi, explicatur.
- 23 Statutum Papiæ 46. in criminalibus, sub rub. De pœna illius qui lusit ad taxillos, declaratur.
- 24 Statutũ Papiæ 27. in criminalibus, De pœna furis, declaratur.

C A S V S C C C X C I X.

ALEATORVM POENÆ QVÆI

L Vdũ multis maximisq; rõnibus, nõ modò lex antiqua Romanorũ, sed & recẽs, ac dñde Pontificia Christianæ fidei cultoribus phibuit. nã, inde ppriæ substatiæ eueniebat dilapidatio; efficiebatur pludetes blasphemii. Iult. in prin. C. d. relig. & sup. fun. aleę lu su & alea. quin furta, sacrilegia ac fallitates, pueniebãt; quẽadmodũ scribũt Host. in sũma, d. excels. Præla. & Paris Pute. trac. De ludo. n. 1. uarijs itaq; pœnis, & i terdum

ardū arbitrarijs lusores ij puniuntur. de his ergo pænis dicere nunc est animus. & quò res clarior sit, casus plures distinguo.

1 Primus est ex iure Pontificio cõtra clericum pæla torem. is beneficia non potest obtinere, & ubi ei cõferuntur, collatio nulla redditur. c. r. 34. dist. Doct. in c. inter dilectos. de excess. Præla: si uerò iam est beneficiatus & aleæ indulget, mitiori pœna plectitur, nisi monitus perseueret. d. c. inter dilectos Paris Puteus d. trac. De ludo. nu. 44. qui inquit, q̄ inspecta ludorū prohibitione, per triēnium a diuinis suspenditur, & carcere includitur; ex auth. interdicimus. C. de Epis. & cler. idem affirmat eisdē propè uerbis Io. Bap. Caccialup. trac. De ludo. nu. 61. Bernar. Diaz Prac. canonica. c. 84. punitur ea pœna, ut quod ludī cā super lu cratus est, restituere teneatur. c. clerici. ubi omnes. de uita & hone. cler. & in d. c. inter dilectos. Paris d. trac. De ludo. nu. 26. & eodem tract. Caccialup. nu. 38. q̄ & idem in laico affirmant; longa tamen adhibita casuum distinctione, quam nunc non prosequor.

2 Secundus est casus, cū simplex aleator laicus est, & agitur de pœna iuris canonici. est enim iudicium hoc mixti fori, iuris scilicet canonici & ciuili, ut annotarunt Ang. Aret. trac. Malef. in uerbo, Montitore de falsi dadi. nu. 12. Paris. Put. d. trac. de ludo. nu. 43. Hic ergo laicus punitur pœna in primis priuatio nis communionis, ut fuit sancitum in sacrosancta Synodo Elibertina, c. 79. & recenset Specul. trac. De modo generalis Concilij, sub rub. 62. dein de pœna Episcopo arbitraria punitur. ita sensit Amodeus de Castello tract. syndicus, nu. 93.

3 Tertius est casus, cū simplex aleator est, & agitur de pœna iuris ciuili: quo in casu una fuit opinio cuiusdam antiqui Practici in tract. syndicus, quem recenset Caccialup. d. trac. De ludo. nu. 60. qui affirmat, hunc aleatorem, præter lucri restitutionē, pœna etiam iudici arbitraria plectendum esse. quā opinionem uisus est probare Frac. Lucanus trac. De priuili. fisci, par. 2. nu. 39. & hoc in casu fortè loquitur Clar. lib. 5. sent. iur. §. Ludus. uers. sed quæro. dum simpliciter dixit, aleatorē iudicis arbitrio puniri. Is Practicus in eam opinionem adductus est ex l. ult. C. de relig. & sumpt. fun. aleæ lusu & alea. quæ uerè, ut etiam Caccialupus aduertit, non probat; cū solū uelit ipsū aleatorem teneri lucrum restituere. & ideo rñdit Dec. consi. 113. nu. 3. ludum de se non esse prohibi tum. & ideo opinatur acquisita in ludo in foro conscientie non esse restituenda. quod multis confirmat Dida. in c. peccatum. par. 2. §. 4. de reg. iur. in 6. qui idem intelligit, & si ludus esset illicitus. Ego aleatorē non teneri intelligo quò ad pœnam, nisi fraus adhibeat. Et ideo rectè cautū est constitutione noua Mediolanensi, tit. De pœn. §. Qui fallacibus ludis, & subdolis artibus. lusores tunc arbitrio Senatus puniri, cum fallacibus ludis aliquem decipiunt. atque ita non simplicem ludum, sed ludī fallaciā considerat.

4 Quartus est casus, cū ipsi ludo mixtum est aliud delictum, ut puta, quia est admixta falsitas taxillorū, & aleator tunc, ex recepta magis opinione, pœna ludi cõtra arbitraria punitur p̄ conditione personæ & modo factis ita Bal. in rub. C. de cond. ob turp. cau. nu. 2. uer. itē dico. quē sunt secuti Paris d. trac. de ludo. nu. 45. & Caccialup. eo. trac. De ludo. nu. 62. uers. scias et.

qui non distinguunt inter falsitatem occultam & latentem; quamquam antiqui aliqui distinxerint. Ego et opinor non esse distinguendum modò falsitas patens ita non sit cognita ipsi socio, ut nec acculta atq; ita relata constitutio Mediolani declarari potest.

5 Quintus est casus, cum aleator per uim socium compulit ad ludendū, uel etiā bladiijs & suasionib. illū allicit: tunc is pœna iudicis arbitrio punitur. l. j. ult. ff. de aleæ lusu & alea. quem sic rectè intellexit Caccialup. trac. De ludo. nu. 62. Iudex autem arbitrari poterit p̄ qualitate facti & conditione personæ, ut in carcerem concijciatur: ita Paris Puteus d. trac. De ludo. nu. 44. uers. Compellens. ex d. l. i. §. ult. ibi, aut in loramiās. q̄ dictionem glossa ibi exponit, i. loca latentia, carcer enim est. ignorauit eo loci Accur.

6 Quid essent apud Romanos latomiæ, erat carceris generis ad custodiam: hæc latomiæ à Tarquinio superbo primum institutæ sunt iuxta Tullianum & forum Pisciarium. auctor est Alex. ab Alex. lib. 3. dierum Genialium, c. 5. uel etiā multa pecuniaria puniri hic aleator poterit, ut in d. §. ult. scriptum est.

7 Sextus est casus, cum lusus mediātē aliud diuersū delictū hēt admixtū, ut puta, quia inde orta est contentio, & ad arma uentū est, eorūq; unus occisus est, uel, si ob cām ludi, aliquis eorum blasphemauit. hoc in casu pœna est specialis illius delicti indicenda. q̄ latè explicat Paris & Caccialup. d. trac. De ludo. ille nu. 61. iste nu. 62. & nu. 70. nec enim hoc in casu pœna ludi considerabilis est, cū de illo solo crimine nō agatur, sed de his alijs ex eo mediātē subsecutis.

8 Septimus est casus, cum quis non ludit, sed aleatorū receptor est atq; ita ludo consentit, tunc is receptor regulariter iure ciuili non punitur ex ipsa receptione, quemadmodū clarè pbat tex. l. ult. §. 1. C. de relig. & sumpt. fun. aleæ lusu & alea. dū non puniuntur ipsi ludentes, ergo a fortiori nec ijs, qui eos ad se recipientes, quamq̄ Paris d. trac. De ludo nu. 4. scribat, hos receptatores grauius delinquere quod fortè iure non probatur. Hinc colligimus, constitutionem Mediolani tit. De pœn. §. phibitū est. punientem hos, qui permittūt in eorū domibus publicè ludere; esse præter iuris cõs dispositionē, uel fortè et cor rectoriē. q̄ de statuto Vicetiæ dicēdū ē lib. 3. sub rub. De ludo. a zardi. quo circa erit strictè & ad unguē intelligēda; nēpē, q̄ publicè is locus aleatorib. pateat: & q̄ id nō semel sed pluries & pluries obseruatū sit: nā si semel incidēt id euenisset, nō posset dici alea

9 torū receptor, quēadmodū sensit Paris d. trac. De ludo. nu. 46. in fi. post Jac. de Are. in l. j. ff. de aleæ lusu & ale. q̄ idē dicūt de ipsomet aleatore, q̄ aleatoris nomen nō meretur; ex eo, q̄ semel tm̄ luserit, sed ob frequētiā. quēadmodū et dicimus in mercatore, q̄ ex sola mercū emptione mercator nō dī, sed ex frequētia: ut et de meretrice, qua de re diximus alias in superioribus. & tradit Ripa in c. 1. col. ult. de iud. Frequētia autē ludi nō iudicabitur ex uno actu ludendi cõtinuato una die sola et si uarijs ludis & uarijs ac diuersis cū psonis ludat, sed ex diuersis t̄pibus; ita ut constet hūc cõsueuisse in ludo uitā agere, ita docuit Bar. in l. inficiando. §. infans. ff. de furt. quem sunt secuti Caccialup. d. trac. de ludo. nu. 69. & Maria. Soc. sen. col. 33. col. 4. lib. 1. id q̄ est annotādū ad interpreta

10 tionē statuti Vicetiæ li. 3. sub rub. De ludo a zardi uers.

11 uer. itē q̄ nullus, ita et ad statutu Papiæ 46. i. crimina li. sub rub. De pœna illius, q̄ luserit ad taxillos. Aduersus tamē hos aleatorū receptores lege ciuili sancitū ē, q̄ si eis aliqua inferatur iniuria, nō uendicatur. l. j. in prin. ff. de aleæ lusu & alea. & in casu sequenti dice m̄. immo, si qd ei in domo surreptū fuerit, actio nō datur: q̄ d̄ declarat Paris d. trac. De ludo. nu. 46. q̄ intelligit quò ad actionē criminalē, uult tamen locū eē rei uendicationi: q̄ negat post alio Cæpol. caut. §. 5. Si aliq̄. & las. l. si ita stipularus fuero hæc sumā. n. 4. de uerb. ob. atq; ita intelligo Caccialup. trac. De ludo. nu. 65. & Ant. Corset. in singulari in uerb. Furtū, inci pit. Licet, atque declarari possunt statuta ciuitatū, quæ suribus pœna indicunt, ut statutum Papiæ in crim. 27. sub rub. De pœna furis. ut in quā hęc statuta non habeant locum contra eum, qui furto subtra xit è domo susceptoris aleatoris, ex iam relatis.

- 1 Ludens ludo publicè permisso, si socium occidit, non punitur.
- 2 Plato quid in suis legibus sanciuerit contra occidentem socium in ludo.
- 3 Irregularis nō effici, qui casu in ludo publicè permisso socium interfecit.
- 4 Ludens in ludo publicè permisso, si data opera sociū occidit, punitur.
- 5 Ludens in ludo publicè permisso, si unum ex astantibus casu occidit, an puniatur.
- 6 Ludens in ludo publicè permisso, si unum ex astantibus data opera occidit, punitur.
- 7 Occidens in ludo per malam consuetudinem induc to, an puniatur.
- 8 Bononiensis & Perusina corruptela ludēdi lapidibus.
- 9 Papiensis corruptela ludendi pugnis.
- 10 Neapolitana corruptela ludendi gladiis.
- 11 Ludendi corruptela & consuetudo, & si excuset à delicto in eo commissio in foro contentioso, non tamen excuset in foro conscientie.
- 12 Ludus prohibitus publicè, sed priuatim permissus excusationem à pœna delicti in eo commissi nō pbat.
- 13 Iudicis arbitrio punitur delinquens in ludo priuatim permisso.
- 14 Occidens in ludo pile an puniatur.
- 15 Occidens in ludo phibito publicè, quomodo puniatur.
- 16 Aleatorum susceptorem offendens an puniatur.
- 17 Iudicis arbitrio punitur offendens susceptorem aleatorum.

CASVS CCCC.

POENA QVA PLECTVNTVR DELINQUENTES IN LUDO: & inibi quid in hos sancendum esse dixerit in suis legibus Plato.

Solent et è ludo atq; certamine aliqua p̄dire faci nora, q̄ppē, q̄ ludēti audacia ē ampla nimis & ef frænata. quo circa agēdū ē hoc loco, qua pœna plectē dus sit q̄ in ludo alterū uel occidit, uel uulneribus, uel uerbibus affectit. Qua in re casus plures distin

- 1 guendi sūt. Primus est, cū quis in ludo & certamine publicè p̄misso uulnerib. sociū, cū quo certa, casu nō autē cõsultō afficit, uel et occidit: tūc uulneris ex
- 2 lege diuini Platonis pœna dignus nō ē ita. n. ille Dia-

logo nono de legib. sciendū esse scribit: Si quis in certamine publicisq; gymnasijs, non sp̄tē siue, con festim siue postea ex uulneribus secuta mors sit, ami cū hominem interfecerit, uel in bello similiter, uel in exercitatione bellica magistratibus instituta, seu nudis corporibus, seu ad imitationē ueri belli arma tis, secundum legem à Delphico Apolline iaram mū dus sit. Hinc respondit Vlpianus in l. qua actione. §. si in colluctatione. ff. ad l. Aquil. Aquilię actionem ces sare in eum qui in publico certamine aliquem occi derit, quia gloriæ causa & uirtutis id fecisse uideret, non iniuria damnum datum. probat & hanc senten tiā. h. ex plagij. §. ult. ff. eo. ad l. Aquil. Hinc Alex. III. Põtifex in c. lator. de homici. declarauit, irregularem illum non effici, & nō prohiberi ad ordines sacros promoueri qui casu in ludo alterū occidit. huius sen tentie ratio est, quia qd lege permittente fit, pœnam non meretur. l. Gracchus. C. ad l. Iul. de adult. atque ita casum hunc probant gl. Alber. & Ias. in l. in execu tione. §. ult. de uerb. obl. Anch. cons. 183. iure stricto. Soc. sen. cons. 16. col. ult. lib. j. Dec. cons. 9. nu. 4. Marf. in l. j. nu. 101. ff. ad l. Cor. de sic. & in Pract. crimi. §. ul terius. nu. 8. Alciat. lib. De singulari certa. c. 3. in cle. si furiosus. parte 2. §. 4. nu. 8. de homicid. idem scribit Iosephus Moniardus non uulgaris eruditionis Iure consultus quem in discessu à subalpina Academia in profitenti munere successorem habu. is inquam in repe. Rub. Publicæ lætitiæ uel cons. li. 1. r. Codicis pa gina 59. num. 4. & hoc in casu duo concurrere uide mus, ludus publicè concessus, & casus culpa carens: nimirum, si omnis pœna & omnis actio cessat.

Secundus est casus, cum in eorū ludo publicè lu dens data opera sociū interfecit, uel uulnerauit: tūc lege Aquil. tenetur: ita clarè sensit gl. in d. §. si in col luctatione. per l. sed & si quæcūque. i. prin. & l. Item si obstetrix. §. ult. qui tex. est apertus. ff. eo. ad l. Aquil. opinor etiam teneri pœna legis Cor. de sicar. ex his, quæ mox subijciam. & in specie sensit Stephanus Co sta trac. De ludo art. j. §. 2. nu. 14.

Tertius est casus, qñ quis in ludo publicè cõcesso casu alterū ex astantib. occidit: hoc casu nō punitur, si omni culpa caret: ita sensit, & rectè Paris Puteus. trac. De ludo. nu. 48. uers. idem si percuiat. si uerò est in aliqua culpa, tūc punitur: ita sensit Bal. i. d. l. qua actio ne. §. si i colluctatione. ad l. Aquil. & Decius d. col. 9. col. fi. uers. nō obstat. & clarius post illū Moniardus loco iā citato. nu. 10. & quò ad resarciendū dānū ex legis Aquil. dispositione pbat. l. scientiā. §. ult. ff. ad l. Aquil. quò uerò ad pœnam legis Cornelię probare uiderur. l. absentem, in fi. & l. respiciendum. §. delin quunt. ff. de pœ. iūcta l. lege Cor. in prin. ff. ad l. Cor. de sicar. dixi tamen supra in casu 362. has pœnas esse sub iudicis arbitrio, cum dolus non adsit.

Quartus est casus: quando ludo permisso alterum ex astantibus data opera occidit: tūc sine cõtrouersia à fortiori tenetur erga læsum lege Aqu. d. l. scientiam. §. ult. quo uerò ad pœnam legis Cor nelie, ordinaria ferendum esse opinor.

Quintus est casus, quando ludo non est licitus & lege permissus, sed malo usu & corruptela tolera tus: quemadmodum Bononiæ & Perusij corruptela extat, qua pueris p̄mittitur lapidibus ludere & se uulneribus afficere: ut refert Frā. Cremen. sing. 149. Mos

Iacobi Menochij

Mos puerorum, quo loci ait, puerum ludentem excusari, si alterum occidit, idē de consuetudine seu corruptelā Papiensi, qua permissum in oblatione, quae Diuo Syro tutelari Deo fit, ut offerentes pugnis certent meminit Marfi, in pract. crim. §. ulterius. nu. 9. si milis extat corruptela Senis, ut retulit Alc. de singu. certa. c. 3. quae corruptelae de Repub. tollendae sunt, quae madmodum recte Vicetiae ex illius ciuitatis statuto lib. 3. sub rub. De prelio lapidum interdicto. sed ad rem, ij, qui asseuerant hanc corruptelam excusare, ea ratione utuntur, quia consuetudo est reprobata, a poena temporali excusat, ut inquit gl. in c. uenerabilis. de consuet. quam singularē dixit Rom. sing. 19. An consuetudo sed altera extat gl. in c. 2. in uerbo, antiqua. de temp. ord. & hanc sententiam probarunt Anch. consi. 51. Consuetudo, in si, qui respondit electum sine confirmatione administrantē excusari a poena ob consuetudinem inueteratam illud permittēt. idem Anch. conf. 283. Iure stricto, qui refert consuetudinem Neap. ludendi gladijs, & Perusinam lapidibus, & ibi respondit, puerum excusari a poena homicidij, cum in ludo saxorum puerum occidisset, simile tradit Io. Bapt. a S. Sever. in l. cunctos populos. nu. 141. C. de sum. Trin. & fide cath. Cepol. conf. 30. 31. ubi latē differt. Barbat. consi. 29. col. pen. lib. 2. Soc. in l. 1. §. ult. nu. 19. ff. si quis iusd. non obtemp. In l. prator. §. in rari. nu. 16. ff. de iureiur. Rui. consi. 143. nu. 43. lib. 5. Dec. d. consi. 9. nu. 4. uerf. quintō ad propositū. col. 175. col. antep. uerf. tertio & c. & consi. 197. col. 2. Moniardus loco praecitato pag. 59. nu. 7. 8. & 9. ubi duo egregia exēpla ex Plutarcho & Suetonio retulit. eandem opinionē probauit Plotus in l. si quando. nu. 47. C. unde ui. & inter consilia criminalia diuersorum, consi. 108. in si, qui quidem omnes iuris interpres procedere hoc intelligunt quod ad poenam temporalem, secus quod aeternam, quam nemo huius corruptelae praetextu effugit.

9 Sextus est casus, quando ludus non est auctoritate publica, uel tolerantia permissus, sed potius prohibitus, sed quo priuati saepe utuntur, tunc arbitrio iudicis punitur, qui immediate in ipso ludo sine culpa alterum occidit, uel uulnerauit: ita in specie tradit Costa d. tract. De ludo, art. 1. §. 2. nu. 14. est ratio, quia

saltem dabat operam rei illicitae.

14 Septimus est casus, quando ludus non est prohibitus publica auctoritate, & priuati eo utuntur ut ludus pilae, uel barrae, quorum meminit Paris Put. tract. De ludo. nu. 54. si sine culpa & dolo alter ex socijs alterum in terram deiciat, & is crus, uel brachiū, uel caput frangat: is, qui eum impulit, nulla poena tenetur: ita is Puteus. illa ratio considerari potest, quia dabat operam rei licitae & probat hanc sententiam. l. si ex plagijs. §. ult. ff. ad leg. Aquil.

25 Octauus est casus, quando ludus est auctoritate publica prohibitus, & delictū aliquod sequitur non immediate ex ipso ludo: ut puta duo alea uel chartis lusorij ludentes altercantur, ut fit, et tandem arma capiunt & unus alterum uulnerat, uel occidit: an is homicida, uel uulnerans poena aliqua puniatur? Paris Puteus d. tract. De ludo. nu. 48. scriptum reliquit puniri, ex l. 1. §. in eum. & §. si rapinam, iuncta. l. 2. ff. de alea lusu & aleato. ubi Bart. & idem tradit Caccialup. tract. De ludo. nu. 70.

Nonus est casus, cum in iam narrato ludo alea prohibita, unus ludentium, uel quis uis alter susceptorem aleatorum, hoc est, illum: qui domū & aleas ad ludendū paratas habet, uerberat: tūc is percussor non punitur. l. 1. §. item notandum. ff. de alea lusu & alea. Paris d. tract. De ludo. num. 46. qui inquit, se ita iudicasse in ciuitate Neapoli, cum in Platea Portifuit fritili (apud nos uulgo Tabuleriū appellatur) in faciem aleatorum susceptor percussus; inquit Paris, se percussorem absoluisse. Eandem opin. probauit Caccialup. tract. De ludo. nu. 65. & Amodeus de Castello tract. Syndicatus. nu. 95. Sed quid si uulneribus afficeret, uel occideret, an teneatur? ego opinor teneri, poena tūc arbitraria, non autem ordinaria quod sensit Caccialup. d. tract. De ludo. nu. 79. Atque ita ludendo beneuole, studioseque lector, huic scribendi ludo, qui per tot annos me occucatum reddidit, sine iam diu exoptatū, summi atque aeterni Dei, Beateque Virginis, ac Diuae Cartherinae quam benignissimam tutelarem Deam habemus, imponimus: Teque ipsum rogamus, ut hos qualescunque labores nostros equi bonique consulas. Vale, ex urbe Patauio, 6. Cal. Nouēb. M. D. LXVIII. Christo Redemptori laus & honor.

F I N I S.